BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
37 G
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM,
Iacobi Philippi Portii Imolenſis,

CAESAREI, PONTIFICIIQVE IVRIS conſultiſsimi,ſuaq́, tempeſtatis tum docendo, tum in iure reſpondendo, facilè Principis,

LIBRI QVATVOR.

Nunc primùm in lucem editi.

QVIBVS EO SANE ORDINE, DOCTRINA, copia & facilitate, pertractata videbis omnia, tametſi retruſa atque abdita in tenebris, vt nihil amplius deſiderari poſsit.

SVMMARIA (VT VOCANT) SINGVLIS Reſponſis adiecta ſunt.

Necnon INDEX Rerum ac verborum copioſiſsimus.

Cum ampliſsimis Priuilegijs, ut eſt legere folio poſt Auctoris uitam.

VIRTVTE SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS.

Ad Candentis Salamandræ inſigne. 1567.

14 37 G 27

ALFONSO ATESTINO
ſecundo Ferrarienſium Principi Ampliſſimo,
MICHAEL PORTIVS S.

SI QVI fuiſſent unquam Clariſſimi uiri, ALFONSE *Illuſtriſſime, idemq́, Maxime Princeps, qui litteratos, ac ſtudijs, doctrinisq́, deditos fouiſſent, (fuerunt equidem multi) non idcirco quiſpiam fuit, qui te maioresq́, tuos anteiret, laudis poſſeſſionem aut occupare, aut prima honoris ornamenta poſſet eripere. Et ex multis Heroibus, Diuisq́, tuis hac in re conſultò prætermiſſis, Borſium tantummodo principem illum nunquàm ſatis laudatum commemorare libuit. Illum inquam ueræ germanæq́, ac ſolidæ uirtutis & nobilitatis ſpecimen, liberaliterq́, eruditorum perfugium & præſidium. Qui doctis uiris quantùm ſemper fouerit, quantùm præclara ingenia undequaq́, accerſita domi aluerit, luculenti ſcriptores non defuerũt, rem hanc egregiam, ueroq́, Principi dignam, æternitati donantes. Ad cuius gloriæ hæreditatem iure optimo Magnanime* ALFONSE *uocatus fuiſti, qui adeò eruditis uiris doctrinaq́, excultis faues, eosq́, maximis affi is beneficijs, ut cuncti te celebrent, & in cœlũ laudibus efferant. O felices populos, ò regna beata, quibus datum eſt ſub talibus regi principibus. Hinc illuſtris illa Platonis ſentẽtia: Beatiſſimas fore reſpub. ſi qui earum gubernationi præeſſent, aut ſapientia præditi eſſent, aut ſapientiæ ſtudio tenerentur. Quæ res maximum cunctis ſemper præſtitit argumentum, ut ueterẽ, ampliſſimamq́, familiam Ateſtinam omnes admirarentur, mirificeq́, diligerent. Admiratione afficiebatur inter cæteros uehementer, charamq́, ſummopere habebat Iacobus Philippus Portius frater meus Iuriſconſultus ſuæ tempeſtatis primarius, ob cuius memoriam, dum tanto uiro me orbatum uideo, ne dum angor, ſed incredibili etiam ardeo dolere. Fratris mei conſilio Pater tuus grauiſſimus & ſanctiſſimus uir, pace belloq́, præclarus, in negotijs utebatur; & tu iucundiſſime Princeps, cùm quidquam tibi, quod pondus haberet, occurriſſet, ob tuam humanitatem patri diſſimilis non fuiſti. Qui ſic fratrem meum magnis officijs alligaſti, ut nemini quidem plus debere potuiſſet. Et quàm nominis tui fuiſſet obſeruantiſſimus, illius recordationis, dum ſupremũ uitæ diem ageret, certiſſimum extat indicium, qui* DEO *Opt. Max (ut uirum decebat chriſtianum) extrema peracta precatione, animaq́, in ipſius repoſita manu & clementia domum ſuam ac familiam tibi longè omnium Principum clariſſimo atque natura munificentiſſimo, magna probatiſſimorum uirorum aſtante frequentia, commendauit. Ego uerò huiuſce rei, ut par erat, ſemper memoriã habui, & ut primùm daretur occaſio, dies omnes ac noctes cogitabam, animi mei uoluntatem propenſam tibi patefacere. Quod, Dijs adiuuantibus, ex ſenten*

tia ſucceſsit, dum ſub tuis auſpicijs prædicti fratris mei Reſponſa iuris, (quæ Conſilia uocant) in publicum prodire conſtitui. Sed bonum fatum me ſortiſſe uideor, cum, ut hominem tibi addictum, deditum, & obſtrictum agnoſcas, hilariq́ animo & prompto ad ſeruiendum paratum, tùm, ut uigiliæ fratris mei te glorioſiſsimum Principem habeant fautorem ac defenſorem. Quis enim nominis tui, antiquiſsimaq́ familiæ Ateſtinæ non admiraretur? Quis inquam toto orbe terrarum poſsit reperiri, qui generis claritatem, maiorum ſtemmata, trophea, monumenta, titulos atque imagines annum ſupra milleſimum oſtendere poſsit, niſi qui generoſa de ſtirpe Ateſtina fuerit editus? Ea quippe ſola uidetur, quæ tanta uetuſtate, priſcorumq́ Heroum nominibus iure optimo gloriari poteſt, ut ex ipſis rerum geſtarum ſcriptoribus excerpere licet. An Ateſtino regioq́ ſanguine ſati, ſi quos intueri uelint præclaræ uirtutis Imperatores & Duces, in eorum non habeant familia? Enimuerò non ad Fabios, Fabritios, Metellos, Deciosúe imitandos animum conuertere oportet, ſed ad ipſius Ateſtini generis ueteres fortiſsimosq́ Heroes, Azones, Nicolaos, Albertos, Foreſtos, ut ſexcentos omittam alios, nulli certè Romanorum ſecundos. Qui quidem maiores illi tui quoties Italiam ingenti uexatione bellorum feſſam atque attritam contra externarum gentium, barbararumq́ impetum ac ferociam uictricibus armis defenderunt, eorumq́ dextera illam inclinantem erexerunt, non eſt hic ſcribendi locus, ſed multa, quæ nos ex hiſtorijs accepimus admiratione digna, conſultò præterire uiſum fuit. Nam, ſi memoria repetatur, non pauci occurrerent Principes, qui ex rebus geſtis gloriam conſequuti, celebrem famam Ateſtinæ familiæ reliquerunt, ac tantum nomen bellica uirtute ſibi compararunt, ut recens quoque ſit ſemper eorum memoria, & uirtus & gloria ad cœlum uſque perfloruerit. Et ut finem dicendi faciam, ad te Inuictiſsime ALFONSE conuertar, qui ueram ac ſolidam Principis gloriam reportas, quiq́ non tantùm de facultatibus (ut multi gloriantur) quæ tibi largiſsimè ſuperſunt, ac maiorum uirtute lætaris, ſed de iuſtitia, grauitate, prudentia, ac benignitate, quibus polles. Omnia profectò quæ magno Duci expetenda eſſe uidentur, abundè tibi adſunt. Tibi ſanè conſilium, animus inuictus, induſtria, uigilantia, uires, in militari labore tolerantia, & omnia (ut in pauca multa conferam) quæ ſtrenuo Principe, egregioúe Imperatore digna uideri poſsint. Supereſt igitur, ut in tuam tutelam & fidem ea, qua ſoles humanitate, has fratris mei lucubrationes ſuſcipias, & me domumq́ totam deditam tibi, & quaſi conſecratam defendas & protegas. Vale Princeps perpaucorum Principum clariſsimaq́ uirtutis & nobilitatis. Et te DEVS Opt. Max. tuaq́ ſecundet. Venetijs, Decimo Sexto Cal. Octob.

MDLXVII.

IACOBI PHILIPPI PORTII

IVRISCONSVLTI IMOLENSIS

VITA.

Nicolao Antonio Grauatio I. C. Auctore.

IACOBVS Philippus Portius Forocornelienſis, parentibus haud obſcuris natus, prima ingreſſus iam inde à puero litterarum rudimenta, breui tempore ſic illa feliciter imbibit, vt ad liberales diſciplinas iure optimo animum induxerit, ita, vt alta de ipſius adoleſcentis indole, aut penè potius pueri, mirificā omnes ad vnum animo ac mente conciperent opinionem. Et cùm ſe bonis litteris exornaſſet, græcæq; doctrinæ expers minimè fuiſſet, toto pectore, incredibilique animi robore in legum ſtudia ſe conuertit & rapuit. Ad quæ, cùm iuris ipſa cognitio, teſte Cic. de Orat. magna ac difficilis ſit, citra bonarum litterarum agnitionem fruſtrà quiſquam accedit; & opera, vt tritum eſt ſermone prouerbium, & oleum perit. Et non ab re quidem ab eo factum eſt, cùm natura quadam fit, ut ſagaces homines ac prudentes, maximè curent, quæ ſit de ipſis futura opinio. Bononiæ huic ſcientiæ operam dedit. æquales ſuos, qui tunc in ſcholis erant, ingenio, facundia, & iuris prudentia nedum præcelluit, ſed eos etiā qui diutius operam iuri nauarant, ſuperauit. Sæpius, licèt ualde adoleſcens publica oratione in laudem iuris ciuilis, eloquentiæ neruos adeò inſigniter tetendit, ut audientes omnes in magnam traduceret admirationem. Enimuerò, ſic copioſè, ſapienterque dicere ſolebat, ut non adoleſcentem modò, ſed uirum in eo dicendi genere numeris omnibus abſolutum iudicarent. Præceptores habuit Petrum Paulum Pariſium, Andream Alciatum, & Marianum Socinum Iuniorem, Iuriſconſultos in legibus interpretandis ſingulares & propè diuinos: ſic, ut fortunati appellari poſsint auditores, quibus datum eſt ſub talibus præceptoribus inſtitui. Deinde poſt iuſtos labores in iure Ciuili ac Pontificio ſumptos, inſignia Doctoratus in utroque iure recepit, non ſine totius conſeſſus maximo plauſu, atque incredibili approbatione. In Patriam tum demum familiareſque lares redijt, quem æquo animo, immo uerò etiam gaudenti ac libenti ciues omnes exceperunt. vbi Aduocati munus incorrupto animi iudicio, multa arte, ac fide præſertim ſingulari erga clientes, non abſque ipſius maxima laude aliquot annos exercuit. Mediocri ſtatura fuiſſe conſtat, colore inter aquilum candidumque, teretibus membris, & proſpera ualetudine. Cupiditatibus fuit longè abſtinens, & ſine ùllius uitij ſuſpicione, comis, benignuſque, ac adeò munificus, ut amicorum eſſent omnia. Vxorem habuit Polixenam Lucæ Ghini Philoſophi & Medici nobiliſsimi filiam, quæ ſpecie quidem & pulchritudine inſignis erat, matronaque integra, & nemini ætatis ſuæ pudicitia cedens. quam, licèt ex ea filios non ſuſcepiſſet, incredibiliter tamen amauit; aderant enim illi præter etiam formoſitatem, multæ amoris gratiæ. Euenit deinde, ut Patroni partes negligeret, cùm docendi prouinciam ſubire ſtatuiſſet: quo factum eſt, ut à Venetorum excelſa Repub. litteras acciperet, quibus ad interpretandum ius Pontificium in celeberrima Patauinorum Academia honeſtiſsimis

conditionibus

conditionibus inuitaretur: Annuit ipſe, cui iam animo inſederat interpretandi officio fungi. Quamobrem Patauium ſe recepit,vbi ius Pontificium enartando, non diu fuit,quin primas ſine controuerſia obtineret, ſummique interpretis nomen ſibi uendicaret,ac ſuos(ut appellant) Concurrentes, uiros alioquin doctiſsimos, interpretandique munere prouectos, ſuperaret. Cui ſemper aderat ampliſsimum ſcholarium theatrum, quos quidem omnes ſcientiæ fama,præclara eruditione, atque docendi eximia facilitate ad ſuum Auditorium facilè conuerterat. Ibique annorum quindecim curriculo ſumma cum laude ac gloria & docuit, & in iure reſpondit; ita,ut domus ſua, non modò totius ciuitatis, ſed etiam Italiæ, exterarumque gentium oraculum eſſet. Vir fuit præſtantis ingenij, acerrimi ſanè iudicij, & laboris circa ſtudium ultra fidem patiens. Etenim perire omne tempus arbitrabatur, iuxta illud Plinianum, quod ſtudijs ipſis non impertiretur. Inſuper memoria, quæ omnium rerum eſt theſaurus, excellenti præditus fuit & ſingulari, ut omnia ad manum,in promptu,ac in numerato haberet. Dum Patauio,ſic celebri loco uitam uiueret, iuſſu Pij Pont. Max. eius nominis iiii. Romam petijt ad prima lectionis ueſpertinæ ſubſellia in iure Cæſareo deſignatus, ubi anni ſpatio ius Ciuile ſcientiſsimè interpretatus eſt. Cui Pontifex ipſe, Reuerendiſs. Cardinales, cæterique clariſsimi uiri ob eximiam eius ſcientiam, quæ ab omnibus prædicabatur, magnum tribuebant honorem. Et niſi, heu, mors acerbiſsima è medio illum ſubſtuliſſet, nulli dubium, quòd ampliſsimum Cardinalatus gradum aſſequutus fuiſſet. Edidit libellum Regularum, Concluſionum, atque receptarum opinionum, ſiue communium, ut uocitant, perutilem quidem ac fructuoſum. Reſponſorum item iuris, ſeu Conſiliorum(ut vulgus appellat) libros quatuor, qui præ manibus quoniam habentur, quanta ſint referti doctrina & copia, ipſi de ſe ipſis fidem faciunt. Equidem in illorum commendatione laborare, ſuperuacaneum duxi,cùm ex Tripode(abſit uerbo inuidia) proueniſſe uideantur. Magna etiam eruditione refertos commentarios in ius Pontificium reliquit, non nullos in Cæſareum,qui apud hæredes ſeruantur, Deoq; propitio ad communem utilitatem è tenebris in lucem citò euocabuntur. Egit ſupremum uitæ diem Romæ,ubi profitebatur, moleſta cum inuadente febre, quæ uita uirum digniſsimum paucis diebus uiribus cunctis expoliauit ſimul & extinxit, Anno Salutis Chriſtianæ M. D. L X I I. Quarto idus Decemb. Vixit annos ſex ſupra quadraginta, Menſes ſeptem, & dies decem. Sepultus ad Diui Euſtachij Aedem loco non incelebri.

P I V S PP. V.

MOTV proprio &c. Cum, ſicut accepimus, Dilectus filius Damianus Zenarius, Venetus bibliopola nobis exponi fecerit, quòd ad communem omnium ſtudioſorum vtilitatem ſua propria impenſa, & induſtria Conſilia Iacobi Philippi Portij, Iuriſcõſulti Imolenſis, necnon eiuſdem Regulas, Communes opiniones, & concluſiones. Item opus vulgari idiomate inſcriptum, le impreſe del S. Ieronimo Ruſcelli, tam cum figuris, quàm ſine, & tam Italico, quàm alio quocunque ſermone imprimi facere intendat, dubitetque ne huiuſmodi opera poſtmodum ab alijs, ſine eius licentia imprimantur: quod in maximum illius præiudicium tenderet. Nos proptereà eius indennitati conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia eidem Damiano, ne prædicta opera hactenus ab alio non impreſſa, dummodo per inquiſitores illarum partium viſa, & approbata fuerint, per decennium, a quocunque ſine ipſius Damiani licentia imprimi, aut ab alijs vendi, ſiue in eorum apothecis, aut aliàs venalia, præterquàm ab illo, cui dictus Damianus opera huiuſmodi imprimenda commiſerit & licentiam dederit, teneri aut haberi poſsint; concedimus, & indulgemus. Inhibentes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam in Italia, quàm extra exiſtentibus, præſertim bibliopolis, & librorum impreſſoribus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ; in terris verò S. Rom. Eccleſiæ mediatè & immediatè ſubiectis, etiam trecentorum ducatorum auri de camera pro vna cameræ Apoſtolicæ, pro alia accuſatori, pro tertia ipſi Damiano irremiſsibiliter applicandorum, & amiſsionis librorum pœnis, toties ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrendis, quoties contrauentum fuerit, ne intra prædictum decennium dicta opera, & libros, ſine eiuſdem Damiani licentia imprimere, aut alias vt ſupra tenere audeant. Mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicarijs in ſpiritualibus, & in ſtatu Ro. Eccleſiæ Legatis, Vicelegatis, & Gubernatoribus, vt quoties pro ipſius Damiani parte fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Damiano efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes præmiſſa, ad omnem illius, & pro eo agentis requiſitionem contra inobedientes, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & per alia iuris remedia auctoritate apoſtolica exequantur, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſecularis. Et inſuper, quia difficile foret præſentem Motum proprium ad quælibet loca deferri volumus, & apoſtolica auctoritate decernimus ipſius tranſumptis, vel exemplis, etiam in ipſis operibus impreſsis, plenam, & à data præſentium eandem prorſus fidem vbique in iudicio & extra haberi, quæ præſenti originali haberetur, & vt eadem per breue noſtrum expediri poſsint.

Fiat vt petitur M.

Datum Romę Apud Sanctum Marcum Pridie Kal. Septembr. Anno Primo.

1566. 23. Marzo nel Senato.

CHE per authorita di queſto conſeglio ſia conceſſo al fidel noſtro Damian Zenar, che altri che lui, ò chi hauera cauſa da lui non poſſa per lo ſpacio di anni 20. proßimi futuri ſtampar in queſta città, ne in altra città, o luogo noſtro, ne altroue ſtampati in eſſo uender li conſegli in iure, & regole dell'Imola ſotto pena di perder i libri, & di pagar duc. cinquecento à chi contrafaceſſe, da eſſer diuiſa, un terzo all'Arſenal, uno al Magiſtrato, che farà l'eſſecutione, & l'altro all'accuſator. eſſendo obligato il predetto ſupplicante di oſſeruar quanto è diſpoſto per le leggi noſtre in materia di ſtampe.

Laur. Maſſa Secret.

CONSILIORVM,

SIVE RESPONSORVM IACOBI PHILIPPI PORTII IMOLENSIS,

IVRIS PONTIFICII ATQVE CAESAREI OMNIVM PERITISSIMI, & in interpretando, ac Reſponſitando ſuæ tempeſtatis facilè Principis,

Liber Primus.

NVNC RECENS IN LVCEM EDITVS.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Doctores quamprimùm atque conſulunt, facti ſpeciem cognoſcere debent, ius enim ex facto oritur.*
2 *Iudices Cæſarei myſteria iuris in pectoris ſcrinio repoſita, conditaque habent.*
3 *Facti ſeries ſtudioſè diligenterque circumſpicienda eſt: cùm ex minima facti mutatione totum ius mutetur.*
4 *Fœmina in feudo franco ſuccedit.*
5 *Fœmina capax eſt feudi donationis titulo, emptioniſve acquiſiti, itidem & feudi ligij.*
6 *Fœmina regulariter feudi incapax eſt, excipiuntur tamē plures caſus, ſed remiſſiuè, & nu. 21.*
7 *Feudo fœmina ſuccedit, ſi domino obſequium præſtare ualet.*
8 *Feudum propriè non dicitur, quando ſeruitium non præſtatur.*
9 *Mulieres nonnullæ bello præſtantes deſcribuntur.*
10 *Mulieres in feudis per ſubſtitutos ſeruire poſſe, præſertim conditionatis.*
11 *Feudo priuatur vaſallus, ſi domino requirenti, ſeruitium per ſe, aut alium vice ipſius, non præſtiterit.*
12 *Effectum lex perpendere ſolet.*
13 *Iuramentum fidelitatis in feudis regulariter præſtandū; fallit tamen, & de communi teſtatur.*
14 *Feudatario decedente abſque maſculis, eius hæres meliorationes in feudo factas auferre poteſt, ſi dominus illarum pretium pendere nolit.*
15 *Feudi retentionem habet hæres pro melioramentis in feudo factis à feudatario abſq; maſculis decedente.*
16 *Eccleſia iuſtitiæ cultrix eſſe debet.*
17 *Filiam tuendam eſſe in bonorum feudalium poſſeſſione, quidquid contrà agnati contendant.*
18 *Soror defendēda eſt in poſſeſſione feudi, licèt ipſi contradicant agnati.*
19 *Feudi conditio ex pacto alteratur, domini accedente cōſenſu.*
20 *Princeps inſpecta eius conſcientia lites dirimere poteſt, allegatorum, probatorumque fide poſthabita. idemq; de eius Senatu dicendum.*
21 *Fœminæ à feudorum ſucceſſione repelluntur, necnon & earum filij.*
22 *Fructus ex infecta radice reijci ſolent.*
23 *Ratio eadem ubi viget, ibi & eadem iuris diſpoſitio.*
24 *Regulam pro ſe habere, ſufficit.*
25 *Fœminas non eſſe feudorum capaces, quæ nam ſit ratio.*
26 *Inueſtituræ tenor præmaximè attendendus eſt. & numero 31.*
27 *Inueſtituræ licèt feudorum naturæ repugnet, nihiloſecius illi inhærendum.*
28 *Verbum hæres, et ſi ex propria ſui natura aptum ſit, tàm maſculos quàm fœminas comprehendere, fallit tamen in feudis; eſtque communis concluſio.*
29 *Mentem & rationem vi verborum eſſe potiorem.*
30 *Maſculinum quando fœmininum non comprehendat.*
31 *Tenor inueſtituræ, & qualitates expreſſæ attendi debent.*
32 *Alienari prohibita, nec quidem caſu aliàs excepto diſtrahi poſſunt, ſi hominis prohibitio cum legis diſpoſitione concurrat.*
33 *Vincula duplicia difficulter enodari atq; diſſolui.*
34 *Delicta reiterata maiori animaduerſione punienda.*
35 *Iuramentū fidelitatis non paucos producit effectus, & qui ſint, breuibus deſcribuntur.*
36 *Mulieres cur à muneribus ſubeundis arceantur.*
37 *Mulierum conſilia leuia, hinc eis legis condendæ poteſtas denegatur.*
38 *Fœmina varium & mutabile animal.*
39 *Mulieres ob earum imbecillitatem, inconſtantiamq; à pluribus arcentur officijs.*
40 *Iuramentum fidelitatis ſubire, ob quam cauſam fœminæ repellantur.*
41 *Pactum reſpiciens agnationis cōſeruationem, ſtatim obligationem producit.*
42 *Pacta & conuentiones Principum legis condendæ poteſtatem habentium, vim obtinent ſtatuti.*
43 *Militiæ incumbentibus quædam inire pacta permittitur, quæ cæteris denegatur.*
44 *Duces ſiue Barones, qui vetuſto vſu Cæſari non obediūt, priuilegia Cæſaris habent.*
45 *Principis poteſtatem in dubium controuerſiamque vocare, nefas eſſe.*
46 *Clauſulæ ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, virtus & energia.*

47 Pactum non valere, per quod libera teſtandi facultas auferatur.
48 Defenſio inſtinctu naturæ inſita eſt vnicuique.
49 Defenſio nec quidem legis auctoritate tolli poteſt.
50 Reipublicæ intereſt, homines eſſe locupletes.
51 Maſculos fœminis præferri in ſucceſſionibus inteſtatorũ, commodius plerumque legislatori viſum fuit.
52 Finis potiſſima cauſa eſt, vt diſpoſitionis honeſtas deprehendatur.
53 Finis nobilior eſt principio, omnisque laus in fine canitur.
54 Pacta, ſeu conuentiones, (quas fraternitates vocitant) legitimas eſſe, ex communi ſententia demonſtratur.
55 Iuramentum in conuentionibus maximum tribuit fomentum.
56 Tempus immemoriale reddit actum irrefragabilem.
57 Exceptionem aduerſus regulam qui innititur, illam probare obſtringitur.
58 Maſculini ſexus qualitas adiecta, fœminis non conuenit.
65 Lex ad ea quæ frequentius, non autem quæ rarò accidunt, adaptatur.
60 And. ab Iſern. atq; Aluaro. in §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſ. declarantur.
61 Fulgoſius conſi. iiij. exornatur.
62 Perſonæ induſtria electa, non poſſumus ad alias confugere.
63 Fœminæ perpetuò excluduntur, quoties in inueſtituris maſculorum facta eſt mentio.
64 Poſſeſſionis ius abſorbetur per dominium, potioraque iura.
65 Tex. §. inter filiam, c. i. ſi de feud. defun. conten. ſit inter domi. & vaſal. exornatur.
66 Conuentiones iam diù obſeruatæ, ſunt perpetuò veluti iuſtæ ſeruandæ.
67 Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, deficit, etiã vnius filij natiuitate.
68 Conditione vna ex pluribus deficiente, nihil actum eſt.
69 Filij poſiti in conditione, non videntur ex teſtamento uocati: temperatur tamen ex receptiore ſcribentium ſententia, niſi teſtatoris mens certa eſſet, oppoſitumq; ſuaderet.
70 Excluſus ſemel, quòd perpetuò cenſetur excluſus.
71 Ius in perſona non radicatum, veluti quæſitum conſiderari neutiquàm poteſt.
72 Ius à futuro euentu pendens, facilius amitti.
73 Prouerbium inter os & offam.
74 Filius viuente patre quaſi dominus exiſtimatur.
75 Feudum pignorari poſſe, domini accedente conſenſu.
76 Actum eodem genere diſſoluere debemus, quo colligauimus.
77 Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.
78 Geminatio actus efficacius contrahentium mentem indicat.
79 Pacta nouiſſima prioribus derogant.
80 Hæres factum defuncti ratum atque firmum habere debet.
81 Obligationis eſſentiam non mutari ex perſona hæredũ.
82 Principis à ſententia non datur appellatio.
83 Iudices iuſtitiam diligere debent, & perſonarum acceptores non eſſe.
84 Imperator præ cæteris iuſtitiam colere aſtringitur.
85 Imperator oleo ſacro autoritate Catholicæ Eccleſiæ inungitur.

SPIRITVS PARACLETI

mihi lux adſit, vt veritatis ſcopum attingere poſsim.

CONSILIVM PRIMVM.

IN CAVSA reuiſionis ſententiæ latę à Carolo eius nominis quinto Cęſare ſemper Auguſto, inter illuſtriſsimum Comitem Philippũ Lantgrauium Haſsiæ Principẽ reum, & illuſtriſs. Comites Naſſauienſes actores; cuius perplexũ argumentũ diutius vni-
1 uerſæ Europæ Iureconſultorum ingenia torſit: † facti ſpecies diligenter perpendenda eſt, vt quid ſecundum iuris noſtri rationem conſtituendum ſit, facilius perſpici poſsit. l. ſi ex plagis. §. in diuo. ff. ad leg. Aquili. ibi, in cã iua poſitum eſt. Alber. colligit & Flor. in ij. ſummario. l. ut reſponſum. de tranſaction. & c. de muliere, de ſponſa. & qñq; ueteres in reſponſis aduerterunt. Bal. conſ. xii. Quidam, lib. ii. Ancha. cccij. Materia, Deci. dcxxxvii. nu. ii. Pariſ. xxxii. num. xxiii. lib. i.
2 † Cùm enim negotium hoc coràm Cęſaris delegatis diſcutiendum ſit, iuris myſteria in pectoris ſcrinio repoſita habentibus. l. ii. C. de off. ciu. iud. ubi Doct. colligunt, c. in noſtra, de procurato. c. niſi, de pręben. ubi
3 Abb. & in auct. de iudicib. ibi, ab aliis accipere: † facti ſerie ad unguem perpenſa, eos diffinituros credẽdum eſt. l. ea eſt natura, de reg. iur. ubi Alber. & Cagno. nu. xxvii. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. Præſid. ubi Bart. l. ꝑcibus. C. đ impu. & ali. ſubſ. ubi Dec. in ij. no. nu. iij.

HYPOTHESIS, SIVE CASVS.

CONTIGIT Herbipolenſem Epiſcopum titulo feudi militaris ac maſculini, anno Dñi 1467. conceſsiſſe Darmſtadium Ciuitatem, Biſingien, Ellapach, Eſchelbrug, & plura alia oppida, caſtra, villas, agros, nemora cum aliis acceſſoriis & pertinentiis, Illuſtriſsimo Comiti Philippo in Catzenelnpogen, ut ex inueſtitura cõſtat. At, cum ꝑmortuo illius filio, Illuſtriſsi. Comes dñam Annam unicam filiam Henrico Illuſtriſsimo Haſsiæ Principi collocaſſet, ab Herbipolenſi Epiſcopo obtinuit, unâ cum illo ſimultaneè (ut uocant) inueſtiri; ut conſtat ex literis illius ad Epm tranſmiſsis; quibus ita demum conſentire atteſtatur, dummodò nullum ſuperſtitem maſculum, atq; feudalem relinquat hæredem.

Cęterùm huic inueſtituræ duplex conditio adiecta fuit: Prima, ſi contingeret ipſum vaſallũ abſq; maſculis hrẽdibus ex ſuo corpore deſcẽdẽtibus obire. Altera, ſi cõtingeret alios ipſius uaſalli hrẽdes feuda huiuſmodi poſsidere: ut tunc Herbipolenſi Epõ liceret decẽ millibus aureis ꝑſolutis illa ipſa redimere. Deceſſit Comes Philippus, Henricus ipſe inueſtituram quã primùm accepit, eiſdem repetitis conditionibus anno Domini 1450. moriturq́ue ſuperſtitibus Vuilhelmo iuniore ſiue tertio atq; Heliſabetha ac Mechtilde filiabus. ſucceſsit Vuilhelmus maſculus ſecundum inueſtituræ formam, nuptuiq́ue tradidit Heliſabetham Illuſtriſsimo Comiti à Naſſaú, Mechtildam uerò Illuſtriſs. Duci Cliuienſi. Verũ, cùm Henricus eius pr Vuilhelmi medij ſiue ſecundi eius ex fratre nepotis

tute-

tutelá adminiſtraſſet, eo nomine Vuilhelmus inoior
ſiue tertius ab ipſo medio ſiue ſecnodo patruele con
uenitur, vt villicationis paternæ ratiooẽ redderet, &
reliqua cõſignaret. Quo quidem iudicio cùm diutius
litigatũ fuiſſet, Archiepi Colonienſis ope & Ducis Vi
theburgenſis ita tranſactum fuit, vt Vuilhelmus me-
dius ab eius actionis nexu iuniorẽ ſiue tertiũ liberaſſe
intelligeretur. Et viciſſim, vt is, nõ ſolũ cõſentiret, ve-
rùm ẽt oẽm operam daret, Vuilhelmum medium ſiue
ſecundũ inueſtiri in oĩbus & ſingulis feudis ſibi tam
à Sacro Romano Imperio & aliis Priocipibus dñis Re
ctoribus cõceſsis, q̃ Herbipolenſi, ſimultaneo iure (vt
vocant) ea tñ lege, vt ſi tertius ſiue iunior vel vnũ ma-
ſculum ex ſuo corpore deſcẽdentẽ relinqueret, in feu
dorum obuentionibus, emolumẽtis, titulo armis, inſi
gnibus, & nomine frueretẽ; vt latius in lr̃ix trãſactionis
snitę anno Dñi 1495. conſtat. Confectis deinde in-
ueſtituris ſimultaneo iure (vt conuenerant) Vuilhel-
mus iunior Illuſtriſsimam Heliſabethã Comitis Pala
tini in Rheno filiã vxorem duxit, pactus dotẽ duorũ
& triginta milliũ rhenenſiũ: & eiuſdẽ ſummę dona-
tionẽ pp nuptias celebrauit, ſponſalitiáq; largitatem
decẽ milliũ aureorũ eidẽ contulit. quo noĩe vniuerſa
feuda Herbipolẽſia ipſius Epi accedẽte cõſenſu vxori
ſuppoſuit; ea lege, vt ſi poſt mortẽ vtriuſq; Eps feuda
illa redimere vellet decẽmille aureorũ ſummã nõ ipſi,
aut eius hæredibus, vt priori pactione actũ fuerat, ſed
ipſius Palatinę vxoris hęredibus numerare teneretur,
abſq; vllo impedimẽto, cùm ipſius Epi, tũ Vuilhelmi
hæ̃dũ. Demũ, cũ cõtingerit, Vuilhelmũ hũc nullis ſu
perſtitibus filiis obiiſſe; Palatina ſecundũ legẽ cõtra-
ctui dotis adiectã feuda Herbipolẽſia tãdiú poſſedit,
quò ad Vuilhelmus ſecundus ſiue medius perſolutis
quatuor & ſexaginta millibus florenorũ rhenẽſiũ, li-
berã feudorũ poſſeſsionẽ adeptus fuit: ſimultaneẽ. n.
ab ipſo Maximiano Cæſare, viuẽte adhuc frẽ patruele
inueſtitus fuerat: & ab illius obitu ab Herbipolẽſi Epo
anno Dñi 1502. eadẽ cõditiooe repetita, q ſi abſq; hę
redibus maſculis ex ſuo corpore natis decederent, tũc
Epo liceret pſolutis quinq; millibus aureis aliis eius
hęredibus feuda ipſa redimere. Tandẽ, dum hæc agũ-
tur, Illuſtriſs. D. Heliſabeth iunioris Vuilhelmi fratris
hr̃ditatẽ ab ipſo Vuilhelmo medio ſiue ſecũdo petere
cœpit. In quo quidẽ iudicio poſt ipſius Heliſabethæ
obitũ anno Dñi 1523. à delegatis Cęſareę Maieſtatis
pnũtiatũ fuit, Heliſabethã actricẽ Vuilhelmi iunioris
ſiue tertij frĩs hæredem eſſe, exceptis feudis maſculi-
nis, & aliis bõis, quorũ fœminę nõ ſunt capaces. Vẽ-
rùm, cũ ſup huiuſmodi ſnĩæ liquidatione diutius liti-
gatũ fuiſſet; Maieſtas Cęſarea anno Dñi 1548. decla
rauit ſnĩam cõmiſſariorũ dudũ latã in ſuo robore p-
manere; reiectis exceptionibus etc. ſubiecitq; verba
huiuſmodi: quò ad liquidationis negotiũ attinet: cir-
ca Darmſtadiũ ciuitatẽ cũ ptinẽtis, Biſingen. & alia,
iure definitũ eſſe, articulos per Lantgrauiũ die Martis
poſt diuę Heliſabethę feſtũ anno Dñi 1530. corã Cõ
miſſariis exhibitos admiſſos nõ fuiſſe. & pnuntiatũ
vlteriùs, Lantgrauiũ Darmſtadiũ ipm. Biſingẽ. & alia
in feudo Eccleſiæ Herbipolẽſis cõprehẽſa cũ ptinẽtis
p dimidia dñis actoribus infrà tp̃s, & ſub pœna execu-
torialibus inſerta, necnõ regeſta, libroſq; rõnũ, vnâ cũ
fructib⁹ ex ipſis declarãdis, reſtituere & exhibere dẽre.
Quã ſnĩam cùm Illuſtriſs. Principis Lantgrauij pcu-
ratores ſupplici libello Cęſari porrecto, obtinuerint

recognoſci, ſeu (vt vulgò dicũt) reuideri: quęſitum eſt,
vtrum iuris rationi conueniat, an non?
Et prima facie videretur prorſus eã cõfirmãdã eſ-
4 ſe, † Quippè q cõſtet, feudalix ſucceſsionis pluribus
caſibus fœminas eſſe capaces: veluti eo, cũ feudũ frãcũ
cõcedi proponitur. c. j. qui feu. dare poſſ. vbi Bal. verſ.
quęrit gloſ. & c. Obertus, ex quibus cauſis feudũ amit
tatur. vbi And. de Iſern. & Afflic. nu. cclj. & c. j. §. quia
5 vidimus, qui feu. dare poſſ. vbi Bal. ad fin. Vel † cũ do-
nationis titulo, vel emptionis acquiſitũ proponitur;
uel ligium ſit: pluribus aliis caſibus paſsim à Doctori
bus enumeratis, vt Spec. tit. de feu. §. qm̃. n. xl. xlj. & 42.
Bal. quoties. C. de ſuis & legiit. & Ponta. ſing. clxxvij.
Hodie fœmina. & ſępius ptractatũ atq; ex facto rñſũ
extat. Iac. de S. Georg. tract. de feudis in ver. & fœmi-
nis. Curt. iun. tract. eod. ij. par. princ. q. j. vbi † ponit re
6 gulã ab ea exceptiooes ſubiiciẽs; et Caccialu. tract. de
feu. cogni. arti. vj. nu. xxix. & Zaſi. tract. eod. par. ij. nu.
x. & par. viij. nu. xlvj. Rom. conſ. j. & ccclxvij. verſ. quo
ad quintum. Corn. xvj. Aperta fronte, in j. lr̃a H. & I.
verſ. primus. Dec. xxxij. n. iiij. & lxxxv. n. vj. & cxxxix.
nu. j. ibi, ſimiliter ſi ligium ſit. Rui. xviij. n. xvij. & xix.
in j. qñ eſt cõditionatũ feudũ; & cõſ. xxiiij. nu. vij. eo.
lib. ibi, ſ. feudũ pro annua mercede cõceſſum ſit. Car.
Pariſ. conſ. iiij. in j. & conſ. xij. & xvi. nu. i. ii. & iii. in j.
Grat. Bonon. cõſ. ii. nu. xi. & xii. & conſ. ix. nu. cliii. &
cliiii. & ſeq. in j. quarè, cùm in pñti negotio fœminas
feudalis ſucceſsionis capaces eſſe pſumendum videat,
ne aliâs Cęſaris decretum iuri repugnare videatur. l. j.
de conſtitu. Principum. l. fi. C. de legi. cap. ſi motu, de
pręb. in vj. ſnĩam huiuſmodi iuſtam eſſe diiudicandũ
videretur. In lr̃is enim à Comite Ioanne reuerſalibus
tranſmiſsis, anno Dñi 1303. necnõ & in aliis inueſti-
turis munus quoddã reale ab huiuſmodi vaſallis p-
miſſum eſſe vr̃: ibi, Et ſi vltrà prędicta reſeruerimus
aliquid, quod à pdicto charisſimo Dño nr̃o et Eccle-
ſia eiuſdẽ in feudum teneatur, vel dependeat, hoc ip-
7 ſum ſcriptis nr̃is eidẽ Dño noſtro nunciabimus. † cu-
ius obſequij, cùm Heliſabeth capax cenſeri poſsit, er-
go ab ipſo feudo repellenda non vr̃. Specu. in titu. lo-
cati. §. nunc aliqua, ver. quartò, in fi. & Bal. c. ſi cautio,
8 de fid. inſtr. nu. xiiii. vbi concludit, † feudum huiuſ-
modi non eſſe propriũ; & idẽ Bal. d. c. i. §. & vidimus,
qui feu. dar. poſſ. nu. ix. verſ. quęrit glo. & in tit. de pa-
ce Conſtantiæ, verſ. libellarium. Et nonnunquam ve-
teres noſtri ex facto conſulti rñderunt. Oldra. cõſ. cc-
lxx. nu. ix. verſ. eſt et aliud. Rom. & Corn. conſiliis ſu-
perius adductis, Alex. xxix. nu. i. & cxxxvi. nu. iiii. & v.
in primo. Curt. ſeni. lxii. nu. iii. Soci. clxvii. Non inu-
tilis, ver. qm̃, n. iiii. & clvii. n. ii. in ij. Dec. d. conſ. xxx-
ij. n. iiii. & cxxxvii. n. vi. & cxxxix. nu. i. & cclxix. n. vj.
Secundò eandem concluſionẽ ſuadet & ipſius Do.
Heliſabethę conditio; ſiue mulierum qualitatem in-
9 tueamur, ſiue cõiugũ earũ, vel filiorũ: † cõſtat etenim
nõ defuiſſe mulieres, q̃ & pſonalia obſequia dñis, ẽt
prodeundi in aciẽ pſtare potuerũt: cuiuſmodi Iudith
Auſtrię reginã: Itẽ Zenobiã, Oriẽtis Iſicratheã Mithri
datis vxorẽ, & Cleopatram fuiſſe legimus. Quocirca
mammam alterã Amazones exuſſiſſe traditũ eſt; & Pã
thaſilea furẽs mediis in millibus ardit. Vñ Iſernias à
nullo feudorũ gñe fœminã repelli qñq; cẽſuit. d. c. j. q
feu. dare poſſ. ibi, niſi Romã cũ illis in exercitu perre-
10 xerint. & Aluaro. ibi. in §. hoc aũt notãdũ. † Prętereà
cõiugis & filiorũ induſtria in huiuſmodi argumento

mulieribus ſuccurri poſſe, traditū eſt in Specu. de feu.
d. §. qm̄, q. xxj. nu. alſ. ibi, ſed ſeruiet. & in feudis cōdi-
tionatis ſępius veteres docuerunt. Bal. d. c. j. §. quin ēt,
Ep̄m uel Abbatē, nu. i. verſ. ſecus ſi eſſet, & ibi Aluar.
nu. ij. verſ. & intellige p̄dicta, & Bal. d. c. j. qui feu. dare
poſ. §. pen. nu. aia. ver. q̄ro ſi feudū eſt, ubi adducit c. j.
11 §. ſimiliter, de Capitaneo qui curiam vendid. vbi † cō-
ſtitutū eſt, vaſallū tā in Italia q̄ in Germania, publica
expeditione à dn̄o ſuo vocatū, temerè venire ſuper-
ſedentem, feudum ipſum, quod ab Ep̄o vel alio Dn̄o
habuit, amittere: & ibi Glo. in verb. aliū pro ſe, aduer-
tit, & And. de Iſer. Alua. & Afflict. & Fulgo. intrepidè
rn̄dit conſ. iiij. Ad id de quo. vbi atteſtatur Reueren.
Ep̄m Patauiuum ex iuriſperitorum cōſilio ipſius filię
vaſalli maritum inueſtiuiſſe. & Curt. ſubſcribere vi-
detur. d. tract. de feudis. fol. a 3. verſ. adde tu, & conſi.
xxij. nu. xxxij. & xcij. in j. et Card. Pariſ. d. cō. avj. n. ia.
& in ſacro Neapolilio Conſ. deciſum eſſe vr̄, Afflict.
deciſ. cccaxiij. nu. vij. verſ. nec obſtat illud. Quid. n.
12 refert à quo munera hęc Dn̄is præſtētur? cùm † lex
effectum potius perpendere videatur. l. iij. in fi. C. de
nat. lib. l. iij. C. de inſti. & ſubſti. l. mulier, ad Sena. cōſ.
Treb. vn̄ Ariſt. Ethi. j. c. iij. parum intereſſe dicebat, an
quis iuuenis ſit moribus an ætate. & Fulg. d. conſ. iiij.
13 ver. hanc quoq; ſn̄iam. Nec † vr̄ vrgere in huiuſmodi
caſibus ſidelitatis ipſius iuramentum inſpici ſolitum,
toto titu. Qualiter iurare debeat vaſal. & c. j. de noua
forma fideli. §. qui dn̄o, quia ſupraſcriptis caſibus, ni-
ſi explicitè actum ſit, iurm̄ non præſtari, receptius eſſe
videtur. Curt. d. tract. feud. iiij. par. q. viij. verſ. ſub hac
prima, & Soci. d. conſ. cclvij. nu. vij. & Deci. cccla. nu.
viij. & in propoſito negotio ad genus obſequij in in-
ueſtitura expreſsi reſtringendū vr̄. c. peruenit. e. quē-
admodū, de iureiur. declarant Soci. d. cōſ. cclvij. in ij.
& Card. Pariſ. d. conſ. iiij. nu. i. & ij. & nu. axj. & axij. &
d. conſ. xij. nu. axvij. axviij. & aix. & d. conſi. xvj. nu. vj.
vij. viij. ix. a. & xj.

Tertiò ambigendum non vr̄ quin ipſi D. Heliſabe-
thę aliquod ius Herpipolenſia feuda retinēdi cōpe-
tere videatur, veluti Vuilhelmi fratris iunioris hęre-
14 di, † hoc eſt meliorationes (emponemata Gręci vo-
cāt) quas Illuſtriſsimus Henricus eius pater, deinde
& frater feciſſe proponuntur. c. j. §. ſi vaſallus, titu. hîc
finit lex Conrad. & conſtitutiones regni inci. ibi, de-
ciſum eſt, vaſallo abſq; maſculis decedente dn̄m pati
debere hęredes ædificiū auferre, aut meliorationum
p̄tium ſoluere. Glo. in verb. p̄tium ſoluat. Iſer. & Bal.
aduertūt. & Bal. c. j. §. ſi quis, de cōt. inueſt. & auct. ex-
cipitur. C. de bon. quę lib. Quę cōcluſio receptiſsima
eſſe cenſetur, ſiue quis ex teſtō ſuccedat ſiue ab inte-
ſtato. Gl. d. §. ſi vaſallus, & Bal. c. i. circa fi. principij de
15 ſucceſsione feu. tametſi † ex fructibus bonorū feuda-
liū ædificia hęc conſtructa fuiſſent, adhuc retentionis
bn̄ficiū ipſi hæredi competere traditū eſt. Alua. c. Im
perialē, de prohib. feu. alien. Alex. Iaſ. l. diuortio. §. ob
impenſas. ff. ſol. mat. & Iaſ. l. ij. §. ſi hęres, ad Sena. cōſ.
Treb. nu. xij. poſt Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi fundus.
ff. de pig. act. & Iaſ. l. creditor. l. x j. ff. ſi cer pet. nu. vi. &
l. ii. C. de iur. emphy. nu. xxviij. & axia. vbi quàmplu-
res adducit, probantes concluſionem hanc, multò for
16 tius in eccleſiaſticis feudis p̄cedere: cùm † eccleſia ip-
ſa iuſtitię cultrix eſſe debeat. c. locupletari, de reg. iur.
in vi. & tradit Corn. cōſ. cxlvij. in ij. lr̄a m. & n. & Bru.
cv. in fi. & cvj. & Card. Pariſ. cōſ. xxviii. nu. ii. & cō. lv.
nu. axiii. & xxiiii. & conſ. lviii. nu. liiii. in j. & quan-
doque deciſum extat, Guido Papæ deciſi. clxix. Boē.
deciſi. acvi. in quæſtione facti, vbi diſtinguit inter na
turales, induſtriales, & ciuiles meliorationes.

Quartò hinc quoq; Illuſtriſs. D. Heliſabethę ius mu
17 niri poſſe vr̄, † q̄ iure p̄ximitatis in feudaliū ēt bono-
rum poſſeſsione tuenda videatur, c. i. §. i. ſi de inueſti.
int. dom. & vaſal. verſ. ſi aūt in poſſeſsione, & c. i. §. in-
ter filiā, titu. ſi de feu. defunc. cōten. ſit inter domi. &
agna. vbi deciſum eſt, orta inter filios & agnatos de-
functi contētione, eā interim in poſſeſsione tuēdam.
quod oēs inde colligunt. & in Spec. de teſtam. §. pen.
in fi. & Bal. c. i. de cōten. inter maſc. & fœm. de beneſi.
in prin. verſ. vel dic quartò. Alex. l. ſi. C. de edic. diui
Adr. tol. nu. xaa. & xaxi. & ibi Iaſ. nu. xxvi. & Cur. nu.
xli. & veteres pertractarunt, & ea facto cōſulti q̄nq;
rn̄derunt: Cur. iun. in d. tract. feu. iii. par. princ. q. xxi.
ver. vigeſimoprimò q̄ro, & Bru. cōſ. i. verſ. ſed maior,
& Campeg. conſ. ii. inter cōl. Bruni, ver. tertia in hoc,
Deci. cōſ. cccac. nu. ix. & cōſ. ccccaxiiii. nu. xi. & quā-
uis conſtitutio de filia loquatur, d. §. inter filiā, rece-
18 ptius † tn̄ vr̄, idem in ſorore ſtatuendū eſſe. Dec. cōſ.
ccccacviii. nu. iiii. & cōſ. davii. nu. vii. & dlxaxviii. nu.
viii. & x. Cur. iun. ali. nu. v. & vi. & a. Goza. vii. nu. xi.
vbi adducit d. c. i. ſi de feu. fue. cont. int. dom. & agna.
Pariſi. d. conſ. axiii. nu. laxxia. & xc. in j. cui concluſio
ni in p̄nti negotio eò magis locus eſſe vr̄, cū inueſtitu
rę forma id ſuadeat. ibi, ſi cōtingerit p̄dicta feuda ab
aliis eius hr̄dibus poſsideri: q̄ in pluribus aliis inueſti
turis ab Herbipolēſi paſtore repetita fuit: ſanè de fœ-
minis intellectum fuiſſe vr̄. c. Raynaldus, ibi, ſi abſq; fi
liis maſculis. Glo. But. poſt Io. And. & Abb. aduertūt,
19 Quocircà † pactionis huius auctoritate feudalis con-
ditio & cōceſsio accedēte dn̄i cōſenſu alterata vr̄, c. i.
de feu. dato in vim legis cōmiſ. & c. i. de feu. nō habē-
te propri. feu. natu. tradit Rui. conſ. av. in j. num. ii. &
20 Grat. cōſ. iii. in j. n. x. & xii. q̄ cū huiuſmodi ſint, † cē-
ſendum videretur, in hoc reuiſionis iudicio ab excel-
lentiſsimo & integerrimo Spirenſi Conſilio Caroli
quinti Cæſaris ſemper Auguſti, ſn̄iam cōfirmandam
eſſe: potuit enim eius inſpecta conſcientia cōtrouer-
ſiam hanc dirimere; quicquid allegatū atq; probatum
ſit. l. illicitas. §. veritas, vbi Bar. de off. Pręſid. Bal. poſt
Bar. l. vnica. in fi. C. vt q̄ deſunt Aduoc. & Bal. c. i. §. fi.
de noua for. fidelit. Butr. Abb. Deci. c. dilecti, in fi. de
iudic. & q̄nq; ex facto rn̄ſum fuit, Pōtz. conſi. xa. Vi-
ſo, & daix. in fi. Alex. vi. in iii. Aret. aavii. & lxxxiiii.
Deci. dcxcia. nume. avi.

Quibus tamen & huiuſmodi nō obſtātibus, p̄miſſa
p̄tellatione & reuerētia Maieſtati Cęſareę potiſsimū
a Iureconſultis debita: oppoſitū verius eſſe iudicandū
videtur: & inconcuſſè cēſendum ipſi D. Illuſtriſsimæ
Heliſabethę nullum ius in feudis Herbipolenſibus
competere poſſe: & idcircò in hoc reuiſionis iudicio,
Cęſaris auctoritate intentati, eiuſdem ſententiā plu-
ribus rationibus retractandam eſſe.

21 Et primò, † ſi communis iuris diſpoſitionem in-
tueamur, ſanè Illuſtriſsimi Principis Lantgrauij intē-
tio fundata videtur. c. j. §. hoc autem, qui feu. dare poſ.
ibi, filiarum conditionem à feudorum ſucceſsione re-
pelli. & d. c. j. an mutus feudum, vbi Docto. aduertūt,
& Caccialup. de feudi cognitione, arti. 6. nu. 29. Cur.
tract. eod. 3. par. q. 1. & Zaſ. part. 2. nu. 10. & par. 8. nu.
46. Cald. conſi. 3. tit. de feudis, & de verbor. ſig. Butr.

46.

46.Rectè.Soc.19.in primo,Omnipotens,nu.1.& 2.
Iaſ.114.in primo.Deci.32.& d.conſ.390.& 468.nu.
1.& 655.nu.29.cui concluſioni etiam reſpectu filio-
rum earum procedere non ambigitur.d.§. filiæ verò,
22 d.§.hoc autem,vbi Iſer.Bal.Alua.& Afflict. † fructus
enim ex infecta radice reiici ſolent.l.ſi viua matre.C.
de bon.mater.vbi Bal.& Sali.nu.3. & Soci.docuit.d.
23 conſi.252.in 2.nu.8.Cur.iuni.116.nu.10.viget†.n.
hoc caſu eadem iuris ratio, vnde & diſpoſitio locum
habere debet;qua cauetur, fœminas à feudali ſucceſ-
ſione repelli.d.§.filiæ verò.Curr.ſeni.conſi.49.nu.1.
Curr.iuni.conſ.j.nu.23.& cõſ.21.nu.7.& conſ.140.
nu.1.& Gozad.8.nu.5.& 8.& 10.nu.13.& 26.num.
31.& 56.nu.16.& 90.nu.8. Card.Pari.4.nu.3.& 4.
et 12.nu.1.& 16.nu.1.& 21.nu.1.& 22.nu.23.& 27.
& 28.in primo. Alba nouiſsimè ſubſcribit conſ.61.
nu.5.& conſi.86.nu.2.& nu.4.& ibi plures adducit
conſultò omiſſos, & conſi.87.nu.6.& 7. Et quamuis
aliquibus caſibus aliud ſtatutum ſit,vt aduertit Goza.
d.conſ.8.nu.18.19.& 20.& conſi.10.num.49.& 26.
nu.17.cum aliis ſuperius adductis; in præſenti tamẽ
negotio ſufficere videtur, Illuſtriſsimum Principem
24 reum † ipſius regulæ commodo munitum eſſe.gloſ.l.
omnis diffinitio.ff.de reg.iur. ibi, ſicut Bononienſes
Carotio.vbi Bar.Albe.Dec.& Cag.nu.33.& glo.in l.
ſuus quoque.§.puto,de heredib.inſtit.Bal.l.iij C.fin.
regun.Franc.rub.de reg.iur.in 6. Claud.l. qui iuriſ-
dictioni.ff.de iuriſd.om.iud. Cagn.l.j.de reg.iur.nu.
15.& Deci.conſ.103.& 193.& in terminis præſen-
tis negotij ſubtiliſsimè conſiderauit conſ.518.nu.5.

25 Cuius † quidem deciſionis non inſulſa ratio addu-
ci poteſt; quippè,quod ea ſit feudalis conceſsionis con-
ditio, vt domini concedentis defenſionem in primis
poſtulet: vnde rectè conſtitutum ſit, fœminas huic
negotio inhabiles non admitti.Bald.l.quoties, C.de
ſuis & legit.nu.7.& 8.& l.fi.C.de here.inſti.6.oppo.
& 10.Bapt.Caccialup.d.tract.de feu.col.j.col.fi.ver.
quartodecimò quero,quia fœmina. Pariſ. dictis cõſi.
4.& conſ.12.nu.1.Dominus Marian iunior conſ.61.
in primo.nu.26.& inferius diſcutiam.

Secundò ipſius illuſtriſsimi rei ius fouet ac munit
non ſolùm cõis iuris diſpoſitio, vt ſuperius oſtẽdi;ſed
& ſingularis inter maiores illius & Epos Herbipolẽſes
26 celebrata prouiſio.Nam † ex ipſarum inueſtiturarum
tenore ſatis colligitur qualis vaſallorum & dñorum
intentio fuerit.c.j.in fi.de duo.frat.inueſt.et c.j.in fi.
de ſucceſ.in feud.& c.j.§.deniq;, quę fuerit prima cã,
vbi Iſer.Bal.Aluar.& Afflict.id amplius verũ exiſti-
27 mant, † nempè ex inueſtiturę tenore concedentis in-
tentionẽ deprehendi, licèt naturę feudorũ repugnet,
adhuc tñ ab ea recedendũ nõ eſſe, quod ſępius ex fa-
cto veteres cõſulti rñderunt.Rom.cõſ.33.Viſo. Dec.
d.cõſ.193.nu.1.& 208.nu.2.& 269.nu.5.& 435.nu.
4.& 624.n.4.& 680.n.1.& 1.Goza.cõſ.9.n.6. Pariſ.
d.cõ.j.n.1.Cęterũ in propoſito caſu ſiue prioris inue-
ſtiturę tenorẽ perpendamus,quod fieri debere ſupe-
rius oſtẽdi,Goza.cõſ.90.In cã Mantuana:ſiue poſtę-
riores oẽs;vndiq; conſtabit,feudorũ huiuſmodi con-
ceſsionẽ ſub hac cõceptione factã fuiſſe pro inueſtitis,
ac hęredibus maſculis ex eorum corpore deſcenden-
tibus:quo fit,vt fœminæ prorſus excluſę cenſeri de-
28 beant: † nã, ſi ex propria feudi natura conceſsionem
ſimpliciter alicui factã pro ſe & hẽdibus aduerſus verbi
proprietatẽ apti cõprehendere tã maſculũ quàm fœminã.

l.fi.C. de hære.inſt.d.l.maximũ vitiũ. C.de libe.pter.
& tradit Abb.conſ.iij.Niear.in ij.& Alex.lvj. Viſo, in
ij.& Deci. d. cõſ.32. terminus tñ ille hęres intelligi-
tur ex natura actus pro filiis maſculis,d.c.j.§. et ſi clien-
tulus,de alienatione feudi,ibi,ſine hẽde maſculo.& c.
j.§.fi.ſi de feu.fuerit cont.int.domi.& agnatum, & c.
j.de nat.feud. vbi Docto.& Afflict. d.§.& ſi clientu-
lus,nu.7.& 40. & communiter probant Bart.Alex.&
Iaſ.nu.16.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& poſth.
29 Glo.l.etiam.ff.ſolu.matri. ibi, ſic & in feudis. † Nec
nouum eſt,ſubiecti argumenti rationem vi verborum
eſſe potiorem.l.1.vno.ff.locat. l. inſulam. ff. de præ-
ſcript.verb.c.intelligentia,de verbor.ſignific.aduer-
tunt Imol.& Alex.in l.ex facto.§. fina. ff. ad Senatuſ-
conſult. Trebell. & Abb. poſt veteres.c.in præſentia,
de probation.vbi Deci.nu.42. & ex facto nonnuſquã
reſponſum extat.Card.conſi.lxiiij. Quòd domi. Ful-
goſ.ccxviij.Deci.d.conſ.xxxij.nu.3.& d.conſi.ccviij.
nu.8.verſ.ſed tamen his non obſtantibus. Quamobrẽ
multò fortius in pñti negotio fœminas prorſus exclu-
ſas exiſtimare debemus, cùm in omnibus inueſtituris
qualitas illa maſculorum repetita ſit,quę fœminis ip-
ſis conuenire non poteſt. d. c. Raynaldus, de teſtam.
30 ibi, ſi abſque filiis maſculis. † vbi Goffred. Hoſti.&
Io.And.colligunt,maſculos nunquàm fœminas com-
prehendere,cùm in illa diſpoſitione ſexus illius men-
tio clarè facta proponitur. & Barto.l.cùm auus.ff.de
condi.& demonſtra.q.j.& ij.& ibi Soci.nu.76.& 77.
& Iaſ.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdict.om.iud.nu.13.
quinimmo qualitas illa expreſſa fœminas prorſus ex-
cludere videtur.d.l.cùm prętor.ff.de iudi.d.c.nonne,
de præſumptio.& c.qualis. xxv. diſtinct. diſtat enim
ſubſtantia ſexus huiuſmodi, & ſi concurrat, tertiam
quandam ſpeciem conſtituit. l. cùm quæritur.ff. de
ſtatu hominum.c. ſi teſtes.§.Hermaphroditus.iiij.q.
31 iij.†quocircà alterius qualitatis expreſsionem in hu-
iuſmodi feudalibus pactionibus alteram excludere,
quandoque veteres ex facto conſulti reſponderunt.
Abb.conſ.xxxvj.nu.1.& 2.in princi.Alex.conſi.xxx.
Quoniam,num.21.verſ.præterea reſpondeo quòd il-
lud.Deci.conſi.cxciij.nu.1.Vnde,cùm Illuſtriſsimus
D. reus & ſingulari & generali iuris diſpoſitione ſuf-
fultus ſit, d.c.j.§.fin.quid ſit inueſtit.d.c.j.de duobus
fratribus à Capitaneo inueſtitis,vbi Marti.Lauden.&
Barba.conſi.iiij.in primo,ius eius cauſam illius longè
potiorem eſſe diiudicandum videtur.l.fin.C.de pact.
conuent.l aſsiduis. C.qui potiores in pigno. l. ſi ho-
32 minem.C.mandati,vbi Bart.cùm†enim hominis iuſ
ſus cum legis diſpoſitione concurrat, aliquid aliena
ri prohibentis,nec caſu quidem aliàs excepto diſtrah.
poſſe,Iuſtinianus ſanxit.§.ſanctiſsimas, in aucten.de
aliena.& emphy.& Bald.docuit c.j.§.præterea, de ca-
pitulis Conradi.Alex.& Iaſ.l.filiusfamil.§.Diui.ff.de
legat.j.& Areti.conſ.xxij.Diligenter.& Dec.d.conſ.
33 xciij.nu.2.nam † & in vniuerſo iure noſtro traditum
eſt, duplici vinculo innexa difficilius quoque diſſol-
ui.l.Baliſta.ff.ad Senatusconſult.Trebell. c.j.de treg.
& pac.c. vtrum, in gloſ.ij. vbi Docto. de condition.
appoſit.& aucten.itaque. C. communia de ſucceſſ. &
in aucten. de conſang. & vter.frat. ibi, duplici nexu.
34 Quare † delictorum reiteratio maiorem pœnam po-
ſtulare cenſetur.c.fi.de conſuet.c.non debet,de con-
ſangui. & affin.ibi, huiuſmodi prolis ſuſceptæ quali-
tas. Quocircà in propoſito caſu ſiue communis legi

diſpoſitionem, ſiue ſpecialem partium conuentionem
intueamur, fœminas ab huiuſmodi feudorum conceſ-
ſione prorſus repellendas exiſtimandum eſt, ne aliâs
maſculinę qualitatis expreſſio ad fœminarum exclu-
ſionem adiecta, vel nihil, vel oppoſitum operaretur:
quod iuris rationi prorſus repugnat. c. ſi Papa, de pri-
uil. in vj. l. ſi quando. ff. de leg. j. c. & ſi neceſſe, de do-
te, poſt diuortium, & c. fi. de verbor. ſignifi. & Abb. d.
conſi. xxxvj. nume. 3.

Tertiò accedit, idem omninò dicendum ſuadere
plurium qualitatum inſpectio in ipſis inueſtituris
conſiſtentium. ſanè, ſi priorem illam à Maximilia-
no Cęſare factam cõſideremus ſeinnctim Vuilhelmo
iuniori ſiue vtrique coniunctim ſiue quaſcunque ab
Herbipolenſibus Epiſcopis profectas, clauſula illa ꝓ
hæredibus maſculis atque feudalibus ſemper reperita
fuit: vnde ex huiuſmodi inueſtiturarum formæ fœ-
minas inhabiles eſſe concludi oportet. d. c. Raynal-
dus, cum aliis ſuperius adductis. Prætereà, conceſ-
ſio euidenter facta fuit titulo feudi militaris. Item &
fidelitatis iuramentum exactum fuit, vt conſtat ex li-
teris reuerſalibus Comitis Philippi Henrici & vtriuſ-
que Vuilhelmi: vnde, ex interna huius feudi natura
35 conſtat, fœminas prorſus cenſeri incapaces. † fideli-
tatis enim iuramentum plures effectus producere cõ-
ſueuit. c. vnico, qualiter iurare debeat domino vaſal.
ibi, Ergo iuro ad ſancta Dei Euangelia quòd domino
meo ero fidelis, nec hoc nomine fidelitatis mihi cõ-
miſſa pandam. & c. vnico, de noua forma fidelitatis. §.
qui domino, vbi iuramentum fidelitatis pręſtat ea ſex
ſcilicèt incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, &
poſſibile. & in c. j. de nou. for. fidelit. ibi, quòd ero fi-
delis, & omnes ibi aduertunt. Iac. Ardizo. in ſumma
ſua, in vſibus feud. in ſecunda part. qualiter debeat
36 iurare vaſallus, in fi. verſ. notæ quòd vaſallus. † Qui-
bus quidem muneribus ſubeundis mulieres prorſus
imbelles eſſe cenſentur: ſexus enim illius fragilitas
atque mollities ſuſcipiendis & induendis armis non
ſatis apta videtur. Bald. rubri. de cohabi. cleric. & mu-
lie. Item honeſtatis ratio ſuadet, eas paſſim maſcu-
lorum cętui non immiſceri propter pruritum carnis
ipſius nobis ipſis innatum. c. veſtra. c. fin. de cohabita.
37 cleric. & mulię. † deinde eorum conſilia leuia exiſti-
mantur: vnde legem cõdere nequeunt. l. j. ff. de legib.
vbi Alber. & Bart. & Abb. d. c. fi. de conſuet. & Deci.
l. fœminæ. ff. de reg. iur. nu. 37. 38. plures adducit.

Rurſus, cùm ex variatione & facilis mutationis
innata qualitate, mulicbris conſilij imbecillitas de-
prehendatur, ab huiuſmodi iuramenti ſuſceptione
eas repelli canonis ratio prorſus ſuadere videtur, ne
aliàs periuriis manifeſta daretur occaſio. c. quantò, c.
38 cùm contingat, de iureiur. † nam, vt inquit Maro,
Varium & mutabile ſemper fœmina eſt. & Thuſcus
Poëta cecinit, Femina è coſa mobil per natura. vn-
de domini arcana vix reticere eas credendum ſit. Bal.
d. l. quoties. C. de ſuis & legitimis, nu. 7. vbi Coſn. &
Bald. d. l. fi. C. de hęred. inſtit. oppoſ. vj. Deci. d. l. fœ-
minæ. nu. 14. & Cagnol. ibi, nu. 3. Io. Ardiz in d. ſum-
ma, tit. qualiter iurare debeat vaſallus, verſ. item mi-
39 nor. Quapropter † lex plura virilia munera ipſi mu-
liebri ſexui interdixit. d. l. fœminæ. ff. de regu. iur. & l.
fœminæ. ff. de edend. & l. fœminæ. ff. de procuratorib.
40 toto titu. ff. ad Senatuſconſult. Velleian. Quæ † cùm
huiuſmodi ſint receptiſſima veterum ſententia vide-
tur, & ob cauſam fidelitatis iuramentum ſubeundi
fœminas à feudali ſucceſſione prorſus repelli. Stue-
ri. Curt. Zaſ. tract. eod. de feud. Alexan. d. conſil. xxx.
Quoniam omne, in primo, nu. 21. verſ. ad tertium, &
conſ. ix. & x. Ponderatis & Dec. conſ. cxxxix. & cxcuj.
& d. l. fœminæ, nu. 64. in fi. Quare concludendum ſit,
Cæſareæ Maieſtatis ſententiam in hoc reuiſionis iu-
dicio retractandam eſſe, quam facultatem eius cle-
mentiſſima benignitas conceſſiſſe cenſetur.

Quartò fortius concludi poſſe videtur, Illuſtriſſi-
mam D. Heliſabetham nõ ſolùm ab hac feudali ſuc-
ceſſione ſupraſcriptis rationibus & cauſis, verũ etiã
à bonorum quorumcunq; allodialium in hereditate
Vuilhelmi eius fratris exiſtentium repellendã vide-
ri. conſtat etenim inter Illuſtriſſimos Principes Haſ-
ſiæ & Saxonię Duces, talem initam fuiſſe pactionem
& cõtractum ſocietatem ac fraternam quandam cõ-
iunctionem, vt maſculi earum familiarum ſuperſtites
perpetuò fœminas excluderent, & donec ex alteræ
earum maſculi ſupereſſent, ſucceſſiuo ordine proxi-
miores quiq; admitterentur: vnde deficientibus al-
ternis agnationis maſculis, alterius quidem maſcu-
li fœminas ipſas excluderent. quæ quidem conuẽtio
(quam fraternitatem ipſi appellant) cùm ſæpius in-
ter has duas clariſſimas agnationes reiterata ſit, con-
ſtat fœminis ipſis dotem congruam duntaxàt deberi.
Nec de viribus illius dubitari oportere videtur,
41 cùm † promiſſionem quandam contineat conuẽtio
huiuſmodi ob cauſam honeſtam agnationis conſer-
uandæ, quæ obligationem inducit ſtatim effectum
producẽtem. argumento l. mulier. §. vltimo. ff. ad Se-
natuſconſul. Trebel. vnde futuræ ſucceſſionis pactio
dici non poſſit: quod Oldrad. docuit conſil. cxxxix.
Ad habendum. nu. 3. & Alberic. in d. l. fi. C. de pact.
verſ. ſed quęro de pulchra quęſtione. & D. Marianus
iunior adſtipulari videtur conſil. lxv. in primo, ſiue
42 † quia principes huiuſmodi legis condendę faculta-
tem habere cenſeantur, & idcircò conuentio hęc pe-
rinde ac ſtatutum quoddam ualeat. arg. c. primi de
feud. March. & Duca. quod Bart. ex illa maſſe videtur
cõſ. lxxii. Ex facto, & Rui. ſubſcribit cõſ. xl. nu. 1 lib.
43 primo, In caſu pſentis negotij. † ſiue quia principes
huiuſmodi militari facultati prorſus ſint addicti,
vnde conuentionis huiuſmodi & pactionum incun-
darum facultatem habere credũtur. l. licèt. C. de pac.
ubi Deci. poſt ueteres nu. 4. Rom. conſi. xliij. Ad pri-
mum, uerſ. ad quintum dubium. & Alex. l. Centurio.
ff. de vulg. & pup. nu. 29. ver. tertiò, & Iaſ. l. quidam
cùm filium. ff. de uerbo. obliga. nu. 28. & Ioan. Lup.
repet. rub. ff. de donatio. inter uir. & uxo. & Deci. ex
facto cõſulius in terminis præſentis negotij hanc ꝓ-
baſſe uidetur, conſil. dxvj. nu. 3. & licèt Bal. in l. pen.
C. de dona. int. uir. & uxo. & l. precibus. C. de impu.
& aliis ſubſt. in fi. Alex. d. l. Centurio. nu. 26. Deci. &
44 Ripa. rub. de conſtitutio. † uideantur cõcludere Cæ-
ſaris priuilegia Principibus illis cõpetere, qui ex ue-
tuſti uſus auctoritate Cęſari non parent. quod Ripa
cẽſuit. d. l. Centurio, verſ. tu teneas indiſtinctè. n. 21.
Ex cuius dictis fortè quis poſſet Decij concluſionem,
in d. conſi. dxvj. num. 3. impugnare, dum Alexandri
ſententiam refellit, in præſenti tamen negotio diffi-
cultas hęc ceſſare videtur, quippe quòd Carolus eius
nominis quartus Cęſar Auguſtus ex certa illius
ſcientia & de poteſtatis plenitudine cõuentiones hu-

iuſmodi

45 iuſmodi comprobauerit.† vnde nefas videtur in du-
bium ea refricari.l.ij.C.de legib.capi.j. & ij. de con-
ſtr.vtil.uel inuti.Barto.l.conficiuntur.§.codicilli.ff.
46 de iure codicil.verſ. item quando. † clauſularum.n.
earum uirtus eiuſmodi exiſtimatur, ut omnia uitia
purgent.Oldrad.conſi.cclvii.Factum tale eſt. Abb.
conſil.lxxxiiij.lib.primo,nu.4.& 8.Pariſ.conſi.pri.
lib.j.ferè per totum.
47 Secundò non mouet,† pactiones eas non ualere,
ex quibus ius ſucceſsionis defertur.l.ſtipulatio quo-
modò.de verb.oblig.l.ex eo. C.de inutil. ſtipulatio.
Alex.l.pactum quod dotali.C.de pac.quia ex ratio-
ne Oldradi & Alberic. huiuſmodi oppoſitio ſublata
eſt. Reſpondeo præterea in præſenti negotio ſciēdū
eſſe principē huiuſmodi ius teſtandi in ſumma 1000.
florenorum reſeruaſſe. quare ſupradictæ oppoſitio
corruit.Bar.in d.l.ſtipulatio quomodò.col.ij. verſic.
idem puto.Alex.& Iaſ.d.l.fin.C.de pactis.Deci.poſt
alios quos adducit.c.in præſentia.nu.8.de probatio.
Rurſus, vltrà rationes à veteribus adductas pa-
ctionibus huiuſmodi fomentum addit earum finis
inſpectio, duarū.n.illarum Saxoniæ & Haſsię agna-
tionum defenſionem & conſeruationem continent;
48 vnde illarum honeſtas perſpicua eſt, quippè † quòd
defenſionis inſtinctus unicuique à natura inſitus eſt
l.ut uim,de iuſtitia & iure.§.uim ui, de ui & ui arm.
49 c.iij.de ſenten.excom.quare † poſitiuæ legis aucto-
ritate effectus huiuſmodi tolli non poteſt.l.fin. C.ſi
contra ius uel utili.pub.ubi glo.Alberi.& Bal. clem.
Paſtoralis.§.cęterū,de re iudica.tradunt oēs in c.quę
in Eccleſiarum, de conſtitutio. in primo membro
50 diſtinct.Panorm.Cæterùm † facultatum conſerua-
tionem & liberorum propagationem ciuilis iuris ra-
tio ad publicam vtilitatem pertinere ſuadet. l. j.§.
penult.uerſ.publicè.ff.de uentre inſpici.l.j. ff. ſolut.
51 mat.ubi Docto.† Vnde legiſlatori plerunque com-
modius uiſum fuit in ſucceſsionibus inteſtatorum
maſculos ipſos fœminis præferri.§.cæterùm, inſtitu.
de legit.agnat.ſucceſſ.Quare aduerſus Iuſtiniani le-
gem ſingularia iura idem ſtatuentia probantur.Bar.
l.ij §.videndum.ff.ad Senatusconſ.Tertyl.Bal.Salyc.
Corn.d.l.maximum uitium. C. de liberis præterit.
Brun.& Laur.de Palatiis in tracta.ſtatut.ſtantibus
maſc.fœmi.exclu.in prin.& ex facto non rarò reſpō-
ſum extat.Ancha.conſi.xii.Ange.lxviij.Corn.ccxx-
vij.in primo.Alex.cxij.& cxxvj.in primo. Curti. ſe-
nior conſ.ix.& Curt. iun.conſi.v.& Pariſ. lxxij. nu.
52 19.in iiij.Quamobrem,† cùm diſpoſitionis honeſtas
potiſsimùm ex ipſo fine deprehendatur.Archidia.c.
ſi quis inſpiciat,42.diſt.Bar.in l.fi.C.de colle.illicit.
Abb.& Felin.c.accedens.de præſcrip.& docuit Boē.
53 in trac.de ſeditioſis in c.præmiſſo.nu. 3.quippè † q
finis ipſe præordinatis ad illum nobilior ſit.l.& ſi nō
ſint.§.pœniamus.ff.de au.& arg.leg.c.cū aliquibus,
54 de ſen.& re iud.Mirū† videri nō dēt,receptiſsimā eſ
ſe & veterum & recentiorum ſententiam, conuen-
tiones huiusmodi(quas fraternitates appellant)legi-
timas eſſe & iuris ipſius rationi conuenire.Alber.d.
l.fin.C.d pac.d.uerſ.ſed quæro de pulchra quæſtio-
ne.& Iaſ.d.l.quidam, nu.28.Oldra.conſ.cxxxix.Ad
habendum. Barto. d.conſ.lxxij.Ex facto.Ang.conſ.
clxxix.nu.3.4.& 5.Alex.xxix.in v.Rui.conſi. cxxvi.
in primo,& Reuerendiſsimus Pariſ.conſ.j.in tertio.
nu.cxii.& cxvii.& ſeq.& in terminis ſocietatum in-
ter Illuſtriſsimos Saxoniæ & Haſsiæ Principes ini-
tarum præſtantiſsimi iure conſulti,ex facto interro-
gati reſponderunt.Deci.d.conſi.dxvj.& dxvij.Rui.
d.conſ.xl.in primo,nu.primo & ſecundo.Gozad. d.
conſ.l.nu.16.Zaſ.diffuſiſsimè reſponſo primo,in ſe-
cundo.D.Maria.iun.d.conſi.lxv.& duobus ſequen-
55 tibus in primo.ubi ultra ſupraditas rationes † iura-
menti uirtutem perpenderunt,unde conuentionibus
ipſis maximum fomentum acceſsit.c.cùm contingat
de iureiur.c.quamuis,de pactis in vj.Qua propter Re
uerendiſsimus ipſe Paris, fraternitates huiuſmodi
inconcuſſas reddi reſpondit,cōſ.xxiiij. nu.42.& 56.
56 in ſecundo vol. Item † propter temporis vetuſtatem
& diutinam horum Principum conſuetudinem cu-
ius initij memoria non extat; vnde ſtatus irrefraga-
bilis fieri ſolet.l.hoc iure.§.ductus.ff.de aqua quoti-
dia.& æſtiua. c.ſuper quibuſdam,de uerb.ſignificati.
Quare,cùm iam Illuſtriſsima D. Heliſabeth congruā
dotem acceperit, conuentionum huiuſmodi legiti-
marum auctoritate à bonorum allodialium ſucceſ-
ſione repellenda videtur: vt ex ſupradictis oſtenſum
fuit,& Ruin.in huiuſmodi caſu reſpondit in conſilio
xxix. in v.volu. Quare ſatis apertè conſtat in hoc ip-
ſo reuiſionis iudicio inuictiſsimi Caroli Quinti Cę-
ſaris ſemper Auguſti ſententiam prorſus retractan-
dam videri.
Non vrgēt ſuperius adducta in oppoſitum, ex qui-
bus mulierum cauſa tueri poſſe contenditur. Et pri-
mò quòd pluribus caſibus à veteribus noſtris conclu-
ſum ſit,fœminas ipſius ſucceſsionis feudalis eſſe capa-
ces,vt in iuribus,doctrinis,& in conſiliis ſuperius ad-
ductis probatur:quia reſpondeo Illuſtriſsimum Prin-
cipem Philippum reum data ipſius regulæ auctorita-
57 te munitum eſſe, & † idcircò mulieribus exceptione
utentibus probandi onus incumbere. Glo.Alberi.&
Bart.in l.omnis.ff.de regul.iur.Innoc. c.præterea,de
dilatio. Barto. l.ij. ne quis eum qui in ius vocatus eſt.
Deci.& Cagnol.l.j.de reg.iur.& Deci. d. conſ.dxvij.
nu.5.& Rui.d.conſi.iiij.& xcix. in princ. & dominus
Maria. iunior d.conſ.lxvij.num.4. Nec verum eſt in
præſenti negotio vllam excepti caſus vigere rationē,
quia obſequium illud nuntiandi Epiſcopo Herbi-
polenſi bona ad eius Eccleſiam pertinentia veluti ſe-
quela quædam exiſtimatur, vnde fidelitatis iuramenti
ſuſceptio pręcipuè perpendenda eſt.l.ſi quis nec cau-
ſam.ff.ſi cert.peta.cui præcipuo actui conſtat mulie-
res inhabiles eſſe. d.c.vnico,qualiter vaſal domino iu-
ra.& c.primo,de noua forma fidelita.& Bal.d.l.quo-
ties,num.7.C.de ſuis & legitimis. Deci.d.l. fœminæ,
cum aliis ſuperius adductis. Minusq; verum eſt,iu-
ramentum hoc ad realis obſequij naturam reſtrin-
gendum cenſeri; quia tituli militaris mentio facta ꝓ-
58 ponitur. † Item quia & maſculini ſexus qualitas ex-
preſſa eſt, quę mulieribus conuenire non poteſt. d.c.
Rainaldus.Bar.& Soc.d.l.cùm auus.q.j.& ij.ff.de cō-
dit.& demon.Abb.d.conſi.xxxvj.Rui.d.conſi.xcix.in
primo. Reuerendiſsimus Pariſ. d. conſil. iiij.& xij.&
conſi.cxvj.& conſi.xxvj.D.Maria. iun. d.conſi. lxxi.
lib.j.nu.26.cum aliis ſuperius adductis.
Secundò non vrget obſequiorum etiam perſona-
lium,etiam in bello præſtandorum aliquas mulieres
fuiſſe capaces,vt And.Iſern.& Aluar.in d. §.hoc aūt
notandum.nu.2.tradiderunt, & Soci.d.conſil.cclvij.
nu.2.quia hoc ipſi dominæ Heliſabethæ parum pro-
deſſe

59 deſſe poteſt,cùm † legis hæc natu ra ſit,ut ſecundom
frequentioris uſus curſum conſtituatur.l.nam ad ea.
l.non poſſunt.ff.de legib.& in auc͏ten. vt ſine prohi-
bitione marit.cred.& deb.§.quia uerò.

60 Præterea, auc͏toritates ſuperius adduc͏tę in feudi
proprij conceſsione procedunt,uel cùm ordine ſuc-
ceſsiuo confeſsio ipſa fac͏ta proponatur; putà pro
maſculis & fœminis; vt ex reſponſis Decij, Zaſij, &
61 Pariſij ſuperius adduc͏tis colligitur.quo † pac͏to vi-
detur intelligendum ipſius Fulgoſ. reſponſum quar-
tum Ad id de quo: alioquin receptior ſententia vide-
tur maſculorum fortitudine non mulierum imbecil-
litate dominum ipſum in bello iuuandum eſſe. Bal.d.
l.quoties,nu.7.C.de ſuis legitimis,& d.l.fi.C.de hę-
redi.inſt.oppoſ.vj.Deci.d.l.fœminæ. Pariſ.d.cóſ.xij.

Ad hæc, ratio illa in præſenti caſu ſemper incon-
cuſſa permanet,fœminas non poſſe in illis feudis ad-
mitti,quorum inueſtituræ tenor maſculis hæredibus
conceſsionem fac͏tam oſtendit.d.c.Rainaldus,d.l.& ſi
neceſſe,de donat. inter vir. & vxo. cum aliis ſuperius
adduc͏tis. Accedit & conuentionum ſeu fraternitatũ
auc͏toritas inter ipſos Illuſtriſsimos Principes inita-
rum,vnde omnis & uiri & filiorum ipſius D. Heliſa-
bethæ ſubſtituendorũ effec͏tus ſublatus eſſe cenſetur,
62 cùm † agnatorum maſculorũ elec͏ta induſtria ad ſub-
ſtitutos fœminarum confugi prohibeat.l.inter artifi-
ces.ff.de ſolutionib.l.quia perſonale, ſolut.matrim.l.
j.& ij.ff.de iur.immun. & ex reſponſis ſuperius addu-
c͏tis clarè colligi poteſt.Deci. d.conſil. dxvj. & dxvij.
Rui.d.conſi. xl.& xcix.in primo. Gozad. d.conſi.l.&
Zaſi.d. conſi.pri.in ſecundo.& Do.Marianus iunior
d.conſ.lxv.in primo, & lxvj. & ſeq.

Tertiò non mouet diſpoſitio dic͏ti capituli primi.
§.ſi uaſallus, hîc finitur lex Conrad.ut ratione me-
liorationum ipſi Heliſabethę tanquàm hæredi fra-
tris, bonorum feudalium retentio competierit: quia
cùm uiuente ipſo ius ex ac͏tuali inueſtitura fac͏ta pre-
ſenti Vuilhelmo ſecundo ſiue medio plenè quæſitum
63 ſit,† & in ipſis inueſtituris maſculorum fac͏ta mentio
fœminas ipſas perpetuò excludat. d.c. primo. §. & ſi
clientulus,ubi Afflic.nume. 7.& 40.& Doc͏tores.d.l.
etiam.ff.ſolu.mat.ſequi uidetur eas retentioni pror-
ſus inhabiles eſſe.Præterea,cùm Herbipolenſis Epi-
ſcopi conſenſu feuda hæc ipſi Palatinæ ſuppoſita ſint
conſequens eſt nec poſſeſsionis contemplatione ipſi
D.Heliſabethæ retentionis ius aliquod competiiſſe
videri.Doc͏to.c.potuit, locati, & l.ij.C.de iure em-
phyteu.

Minus vrget diſpoſitio dic͏ti.§.inter filiam,dic͏ti c.
primi,ſi de feudo defunc͏ti contentio ſit inter domin.
& vaſall. quia non procedit in præſenti caſu: quoniã
Vuilhelmus ſecundus ſiue medius ipſius Heliſabethę
patruelis & agnatus in poſſeſsione ipſorum feudo-
64 rum reperiebatur, † ad quem cùm & eorum do-
minium pertineret, conſtat & potiora iura habere,
& inde poſſeſsionis iura abſorberi.c.cùm dilec͏tus, de
cauſa poſſeſsionis & propric.ſcribit Soc,l.rem quen
nobis.q.9.ff.de acqui.poſſeſ.& Cæpol. conſili. 59.in
ſecundo dubio.Et Deci.d.conſi.516.num.8.& ſacra
Rom.Rot.decidiſſe videtur deciſ. Bellame.36.Con-
tra agentem.

65 Secundò † dici poteſt,diſpoſitionem dic͏ti.§. inter
filiam,non habere locum quando agnatus extraneus
in poſſeſsione feudorum illicò poteſt oſtendere reti-
nere uolentem nullum prorſus inſiſtendi ius habere,
Iſer. Præpoſ.& Aluar.hoc ipſum ſentiunt.in d.§.in-
ter filiam,& uerum eſſe,Gozad.atteſtatur. d. conſili.
50.nume.26.

66 Vlterius † addi poteſt,dotis conſtitutionem ipſi D.
Heliſabethæ fac͏tam ſecundum iamdiù Lantgrauio-
rum Haſsiæ inueteratam conſuetudinem & confra-
ternitatum ſeu conuentionum virtutem, iuramenti
vinculo munitarum,& tot Cæſarum confirmationi-
bus ex certa ſcientia & poteſtatis plenitudine niten-
tium, ipſam Do.Heliſabetham à quocunque iure re-
pelli.d.l.fin.C. de pac. Oldrad.d.conſ.139.cum aliis
ſuperius adduc͏tis; idque præſertim,cùm Vuilhelmus
medius vnà cum patruele Vuilhelmo iuniore tùm
à Maximiliano Cæſare, tùm ab Epiſcopo Herpipo-
lenſi inueſtitus fuerit, & demum perſolutis quatuor
ſeptuaginta millibus coronatis ipſi Illuſtriſsimæ Pa-
latinę,cui feuda huiuſmodi hypothecata fuerant, ple
num ius in illis conſecutus videatur. Bal.Iſern.Alua.
c.j.quid ſit inueſti.& D.Soc.iunior conſi.76.nu.58.
& 59.in primo.

Quartò & vltimò non vrget virtute pac͏tionis ini-
tæ inter Epiſcopum Herbipolenſem & Illuſtriſsimũ
D.Henricum reſpec͏tu ſummę 10000. coronatorum
ius ipſi D.Heliſabethæ quæſitum uideri. Quia in pri-
mis pluribus ex cauſis id verum non eſſe oſtendo,
quod pac͏tionis huiuſmodi tenor talis fuerit: Si conti-
gerit Henricum abſque hæredibus maſculis feudali-
bus decedere,& alios eius hæredes feuda ipſa poſsi-
67 dere.† Vnde,quàm primùm Vuilhelmus iunior ſiue
tertius maſculus hæres ſuperſtes fuit, Heliſabeth ipſa
excluſa cenſetur conditionis ipſius defec͏tu.l.non eſt
ſine liberis.ff.de verb.ſign.l.j.C.de condi.inſert. Dec.
conſi.218.nu.10.Rui.conſi.74.nu.15. & conſil. 88.
nu.1.& 3.& conſi.96.nu.19. in 2.

Præterea, alterius quoque conditionis concurſus
requirebatur, ideſt hęredes feuda ipſa poſsidere; con
iunc͏tim enim conditiones illæ fuerunt appoſitæ
68 † vnde altera deficiente nihil ac͏tum cenſetur.l.ſi hæ-
redi plures.ff.de condi. inſtit.l.ſi quis ita ſtipulatus.
ff.de verb.oblig.& l.ſępe.ff.de verb.ſign.& l. ſi is qui
ducenta.§.utrum.ff.de rebus dub. & c.inter cæteras,
de reſcrip.& tradit Rui.conſi.110.in quarto,nu.3.at
cùm in propoſito caſu utraque non concurrat, ipſi D.
Heliſabethæ ius nullum inde quęſitum cenſetur.

69 Nec † vrget ipſum Vuilhelmum ſub conditione
poſitum non videri vocatum.gloſſ.in l. Lucius. ff. de
hæred.inſtituend.in uerbo prætulit: quia cùm hîc fa-
c͏ta ſit mentio maſculorum atq; feudatium hęredum,
conſequens eſt certam eſſe diſponentis mentem, fœ-
minas ipſas excludentis,d.c.Rainaldus, d.c.& ſi ne-
ceſſe. Abb.d.conſ.36.Quo caſu Accurſij ſententiam
non procedere receptius videtur. Bart.d.l.ij.§.viden-
dum.ff.ad Senatusconſul.Tertyl.Deci.l.j.poſt alios
quos adducit.C.de pact.& conſili. 270. Dominus,&
380.& d.conſi.516.nu.11.& Curti. ſenior conſi. 87.
& Grat.conſi.3.in primo.num. 3. & dominus Soci.
iunior d.conſi. 65.in primo,& in Parlamento Del-
phinatus aliquando deciſum fuit, Guido Papæ deciſ.
70 84.In illa q.Quare,cùm ipſa Do. Heliſabeth ex fra-
tris perſona ſemel excluſa ſit, perpetuò repellenda
videri debet, licèt poſtmodùm nullis ſuperſtitibus
filiis ipſe deceſſerit.c.j.Epiſcopum vel Abb.§.j.nu.3.
& c.j.quemadmodum feudum ad filiam pertinet. &
auc͏ten.

auct.ſed & ſi quis, verſ.& per hoc infertur.C. de ſe-
cundis nup.& Soci.conſi.xix.nn.v.in primo,& Dec.
conſ.lxxxvij.lib.primo,& Rui.conſ.xxxvj.nn. 2.& 3.
in tertio.& D.Marianus iunior d.conſ.lxv.in j.nn.13.
Rurſus ex ea pactione nullum iua ipſi Dnm. Heli-
ſabethę quæſitum fuiſſe,ex ea ratione oſtendi poteſt,
71 † quia in eiua perſona radicatnm nun ſit, vnde velu-
ti quæſitum conſiderari non poteſt.gloſ. l. ſi id quia
propter,in uerbo in integrum,ibi,ſed cnm fuerat lu-
cratus.ff.de itinere actuque priu.& Bald.l.cùm te. C.
de donatio.ante nnp.in verſ.ſed hoc non eſt verum,
Bald.Angel.& Imol. l.non amplius. §. primo. ff. de
leg.j.diſtat enim quęrẽdum iua ab eo,quod iam quæ-
ſitum eſt : vnde quęrendi ſublato effectu,nihil damni
illatum cenſeri debet.Innoc.cap.fraternitatis, de do-
natio. Iaſ.l. cùm quis,n.xiij.& l.qnanuis. §. ſi putem,
nn.ij.ff.de condit,indebit.Dec.l.in eo,la ij. ff.de reg.
72 inr.nn.primo.& l.non fraudantur.eod.tit.† vnde lu-
crum hoc à futuro euentu pendens facilius diſſolui
& amitti poſſe reſponſum extat : Alex.conſi.89. Vi-
ſo puncto,lib.ij.Baib.conſil.69.Illud in medium, in
ſecundo. Soci.conſ.114.in primo.Deci.250.nnm.4.
Rui.29.nu.12.lib.j.Gozad.conſil.22.nu. 18. Reue-
rendiſsimus Pariſ.conſil.cxxvij.lucrum dotis,in pri-
mo.num.xviij.Quamobrem lucri huius conſequendi
ſpes ſatis remota uideri potuit. Bar.d.l.ſi.C.de pact.
ubi Deci.nn.xxj.& l.poſt emancipationem.§.j.ff. de
liberatione leg.remota enim ſatis videri poteſt, qua-
73 lem Plato vigilantium ſomnium appellat:† cùm inter
oa & offam plura contingere poſsunt,ut eſt in adagio
Et ſeni, qui vineã plantauit,contigiſſe fertur.l.iiij.&
ſeq.ff.de adimen.leg.& l.nonnuquam,in princ. ff. de
74 collatione bonorum.† Quo circà & filius,qui viuen-
te patre quaſi dominua exiſtimatur.l.in ſuia.ff.de li-
be.& poſth.& §.ſi.inſtit.de hæred.qualit.& differen.
huius tamen futuri euentus caſum ſubire compellitur
l.hæreditarium. ff. de. bono. auctor. iud.poſsid. vbi
Bar.Dyni captionem nun probat : quod multò for-
tius in ſorore fatendnm videtur ex latere coniunctæ
Bart.d.l.j & d.l.fin.C.de pact.vbi alij probant.

Præterea,quod ad huius connentionis repetitionẽ
attinet,non omittam,eam reuocatam uideri: qnippè
quòd idem Vuilhelmua conſentiente Herbipolenſi
Epiſcopo uniuerſa feuda ad eius Eccleſiam pertinen-
tia Illuſtriſsimæ D.Palatinæ ſuppoſuir, quandiù dos
75 integra ei nnmeraretur.† nec dubium eſt,quin ſi do-
mini conſenſua accedat,feudum ipſum pignoris ne-
xui ſubijci poſsit.c.j.extrà de feud.ubi Docto.& Bal.
c.j.in prin.de prohibita fendi alien.per Fede.& per-
tractat Neguſ.tract.pignorum in ſecundo membro
ſecundæ partis nu.xliij.& xliiij.quo caſu inris regula
inflecti conſueuit,quam Specu. conſtituit titulo de
pigno.§.j. verſic.ſed nunquid feudum.& Alex. plures
adducit l.ſi conſtante.ff.ſolut.mat.iij.q.tertiæ princi-
palis,& conſi.xlj. nu.primo & ſecundo in vj. & Iaſ.in
l.ſi.C.de iure emphyteo.nu.xxxiiij.Quo circà, cùm
in hoc pignore conſtituendo domini & vaſalli con-
ſenſus acceſſerit,prioris pactionis uirtus diſſoluta vi-
detũ.l.ab emptione.ff.de pac.l.j.& ij.C.quando liceat
ab emp.diſced.& auct.contrà ſi filij.C.de repud.in fi.
76 vbi Barto.† natura enim rationi connenit ab eodem
fonte deſtructionis effectum proficiſci, à quo con-
ſtructionis opus deriuauit.l.nihil tàm. ff. de reg. iur.
vbi Dec.& Cagno.& c.j.de reg.iur.in antiquis.

Accedit & multò clarius ex vltima parte literarum
dotalium pactinnis huius vim reuocatã oſtendi, dum
pepigerunt ſummam illam 1000.aureorum iam non
hæredibus ipſius Vuilhelmi perſolui,ſed ipſi dominę
Palatinæ uel eius hæredibus dotis reſtitnendæ cauſa
77 nnmerari.† cùm enim de re ad ipſos pertinente age-
retur,arbitratu eorum iura ſua moderari potuerunt.
l.in re mandata. C.mandati.l.inuitum.C. de contra-
hen.emp.l.nec emere.C.de iur.delibe.& quamuis ex-
preſſa reuocatio verbis ipſis contigiſſe non videatur,
78 † facto tamen ſæpius reiterato adueniſſe cenſeri debet
vt ſuperius oſtendi,quod efficacius diſponentium in
tentionem oſtendere ſolet.l.ſi tamen. §. ei qui. ff. de
ędilit.edic.c.dilecti,il ij.de appel.l.non uult hęres eſ-
ſe.ff.de reg.iur.vbi Dec.nu.vii.Idque ſuadente ordi-
79 nis ipſius conditione,ut † actus poſterior ipſi priori
deroget.l.pacta nouiſsima.C.de pact.l.ſed & poſte-
riores.ff.de legib. l.ſi quis cum .ff. de procuratorib.
80 Tandem nec illud ſilentio inuoluam. † Dominam
Heliſabetham iam fratris hæredem declaratam, pa-
ctionibus ab eo initis acquieſcere debere.l.cùm à ma
tre.C.de rei uendica.l.uenditrici.C.de rebus alicuius
non alienan.Cùm enim hæres eius,cui ſucceſsit,per-
ſonam repræſentet: in auct. de iureiur. à moriente
81 præſt.§.i.& l.nihil aliud.ff.de reg.iur.† & lex ex per-
ſona hæredum obligationis eſſentiam non immuta-
ri ſtatuit.l.ii.§.ex his.l.eum qui.ff.de verb.obl.& l.ue-
teris. C.de contr. ſtipula. & in terminis pręſentis ne-
gotii præſtantiſsimi quique iureconſulti cenſuerunt,
Deci. d.conſi.dxvi.& ſeq.Ruin.d.conſil. iiii.& xcix.
in primo. Gozad.d.conſ.l.Zaſ.d.conſ.i.in ii. Domi-
nus Marianus iunior d.conſ. lxv.in i.nu. lxviii.

Quæ cùm huiuſmodi ſint ſatis ex ſupraſcriptis li-
quet & cõſtat Auguſtiſsimi Cæſaris Caroli quinti ſen
tentiam in hoc ipſo reuiſionis iudicio reformandam
eſſe:cùm ipſi Illuſtriſsimæ D.Heliſabethæ nullum ius
competere videatur in bonis ſiue feudalibus, ſiue al-
lodialibus in fratris hæreditate contentis. & quamuis
ſummus Pontifex & ipſe Cæſar ſecundum propriam
82 conſcientiam cauſas dirimere cenſeantur,† vnde pro-
uocationis ope ſuſpendi aut deuolui nequeunt.c.cò-
ueniſſent,de ſententia & re iud.l.fin.C.de legib.quod
in inferiorum iudiciis aliud exiſtimatur.l.i.§.reus au-
tem,ff.ad Senatusconſul.Turpil.l.eleganter.§.ſi poſt.
ff.de condit.indeb.c.venientes,de iureiur.& c.paſto-
ralis.§.præterea,de officio delega. & omnes tradunt
c.quoniam contrà,de proba.in glo.ultima.ubi Dec.
nu.40.& idem conſil.dxiii. nu. 10. & Reuerendiſsi-
mus Pariſ.conſ.xii.in ii.nu.ccxxv.cùm tamen in prę-
ſenti negotio Clementiſsimus ipſe Cęſar precibus ab
ipſo Illuſtriſsimo Lantgrauio ipſis porrectis annue-
rit ſententiam ipſam reuideri,ex eiuſdem conſenſu à
ſupradictis recedi oportet. aucten. quæ ſupplicatio.
C.de precib.imper. offerend. vbi Docto. vnde oppo-
ſitionibus vniuerſis confutatis, ambigendum non vi-
detur, quin Cæſaris ipſius ſententia reformanda ſit,
atq; ex eius conſenſu retractanda: quod ego intrepidè
facerem,ſi cauſa mihi commiſſa fuiſſet; quippè quòd
83 ſcriptum ſit:† Diligite iuſtitiam vos,qui iudicatis ter
ram,& alibi; Iuſtum Dei iudicium prorſus imitandũ
eſſe,neque ad dextram vel ſiniſtram ullatenus deflectẽ
dum.c.iudicantem.xxx.q.v. l. rem non nouam. C. de
iudi.& c.i.de ſent.& re iudic. in vj. quod potiſsimùm
84 inuictiſsimum † Cæſarem exoptare præſumendum
eſt,

eſt,cum in eo duplex concurrat nexus, & baptiſmatis poſterioris & perfectæ pactionis inter Deum trinum & vnum & genus humanum initæ.c.i.§.i.vna eſt fidelium mater Eccleſia,de ſumma Trini.& fid.catho:
85 & c.maiores,de babtiſm.& eius effect.† Item & ſacrę vnctionis, ipſius catholicæ Eccleſiæ auctoritate acceptæ.c.venerabilem,de electio. c.i. §. vnde cùm in veteri,de ſacra vnctio.vbi omnes aduertunt, et in auct. quomodò oporteat Epiſcop.in prin.quod uelit Deus pater omnipotens trinus & vnus. Patauii. Idibus Maij. 1551.

Iacobus Philippus Portius, Forocornelienſis, Padnæ legens.

SVMMARIVM.

1 *Fœminarum conditio incluſa cenſetur,ſi maſculorum qualitas excludatur.*
2 *Variatio & mutatio præſertim in Principe damnatur.*
3 *Princeps,cùm quid concedit, debet eſſe conſtans, nec illud reuocare conuenit.*
4 *Citatio omni iure neceſſaria eſt in quolibet actu, quo quiſpiam lædi poſſit.*
5 *Ius alicui abſque eius facto auferri non poſſe.*
6 *Tertius pro ſuo intereſſe ſaltem in genere citandus eſt.*
7 *Citatio ſi non præceſſit, actus redditur nullus.*
8 *Filius vnus cui eſt,vnàue filia,non dicitur ſine liberis.*
9 *Ius ita demum quæſitum cuiquam cenſetur,quando eius adhæret perſonæ.*
10 *Maritus lucrum ei quærendum ex ſtatuti diſpoſitione ob mortem vxoris remittere poteſt,nec fraude id feciſſe uideri poteſt.*
11 *Pactum futuræ ſucceſſionis improbatur,uti uotum captādæ mortis inducens.*
12 *Filius uiuente etiam patre, quaſi dominus exiſtimatur.*
13 *Spes,hominumque deſideria ſæpe fruſtrantur.*
14 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.*
15 *Qualitas in ſuſtinendis actibus præcipua eſſe cenſetur.*
16 *Hæres perſonam defuncti repræſentat,eademque cum eo fingitur perſona.*
17 *Hæres factum defuncti probare debet.*
18 *Conditio ab eo probanda eſt,qui illam deducit.*
19 *Promiſsio intelligitur rebus ſic ſtantibus, in eodemque ſtatu permanentibus, tametſi iuramento fuerit uallata.*
20 *Promiſſio de non offendendo, etiam iuramenti uinculo ſuffulta, intelligitur,niſi is qui ſpopondit,prouocatus non fuerit.*
21 *Voluntas hominis ambulatoria eſt ad uſque vltimum vitæ ſpiritum.*
22 *Contractus non facilè diſſoluuntur.*
23 *Ius noſtrum ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.*
24 *Prohibitum quibuſdam,cæteris uidetur eſſe permiſſum.*
25 *Fœmina quòd ſuccedāt deficientibus maſculis in feudo, paciſci poteſt inter dominum & uaſallum.*
26 *Imperator Eccleſiam defendere tenetur.*
27 *Dubius actus,ut ſuſtineatur,interpretari ſolet.*
28 *Præſumendum haud quaquam eſt,quempiam illam elegiſſe uiam, per quam iudicia ſua ſubuertantur.*
29 *Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatibus.*
30 *Fœminas in feudis non ſuccedere,regulare eſt.*
31 *Hæredis appellatione in feudalibus maſculi tātum comprehenduntur.*
32 *Præſumptio eſt,quemlibet iuris communis diſpoſitioni inhærere uoluiſſe.*
33 *Priuilegia,& reſcripta ſecundum ius cōe interpretāda.*
34 *Verba dubia interpretantur aduerſus eum, qui in illis innititur.*
35 *Inueſtituræ tenorem attendi debere, tametſi aduerſus feudi naturam.*
36 *Mens concedentis ex verbis deprehenditur.*
37 *Verba vbi non conueniunt,nec quidem ipſa diſpoſitio.*
38 *Frater utrinque coniunctus in præmortui fratris ſucceſſione longè potior eſt fratri ex vno tantùm latere coniuncto.*
39 *Melioramenta in feudis facta ad vulgares etiam hæredes pertinere.*
40 *Poſſidere,non leue eſt commodum.*
41 *Præſumitur nemo iactare ſuum.*
42 *Bona Eccleſiæ non facilè in emphyteoſim fœminis conceduntur.*
43 *Feudum alienari non poſſe in præiudicium agnatorum, conſentiente etiam domino.*
44 *Feudi renuntiatio etiam in manibus domini, non nocet agnatis.*
45 *Feudum ſi domino aperiatur, melioramenta hæredibus competunt, idcirco precium eis à domino perſolui debet,nei pati eadem auferri.*
46 *Argumentum,ſiue illationem non fieri ex diuerſis.*
47 *Bona Eccleſiæ,iuraque ipſius negligi non debent.*
48 *Inueſtitura realis,quæ ſit.*
49 *Iuris plus ad alium transferre nemo poteſt, quàm ipſe habet.*
50 *Poſſeſſionem non transferri ex inueſtitura, receptius eſſe.*
51 *Pacta in inueſtituris appoſita, exequi debere.*
52 *Feudum domino apertū,ratio ſuadet, ut agnatis ille concedere teneatur.*
53 *Feudum non poteſt dominus alteri concedere, uiuente feudatario,niſi illius conſenſu accedente.*
54 *Cauſa fauorabilis iudicanda eſt illius, qui de damno tractat.*
55 *Feudis in antiquis poſſeſſionis traditio neceſſaria non uidetur.*
56 *Tex.in l.traditio.ff.de acquir.rer.domin.& cap. Daybertum.vij.q.vij.exornantur.*
57 *Exceptio ſiue ius tertij non poteſt opponi, quod intentionem agentis non elidat.*
58 *Actiones tranſeunt contra hæredes.*
59 *Hæres hæredis tenetur,quia appellatione hæredis ueniunt hæredes in infinitum.*
60 *Hæres factum defuncti ratum habere compellitur.*
61 *Interdictum adipiſcendæ competit ex inueſtitura, quæ ſaltem tribuat ius ad rem.*
62 *Exceptio facilius conceditur,quàm actio.*
63 *Actione carens repellendus eſt.*
64 *Pignus tacitè quibuſdam in caſibus contrahi poſſe.*
65 *Obligatio perſonalis ſingularem perſonam non ſequitur.*
66 *Principale,ſi con ſubſiſtat,nec & acceſſorium.*
67 *Poſſeſſor bonæfidei, & ſi titulo non ſit munitus,fructus nihiloſecius lucratur.*
68 *Fructuum reſtitutio ſecundum iuris rationem domino fieri ſolet.*

INDI-

INDIVIDVAE TRINITA-tis mihi lux adſit, ut perplexum caſum, ſecundum veritatem & iuſtitiam diffinire valeam.

CONSILIVM II.

QVAMVIS in ſuperiori reſponſo Illuſtriſsimi Principis negotium in ipſius reuiſionis cauſa ad vnguẽ diſcuſſum videatur, placuit tamen patronis illius poſteriori ex Germania, facti ſpecie ſeu inſtructione tranſmiſſa, plures quæſtiones ſeiunctim diſcuti: p-penſis ad vnguem ipſius facti perplexi circumſtantiis, adſit mihi ergo Trinitatis indiuiduę lux, vt quod iuſtum & verum ſit, diffinire valeam.

THEMA.

CONTIGIT Herbipolẽſem Epiſcopum titulo feudi militaris ac maſculini anno Domini 1467. cõceſsiſſe Darmſtadium Ciuitatem Biſingien, Elapacb, Eſchelbrugh, & plura alia oppida Illuſtriſsimo Comiti Philippo in Catzenelnpogen, qui pręmortuo illius filio cùm filiam Annam Illuſtriſsimo Henrico Haſsiæ Principi collocaſſet, ab ipſo Epiſcopo Herbipolenſi obtinuit vnà cùm eo generum ſimultaneè (vt vocant) inueſtiri, dum modò ipſe Philippus abſq; maſculis hæredibus decederet, huicque inueſtituræ duplex quidem cõditio adiecta fuit: Prima, ſi contingeret ipſum ſine maſculis ex ſuo corpore deſcendentibus decedere. Secunda ſi eueniret alios eius hæredes feuda illa poſsidere, vt tunc liceret ipſi Epiſcopo Herbipolẽſi decem millibus aureis perſolutis feuda illa redimere. Defuncto Comite Philippo Henricus ipſe gener anno Domini 1450. eiſdem repetitis cõditionibus inueſtitus fuit. Moritur deinde Henricus ipſe Vuilhelmo iuniore ſiue tertio maſculo necnon Heliſabetha atque Mechilde filiabus ſuperſtitibus. ſucceſsit maſculus ſecundum inueſtituræ formã nuptuique tradidit dominam ipſam Heliſabetham Illuſtriſsimo Comiti Anaſſaù, alterã verò Duci Cliuienſi. Intereà cùm Henricus Vuilhelmi iunioris pater ipſius Vuilhelmi medij ſiue ſecundi ex fratre nepotis tutelam adminiſtraſſet, Vuilhelmus ipſe iunior ſiue tertius eo nomine ab ipſo medio ſiue ſecundo conuenitur, vt adminiſtrationis rationem paternę uillicationis redderet. Quo iudicio cùm diutius litigaſſent, Archiepiſcopi Colonienſis agnati opera, & Illuſtriſsimi Ducis Vithebergenſis ita tranſegerunt, vt medius actioni iam æditę renunciaret, & ipſe Vuilhelmus iunior omnem operam daret eius ipſius patruelem nempe Vuilhelmum medium in omnibus feudis inueſtiri tàm à ſacro Romano Imperio & aliis Principibus DD. Electoribus eis conceſsis, quàm ab Epiſcopo Herbipolenſi, ſimultaneo (vt vocant) iure.

Ea tamen lege adiecta, vt ſi ex tertio ſiue iuniore vel unus maſculus ſuperſtes eſſet, nullum ius ex huiuſmodi inueſtitura ipſi Vuilhelmo ſecundo quæſitum intelligeretur: cui pactioni vterque legitimè conſenſit.

His peractis tertius ſiue iunior Illuſtriſsimam D. Heliſabetham Comitis Palatini in Rheno filiam duxit uxorem, pactus dotem duorum & triginta millium florenorum Rhenenſium, & eiuſdem ſummę donationem propter nuptias celebrauit, & ſponſalitiã largitatem 1000. aureorum. quo nomine vniuerſa feuda Herbipolenſia ipſius Epiſcopi accedente conſenſu illi ſuppoſuit, ea lege adiecta, ut ſi poſt mortem Vuilhelmi maſculi hęredes non ſuperfuerint, & idcircò Epiſcopus feuda ſibi aperta redimere vellet, ſummam illam 1000. aureorum tunc non hæredibus ipſius tertij ſiue iunioris uulgaribus refundere deberet, ut priori pactione conuenerant, ſed ipſi Palatinę aut eius hæredibus in portionem reſtituendæ dotis computandam. Vlteriùs ipſi iuniori placuit, vt futuri eius ſucceſſores in Principatu & Comitatibus à ſe relictis omni caſu & periculo bono ũ ipſi Palatinę cõiugi dotis ipſius nomine obligatorum, & donationis propter nuptias & ſponſalitiæ largitatis, exprimendo Darmſtadium cum aliis ad ipſam Herbipolenſem Eccleſiam pertinentibus.

Moritur demum Vuilhelmus ipſe iunior nullis ſuperſtitibus filiis, ſed DD. Heliſabetha atque Mechilde ſororibus iamdiù collocatis., Palatina autem ſecundum legem contractui adiectã poſſedit, & nemine prorſus reclamãte fruitur. Et interim Vuilhelmus ipſe medius defuncti patruelis atque proximior agnatus ex familia Lantgrauiorum Haſsiæ in feudis Herbipolenſibus tanquàm Epiſcopo apertis inueſtitus fuit, quemadmodum ipſo quoque tertio viuente à Maximiliano Cæſare vnà cùm eo inueſtitus fuerat in Comitatu Catzen. Lupeingen. & Deitz. tranſactionis ipſius inter eos initæ intuitu, necnon in Principatu Haſsiæ tamquàm ex familia Lantgrauiorum agnatus. Et in ipſa inueſtitura Herbipolenſi anno Domini 1502. accepta, pactũ illud 1000. aureorum pro liberando feudo vulgaribus ipſius medij hæredibus ab ipſo Epõ perſoluendorum in ipſius gratiã ad quinque millium ſummam redactum fuit. Poſtremò cùm Palatina Illuſtriſsimo Do. Philippo Marchioni Badenſi ſecundò nuberet, tunc Vuilhelmus ſecundus, quatuor & ſeptuaginta mille aureos illi pſoluit, & feudorum Herbipolenſium hypothecam diſſoluit earumque uacuam poſſeſsionem feudali iure apprehendit.

Dum hæc aguntur, ipſa Heliſabeth Anaſſaũ in ius uocat & fratris hæreditatem ab eo pro ſemiſſe petere cæpit. quo quidem iudicio anno Domini 1524. à Cęſareę Maieſtatis delegatis iudicibus declaratum fuit D. Heliſabethã Vuilhelmi iunioris fratris ex ſemiſſe hæredem eſſe, exceptis tamen feudis maſculinis & aliis bonis, quorum fœminæ non ſunt capaces.

Verùm, cùm ſuper huiuſmodi ſententiæ liquidatione diutiùs litigatum fuiſſet, Cęſarea Maieſtas anno Domini 1548. declarauit ſententiam Commiſſariorum in ſuo robore permanere. Sed quò ad liquidationis negotium attinet, condemnauit Philippum Principem Lantgrauium ad reſtituendum & relaxandum Darmſtadium, Biſingien & alia ad feudum Herbipolenſe pertinentia pro dimidia dominis actoribus infra tempus, & ſub pœna etc. libroſque rationum unà cùm fructibus perceptis declarandis etc. Quod decretum cùm ipſi Illuſtriſsimo Principi præiudiciale patroni ipſius exiſtimarent, ſupplici libello porrecto à

Cæſare

Cæſarea Maieſtate obtinuerunt cauſam illam de
Darmſtadio loquentem & aliis bonis Herbipolenſi-
bus debere recognoſci,ſeu(vt dicunt) reuideri. Quã
obrem his ſic exiſtentibus in hoc ipſo reuiſionis iudi-
cio, de pluribus dubitari contingit. Et primò, u-
trum Dominę Heliſabethę & hodie eius hęredibus ex
illa pactione 1000. aureorum ius irreuocabiliter quæ
ſitum fuerit, uel in ipſa bona Herbipolenſia, uel in
perſonam Vuilhelmi medij ſiue ſecundi, ut non im-
meritò ipſius feudi Herbipolenſis poſſeſsio eis decre-
ta uideatur?

Pro cuius quidẽ quæſtionis clariori quadam diſcuſ
ſione,per quatuor articulos diſtinctè pertractãda erit.

Et primò, utrum pactum illud 10000. aureorum
initum inter Herbipolenſem & Vuilhelmum tertium
ad commodum hæredum uulgarium illius immutari
potuerit, & in perſonam & commodum Palatinę ip-
ſius tertij uxoris transferri?

Secundò, utrum Herbipolenſis feudi natura, eius
pacti auctoritate immutata cenſeatur, ut idcircò uul-
gares ipſius tertij hæredes, & ſi fœminæ, ſucceſsionis
illius factæ habiles intelligantur, ſaltem donec eis
ſumma 10000. perſoluatur?

Tertiò, utrum Epiſcopus Vuilhelmum medium
inueſtire potuerit, cùm nondum poſſeſsionem feudi
accepiſſet,ſummamq; 10000. aureorum Palatinę non
perſoluiſſet?

Quartò, utrum ipſius Heliſabethæ hæredibus à
Cæſarea Maieſtate in ipſius executionis negotio feu-
di huius poſſeſsio iure decreta ſit, & an Philippus
reus idcircò rite ad perceptorum fructuum reſtitu-
tionem condemnatus fuerit?

Quibus exactè pertractatis,aperta quęſtionis pro-
poſitæ reſolutio conſtabit: ſuper qua præcipuè dubi-
tatur.

Quod ergo ad primum attinet, prima facie dicen-
dum uideretur ea ea pactione ipſi D. Heliſabethæ ius
1 ſolidum fuiſſe quæſitum. Nam, † conuenerunt Vuil
helmus ipſe iunior, & Epiſcopus, ſummam illam
10000. aureorum, ſi non extarent maſculi, alijs uul-
garibus hæredibus perſoluendam eſſe. de fœminis igi
tur intelligendum uideri debet; idque potiſsimùm,
cùm Heliſabetha fratris ipſius ſit declarata hæres.c.
Rainaldus, de teſtamen. ibi, abſque filiis maſculis,
Goffred. Hoſtienſ. & Io. Andr. aduertunt, & tradit
Abb.conſi.xxxvj.nu.iij.lib.primo, maſculorum qua-
litate excluſa, fœminarum conditionem incluſam,
cenſeri. Bart.l.cùm auus.ff.de condi.& demonſt.q.1,
& ij.& ibi Soci. nu. lxxvi. & lxxvj. plures adducit, &
Iaſ.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omn.Iud.nu.xiij.&
Alex.conſi.xxx. Quoniam, nu.xxj.uerſ.prætereà, in
primo, & Deci. cxciij.nu. primo. Quod cum ita ſit,
pactio illa ad ipſius detrimentum non facilè immu-
tari potuit.l.per fundum ff.de ſeruit.ruſti.prędi.l.ne-
mo poteſt.ff.de reg. iur.& c. maturè,eodem tit. in vj.
2 † Abhorret enim lex uariationem ipſam ac mutatio-
nem, aliis præſertim damnoſam; idque non ſolùm in
priuatis, uerùm etiam in Principe ipſo.l.edita.C. de
eden.ibi;quam emendari.& Docto.aduertunt,& cap.
primo de proba. vbi Bal. Butr. Imol. Panor. Decius
3 colligunt, † Principem ipſum conceſsiones ſemel
factas non facilè reuocare poſſe, & ex facto conſul-
ti plures ſunt atteſtati, Alexander conſilio iij. in v.
Deci. cxxj.

4 Secundò † cùm mutationis illius actus ipſi Do.Heli-
ſabethæ damnum adferre poſſet, ſaltem vocanda vide
batur, ſiue naturalem ipſam ſiue pontificiam rationẽ
intueamur, necnon & ciuilem.Geneſ.c.iij.ibi, Adam
vbi es?clem.Paſtoralis.§.cæterùm.de re iud.l.nam ita
Diuus.ff.de adoptio.vbi Iaco.ab Arena diſtinguen-
do concludit,eos ipſos ad actus abſolutionẽ eſſe vo-
candos,qui inde lędi poſſunt.& uidit Abb. c.per ve-
5 nerabilem,qui filij ſint legit. nume.xxij.† Conſtituit
enim lex ius alicui abſque eius facto vnde conſenſus
illius colligeretur, auferri non poſſe.l. id quod no-
ſtrum.ff.de reg.iur.l.quodcunque.§.ſi quis ita. ff. de
verb.obl.l.cum maritus.§.fi.ff.de iure dot. qua ratio-
6 ne † & tertium,qui ex proceſſu vel ſententia lędi poteſt
ſaltem in genere quatenus ſua intereſſe putat, con-
ueniendum,vel ſaltem tranſmiſſa intimatione com-
monefaciendum eſſe, receptum videtur. Docto.l.ſæ-
pe.ff.de re iud.& c.quamuis,& c. quod ad conſulta-
tionẽ,eod.tit.ubi Feli.nu.xiij.& c.cum ſuper,eo. tit.
nu.xvij.& tradit Deci.conſi.dlxiiij.num. viij.& ſacra
Rom.Rota quandoque decidiſſe videtur deciſ.xxxx-
viij.in nouis ſecundum veterem impreſsionem, & in
Neap.Conſ.deciſ.cccxcvj.nu.ix.Quare, cùm defen-
ſionis beneficium ipſi D.Heliſabethæ aduerſus natu-
7 ralem rationem ex hoc actu ſublatum videatur,† con-
ſequens eſt illum ipſum nullum prorſus exiſtimandũ
videri.d.clem.paſtoralis,& l.iura ſanguinis.ff.de reg.
iur.& §.fin.inſtitut.de iure naturali gent.& ciui.cum
aliis adductis à Lanfran.in c.quoniam contrà,de pro-
batio.in uerbo Citationes, & Deci.in conſil.ccccxxv.
nume.xxiiij.

Quibus tamen non obſtantibus, maturiùs conſi-
deranti oppoſitum, ſecundum iuris noſtri ratio-
nem uerius eſſe conſtituendum uidetur: quòd immò
nullum ius ipſi D. Heliſabethæ ex ea pactione quæ-
ſitum intelligatur: quod pluribus rationibus proba-
ri poſſe oſtendo. Et primò, nam, ſi ea Henrici pa-
tris pactione ius ſibi quæſitum prætendit,ſanè id prot
8 ſus exiſtimare ineptum apparet, † cùm Vuilhelmus
ipſe iunior ſuperſtes fuerit,ergo uulgares omninò ex-
cluſi cenſentur.l.non eſt ſine liberis.ff.de uerbo.ſigni
fica.l.prima.C. de condi. inſert. neque enim dubium
eſt,quin uulgares ita demum hæredes uocati fuerint,
ſi feudales non extitiſſent; quibus ergo ſuperſtitibus
illi cenſentur excluſi.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis
omiſſa cauſa teſtam.l.vnica.§. ſin autem aliquid.C. de
cadu. toll.& tradit Deci.conſi.ccxviii.nu.x. & Ruin.
lxiiii.nu.xv.in ſecundo.

Aut ex eiuſdem pactionis repetitione inter Iunio
rem, & Epiſcopum initæ ius hoc ſibi competere D.
Heliſabeth prętendit, & tunc nullum illud eſſe ea ra-
9 tione apertè conſtat, qua dici ſolet, † ita demum ius
alicui quæſitum cenſeri, cùm eius perſonæ radicibus
ſeu fundamento cuidã adhæret.l. prima.§.ſi quis pro
pter, in uerb.in integrum,ibi, ſed iam lucratus eſt.
ff.de itinere actúque priuato. Et Bal.docuit l.cum te.
C.de do. ante nuptia. in princip. uerſ.ſed hoc non eſt
uerum. et Deci.l. in eo.ff.de reg.iur. & l. non frau-
10 dantur, eod. titu. Vnde, † ſi maritus lucrum ipſum
ex ſtatuti diſpoſitione,prædecedente uxore ei quærẽ-
dum remittat, in fraudem id feciſſe uideri non po-
teſt: quoniam illud in eius perſona radicatum non
ſit, ſed quęrendum potius: unde remiſsio non impe-
ditur. Inno.c. fraternitatis, de donat. & Iaſ. l. cum

quis.

quis, nu.xiii.& l.ſi pœnæ.§.ſi putem, nume.ij.ff. de
condi. indeb. & ex facto ſæpius reſponſum exſtat,
Alex.conſ.lxxxia. Viſo,in ij. Deci.cclx.nu. iiij. Rui.
xxix.nu.aii.in j.Gozad.xxii. nu. xviii. Reuer. Pariſ.
caxvii.Lucrum dotis,in j.nu.xviii.Quocircà quem-
admodũ in caſu ſupradicti ſtatuti nullũ ius in perſo
na uiri radicatũ erat,ita & in propoſito negotio con
cludendum uidetur, pactionis huius auctoritate in
perſona uulgariũ hæredum nullum ius radicatum &
collocatum fuiſſe, quin pactio illa contrahentium
arbitratu immutari potuerit, & ad Palatinæ com-
modum prorſus transferri.

Secundò adhuc eandẽ concluſionem clarius pro-
bari poſſe oſtendo, ſi quis complexionẽ huius ſeu
dilemmatis uim exactè perpendat.

Aut enim ius hoc re & actu ſibi competere Heli-
ſabeth contendit, & hoc prorſus falſum oſtenditur,
11 quippè † q lex ipſa improbet quemcunq; actũ unde
quis ſuperuiuentis hæreditate anxius detegatur.l. fi.
C.de pact.ibi, ſpes alienæ.& Doct.omnes aduertũt.
cùm.n.hæreditas cenſeri non poteſt,& idcircò omni
commercio caret.l.j.& toto tit.ff.de hæred. uel act.
uendi.pactus eſt.n.tertius ipſe hr̃dibus eius uulga-
ribus, ergo ius dum uiuit ex ea pactione hæredibus
quæſitum uideri non poteſt.l.nihil aliud.ff.de verb.
ſignif. at ſi nec ſpes quidem uiuentis hæreditati im-
minens à lege probatur, tùm quia bonis moribus re
pugnet mortiſque captandæ uotum quandoq; indu
cat.l.ſi quis mihi.§. ſed utrum.ff.de acqui. hæred.l.
ſtipulatio quomodo.ff.de verb. oblig. l.ex.eo.C.de
inutil.ſtipul.c.nec captandæ, c. deteſtanda, de præ-
ben.in vj.ubi Gemin.& Franc.aduertunt:minus igi
tur uerum erit re & actu quidquàm iuris ipſi D. He
liſabethæ ex ea pactione quæſitum fuiſſe.

Aut ex ſimplici ſpe ius illud D.Heliſabeth dime-
titur,& tunc clarum eſt, deſiderium illud à iuris ra-
12 tione prorſus alienum eſſe.d.l.fi.C.de pactis, † idq;
nec filiorũ ipſorum contemplatione, quàmuis ui-
uente quoque patre,quaſi domini exiſtimentur.l.in
ſuis.ff.de liber. & poſthu. & ex uериſimili parentum
uoto ſucceſſuri ſperentur.l.ſcripto.ff.unde lib.Cùm
13 † tamen interim plura contingere poſsint, quibus
votum illud fruſtretur. l. hæreditarium. ff. de bonis
aucto. iud.poſsid.ubi Dinus, lex rationẽ illius mo-
dicam uel nullam haberi ſtatuit. l. pretia rerum. ff.
ad leg.Falci.& l.poſt emancipationem.§.j.ff.de lib.
leg.uerſ.ergo contrà,& l.ſciendum, in princi.ff.qui
ſatiſda.cogan.& l.quanquàm.C.ad leg.Falcid.uerſi.
prætereà,ubi concludit,in computando alicuius in-
tereſſe,non conſiderari quòd alicui ſuccedere poſ-
ſit.Qua ratione cùm quis ius ſuum remittit, illud à
ſe ipſo abdicare cenſetur, quòd ex cauſa tantùm de
præſenti competit iam orta & radicata.l.j.§. Scæuo-
la.ff.ſi quis teſta.liber eſſ.iuſſ.fuer.l. legatum ita.ff.
de leg.ij.& Bar.docuit d.l.j.C.de pact.& d.l.fi.eod.
titu.& d.l.poſt emancipationem.§.j.& l.qui Romæ.
§.duo fratres,q.vj.neq; enim ſtatu liber quis dici po
teſt ante quàm hæreditas ipſa adita ſit.l.ij.ff.de ſtatu
lib.l.iij.§.ſi quis quaſi.ff.de cond.cauſ.dat.Quocircà
poſſeſsionẽ hæreditatis non eſſe conſtituit lex.d.l.j.
§.Scæuola.ff.ſi quis teſta.lib. eſſ.iuſſ.fuer. Quamob-
rem,cum in præſenti cauſa nullum ius radicatum &
ſolidum Do. Heliſabeth prætendere poſsit, quod ad
ſpem hãc attinet, ſatis remota et fragilis eſſe uidetur,
qualem Plato uigilantium ſomnium appellat. Bart.
l.ia poteſt.ff.de acquir.hæredi. & Rui.conſil.iij. nu-
mero xxij. in primo.

Tertiò idem ab eorum facultate, qui pepigerunt
oſtendi poſſe demonſtro,quòd immo pactionis il-
lius effectum immutare potuerunt, et in Palatinæ
14 commodum transferre: † lex enim conſtituit arbi-
tratu ſuo quemquã de rebus propriis diſponere poſ-
ſe,neq; ſolùm dum moritur, ſed etiam dum uiuit.l.
uerbis legis.ff.de verbor.ſignifi.§.diſponat, in auct.
de nupt.l.j.C.de ſacroſ.eccle.l.in re mandata.l.inui-
tum.C.de contrah.empt.l.altiùs.C.de ſeruitutib.&
aqua.l.nec emere.C.de iure delib.at cùm his,qui pa
ciſcendo illinc ſubortæ obligationi conſenſit, con-
traria uoluntate illam ipſam diſſoluere poſsit.l. ab
emptione.ff.de pact.l.i.& ii.C.qñ liceat ab empt.di
ſced.§.fi.inſtit. quib.mod.tollitur oblig.l. nihil tàm
naturale,de reg.iur.& c.i.eo.tit.in antiq.conſequẽs
eſt tertium ipſum atq; Herbipolenſem Epiſcopum
conuenientes feudum ab eo conceſſum, ipſi Palati-
næ tandiù obnoxium eſſe, donec ſupradictæ ſummæ
numeratione liberaretur prioris pactionis,ſecundũ
illud caput,nempe,ſi contingeret vulgares hæredes
poſsidere, immutatũ ac prorſus ſublatum noluiſſe
intelligi.l.cui.ff.de iuriſdi.om.iud.l.illud.ff.de acq.
hæred.aliâs facultas ipſi Palatinæ poſsidendi con-
ceſſa,prorſus futilis eſſet;quod à iuris ratione diſsi-
det.d.l.ſi quis ſub conditione dandorum.ff.de cõd.
inſtit.& l.quoties.ff.qui ſatiſda.cog.& docuit Bald.
rubr.C.de cõtrah. empt.q.xia. & Ange.l.ædem.C.
locati.& Deci.c.paſtoralis,de appel.nu.i.Prætereà,
& illius pactionis immutationem, & ad Palatinæ
commodum factam tranſlationem clarius probari
poſſe cenſetur,dum conueniunt ſummã illam 1000.
aureorum iam amplius non ipſius tertii vulgaribus
hæredibus, ſed ipſi Palatinæ uel eius hæredibus per-
ſoluendã. Quod cùm fieri nequeat, niſi prioris pa-
ctionis immutatio inducta exiſtimetẽ.d.l.ſi quis ſub
conditione.ff.ſi quis omiſſ.cã teſta.conſequens eſſe,
illam ipſam reuocatã fuiſſe cenſeri. d.l. cui, d.l.il-
lud,& l.ii.C.de dot.promiſ.ubi Bal. idq; potiſsimũ
cùm facultas paciſcẽtibus ipſis immutandi non de-
fuerit.d.l.ab emptione.ff.de pact. & l.prout quiſq;.
15 ff.de ſolut.quæ † quidẽ qualitas in ſuſtinendis acti-
bus pcipua eſſe cenſetur.l.ſi quæramus.ff. de teſta. l.
conficiuntur.§.quoties.ff.de iure codicil.c.at ſi cle-
rici,de iudi.ibi, à non ſuo iudice lata. & c.ſi diligẽ-
ti,de foro compet.cùm interpretationẽ & cauſæ im-
mutationem honeſta fieri ſuadet,ut Palatinæ dos in
tuto collocaretur l.i.ff.ſol.matrim.ubi omnes, Bal.
& Campe.tract.eo.in prin.tùm & ordinis conditio,
qua ſuadetur poſterioris actus diſpõne priorẽ ipſum
diſſolui.l.pacta nouiſsima.C.de pact.l. ſed et ſi.ff.de
legi.l hac cõſultiſsima.§. ſi quis i priore.C.de teſta.

Quartò Heliſabetham omninò repellit,quòd fra
tris hæreditatem petierit, & eius iam declarata ſit
hæres;unde ſit mirum pactionũ ab ea initarum uim
omnem infringere poſſe contendat. l. cùm à matre,
C.de rei uẽdic.l.uenditrici. C.de reb.ali.non alien.
16 † Cùm enim hæres defuncti perſonam repræſentet,

§.j.de iureiur.à morië. pſtito.l.hřdem.ff.de reg.iur.
cõſtat obligationis uim ex cõtractu defuncti oriẽtis,
illũ ipſum obſtringere, quãuis eiuſdem mentio fa-
cta proponatur.l.ij.§.ex his.ff.de verb.obli.l.eum q.
eo,titu.ubi Rom.Imol.& Alex. & tradunt moderni
Mediolanenſes.l.non ſolùm.§.morte.ff.de nou.ope.
nunci.& colligunt omnes, Ange.Sali. & Fulg.l.vete
ris.C.de contrahen.ſtipu.& plures ex facto conſulti
ex maioribus noſtris in terminis præſentis negotij
reſponderunt.Deci.conſi.dxvj.& ſeq.Rui.cõſi.xl.&
xcix.in primo,Gozad.conſi.lvj.Zaſ.conſi.j.in ij. D.
Maria.iun.conſ.lix.in j. ubi concludunt, D.Heliſa-
17 betham † ſi fratris hęredem ſe prętendat, eius facta
probare compelli,aliâs manifeſta repugnantia indu
ceretur.l.ius noſtrum.ff.de reg.iur.l.i.ff.de acq.hęr.
c.ex eo,de reg.iur.in vi.

Quintò vulgares ipſos hæredes hoc quoq; prorſus repellere uidetur, quod pactio illa ſub duplici quidem conditione & coniunctim inita fuit,ſi ſine maſculis decederet,& ſi contingeret vulgares ipſos hæredes feudum poſsidere:vnde utriuſq; cõcurſus requirebatur.l.ſi hęredi plures.ff.de conditio.inſti.l.ſi ita ſtipulatus.ff.de verb.obl.l.ſi is qui.§.vtrum.ff.de reb.dubi. At,quod ad primũ attinet,cũ Vuilhelmus tertius maſculis relictis hřdibus deceſſerit,defeciſſe cenſet.d.l.j.C.de cond.inſer.Quod aũt ad ſecũdum ſpectat,idẽ cõcludẽdũ vř, quippè quod cõſtet vulgares huiuſmodi hřdes feuda hæc nunq̃ poſſediſſe: vñ ex hac diſpõne Heliſabeth ipſa iuuari nõ põt.arg.l.gña liter.§.cũ aũt, ĩ prin.ibi,euaneſcere reſtitutionẽ.C. de inſti.& ſubſt.l.hęc uenditio.ff.de contrah.empt. l.neceſſariò.ff.de peric.& commo.rei uend,in prin.

18 Quocircà † cùm cõditionis huiuſce duplicis euẽ-
tus D.Heliſabethę actricis intentionẽ reſpiciat, ab
ea deduci atq; probari dẽbat, ut docuit Bal.in quali
bet cõditionali diſpõne in l.ſi quidẽ,per illũ tex. in
uer.extitiſſe.C.de except.& Deci.conſ.dlxxxv.nu.j.
& conſ.dcxxix.nu.ij. quod cùm in pñti negotio fa-
ctũ fuerit,ſequit ipsã actricẽ prorſus repellẽdã eſſe.

Sextò illud ſilẽtio inuoluendũ non eſt,hinc quoq;
actricis intentionẽ depelli,quod iuris vtriuſq; cen-
19 ſuræ regulis vulgò circumferri ſolet: † quãlibet pa-
ctionẽ internã hanc & inatã à lege cõditionẽ admit
tere,ſi res in eodẽ ſtatu permanſerit,tametſi iurñ ei
acceſſerit.c.peruenit.c.quemadmodũ,de iureiu. ubi
Doct.colligũt, promiſsionem illam ſtandi alicuius
arbitrio,ſubintellectam recipere conditionem, niſi
is iniquè fuerit arbitratus, Bart.l.libertus.ff.de ope.
libert.& l.ſi ſocietatem.§.arbitrorũ.ff.pro ſoc.Butr.
20 & Imol.c.quinta vallis,de iureiur, Et † ſponſio non
offendẽdi alterũ ſub certa pœna,ẽt iurĩ vinculo ſuf-
fulta, interpřatiuã illã ex mẽte legis cõditionem re-
cipit,niſi is qui ſpopondit,prouocatus fuerit.Bar.l.
j.ff.ſi quadrupes paupe.feciſ.dica.& l,aut facta.ff.de
pœn.& l,verum.ff,de furt.& d.§.duo fratres,& ex fa
cto plures cõſulti rñderũt. Bal.cõſ.cxcv.in ij.Rom.
cclviij.Alex.xix.in j.& cxv.in iiij.Corn.lj.in j.& xl-
ij.in ij. Reuerendiſs.Pari.x.in j.nu.lxxxix.et clxv.in
iiij.nu.xxiiij.Marſ.iiij.nu.viij.xvij.& xxij.& xlj.nu.
xv.& lxxxj.nu.ij.Grat.xliij.in ij.nu.xxj.& xlvij.nu.
xxij.& cxiiij.nu.xij.& xiij.in ij. Craue.cõſi.cclxiiij.
in ij.quare,cùm pactio illa dandi decẽmille aureos
hęredibus vulgaribus ipſius Vuilhelmi internã hãc
recipiat conditionem, niſi aliud & Epõ & ipſi Vui-
lhelmo placuerit.d.c.peruenit.d.c.quemadmodum,
& l.quęro.§.inter locatorem.ff.locati.quippè quod
21 à ſolo contrahentium nutu pendeat, † quorũ quidẽ
uoluntas cũ dũ uiuãt uariabilis ſit, d.l.iiij.& v.ff.de
adim.leg.vñ poſterior diſpoſitio conſueuit attendi.
l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, & d.l. ab emptione. ff.
de pact. & d.l.pacta.C.eod. ſatis conſtat ex illa ipſa
pactione,quam reuocatam fuiſſe nemini ambigen-
dum ſit,atq; ad Palatinę commodum fuiſſe trãſlatã,
nullum ius ipſi dominæ actrici quęri potuiſſe.

22 Nõ obſtat prima ratio, † quod lex ſtatuat ſemel ini-
tos contractus non facilè ad detrimentum alterius
poſſe diſſolui.l.ſicut.C.de actio.& obli.quia dico in
huiuſmodi caſu ſuperius adducta non procedere,in
quo contrahentium liber animi motus relictus eſt,
ut cui actui obligationis uinculum inieccrũt, illum
ipſum diſſoluere poſsint.d.l.ab emptione.d.l.proue
quiſq;.ff.de ſolution.nec dãnum ullũ D.Heliſabeth
prętendere põt,cuius nec re nec ſpe lĩtima q̃ſitũ fue-
Quibus tamen non obſtantibus in præſenti ne-
gotio ſecundum iuris noſtri rationem oppoſitum
verius eſſe cenſeo. pro cuius quidem concluſionis
fundamento conſtituendo præſcire oportet cauſas
ipſas aduerſus Illuſtriſsimum Principem motas ad-
modum graues & prorſus arduas eſſe. agitur enim
de Ciuitatum & plurium oppidorum dominio, nec
non de ampliſsima iuriſdictione, in quibus Prin-
ceps ipſe Rom. Imperij merum ac mixtum imperiũ
15 exercet. † Qua ratione inſpecta, ſequitur, eum ad
procuratoris conſtitutionem non teneri, tametſi eſ-
ſemus in terminis, in quibus aliàs procuratoris con-
ſtitutio neceſſaria crederetur. d. c. querelã, vbi Doc.
hunc caſum omnes excipiunt ab ipſius regulæ nor-
ma, quando cauſæ admodum graues aguntur &
intricatæ. In quibus quidem Apoſtolica ſedes ex-
cuſatorem admittere ſolet, qui illarum grauitatem
adducat. c. bonæ, il primo, ubi Glo. in verb. ſecurè, de
elec. & c. ſi pro debilitate, de offic. dele. vbi Glo. ult.
& l. fin. C. de procur. in verb. quod cauſæ uehemen-
tiores. & l. ſi quis inſtituatur hæres in diem. ff. de
hæred. inſt. §. fin. in verb. ægritudine. ubi cenſuit Ac-
16 curſ. † ægritudinem ipſam excuſare, ſi quit ad litem
côn-

conteſtandam uel audiendam ſententiam non mit-
tat, quamuis ad alia acta mittere compellatur: quip-
pè quòd ipſa litis conteſtatio & ſententiæ prolatio
grauiora ſint. & Bar. ibi ſubſcribit, & d. §. ſi quis in
17 iudicio, & Bal. Imol. & Caſtren. Hinc † cenſuit In-
noc. in c. ij. de teſti. impeditum ipſum non compel-
li procuratorem mittere ad videndum iurare te-
ſtes, cùm cauſa ipſa omninò grauis & ardua ſit. &
adſtipulantur Hoſtien. in princip. & Io. And. in ij.
col. & Bald. ſecundo not. & receptiſsima omnium
ſententia videtur. idem Bal. in l. ab eo. C. quomodo
& quando iud. Imol. & Alex. l. recuſare. §. fin. ff. ad
Senatuſcõſ. Trebel. & Docto. d. c. querelam. Quo-
circà, cùm in præſenti negotio ea ſit cauſarum ip-
ſarum grauitas, ut ordinariarum cauſarum con-
teſtatio, litis conditio & pondus omninò excedant,
diiudicandum uideretur Principem hunc ab huiuſ-
modi conſtitutionis onere liberatum intelligi. quod
& veteres & ex facto conſulti nonnunquam reſpõ-
derunt: Areti. conſ. xvj. co. pen. ver. ſecundò reſpon-
deo. & Reuerendiſsimus Pariſ. conſil. cii. in iiij. ubi
concludit cauſam ipſam decem mille aureorum ad
hunc effectum grauem exiſtimari.

Secundò illinc quoque concluſio huiuſmodi ꝓ-
bari poſſe uidetur, quod Princeps ipſe Lantgrauius
procuratorem præſertim idoneum ac huiuſmodi
tàm ardua negotia ſuſcipienda inuenire non poteſt:
18 † vnde neceſsitatis huiuſmodi gladio, iuris vincu-
lum prorſus abſcindi conſueuit. c. Odoardus, de ſo-
lution. c. conſilium, de obſerua. ieiu. l. maritum. ff.
ſol. mat. Conſtat etenim ab Imperij Romani incli-
natione nullam in vniuerſa Germania tàm grauem
cauſam hac ipſa pertractatam fuiſſe, quam nũc Cla-
riſsimi Principes Naſſauienſes aduerſus Illuſtriſsi-
mum Lantgrauium mouent. vnde in hac facti ſpecie
ſupradictis inſpectis ſequitur perpendendum non
eſſe, an ſua an alterius culpa detineatur, neceſſarium
uè duntaxàt, an uerè iuſtum quoq; ſit impedimen-
19 tum. † lex enim procuratoris conſtituendi onus in-
iungens, intelligenda exiſtimatur, dummodò id fie-
ri poſsit. l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. c. j. de æta-
te & qualit. & l. j. §. lex autem, ibi, quæ tamen locũ ha-
bere poſſunt, ubi Bart. Alex. & Iaſ. alioquin impoſ-
ſibilium adeò nulla cenſetur obligatio. l. impoſsibi-
lium, de reg. iur. c. nemo, eod. tit. in 6. ut id fieri non
poſſe abſolutè interpretatum ſit, quod quis commo-
dè conficere nequit. l. nepos Proculo. ff. de uerb. ſig.
ubi Alcia. docuit, c. prudentiam. §. 6. de officio & po-
teſtate iud. deleg. & c. literas, de reſtitu. ſpolia. cùm
enim in conſummando actu uoluntas cum ipſa pote-
ſtate cõcurrere debeat. d. l. j. §. uſus. ff. de procuratori-
bus. ubi Bald. aduertit: idcircò Papinianus ægregiè
reſpondit, tunc quidem exuli ſuccurrendum non eſ-
ſe, cùm procuratorem mittere potuerit. d. l. Papi-
nianus mino. & idem Pomponio placuit in ipſo re-
legato conſtituendum. d. l. ſed & ſi. §. j. ff. ex quibus
cauſis maio. Ex quibus quidem reſponſis ſumpto ar-
gumento ab oppoſitis, ſatis concludi poteſt aliud
eſſe, ſi conſtituendi procuratoris facultas alicui, quẽ-
20 admodum Principi Lantgrauio defuiſſet. † Quod ra-
tiocinandi genus idem Papinianus fortiſsimum eſſe
reſpondit. l. j. §. huius autem rei. ff. de officio eius, vbi
Rimin. Alex. Cur. & Deci. & poſteriores omnes ad-
uertunt, & l. j ff. qui ſunt ſui uel alieni iur. & l. inter
ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obligatio. ubi Bart.
Soci. poſt alios rub. ff. de acqui. poſſ. Fulgoſ. & Sali.
rub. C. eod. Quę concluſio & ex Pontificia diſpoſitio-
ne proculdubio probari poſſe uidetur, c. cùm dilecti,
de dolo & contu. ibi, ſicut reſponſalem dixeras, ita
& procuratorem mittere poteras. Ergo innuit ibi
Pontifex aliud fuiſſe, ſi illius conſtituendi facultas
defuiſſet. idem in d. c. bonæ, ibi, ſecurè mittere pote-
ras. ſubeſt enim his caſibus (cum quis poteſt, &
procuratorem conſtituere negligit) legitima ra-
tio, ut ueluti contumax plectatur. d. §. uſus, ubi Bal.
& Alber. & Inno. Bal. But. Imol. Abb. & Deci. c. j. de
21 iudic. Quæ † ſanè ratio non ſubſiſtente facultate
deficit, & idcircò iuris ipſius diſpoſitio ſibi locum
non uendicat. l. cùm mulier. ff. ſoluto matri. c. cùm
ceſſante, de appel. c. & ſi Chriſtus, de iureiu. l. liber.
ff. de capitis dimi. ubi Bar. Quæ concluſio multò fa-
cilius in propoſita facti ſpecie admittenda cenſeri
debet, in qua quidem de carceris aut militaris cuſto-
diæ exceptione admitenda tractatur. quoniam in ip-
ſius Papiniani, itemq́ue & Pomponij reſponſis con-
ſtitutum uideatur, relegatum ipſum audiendum, ex
eo capite contendentem ſibi reſtitutionem concedi,
quod procuratorẽ relinquere non potuerit. d. l. Papi-
nianus. d. l. ſed & ſi. d. §. aduerſus. Vnde Illuſtriſsimo
Principi æquius videri debet hanc ipſam carceris ex-
ceptionem concedi, quod iuris ratio ſuadet. l. i. § is
autem. ff. de ſuperficie. & l. creditori, in fi. C. de pact.
& l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. & c. qui ad agẽ-
dum co. titu. in vi. ubi ueteres & recentiores omnes
22 aduertunt, † maiori ęquitate exceptionem quam ip-
ſam actionem concedi. l. qui ęquitate. ff. de exceptio.
23 † vnde & retentio facilius permittitur, quàm ipſa pe-
titio. l. per retentionem. C. de vſur. l. ii. C. de fideiuſſ.
ubi Bald. ii. notab. & aduertit Deci. conſil. ccxcviii.
Quocircà iudicandum uideretur, hanc ipſam carce-
ris propoſitam exceptionem Clariſsimis Comitibus
actoribus iuſtiſsimorum hominum decreto prorſus
officere: quod quidem inter utriuſque iuris cenſuræ
profeſſores receptiſsimum eſſe uidetur. Bart. l. idem
quæritur. ff. pro ſocio, & d. §. aduerſus, ubi concludit
24 † his duobus caſibus exulem ipſum aduerſus ſenten-
tiam reſtituendam, qui procuratorem inuenire non
potuit, uel eum reliquit, qui diem ſuum obiuit, & in
d. l. Papinianus, & uidit Accur. in d. l. fi. ff. de reſti. in
integ. uerſ. interim uerò, cui Bar. adſtipulatur nu. vii.
uerſ. uenio ad tertium. & Caſtrenſ. d. l. ii. §. ſi quis. ff.
ſi quis cautionib. Ang. & Imol. nu. xi. d. l. ſi quis hæ-
res. §. fi. ff. de hæred. inſtit. tunc quidem procuratorẽ
conſtituendi neceſsitatem remitti tradidit, cùm quis
illum non inuenit, uel minus idoneum. idem Innoc.
in d. c. querelam, in fi. ibi, uel nõ potuit, uel reliquit,
& mortuus eſt. & ibi Hoſti. uer. ſi autem legitimè.
Io. Andr. ii. & iii. col. & Card. Zabarel. num. ix. & xii.
tradidit etiam in negotiis cęptis hac ratione, quàm
à procuratoris conſtitutione excuſari. & ibi But. nu.
x. & Hoſtien. d. c. cum dilecti, de dolo & contum. &
25 Bal. ibi. nu. ix. unde † ab hac crebriori ſententia iudi-
cando recedendum non eſſe, cuilibet potius uideri
debet. c. Capellanus, de feriis. l. i. ff. dę offi. Quęſt. ibi,
ſanè

ſanè crebrior eſt: ſufficit ergo Principem ipſum cùm
in tàm iacenti fortuna nullum prorſus procuratorē
idoneum inuenire poſsit, cui tam ardua negotia cō-
mitat, excuſatorem ipſum tantùm mittere debere,
qui exceptionis huius ſubſtantiam probet, qua oſten
ſa iudices ipſi in cauſis huiuſmodi ſuperſedendum
omninò decernere debent. d. l. nec non, §. aduerſus.
ff. ex quib. cauſ. & cap. placuit, & d. c. ſi ægrotans, ubi
Gloſ. Archid. & Aegid. quòd ſi aliter conſtituamus,
36 † legis ipſius diſpoſitio in honeſtate conſiſtens, non
ſatis defendi poſſet. d. c. erit autem, iiij. diſtinct. Bar.
l. omnes populi. q. v. princi. ff. de iuſtit. & iure. l. j. ff.
de uar. & extraord. cognit. ibi, ſanctiſsima quidem
res eſt. uidit Abb. & Deci. & Neoterici rub. de conſt,
qua enim ratione legiſlator ipſe in neceſsitate con-
ſtitutum iuris diſpoſitioni ſubijcere potuit, d. c. con
ſilium, de obſer. ieiu. & c. fin. de fer & c. ult. de appel.
& d. l. impoſsibilium, de reg. iur. & l. quod nullius,
eod. tit. & d. c. nemo poteſt, eod. tit. in vi. vbi Din,
Alber. Anchar. Deci. & Cagno. ſingula ſingulis con-
gruè referendo, & Bal, l. eam quam, nu. ix. C. de fidei-
com. & quandoq; reſponſum atque deciſum extat,
37 Oldrad. conſ. xliii. nu. ij. concludit † citationem ip-
ſam uocatum non arctare, ſi defenſionis impedimen
tum ſecum afferat. & Cald. conſ. v. de dilat. & Afflic.
38 deciſ. clxxxi. nu. iiij. v. & vi. concludit, † ſententiam
aduerſus eum, quem ſciebat iudex comparere nō poſ
ſe, latam. nihil quidquàm ualere.

Tertia ipſius quoque Principis cauſam fouere ui-
detur naturalis ipſius inſpectio, unde ſe ipſum de-
fendendi cuilibet inſitus eſſe cenſetur. l. ut uim, de
iuſti. & iur. l. j. §. uim ui. ff. de ui & ui arm. l. j. & ij. C.
quando liceat unicuique. c. iii. de ſentent. excom.
At ſi carceris huius & militaris cuſtodiæ exceptio-
nem non admittendam iudex decerneret, cum Prin-
ceps ipſe in tàm grauibus negocijs procuratorē ido-
neum inuenire non poſsit, ſequeretur, ei, quam natu
turale ius defendendi facultatem conceſsit, prorſus
39 auferri. † quod poſitiuæ legis conſtitutio non poteſt
clem. paſtoralis, uerſ. cæterùm, de re iud. c. fi. de con-
ſue. c. quæ in eccleſiarū, de conſti. in j. memb. diſtin.
Abb. Feli. & Deci. & alij recentiores plures deciſio-
nes adducunt. Accurſ. Cyn. Bart. Alberi. Bal. Fulgoſ.
& Sall. l. fi. C. ſi contra ius uel util. pub. Neque enim
decet deſtruentis facultatis conditionem ea ipſa, quę
conſtruxit, inferiorem eſſe. l. ij. ff. de uſufruc. earum
rerum. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. l. cōparationes,
ubi Bald. nu. v. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. j.
30 eod. tit. in antiq. † unde conſtitutio quælibet irrita
exiſtimatur, defenſionis beneficium adimens. c. cum
inter, de exceptio. & l. nemo. ff. eod. & Bald. l. fin. C.
de legib. uerſ. quominus, & Bart. in tit. qui ſint rebel
les, et Gemi. c. non ſolùm, de appell. in vi. & à maio-
ribus noſtris quandoque reſponſum, & nonnunquā
deciſum. Oldrad. conſ. xliii. & Ludou. Roma. conſil.
cccixix. & ſacra Rom. Rota deciſ. xx. in nou. ſecundū
ueterem impreſsionē, & Afflic. deciſ. clxxxii. nu. vii.
Quæ quidem deciſ. atq; concluſ. naturali ratione ſuf
fulta ab omnibus quidem Chriſtianis iudicibus ma-
ximè cuſtodienda uidetur. glo. & Docto. d. c. ſi ęgro.
tans, & d. c. querelam, & d. c. dilecti. ne aliàs iudiciū
ipſum ſuſcipere compulſus princeps indefenſus re-
maneret, quod ab omni ratione diſsidet: tum uerò
maximè ab ipſius inuictiſsimi Caroli quinti ſacra-
tiſsimi Chriſtianorum Imperatoris Iuſticia atque
clementia alienum eſſet.

Quibus quidem ita conſtitutis, non obſtant ſupe
rius adducta in oppoſitum: & primò, quod uulgò
circunfertur, procuratoris ipſius uſum tam quidem
perquàm neceſſarium à legiſlatore cenſeri, cùm quia
ſuis rebus intereſſe non poſsit. d. §. vſus. Quare ne
propria culpa aduerſus iuris rationem ipſi nocenti
prodeſſet, relegatos potiſsimùm & exules ſuaquè
culpa impeditos, huic oneri ſubiectos eſſe oſten-
ſum fuit. dict. l. Papinianus, d. l. ſed & ſi. §. aduerſits
& cap. quia fruſtrà, de uſuris, cap. fin. de immunit.
eccleſiarum. & l. auxilium. ff. de minoribus. Nam
iura & deciſiones huiuſmodi regulam ipſam con-
31 ſtituunt, † quæ quidem ut plurimùm obſeruan-
da eſt, niſi aliquis ab ea caſus exceptus proponatur.
Glo. Bar. Albe. Dec. & Cagno. l. omnis diffinitio. ff.
de reg. iur. & Dec. Ripa & recentiores, rub. extra de
iudi. Cęterū, cúm in propoſita ſpecie cauſarū grauı-
tas aliud ſuadeat, iuris normam non inflecti, cùm ab
ipſa iuſtitia, tùm æquitate omninò alienum eſſet. d.
c. erit autem, iiii. diſtinct. d. c. querelam, de procur.
d. c. bonæ, & d. c. ſi pro debilitate, & Gloſ. & Bart. d.
32 §. ſi quis in iudicio. Illud † ſanè in omni iure noſtro
pro conſtituto babetur, quamlibet diſpoſitionem
etiam generalem ita interpretandam, ne quid ini-
quum & abſurdum inde ſequatur. d. l. qui teſtamen-
to. ff. qui teſtam. d. c. i. de æta. & qualita. At cùm cau
ſarum ipſarū perplexitas longè facilius ab ipſo do-
mino explicari poſsit. arg. legis, qui in alterius. ff. de
reg. iur. & c. cùm quis, eo. titu. in vi. quippè quòd in
alienis plerunque probabilis ignorantia exiſtime-
33 tur. l. fi. ff. pro ſuo, & l. ſi mulier. ff. ad Velleia. † pro-
curator enim & ſi poſt iudicium acceptum litis do-
minus cenſeatur. l. ante litem, cum ſeq. ubi Doct. ff.
de procur. uerè tamen alieno nomine intercedit. l. in
ſuis. ff. de lib. & poſthum. ibi, quaſi domini, & l. ii. de
vſufru. earum rerum, ibi, quaſi vſusfructus. nix enim
credibile eſt, quin in huiuſmodi arduis atq; perple-
xis negotiis dominus ipſe diligentius quàm procu-
rator vniuerſa ſit inueſtigaturus. l. fi. in fi. principij
C. de curatore furi. ibi, quis enim credat. & l. cū acu
tiſsimi. C. de fideicom. in fi. & l. præſes. C. de ſeruit.
34 & aqua. Pręterea, † cùm ius ipſum ex facti inſpectio
ne oriatur. l. ſi ex plagis. §. in clino. ff. ad leg. Aquili.
ubi Alber. & Floria. in ſecundo ſummario, & l. ea eſt
natura. ff. de reg. iur. ubi Albe. & Cagno. nu. xxvii. &
35 † in factis potiſsimùm perplexis legitimus quādoq;
cenſeatur error. l. error. C. de iur. & fact. ignor. l. re-
gula. ff. eod. vnde iuſtitię effectus impedimentum
proficiſci poſsit, quem effectum lex omnis abhor-
ret. c. i. de ſenten. & re iudic. in vi. & l. rem non no-
uam. C. de iudic. ſatis legiſlator exiſtimauit, qua-
cunque ratione impeditum, à conſtitutionis procu-
ratoris nexu omninò eximere: quod plerunque fieri
ſolet. c. duo mala. c. nerui teſticulorum, xiii. diſtinct.
l. bona fides. ff. depoſi. & c. ad audientiam, de homic.
& in Specu. de diſpenſ. & ſi diceres, iniquum uideri
ipſi Principi Lātgrauio cum aliena iactura ſuccurri,
d. c. eſt iniuſta. reſpōdeo, quinimmo, ſi in huiuſmo-
di arduis

di arduis negotiis procuratorem ipſum conſtitucre
Princeps compelleretur, iuſti diſtributiui effectus
ipſe omninò toleretur: quòd lex admittere non ſo
let.l.inſtitia.ff.de leg.d.c.erit autem,iiij.diſtinct.&
l.j.ff.de legib. at licet aduerſariorum iuris executio
36 differatur,non tamen auferturinterim † enim pro-
teſtationibus ipſis ius ſuum in tuto conſtituere
poterunt.cap.cum M. de conſtit. & l.non ſolùm.§.
morte.ff.de noui ope.nuncia.ubi Doctn.& l.fi.ff.de
annali exceptio.& docuit Card.Zabar. in conſ.lxij.
nume. ia. & a. uerſ. ad ſextum dico. Quocircà ſan-
ctius fuit hũc ipſum caſum à generalis regulę con-
ſtitutione eximi,ut in granibus, arduis, atque per-
plexis cauſis ille ipſe,qui impeditur, procuratorem
conſtituere non teneatur.Aret.d.conſ.avj.in princ.
cum aliis ſuperius adductis.

37 Secundò † non vrget ea uinculis cauſam quan-
doque dictam fuiſſe, pluribus Iureconſultorum re-
ſpõſis comprobari.d.l.is qui reus.d.l.ij.ff. de exhib.
reis,cum aliis ſuperiùs adductis.quia reſpondeo,de-
ciſiones illas tunc quidem ſibi locum non vendicare,
cùm quis in arduis negotiis,difficilibus & intricatis
comparere non poteſt.d.c. querelam, cum aliis ſu-
perius adductis.

38 Præterea † cùm impeditus ipſe idoneum procu-
ratorem inuenire non poteſt,ſola ipſius agentis vo-
luntas cõſummando actui non ſufficit, niſi & ſubſit
facultas.l.Lucius Titius.ff.ad munici.cap.quoniam
Abbas, de offic.deleg.& l. multũ intereſt. C. ſi quis
alteri uel ſibi. vnde cùm in propoſita ſpecie nullum
omninò qui idoneus ſit pro cauſarum ipſarum cõ-
ditione procuratorem ſibi Princeps curare poſsit,
Barto.d.l.item quæro.ff.pro ſoc.Imol. & Ange.di-
cta lege ſi quis hæres, Alexand. dicto §. in iudicio,
in fin. conſequens eſt à ſupradicta regula receden-
dum fuiſſe.

Tertiò non obeſt ipſi Principi Lantgrauio,quòd
ſuperueniens impedimentum non proſit quominus
iam cęptæ cauſæ perficiantur.d.l.eundem.§.ti. ff.de
legationib.quia deciſio illa intelligenda uidetur in
impedimento legationis uoluntario tantùm, at in
propoſita ſpecie neceſſarium & abſq; Principis cu-
ſtoditi cã ſuperuenit impedimentũ:vnde mirum nõ
ſit, ſi ex diuerſis caſibus illegitima fieri cenſeatur
39 illatio.d.l.Papinianus exuli,de minorib.† ambigui-
tas enim cauſarum, & perplexitas negotiorum id
ſuadet, ne iudices fortè minus rectè inſtructi, iuſtè
non iudicarent.d.l. rem non nouam, & d. c.j. de re
iud.in vj.& docuit Imol.in d.l. quæſitum. id ipſum
in ſpecie Pontificis conſtitutione ſtatutum fuiſſe
concludens in d.c.querelam, & Imol. & Alex.in d.
§.ſi quis in iudicio,num.vij. hoc pacto interpretan-
tur.d.l.eundem.§.fi.& Card.d.cap.querelam.q.vj.&
Anto.hanc ſententiã omninò probare uidetur p d.
l.ij.ff.ex quib.cauſis maio.ibi,ſi apud Arbit.pręſen-
tiam tui facere non potuiſtij quia ſub cuſtodia deti-
nebaris, cauſæ inſtaurationem accipies. Gloſ.ibi,&
Docto. interpretantur, ſcilicet iam cęptæ. Quam-
obrẽ, cùm reſtitutio ipſa ab Antonino cõceſſa fue-
rit, mirum eſt, cur multò fortiùs à Carolo quinto
Cæſare Clementiſsimo carceris & cuſtodiæ exce-
ptio admittenda non ſit.d.l.inuitus.§.cui damus,de
regul.iur.& d.l.fauorabiliores,eòd.titu. & l.qui ex-
ceptionem.ff.de exceptionib.

40 Rurſus & † d.§.fi.citatæ l.eandem, intelligi poſſe
uidetur,cùm cauſa ipſa plenè inſtructa fuerit; putà,
quia in ea concluſum ſit, tunc enim ſuperueniente
impedimento is, qui detinetur, indefenſus tamen
dici non poſſet, ut uidetur declarare Caſtren. quæ
ratio cùm in præſenti negotio ceſſet, aliud cenſere
debemus. d.c. cum ceſſante,de appellationib.quin-
41 immo cùm † vnà cum fortunæ interitu amici etiam
ipſi euaneſcere ſoleant: vnde, qui idoneus fuit,iam
amplius ſuperueniente cauſa minus habilis uideri
poſsit, à iuris regula recedendum omninò fuiſſe cẽ-
ſendum uidetur.d.l.poſt litem.ff. de procurato. & l.
de ætate.ff.de interrog.actio. & l. qui hominem. ff.
mand.ubi Bart.& Roma.plures caſus adducit rubr.
ff.de arbitr.

Quartò aduerſus Principem ipſum illud ineptè
adduci poſſe uidetur: an breue, an diuturnum hoc
carceris impedimentum ſiue militaris cuſtodiæ fu-
turum ſit. Quamuis Pontificis conſtitutione cau-
tum eſſe uideatur, tunc quidem procuratoris con-
ſtitutionem neceſſariam intelligi, cùm ſpes nulla
ſubſit impeditum ipſum uenire poſſe.d.c.cùm dile-
cti,de dolo & contuma.ibi,in fin.nec de uicino eius
aduentu ſpes ulla erat. & Gloſ.in uer.reſponſalem.
42 Hoſtienſ.Ioan.Andr.& alij aduertunt. † Quia re-
ſpondeo,conſtitutionem illam propoſito caſui for-
tè non conuenire, in qua de Leodicenſis paſtoris ele
ctione agebatur,cuius negotij conditio ad ſpiritua-
lium eſſentiam pertinere creditur. cap.Sacroſancta.
c. cùm Eccleſia Maſſan.de electi.Goffred. & Hoſti.
in ſumma eod.titu.Abb.cap.ſecundo de iudi in ter-
43 tio notab. † Epiſcoporum enim præcipuum illud
munus eſſe cenſetur,ut animarum ipſarum curam ſu
ſcipiant.c. cum inſtantia,de cenſib.exact.& procur.
cap. cùm ex officij, de præſcript. cap. cùm in cun-
ctis, de elect. cuius quidem muneris executio cùm
irreparabile contineat intereſſe, cap. præcipimus,
aij.q.ij.cap.cùm contingat,de iureiuran. mirum nõ
fuit eo caſu uel minimã moram fuiſſe reiectam.cap.
quàm ſit, cap.cupientes.§.quod ſi per uiginti.capit.
ubi periculum,de elect.in ſexto. & cap.oblatæ.§.ſu-
perior quoque,de appellationib.ibi,ne gregi domi-
nico cura paſtoris diutius deſit.qua ratione & ſubti-
44 lius in huiuſmodi canõ indagare cõſueuit,† ut ouiũ
paſtores hi deligantur, qui earum paſsionibus ſuc-
currere poſsint.d.c.nihil,de election. & d.capi.cùm
ſit,eod.titu.in ſexto.& capit.cùm ſit ars artium, de
ætate & qualit. ibi,ſatius paucos bonos,quàm com-
plures malos inſtituere. & eadem ratione in huiuſ-
modi caſu, etiam non conteſtata lite procedi con-
ſueuit.c.quoniam.§.j.ut lit. non conteſt. Quæ cùm
huiuſmodi ſint,& à ſpirituali ad temporale intereſ-
ſe legitima conuenientia non detur. c. inter incor-
poralia,de tranſla.Epiſco.c.per uenerabilem,qui fi-
lij ſint legit. & d.c.cùm contingat, conſequens eſt,
conſtitutionis illius rationem caſui noſtro non cõ
uenire. d.l.Papinianus. d.l. inter ſtipulantem.§.ſa-
cram, in fin.de verbor.obliga.

Et ſi quis diceret, alia quoq; aduerſus Principem
Lantgrauium urgere,Glo.in d.cap.ſi ægrotans, cum

45 aliis ſuperiùs adductis. † Reſpondeo, ipſins impe-
dimenti diuturnitatem in hae ipſa ſpecie inſpiciſcn-
dam non uideri, cùm ille ipſe idoneum non ualeat
innenire procuratorem. Quam quidem rationem,
ſi in grauiſsimo ipſius electionis caſu, in quo tot ſin-
gularia iura (ut ſuperiùs oſtendi) concurrere eai-
ſtimantur. d.c. cùm in cunctis, de elect. & d. cap. cùm
ſit, eo. titu. in vj. Pontifea ipſe perpendit in d.c. cùm
dilecti, ubi contumacem electum à procuratoris cō
ſtitutione excuſat, ſi ei conſtitit illum ipſum conſti-
tuendi facultate caruiſſe: ibi, verſ. quamuis antem ex
eo, & verſ. ſed contra hoc, ibi, ita reſponſalem diri-
gere potuerat. multò fortiùs in propoſito noſtro id
concludendum uidetur, in quo qnidem de irrepara-
bili intereſſe agitur. d.c. inter corporalia, cum aliis
ſuperiùs adductis. Viget enim ratio, propter quam
legis uinculum ſolet abſcindi, nempe impoſsibili-
tatis ipſius: vnde cuiuſcumque temporis uel diutur-
nū impedimētum hoc futurum ſit, diſpoſitioni legis
46 locus eſſe debet, † cuius neruus in ipſa ratioe con-
ſiſtit. d.c. cum ceſſante, de appell. d.c. et ſi Chriſtus,
de iureiur. l. illud. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquili.
Din. c. fi. de reg. iur. in vj. Bar. & Bal. l. non dubium,
C. de legib. & Deci. ex facto conſultus quandoque
reſpondit conſi. cccexliiij.

Nec urget ipſi Principi propriam obijci cnlpam,
ex qua non facilè credendum ſit, legis ipſius rationē
ſuadere, alteri damnnm inferri. l. nenditor. §. ſi con-
ſtet. ff. communia prædio. c. ſuper eo, de offic. deleg.
l. ij. §. ſi quis. ff. ne quid in loco pub. c. tuarum, de vſu
& aucto. pall. cap. ex nıultis, de priuileg. quinimmo
47 † ei ipſi culpam, qui deliquit, obeſſe iudicari debet.
c. eum qui, de præb. in vj. c. fi. de reſcript. c. damnnm
quod quis, de reg. iur. in vj. l. fi. §. & ſi præfatam. C.
48 de iure delib. Quia, † cùm ſimus in terminis vrgen-
tis neceſsitatis cuiuſcunq; iuris uincula diſſolui de-
bent. d.c. conſilium, de obſer. ieiun. d.c. Odoardus,
de ſolutio. & d. cap. nemo, de regu. iur. in vj. Quod ſi
aliter ſtatueremus, ſanè Principi cuſtodito defenſio
à naturali ratione homini innata, ipſi prorſus aufe-
retur: quod abſurdius eſſet: cui rationi humana lex
plurimùm deferre ſolet. l. ſcire oportet. ff. de excuſa.
tnto. & l. in ſumma. ff. de aqua plu. arcen. & Docto.
49 l. fin. C. ſi contra ius vel utili. publ. Non † omitto &
cuſtoditi Principis leuiorem culpam illud oſtende-
re uideri, quod ſemetipſum cùm liber eſſet Cæſari
ſeſe ſubiecerit. Maiſ. in praxi crim. §. diligenter, nu-
mero xxiiij. aliàs propriæ conſcientiæ teſtis nemo
manifeſto periculo ſeſe ſubieciſſe credi debet. d. l. ſi
præſes. C. de ſeruitut. & aqua. l. iſtl quidem, in fin. ff.
de eo quod metus cauſ. & in non abſimili caſu Cæ-
pol. reſpondit conſil. trigeſimoprimo nu. viij. verſi.
decimò.

Illud qnoqne non prætereundum cenſeo, impe-
dimentum hoc diuturnum ea ratione non fore ſua-
deri, quòd Clementiſsimus ipſe Cæſar, (cuius pro-
prium eſt, vt noſter Homerus cecinit, Parcere ſub-
iectis, & debellare ſuperbos;) Illuſtriſsimo Duci
Mauritio fidē adſtrinxerit, quod breui tēpore Prin-
cipem ipſum priſtinæ libertati reſtituet. Ratio
50 † enim naturalis, à cuius nexu & ſupercilio nemo
eximitur, omnìnò aliud credendum prohibet. l. j.
de pact. & capi. primo extrà eod. & l. j. ff. de conſti.
pecun. & capit. primo de probation. ubi omnes &
ueteres & recentiores in primo notab. eo nomine
51 aduertunt, † Attilium Regulum commendari, qui
ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti da-
tam fallere. d. capi. et ſi Chriſtus, & capit. quicum-
que, duodecima quæſti. ſecunda. & cap. iuramenti,
xx. quęſt. quinta. & Glo. in fin. d.c. primi de pact. &
alij concludunt inter ſimplicem aſſcitionem & iu-
ramentum prępotentem Deum differentiam nullam
conſtituere.

52 Et † quamuis diuturnum futurum eſſet huius ip-
ſius cuſtodię & carceris impedimentum, cùm tamen
Illuſtriſsimus Princeps in remotiſsima Germaniæ
prouincia Hiſpanorum manu cuſtoditus iaceat; vn-
de procuratoribus eius auentata (vt aiunt) tela ſug-
gerere impoſsibile ſit; adhuc, ne indefenſus rema-
neat, excuſandus eſſe uidetur. d. l. fi. C. de legib. c. j. de
cauſa poſſeſſ. & propriet. c. olim. cap. in cauſis, de re
iudic. Ioan. Andr. in Specu. de prolatione ſenten-
tiæ, Oldrad. conſil. quadrageſimotertio, & Roman.
ccclxix. & Arer. dicto conſi. ſextodecimo, & Reue-
rendiſsimus Pariſi. d. conſi. cij. libro quarto. & Af-
flict. deciſ. clxxxij. numero ſexto & ſeptimo. Ex qui-
bus omoibus ſimul coniunctis exactè perpenſis, in-
concuſsè decernendum eſſe cenſeo, Illuſtriſsimum
Principem Philippnm Lantgrauium militari manu
cuſtoditum procuratores ipſos conſtituere non cō-
pelli; qui in tàm arduis negotiis & cauſis eius ip-
ſius patrocinium ſobeant, donec liberatus fuerit, &
conſtiterit eum ipſum procuratores idoneos inne-
nire poſſe. quod & ab excellentiſsimis & integerri-
mis inuictiſsimi Caroli quinti Cæſaris ſemper Au-
guſti Conſiliariis diiudicandum cenſeo: quod uelit
Deus omnipotens pater, ne aliàs iuſtitiæ effectus
eludatur.

Patauij. Idib. Aprilis. 1551.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Libros Hebræorum, ſiue eorum Synagogæ inter-
pretes, relictis tantùm antiqua legis & Propheta-
rum libris, an expediat comburere. & per totum
conſilium.*
2 *Pontifex ſumma cura, atque ſolertia inuigilare debet,
ne Chriſtianum ouile minuatur.*
3 *Pontifex Vicarius eſt Chriſti.*
4 *Pontifex inuigilare debet, diſperſas Iſrael oues ad ip-
ſius ouile congregare.*
5 *Epiſcoporum munus aliorumque paſtorum quale de-
ceat eſſe.*
6 *Libri Hebræorum profani, ſiue nonnulli interpretes
deſcribuntur.*
7 *Dei ſapientia inexplicabilis, & multa de Deo Optimo
Max. aduerſus Hæreſiarcas.*
8 *Libros Thalmudicæ diſciplinæ comburendos eſſe Lu-
douicus Gallorum rex ſtatuit.*
9 *Gregorij, & Innocentij ſummorum Pontificum decre-*

10 multos

to multos Iudæorum libros combuſtos fuiſſe.

10 *Eccleſiæ cura præcipua eſſe debet in recipiendis, uel reprobandis libris.*

11 *Principale ſi non conſiſtat, nec ea quidem quæ ſequuntur, locum ſibi uendicant.*

12 *Mali occaſio auferenda eſt.*

13 *Inimicus reconciliatus haud quaquàm idoneus eſt teſtis, remanent enim ueteris odij reliquiæ.*

14 *Legem, ſiue ipſius prouiſionem reddi inanem, non decet.*

15 *Interpretatio illa facienda eſt in quolibet legitimo actu, ne effectu careat.*

16 *Priuilegia, ſtatutaque interpretanda ſunt, ut effectum habeant.*

17 *Diſpenſationes ita interpretari debent, ut aliquem operentur effectum.*

18 *Hæreticorum ſcripta extingui debent, & extirpari.*

19 *Epiſcopi cæterique Prælati, qui Euangelicæ ueritati repugnantia non extirpant, uix à conſenſus reatu uendicari queunt.*

20 *Iudæis in eorum Synagogis nihil quicquam facere licet, ultrà quàm lege non deceat.*

21 *Interpretatio illa ſumenda eſt, quæ animarum ſaluti tutior ſit.*

22 *Anima cunctis rebus anteponenda.*

23 *Hebræi qualiter docere, quomodoue diuinas ſcripturas legere debeant.*

24 *Nullitati ſubiacent, quæ aduerſus legis diſpoſitionem fiunt.*

25 *Dictiones omnimodò, in uniuerſum, prorſus, ſiue penitus, præciſam prohibitionem inducunt.*

26 *Ordo iuris ſeruandus, aliàs proceſſus nullius eſſet momenti.*

27 *Hebraica Synagoga magiſtri quo fœdo operi incumbebant, ex Diuo Hieronymo oſtenditur.*

28 *Hebræorum traditiones non paucæ à Doctoribus Sanctis damnantur.*

29 *Imperium Græcorum ad Germanos ſummus Pontifex tranſtulit.*

30 *Iudæi pro crimine blaſphemiæ à Principalibus temporalibus puniri poſſunt, & debent.*

31 *Iudæorum Synagoga nunc adeò perfida, ſuſceptura eſt tandem Chriſti Seruatoris noſtri fidem, ad mentiſque ſanitatem redibit, & fiet unus paſtor & unum ouile.*

32 *Pauli Apoſt. locus enucleatus.*

33 *Rebecha, id eſt Geminum mater interpretatur, quæ in perſona Iacob Gentes ſuppoſuit, & Eſau, id eſt Populi Iudaici benedictionem excepit.*

34 *Iudæorum populum inter Chriſtianos habitare, cur Eccleſia ſancta permittat.*

35 *Iudæi habent filios in poteſtate.*

36 *Iudæos inter Chriſti oues connumerari; ſed quomodò, uide eo loci.*

37 *Ioannis uerba illa in Euang. cap. x. Alias habeo oues, quæ non ſunt ex hoc ouili, declarantur.*

38 *Hæreditatem inter Iudæos deferri, ueluti & ipſos inter Chriſtianos.*

39 *Iudæos aliquid in fidei Chriſtianæ contemptum committentes, aut libros corrumpentes, acriter eſſe plectendos.*

40 *Iudæi Chriſtianam mulierem carnaliter cognoſcentes, puniendi ſunt, & nu. ſeq. quomodò.*

41 *Iudæi blaſphemantes, qua ſoleant affligi pœna.*

42 *Eccleſia Sancta, Iudæorum Synagogam tolerat. & nu. 48. quæ nam ſit cauſa.*

43 *Conceſſio eo quod plus eſt, & id quod minus conceſſum quoque uidetur.*

44 *Iudæos ferendos eſſe eorum cæremonijs uti, putà circumciſione, obſeruationibus, ſeu potius eorum ſuperſtitionibus.*

45 *Malum minus quandoque tolerandum, ut maius euitetur.*

45 *Iudæis habere Synagogas inter Chriſtianos permiſſum eſt, & quare, cæteris uerò ut Mahumettanis, et Saracenis minimè.*

47 *Iudæi ad ſacri Baptiſmatis lauacrum ſuſcipiendum cogi non debent.*

48 *Eccleſia Iudæos tolerat eorumq; Synagogam, licèt extra Chriſti gregem ſint, cæterorum uerò infidelium abhorret commercium, & quæ nam ſit ratio.*

49 *Teſtamentum à Iudæo quamuis uſurario confectum, non tamen ſubiacet diſpoſitioni & pœnis in c. quanquàm. de uſur. in vi. contentis.*

50 *Iudæis ex charitate Chriſtiana in neceſſitatibus eorum ſubueniendum eſt.*

51 *Iudæi ad Chriſtianum ouile charitate atque humanitate alliciendi ſunt, atq; etiam pecunia data.*

52 *Eccleſiarum Rectores hi eligendi ſunt, qui ſacrarum literarum peritiam habeant.*

53 *Via humanior, tutiorque eligenda.*

54 *Iudæis locus eſt in ciuitate deligendus, ubi conuenire poſſint.*

55 *Argumentum ab energia comparationis ualidum.*

56 *Comparatio literarum ueritatis probationem deprehendit.*

57 *Eccleſia Iudæis utitur ad ſuæ pulchritudinis comparationem.*

58 *Iudæi cur ubique diſperſi ſint, nec ſedem habeant permanentem.*

59 *Iudæi capſarij Chriſtianorum ſunt, cùm libros, quos nō intelligunt, Chriſtianis ſubminiſtrant.*

60 *Bernard. Zan. Patricius Venetus olim Archiepiſcopus Spalatenſis commendatur.*

61 *Ratione tùm leges tùm diſpoſitiones moderandæ ſunt.*

62 *Doctores Theologos in quibuſdam Academijs conſtitui debere, qui linguam calleant hebraicam, caldaicam, & arabicam. & quare.*

63 *Prædicatores hebraicæ linguæ peritiam habere debent.*

64 *Doctores illi lxx. hebræi, qui ex hebraica in græcam linguam libros omnes uerterunt, Spiritu ſancto ductore, ita tranſlatarunt, quòd licèt ſegregatim habitauerint, tamen in eandem prorſus ſententiam conuenerunt.*

65 *Verba legis aut reſcripti ita intelligi debent, ut aliquid operentur.*

66 *Scientia Cabaliſtica, interpretatur, quaſi receptionis ſcientia.*

67 *Eſdras primus fuit, qui eloquia Dei ſcripturæ mandauit.*

68 *Iudaicarum traditionum compoſitionem Rhabbi Iudas in vnum volumen complexus eſt, ſiue Thalmud quidam Hieroſolymitanus.*

69 *Extenſionem fieri ex rationis paritate, etiam in pœnalibus.*

70 *Conſuetudo antiqua ſcripta conſtitutioni æquipollet, ubi plura ſtnu digna ad materiam.*

71 *Temporis antiquitate ius quæſitum videtur, ac ſi ſingularis iuris auctoritate conceſſio facta fuiſſet.*

72 *Iuriſdictio etiam Principi reſeruata acquiritur longiſſimi temporis lapſu, ſiue præſcribitur.*

73 *Delictum augetur temporis diuturnitate.*

74 *Eccleſiam non errare, quomodo intelligatur.*

75 *Eccleſiæ auctoritas qualis, quantaque ſit.*

76 *Eccleſia Occidentalis cur Orientalem cum vetuſtis eius moribus ferat.*

77 *Eccleſia peccata infidelium non perpendit, cùm nihil ad eam, de his, qui foris ſunt.*

78 *Daniel Bombergius commendatur.*

79 *Eccleſia cultrix iuſtitiæ eſſe debet.*

80 *Aequitatem potius quàm rigorem canones ipſi amplectuntur.*

81 *Legis proprium eſt, futuris negotijs formam imponere,*

82 *Eccleſiæ ad officium pertinet ouile Chriſtianum expurgare, putridaque membra abſcidere.*

83 *Hæreticos eſſe extirpandos.*

84 *Liber Thalmud prohibitus eſt à ſede Apoſtolica, quem concremandum eſſe nuper ob reprobam eius doctrinam decreuit; quod olim etiam Gregorius & Innocentius Pont. egerunt. nu. 92.*

85 *Sententia diffinitiua perquàm ſtrictam recipit interpretationem.*

86 *Caſus omiſſus pro omiſſo habetur.*

87 *Interpretis ſeu commentatoris munus, non eſt diſponere, ſed declarare.*

88 *Actus humani eatenus operantur, quatenus agentis id ferat intentio.*

89 *Illatio ex diuerſis non fit.*

90 *Pontificis munus eſt, & non Cæſaris probare vel improbare libros, eorumque lectionem prohibere.*

91 *Imperator quò ad ſpiritualia, indeque contingentes quæſtiones nullam habet cognoſcendi facultatem.*

92 *Gregorius & Innocentius Pont. Thalmudicæ diſciplinæ libros comburi lege ſancierunt.*

93 *Imperator legem Dei non auferre, ſed illam obſeruare, obſeruariq; facere aſtringitur.*

94 *Imperatoris lex cedere debet Summi Pontificis legi.*

95 *Conſuetudine diutina conſtitutiones & ſtatuta derogari.*

T H E M A.

QVÆRITVR, rectum ne ſit, Chriſtianæque Reipublicæ expediens, libros Iudæorum, (exceptis tamen antiquæ legis & Prophetarum libris) exurere?

CONSILIVM IIII.

SPIRITVS SANCTI GRAtia et virtus adſit, ut intellectus mei tenebræ diſijciantur.

CVM ea ſit præſentis negotii conditio, ut profeſsionis meæ uel ſupellectilem excedere uideatur; libenter ab hoc ipſo ſcribendi munere me ipſum abſtinuiſſem, idq; potiſsimùm cùm apud Sedem Apoſtolicam de eius diffinitione agi intelligam. quæ quidem Spiritus illius omni gladio ancipiti penetrabilioris aura nititur: & ideò humana ope non indigeat: hiſce præſertim temporibus, quibus illa innumeris tùm diuini tùm humani iuris peritia clariſſimis fulget ſyderibus, Quæ, ut huiuſmodi ſint, non potui tamen Regiæ legis effectum non exprimere, qua cautum extat: Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον. Matthæi xix. & Lucæ x. & Iacobi ſecundo. ibi, ſi regiam legem perficitis. Et quid in hoc ipſo perplexo caſu ſentiam non atteſtari. Præpotentis Dei auxilio fretus, cuius virtute ex nihilo cuncta creauit, pueros de camino ignis ardentis, Danielem de ore Leonis arripuit; & Chriſtum denique eius ipſius myſterium conſtituit, in cuius ſanguine et cruce genus humanum à peccati neſu & morte ſecunda liberaretur: quod Paulus Apoſtolus cœlitus uidit, & diui Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Thomas, & Reuerendiſsimus Sadoletus ediſſerunt.

1 † Quæritur ergo in propoſita ſpecie, an ſummi Pontificis munus hoc pium eſſe credatur, vniuerſos Sinagogæ interpretes comburendos decernere, antiquæ tantùm legis & Prophetarum libris ei relictis necnon & uerborum ipſorum interpretibus?

2 Et prima facie conſtituendũ id uideretur, † quippè quòd Iudæorum perfidia inde aſſumere ex illime tur, vnde Chriſtiani gregis frequentia imminuatur: quod ne fiat, ſummi paſtoris ſolertia occurri debet. c. quodcumq; ſecunda q. prima. c. cùm ex iniuncto, ubi Docto. de hæretic. Hoſtien. in ſumma eod. titu. numero 1. 3. & 15. & c. inter hæreſes, & c. hæreſis,

3 & c. quidem autem, vigeſimaquarta q. tertia. † Cùm enim Chriſti Seruatoris uice fungatur. c. ſignificaſti, de elect. c. nouit, de iudic. c. ut noſtrum, ut eccleſiaſt. benefic. cap. ad honorem, de uſu & aucto. pall. cap. ſolitæ, de maiorita. & obedien. in extrauagan. vnam ſanctam, eod. titu. ſanè, quemadmodum ille miſſus eſt ad homines, ut & Iudæos, qui ſub lege erant, redimeret, & Gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, illam ipſam apprehenderent. Io. x. & in Concilio Tridentino conſtitutum extat in decre.

4 iuſtific. cap. ſecundo. † Vicarius quoque illius omni uigilantia eniti debet, diſperſas Iſrael oues ad eius ipſius ouile congregari. dicto cap. decimo Ioã. & c. vt animarum, de conſti. in ſexto. d. cap. ad honorem, de vſu & auct. pall. & c. cùm in cunctis, de elect. Qui quidem effectus cùm ex huius diffinitionis executione pendere videatur, profectò, vt animarũ ſaluti occurratur, omninò conſtituẽdum uidetur, libros

omnes

omnes comburendos eſſe.c.j.de iureiur.in vj. c.j.de
5 ſepult.eo.libr.ibi,animarum periculo obuiare. † Si
enim ſingularis cuiuſcunq; paſtoris prudentiam de-
cet, eius ipſius fideicommiſſum gregem diligenter
cribrare. j. ad Thimot. tertio. ibi, uigilantem, ubi
Diuus Ambroſ.admonet,& c. qui Epiſcopatú, viij.
q.j.vbi Archi.nu.iij. Aegid.nu.ii.& iii. & Reueren-
diſsimus Card.Turre crem.& c.peruenit, vij.q.j.in
prin.& Diuus Thom.ij.q.lxxxv.arti.j.& v. id mul-
tò exactius à ſummo gregis vniuerſi paſtore pręſtan
dum uidetur.d.c.ad honorem,d.cap.nouit,de iudi.
ibi, poteſtas noſtra ea Deo eſt. & capitu.cuncta per
mundum,& capi.nemo,ix.quæſti.tertia,ubi Docto.
animaduertunt.

Secundò,ſi doctrinæ genus ipſum intueamur,cui
interpretationis hoc accidens adhæret, idem omni-
nò concludendum uideretur,Pontificis quidem de-
creti auctoritate vniuerſos hos cōburendos eſſe in-
6 terpretes. † Conſtat etenim Thalmud ipſum profa-
num quoddam ac impium doctrinæ genus pręporē-
tis Dei inexplicabilem maieſtatem & incomprehen
ſibilem homini magnitudinem,diminutionem adfe
rens; & plurea aduerſus Chriſtum Seruatorem no-
ſtrum deteſtandas blaſphemias.

In ſecundo enim eius ipſius libro Rabbi Iudas
ineptè prorſus comminiſcitur omnipotentem Deū
tribus primis diei horis ſtudere legi, at tribus aliis
7 cum dracone Leuiathan ludere. † Sanè, cùm æterni
Dei ſapientia inexplicabilis ſit, ut cecinit Dauid
Pſal. xx. Sapientiam illius quis enarrabit? & Diuus
Paulus ad Roman.capi.ſecundo, exclamat, ò alti-
tudo diuitiarum. & diuus Ambro. & Thom. ibi ex-
plicant, & diuus Auguſti.libro primo Confeſ. cap.
xxxj. Spiritusſancti nomine incenſus plura diſſerit
ad ipſius omnipotentis Dei inexplicabilem ſapien-
tiam pertinentia. & Innocen. tertius eius nominis
Ponti.Summus in Concilio generali ad ſalutis hu-
manæ ſubſtantiam firmiter hoc credere pertinere
decernat. Deum ipſum eſſe immenſum, incompre-
henſibilem, ineffabilem & incommutabilem.c.j.de
ſum. Trin.& fid.cath. ubi Gloſ.in ver.incommutab.
& c.incōmutabilis.xxxij.q iiij.vbi Tholetani Cōci-
lij decreto incōmutabilitatis huius qualitas diffinit.

Item in tertio libro ipſius Thalmud legitur,
Deum ipſum omnipotentem hæc verba protuliſſe:
Adferte ſuper me ſententiam, quia minoraui lunā.
Item in libro Ieſcieſuber, ſcribit Rhabbiaman, Deū
ipſum dixiſſe: Iuraui ſubuerſionem Hieruſalem, &
pœnitet me. & plura alia infert in libris Thalmud
contineri Reuerendus ſacrę Theologię profeſſor ma
giſter Cotſchalcus Gallus in libro pręceptorum De
calogi in quinto præcepto in qualitate xij.ipſius di-
uinæ maieſtatis pręſtantiam inexplicabilem immi-
nuentia:& ideò à fidei noſtrę ſubſtātia prorſus alie-
na.d.c.j.de ſumma Trinit.& fide catho.qua ratione
8 ibidem atteſtatur, †Ludouicum ipſum Chriſtianiſ-
ſimum olim Gallorum Regem decreuiſſe Thalmu-
dicæ diſciplinæ uolumina prorſus aboleri, atque hu
ius diffinitionis executionem Lutecię factam fuiſſe.
à qua quidem concluſione noſtri quoque Pontificii
iuris interpretes non delyrant. Innocent. enim in c.
9 quòd ſuper his, infrà de uoto num.v.teſtatur † Gre-
gorij & Innocen.ſummorum Pont. decreto, Iudæo-
rum libros fuiſſe combuſtos, quòd plures hæreſes
continerent, & ibi Hoſti. verſ.& pro hac ratione li-
brum hunc Calchomud. Io. autem Andr. Thalmud
fuiſſe teſtatur, cuius reprobam doctrinam ex diſpu-
tationibus Petri Alphonſi & ex Hiſto. Specu. libro
xxviij.c.cxxviii.inſpiciendam ſubiicit. Et Butr.ibi,
num.ix.executionem hanc Gregorio & Innocentio
adſcribit.& Anch.ibidem nu.xxv.librum hunc Chal
mocani appellatum ait; ſed puto omnes Thalmud
intelligere uoluiſſe.& Card.nu.iiij.non nominat li-
bros,ſed quotquot Synagoga habet, extirpandos aſ-
ſerit,ſi hęreſes, & aduerſus æternū Patrem impieta-
tes contineant, aut in ipſum Seruatorem blaſphe-
mias;& Panor.ibi adſtipulatur.

Rurſus in hoc ipſo libro profana & impia plura
contineri fatetur Galatinus ipſe ſacrę Theologię p-
feſſor libro primo de Archanis Theologię ex libris
Thalmud ad Cęſarem Maximilianum c.vij. velic.&
ad primum quidem, & inferiùs dum reſpondet ad
tertiam oppoſitionem factam ſubiicit, cum ipſum
inſanum eſſe, qui putat librorum Thalmud uniuer-
ſum ſubiectum ex lege à Deo Moiſi datæ conſtare.
Et nuper Ludouicus Viues Hiſpanus vir eruditus
in libris de Chriſtiana philoſophia huius ipſius
Thalmudicę diſciplinę ſubiectum impium eſſe fa-
tetur.

Quę cùm huiuſmodi ſint, atq; in ſacro Lateranēſi
Concilio ſub Inno.iij.c.lxviij.in fin.cautum ſit, Sy-
nagogę nihil omninò aduerſus Seruatorem noſtrū
permiſſum intelligi, necnon Iudęum ipſum illius
blaſphemum eſſe non debere.cap.j.de Iudęis,& ibi
Glo.& Docto.in verb.blaſphemum, & nuper ipſius
Thalmud uolumina concremari Pontificia auctori-
tate diffinitum ſit, quippè quòd ad ſedem illam ma-
ximè ſpectet, Chriſti gregem reproba doctrina ue-
luti zizania quadam expurgatum conſeruare.c.de li
bellis.xx.diſtinct.ubi Archidi.nu.i.& iiij.& Aegid.
ibidem, Inno.Io.And.Butr.Card.Anchar.& Abb.
d.cap.quod ſuper his, de uoto. Anchar.cap.ea quę,
de regul.iur.in ſexto, numc.xj.q. vj. & plures addu-
cit Reuerendiſsimus Pariſ.conſi.ij, nu.xv.in iiij. in
prima par. & deciſum extat, Guid. Papę deciſi.lx.v.
10 nu.i.& ij. Et † diuus Auguſti. epiſtola cvj. ad Pau-
linum miram Eccleſię auctoritatē prędicat in reci-
pienda uel reprobanda librorum aliquorum doctri-
na,& nuper in Tridentino Concilio,ſeſſ.iij.decretū
extat, quos Eccleſia recipiendos iudicet,& quos im-
probet libros.

Videretur idem omninò conſtituendum, quod
ad hos ipſos interp̄tes attinet, ipſius.ſ.Thalmud ſub
iecto cohęrentes. argumen.cap.ſuper gratia, de re-
ſcript.in vj.ibi Glo.in ver.principalis. Anch.Gemi.
& Franc.nu.ij.& l.j.ij.& iij.ff.de pecul.leg.& l.ij.C.
de luitio.pign.in uerb.ponant, uerſi.ſecus autem,&
ibi Iaco.ab Arena, Cin.& Bal.nu.iij. & c. inter, de
fide inſtru. & ibi Gloſ.in uerb.nec acceſſorium,ubi,
Inn.nu.iiij.& Abb. & l.non dubiū.C.de legib.cū.n.
11 † interp̄tatio hęc doctrinę iam reprobatę accedat,&
cum illa prorſus implicita ſit atque connexa, uix ſe-
cerni poſſe uidetur, ut inde infecta non exiſtimetur;
& idcircò comburenda ſit, cap.acceſſorium, de regu.

iur.in vj.vbi Dyn.Deci.& Cagn.d.l. cùm principa-
lis.ff.eo.& pertractatum,nec non & ex facto reſpó-
ſum,atque in non abſimili caſu quandoque deciſum
extare uidetur.Fab.de Monte in abſoluto tracta. de
empt.& uendi.q.vj.principali, in vij.parte nu.xxix.
Pontan.conſi.ccxlvj.Clariſsime, verſ.item prope.&
cclvij.& Deci.conſi.cclxxxviij.nu.xxij. & dlxxxvij.
nume.x.& Afflict.deciſ.xxxv.numero quarto.& ſa-
cra Rom.Rot.deciſi.j.de appella.in nou.ſecundum
nouam impreſsionem no.ij.

Tertiò idem concludendum videretur, ſi ipſius
Apoſtolicæ ſedis intentionẽ intueamur,dum Thal-
mudicæ diſciplinę volumina deleda,& penitus abo-
lenda decreuit, ſanè eiuſmodi fuiſſe creditur, ut
Synagoga ipſa ſeruitutis iugum à ſeſe facilius excu-
12 tere poſſet. Quare, † niſi interpretum huiuſmodi
reliquiæ prorſus extirpentur,reuiuiſcentiæ cuiuſdã
occaſio non auferetur. Et idcircò Pontificiæ Sedis
decretum inane redi poſſet ob reliquias antiquarum
diſciplinarum radicitus non extinctas. c. accuſato-
res.iij.q.v.ibi,ante heſternum diem. Glo.j.& Arch.
Butr.Abb.Feli.& Deci.c.j.de iud.in ſecundo nota.
13 † & Ancha.uidit in ueteris odij reliquiis, conſ.xvij.
& Io.And.c.conſuluit,de regul.in reliquiis religio-
nis, & Felin. poſt ueteres diffusè docuit.c.quæ in Ec
cleſiarum,de conſti.nu.lxxij.& Iaſ.in l.ſi ita ſtipu-
latus.§.Chryſogonus ff.de verbor.oblig.nu.xxvij.&
in eo,qui poſt regenerationis lauacrum in contracti
bus ipſis Iudęus appellabatur. Craue.reſpondit cõſ.
14 lxxij.num.xiij.in primo. Quamobrem, † cùm huius
ipſius rationis contemplatione Pontificium ipſum
opus fruſtratorium & inane reddi poſſet,quod qui-
dẽ tùm natura,tùm & legiſlator ipſius diligẽs imi-
tator abhorret,Ariſt.j.cœli,c.iiij.ubi Auer.&Sueſſ.
ediſſerunt.& l.ij.ff.de vſufruc.earum rer.& §.mino-
rum.inſtit.de adoptio.& Bart.l.eundem.ff.de duob.
reis,& Iaſ.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.num.
15 lxxxviij. † vnde vniuerſos legitimos actus ita inter-
pretari conſueuit, ne effectu careant; vt in ſentẽtia.
l.iiii.§.condemnatum,de re iud.& c.i.eod.tit. Item
in ſatiſdatione.l.quoties, ff.qui ſatiſda.cog. in con-
tractibus.Bal.rubr.C.de contrah.empt.q.ix. Ang.l.
ædem.C.locati.Dec.c.paſtoralis,nu.i.de appella.&
16 conſ.it.nu.v.& conſi.cccc.nu.iiii. † Item in priui-
legiis.c.ſi Papa.de priuileg.in vi.ubi Anch. Gemin.
& Fran.Feli.& Deci.rubr.de reſcript.Item in muni
cipiorum iuribus interpretandis. Alex. l.poſt dotẽ.
ff.ſolu.matrim.nu.xvii. uerſ.certè illud uerbum cõ-
muni,& Deci.c.licèt cauſam,de probat.& dixi d.c.
quę in Eccleſiarum in fi.de conſtitu. & rubr.de con-
17 ſuetu. † Item in diſpenſationibus interpretandis.
Calde.conſi.i.uerſ.non obſtat, de cleri.non reſid.&
conſi.vi.qui filii ſint legiti.Curt.conſ.xci.in primo.
18 Deci.dcxxvi.Craue.cclxxii.nu.vii. † Quocircà cùm
interpretum horũ reliquiis non extinctis,nihil actũ
uideatur.l.fi.C.ad Senatuſconſul.Sylla. & c.i.de re-
nunt.in fi.Glo.vlt.in medio, & c.nihil.vii.q.i. con-
cremandos omninò concludendum uideri.Rui.cõſ.
xxiiii.nu. xi.in ſecundo,& lvii.nu.vi.in tertio,& Re-
uerendiſsimos Pariſ.lxxxl.nu.xix.in primo.& conſi.
j.nume.cxxxvi.& cxxxvlii.& conſi.lxxx.nume.ix.in
tertio. & ſacra Rom. Rot. ſupplicem libellum afferentis imperitiam irridet,quia illinc gratia ipſa effe-
ctu caret.deciſ.xiii.in nou.de præben.ſecundum no-
uam impreſsionem.

Quartò, ſi librorum horum argumentũ intuea-
mur, uniuerſos omninò aboleri diiudicandum vide-
retur: obſeruationes enim cęrimoniarum & Seniorũ
traditiones continere uidentur,quas omninò Serua-
tor ipſe noſter Chriſtus ceu diuinis mandatis repu-
gnantes, Scribis & Phariſeis ſæpius exprobrauit,
Matth.xv.Luc.vii.Io.viii.& Paul. ad Roman.xi.&
ad Hebr.& Galat.iii. aniles fabulas appellat. circũ-
ciſio enim ipſa illuceſcente poſterioris pactionis in-
ter ſummum Deum & genus humanum initę clariſ-
ſima luce,abrogata exiſtimatur. vnde abſq; peccato
in vſu eſſe non poſsit.ad Gala.v.ibi, Nolite iterum
ſeruitutis iugo contineri.Glo.ord.l.ſeruitutem, ubi
atteſtatur idolatriã non leuiorem, & c.tranſlato. de
conſtitu.ubi Glo.j ij.& iij.& Docto.ibi aduertunt.
quia ratione ergo Chriſti Vicarius libros huiuſmo-
di ſuſtinere poſsit,circumciſionem ipſam,& alias le-
gis cęrimonias continentes, vnde Euangelici ſplen-
doris ſydus impediri poſſe uidcatur, ſanè vix à con-
19 ſenſus reatu vendicari poſſe uidetur, † qui Euange-
licæ ueritati pugnantia non extirpet.Pau.ad Roma.
c.j.in fi.& c.error,lxxxvi.diſtinct.& c.error, c.quid
enim,& c.conſentire,lxxxiii.diſtinct.& c.i.de offic.
delega.ubi Glo.in uer.pari pœna.Inno.Ioan.And.
Abb. Deci.& Neoterici. & ideò Reuerendiſsimus
Card.Turre crem.in c.qui ſyncera, xlv.diſtinct,nu.
primo, ſcriptum reliquit,legis ipſius legalis ex mẽ-
te diui Auguſti.lib.xvii.de Ciuit. Dei, & Diui Hie-
ron.mortem ipſam inferre. Pro qua quidem ſen-
tentia plures ſacrorum doctorum auctores adduci
poſſe uidentur, ex quibus librorum horum uſus ipſi
Synagogæ interdicendus uideatur, tanquàm ſubie-
ctum eiuſmodi Euangelicę ueritatis repugnans,pec-
catum ipſum foueat,quod nefas eſſe creditur.c.pec-
catum,de pœniten.diſtinct.iiii.c.fi.de conſue.c.fin.
de præſcript.

Diuus nanque Grego.lib.vij.regiſtr.Epiſtola lviii.
cuit inſcriptio eſt: De Synagogis irrationabiliter oc-
20 cupatis,in fi.ſcriptum reliquit, † quẽadmodum Iu-
dæis nihil quidquàm in eorum Synagogis, facere li-
cèt ultra quàm lege non decent. & interius incultos
codices ei non reſtituendos decernit. Verùm cùm
Euangelica lege circumciſionis ipſius eſſentia repro
betur, igitur Synagoga ipſa librorum illorum uſu
Gregorij auctoritate priuanda uidetur, in quibus
eius ipſius cuſtodia prædicator. Quin & Innoc. iij.
in regiſtro Epiſtola cclxxiij.idem cenſuiſſe uidetur,
21 † quæ quidem interpretatio ueluti animarum ſaluti
tutior omninò iuuanda uideri debet.c.conſilium,de
obſeru.ieiun.c.iuuenis,de ſponſ. Butr.& Panor. nu.
j.& c.ad audientiam, de homic.Glo.Abb.& Fel.c.fi.
de præſump.nume.xiiii.& Gloſſ.c.unico,de ſcrut.in
ord.fac.pertractat Alciat.præſumptio.iij.nu.xiii.iij.
22 reg.trac eod.& Anchar.conſ.clxix. † Quocircà,cùm
animarum ſalus omnibus alijs rebus anteponenda
ſit.c. pręcipimus,xij.q.j.c. cùm cõtingat,de iureiur.
& c.licèt,eod.titu.in vi. & c.quàmuis,de pact. in vj.
cuius quidem cuſtodiẽdę munus, ſummum ſacerdo-
tem in primis decet.d.c.quodcunque.xxiiii.q.j.& c.

ut anima-

ut animarum,de conſtit.in vj. & c.fin.de conſuetu.&
c.ſæpe,de reſtitu.ſpol.ibi, quod ad animarum ſaluté
attinet.& c.fi.de præſcrip.Gloſ.magna in c. poſſeſ-
ſor, de reg.iur.in vj.in princ.uerſ.in ijs autem. Bart.
l.priuilegia. C.de ſacroſant. eccl. & dixi poſt Abb.
Deci. & alios c. Eccleſia Sanctę Mariæ, de conſtitu.
in ſecundo & tertio caſu. ab horum librorum con-
cremandorum diffinitione ulterius ſuperſedendum
non uidetur.
23 Quintò,† ſi Iuſtiniani Cæſaris Auguſti atque ca-
tholici conſtitutionem perpendamus, idem abſque
dubio concludendum uidetur. ſanxit enim ille in
conſtitutionibus nouellis in tit.de Hebræis & quo-
modò oporteat eos ſcripturas legere,conſtit.cxlvi.
Oloand.interpr.in j. par.Hebræos quacunq; lingua
uti poſſe, ſiue propria,ſiue Græca ſiue Italica in Dei
& Prophetarum arcanis docendis, idq́ue ut facilius
doctrinæ ſcopus attingi poſſit, & ne facultas ipſis
interpretibus detur Hebraicam linguam aſſumenti-
bus, ut arbitratu ſuo eam doceant, uulgi imperitia
eorum improbitatem tegentes.
In ſecunda uerò parte.§.quę uerò δευτέρωσιν quaſi
ſecundariam traditionem ab ipſis dictam, in uniuer-
ſum conſtitutionis illius auctoritate interdixit,quia
ſacris literis comprehenſa non ſit,neq; tradita à Pro
phetis,ſed excerpta quædam hominum nutriat, qui
terrena duntaxàt loquantur, neque quidquàm in ſe
diuini numinis contineant. Quamobrem,cùm horũ
ipſorum, interpretum ſubiectum in hac ſecundaria
traditione, quam Græci δευτέρωσιν vocant conſiſte-
re uideatur, ſeu aduerſus legis præceptum recepti
ipſo iure comburendi uidentur.l.cũ lex.ff.de fideiuſ.
cui Bart.Imol.& Caſtren.& l.non dubium C.de le-
gib.ibi,licèt legiſlator fieri tantùm prohibuerit,ubi
24 Bart.Albe.Bal.& Fulgoſ.colligunt,† aduerſus legis
diſpoſitionem facta pro infectis haberi. & cap. fi.de
reg.iu.in vj.& c.cognoſcentes, de conſtitu. vbi Ho-
ſtien.Io.Andr.Butr.& Abb.in Gloſ.j.Feli. & Deci.
nu.vij.Suadet enim dictio illa, in uniuerſum inter-
25 dixit, quaſi diceret, † omnimodò uel prorſus, ſiue
penitus: unde pręciſa prohibitio colligitur.l.Gręce.
§.illud.ff. de fideiuſſo.ubi Gloſ. in uerbo omnimo-
dò.Bart.Imol.& Caſtren. & c.j. de poſtu. prælat. in
vj.in uerb.penitus, ubi Gemi.nu.ix. & c.cæterùm,
de reſcript.ubi Deci.poſt ueteres num.vj.& vij.& c.
26 ſedes,eod.tit.unde † Ange.Fulgo.& Sali. poſt Bald.
in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocut. omnium
iud.aduertunt,proceſſum ipſum aduerſus iuris ordi-
nem nullius eſſe momenti.
Quod autem ratio ipſa in Iuſtiniani conſtitutio-
ne expreſſa ueritate nitatur, hinc probari poſſe uide
tur: nempè δευτέρωσιν hanc quaſi ſecundariam ſenio
rum patrum traditionem continere, ut ſeruator ipſe
Mathęi xv. Iudeis obijcit, diuinis pręceptis repugnã-
tem.& ut diuus Paul.ad Hebręos inquit: aniles fa-
bulas continentem, & ad Galathas v. ibi, ſi circun-
cidimini, nihil uobis Chriſtus profuit. Profectò
pluribus ſacrorum Doctorũ atteſtationibus oſtendi
poteſt. Diuus etenim Auguſtinus lib.ij. contra ad-
uerſ. legis & prophetarum, litera B. ſecundum im-
preſſionem Cheualonij, dum interpretatur Apoſto-
lum ipſum humanas Iudęorum traditiones irriden-
tem, declarat eum ipſum debere intelligi de deute-
roſin ſucceſſiuè inter ſeniores recepta, ex qua infru-
ctuoſiſsimas diſſeminari quæſtiones fatetur. Idem
in pſal.cxviii. concione xx.litera A. declarando illum
locum. Narrauerunt mihi delectationes. interpre-
tatur, de delectationibus illis intelligendũ in ſermo-
ne allatis in uarijs ſectis, prout in δευτέρωσει, id eſt ſe-
cundaria hac legis ipſius conſtitutione ex ſeniori-
bus traditionibus ſucceſſiuè receptis, conſtante &
continènte, ut is ſubijcit pręter canonem diuinæ le-
gis fabularum millia. Item diuus quoque Hiero-
nymus in epiſtola ad Algâſium q. x. locum Pauli ad
Coloſen. iij. enarrans, ibi, Nemo uos ſuperet &c.
dum eos Apoſtolus hortatur, ut fide Ieſu Chriſti ſyn-
cera perſiſtant, & hominum præcepta & Phariſeo-
rum traditiones reijciant, propter quas Eſaię x. ſcri-
ptum eſt: Populus hic labijs me honorat, cor autem
eius longè à me eſt. Traditiones ibi δευτερώσεις di-
ci atteſtatur, adeò inutilem diſciplinam continentes,
ut earum aliquas ueluti turpes referre erubeſcat,
Lubuit tamen integerrimo uiro unã in gentis illius
27 ignominiam ſilentio non preterire.† Quod quidem
eorum Synagogis præpoſitos, quos, ut ipſi uocant,
ſapientiſsimos, fœdo operi delegatos habeant. Qui
ſanguinem virginis ſiue menſtruatæ mundum uel
immundum, ſi oculis diſcernere nequeunt, guſtum
tamen prælibent. quare unã cum diuo Paulo illos ip
ſos irridet, quod & eorum Rhabbini ſoliti ſint in
Synagogis pręmonere. Qua die οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, id
eſt ſapientes ipſi ſeniorum traditiones explicabunt.
Quamobrem, cùm horum ipſorum interpretum ar-
gumentum Euangelico candori repugnare cenſea-
tur, d.c.xv. Mathæi, & Lucæ vij. & Ioan. x. ut diuus
28 Paulus ad Galathas. probat j.ij.iij.iiij.& v. cap. † &
irrident optimi ſacrarum literarum doctores Augu-
ſtinus & Hieronymus traditionum huiuſmodi ine-
ptias, & diuus Chryſoſtomus pſal. xlix. Tom. j. &
quinque elegantiſsimis declamationibus accerrimè
inuehitur, Ioannis v. unde concludendum uidere-
tur, Apoſtolicam ſedem huius ipſius Cæſareæ con-
ſtitutionis executionem negligere non debere. tan-
quàm Diuinæ legi repugnans ſubiectum interdicen
tis.cap. ſunt quidem, xxv. q. j. Innoc.Io.And.Butr.
Card.Anch.Abb.d.c.quod ſuper his, de uoto, & Io.
Andr.in rub.eod.tit.de Iudęis. Catholicus enim Cę
ſar idipſum interdicere potuiſſe uidetur, ipſius effi-
cientis cauſę facultate attenta, id eſt Eccleſiæ tùm in-
ſtituentis tùm confirmantis.c.venerabilem, de ele-
29 ctio. † ibi, quæ Rom. Imp. in perſonam Magnifici
Caroli à Græcia in Germanos tranſtulit, ubi gloſ.
in verb.tranſtulit. Io. And.Butr.& Abb.& c.j.§. un-
de cùm in ueteri, de ſacra unctio.& extrauag. unam
ſanctam, de maiorit.& obed. Quod eo amplius uerũ
eſſe uidetur, cùm conſtitutionis illius diſpoſitio cũ
Canonis ipſius ratione & fine conueniat, quamli-
bet conſtitutionem peccatum ipſum fouenté irritan
tis.d.c.fi.de conſue.& d.c.fi.de pręſcrip.& cap.non
debet, ubi Abb.in not. de conſang.& affi.& c.poſſeſ-
ſor, in Gloſ.magna, ibi, in is autem, de reg.iur.in vj.
ubi Anch.q.vi.& d.c.nouit, de iudi.& c.fin. de ſolu-
tion.ubi Hoſtien.& Ioann. And.& c.j.de nou. ope-
ris nuncia. vbi Abb. & idem in d.c. Eccleſia Sanctæ
Marię

Marię,ubi Feli.& Deci.in ſecundo & tertio caſu.quo
circa Cæſaris conſtitutione alibi ſub grauiſsimis pœ
nis interdictum eſt, ne quicquàm in fidei noſtræ cō-
temptum attemptetur.l.Iudęos.C.de Iudæis, & ipſi
quandoq; fidei noſtræ inſultãtes dicuntur.l.fi.C.eo.
in prin.& Caldę.uidit conſ.ij.de Iudæis, & Anchar.
30 conſi.xiiij.† & etiam in crimine blaſphemiæ Iudæos
à Principibus temporalibus puniri receptiua eſſe,at-
teſtatur:& Alex.conſi.acix.in vj.ubi plures adducit.

Ea his uideretur concludendum, Apoſtolicam ſe-
dem libros omnes, patrum traditiones, & Thalmu-
dicæ diſciplinæ interpretes ab ipſa Synagoga reten-
tos tanquàm Euangelicæ neritati repugnantem do-
ctrinam continentes, ab Apoſtolis & Doctoribus
ſacris irriſos, & aduerſus Iuſtiniani Cæſaris interdi-
ctum receptos, prorſus abolendos eſſe & concre-
mandos.

Quibua tamen non obſtantibua oppoſitum ma-
turius conſiderando, ueriua eſſe conſtituendum cen-
ſeo. Quod pluribua rationibua, iuribus, & auctori-
31 tatibus probari poſſe oſtendo. † Et primò, in con-
cuſſo hoc fundamento iacto, fore, ut quandoque Sy-
nagoga ipſa reſipiſcat: et præpotentis Dei iuſtiſsi-
mo ſemper inſcrutabili tamen ſemper iudicio, ueri-
tatis lucem, & Chriſti ſeruatoris gratiam ſuſcipiat,
& Eccleſię adiungatur, & fiat unum ouile & unus
paſtor. Eſaię a. ibi, Si fuerit populus Iſrael ueluti
arena maris, reliquię eorum ſaluabuntur. & cap.
xaviii.ibi, nunquid tota die debet. Quod quidem à
prophetico ſpiritu prenunciatum Paulus capit. ix.
Romanos ipſos monuit.ibi, Iſaias clamat. & Diuus
Tho.locum illum hoc pacto intelligit, adducens c.
vij.Micheæ,& Diuus Auguſt.ipſiua Synagogæ ſalu-
tem quandoque fore, non ſemel aduertit, pſal. lviii.
in ij.part.concione ſecunda litera vi. Thob. viii. ibi,
ea eadem maſſa Gentes & Iudęos effluxiſſe teſtatur,
ut gentes miſericordię uaſa perire, uaſa diſcernerent
quantum Deus illis boni largiatur. & idem pſal. lx-
xxviii. dum uerſ. illum interpretatur. Et ne occidas
eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. Et Iudęo
rum inde perpetuitatem colligi teſtantur, ne Pro-
phetarum eloquia aliàs uera non eſſent eis non reſi-
piſcentibus. idem in lib. de prędeſti.& gratia, qui &
de Dei uoluntate inſcribitur.c. iij. & iiij. & in lib.
de prædeſt. Sanct. dum declarat diuitiarum ſummi
32 Dei altitudinem incomprehenſibilem eſſe. † & locū
illum Pauli cùm inquit: Quem cui uult Deus miſere
tur, quem uult indurat. nempe, ut eum indurare di-
catur, quem non mollit. & diuus Ambroſ. in lib. j.
de uocat. omnium gent.c.v. litera B. & in lib. de Io-
ſeph Patriarcha c.iiij.litera E. Iudæos in fine mundi
prępotentis Dei miſericordia ſaluandos, teſtãtur.&
diuus Grego.lib.moral.iiii.c. iii. ſcriptum reliquit,
Catholicam ipſam eccleſiam in primitijs ſuis gen-
tium multitudine fęcundatam, uix in fine mundi Iu-
33 dæos, quos inueniet ſuſcepturam.† & idem homilia
vj. ſuper Ezechielem litera A. & B. interpretatur,
Rebecham, ideſt gentium matrem, Iacob ipſum ue
luti gentes ſuppoſuiſſe, & Eſau ideſt Iudaici populi
benedictionem caperet. diuus quoque Bernar. ſu-
per Cantic.c.xiiii.tradit iudicium, quod iactat Syna
goga tamdiù ei ſeſe pariturum, quòd gentium ple-
nitudo, quas ſuperba contemnit, & tumida repellit,
introeat, & ipſa agnoſcat ipſum, qui natus eſt in
Iudæa Deus.& c.laxix.eod.lib.inquit: Teneat eccle
ſia ſalutem, quam Iudęa ſeu Synagoga perdidit, do-
nec gentium plenitudo introeat,& omnis Iſrael ſa-
lua fiat.

Hęc ſanè omnia profundiſsimo ſummi Dei pro-
poſito & iudicio ſemper quidem iuſtiſsimo contin-
gunt, quod diuus Paul. imperſcrutabile appellat,
Roman.xi.& diuus Auguſt.tùm pluribus in locis il-
lud admirandum,& maximè obſtupendum conſide-
rat, tùm uerò potiſsimùm lib.xi. Confeſſ. cap. xxxi.
inſcrutabilem archanorum Dei ſinum appellat, un-
de factum eſt, gratiam ipſi Synagogę donatam non
eſſe, ut neglecta circumciſione Baptiſmatis lauacrū
appeteret, ut idem ſubtiliter docuit d. lib. unico de
prędeſtinatione & gratia, ſeu de uoluntate Dei, &
libr.primo de prędeſtinatione Sanctorū.ipſius enim
cæcitas non ſolùm permiſſiuo Dei iudicio profi-
ciſci creditur, quod Vgo & Archidia. tradunt c.
de Iudęis. alv. diſtinct.ſed ipſius quoq; gratię ſubtra
ctione, quam Deus iudicio eius non appoſuit; & di-
uus Thom.docuit d.c.ia.& xi.ad Roma.& Reueren.
Card.Turre crema. in d.c. de Iudęis.q.iiij. num. vi.
Oldrad.aduertit conſil.cclxiiii. tit. de Iudæis nu. 9.
neque enim dubium eſt, quin iuſtificationem homi-
nis ipſius iam filij iræ, gratia Dei per Chriſtum filiū
eius pręueniat, ut in ſacroſancta oecumenica & ge-
nerali Synodo Tridentina nuper decretum extat in
decreto de iuſtificatione hominis, c.v.& cap.8. in fi.
ibi, ſi enim gratia eſt, iam ex non ex operibus.
34 Ex † quibus pręcipua quędam ratio colligi poſſe
uidetur, ob quam Eccleſia ipſa Synagogam ideſt Iu
dæorum populum tamdiù tulerit, & nunc quoque
ferat, ut inter ipſas Chriſti oues habitent, quàmuis
de ouibus nō ſint.c.& ſi Iudęos, de Iudæis, ibi, pietas
Chriſtiana eorum cohabitationem recepit, & ſuſti-
net.ubi uide Abb.antiq. Hoſti. Butr.& Panor. in j.
not.colligunt ob hunc futuræ reſipiſcentiæ effectū,
Eccleſiam ipſam Synagogam tolerare.& Reuerendiſ
ſimus Card.Turre crem.uidit c.ſi quis xxviii.q.i.nu.
ſecūdo. unde & legum ipſarum quibus Chriſti grex
quod ad humana negocia attinet, gubernatur, ei be-
35 neficium impertit; putâ, † ut filios ſicuti Romani
ciues in poteſtate habeant.l.Iudęi.§.primo.C. de Iu
dęis.l.item.l. nam ciuium.ff.qui ſunt ſui uel alieni
iur.ubi Bal.& Gloſ.in c.ius quæſitum, prima diſtin.
in verb.nulli,& c. Iudęorum, xxviii.q.i.in verb, Iu-
dæorum, in fi. & ſæpius pertractatum & ex facto re-
ſponſum, necnon & deciſum extat; Firma.trac.gabel
larum ii.par.iii.q.principalis & vii.acceſſ.num. xiii.
36 † Oldrad.conſ.laaavii. Quæritur,& cclxiiii.nu. iij.
fortius concludit, Iudæorum populum inter Chri-
ſti oues connumerandum, uocatione, quia Chriſtus
omnes uocauit, gubernatione & redēptione ex par-
37 te Chriſti.unde, † cùm in Euangelio Dominus Io-
annis a. inquit; alias habeo oues, quæ non ſunt ex
hoc ouili; interpretatur de Synagoga intellexiſſe,
cuius populus ad Eccleſiæ ouile non pertinet. &
Card.clem. ſecunda de Iudæis q.ultima ſententiam
hanc probat, & Alex. ſententiam hanc receptiorem
atteſtatur conſi.xcix.nu.v. & vi. Iudęos ipſos etiam
de cor-

de corpore Ciuitatis temporalis Iudæos intelligi.&
38 † idem Alex.conſ.vi. nu.vi.in.vi.vol.plures deciſio-
nea adducit, probantes ſucceſsionem inter eos de-
ferri, quemadmodum inter Chriſti fideles: & per-
tractat Bru.in trac.de ſtat.fœminas ſtantibus maſcu-
lis excludentib. & plures deciſiones adducit Reue-
rendiſsimus Cardinalis Pariſ.conſultò omiſſaa conſ.
ij.lib.iiij.nu.iij.& iiij.ubi concludit poſt ueteres,le
gis ipſius auctoritate, non cenſeri crimen puniibile
quò ad forum contentioſum, eſſe Iudæum ſiue iudai
cæ ſuperſtitioni addictum. & Afflic. deci. clj. Sere-
niſsimus rex, in princ. & Mantua Oldradi ſenten-
tiam probat conſ.clviij.in fin.nu.xii.

Qua ratione & legum ipſarum Chriſtianorum
crimina ulciſcentium ſeueritati ſubiacent, perinde
39 ac ſi in Chriſti ouili continerentur. † unde caueant,
ne quidquã in fidei noſtræ contemptum committant
l.Iudæis.C.de Iudæi.uel diuinæ legis libros corrum
pant,Iono.Io.And.But. & Abb.d.c.quod ſupec hia,
40 & Anchar.d.c. ea quę.de regu. iur. in vi.q.vi. † & ſi
Chriſtianam mulierem cognoſcant impune legum
noſtrarũ laqueos non euadunt. Alex.d.conſ. xcix.in
princ.& Guido Papæ deciſ. lxiij. Fuit coram me. &
41 Alex. conſ.ccxxxiii. in prin. in vj.ubi † loquitur de
pęna, qua blaſphemans Iudæus ſolet affligi.& Ol-
dra.conſ.cccxxxiii.in fi.teſtatur in Auinioonenſi Ci-
uitate Iudæo, qui Chriſtianam mulierem cognoue-
rat,uirilia amputata fuiſſe: & Cor. ſubſcribit conſil.
xiiii.in primo, Licèt primo aſpectu. & Marſi. conſi.
cj. nu.xlij.et. xlv.
42 †Quocircà,cùm Eccleſia ipſa quod ad commerciũ
attinet & beneficiorũ participationẽ Chriſti ouibus
competentẽ,Synagogam ipſam toleret,mirum eſt,ut
huius ipſius accidentis intuitu idẽ non exiſtimemus,
uelut præcipui actus acceſsio quædam ſit.§.liberia,
inſtit.de pupil. ſubſtit.d.c.inter, de fid.inſtru.d.c.ſi
ſuper gratia, de reſcript.in vj.ſiue quòd interpreta-
rionis huius qualitas commercij tolerati eſſentiæ co
hæreat, unde auelli non poſſe uideatur.c.tranſlato,
de conſtit.ubi Bal.Butr.& Deci.nu.v.& l.cum actũ.
ff.de nego.geſt.ubi Bart.Alber.& Caſtrenſ.ſiue quia
ſuperioribus conceſsis ſequelę cuiuſdem neceſſariæ
ui,interpretum horum retentio ipſi Synagogæ per-
miſſa uideatur.c.pręthereà, de officio deleg. l. cui.ff.
de iuriſdic.omnium iud.l.illud.ff.de acqui.hęre.l.ad
rem mobilem, C. de procurato.ſiue quia maioc ui-
deatur ipſi Synagogæ facta conceſsio, cùm Eccleſia
noſtrarum legum beneficia impertiat,& Chriſtiano
rum commercium Iudæorum turbæ non interdicat.
43 † vnde clara ratio prorſus id dictet, multò magis
ſuorum interpretum ei retentionem permiſſam intel
ligi. argu.c.cùm in cunctis, de elect.in princ.& c. ex
parte,de decim.& c. per uenerabilem, in pcinc. qui
filij ſint legit.& l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu. & l. nec
in ea.ff.ad l. Iuli.de adult.& l.ij.C.de patc.qui filios,
ubi Glo. & Azo in ſumma eo.tit.Din.c.qui licèt, de
reg.iur.in vj.& l.non debet.ff.eod.ubi Alberi.Deci.
& Cagnol. colliguot internam hanc iuris rationem
eſſe,ut maiori conceſſo, id quod minus eſt abnega-
tum non uideatur.

Secundò à ſingulari canonis ipſius prouiſione idẽ
44 clarius probari poſſe exiſtimo.† Conſtat etenim ſę-
pius decretum fuiſſe, Synagogam ipſam atque Iudęo
rum cætum in eorum ritibus, cæremonijs,puta cir-
cunciſione, orationibus,ieiunijs,obſeruationibus &
quibuſcunque alijs eorum ſuperſtitionibus feren-
dum eſſe.c.qui ſyncera.xlv. diſtinct. ubi diuus Gre-
goc. Paſchaſium Neapolitanum admonet, Iudęos
ipſos nullo pacto uexandos eſſe, quin ferias omnes
cuſtodient, quas eorum parentes cuſtodire conſueue
runt. & ibi Archidia.nu.j. & in fi. verſ. uel dic quòd
eccleſia. & Aegid.nu.ij.verſ. dicere poteſ. & Reue-
rendiſsimus Card.Turre crema.colligunt,Eccleſiam
ipſam inferiorem ſeu militantem id ipſum ob maio-
ris boni cauſam tolerare,quod & quandoque trium-
phans ipſa conſueuit, permiſsione quidem compa-
ratiua, uti Auguſtin. lib. de ordinibus ij. & diuus
Thom.ſecunda ſecundę q. x. articulo xi. & cap.duo
mala,& d. c. duo nerui xiij. diſtinctio. & c.deniq; v.
diſtinc.& c. officij,de pœniten. & remiſsionib.& in
45 c.ad audientiam, ubi † Docto.omnes colligunt,etiã
in genere malorum, aliquid tolerari ratione maio-
ris mali uitandi. quod & Aegid. & Reuerendiſsimus
Turre crem.concludunt,oppoſita ipſa refellendo.d.
c.qui ſyncera xlv.diſtin. uerſ. pro cuius cõcluſionis.
46 † Qua ratione & Synagogas eis habere permiſſum
cenſetur, licèt id alijs ſectis inter Chriſtianos pror-
ſus interdictum ſit.c.Iudęi,il j.de Iud.& c.conſuluit.
eod.tit.in fi.ibi, Eccleſiam tueri eos, ne in maiorum
ritibus perſiſtant.& ibi Io.Andr.Butr. & Abb. verſ.
ſed quare Iudæi tolerantur;id fieri aduertunt, ut fa-
cilius Chriſti fidem ſuſcipiant. quod diuus Grego.
47 ſtatuit d.c.qui ſyncera. Et † ideo in Toletano Con-
cilio decretum extat, eos ad baptiſmatis lauacrum
compellendoa non eſſe,quod & Clemens iij. conſti-
tuit c.ſicut Iudæi,eod. tit. ubi Butr.Card. & Panor.
ea ratione id factum, quia Deus omnipotens liberã
exigit conuerſionem. & Goff.in ſumma eo.tit. uerſ.
debent autẽ, Iudæos ad fidem noſtram beneficentia
& charitate alliciendos docuit.d.c.qui ſyncera, & d.
c.conſuluit, de Iud. & in ſumma Piſanella in uerbo
Iudæus.nume.j.& iij.& in ſumma Ange.in uerb.Iu-
dęus nu.iij.uerſ.quę prohibentur,ibi,ex hac ipſa to-
lerantia nouem proficiſcentes effectus enumeran-
tur, quos ueteres noſtri & pertractando, & ex facto
reſpondendo ſæpius diſcuſſerunt. Firma.in d.tract.
gabel.vij.q.acceſſoria iij. principalis in ij. par.num.
xiii.& in tract.de poteſtate eccl.& ſæcular. cap.xiiii.
48 nu.ix.& x.ubi concluditur,† cùm Iudæi ueritatis pri
mordia habuerint, ob reſipiſcentiæ effectum eos ip-
ſos ab Eccleſia tolerari:quod alijs extra Chriſti gre-
gem conſtitutis non permittitur.l.ij.C.de ſum.Tri-
nit.ubi Gloſſ.in uerb. obſtinationis.Cin.& Bald. &
Nicol.Arelat.tract.de hęret.nu.not.xxv.nu.j.& ij. &
Oldrad.d.conſ.lxxxvii.Quæritur,in prin.& d.conſ.
cclxiiii. Illa uidetur, nu. iij. & iiij. vbi inter Chriſti
oues quò ad uocationem attinet Iudæorum populũ
cenſuit;unde ab Eccleſia tolerari,ut in proprijs riti-
bus uiuat.& Bal.conſ.cccxv.num.j.in j.concludit eis
extra iudaiſmi ritus nõ proficiſcentibus,nullam pœ
nam poſſe imponi. & conſ.ſeq. cccxvi. Ligna. Cald.
Elephant.& Din.celeberimi Iureconſ.Bononienſes
verſ. viii. concludunt ob cauſas ſupraſcriptas Syna-
gogam ipſam in eius ritibus & cęremonijs ab Eccle-

ſia tole-

ſia tolerari. & Bald.conſ.ccccxxviii.in.v. uol. quo-
49 circà † concludo quamuis conſtet Iudęos uſuras ex-
torſiſſe, teſtamentum tamen ab eis confectum Pon-
tificiæ legis diſpoſitioni ſpirituales pœnas imponen
tis ſubiacere, nempe deciſioni.c.quamquàm de uſur.
in vj. quod & plures alij ueteres & poſteriores ſe-
quuti fuerunt. Alex conſ.vi.nu.j.& ij.& d.conſ.xcix.
& Aret.conſi.clviii.& Soci.conſ.lxx.nu.xli.& q.iiii.
& x.in primo.ubi eos de corpore temporalis Ciuita
tis eſſe ait, & etiam in eorum ritibus relinquendos.
& Marſ.d.conſ.cj nu.xliii.& lvi. & Reuerẽdiſsimus
Pariſ.plures adducit idem probantes in d.conſ.ij. in
iiij.in prima par.ubi concludit ſummum Pont. dece
re Synagogam ipſam tueri, nec in eius ritibus anti-
quis cuſtodiendis ullo pacto uexetur.& idem Mant.
d.conſ.cxxi.nu.cxxix.& conſi.clviii.in fi.ad ſtipula-
50 tur Oldrado, † atque Iudęis ipſis ex charitate Chri-
ſtiana in neceſsitatibus à nobis ſubueniendum affir-
mat. c.Paſce lxxxvi.diſtinct.& c.non ſatis, & egre-
giè, docuit Oldra.d.conſ..lxiiii. eos quoque ſecun-
dum Moſaycę legis diſpoſitionem matrimonia con-
trahere, Eccleſiam tolerare non ambigitur.c.gaude-
mus, de diuort.& c. de infidel. de conſang. & affini.
ubi colligũt omnes ſingulari ratione Chriſtiani gre
gis augendi, id ipſum permitti, & uidit Mantua d.
conſ.cxxi. nume.cxxix.quæ cùm huiuſmodi ſint, &
propter plures effectus in ipſo facto, conſiſtentibus
Circunciſione, ieiunijs, cærimonijs & alijs ferijs &
obſeruationibus ab Euangelij candore prorſus diſ-
ſidentibus.d.c.qui ſyncera, cum alijs ſuperius addu-
ctis. unde facilius horum interpretum retentio ipſi
Synagogæ permiſſa intelligi debeat: quippè quòd
qualitas orationis ipſius abnegata uideri non poſsit
facto ipſo permiſſo, ex quo oratio ipſa impletur.c.
exiſtimant, xi.q.iii.ubi Glo.in uerb.factis.& Archi.
& c.ex ore, de his quæ fiunt à prælat.l.v. ff. rem ratã
haberi: declarat Deci.l.non nult.ff.de reg.iur.nu.vj.
verſ.& plus eſt.& Abb.conſi.cxvi.in ſecundo nume.
xiij.Gora.cj. nu.xiii. Quocircà, quod ad orationes
in libris eorum contentas, quibus ſecundum patrum
traditiones Iudæi ipſi diutius uſi fuerunt, Synagogã
ipſam omninò tolerandam, Alexan.ipſe ex facto cõ
ſultus reſpondit conſi.ccxxxiii.num.vii.&.viii.in vi.
uol.ubi declarat ex horum interpretũ uſu, non poſſe
quidquam aduerſus Synagogam pręſumi, ut in fidei
noſtrę contemptum lectione huiuſmodi utantur.

Tertiò, ſi modi qualitatem intueamur, quem ca-
non ipſe Pręlatis tenendum præfixit, ut Synagoga ip-
ſa facilius reſipiſcat; idem cenſendum uidetur. nem-
pe interpretum horum ipſi non eſſe interdicendum,
51 † diuus enim Grego. humanitate & beneuolẽtia al-
liciendos tradidit, non urgendos ullaùe ratione co-
gendos.d.c.qui ſyncera, & c. de Iudęis, xlv.diſtinc.
ubi Glo.in uerb.blandimentis. Archi. & Aegid.nu.
primo ſuadet, & Seruatoris ipſius noſtri exemplum
oues lubentes quidem eiuſque uocem audientes, nõ
autem inuitas ad eius ouile congregantis. cuius qui-
dem ueſtigia Eccleſię paſtores ſibi ipſis imitanda
proponere debent. & idcircò charitatis ipſius uin-
culis, non compulſionis ad ueram religionem aber-
rantes reuocare.c.debet homo, xxiii.q.iiii. vbi Glo.
in verb.etiam, pecunia data id curandum ſentit. &
c.quod autẽ.xxiii.q.viii.ibi diuus Auguſt. hęreticos
ipſos hortatur, ut catholicæ unitatis ſocietatem in-
eant, ut non ſolùm, quæ ſua dicebant, conſequantur,
ſed & aliorum quoque bona eis communicentur.
Quare in Agathenſi Concilio decretum eſt, Chri-
ſtianum Iudæam ipſam ſub baptiſmatis ſuſcipiendi
conditione ducere poſſe. c. non oportet. xxiij. q. j.
ibi Glo.& Archidiac.& in ſumma Ange.in uerb. Iu
dæus, nu.xxxv. in Baſilienſi Concilio ſeſsione xix.in
52 decreto de Iudæis, conſtitutum eſt, † Diœceſanos
idoneos uiros ſacrarum literarum peritia pollentes
adhibere debere, qui inter Iudęos Euangelij ueritа-
tem explicent, & modum ipſum, qui in humanitatis
& charitatis uinculo conſiſtit, Synodus ipſa pręfigit,
ut aberrantes oues Chriſto facilius lucri fiant: ani-
marum enim ipſarum intereſſe inexſtimabile eſt. d.
c.præcipimus.xii.q.prima, & d.c.conſilium, de ob-
ſerua.ieiun.cum alijs ſuperius adductis. Quarũ pro-
curandæ ſalutis pręcipua Canonis ipſius cura exiſti-
matur.d.c.cum contingat, de iure iur. in Glo.mag.
verſ.ſed canon.& Abb.poſt ueteres in prooemio de-
cret. nu.xvi.& Anchar.d.c.poſſeſſor, de reg. iur. in
53 vj. in princ. † ut tutius ſit humaniorem uiam deli-
gere, acerbitatis autem aut compulſionis modum
non attentare.d.c.iuuenis, de ſponſ.& d.c.ad audien
tiam, de homicid.d.c.conſilium, de obſer.ieiun. Ca-
non enim tutiorem conſueuit eligere uiam, unde
animarum ſalus in tuto conſtitui poſsit.c. unico, ut
eccleſiaſti.benefic.ubi Gloſ.& Abba. Gloſ. Abba.&
Feli.poſt ueteres nu.xiiii.& Anchar.reſpondit conſ.
clxix.vnde diuus Grego. Paſchaſium ipſum Neapo-
litanum Epiſcopum libro undecimo regiſtri Epi-
ſtola xv. c. de Iudęis non opprimendis, monuit Sy-
nagogam ipſam humanitate alliciendam, non rituũ
interdictione compellendam; eoſque ſuas magis q̃
ſummi Dei cãs agere ſcripſit, qui ſub hoc uelamine
Synagogam à conſueta ritus antiqui cultura ſuſpen-
dere uolunt. & idem lib. vii. regiſtri Epiſtola lviii.
eadem ratione Synagogas eorum non occupandas
54 ſtatuit. † idem Epiſtola viii.lib.xii.regiſtri ad Agnel
lum Epiſcopum, locum eſſe deligendum ſtatuit, ubi
Iudæi intra oppidũ conuenire poſsint, & ſuas abſq;
impedimento cæremonias celebrare. At, cùm actua
iſte interpretes eorum comburendi, prorſus ab hu-
manitatis & charitatis modo ab ipſo canone præfi-
xo, ut diſperſæ oues ad Chriſti ouile & Eccleſiam ip-
ſam facilius congregentur, ſit, conſequens eſt illum
ipſum attentandum non uideri.

55 Quartò † à comparationis ipſius effectu, idem
omninò luce clarius diiudicandũ eſſe uidetur. Con-
ſtat etenim ex ſubiectorum ipſorum collatione utrũ
uerius atque perfectius ſit ſulcere diſcerni. quod Sta-
gyrita docuit lib. vi. Topi.c.iiii.& Cicero.in Topi.
in loco à contrario, uerſ.deinceps locus, qui a con-
trario dicitur.& verſ.reliquus eſt comparationis lo-
cus, & declarat Gammara in Dialectica in loco à
contrario, lib. ij. Qualitas enim alteri oppoſita, ſi
conferatur, facilius eluceſcit.§.tanta, in prooemi.ff.
ubi Bar.& l.j.ff.de his qui ſunt ſui.& l. inter.§.ſacrã.
ff.de uerb.oblig.& Bal.l.conuenticula.C.de Epiſco-
pis & Cleri.Bal.Fulgo.& Sali.C. de amittend. & re-
tinend.poſſeſſ. Qua ratione legiſlator ipſe perpen-
ſis fa-

ſis factorum circunſtantijs & rationibus iode orien-
tibus collatis, utrum iuſtius ſit diffinire conſueuit.
l. de queſtione. C. de pact. ibi, queſtiooem faciebat.
Cagnol. nu. xxvii. & l. bona fides. ff. depoſit. ubi Alc.
& l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. in prima,
pag. & in c. ſuper lueris, de reſcript. ohi in caſus figu
56 ratione docui. † hinc ex literarum comparatione le-
giſlator ipſe ueritatia probatinoem deprehendit. l.
comparationes d. C. de fi. inſtru. ubi Doct. & in auct.
de inſtrumentorum caut. & fid. ubi Bar. & Ange. ad-
uertunt, & uidit Mant. conſ. j. nu. ij. & conſi. ccuj. nu.
xxii. & conſi. ccviii. nume. xxxvi. & quod ad ueterum
mores diſcernendos attinet, ſatis conſtabit Gaij Cæ-
ſaris, Marcij, Marcelli, & Lucij Pauli clementiam ab
ipſius Neronis & Lucij Syllæ impietate differre, &
plura alia exempla proſequitur Mant. ipſe io d. conſ.
ccviii. nu. lj.

In præſeoti igitur negocio, ſi Iudęorum inter-
pretes & libros hoa omnes (exceptis duntaxàt diuinę
legia & Prophetarnm codicibus, & uocabulorum
ipſorum enerratoribus) Apoſtolica ſedes combu-
rendos & prorſus exſtirpandos decernat, ſanè com-
parationis ipſius effectus prorſus auferetur, unde Ec
cleſiæ pulchritudo poſsit oſtendi, & Synagogę co-
57 dicum turpitudo oniuerſis innoteſcat. † Quocircà
diuus Auguſtinus lib. unico de uera religione, cap.
vj. dicebat; Catholicam ipſam Eccleſiam Iudæis uti
ad pulchritudinis ſuę comparatinnem, quippè quòd
ipſi in ueteri homine remanſerint, noa uerò in ſpiri
tu & Euangelij ueritate ambulemus. Item, & ad
eorum profectus, cùm euigilare noluerint, & Chri-
ſti oocantis uocem agnoſcere. idem cap. v. litera. I.
eodem lib. Dei eccleſiam gentibos ad operationia
materiam uti cenſuit, hæreticis ad doctrinę ſuę pro-
bationem, ſchiſmaticis ad ſtabilitatis documentú:
Iudęia autem ad pulchritudinis ſuę comparationē.
idem lib. xviij. c. xlvj. de Ciuit. Dei, ex mente Apoſto
li tradidit, Iudęorum delictum, Gentibus ipſis ſalu-
58 tem eſſe. † Quocircà eos ubique diſperſos eſſe, vt
catholica Eccleſia eos ipſos Prophetiarum, quæ de
Chriſto extant ubique teſtes haberet. idem in enar-
ratione pſalmi lvj. diſperſionem eorum inde profe-
ctam atteſtatur, ut portent libros, ex quibus eorum
confuſio detegatur. Ne cùm à Prophetis Seruatoris
aduentum prædictum fuiſſe adſereremus, hiſtoriam
nos confixiſſe cum Euangelio, Sarraceni, & alię in fi-
delium ſectæ opinarentur. Quare ſubijcit, Iudęo-
rum inimicorum cuſtodiam pernecesſariam fuiſſe,
vt altoa aduerſarios facilius inde profligare poſsi-
mus. ſubijcitùe in tali errore Iudæum uerſari, ut co-
dicē pariet unde Chriſtianus credat. Idem in enar-
59 ratione pſalmi xl. litera C. Thom. viij. † Iudęos ip-
ſos Capſarios noſtros appellat, qui nobis libros,
quos ipſi non intelligunt, ſubminiſtrant. Idem in
prima parte lviij. pſal. litera. k. Iudæos per omnes
Gentes iniquitatis ſuæ, & ueritatis noſtrę teſtes di-
ſperſos fuiſſe aſſerit, qui Codices habent, in quibus
Seruatoris aduentus prædictus eſt: nos uerò Chriſti
gratia & miſericordia fruimur. Gregorius quoque
Epiſtola xv. lib. xi. regiſtri cum Iudæis potius agen
dum ſcripſit, ut ratione & maoſuetudine prouoca-
ti, nos ſequi malint, quàm fugere, utque eos oſten-
dentes ex eorum codicibus, quæ dicimus uera eſſe
ad Eccleſiæ noſtris ſinum iuuante Deo conuertere
60 poſsimus. d. cap. qui ſyncera, xlv. diſtinct. † Hinc &
Bernard. Zan. patritius Venetus, Spalatenſis Archie-
piſcopus in oratione habita io prima ſeſsione Con-
cilij Lateraoenſis coram Iulio ſecundo ex diuo Tho-
ma eruditè tres infidelitatis ſpecies oſtendit Pagano
rum & Gentiū grauem, Iudęorum grauiorem, atq;
hæreticorum grauiſsimam, teſtatus. Deinde, cùm de
hæreticis plura dixiſſet; Iudęos, inquit, omittam, qui
apoſtolicis & prædeceſſorum ſanctitatis tuę Grego-
rij, Alex. Clemen. & Innoc. iii. conſtitutionibus io
eorum obſtinatiuoe atque perfidia uiuere permit-
tuntur in noſtræ ueraciſsimæ redemptionis atteſta-
tionem, & perpetuam erroris ſui deteſtationem. Qui
bus auctoritatibus ioconcuſsè decernendum uide-
tur, ipſi Synagogæ quācunque interpretum molem
relinquendam, unde ſalutis noſtræ ueritas certius
oſtendi poſsit. Et quamuis ad Propheticos libros id
poſſe referri uideatur, ut explicitè earum aliqua lo-
quitur, ratio tamen earum generalis ſuadet ad quan
cunque Codicum ſpeciē unde Synagogæ turpitudo
iudicari poſsit: quod & quædam illarum explicant,
61 unde † ex ipſa ratione diſpoſitionem moderari debe
re, cooccludendum ſit. l. cùm pater. ff. de leg. ſecundo,
l. non dubium C. de legib. l. ſcire. ff. eod. c. cùm cel-
ſiote, de appell. & d. c. fi. de reg. iur. in vj. Alioquio
diuini concilij obſcuratio induci uideretur, quod
abſurdiſsimum cenſeri debet d. c. ſunt quidem. xxv.
q. j. & c. ita dominus, xix. diſtinct. & cap. literas. de
reſti. ſpol. & c. ex publico, de conoerſ. coniuga. ubi
Glo. in uerb. conſummatū, & tradunt omnes in d. c.
quæ in Eccleſiarum, de conſtitutio. in primo memb.
diſtinct. Abb. ubi Deci. ou. xxti. & Bar. l. omnes, de
iuſti. & iur. iij. q. prio. & Bal. Fulgo. & alij. d. l. fi. C. ſi
contra ius uel util. pub. unde colligitur, maximè ab-
ſurdum eſſe, ut homo iuſtiſsimo diuioq; meotis con-
ſilio uel obliqua uia obuiet.

62 Quintò † à Poot. legis conſtitutiooe idem clarius
probari poſſe oſtendo. Clemeos etenim quintus in
Viennenſi Concilio clementina prima de magiſtr.
conſtituit in quolibet Gymnaſio ibi nominato ca-
tholicos uiros adhiberi ſufficientem linguarum pe-
ritiam habentes hebraicè, caldaicè & arabicè, qui
ydiomata illa doceant, & libros in latinum transfe-
rant, ut inſtructi & edocti ſufficienter io linguis hu-
iuſmodi fructum ſperatum (Deo authore) conſequi
poſsint, fidem propagaturi in omues populos in fi-
deles. Glo. ibi io uerbo hebraicè, de libris hebraica
lingua in latinam transferendis intelligit; quoniam
Iudęi ipſi uulgari ydiomate careant, & ibi Card. nu.
xiiii. & nu. vi. poſt Lauden. & Zenzelinum colligit,
conſtitutionis illius edendæ rationem fuiſſe, publi-
cam Chriſtiaoi cętus utilitatem. & idcircò cooclu-
dit, quàmuis à Iudęorum cibis abſtinendum ſit, non
tamen à libris. & nu. xviii. cooclùdit ex hebraicæ lin
guę peritia plures ipſi Chriſto lucri fieri poſſe. &
Imol. ibi nu. vj. dicebat, inde nobis maximum adiu-
mentum adferri ad conuincendam tùm Iudæorum
perfidiam, tùm & aliorum iofidelium.

63 Accedit † & conſtitutionis illius decretum in Ba-
ſilenſi Concilio dicta ſeſsione xix. in cap. de Iudęis,
confir-

confirmatum fuiſſe. Nam, ut Euangelicæ legis præ-
dicatio ipſi Iſraeletico populo fructuoſior ſit, con-
ſtitutum ibi eſt, Prædicatores hebraicæ linguę peri-
tiam hebere debere: vnde ex eadem utilitatis ratio-
ne Viennenſis Concilij decretum confirmare uide-
tur. Quapropter cùm ſacrorum Conciliorum aucto
ritate tranſlationis ipſius accidens neceeſſarium eſſe
ſtatutum ſit, utique librorũ horum, de quibus nunc
agitur, uſum ipſum inde probari, ambigendum non
uidetur. Cùm enim qualitatis interpretationis libro
rum ipſorum ſubiecto cohærens, & tranſlationis ibi
probetur, conſequens eſt & ſubiectum ipſum nempe
interpretatum, probatum exiſtimari. argumento le-
gis primæ de uſufruc. & l. eiua qui. ff. ſi cert. pet. & l.
alle totu. ff. de hęred. inſtit. & auctent. ſi quis in ali-
quo. C. de edend. & l. in teſtamento. ff. de conditio.
& demonſtr.

Ceterùm conſtitutionem illam Viennenſis Con-
cilij de libris ueteria legis ipſi Moyſi à Deo datæ, in-
telligi non poſſe, expedita ratione probari uidetur.
quod iam libri illi latinę linguæ redditi fuiſſent atq;
donati, Aquilę, Symmachi, & Theodotionis, necnon
64 & alterius illius interpretis opera. † Quinimmo &
ſeptuaginta illi ſeniores ab Eleazaro tunc Synagogæ
pręſule delecti, libros illos omnes ex hebraica in gręcam linguam uerterant, quos Spiritusſancti luce du-
ctos, cũ in diuerſis cellulis diſiunctim in eádem pror
ſua ſententiam conuenisſent, Diuus Auguſtinus tra-
didit lib. xviii. de Ciuitate Dei cap. xlv. & lib. de pie-
tate Chriſtiana cap. xiiij. & xv. quicquid diuus Hie-
ronymus cenſuerit in procemio Pentateuc. maiora
enim Deus effecit. Gene. j. ut idipſum, quod minus
eſt, eius nutu perfectũ Chriſti ſanguine redemptus
credere debeat. d. c. cùm in cunctis, de electio. d. cap.
per uenerabilem, in princ. qui filij ſint legit. Quare
65 † de illis Viennenſis Concilij conſtitutio transfe-
rendis intelligi non poteſt; quoniam uel modicum,
uel nihil operaretur; quod à iuris ratione diſſidet. l.
quoties, qui ſatiſd. cogan. c. ſi Papa, de priuileg. in vj.
& Auge. l. ædem. C. locati. & Deci. c. paſtoralis, nu.
primo de appell. idque potiſsimùm, cùm fidei & ani
marum ipſarum commodum conſtitutio illa reſpi-
ciat. c. ut animarum, de conſti. in vj. d. c. cùm con-
tingat. de iure iur. cum alijs ſuperius adductis. Quo-
circà Galatinus d. lib. primo de archanis Catholicæ
ueritatis c. vij. ſenſit conſtitutionem illam intelligen
dam eſſe de libris Thalmudicæ diſciplinæ argumen-
tum continentibus, in quibus innumera catholicæ
ueritatis archana contineantur, ob quæ Chriſtiani
gregis interſit libros illos latinitati donari, cui
Grego. ipſe conſulere uoluit.

Ego autem cùm iam decreuiſſet Apoſtolica ſe-
des libros diſciplinæ illius comburi ſub Gregorio
& Inno. ut ſuperius oſtenſum fuit, Io. And. Aegid.
Butr. Card. Anchar. & Abb. d. cap. ſuper his, de uoto.
Viennenſia Concilij conſtitutionem de omnibus &
quibuſcunque Iudęorum interpretibus, quos legi &
intelligi gregis Chriſtiani interſit, ne ueritas ipſa
deliteſcat. probarem. Quamobrem, ſi interpretes
huiuſmodi de quorum concrematione nunc agitur
extra Synagogæ ritus impium quidquã aduerſus di-
uinam maieſtatem & Chriſtum ſeruatorẽ, non con-
tineant, permiſſo ibi tranſlationis accidenti ſubſtã-
tię, eorum permiſsionem inferri exiſtimo, tanquàm
ea auelli nequeant. d. c. tranſlato, de conſtitu. d. l. j. de
uſufruc. d. l. Iudęos. C. de Iudęis. Nec dubium eſt,
quin ſuperueniens conſtitutio ab alijs in ſpecie pro-
hibentibus libros minus probam doctrinam conti-
nentes, interpretationem recipere debeat. d. cap. & ſi
Iudæos. C. de Iud. Docto. d. c. quod ſuper his, & An-
char. d. c. ea quæ, de reg. iur. in. vj. & Guido Papę d.
deciſ. lxiij. Bart. Alex. & alij l. ij. de leg. j. Bal. & Sali.
l. ij. C. de noxalib.

Primum igitur exemplum ſubijci poteſt, in quo
conſtitutionis illius diſpoſitio procedat, nempè in
libris continentibus δευτέρωσιν, ideſt ſecundã ipſam
à ſummo Deo Moiſi datam abſque ſcriptis traditio-
nem. Creditur enim ueram ſcriptæ legis interpre-
tationem optimum Deum ipſi Moiſi tradidiſſe, ea
lege, ne ſcripturæ mandaret, ſed ſeptuaginta ſelectis
66 ſenioribus ad legis cuſtodiã cõmunicaret. † Cabalã
hanc ueteres Rhabini vocarunt, quaſi receptionis
ſcientiam; ut plures apud Hebræos teſtantur, & ex
noſtris probatisſimi quique, quod Picus Mirandula
docuit in Apolo. q. iiij. verſ. eſt etiam ſciendum. &
ultra auctoritatis Eſdræ ab eo adductas, uidetur pro
bari in cap. xii. Exodi, ibi, ſit uobis menſis iſte prin-
cipium menſis. & Deuteronomij xii. ibi, ſacrificabis
de bobus quemadmodum pręcepit ibi, & tamen in
lege ſcripta nullum huiuſmodi præceptum extat. Itẽ
Geneſeos cap. xvii. iubetur infantem octo dierum
circuncidendum. & cap. xx. Exodi in ſecunda Deca-
logi tabella præceptum eſt: Sabbata ſanctificabis. &
cap. xvij. Deuteronomij ſcriptum eſt: facies quęcun-
que dixerit &c. Quæ ſanè præcepta cùm ex legis ſcri
ptæ diſpoſitione intelligi nequeant, conſtat de non
ſcriptę, quæ ex ſeniorum uiciſsim recepta traditio-
ne compoſita eſt, diſpoſitione illa intelligenda eſſe.
Deus enim eam Moiſi reuelauit, & ab eo delecti ſe-
niores receperunt, & ſucceſsiuè unus alteri tradidit.
& ideo Cabalam, ideſt receptionis legem appellarũt.
67 Cùm † Eſdras primus ſcripturæ mandauit reſtitutis
à Cyro Iudęis à Babylonica captiuitate ſub Zoroba-
bel Synagogæ pręfecto; nempè, ne ſummi Dei elo-
quia illa ob Synagogæ perturbationes confuſionem
paterentur, unà cum ſeptuaginta ſenioribus totidem
uoluminibus conſcribere maluit.

Quare, cùm ipſius Chriſtiani gregis interſit li-
brorum horum doctrinam euolui, ut Euangelicæ
ueritatis ſplendor ex legis ipſius umbra clarius elu-
ceſcat, necnon & ad conuincendam eorum uelatam
legem atque perfidiam, ut diuus Auguſt. ſignifica-
uit d. c. xliij. lib. xviij. de Ciuit. Dei. Hierony. & Am-
broſ. locis ſuperius adductis, de huiuſmodi libris la-
tinitati donandis conſtitutionem illam intelligen-
dam cenſeo, quibus & mens & illius uerba conue-
niant. l. iiij. §. toties. ff. de damn. infect. d. l. non du-
bium. C. de legib. & l. ſcire. ff. eod. & l. iij. §. hęc uer-
ba. ff. de nego. geſt. Secundum exem-
plum ſit, in quo conſtitutionis illius deciſionem in-
telligi putem; hoc ipſum eſt, ut de ipſa hebraica-
rum traditionum compoſitione intelligi poſsit, quã
Rhabbi Iudas Symonis filius anno à templi ſecundi
incendio cxx. in unum uolumen complexus eſt. Siue

de Thal-

de Thalmud Hieroſolymitano, quem Rhabbi Ioha-
nas anno ab eiuſdem templi deſtructione circitee
ccc. compoſuit.ſiue de Thalmud Babylonico, quem
Rhabbi Aſsè unâ cum Rhabbina anno ccccxxxvj.ab
eiuſdem deſtructione cõtexuit: quod Galat. docuit
d.lib.j.c.v. ſiue de quibuſcunq; alijs Hebræorum li-
bris ante illam conſtitutionem linguæ noſtræ non
donatis nugas ſeu fabulas atq; ipſius Synagogæ ſor-
didas traditiones continentibus. ex quibus exactè
introſpectis fidei noſtræ ſplẽdor & pulchritudo poſ
ſit innoteſcere: cuius quidem effectus intuitu, Capſa-
rij noſtri appellantur.d.c qui ſyncera.diuus Augu.d.
lib.unico de uera religione. c.vj.Et idcircò quamuis
ſeruator ipſe noſter diuinis eas præceptis repugnare
Pharifeis exprobret,d.c.is Math & diuus Paulus fa-
bulas appellet viiij.& xj. ad Romanos. & diuus Hie-
ronymus quędam ex illis dogmata ceu obſcęna irri-
deat; cùm tamen noſtra interſit ob comparationis
ipſius effectum libros illos latinæ orationi donari;
iam conſequens eſt, Viennenſis Concilij conſtitutio
nem in huiuſmodi locum ſibi uendicare cenſeri:
69 † quippè q eius ipſius id ratio ſerat.d.l.item uulne-
ratus,ad l.aquil.& c.ſi Romanorum.xix. diſtinct.&
l.j.§.qualiter,de leg.preſtan.& l.j.§. quod autẽ.ff.de
aleatorib.& l. in fraudẽ in fi. ff. de mil.teſta.vbi Bal.
idq; potiſsimùm,cùm in ea ratio ipſa expreſſa ſit ad
animarum commodum pertinens.Quocircà lex etiã
pœnam inferens extendi conſueuit. c.ex tenore,qui
filij ſint legitimi.ubi Io. And.But.& Abb.uerſ.nota
ſingulariter.Glo.in c.ſciant cuncti, de electio. in vj.
in verbo alios,ubi Geminia.uerſ.noto primò ex hac
Gloſ.Abb.c.nihil,uerſ.ij.principaliter poteſt quęri,
de electio.Bar.aucten.ſacramenta. C.ſi aduerſus uen
ditio.uerſ.quæro utrum.& quandoq; reſponſum ex-
tat: Pont. conſ. cclxxxv.omnia.Io. ab Imol. conſil.
cxxiii.In cauſa.Alex.xlii.in primo in fi. Reuerẽdiſs.
Card.Pariſ.conſ.xxi.in j.nu.xli.& xlii.ubi plures ad-
ducit. Quocircà ex his ſatis concludi poſſe cenſeo,
Viẽnenſis concilij auctoritate interpretes huiuſmo-
di comburendos non eſſe: quippè cuius auctoritate
diſponatur Hebręorum libros latinitati donari.

Sextò ſi temporis ipſius diuturnitatẽ à quo Ec-
cleſia ipſa librorũ horum uſum tolerauit,idem om-
70 nino concludendum uideatur.† uſus etenim diutur
ni auctoritas ſcriptæ conſtitutioni ęquipollere credi
tur.c.conſuetudinis,xi.diſt.in.c.cùm conſuetudinis,
c.fi.ubi Butr.& Card.de conſuetu.& l. de quibus,&
l.diutina.ff.de legib.l.j.& ij.C.quæ ſit longa conſue.
71 † Cùm enim tàm diu Eccleſia in horũ librorum le-
ctione Synagogã ipſam tolerauerit,ut eius initij me-
moria non extet, inde ius ei quęſitum uidetur, ac ſi
ſingularis iuris auctoritate conceſsio ipſa facta fuiſ-
ſet.l.hoc iure.§.ductus.ff.de aqua quotid.& æſtiu. l.
j.§.deniq; & §.ſanè.ff.de aquæ plu. arcend.eo.tit.ibi,
nã & uetuſtas.& uerſ. Caſsius,& uerſ.apud Alfenũ,
& c.ſuper quibuſdam.§.pręterea,de uerb.ſignif. ubi
Glo.in uerbo extat,& Abb.antiq.in uerſ.nota quòd
etiam, & Panor.nume.ij. & ix.& cap. querelam, de
elect.ibi, ad quem de antiqua conſuetudine.& c. cũ
Eccleſia Volaterrana,ibi,& maximè ſi notorium ſit,
& Card.poſt ueteres q.vj. ibi aduertit, & c. auditis,
eod.tit.q.v. & vj. hanc temporis huiuſmodi lapſus
ſingularis iuris conceſsioni æquipollet,ſiue in liber-
72 tate quærenda† ſiue in exercendis iuribus, etiã prin-
cipi reſeruatis, ſiue in Gymnaſijs ipſis inſtituendis,
quibuſcunq; alijs iam uſu ipſo adeptis iuribus tuen-
dis. Cin. in procœmio.ff.uerſ. quia fecit Ciuitatem.
But.& Abb.d.§.pręterea.Bal.Sali.& Fulgoſ.d.l.j.&
ij.C.quæ ſit longa conſuet. & quandoq; per tractatũ
extat,& ex facto à ueteribus plerumque reſponſum:
Rocchus Curt. de iure patrona.ad fin.& Balb.tract.
præſcrip.vj.iiij.iiij.princi.nu.xii.xiii.& xiiii. & Bal.
conſ.xlix.in j.& ccccxxxvii.Amplius,in iii. & conſi.
xlii.Antiqua quęſtio,& lxvii.Verba Cin. & cõſ.ccc-
xviii.Quidã nobilis,in v.& Car lxxxviii. Capitulũ.
& Alex.cõſ.vi.Viſo,in primo.& lxxiiii.Videtur qđ,
uerſ.& ſi dicatur,in iiii.& Bar.xxxv.in ij.& Cur.cõſ.
xx.poſt tractatũ feudorum,& Deci.conſ.lxxxv.uerſ.
his tamen non obſtantibus.Quamobrem cùm Syna-
goga ipſa iam diutiſsimo temporis curſu interpreti-
bus ipſis fuerit uſa,non uidetur expedire nunc Pon-
tificem ſummum illos ipſos concremandos eſſe, de-
cernere:cũ enim extra Chriſti gregem cenſentur, &
idcircò ſecundam mortem omnino incurrant.d.c.j.
§.una eſt Eccleſia fidelium mater,de ſumma Trin.&
fid.catho.& c.maiores de batiſm.& eius effec. & di-
cta extrauag. unam ſanctam, de maiori.& obedien.
& exp.fin. de præſcription.ibi, omnes quod ex fide
non eſt, peccatum eſt. & in Tridentino Concilio
in decreto iuſtification. conſtitutum eſt, abſque fi-
de ſummo Deo placere impoſsibile exiſtimari.
73 † Quare,quòd temporis diuturnitate peccatũ ipſum
augeatur.d.c.fi.de conſuetu.& d.c.fi.de pręſcriptio.
ubi Docto.in primo & ſecundo not.& in c.non de-
bet,de conſanguini.& affi.ubi Abb.in notab.profe-
ctò ad illos ipſos non pertinere cenſetur,qui ad oui-
lis Chriſtiani ſpirituale corpus non pertinent. d. c.
gaudemus, de diuort.& c.de infidelibus, de affin.&
conſang.& d.c.qui ſyncera.xlv.diſtinc.cum aliis ſu-
perius adductis.

Septimò, ſi conſenſum ipſum Eccleſiæ expreſ-
ſum intueamur, quo Viennenſis Concilij conſtitu-
tio innititur, idem abſque dubio fatendum conclu-
demus; quod enim ex ſcripto conſtat ius, expreſſo
legiſlatoris conſenſu nititur.l.de quibus.ff.de legib.
§.conſtat autem, inſtitut. de iure naturali gent. &
ciuil. Gottred. Hoſtien. Ioan. Andr.Butr. & Abb.
rub r. de conſuetudine. Abb. Feli.Deci.& Neoteri-
ci de conſtitutio.quæſtio.prima.Quare, cùm inter-
pretum huiuſmodi uſus dictæ conſtitutionis aucto-
ritate permiſſus uideatur, d. clem. j.de magiſtris,
concludendum exiſtimari debet, Apoſtolicam ſe-
dem nullo modo eos ipſos hodie concremandos ſeu
74 comburendos decernere debere; † aliàs ex hoc po-
ſteriori decreto fatendum ſit, Eccleſiam ibi, quod
ad effectum animarum lucrandarum attinet, minus
rectè ſentiſſe: quod & cogitare nefas eſſe exiſtimo.
d. cap. quodcunque. xxiiii. quęſt. prima ubi Gloſ.
in uerb. reconciliatur. & Reuerendiſsimus Cardin.
Turre cremat. & capitu. arrecta, vigeſimaquarta,
quæſtio. prima, ibi, quam nunquàm erraſſe pro-
batur. & ibi Reuerendiſsimus Turre crem. de uni-
uerſali intelligendum aduertit, quemadmodum in
oecumenica Synodo in nomine patris & filii &

Spiritus ſancti congregata, illam ipſam contineri
creditur, quòd ſi tacitum ipſum conſenſum, qui ex
ipſa diutiſsima tolerantia proficiſcitur. d. §. conſtat,
d. l. de quibus, ibi, rebus aut factis idem omninò exi-
ſtimari debet. d. c. ſuper quibuſdam. §. prætereà, ne
aliàs inſuſurrari poſſet eccleſiæ præfectos non fuiſſe
uigilantes, tandiu librorum horum lectionem tole-
rando; quod ſine culpæ nota fieri non poſſe uidetur.
c. j. de officio iud. deleg. ubi Glo. in uerb. pari modo,
& ibi Docto. & c. ſicut dignum, de ſententia excom-
munica. §. j. Cæterùm, cùm ipſi eccleſię hoc ipſum
obijci non poſſe cenſeatur, diuus Auguſt. epiſtola
xcix. ad Euad. litera. l. tom. vii. & idem contra epiſto-
lam Manichęorum, quam uocant fundamentum, lib.
75 unico cap. v. litera. l. tom. vj. vbi † qualis ſit eccleſiæ
auctoritas, his uerbis oſtendit, dum inquit: Euan-
gelio non crederem, niſi Eccleſia id iuſsiſſet, & in
ſumma Ange. in verb. Eccleſia nu. j. Quare, cũ utrin-
que ſiue expreſſum ſiue tacitum eccleſię conſenſum
conſideremus, non modicũ ex hoc ipſo decreto ſcan-
dalum oriri poſſe uideatur; tùm ipſius Synagogæ
contemplatione, tùm & aliarum ſectarum noſtram
fortè uarietatem mirantium: ſatis exiſtimandum ui-
detur hoc ipſum non attentari. d. c. denique. viii. di-
ſtinct. d. c. duo mala, & c. nerui. xiii. diſtinct. vbi Vgo
Archid. Geminia. & Reuerendiſsimus Cardinalis
Tur. ecce m. verſ. quandoq; enim ſuſtinenda. & c. non
poteſt. xxiii. q. iiij. & c. ut conſtitueretur, 50. diſtin.
& c. commenſationes. xliiii. diſtinct. & c. officij, de
pœniten. & remiſsionib. ubi Innoc. Io. Andr. Butr. &
Abb. minus quidẽ malum ab Eccleſia tolerari aduer-
76 tunr, dum id quod minus eſt euitetur. † qua ratione
Occidentalis Eccleſia Orientalem ipſam cũ uetuſtis
eius moribus fert. c. aliter. xxxi. diſtinc. c. de libellis,
lxxi. diſtinct. ubi Glo. in verb. cùm uincitur. Archid.
& Card. Turre crem. in prin. minus enim hoc malum
77 eſſe uidetur, † Eccleſiam ipſam infidelium peccata
non perpendere, inquibus ipſi moriantur, cũ ad eam
nihil pertineat, quod ad eos attinet, qui extra ouile
ſunt. d. c. qui ſyncera. xlv. diſtinc. uerſ. nam quid uti-
litatis, & ibi Glo. in uerbo licentiam, & Doct. ſupe-
rius adducti, & c. pręcedenti in verb. fidem. diuus. n.
Paul. ad Corinth. j. cap. v. monuit, & c. multi ij. q. j.
verſ. quid enim, in uerbo qui foris, & cap. conſtituit,
xvii. q. iiii. ubi Gloſ. in uerb. cedibus. per locum à ſpe
ciali. ſpirituale enim uinculum in his cohibendis lo
cum non habet. c. omnis. xi. q. iii. c. ſæpe. xxviii. q. j. in
Gloſ. ſuper uerbo publicis. & omnes d. c. ſuper his,
de uoto, & c. in Archiepiſcopatu, de raptorib. Quo-
circà dijudicandum uideatur, libros hos ſeu interpre-
tos ob ſupraſcriptas rationes comburendos non eſſe.
78 Octauò & ultimò, ſi † Danielis Bombergi uiri
nunquàm ſatis laudari, ueluti tertij in hoc ipſo nego
cio non modicum intereſſe prætendentis, induſtriã,
laborem, ſolertiam, & bonam fidem diligenti trutina
perpendamus, nemo ſanus (ut puto) inficiari pote-
rit, quin naturalis ratio dictet conſtituendũ non eſ-
ſe libros hos & interpretes cõburi debere, quos qui
dem ſummis laboribus, erumnis & impenſis cuden-
dos ipſe curauit ſub clypeo cõceſsionis ei à Leone x.
79 Pont. Max. proficiſcẽtis. † cùm. n. Eccleſia in primis
Iuſticiæ cultrix eſſe debeat, quemadmodum is cuius

is cuius munus Pont. ipſe ſummus obiuit, pręcepta
pręfixit. c. ſignificaſti, de elect. & idcircò naturali pie
tati repugnare cõſtitutũ ſit. c. locupletari, de reg. iu.
80 in vj. & l. nam hoc natura, de codi. indeb. † & bonũ &
æquũ Canon ipſe potius intueatur. c. j. de pact. c. exa-
minata, de iud. c. cũ eſſes, c. relatũ, de teſtam. liberaq;
Pont. Max. conceſsionis huius cõpetierit. d. c. qđ ſu-
per his, & c. cùm ſit generale, de foro compe. ubi Gl.
Butr. & Abb. Goffre. & Hoſtien. in ſumma de priuil.
nu. v. uerſ. quis põt. cuius quidẽ cõceſsionis effectus
cùm publicã utilitatem reſpicere uideatur, ſanè cum
exequi incæpta fuerit, ac ſummis expẽſis exequuta,
non facilè reuocabilis eſſe uidetur. c. cùm dilecti, de
dona. ubi Bar. & Abb. & l. fi. ff. de conſti. Princi. & c.
j. de proba. vbi omnes in primo notab. & c. quia cir-
cà, de priuil. ubi Panor. nu. iij. & iiij. & l. Cæſar. ff. de
publi. vbi Bart. Ponta. & Imol. & Bal. l. j. in prin. ff.
de pact. & Deci. d. c. quæ in Eccleſiarũ, nu. xxxvii. &
ex facto quandoq; reſponſum extat. Rom. cõſ. ccclii.
Quæritur nũquid. Alex. conſ. j. in ij. dub. & cõſ. ccxv.
Nec arguendi, in ij. uol. Andr. Sicul. conſ. j. in j. & Re
uerendiſsimus Card. Pariſ. d. cõſ. ij. in iiij. in iij. dub.
plura huc pertinentia congerit. Nam & rationis na-
turalis contemplatione legiſlator ipſe ſuperuenien-
tis legis uinculum ijs ipſis, qui probabiliter ignorãt
inijcere noluit, ne aliâs eos ipſos opprimere uidere-
81 tur. cap. primo de poſtul. præla. unde † conſtitutum
eſt, legis proprium eſſe, futuris negotijs formam im-
ponere. c. fi. de conſtitu. l. leges la ſecunda. C. de le-
gib. & in auctent. ut factę nouæ conſtitu. unde, cùm
ipſi bona fide nitantur, nullusúe eorum dolus in hu-
iuſmodi impreſsione præſupponi poſſe uideatur, ab
hoc ipſo, quod maximum eſt, & ut audio, ſeptua-
ginta mille aureorum, illis ipſis inferendo detrimen
to benignè & piè ſuperſedendum interpretari debe-
re exiſtimo. c. nouit, de iudic. ubi Feli. poſt Aret. nu.
xxix. plures deciſiones adducit. & Alexand. conſil.
ccxvi. in ij. & Reuerendiſsimus Pariſ. d. conſil. ij. in
iiij. nu. cxxiiii. & cxxv.

Quamobrem ex his omnibus ſaltem coniunctis,
inconcuſſè diffiniendũ ac decernendũ cenſeo, Syna-
gogam ipſam in horum interpretũ lectione, quemad
modum hucuſq; factum eſt, etiam in futurum tole-
randam: & idcircò eos quatenus aduerſus diuinam
maieſtatem impietates & Seruatorẽ noſtrum Chri-
ſtum blaſphemias non continent, concremandos nõ
eſſe. Idque potiſsimùm reſpectu impreſſorum ſub
publica Apoſtolicę ſedis fide in magnificorum Bom-
bergiorum grauiſsimum detrimentum & exitium,
quorum nullus argui poſsit dolus.
82 Non mouent ſuperius adducta in oppoſitum: † &
primò, quod ad Apoſtolicę ſedis examen omninò
ſpectet gregem ipſum Chriſti expurgare, & putrida,
ut inquit Pau. Apoſt. membra abſcindere. d. c. quod-
cunq;, xxiiii. q. j. & Doct. d. c. quod ſuper his, de uo-
to, cum aliis ſuperius adductis cuiuſmodi plura Hie
ronymus Gigas inter Neotericos inſignis conierit
in trac. de reſiden. Epiſcoporum.
83 Quia † reſpondeo, id uerũ eſſe, qđ ad hereticorũ,
ipſorum infidelitatem attinet, & à fidei cõione rece
dentiũ, ſanè et munus et paſtoris ipſius ſolertia tunc
pręſtò eſſe debet, et zizaniam loliumue à tritico

legitimis

ligitimis modis quàmprimùm ſecerncre.toto tit.de
hęretic. extrà & in vj.& de Schyſmaticis, ut Goffre.
& Hoſtien. in ſumma tit.eod.aduertunt , & Specul.
& pertractat Gondiſlaua Viladiego in tract. eod. &
Ioannes Diaz Conſiliarius Caroli V. Cæſaris inui-
ctiſsimi in praxi canonica criminali in uerb.hęreti-
cis. Cęterùm,cùm Synagoga ipſa & inter Chriſtianũ
ouile cenſeatur,ut ſuperius oſtenſum fuit,uocatione
ſaltem : & idcircò Eccleſia illam ipſam in eiua cære-
monijs ferat,ut aliquãdo reſipiſcat, & paſtoris ipſius
uocem audiat.d.c.qui ſyncera, xlv. diſtinc.d.c.gau-
demus, de diuort.d.c.de infidelibus , de conſang. &
affi.& c.multi.ij.q.v. conſequens eſt , ſuperſedendũ
uideri à conſtitutione decreti:quo quidem iubeatur
uniuerſos illius interpretes cõcremandos eſſe. actus
enim huiuſmodi abolitionia illã ipſam induraret po
tiua, cùm tñ & humanitate & charitate Iudæos ipſos
inuitandos potiua & emolliẽdos canonis ipſius ratio
ferat.d.c.Iudæi.& c.& ſi Iudęos,& d.c.conſuluit,eo.
tit.de Iudæis:& ſuperiùs diuorum Auguſtini,Hiero
nymi, Gregorij & Ambroſij auctoritate diffuſiua
oſtendi .

84 Secundò † non urget ex ipſius ſedis Apoſtolicæ
diffinitione,qua nuper decretũ eſt, Thalmudũ ipsũ
concremandũ eſſe,ad horum quoq; interpretum abo
litionem raciocinari poſſe contendi.d.l.j.ij.& iij. ff.
de pecul.leg.d.c.inter dilectos , de fid. inſtru.& c. ſi
ſuper gratia,de reſcrip.in vj.cũ alijs adductis à Dino
in d.c.acceſſorium.Deci.& Cagnol.poſt ueteres d.l.
cum principalia.quia pluribus rationibus id uerum
85 non eſſe reſpondeo . Et primò † quòd ea ſit diffini-
tiui decreti conditio, ut perquàm ſtrictã interpreta
tionem capiat.l. Iulianus.ff.de cond.indeb.l. j. & ij.
C.ſi plures una ſententia, & uidit Bal.l.præſea, eod.
tit.Imol.Alex.& Iaſ.l.centeſimis.§.j.ff.de uerb. ob-
lig.nu.xi.& xxvii.& c.auditis,de preſcript.ubi Abb.
poſt But.& alios.unde quod ibi expreſſum eſt,tantũ
operari debet. auctẽn. offeratur. C. de litis cont. &
Clem.ſępe, de verb.ſign.§.uerum quia , & l.fi.C.de
fideicomm.libert.& Io.de Amicis aduertit conſ.j.in
86 princ.†quare,cũ Apoſtolica ſedes decreuerit Thal-
mud ipſum comburi, ſanè quod ad eius interpretes
attinet , nihil quidquàm conſtitutum eſſe uidetur.
argumento legis cùm quæritur.ff. de except.rei iud.
vbi Bar.Caſtr.& Alex.& c.j.de except.in vj. ubi Gl.
& ueteres,& Abb.conſ.iij.Nitar.q.xij. in ij. & Fulg.
cxl.Perſpectis,in ij.dubio,& Deci.cccxlviii.De duo
bus.& Reuerendiſsimus Pariſ.cõſ. xi.nu.v.& vj.lib.
primo,& conſ.v.nu.xx.in ſecundo.Quinimmo quod
ad interpretes attinet , caſua pro omiſſo exiſtimãdua
uidetur,ſaltẽ abolitiui decreti interna ſuadente con-
ditione.l. ſi cùm dotem.ff.ſolut.matr.l. ſi extraneus.
ff.de condi.ob cauſ.idq́; pręſertim,cùm fiſci procu-
rator inde illiua intentionem foueri contendat.l.ue-
teribus.ff.de pact.l.in contrahenda.ff.de reg. iur. &
plures aduertunt in c.in preſentia, dè probation.

Secundò, quoniam quò ad ipſum Thalmud & in-
pretes eius ſeparata admodũ atq; diuerſa uiget ratio,
quatenus enim uolumen illud reprobũ doctrinæ ge-
nus continebat, optimo iure comburi debuit. Doct.
87 d.c.quod ſuper his.diſponebat etenim,† at cũ ipſius
interpretis munus in declarationis effectu cõſiſtat ;
ſatis inde conſtat, nihil illum diſponere ſolere.l.hę-
redes palàm.§.j.ff.de teſtamen. ubi Gloſ. Alberi.&
Bar. & l.i.ff.ſi cert.pet.ubi Deci.q.ulti.& in rubr.de
88 conſtit.† ſuadet enim & ratio,qua dici ſolet,huma-
nos actus eatenus operari , quatenus agentis id ferat
intentio.l. non omnis.ff. ſi cert.pet.l.alſe toto.ff. de
hæred.inſtituen.l.illa inſtitutio.ff.de condition. in-
ſtit.& auctẽn.ſi quis in aliquo.C.de edend. ubi om-
nes,& l.i.§.lex autem.ff.ad l.falc. Quare, cùm inter-
pretis facultas diſpoſitionis effectum non includat ,
conſequens eſt decerni uirtutem interpretationis nõ
cõprehendere,d.c.cùm ceſſante.& c. & ſi Chriſtus ,
de iure iur.& l.prima.ff.de officio cius cui mand. in
Gl.in uerb.proficiſcatur,ubi Alex.Riminal.& Cur.
qua ratione cùm diuerſa ſubeſt ratio à principalis
diſpoſitionis deſtructione, ad id quod accedit , uel
ſequelæ ipſius uice cohęret,ratiocinari non conſue-
uit.d.l.cum principalia.ff.de reg.iur.ibi, plerumq; .
Deci.& Cagnol.aduertunt , & Bart.l.ita ſtipulatus ,
xii.oppoſ.ff.de uerb. oblig. & Bal. d.l.non dubium.
C.de legib. oppoſit.xiiii. Nec latuit Alex. conſ.iiii.
89 & conſ.lix.nu.xv.uol.primo. † Quod uerò ad alios
non Thalmudicæ diſciplinæ interpretes attinet,cùm
ſeparatam omninò cauſam habeant ad eos ex huiuſ-
modi diffinitione inferri nõ poſſe cenſeo.d.c.inter ,
de tranſlat. Epiſcopi.& c. per uenerabilem , qui filii
ſint legit.& l.Papinianus exuli.ff.de minorib.& l.na
turaliter.§.nihil.ff.de acqui.poſſeſ.& l.inter.§.ſacrã,
in fin.ff.de verb.oblig.

Tertiò non mouet, quod contendatur concrema
tionis huius decretum ſuperfluum reddi , & prorſus
inane uideri,niſi horum quoq; interpretum abolitio
præcipiatur.d.l.quotiea, qui ſatiſd.cogan.d.c. ſi Pa-
pa,de priuil.in vi.cum aliis ſuperius adductis.Quia
reſpondeo, ſatis decretũ illud operatum fuiſſe, qua-
tenus reprobam Thalmud doctrinam euulſit,atq; ra-
dicitus exſtirpauit.Quę quidem ratio cùm interpre-
tum horum contemplatione diſponendi facultatem
non habentium , locum non habeat , ſanè Canonis
ipſius diſpoſitio ſubintrat & Iudęos ipſos potius in
eorum ritibua, & idcircò ueterum interpretum le-
ctione ferendos ſuadet.d.c.cõſuluit.d.c. Iudæi, & d.
c.qui ſyncera,cũ alijs ſuperiua adductis: aliàs compa
rationis effectus deſtrueretur, quod longè abſurdius
eſſet, diuus Auguſt.d.lib.unico de uera religione c.
vj.& d.§.tanta,in proœmio.ff.ubi Bart.& Mantua d.
conſ.ccviii.nu.xxxi.ubi plures adducit.

Quartò non urget librorum horum ſubiectum
diuinæ legis ueritati repugnare cenſeri. d. cap. xv.
Matthæi, & idcircò peccatum & ſecundam mortem
operari.& d.cap.peccatum , de pœnitent. diſtinct.
iiij.& d.cap.fin.de conſuetu.& de pręſcriptionib.&
diuum Paulum & Hieronymum traditiones huiuſ-
modi ceu fabulas & omninò ſordidas irridere. Quia
reſpondeo , hæc quidem uera eſſe , non tamen inde
inferri , hodie expedire interpretum horum uolu-
mina abolenda decernere ; quippè quòd cùm Sy-
nagoga ipſa extra Eccleſiæ unitatem conſtituta
ſit , ſummus ipſe paſtor, illius peccata paruipen-
dere debeat , ſummi Dei profundiſsimum quidem
& iuſtiſsimum ſemper iudicium expectando , at-
que eam in cœcitate , et tenebris , & eorum,

peccatis relinquendo, uigilaturam & ad fidem con-
uerſuram quando ęterno patri placuerit.d.c.qui ſyn
cera.d.c.gaudemus. alioquin uiolentã ſummus Pa-
ter conuerſionęm non reciperet,unde in uetuſta in-
terpretum lectione relinqui debeant,donec Euange
licę legis uirtutẽ exaudire illi concedatur.Ro.c.11.

Quintò non urget, Iuſtiniani catholici Cæſaris
conſtitutio in tit.de Iudęis,conſtit.cxlvi.ex Oloan.
interpretatione:quia reſpondeo, cõſtitutionis illius
diſpoſitionem uel modici ponderis eſſe cenſendam,
90 † probare enim & improbare quod ſcripturę genus
recipiendum ſit, fidei quidem merita reſpicere cen-
ſetur:& idcircò cũ munus hoc inter ſpiritualia con-
numeretur,conſtat illius ipſius executionem ad Apo
ſtolicę ſedis officium prorſus pertinere.d.c.de libel
lis,xx.diſtinc.Innoc.Hoſtien.Io. Andr.Butr.Card.
Ancha.& Abb.d.c.quod ſuper his,de uoto.Anchar.
d.c ea quę,de regu.iur.in vj.q.vj. & Guido Papæ d.
deciſ.lxv.unde cùm Cæſaris iuriſdictio circa tempo
ralia uerſetur. c.duo ſunt, xcvj.diſt. & c.cùm ad ue-
rum,& c.bene quidem,ead.diſtinc.& c.nouit,de iu
dic.& c.ſolitæ, de maior.& obedien. Cęterùm, quod
ad ſpiritualia negotia attinet atq; eis annexa cùm ad
eccleſiaſticæ iuriſdictionis facultatem pertineant,
conſtat Cæſarem ipſum in his nihil quidquàm diſpo
nere poſſe.cap.quę in eccleſiarum, de conſtitution.
& capitu.qui per uenerabilem,qui filij ſint legitimi.
& c.ſtatutũ,de hæret.in vj.ubi omnes Docto.aducr-
tunt.& ſi aliud agat,deficientis facultatis uitio actus
ipſe prorſus nullus exiſtimatur.c. at ſi, de iudic.c.ſi
diligẽti,c.ſignificaſti,de foro competen.c.nobis,de
ſentẽtia excõmu.& c.tua,de decim.& l.ſi quæramus
ff. de teſtamen.& l. quidam.§.quoties,de iur.codic.
91 † Quare, quod ad ipſa ſubiecta ſpiritualia attinet
quomodocunq; ius illud conſequãtur, animas, Ec-
cleſias, clericos,matrimonium, decimas, primitias,
uſuras,uotum,iuramentum, hæreſes, electiones, ſa-
cerdotiorum collationes, indeq; contingentes quę-
ſtiones Cęſar ipſe nullam facultatem habere cenſe-
tur.d.cap. Eccleſia, ubi Abb. nu. x. in j. caſu Feli.&
Deci.nume.xxviii.& xxix.& in vii.caſu.& Abb.poſt
Inno.& Imol.c.nulli, de reb. eccleſiæ non alienan.
Glo.& Ancha.in d.c.poſſeſſor,de reg.iur.in vj.verſ.
in his autem.& Bart.l.priuilegia. C.de ſacroſ.eccle.
& pertractat Fab. de Monte in tract. de emptio. &
uend.ubi agit,an iuris ciuilis ſolemnitas in bonis ec
cleſię aliendis cuſtodiri debeat. & quod ad hæreſim
attinet exſtirpandam uidetur caſus in d.c.ſtatutum,
de hæret.in vj.ubi Ioan.Andr.Ancha.nu.viii.Gemi.
& Franc.& in non abſimilibus caſibus quandoq; re-
ſponſum fuiſſe uidetur. Feder. Senen.conſ.cxxxvj.
Caſus talis.Cald.conſ.xviii.de conſti. Abb. conſ.iij.
nu.ij.Qua ratione ſacroſancta œcumenica Synodus
Tridentina in tertia ſeſsione decreuit, quos libros
92 Eccleſia ipſa receperit, † & olim Grego. & Innoc.
Thalmudicæ diſciplinæ libros comburi ſtatuerunt.
d.c.quod ſuper his, ubi Docto. Quare,quod ad hos
interpretes attinet, Iuſtiniani conſtitutio nihil
quidquàm ualere uidetur.

Secundò Deuteroſis traditiones illas Moiſi à ſum
mo Deo pro uera ſcriptę legis interpretatione datas
contineat.d.c.xvii. Exodi,& ſuperius ex doctiſsimis
oſtendi, illas ipſas ab Eſdra ſcripturę monumentis
93 mandatas cenſeri. † Quomodò legis huius ſubiectũ
Cæſar ipſe auferre potuit, homo enim cùm inferior
ſit, abſit, ut ſummi Dei legem abolerę poſſe credat.
d.c.ſunt quidẽ.xxv.q.j.Diuus Auguſt.lib.j. de Ciui.
Dei cap.xxi & c. ſi non licet.§.his exceptis, xxiii.q.
v.& d.c.literas,de reſt. ſpol.& c.ex publico,de con-
uerſ.coniuga.in Glo. in uerb.conſumatum.& c.tua,
de decimi.opus enim à prępotente Deo proueniens
imperfectionem non agnouit.d.c.maiores.§. ſed cũ
opus, de baptiſm. & eius effect. & idcircò inferior
homo admirari potius illud debeat.d.c.ix. ad Rom.
clem.ne Romani,de elect.

Tertiò cùm adſit ipſius Viennenſis Concilij con-
ſtitutio. d. clem. j. de magiſtris, & Baſilienſis con-
firmatio.d. ſeſsione xix. in huiuſmodi diſponens, in
quibus Cæſaris facultas nulla eſſe creditur.d.c. tuã,
94 de ord.cogn.& d. c. ſtatutum, de hęret.in vj. † luce
clarius conſtare uidetur, Cæſaris ipſius deciſionem
ipſi Pont. omninò cedere debere, ueluti in ſuo ſolo
conſtituenti,atq; librorum genus probanti: unde gre
gis Chriſtiani commodum proficiſcatur. Docto. d.
c.quod ſuper his.& nuper in Tridentina Synodo,ſeſ
ſione tertia conſtitutum eſt.
65 Quartò, † cùm iã diutiſsimo uſu cuius initij me-
moria non exiſtit, Eccleſia catholica tulerit Synago
gam ipſam interpretum horum lectione uti, conſtat
conſtitutionibus in contrarium facientibus deroga-
tum fuiſſe.d.l.diutina, de legib.& l.ſi de interpreta-
tione,& l.immo, eod. tit. & in procœmio inſtitutio-
num in fin. ubi Gloſ. in uerbo. deſuetudine obum-
bratum.& d.c.ſuper quibuſdam.§.præterea. & Bart.
§.& anteà,in procœmio.ff.Butr. & Card. d.c.fin. de
conſuet.Bart. Bal.& Alexan.d.l.de quibus, de legib.
Bal.Sali.& Fulg.d.l.j.& ij.C.quę ſit longa conſue.&
Bal.l.receptitia.C.de conſtit.pecu.nu.j.Cin.Alber.
& alij in l. ſi.C.de iure dot. in princ. & nonnunquã
ex facto reſponſum extat. Crad. Zabar.d.conſ. lxiii.
cum alijs ſuperius adductis.Ex quibus omninò con-
cludendum exiſtimo, non expedire Pontificiam ſe-
dem decernere ſeu conſtituere hos ipſos Synagogæ
interpretes comburendos eſſe,& prorſus exſtirpan-
dos, in quorum uſuatque lectione Catholica ipſa
Eccleſia eam tulit,tùm ad profectum eorum & fidei
noſtrę pulchitudinem, tùm ne ſcandalum aliquod
oriretur: idq; potiſsimùm Leonis x. Pont. Max.de-
creto uigente,cuius auctoritate magnificis ipſis Bõ-
bergis eos ipſos imprimendi facultas conceſſa fuit.
Laus Deo trino & vno. Patauij, Idib. Martijs 1554.

Portius Forocornelienſis ſaluo ſemper ſaniori iu-
dicio, & præſertim quacunq; Apoſtolicæ ſedis dif-
finitione,cuius auctoritati in præmiſsis me ipſum &
omnibus alijs ſubijcio,ueluti frugi ſeruum decet.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Seruitutis carceriſq; conditio naturali repugnat rationi.*
2 *Ius ex facto oritur.*
3 *Conſenſus legitimus in omnibus quidem contractibus præcipuus ſemper eſſe debet, ne illi corruant.*

4 *Conſen-*

4 *Conſenſus non eſt, ubi uis intercedit.*
5 *Carcer iuſtum metum inducit.*
6 *Carceratus ſi extra carcerem poſitus contrahat, ſi tamen cuſtodiebatur, quòd metus ipſe ceſſare hucuſque non dicatur.*
7 *Metus quemlibet actum uiciat.*
8 *Matrimonium non infertur ex actu commixtionis ui tamen adhibito, ſi quàm primũ potuit mulier aufugit.*
9 *Promiſſio facta in carcere, nullius eſt efficaciæ.*
10 *Renunciatio ſacerdotij ſeu beneficij metu facta, nullius eſt roboris.*
11 *Fideiuſſores non teneri, ſi principalis nulliter promiſit.*
12 *Promittens factum alienum faciendo ſuum poſſe, excuſatur. quod ampliatur nu. ſeq. eſtq́; communis opinio.*
13 *Impedimentum legitimum à pœna excuſat, etiam ſi iuramento uallata fuerit pœnæ promiſſio.*
14 *Confeſſio uim probationum omnium antecellit.*
15 *Fideiuſſores liberari ſi principali ſtatus ſoluendi terminus prorogatus fuerit, eſtq́ue recepta ſeu communis Doctorum ſententia. & quid ſi interuenerit iuramentum, uide nu. 51.*
16 *Pœna commiſſio, ut excludatur, potius interpretandum, quàm è contrà.*
17 *Pœna ut committatur, interpellatio requiritur.*
18 *Mora tunc committitur, quoties requiſitio præceſſit, et monitus ipſe nil curauit.*
19 *Pacta ad unguem exequi debere.*
20 *Verba declarant contrahentium mentem.*
21 *Verba dubia in ſtipulationibus conuentionalibus ex mente contrahentium interpretantur.*
22 *Superflua reijcienda eſſe.*
23 *Dictio cùm, conditionem importat.*
24 *Pacta reciproca ab utraque parte ſunt obſeruanda, aliter quidem conqueri alteram partem iure non poſſe.*
25 *Actor repelli poteſt propoſita in eum defectus exceptione, ſi eodem morbo laborauit, quo reus ipſe in pactis non ſeruandis.*
26 *Carcer ad cuſtodiam inuentus, non autem ad pœnam.*
27 *Pactis, ſi ex noua ſuperueniente cauſa non ſeruentur, paciſcentem ipſum non teneri ad pœnam, etiam iuramento promiſſam. ſed uide nu. 51.*
28 *Promiſſio de non offendendo, ſub illa intelligi ſolet conditione, niſi is, qui ſpopondit, prouocatus fuerit.*
29 *Iudex ordinarius quando delegato Principis inhibere ualeat.*
30 *Procuratori non rectè ſoluitur, niſi ſpeciale habenti mandatum ad exigendum.*
31 *Procuratorem non docentem de mandato, repellendum eſſe.*
32 *Iudicij actus nec nõ et effectus in exequutione conſiſtit.*
33 *Notoria & euidentia, nulla indigent probatione.*
34 *Promittens & non adimplens, ad intereſſe tenetur.*
35 *Promittens ſe facturum & curaturum, factum proprium ſpopondiſſe uidetur.*
36 *Pœna committitur quamprimùm dies promiſſionis ceſſerit.*
37 *Promittens factum infra certum diem, aliàs pœnam, in eam ſtatim atque incidit, quòd dies lapſus fuerit.*
38 *Dies interpellat pro homine, ſic ut nulla requiratur à contrahente interpellatio.*
39 *Mora purgatio non admittitur, quotieſcunque præfixus dies lapſus fuerit, & eſt communis opinio.*
40 *Iuramenti uinculum indiſſolubile eſſe, niſi animæ detrimenti ratio aliud ſuadeat.*
41 *Iuramentum tres comites habere, iudicium ſcilicèt, iuſtitiam, & ueritatem.*
42 *Iuramentum conſtituit quem in mora abſque alia interpellatione.*
43 *Promiſſioni iuratæ contraueniens, etiam obliqua uia, non euitat periurium.*
44 *Obligatio metu facta haudquaquàm ualet.*
45 *Pœna plectendus nemo eſt, niſi qui culpa non caret.*
46 *Iuramentum maximæ eſſe uirtutis in contractibus.*
47 *Iudex, ubi procedit ſola facti ueritate inſpecta, reijcere debet exceptiones, iuris apices reſpicientes, cũ merita tantùm cauſæ perpendere hoc caſu teneatur.*
48 *Diligentiã adhibitã fuiſſe, exacta requiritur probatio.*
49 *Promittens quòd aliquis cum effectu conſentiet, ſi id non efficit, ad intereſſe tenetur.*
50 *Iuramentem ſuſtinet actũ omni meliori modo, quo põt.*
51 *Promiſsioni iuramẽto uallatæ per termini prorogationẽ derogatum eſſe, non cenſetur. & uide ſupra nu. 27.*
52 *Prorogatio facta, cum ſuis intelligitur qualitatibus.*
53 *Relatum eſſe in referente.*
54 *Dictio non aliter, conditionem actui imponit.*
55 *Mora committitur, & pœna debetur per lapſum diei in conuentione appoſiti, licèt aliter interpellatio facta non fuerit.*
56 *Dictionis, hoc amplius, natura atq; efficacia.*
57 *Dictionis, ultra, uel præter, poteſtas & energia.*
58 *Dictionis, donec, uſque, uel quouſque, ius & neruus.*
59 *Verbi futuri temporis qualitas.*
60 *Hæreditas an per unicum actum adita eſſe intelligatur.*
61 *Oſcula præparatoria ſunt Veneris, mammillarum etiã contractiones & eiuſmodi, quæ adulterij quandam partem continere uidentur.*
62 *Voluntas ex facto declaratur.*
63 *Chriſtum factis negamus, quotieſcunque in impietatibus ambulamus.*
64 *Propoſitum in mente retentum, nihil operari.*
65 *Interpretatio latè facienda eſt in ultimis uoluntatibus.*
66 *Dies interpellat pro homine.*
67 *Præſumptio eſt pro nobili uiro ſpectatæq; fidei, ne quid agat, quod dedecori aut uitio uerti poſſit.*

C A S V S.

CONTIGIT anno Domini 1552. Illuſtr. Dominum de Andalotto à Ducibus Caroli quinti Cæſaris ſemper Auguſti Parmam obſidentibus captum, in munitiſsimam Mediolani arcem coniectum fuiſſe. Eodemq́ue ferè tempore Illuſt. Dominum Ioannem Franciſcum Sanſeuerinum ab Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Parmę Ducis militibus comprehẽſum, in eius arcem detruſum militari ma-
1 nu cuſtodiri. † quæ quidem conditio cùm naturali rationi repugnans utriq; diſpliceret. l. manumiſsiones. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. l. libertas. ff. de ſtatu homi. c. iuſgentium, diſtinc. j. ubi in Glo. in verbo ſedium, & verbo ſeruitutes. Archid. & Geminia. aduertunt, præeunte inter utriuſq; procuratores maturo tractatu reciprocam hanc & præcipuam conuen-

tionem inierunt, ut exhibito documento cōſtat his verbis. Primò detto Signor Sanſeuerino promette fare & che ſarà cō effetto mettere in piena & intiera libertà della perſona ſua detto Signor d'Andalotto, & cōdurlo in Ferrara ſenza pagar taglia, ne eſſer grauato nel condurlo da Milano &c. & queſto nel termine di otto ſettimane & uinti giorni.

Item & vice mutua ipſius D. de Andalotto nomine D. Sanſeuerini, his uerbis legitimè promiſſum fuit. Et acciò ch'il Signor Sanſeuerino habbia commodità di procurare la libertà del Sig. d'Andalotto il ſudetto Signor procurator in uirtù de la piena authorità che gli tiene dal Eccellentiſs. Signor Duca di Parma nelle forze del quale ſi truoua eſſo Signor Sanſeuerino di preſente come appare per una patente di ſua Eccellenaa, promette di far ch'il Signor Sanſeuerino ſia liberato dalla prigion di Parma doue al preſente ſi troua per el detto tempo d'otto ſettimane, accio che poſsi andar alla corte di ſua Maeſtà Ceſarea, ò doue li parerà piu commodo per procurar la liberation d'eſſu Signor d'Andalotto, dando però la fede ſus & obligando l'honore eſſo Signor Sanſeuerino non potendo tener detta liberatione per il ſudetto tempo d'andarſi à porre in prigione tra uinti giorni paſſato detto tempo d'otto ſettimane nel luogo di Caſtiglioni di Franza in mā del Reuerendiſſimo Cardinal de Caſtiglione, ut latius in documento exhibito conſtat, Ceterùm, cùm Mag. D. Alexander Cambios ex parte Illuſtr. D. de Andalotto, quod eius nomine ſpopondit, re ipſa adimpleuerit, atque ipſum D. Sanſeucriuum liberari curauerit. Ille uerò nullam ipſi domino de Andalotto libertatem obtinnerit, neque infra tempus ei negocio pręfixum ſeſe in Gallia captiuum conſtituerit. quo nomine pro ſumma quindecim mille aureorum fideiuſſores his uerbis præſtitit. Et ultra ciò eſſo Signor Sanſeuerino li darà ſecurtà nella Città di Ferrara buona & ſufficiente per la ſomma di 15. mila ſcudi d'oro li quali s'obligaranno paſſato il detto tempo d'otto ſettimane & uinti giorni. promiſeritq; ſolenni ſtipulatione interueniēte, etiam iuramenti uinculo ſuffulta infra octo hebdomadas liberationem ipſam obtinere; nel ea non impetrata, infra uiginti dies ſeſe in oppido Caſtiglioni in Gallia captiuum conſtituere. & neutrum cum pręſtiterit, procuratores Illuſtr. Andalotti in auditorio Illuſtriſs. & Excell. Ferrarię Ducis petitionē ediderunt, concludentes ipſum Illuſtr. D. Sanſeuerinatenſem ueluti in mora conſtitutum, promiſſa ipſa exequendi in ſumma 15000. aureorū, ut ſponſionis forma dictat cōdemnari. Procuratores autem ipſius D. Sanſeuerinatis pluribus propoſitis exceptionibus, illū ipſum potius abſoluendum contendunt. Quare Illuſtriſsimi atque Excellentiſsimi Ferrariæ Ducis domini mei ſemper colendiſsimi literis humaniſsimè ad me datis ob ſingularem eius ipſius integritatem atq; eximiū iuſtitiæ ardorē quęſitum eſt, quid ſecundum iuris noſtri rationem conſtituendū ſit; nempè, an ipſe D. Sanſeuerinâs id quod ſpopondit adimplere defecerit, atq; in mora conſtitutus ſit: et idcircò an caſus ipſe fideiuſſores eo nomine datos compellendi uenerit, tanq̄ pœnę aduerſus eum ob ipſam moram commiſſę?

CONSILIVM V.

ADSIT MIHI SPIRITVS SANCTI gratia, ut quod uerum & iuſtum ſit, diffinire ualeam.

2 T NON oſcitanter † facti huius qua
litatibus perſcrutatis, unde iuris
ipſius uirtus conſtitui ſolet. l. ſi ex
plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquiliam,
ibi, in cauſa ius poſitū eſt. & inde
Albe. & Floria. in ij. ſummario col
ligunt. & l. ea ... ff. de reg. iur. ubi Cagnol. nu. xxvij.
& ſæpius à maioribus noſtris ex facto reſponſum extat,
Bal. conſ. xii. Quidam, in ij. Ancha. ccci. Materia
de qua. Deci. dclxxvii. nu. ij. Pariſ. xxxii. nu. xxiii. in
j. atque uniuerſo proceſſu ſæpius reuoluto, necnon
iuris allegationibus & pluribus pro utraque parte
redditis reſponſis ad unguem perſpectis, ac ipſo, qui
ſequitur modo reſpondendum cenſui.

Prima quidem facie conſtituendū uideri Illuſtrē
ipſum D. Sanſeuerinum nullam moram commiſiſſe
& idcircò datos ab eo fideiuſſores uexari non poſſe.
3 † legitimi enim conſenſus defectū ſponſio ab eo pro
fecta pati uidetur, & ideò prorſus nulla exiſtimari
debet. l. j. ff. de pact. in fi. prin. ibi, placitum & con-
ſenſus. & §. j. in fi. ibi, nā & ſtipulatio, quę uerbis fit,
niſi conſenſum habeat, nulla eſt. & l. ij. eod. tit. & fe-
rè per totum, & l. in omnibus. ff. de action. & obliga.
ibi, ut ſi diſſentiant. & l. an inutilis. ff. de acceptila.
4 † Conſenſus enim in peragendis negocijs humanis
liberum animi motum exigit, cuius qualitatem ad-
hibita uis prorſus excludit. l. j. ff. de eo quod metus
cauſ. in principio, ibi, propter neceſsitatem impoſitā
contraria uoluntati. & l. iij. eod. titu. in princ. ibi, ſi
quis ui compulſus aliquid fecit, & cap. ſuper hoc, de
renunc. & toto tit. extrà eod. & C. quod metus cauſa.
5 Necnon † metum enim legiſlator iuſtum eſſe defi-
niat, quem carcer infert, eoque detruſis incuti ſolet.
l. metum. §. ſed licèt, & l. qui in carcerem. ff. eod. ubi
Accurſ. in Glo. j. intelligit id quidem etiam uerum
eſſe, tametſi metus huiuſmodi à participe detruſio-
6 nis inferatur. † & Bart. ibi uerſ. ſed illud extrahere
nihil eſt, huic ipſi concluſioni locū eſſe affirmat, li-
cèt quis ex carcere dimiſſus contrahat, dummodò cu
ſtodiatur, metus ipſe ceſſare nō creditur. & ibi Albe.
adducit l. qui neq;. ff. de uerb. ſigni. & l. ſuccurritur.
ff. ex quibus cauſis maio. quàmuis poſt Richardum,
Butrigarium, & Odofredum hanc ipſam neceſſariā
ſoluendi praxim concludat, ne quis ibi perpetuò
marceſcere compelleretur. quare cùm Illuſtriſs. D.
Sanſeuerinâs militari manu cuſtoditus contraxerit
ceu metu initam conuentionē huiuſmodi nullā eſſe
7 conſtituendum uideretur. † Quemlibet. n. actum cō-
pulſio ipſa uitiare conſueuit, matrimonij, profeſsio-
nis, renunciationis, & huiuſmodi. c. cùm locum. c. tua
nobis, & c. tuæ, de ſponſalib. ubi Doct. aduertunt, &
c. cùm uirum, de regul. & c. quàm ſit triſte. vij. q. j. ubi
Glo. in uerb. triſt. & c. j. xvij. q. ij. ibiq; Gl. in uerb. re
futauit. & Hoſt. in ſumma de renun. nu. vij. uerſ. quis
renūciare poſsit. & in ſumma de dona. uerſ. quis poſ
ſit, nu. iiij. & tit. de teſta. §. quis poſsit. Quod quidem

& à

& à maioribus noſtris in uariis nõ abſimilibus ſpe-
ciebus ex facto reſponſum extat. Oldra.conſi.xxxv.
8 Factum tale eſt.num.j.† vbi actum coniunctionis ui
adhibita ſeu paſsionis,coniugium ipſum non infer-
re tradidit,ſi quamprimùm potuit mulier aufugit,&
proteſtata eſt ſeſe ui adhibita cognitã fuiſſe.& Bald.
9 conſi.cclvij.in ſecundo volu.num.j.ubi † concludit,
promiſsionem ab eo factam quibuſdam nobilibus,
qui in carcerem detruſus fuerat ſub prætextu quòd
mobilia quædam furatus fuiſſet,etiã iuramenti vin-
culo munitam nullius anctoritatis cenſeri.& Anch.
eum,qui Otthonis Parmenſis domini iuſſu detruſus
fuit , metu compulſum ſatiſdediſſe cenſeri reſpon-
dit.conſi.ccxcix. nu.j. verſi. crudelitas domini Or-
thonis. & Ange.conſi.ccxv.Thema tale.& Abb.cõſ.
lx.in primo.&Alex. metum eum iuſtum exiſtimat,
quem lex huiuſmodi diffinit ıùm mortis túm corpo
ris ipſius cruciatus . l .interpoſitas. C. de tranſacti.
conſi.xcix.in tertio.& conſi.clvj.Viſo proceſſu in v.
& Gemin. conſi.xxv. in primo dubio. & plures huc
pertinentes adducit Deci. conſi.ccxix. nume.j.& ij.
10 † Qua ratione , cùm præcepti regij comminatione
quis meruiſſet, & idcircò ſacerdotium aliquod reſi-
gnaſſet,renuntiationis illius actum ueluti ab eo, cui
iuſtus timor illatus eſſet , profectum non ualere,ſæ-
pius reſponſum extat,& quandoque deciſum.Barb.
conſi.xxx.Bene enim cunctageruntur.in tertio vol.
Deci.d.conſ.ccxix.nu.iiij.Ruin.conſi.cxxj.nu.xix.
& xx. in quarto. & Reuerendiſsimus Pariſi. conſi.
v.in quarto vol.nu. clxij. & ſacra Rom. Rota quan-
doque decreuit deciſi.v. titu. de renuucia. & deciſi.
vij.eod.titu.in nou.ſecundum nouam impreſsionẽ.
Quamobrem , cùm Illuſtr. ipſe Sanſeuerinàs ob iu-
ſtum ipſius carceris metum ex militari cuſtodia il-
li illarum Illuſtr. Andalotti liberationem ſpopon-
diſſe uideatur , conſequens eſt nullam inde ortam
cenſeri obligationem.d.l.qui in carcerem. d.c.cùm
locum,de ſponſa. & d.c.ſuper hoc, de renunci. cum
aliis ſuperius adductis.& idcircò conſequens eſt fru
ſtrâ contendi, an eo nomine fideiuſſores præſtiti ad
quindecim millium aureorum ſummam perſoluen-
11 dam compelli poſsint,quippè†quòd pręcipuę obli-
gationis ſubiecto non cõſiſtente ipſius fideiuſſorię
accidens cohęrere non poſſe uideatur. l.j ff. de vlu-
fruct.l. eius qui.ff. ſi cert. peta. §. quod ſi ſtipulatus,
ubi Deci.nume.v.poſt Alexan.& l. Pomponius.§.fi.
ff.de acqui.poſſ.ubi Areti.& l.nec ullam.§.ſi abſen-
tis.ff.de petitio.hæred. ubi Ange. & l. ſi ſeruum.§.ſi
modus.ff.de action.empt.ibi,bonitas fundi non ex-
tantis perpendi non poteſt.& uidit Bal.conſ.cxxxj.
Viſis , in ſecundo , & in ſpecie in caſu fideiuſsionis
ipſius , Craueta reſpondiſſe uidetur cõſ.cclxxij.nu-
me.ij.& iij.
12 Secundò , † cùm Illuſtris ipſe Domi.Sanſeueri-
nàs id ſpopondiſſe cenſeatur , quod quidem à Cæ-
ſaris ipſius nutu pendet,omnemq́ue eius ipſius co-
natum adhibuerit , ut ab eius Maieſtate Illuſtr. An-
dalotti liberationem obtineret, ſanè à fidei præſtitę
nexu abſoluendus uideretur. l. ſi uehenda. §. idem
iuris.ff.ad leg.Rhodiam de iac. il i.& il ij. lex enim
ibi conſtituit nautam ipſum certam pœnam ſpon-
dentem niſi certa die merces Lugdunum ſeu Anti-
porbium adueheret,non teneri, ſi quatenus humana
conditio patitur,ſit uſus,& non potuit. & l.apud.ff.
de except. doli.§.ſi in arbitrum.ibi,aduerſa ualetu-
do,quem à pœnæ aduerſus eum commiſſæ ſolutione
excuſat.& in l.ij.ff.ſi quis cautionib.§.ſi quis muni-
13 cipalis, & §. ſi quis iudici , & §. ſi non propter,† ubi
conſtitutum eſt , ſuſcepti publici muneris impedi-
mentum, & aduerſæ ualetudinis eum ipſum excuſa-
re,qui adiecta pœna in iudicio ſiſtere cauit. & l.cõ-
tinuus.§.illud.ff.de uerbor.obliga. uerſ.ſed hæc re-
cedunt ab impedimento naturali , & ibi Bart.uerſic.
habemus uidere tertium & quartum, in fi. Cui qui-
dem concluſioni & locum eſſe receptum fuiſſe uide
tur , licèt promiſsio huiuſmodi iuramenti uirtute
ſuffulta ſit.Glo.j.in cap.ex literis, il ij. de ſpunſa.ubi
Io.Andr.Butr.& Abb.in primo notab. & nu.vj.pa-
tris promiſsionem iuramento munitam interpretã-
tur, ac ſi dixiſſet , ſe curaturum quantum in eo erit,
vñ iuſto aliquo ſubſiſtente impedimẽto nõ teneri.&
Glo.c.ex reſcripto, de iureiuran.in verb.inhibeatis,
ibi,alioquin ſi operam darent,quam poſſent, nõ in-
ciderent in periurium.& Gloſ.vltima in c.Gemma,
eo.titu.de ſponſal.ubi Butr. nu.vij. verſ. ſed eſt du-
bium,quid ſi ſic promittentes faciũt quod poſſunt .
& idem Butr.d.c.ex literis eod.tit.de ſponſal.nu.ix.
verſ.& ideò dicunt hîc Docto. & nu. xiiij. atque ex
facto non ſemel à maioribus noſtris reſponſum ex-
tat. Federi.Senen.conſi.cxvij & cxxij.Bar.cxxxvj.&
Abb.xc.in j.nu.j.verſ.uenio ad ſecundum.Aret.cõſ.
cxliij.in j. dub.uer.uenio igitur.ubi concludit,pro-
miſsionem ipſam ab Illuſtriſsimo domino Frãciſco
Sfortia Mediolani Duce, quòd Illuſtriſsimus Do.
Galeatius eius filius uxorem duceret Illuſtriſs. Do.
Dorotheam ſecundo genitam Illuſtriſsimi Mar-
chionis Mantuę,etiam iuramenti uinculo nitentem
internam hâc à iuris ipſius ratione interpretationẽ
recipere, ſi fecerit, quod potuit. quam quidem ſen-
entiam communem Ruin. ipſe teſtatur conſi. lxvij.
nu.i.& ij.in quarto. & Deci.conſi.cccxxx. num.j.&
Reuerendiſsimus Cardinalis Pariſ.conſi.cx.in pri-
mo nu.xxvj.plures adducit & communem ſententiã
atteſtatur. & in Neap.Conſ.deciſum fuiſſe uidetur,
Afflict. deciſi. cclxv. ubi egregiè promiſsionem à
coniuge factam quòd vxor ipſi fratri renuntiaret,
eius diligentia & opera ſubſequuta, adimpletam
cenſeri concluditur. Item cùm pater promiſiſſet ſeſe
curaturum quòd filius conſentiret & conſtaret illũ
ipſum, omnem quem potuit diligẽtiam adhibuiſſe ,
Senatus Regius cenſuit, illum non eſſe uexandum .
Quocirca in propoſito negotio & Apoſtolici nuncij
& plurium Principum teſtimonio conſtet , Illuſtr.
Sanſeuerinatenſem in Curia Cęſaris nullo ſumptui
atque labori peperciſſe omnemùe diligentiam,indu
ſtriam,operam atque conatum adhibuiſſe,ut ab ipſa
Cæſarea maieſtate Illuſtr. Andalotti liberationem
exoraret,& conſequeretur; iam ab huiuſmodi pro-
miſsionis nexu eum abſolutum cenſeri, diiudicandũ
omninò uideretur .

Tertiò eundem Sanſeuerinatenſem illud quoque
non parum iuuare uidetur,quòd conſtat ex ipſius li
14 teris in acta redactis , etiam † ipſius Illuſtr. Anda-
lotti procuratorum confeſsione accedẽte,cuius vir-

tus

ſtus probationum omnium nim snteire creditur .l.
vnica.C.de confeſſ.l.proinde.ff.ad leg.Aqui.& c.fi.
de confeſſ. & dixi diffuſiùs in c.quoniam contrà,de
probat. ſuper verb. Confeſsiones, poſt ueteres om-
nes,& Feli.Lanfran. & Deci.

15 Præterea † & illud prodeſſe uidetur, terminum
ipſum in conuentionibus præfixum, infra quem Il-
luſtris dominus Iosnnea Franciſcus ſeſe in manu
Reuerendiſsimi Cardinalis Caſtilioni, non ſemel
tantùm, ſed ſæpius prorogstum fuiſſe: quocir-
cà pœnæ commiſsio in priori conuentione adie-
ctæ impediri uidetur. l. cũ ſtipulatus ſim mihi Pro-
cule,de uerbor.obligat.ibi, utrum per promiſſorem
mora non fuiſſet quominus opus. & Barto. & inde
Alex.colligunt in ſecundo notab. & Bal. docuit l.ſi
à te,in princ.C.de psct.inter empt. & uendit.uerſic.
ſed ope exceptionia in pœnis. & Docto. l.lecta.ff.ſi
certum peta.uerſi.ſed cùm ſortis,ubi Alex.v.notab.
& Deci.nu.xij. ubi communem ſententiam atteſta-
tur; & probat fideiuſſores liberatos cenſeri, qui fa-
ctum ipſum certo tempore limitatum ſpopõderint,
cuius ſit facta prorogstio,& ibi Cagno.poſt Cur.&
alios nu.xc.uerſ.ſed circa iſtud nota. Cùm enim in
conuentionibus incundis,& aliis diſpoſitionibus hu
manis moderandis, ea ſit ordinis ipſius conditio ac
uirtus, ut poſteriori conſenſu priori derogatum in-
telligatur.l.pacta nouiſsima.C.de pact.ubi Alcia.in
uerb.non prohiberis, poſt ueteres omnes. Quare &
poſterior teſtamenti confectio atque procuratoris
ipſius conſtitutio attendi conſueuit.l.hac conſultiſ-
ſima.§.ſi quis teſtamento.C.de teſtamen.& §.poſte-
riore,inſtit.quibus modis teſtsmen.infirmen. & l.ſi
quia cum procuratorio, ubi Barto. & Caſtr.& uidit
16 Federi.Senen.conſ.x.& Deci.cxxiiij. † Quod potiſ-
ſimùm in præſenti negotio concludendum exiſtima
ri debet, quippè quòd humanius ſit, ut pœna non cõ
mittatur,& termini prorogatione fideiuſſores libera-
tos intelligi.l.ſi de interpretstione.l. ſi præſes,eod.
titu.c. in pœnis, de reg.iur.in vj. quod & à msiori-
bus noſtris non rarò reſponſum fuiſſe uidetur.Bald.
conſi.cccxxvij.in tij. Ad euidentism.nu.ij. in fi.ibi,
quoties prorogatio eſt eiuſdem formæ & nsturæ.&
Alex.conſi cxxj.in v.nu.iiij.verſi.uel ſi non intelli-
geretur facta prorogatio.& cõſi.xxxiiij.in ij.& lxij.
nume.vj. in ſexto. ubi concludit, termini proroga-
tione fideiuſſorem ipſum liberari,ſi obligatio in diẽ
collata fuerat.

Quartò, ſi propoſiti negotij internam quis ra-
tionem perpendat,idem omninò cõſtituendum exi-
ſtimare uidebitur; quippè quòd Illuſtris ipſe Do.
Sanſeuerinâs, qui Magnifico domino Alexsndro
Chambios ſpoponderat infra octo hebdomadas à
die liberationis illius Illuſtr. Andalotti liberatio-
nem, uel eo tempore lapſo ſeſe captiuum conſtitue-
re, aliàs quindecim mille aureos, præſtitis eo no-
17 mine fideiuſſoribus perſoluturum: † ſanè, ut pœ-
næ commiſsionia effectus inducatur, interpellatio
ipſa neceſſariò præiuiſſe debere uidebatur. l. ſi pœ-
nam.ff.quando dies lega.ced. ibi, cum interpellatus
fundum non dediſſet. Accur.in uerbo interpellatus.
& Din.Oldra. Iacob.Rau.Petr.& Alber.q.j.verſ.tu
dic quòd interpellatio eſt neceſſaria, poſt Gloſ.in l,
& ſi poſt tres.ff.ſi quis caution.in verb. exceptione,
in fine. quamuis Accurſ. ipſe quandoque uariauerit
in d.l.ita ſtipulatus,in Glo.j.& in verſ.Sabinus,quẽ
ibi notat Bart.& concludit,quòd ad præſentis inda-
gationis terminos attinet, interpellationẽ ipſam ne-
ceſſariam cenſeri.q.vj.uerſ.ſed quicquid dicatur,ve-
ritas eſt,ubi Alexan.nume.xij.verſ.ſecundò noto ex
ea Gloſſ. poſt Cums.Ange.Imol. atque Caſtren. &
Bal.adſtipulatur.d.l.& ſi poſt tres,in Glo.vltima, &
Iaſ.d.l.ita ſtipulatus,in Glo.j.nume.ix.uerſi. in ead.
Glo. quod intellige. Quapropter, cùm Illuſtr. ipſe
Sanſeuerinàs, Illuſt. Andalotti nomine nullo pacto
interpellatus fuerit ut ad ipſum quod ſpoponderat,
exequeretur,iam conſequens eſſe uidetur, illũ ipſum
in mora conſtitum non fuiſſe: & idcircò pœnam
quindecim mille aureorum aduerſus eum uel fide-
iuſſores eo nomine receptos commiſſam non intel-
ligi.l.fideiuſſor obligari.§.fi.ff.de fideiuſſo.l.ſi duo.
§.ait prætor,verſ.hæc autem uerba.ff.de conſt.pecu.
vbi Barto.& concluſionem huiuſmodi in propoſito
caſu accomodari poſſe, ex pluribua ſanè maiorum
noſtrorum reſponſia ſuaderi uidetur. Oldrad.conſi.
18 ccxlij.num.iiij.† ibl concludit,tunc quidem per ali-
quem ſtare cenſeri quominùs aliquid fiat,quãdo mo
nitus atq; legitimè requiſitus obduruit. & Dec.plu-
res adducit conſi.ij.nume.iij. uerſ. ſed tamen his nõ
obſtantibus,& Gozadi.conſi.xxv.nu.xxxviij. & Re-
uerendiſsimus Pariſ.conſi.cx.nu.xxv.& xxvi.in pri-
mo,ubi concludit,tunc quidem pœnam exigi poſſe,
cùm mora ipſa præceſsit: cuius quidem culpam ſeu
ſubiectum interpellationis ipſius præambulum de-
tegere uideatur.

Quintò,quod fortius eſt,non ſolùm Illuſtr. Ssn-
ſeuerinatenſis ab hac ipſa petitione abſoluendum eſ
ſe uidetur, quippè qui moram ipſam non commiſe-
rit,& idcircò aduerſus eum nulla pœna commiſſa
cenſeatur; quinimmo diiudicandum uideri poteſt,
Illuſtr. ipſum Andalottum in mora fuiſſe, conuen-
tionem ipſam inter eos reciprocè initam exequen-
19 di. † conſtat etenim in contractibus ipſis quicquid
paciſcẽtibus placuerit, ad vnguem exequendum eſ-
ſe.l.j.ff.de pact.l.i.§.ſi conueniat.ff. depoſi.l.legem.
C.de pact. ubi Alex. & Riminal. uerſ. item nota in
tex.ibi,ſeruari oportet.& plura Dec.in ſecundo no-
tab.nu.iiii.& Curt.& alii recentiores. Cæterùm,cũ
Illuſtr.ipſe Andalottus priusquàm D. Sanſeuerinàa
ipſe ſeſe captiuum in Gallia conſtitueret ſecundum
formam conuentionis, filium illius pro obſide datũ
in Excellentiſsimi Ferrariæ Ducis manibus conſti-
tuere debuerat,ut ex uerbis illis conuentionis ſeu le-
gis præcipuæ atque reciprocæ ſponſioni inter ipſas
partes initæ, his quidem uerbis adiectæ.

Con queſto che inanzi la conſtitutione il figliuol
ſudetto ſi ponghi in Ferrara,ò in luogo del dominio
dj quello Eccellentiſsimo Duca per ſicurezza, acciò
che conſtituito che ſia il Signor Sanſeuerino ſia li-
berato il ſuo oſtagio, & annullato la ſegurtà, & lui
ſgrauato dal obligo della fede & honor ſuo.

Ex qua quidem lege contractui adiecta, ſatis cõ-
cludi poſſe uidetur, ipſius Illuſtr. Andalotti procu-
ratorem hanc ipſam conuentionem exequi debere:
et idcircò domini Sanſeuerinatis filium obſidẽ da-
tum

tam in manibus Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Fer-
rariæ Ducis conſtituere. verba enim illa, inanzi la
conſtitutione, indicare uidentur, filij obſidis repoſi-
tionis actum omninò parentia ipſius conſtitutionẽ
in captiuitate præire debere. l. qui ante Kalendas. ff.
de uerbor. obliga. & l. quicquid. cod. titu. & Bart. do-
cuit. l. ij. §. creditum. ff. ſi cert. peta. uerſic. reſpondeo
quandoque iſtæ dictiones. & l. ſi ante nuptias. ff. ſo-
luto matrimo. & l. in inſulam. §. fructus. eodem titu.
Quare, cùm ex ipſius conuentionis uerbis interpre-
tatio hæc colligi poſſe uideatur, illã ipſam non tue-
ri nefas exiſti mari debet. l. iij. §. hæc uerba. ff. de
negoc. geſt. & l. iiij. §. toties. ff. de damno infect. & l.
20 non aliter. ff. de lega. iij. † Qualis enim contrahen-
tium uoluntas fuerit, & quomodocunque diſponẽ-
tium ex uerbis ipſis deprehendi conſueuit. cap. Mar-
chion. j. q. j. & l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. & vidit Gof-
fred. in ſumma de priuileg. uerſ. ſed dici poteſt. & ex
facto quandoque reſponſum fuit. Deci. conſ. cccc-
lxvj. nu. xvj.

Deinde & ſecundò interpretationem huiuſmodi
ſuadet cauſę ipſius ſeu rationis, propter quam lex hęc
21 præcipuè diſpoſitioni adiecta fuit inſpectio, † illinc
enim conuentionis norma deprehendi conſueuit. l.
in conuentionalibus. ff. de uerb. obli. l. obligationũ
ſubſtantia. ff. de actio. & obligation. ad diſpoſitionis
enim finem referuntur omnia, & propter eundem
conſtituitur. c. cùm aliquibus, de ſent. & re iudica. l.
& ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de aur. & argen. leg.
ſanè parentia ipſius uotum & naturale deſiderium
cõuentionis huiuſmodi in cauſa fuit, nempè ut eius
ipſius animus etiam in propria captiuitate ex filij ip-
ſius liberatione tutior redderetur. c. adferte, de præ-
ſumption. l. fi. C. de curatore furioſi. l. iſti quidem in
fi. ff. quod metus cauſa. Cui quidem rationi ſanè lo-
cus eſſe non uideretur, niſi repoſitionis actum, parẽ-
tis ipſius cuſtodiam & captiuitatem præire debere
fateremur. c. cum ceſſante. de appellat. c. et ſi Chri-
ſtus, de iureiur. l. libertas. ff. de capi. dimi. ubi Bar.

Tertiò, eandem in hac conuentione faciendam
eſſe interpretationem, ſuadet verbum illud in ea po-
22 ſitum, Per ſicurezza. † Cuius profectò abiectio ſu-
perflua cenſeretur, ſi ab hac ipſa interpretatione re-
cederemus: quòd in qualibet legitima diſpoſitio-
ne prorſus abſurdum exiſtimari ſolet. l. quoties. ff.
qui ſatiſda. cog. l. ſi quando. ff. de legat. j. c. ſi Papa, de
priuil. in vj. Ange. l. ædem. C. loca. Deci. cap. paſto-
ralis, de appell. nũ. i. & paſsim reſponſum extat. De-
ci. conſi. cccciiii. nu. vi. & Io. de Amicis conſi. xii. nu.
xxvii. & conſi. cxiiii. nu. iii.

Quartò idem ex uerbis illis in conuentione adie-
23 ctis, Con queſto che, inferri poſſe uidetur, † con-
ditionem enim uerba illa importare intelliguntur. l.
qui promiſit, de condi. indeb. l. quocunque. ff. de uer
bor. oblig. ibi, cùm ueneris, & ſi ueneris nihil inter-
eſt. & l. huiuſmodi, eod. tit. ibi, cùm debitor eſſe de-
ſierit. Quare, cùm Illuſtr. ipſe Andalottus ei iniun-
ctam conditionem non adimpleuerit, exiſtimandũ
uidetur, nullum ei aduerſus Illuſtr. Sanſeuerinaten-
ſem ueluti in mora conſtitutum agendi ius compe-
tere poſſe. l. Iulianus. §. auferri. ff. de actio. empt. ibi,
uenditor quaſi pignus rem quam uendidit, retinere
poteſt. vbi Alberic. Barto. Salice. & Caſtren. aduer-
24 tunt † in reciprocis conuenientibus alterum non
poſſe conqueri, niſi ad vnguem is ex parte ſua
adimpleuerit. & l. item quæro. §. inter. ff. loc. ubi Bat.
& Caſtren. & Bar. l. i. ff. de condit. & demon. & l. Iu-
lianus, in prima oppoſitione. ff. de condi. indeb. do-
cuit dictionem illam, con queſto che, conditionem
importare, quando ordinem infert. Quocircà quod
ad ipſum D. Sanſeuerinatenſem attinet, dies, quo ſe
ipſum conſtituere debebat, ceſsiſſe non uidetur. l.
cedere diem, de uerbor. ſign. Quippè quòd ſecundũ
formam promiſsionis ipſius, filius ipſe priua non
fuerit in manu Excellentiſsimi Ferrarię Ducis. Quo
circà ab huiuſmodi petitione Illuſtr. Andalotti pro-
curatores prorſus repellendos eſſe conſtituendum
uideretur, ut ex pluribus ueterum reſponſis in non
abſimilibus terminis colligi poſſe unuſquiſque ſa-
nus exiſtimare poteſt. Alex. conſ. cii. nu. iiii. & cxix.
in primo, ibi concludit, illum ipſum cui olei facta
fueràt promiſsio in ciuitate Foroliuienſi certa die
præſtandi, Con queſto che, ille idem quaſdam pe-
tias panni in ciuitate Firmi pręſtaret, non poſſe co-
gi, ut oleum ipſum dimetiendo uel appendendo pręſ-
ſter, niſi prius in ciuitate Firmana panni exhibitio-
nem factam fuiſſe probetur. Idque etiam ſi uerba at-
tentata eorum ui modum ipſum tantùm inferrent,
dummodò ex ueriſimili contrahentium mente ali-
quis actus præire deberet. & Deci. conſ. cccexxi. nu.
25 vi. & Reuerendiſsimus Pariſ. conſi. xix. lib. vl. † Quæ
concluſio expedita ratione nititur, quòd maximè iu
ſtum ſit, illum ipſum qui agit, propoſita conditio-
nis ipſius defectus exceptione repelli. l. viro atque
uxore. ff. ſolut. matri. l. ſi ambo. ff. de compenſ. l. cùm
proponas. C. de tranſaction. & c. ui. de iureiur. Qua-
re, cùm Illuſtr. ipſe Andalottus eo nomine Illuſtrem
Sanſeuerinatenſem damnandum petat, quòd iuxta
formam promiſsionis ſe ipſum non conſtituerit, &
idem eodem morbo laboret, prorſus reiiciendus eſ-
ſe uidetur.

Sextò ceſſantibus etiam ſupraſcriptis rationibus,
quæ tamen vigent, adhuc Illuſtrem Sanſeuerinatẽ-
ſem legitima exceptione ab hac ipſa petitione de-
fendi poſſe uidetur. Nempè ex noua quadam ſuſpi-
tionis & iuſti timoris ſuperueniente cauſa. quippè
quòd, ut in proceſſu deductum atque probatum con-
ſtat, ſeu Coricęus ſuboſcultans intellexerit, Illuſtr.
ipſum Andalottum literis eius in hac materia ſcri-
ptis, Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimum Cardinalẽ
de Caſtilione eius ipſius fratrem monuiſſe, nullum
locum ipſi Do. Sanſeuerinati cuſtodiendo aptio-
rem fore eo, qui in capite laconiæ diui Antonii in
Pariſienſi ciuitate extat, vulgòque locum ipſum Ba-
ſtitam appellari compertum eſt, ubi non cuſtodiæ
cauſa, ſed pœnæ capitalium criminum rei in ſitu &
26 ſquallore tabeſcere ſolent. † Idq; aduerſus iuris ip-
ſius regulas miſeram carceris manſionem ob cuſto
diam, non pœnam excogitantis. l. aut damnum. §. ſo
lent. ff. de pœnis, & l. i. in fi. ff. de aleatorib. & Innoc.
docuit in c. qualiter, de accuſationib. & plures alii
adducti ab Ang. Areti. in tract. malefic. in uerb. quòd
fama publica, nu. lxxx. & lxxxv. & uidit Fulgo. conſ.
27 a. iiij. † Conſequens eſt ex hac interna iuris diſpoſi-
tione

tione D.Sanſeuerinatenſem ipſum ex hac noua cau-
ſa ſuperueniente ab ipſa conuentione recedere poſ-
ſe.d.l.quæro.§.inter.ff.locati.& l.de ætate.§.ex cau-
ſa.ff.de interrog.actionib.& l.ſi hominem.ff.mand.
ubi Bar.Conſtat etenim hanc tacitam à lege in qua-
libet diſpoſitione ſubintelligi conditionem,niſi no-
uum quid euenerit, vnde quis iuſtè à placitis rece-
dere poſsit, tametſi iuramentum pactionem huiuſ-
modi fulciat.c.peruenit.de iureiur.& c.quemadmo
28 dum, eod. titu. ubi omnes aduertunt. † Quocircà
promiſsio de non offendendo ſub hac cõditione in-
telligi ſolet, niſi is qui ſpopondit, prouocatus fue-
rit.d.l.cùm proponas,ubi Bart.& idem l.j.ff.ſi qua-
drup.paupe.feciſ.dic. & l. uerum.ff.de furt. & l.qui
Romæ.§.duo fratres.ff.de verbor.obligat. & l.ſemel
mora.ff.ſolu.matr.& paſsim à maioribus noſtris re-
ſponſum extat.Bald.conſ.cxcv.in ij. Ponta.clxxxiij.
Cuma.cxlv. Caſtren.lxxiiij. Quia fruſtra.Corn.lj.in
j.& xlj.in ij.& cxlviij.in iiij.Alex.xix.lib.j. & cxv. in
iiij.& xcvj.in vj.& Reuerendiſsimus Pari.plures ad-
ducit conſi.x.in j.nu.lxxxix.& poſt cum Grat.xliiij.
in ij.nu.xxj.& Crauet.cclxiiij.nu.vj.in ij.Cùm ergo
& à priuatis diſpoſitionibus necnon & à publicis,id
eſt,principis ipſius ex noua cauſa recedendi facultas
ſubſit. Bart.d.l.ſi hominem.ff.mand. cum aliis ſupe-
rius adductis in priuatis negotiis locum habẽtibus.
Inno.Abb.Feli.& Dec.c.j.nu.xxv. in ij.lect.de con-
ſtitu.& Abb.c.dilecti,il ij.de appella. nu.ix.& Alex.
rubr.ff.de officio eius, nu.iiij. cum ſingulari tamen
29 limitatione,†ubi concludunt,ex cã à principe dele-
gante non conſiderata ordinarium ipſum delegato
iudici inhibere poſſe. Quare cùm hæc ipſa iuſti ti-
moris legitima cauſa ſubſit, concludendum uidetur,
Illuſtrem ipſum Sanſeuerinatenſem à conuentione
eiusùe executione recedere potuiſſe.

30 Vltimò † & hac quoque ratione Illuſtr.Andalot-
ti petitio ueluti inepta repellenda uidetur,cùm in ea
quidem cõcludat procurator fideiuſſores ipſos à D.
Sanſeuerinate datos ad petitæ ſummæ cõdemnatio-
nem ipſi procuratori faciendam: cùm tamen in ſpe-
cie ſibi mandatum non uideatur, ut exigere poſsit;
quare ei non rectè ſalua ratione iuris interna con-
cludi poſſe uidetur.l.uero procuratori.ff.de ſolutio.
l.qui hominem.§.ſi nullo,eod.tit. ubi colligunt Al-
beri.Bar. Imol.& Alex.& l.hoc iure, eo.tit.ubi Bar.
& docuit Soci.conſi.cxxxj.& clx.In cauſa.Quare,cũ
magnificus D. Cananus à domino Alexandro Cam-
bios principali procuratore ſubſtitutus nihil in ſpe
cie, quid ad huius pecuniæ ſolutionem recipiendam
31 docuerit,† conſequens eſt,mandatum hoc præſumi
non poſſe:& idcirco illum repellendum uideri.Bal.
l.ij.C.ſi ex falſo inſtru. & l.ſciendum.ff. de verbor.
obliga.ubi Alex.nu.xx.& Iaſ.xix. plures adducunt;
& non rarò reſponſum extat.Bald.conſi.ccclxxxiij.
nu.v.in v.Alex.conſi.j. in iiij. nu.xix. Deci.ccxv.In
cauſa,nu.ij.

Et ſi quis diceret,petionem ipſam dummodò ra-
tione nitatur attendendum eſſe. c.iudicantem. xxx.
32 q.v.c.j.de ſenten.& re iudic.in vj. † Reſpondeò,cũ
actus iudiciorum atq; effectus in executione conſi-
ſtant.l.j.ff.de re iudi.l. à diuo Pio.§. in executione,
eod. tit. ueluti in fine præordinatis ad illum longè
nobiliori.c.cũ aliquibus,de ſentẽ.& re iud.ubi Glo.
& Abb.& l.et ſi.§.perueniamus.ff.de aur.& argento
lega. & iam oſtẽſum ſit iuris ipſius rationem diſſua-
dere uideri D.Canano procuratori ſubſtituto ſolu-
tionem legitimè fieri,concludendum uidetur peti-
tionem huiuſmodi reiiciẽdam uideri, ne aliàs actus
inutilis toleraretur: quod à Canonis & legis ipſius ra-
tione prorſus diſsidet.d.l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.
d.c.ſi Papa,de priuil.in vj.& l.iiij.§.condemnatum.
ff.de re iud.& docuit Ange.d.l.ædem.C.locat.

Et ex his Illuſt.Sanſeuerinatis exceptiones in ſpe
cie & apparenter legitimę uideri poſſunt,ut non ui-
deatur condemnandus in quindecim millium aureo
rum ſummam tanquàm non fuerit in mora id ipſum
quod ſpopondit adimplendi.Et idcircò ab eo pręſti
tos eo nomine fideiuſſores uexandos non eſſe, cùm
nulla aduerſus eos pœna commiſſa uideri poſsit.

Quibus tamẽ non obſtantibus ſecundum ea, quę
proponuntur,more Scæuolæ Iuriſconſul.oppoſitum
maturius conſiderando, uerius eſſe cenſendum exi-
ſtimo,ꝙ immo Illuſtr. D.Sãſeuerinãs quis, id quod
promiſit ipſi Illuſtr.Andalotto infra tempus in ipſa
conuentione præfixum non adimpleuit: idcircò
quindecim mille aureorum ſummam ab eo promiſ-
ſam caſu, quo infra tempus huiuſmodi ſe ipſum in
Gallia captiuum non conſtitueret,peti ab eo & exi-
gi poſſe,ueluti id nomine pœnæ promiſſum ſit, niſi
præfixa die ſemetipſum non conſtitueret. Qui qui-
dem caſus cùm euenerit,pœnam ipſum aduerſus eſſe
commiſſam eſſe ambigi non debet. Quæ quidem
concluſio pluribus rationibus, iuribus, & aucto-
ritatibus probari poſſe uidetur. Et primò, con-
ſtat etenim pręcipuam hanc inter hos duos dominos
legitimo procuratorum ipſorum ad id conſtituto-
rum præeunte tractatu reciprocam & mutuam cõ-
uentionem initam fuiſſe ſolenni ſtipulatione muni-
tam his uerbis. Primò detto Signor Giouan Fran-
ceſco promette fare & farà cõ effetto mettere in pie-
na & intiera libertà della perſona ſua detto Signor
Andalotto & condurlo in Ferrara ſenza pagare ta-
glia ne eſſer granato nel condurlo da Milano à Fer-
rara, ſe non quanto etc. Et paulò inferius inter ca
pitula conuentionum ſubiicitur, altera pars mutuæ
conuentionis his quidem uerbis. Et acciò che'l
Signor Sanſeuerino habbia commodità di procura-
re la libertà del Signor Andalotto, eſſo Magnifico
Meſſer Aleſſandro Chambios procurator promette
di fare che il Signor Sanſeuerino ſia liberato dalla
prigione di Parma, oue al preſente ſi troua per il
detto tempo di otto ſettimane.

Cæterùm,cùm ex parte Illuſtr.D.Andalotti pro-
miſsio ipſa adimpleta fuerit, & prorſus exequuta,ut
33 omnibus conſtat, † & ueluti ſenſui expoſitum nulla
probatione indiget.c.tua.c.neſtra.c.ſi.de coha.cler.
& mulie.ubi Butr.& Abb.& c.euidentis. de accuſat.
ubi Docto.& in Specu. diffuſiùs tractatum extat,
titu.de notoriis crimi. & in c.fraternitatis, de frigi.
& malefic.& docuit Bar.l.j.ff.de noui oper.nunc.q.
j. Illuſtr. autem Sanſeuerinàs liberationem ipſam à
Carolo quinto Cæſare ſemper Auguſto nunquàm
obtinuerit & conſequutus fuerit,quam tamen ſolẽ-
ni & iuſiurandi uirtute ſuffulta ſtipulatione ſpopõ-
derat

derat huiuſmodi legitima conceptione ſeſe facturũ
& cum effectu curaturum, ut Illuſtr. D. Andalotius
34 plenam conſequeretur libertatem. † ſanè cõſtat aliis
ipſis conuentionibus non adiectis ſecundum iuris
ipſius ordinariam diſpoſitionem ipſum D. Sanſeue-
rinatenſem ad id, quod ipſius D. Andalotti interſit li
beratum fuiſſe, damnandum cenſeri. l. qui autem. §. ſi
quis conſtituerit. ff. de conſtit. pecu. ibi, cum qui cõ-
ſtituit in id quod intereſt teneri puto. & Accurſ. ibi,
in verb. teneri. & Bar. verſ. ſecundò pono. & Salic. &
Caſtren. aduertunt. & l. ſtipulationes non diuidun-
tur. ff. de verbo. oblig. verſ. Celſus, vbi ueteres, Alex.
35 Iaſ. Claud. & Alcia. † Neque enim dubium eſt, quin
his, qui ſe facturum & curaturum promiſit, factum
proprium ſpopondiſſe cenſeatur. quod Barto. docuit
d. l. qui autem. §. ſi quis conſtituerit, verſ. nota, & in
§. ſi quis alium, inſtitu. de inutil. ſtipula. ubi Ange. in
princi. & verſ. alias extra eos caſus. & l. ſtipulatus es,
& l. ſicut reus. ff. de fideiuſſo. & l. inter ſtipulantem,
in princi. ff. de verbor. obligationi. ubi Rom. Ange.
Imol. Alexand. & Claud. docuerunt, & Ripa plures
adducit. l. iiij. §. Cato. eod. titu. num. lvij. Sanè conſe-
quens eſt, cùm is liberationem huiuſmodi non pro-
curauerit, ea iuris ipſius diſpoſitione illum ipſum ad
intereſſe condemnari potuiſſe. d. l. ſtipulationes. ver.
Celſus. & ibi Accurſ. in ver. dari oportere, ubi etiam
Bar. Bal. q. v. & vj. Alex. & Iaſ. nu. xxxij. plures addu-
cit, & l. ſi quis ab alio, in fin. de reg. iur. & in elegan-
ti caſu Rui. ex facto conſultus egregiè declarat cõſi.
cxxxij. volu. j. At cùm ſpecialis horum dominorum
contrahentium promiſſio & ſingularis diſpoſitio ſub-
ſit, conſequens eſt illi ipſi ſeu fortiori generalem iu-
ris conſtitutionem cedere debere. l. ſtipul. commo-
diſsimum. ff. de verbor. obliga. l. ſanctio legum. ff. de
pœnis, cap. ſtuduiſti, de officio lega. & l. fi. C. de pact.
conuen. & l. in toto, de reg. iur. ubi Deci. & Cagnol.
plura congerunt. Qua ratione, cùm D. Sanſeuerinàs
ipſe in caſu non obtentæ liberationis ab ipſa Cæſa-
rea Maieſtate iis uerbis ſeſe captiuum in Gallia con-
ſtituere ſpoponderit: Dando però eſſo Signor San-
ſeuerino la fede & obligando l'honor ſuo, non po-
tendo ottenere detta liberatione nel ſudetto tempo
d'andarſi à porre in prigione tra uenti giorni paſſa-
to detto tempo d'otto ſettimane nel luoco di Caſti-
glione in Franza nelle mani del Reuerẽdiſsimo Car-
dinal de Caſtiglione. Sanè, cùm ſeſe ac eius fidem
etiam iuratus adſtrinxerit, factum hoc conſtitutio-
nis omninò exequi debebat. c. i. de pact. c. quanto, c.
et ſi Chriſtus, c. cùm contingat, de iureiur. alioquin
in contractu paulò inferiùs ſubiicitur. Ma in ca-
ſo che egli mancaſſe conſtituirſi, ſi contenta & vuole
che'l ſudetto ſignor procurator Chambios faccia
del figliuol ſudetto come di ſuo prigione, & lo con-
duca come li piaccia. Et oltra ciò eſſo Signor San-
ſeuerino gli darà ſicurtà nella città di Ferrara buona
& ſufficiente per la ſumma di quindeci mila ſcudi, li
quali ſi obligaranno di pagare paſſato il detto tem-
po di otto ſettimane & vinti giorni.

Quod quidem cùm factum ſit, & fideiuſſores ip-
ſos idoneos præſtiterit, qui ſummam huiuſmodi eo
deficiente ſecundum formam conuentionis ſeſe legi
timis documentis perſoluturos ſpoponderint, ut in
proceſſu conſtat, ipſe autem Sanſeuerinàs infra ter-
minum præfixum, immo ab eius ipſius lapſu pluri-
36 bus iam menſibus lapſis ſeſe non conſtituerit; † ne-
mini quidem ambigendum uidetur, quin uenerit &
ceſſerit dies pœnæ iam commiſſæ ſecundũ iuris for-
mam exigendæ ſingularis conuentionis inſpecta vir
tute. l. ſi is qui. §. cũ ita. ff. de reb. dubi. ibi, quod q̃uis
altero facto uerum ſit. & l. ſi inſulam, ff. de verb. obl.
ubi Alexan. in ſecundo nota. lex enim diffinit, cum
quid ut fiat ſtipulamur, rectè concipi, ſi ita factum
non erit. l. cùm quid ut fiat. ff. de verbor. obligat. ubi
omnes aduertunt. cùm ergo D. Sanſeuerinàs ipſe uel
ipſius D. Andalotti liberationem ſpopõderit, uel in-
fra viginti dies ab octo hebdomadarum lapſu ſeſe in
Gallia cuſtodiendum conſtituere, neutrumue præ-
ſtiterit, nemo ſanus ambigere poteſt, quin pœna eo
nomine facto huic adiecta cõmiſſa cenſeatur, l. ſi ita
ſtipulatus eſſem abs te. ff. de uerb. obl. ubi Din. Alb.
Bar. Imo. & Alex. aduertunt, termini ipſius alicui fa-
cto conſummando adiecti lapſu pœnam ipſam cõ-
mitti. Hinc lex ipſa Papiniani diffinit in promiſ-
ſionibus factorum, putà ſiſtendi, conſtruendi, con-
ſtituendi, facto ipſo promiſſo intra tempus præfixũ
non exequuto pœnam commiſſam cenſeri. l. ita ſti-
pulatus, de uerbo. oblig. ibi Albe. poſt Din. & Oldr.
q. vj. uerſ. primo caſu aut ſtipulatio. & Bar. q. vj. uer.
aut non fuit collata, & ibi Imo. Alexan. Claud. & re-
cẽtiores diſcutiunt: & ex facto maiores noſtri ſępius
37 in terminis cõcluſionis huius reſponderunt, † nem-
pè cùm quis factum ipſum promittit, eo non adim-
pleto pœnam ipſam eo nomine promiſſam à præfixi
termini lapſu quàm primùm commiſſam cenſeri,
Alexan. conſi. xxxij. nu. vij. & conſi. cxlviii. nume. v,
uerſ. ſed his clauſulis, volum. vii. & Reuerendiſsimus
Pariſ. conſi. xxi. nu. xliii. lib. iiii. & quandoque deci-
ſum fuit, Guido Papæ deciſi. clxxi. & clxxii. non ſo-
luta penſione commiſſum peti poſſe. & Affli. deciſi.
cccxcvii. nu. vii. & viii. iudicatum fuiſſe atteſtatur, cũ
qui ſoluere promiſit, aut domum pro annuo cenſu
ſubmittere, ſi non ſoluit, documentum ſubmiſsio-
nis facere compelli.

Quocircà cùm in præſenti negotio Sanſeuerinàs
ipſe D. Andalotti liberationẽ effectu non procurauе-
rit, neque ſeſe cuſtodiæ paratum in Gallia conſtitue
rit, conſequens eſt prædictæ ſummæ ſolutionem il-
lum detractare non poſſe.

Secundò concluſionem huiuſmodi maximè clarã
reddit termini ipſius ſeu diei præfixio, infra quem
ſecundum conuentionis ipſius formam D. Sanſeue-
rinàs ipſe captiuum in Gallia ſeſe conſtituere debe
bat, ut ex huiuſmodi uerbis luce clarius colligitur:
Dando però il detto Signor Sanſeuerino la fede, &
obligando l'honor ſuo che non potendo ottener det
ta liberatione nel ſudetto tempo, di andarſi à porre
prigione fra uenti giorni paſſato detto tempo di ot-
38 to ſettimane. † Sanè, cùm octo hebdomadarum ter-
minus ipſi liberationi obtinendæ partium conuen-
tione p̃fixus iam lapſus fuerit, rurſus & uiginti die-
cum ipſi conſtitutioni datus dies iam multò ante
euenerit, neutrumue Sanſeuerinàs ipſe præſtite-
rit, conſequens eſt, illum abſque ulla interpellatio-
ne conſtitutum fuiſſe. l. ante diem. ff. de verbor. obli.
l. traiectitiæ.

l.traiecticiæ.ff.de acti.& oblig.ibi,conſultus reſpō-
di,eius quoque temporis, quo interpellatus non eſ-
ſet,pœnam peti poſſe.ubi Bar.poſt Din.& Alb.ad-
uertunt,tunc quidem nullam requiri interpellatio-
nem,cùm à cōtrahentibus ipſis obligationi dies ad-
iecta ſit,& uidetur caſus in l. vinū.verſ.Sabinus. ff.ſi
cert.peta.& ibi Deci.nu.ix.poſt ueteres.& Cagnol.
nu.xxij.& xlij.& Cin.Rayn.Iac.Butr.Bar.Bal.in l.&
ſi poſt.ff.de arbitris.Bar.Ange.Richar.Raphaël,Ca-
ſtrenſ.Sali.& Alcia. l.ſi pacto quo. C.de pact.& ad-
uertunt omnes in d.l.ita ſtipulatus,de verbo obliga.
ubi Alex.poſt Rom.& Imol.j.& vj.q.& idem Alex.
& Iaſ.l.ſi inſulam.ff.eodem,& in l.quoties in diem,
eod.titu.in primo notab. colligit termini lapſum in
ſtipulatione adiecti interpellationis uim obtinere,
ut quem in mora conſtituat.Alex.in l.ſi ex legati, in
Glo.in verb.deberes,& Iaſ.nu.xij.ff.eod.interpella-
tionem huiuſmodi ex diei præfixi lapſu proficiſcen-
tem efficacius quem in mora conſtituere, quàm ip-
ſius hominis faciat interpellatio. quod & Iuſtiniani
ſanctio clarè oſtendit.l.optimam.C.de cōtrah. ſtip.
ubi Glo. in ver.admonuit.Din.Iac.ab Arena,& Al-
be. in compendio, & verſ. aut ergo dies apponitur
39 ab homine uel à lege.† & Bar. tunc ipſius moræ pur
gationem non admitti docuit, & Alex.in additioni
bus plures adducit.& Bal.n.iiij.& v.diei adiectione
in obligatione facta moram impurgabilem aſſerit,
& ibi Fulgoſ.nu.ij. concluſionis huius hanc eſſe ra-
tionem ſubiicit, quia proprij facti ignorantia non
ſit probabilis,& diffuſius nu.v.& Sali.ibidem in cō-
pend.nu.ij.verſ.quæro,& ibi Ange.nu.ij.& ver. no-
ta quem teneri. quod & ſæpius pertractatum extat
atque ex facto reſponſum, necnon & deciſum,Mar-
cus Anto.Bauer.in ſecunda par.tracta.de mora,nu.j.
verſ.nota quòd dies interpellat. & Bal.conſ.cccclx-
ix.in j.verſi.modò ſupereſt.& Corn.conſi.xxvj.lite-
ra F. in j.conſi.xxv.litera P. lib.ij.& conſi.lxxvij.li-
tera A. in iii.& conſi.cxcvj.in princip.in quarto, &
Alexan.conſi.clviij.nume.iiij.& clxxij.nu.ij.in ij. &
conſi.xlj.num.ij.in iiij.& conſi.lxiiij.num.iij.in v.&
Rui.conſi.xlij.nu.xxvj.& conſi.cxxxij.nu.ij. lib.j.&
conſi.cxxxvj.nu.xi.in v.& Deci.conſ.ccccxxxix.nu.
v.& Reuerendiſſimus Pariſi.conſil.cxxxix.nu.xxix.
in iiii.& Grat.conſ. xciii.nu.lxv.in primo,ibi com-
munem hanc ſententiam atteſtatur.& Crauet.conſ.
ccxvi. nu.xxiii. poſt executionem ab ipſa lege factá
moræ purgationem non admitti cenſuit,& Gui.Pa-
pæ d.deci.clxxi.nu.ii.& ſeq.& Afflic.deci.cliiii. per
totam,& cccxvi.nu.i.& cccacix.nu. xii.

Quæ cùm huiuſmodi ſint,ſatis conſtare uidetur,
D. Sanſeuerinatenſem ipſum lapſis octo hebdoma-
dibus infra viginti dies ſemeripſum conſtituere de-
buiſſe. Quod cùm non fecerit iuris ipſius auctori-
tate in mora conſtitutus cenſetur: & idcirco quin-
decim mille aureorum ſumma ueluti pœnæ ipſius
nomine promiſſa, ab illius fideiuſſoribus ob hác ip-
ſam cauſam datis legitimè peti & exigi poteſt.

Tertiò & concluſionem hanc prorſus indubitabi-
lem reddit iuramenti ipſius inconcuſſa virtus, huic
ipſi ſponſioni accedens, ut ex documenti inſpectio-
ne conſtat, ibi in fine, & prædicta omnia iurauerunt
40 & promiſerūt eſſe uera & perpetua attendere.†Cō-
ſtat etenim iuramētí nexum indiſſolubilem eſſe,niſi
irreparabilis animæ detrimenti ratio aliud ſuadeat.
c.cùm contingat, de iureiur. & c.j.eod.titu.in vj. &
c.quamuis,de pact.eod.lib.ubi colligunt omnes cu-
iuſcunque temporalis damni rationem negligi ob
ipſius æternæ ſalutis finem. c.inter incorporalia, de
transla. Epiſcop.c.nouit,de iudi.c.ſolitæ, de maior.
& obedi.& c.per uenerabilem,qui filij ſint legitimi,
ibi, multò magis in temporalibus. Quod quidem
potiſſimùm in præſenti negotio cenſendum uide-
41 tur, † cùm illud excipi non poſſit,quod huic ipſi iu
ramento aliquis ex tribus fidis comitibus deſit. cap.
animaduertendum,xxij.q.ij. qui quidem ex interna
canonis ratione ab illo euelli nequeunt,iudicium,iu
ſtitia,& ueritas.c.animaduertendum,& c.inter cęte-
ra,xxii.q.iiii.Glo.& Archi.in c.nerui, xiii.diſtin.&
c.et ſi Chriſtus,eod.tit.de iureiur.ubi colligunt om-
nes,& plures deciſiones adducit Deci. conſi. clxxx.
& clxxxi.& cccxlix.nu.vii.& dlj.nu.iii. & Reueren-
diſſimus Pariſ.plures adducit conſi.xx. lib.i.nume.
cvii.& cviii.& conſi.xcvii. xcviii.& xcix. eod. lib.&
D.Maria.iunior conſ.xcviii.in ii.nu.xvi.& deciſum
extat in Conſi. Neapo.deciſi.cccxxii.Ciccua.quę cū
42 ita ſint,concludendum cenſetur,†illico D.Sanſeue
rinatenſem ipſum termini lapſu abſque alia inter-
pellatione conſtitutum fuiſſe,quod pręciſa iuramen
ti ſuadet obligatio.c.breui,de iureiur.ubi Glo.Ioan.
And.Butr.& Abb.nu.v.verſ.aut ſimpliciter iurauit.
& l.quiſquis.C.de tranſact.ubi Alcia.in uer.mox cō
moda,poſt omnes inde colligit ipſius iuramenti vir
tute promiſſæ pœnæ executionem ipſo iure factam
exiſtimari.& Bald.c.querelam, de iureiur. in Glo.i.
& Deci.c.de appella.eo. titu.de appellat.nu.v. & vi.
& Iaſ.l.quod te.ff.ſi certum peta.nu.xxii. & ex facto
à ueteribus noſtris non ſemel reſponſum fuiſſe cō-
ſtat.Alexan.conſi.lxxxv. Non puto, numero primo.
& xcv. Perſpectis,libro primo, & Curt.iunior conſ.
lxiiii.nu.vii.& Gozad.conſi.xxvii.nu.x.in fi. & cōſ.
lvii.nu.xix.& Crauet. conſ.lxiiii.

43 Quamobrem †hiſce omnibus perpēſis,nefas fuiſ-
ſe uidetur,ut ipſi promiſsioni iuſiurandi auctoritate
munitæ D. Sanſeuerinâs ipſe non paruerit; quippè
quòd id nec obliqua uia abſque periurii nota fieri
poſſe uidetur.d.l. ſi quia maior. & d. c. cùm contin-
gat,& c.ſi uerò,de iureiur.ubi Docto. aduertunt, &
c.Abb.ubi Butr.& Pan.uerſi.tertiò,de eo quod me-
tus cau. & Bart.docuit in aucten. ſacramenta pube-
rum. C. ſi aduerſus uend.& l.ſi quis pro eo.ff. de fi-
deiuſſo.viii.membr.principali,& pertractat Bauer.
in d.tract.de iureiurā.viii.par. & plura ueterum re-
ſponſa conſultò omiſſa Reuerendiſſimus ipſe Pari.
adducit conſi. x.nu.ix. libro primo. Ex quibus om-
ninò concludendum uidetur,D.Sanſeuerinatenſem
præciſè ſemetipſum conſtituere obligatum religio-
nis ipſius auctoritate abſque periurii nota detracta-
re nō potuiſſe:et idcircò fideiuſſores eo nomine pręſ-
ſtitos ſummam ipſam,quam petit Cananus procura-
tor ſubſtitutus ipſius D. Andalotti nomine perſol-
uere condemnandos.

Non obſtant ſuperius adducta,vnde D.Sanſeue-
rinatis ipſius procurator amentata tela iacere poſſe
44 uideatur. † et primò metus ipſius carceris, et cuſto-
diæ

diç exceptio, vnde liber animi motus obligationi in-
ducendæ ſufficiens expelli conſueuit.d.l. qui in car-
cerē.ff.de eo quod met.cau.d.l.qui neque. ff. de ver.
ſignif.cum alus ſuperius adductis.quia exceptio hęc
elidi poſſe uidetur. Et primò,quia quod ad ipſum Do
minum Andalottum attinet,conſtat nullam uim ipſi
D.Sanſeuerinati illatam fuiſſe, ſiue D.Andalotti ip-
ſius conſenſum cooperatiuum ſiue auctoritatis ſine
conſilij, ut diſtingui conſueuit in cap.j.de ufficio &
poteſtate iud.deleg.ubi,in Gloſ.in verb. pari pœna.
aduertunt Innocen.Butri.Imol.Abb Felin.Deci.&
Beroius. Quocircà ritè factam promiſsionem exce-
ptio hæc non elidit.d.l.metum. la ij.§.licèt. ff. de eo
quod metus cau.& d.l. qui in carcerem, ubi Accurſ.
Alber.& Bar.in prima oppoſitione declarat. & l.qui
in exceptione.§.ſi.eod.titu. & l.non intereſt.C.eod.
ubi Caſtrenſ.nu.ij.& iij.& adſtipulatur.Alex. in ad-
45 dition.Bart.in d.l.qui in carcerem. †Quæ ſanè con-
cluſio expeditam rationem habet, ne aliàs dominus
ipſe Andalottus abſq; illius culpa plecteretur; quod
iuris rationi repugnat.l.Sancimus. C. de pœnis. l.ſi
quis in ſuo.§.legis autem Iuliæ.C.de inoff.teſta.& c.
quæſiuit,de his qui fiunt à maio.& c.fœlicis,de pœ-
nis,in vj. Quare,cùm dominus ipſe Sanſeuerinàs D.
Andalotti liberationem obtinere ſpoponderit, et ſi
eam non exoraret, infra xx.dies ſemetipſum conſti-
tuere promiſerit, ut ab ipſo carcere liberaretur eius
ipſius opera, qui nullo modo detruſionis illius & cu
ſtodiæ metus particeps fuerat, conſequens eſt, ad-
uerſus eum exceptionem hanc ineptam uideri, ut
egregiè diſtinguit Ruin. conſil.cxiij. nume.vij. verſ.
eſt & tertius caſus.

Secundò cùm in ampliſſima forma D. Sanſeueri-
nàs ipſe necnon ab eo præſtiti fideiuſſores omnia in
conuentionibus in publicum documentum redactis
perpetuò attendere iurauerint, ſanè nullo modo ab
46 huius ipſius obligationis nexu † iuramenti virtute
nitentis euadere poſſunt.d.c.cùm cōtingat.ubi Abb.
& Io.ab Imol.uerſ.niſi omnia & ſingula.et c.debito-
res,eo.tit.& c.ex reſcripto,ubi Panor. & diffusè per-
tractat Bauc.in tract.iuram.nu.xxiiij.verſ.xj. & do-
cuit Alex.cōſi.xxxj.in iiij.vol.& Reuerendiſs.Pariſ.
adſtipulat plures adducēdo d.conſ.x.nu.xcj. in j.lib.

Tertiò hinc quoq; exceptionis huius manifeſta col
ligitur fragilitas,quippè q̀ negotium hoc coram Il-
luſtriſs.& Excell.Ferrarię Duce decidendum ſit,cu-
ius arbitrio ꝓ fulgēti illius iuſtitia & integritate cùm
hanc reiectis exceptionibus ipſis, iuris apices reſpi-
ciētibus,meritis tm̄ illius perpenſis diffiniēdā vtraq;
pars conuenit. Qua ratione uix homo aliquis inueni-
ri poſſe vr̄, qui hoc ipſum maximè impium non exi-
ſtimet, D. Sanſeuerinatenſem D. Andalotti opera à
carceris ipſius cuſtodia liberatum, ſub prætextu tm̄
metus in hoc ipſo iudicio ſubterfugere poſſe quomi
nus ꝓmiſſa ipſa adimpleat.d.l.j.ff.de pact. & c.j. ex-
tra eo.& l.i.ff.de cōſt.pec.& l.ſed ſi.§. cōſuluit.ff.de
47 peti.hęredi. † vnde, cùm ſola facti ueritate inſpecta
quid definiendum ſit, quippè q̀ cauſæ cōditio id exi
gat,clemen.diſpendioſam,de iud.uel q̀ id Princeps
reſcripſerit,clem.ſępe,de ver.ſig.conſtat, exceptio-
nes huiuſmodi ſolere repelli.c.dilecti,de iud.ubi Bu
tri.Imol.Abb.& Deci.aduertunt,& But.c.ii.in prin.
de iur.cal.& Bar.l.i.C.ut quæ deſunt aduoc.& Bal.l.
ſi.C.de iure delib. in princ. quod & ex facto ſæpius
reſponſum extat, Rom.cōſ.xx.Viſo puncto.Alexan.
conſ.vi. Aret.xxvii. In cauſa,& plures adducit Dec.
conſ.dcxcix.nu.xvi.xvii.

Secunda principalis ratio non vrget,q̀ D.Sanſe-
uerinàs ipſe excipiat ſeſe omnem conatum & diligē-
tiam adhibuiſſe,ut D.Andalottus liberaretur; quod
cùm obtinere nequiuerit, à promiſsionis nexu ſe fa-
cturum & curaturum ſolutus uideatur.d.l. ſi vehen-
da.§.idem iuris,il i.& il ii.ff.ad leg.Rhod. de iact. &
d.l.apud Celſum.ff. de except.dol.cum aliis pluri-
bus iuribus atque rationibus ſuperius adductis. q̄bus
48 pluribus modis reſponderi poſſe cenſeo. † et in pri-
mis,huius ipſius adhibitæ diligentiæ exactam requi-
ri probationem.l.ab hac parte.ff.de probation. & l.
matrem.C.eodem,& c.cùm Eccleſia Sutrina,de cau
ſa poſſeſſ.& propriet.quod quidem cùm factum non
fuerit, concludendum exiſtimari debet hanc ipſam
interpretationem aduerſus illum interpretandum
eſſe.c.in præſentia,de probatio.& l.ſi.C.eo.ubi om-
nes aduertunt.
49 Pręterea † & ſecundò,cùm promiſsio illa,q̀ cura-
bit cum effectu Carolum quintum inuictiſsimum
Cæſarem liberaturum eſſe D.Andalottum proprii fa
cti promiſsionem contineat, licèt abſq; tertii facto
conſummationem accipere nō poſsit.d.l. ſtipulatio
iſta,ubi Bar.Alex. & alii. quod quidem omnino in-
terpretandum uidetur, conditio enim illa cum effe-
ctu adiecta fuit, quę aliàs nihil operaretur, aduerſus
iuris ipſius rationem.d.l.ſi quando,de leg.i.& Bald.
sub.C.de contrahen.emp.q.ix.& Aug.d.l.ædem.C.
loca.& Deci.d.c.paſtoralis,de appel.nu.j. Quare in-
terpretari debet conuentio huiuſmodi, ut is,qui fa-
ctum huiuſmodi nō adimpleuit,ipſum intereſſe ſol-
uere debeat,ut ius diſponit,uel pœnam ipſam,ſi cō-
tingat,quemadmodum in pręſenti caſu à partibus ip
ſis appoſitam.d.§.ſi quis alium,& Are.ſubtiliter de-
clarat.d.l.ſi ita ſtipulatus.§.poſtum.ff. de uerb.obli.
50 idque † potiſsimùm iuramenti ipſius virtute perpē-
ſa cuius condimentum actui accedens quoquo me-
liori modo fieri poteſt,illū ipſum ſuſtinet. l.cum pr.
§.ſilius matrem.ff.de leg.ii.Bar.Alex. & Alcia.l.i.§.
ſi quis ita.ff.de uerbo. obli. quod & egregiè necnon
& ſubtiliter Ruin.ipſe ſenſit conſ.lxvii.nu.iii.in iiii.

Rurſus,cùm alterū ſponſionis ipſius caput adim-
pleri potuerit, quemadmodum D.Sanſeuerinàs ipſe
infra xx dies ſeſe captiuum conſtituere ſpoponderat,
neque id quidem fecerit, ſanè conſtat illum nulla
rimula elabi poſſe, quin pœnam ipſam ſoluat. d.l.ſi
is qui.§.cùm ita.ff.de reb.dub.d.l.cùm quid ſtipula-
mur,de verbo.oblig.& d.l.ſi inſulam,& d.l.ſi ita ſti-
pulatus.eo.tit.cum aliis ſuperius adductis.

Tertiò quòd ad præcipuam prorogationis ipſius
exceptionem attinet,quàm ipſius D. Sanſeuerinatis
patroni,plurimi facere uidentur,reſpondeo,ex ucte-
ri pactione nihil quidquàm illius auctoritate immu-
tatum videri,quippè q̀ actus ipſe ad diſſoluendū in-
ductus,non minus miti ueius eſſe dēt eo,qui cōſtru-
ctus fuit. l.ab emptione.ff. de pact.ubi Bal & l prout
quiſq;.ff.de ſolu.& auct.contrà ſi filii.C.de repud.in
fin.& ibi Bar.& c.i.de regu.iur.in antiq. Quocircà,

cùm ſolemnis connentio iuramenti uirtute ſuffulta præceſſerit ſimplici prorogatione ei derogatum nõ cenſetur.l.cum propnneretur.ff.de leg.ij. ubi Glol. & plures adducit Dec.declarando.l.nihil tàm naturale.ff.de regu.iur. quod ſi aliud D.Sanſeuerinâs ipſe conſtituendum ſentit,literisùe prorogationis inhæret ſeu effectum hunc producẽtibus, id quidẽ exactè probet,l.ueteribus.ff.de pact.l.in contrahenda.§.Labeo.ff.de contrah.empt. & d. c.in pñtia,de probat.

52 Secundò † prorogationem ipſam cum ſuis qualitatibua fieri ſolere,& iura teſtãtur,& ubiq; Doct.cõcludunt.l.ſed ſi manente.ff.de preca.uertic.nam nec mutatur cauſa poſſeſsionis.& docuit Barto.in d.l.cũ ſtipulatus ſun uihi Procule,ver.item ſi prorogaui, & in l.j.ff.de noui oper.nunciat.§.& poſt operis, & ibi Alex.& Ial.nu.viij.& Bal.in c.venerabilem,de elect. verſ.pone prælatus.& Feli.plures aducit.c. j.nu.iij. & iiij.de iureiur.& c.præterea,de ſponſal.nu.xxx. & Deci. c.de cauſis,de officio delega.nume.xij.verſ.& communis opinio eſt,& conſil.xciij.Et pro tenui. et Reuerendiſsimus Pariſ.conſi.xliij.nume.ij.libr.primo.Quo circà in propoſito negotio D.ipſum Andalottum terminum iam in ipſa cõuentione præcipua præfixum ipſi D.Sanſeuerinati prorogantem ab hac ipſa iuris diſpoſitione receſsiſſe exiſtimari non debet.l.ſi duo.ff.de acquir.hæred.ubi Cin.Bal.& Caſt. & c.cauſam quæ,de reſcript.ubi Butr.Abb.& Fel. & Bar.Alex.nu.viij.Soc.nu.xxxv.Ripa nu. lxxvij.l hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Senatuſconſult.Treb.concludunt illum ipſum,qui diſponit,à iuris ipſius cenſura receſsiſſe non præſumi.quod potiſsimùm in pręſenti negotio concludendum uidetur,in quo,ſi aliud exiſtimaremus,non modicum detrimentum ipſi D. Andalotto adferretur.l. cùm de indebito. ff. de probatio.l.Campanus.ff.de operis libert.Glo.Barto.& Alex.in l.quæ dotis.ff. ſolut.matrimo.

Tertiò legantur prioris literæ prorogationis, ibi, Mi guardarò di prolongare il termine che dura anchora vinti dua giorni , nõ dimeno quãdo tre ò quatro giorni ſiano d'importanza à fare coſa per laquale uoi poſsiate ottenere la mia libertà,io conſento,al
53 trimente non.† Ex quibus quidem uerbis clarè conſtat,ipſum D.Andalottum terminum iam præfixum prorogantem ad uinculum obligationis ſeſe referre ; vnde prorſus abſurdum ſit,ex quo actu illius nexus excitatur,diſſolutionem proficiſci cenſere. l.aſſe toto.ff.de hæred.inſtit.l.j.§.lex autem.ff.ad leg. Falcid.auct.ſi quis in aliquo.C.de eden.c.fin.de immu. Eccle.l.quod fauore.ff.de legib.l.legata inutiliter.ff. de adimen.leg.

Quæ concluſio clarior inde redditur, ſi clauſulæ illius uirtutem perpendamus, ibi , Altrimente non.
54 † Quæ quidem formam quandam & cõditionem ipſi actui ea lege celebrato imponit.l.muto.§.j.uerſ.non aliter.ff.de tute.& l.nõ aliter.ff.de adop. & l.non aliter.ff.de leg.iij,& l.qui hæredi.§.fi.ff.de cond.& demonſtr. & l.cõtractus.C.de fid.inſt.& declarat Bar. l.fi.C.de uend.re.ciuit.l.xj.& egregiè aduertit Dec. conſi.lxj. nu.ii.verſ.& illa clauſula, & conſi.dxxviii. nume.xj.& Reuerendiſsimus Pariſ.conſi.xxxj.num. xxvij.lib.j.& conſi.xcij.in iij.nu.xviij.

Item in ſecundis literis clarè colligitur,D.Andalotti conſenſum limitatum fuiſſe ad finem tñ liberõnis,ne D.Sanſeuerinâs ipſe conqueri poſſet : quo circà ad alios effectus extendi non debet.l. non oĩs. ff.ſi cer.pet.l.cùm ꝓtor.ff.de iud.c.nonne,de ꝓſump.

Item in aliis literis Do. ipſe Andalottus expreſsè proteſtatur nõ ſecuta illius liberatione, uel promiſsis ab ipſo D.Sanſeuerinate minus executis , vniuerſum illud prorogationum tempus fideiuſſoribus ipſis computandum.Quopropter ex huiuſmodi ꝓrogatione nihil quidq̃ iuris ſibi competẽtis imminutũ fuiſſe cẽſeri debet: cũ illud potius proteſtationis huius ius ſaluum ſeu ſartum ac tectum reddat. c.cũ M. Ferrarienſis.ubi Io.And.Butr.Aegid.Abb. Felin.& Deci.nu.xvj.de conſti.& l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nunc.ubi Bar.Alex.& Iaſ.nu.x.xij & ſeq.& Reuerendiſs.Pariſ.plures deciſiones adducit cõſ.lxx. n.ij.& cõſ.ciiij.nu.x.& cõſ.cix.n.lxj.lib.iij.ex qbus qdẽ cõſtat,exceptionẽ huiuſmodi ſatis fragilẽ eſſe.

Quartò eundem D.Sanſeuerinatenſem modicum iuuat,ut is in mora conſtitutus non dicatur,& idcircò pœnam aduerſus illum commiſſam non fuiſſe,qm̃
55 interpellatus non fuerit.† Rñdeo nãq; diei ipſius ꝓfixionem partium prouiſione adiectã , ſatis eum qui ſpondit ipſo iure interpellare.d.l. añ diem.ff.de ver. obl.& d.l.uiuum.verſ.Sabinus,ſi cert.peta.ubi Dec. nu.ix.& Cagnol.nu.xxviij. & xlij. & d.l.trajecticia. ff de actio. & obligat.cum aliis ſuperius adductis. Et ultra illa reſpondit Guido Pap.conſi.xxxviij. nume. xv.& Rui.cõſ.xlij.nu.xxvj.in primo. & conſ.cxxxii. nu.ii.eod.lib.& conſi.cxxxvi.nume.xi.in v. & Brun. Aſtenſ.conſi.xli.nu.xxvii.

Quintò non urget maximum ab ipſius D. Sanſeuerinatis patronis fundamẽtum illud adduci ex uerbis conuentionum ipſarum , ſeu capitulorum inter hos dominos in legitimam ſponſionem & ſtipulationem deductorum , ibi : Et con queſto che inanzi la conſtitutione il figliuol ſudetto ſi ponghi in Ferrara , ò in luogo di quello Eccellentiſsimo Duca per ſicurezza etc. quod quidem cùm factum non fuerit , iam non ſolùm D.Sanſeuerinâs ipſe in mora ſeſe cõſtituendi conſtitutus non uidetur, ſed potius exceptio hæc ipſi Domino Andalotto obiici poſſe uideri põt : quippè ꝙ actus hic filium obſidem in manu Excellentiſsimi Ferrariæ Ducis ſiſtendi ſecundum uerborum ordinem præcedere uideatur parentis ipſius conſtitutionis actum,aliàs verba illa,per ſicurezza,cluſoria uiderentur: quod à iuris ratione alienum eſt.d.l.iiii.§.condemnatũ.ff.de re iud.Ang.d.l.ædẽ. C.locati,cum aliis ſuperius adductis.

Reſpondeo, vniuerſas haſce pactiones cum iudicio perpendendas eſſe , ex quibus oppoſitum verius eſſe colligetur. promiſit etenim ultra præcipuam diſpoſitionem liberationis ipſius Andaloti Sanſeuerinâs his verbis : Et di più per maior ſua ſigurezza il Signor Sanſenerino promette di fare venir vn ſuo figliuolo maſchio & legitimo qui in Parmà , ilquale ſtia in queſta Città fin che ſegua detta liberatione ; ouero che eſſo Sig. Sanſeuerino ſi uoglia conſtituire, come di ſoprà . Qui ſanè accidentalis promiſſionis effectus,ut D.Sanſeuerinatis ipſius filius in ciuitate Parmæ remaneat quouſq; liberetur D. Andalottus , ipſius ſecuritatem reſpicit , ne cum his quod

ſpopon-

ſpoponderat, adimpleuiſſet, nempè D. Sanſeueri-
natem ipſum liberari ab eodem facilè impoſturam
pateretur. Ergo niſi Do. Andalotti liberatio ſubſe-
quatur, ueluti cauſa, obligationis effectus ſublatus
non intelligitur, ut D. Sanſeuerinatis filius in ciui-
tate Parmę reſidere debeat. d.c. cùm ceſſante, de app.
& l. liber. ff. de cap. dimin. ubi Bar.
Secundò idem dicendum ſuadet clauſulæ illius
56 adiectio. Et di più: † Cuius facultas eſt, ut uinculum
uinculo addat, vnde ipſi Domino Andalotto uberius
ſuccurratur. l. quid autem. ibi, hoc amplius denarios
decem. ff. de dot. prælegat. l. Seio. §. vxori. ff. de ann.
57 leg. & ex facto quandoque reſponſum extat, † di-
ctiones huiuſmodi, & amplius, ſeu ultrà, uel præter,
priori uinculum adiicere. Corn. conſi. xiij. Quamuis
uideatur. libro primo, verſi. nec obſtat. et Dec. conſ.
cxc. numero vij. & Reuerendiſsimus Paril. conſ. xcv.
nu. viij. in ij. lib.
Tertiò, ſi quis uerbum illud perpendat: Fin in tan-
to che, idem clarius probari fatebitur, cùm illinc cō
trahentium mens apertè colligatur, nempè, ut ob
maiorem ipſius D. Andalotti ſecuritatem filius ab
ipſo patre obſes datus tantiſper Parmæ maneat, ut
58 ipſius D. Andalotti liberatio ſequatur. † Sanè di-
ctio hæc, fin in tanto che, donec uel quouſque, inte-
grum tempus includit, in quo primum ſponſionis
caput executionem ipſam accipiat: putà, ut ipſe D.
Andalottus liberetur, cuius executionis effectum pa
ciſcentes partes perpenderunt. l. in executione. §. pro
parte. ff. de verbor. oblig. d.c. cùm aliquibus, de ſent.
& re iudic. d. l. et ſi non ſint. §. peteuniamus. ff. de au-
ro & argen. lega.
Quod quidem & alterius quoque promiſsionis
ſeu ſtipulationis membri contemplatione fatendum
eſt, ibi, Se uorà conſtituire. eo enim vſque filius ob-
ſes detineri potuit, donec pater ipſe huic promiſsio-
nis capiti exequutionem dare uoluerit, ſemetipſum
conſtituendo. l. meminiſſe. ff. de officio procur. ubi
Barto. verſi. & nota de dictione vſque. & l. ſi fundus.
§. Sempronio. ff. de leg. iij. ubi Gloſ. Din. & Barto. &
in Specu. de diſputa. & alleg. §. poſthac, uerſicu. item
dictio vſque, & Bald. c. j. §. & quia. nu. xvii. qui feud.
dare poſſ.
Quòd autem actus ille reponendi filium obſidem
in Excellentiſsimi Ferrariæ Ducis facultate ponen-
di conſummatam paternæ conſtitutionis executio-
nem præire non debeat, ultra ſuperius deducta, mul
tipliciter probari poſſe uidetur. Et primò, quòd ex
illa capitulorum particula, id quidem apertè con-
ſtat, ibi: Ma in queſto caſo che egli mancaſſe di con-
ſtituirſe, ſi contenta & vuole che il ſudetto Signor
Procurator Chambios faccia del figliolo ſudetto co-
me di ſuo prigione, & lo conduca doue li piace. Ex
qua conuentione, omni proculdubio colligitur, pa-
rentem ipſum prius ſeſe captiuum conſtituere de-
buiſſe, q̃ filius in manu Excellentiſs. Ducis Ferrariæ
reponi debuerit, aliàs hoc, ut procurator de huiuſmodi
filio arbitratu ſuo ſicuti captiuo diſponat, dempto
ſubiecto poteſtatis, quia iam filius ille liberatus eſ-
ſet, nihil prorſus operaretur. l. manumiſsiones. ff. de
iuſtit. & iur. l. decem. ff. de verborum obliga. & §. ſer-
uus inſtituto, de capit. diminu. & l. eius qui. ff. ſi cer-
tum peta. & l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de action.
empti.
Secundò, ex clauſula inferius ſubſequenti idem
probari uidetur, ibi; Et poi che'l Signor Sanſeue-
rino haurà mandato ad effetto la libertà di detto Si-
gnor Andalotto infra detto tempo di otto ſettima-
ne, il Signor Procurator promette & coſi intende
che detto Signor Sāſeuerino ſia liberato et ſgrauato
dalla fede data al detto Signor Procuratore, & inſie-
me annullate le ſegurtà, & reſtituito al predetto Si-
gnor Sanſeuerino il ſuo figliuolo. Ex qua quidem
conuentione colligitur ipſius conſtitutionis in Gal
lia faciendæ actum, quemadmodum & D. Andalot-
ti liberationis filij repoſitionem in ciuitate Ferrariæ
59 ſeu conſtitutionem præire debere. † Verbum enim
illud, haurà mandato ad effetto, futurum eſt, & uete-
res intelligunt, id eſt cum quadam præteritione. l. ij.
ubi Glo. in verb. ſoluto. ff. ſolut. matrimo. & l. uerbū
erit, & l. conquerebatur. ff. de uerb. ſig. & Bar. docuit
l. j. q. vij. ff. de condi. & demonſtr.. & Alcia. rub. ſolu.
matrimon. alioquin irritandarum fideiuſsionum in
alterutrum caſum promiſsio, uel D. Andalotti libe-
rationis uel ipſius D. Sanſeuerinatis conſtitutionis
prorſus eluſoria eſſet: quod à iuris ratione alienum
eſt. d. l. ſi quando, cum aliis ſuperius adductis.
Tertiò, aliam conuentionem præcipuè acceden-
tem, huc pertinentem ponderari poſſe exiſtimo, ibi,
Et fin à tanto che detto figliuolo ſia reſtituito, il det
to Signor Andalotto habbia da reſtar in Ferrara
ſotto la guardia di quelli del Signor Sanſeuerino. Ex
qua quidem pactione prorſus colligitur domini An
dalotti liberationem caſu quo illam à Cæſarea Ma-
ieſtate Sanſeuerinàs obtineat & filij obſidis cōſtitu
tionem in manibus Excellentiſsimi Ferrarię Ducis.
vnde idem dicendum uideatur in altero quoque ca-
pite alternatiuę promiſsionis, putà, quòd pater ip-
ſe ſeſe captiuum in Gallia conſtituat. l. j. ff. de cōdi. &
demonſtra. ubi Barto. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. &
pupill.
Et ſi quis diceret, manifeſtam inter has pactio-
nes repugnantiam deprehendi attento capitulo il-
lo his uerbis expreſſo: Con queſto che nanzi la con-
ſtitutione, il figliuolo ſudetto ſi debbia conſtituire.
et ibi, che ſtia fin à tanto che ſi uoglia conſtituire.
Reſpondeo, terminum illum, ſe captiuum in Gallia
conſtituendi, ſucceſsiuum tractum habere: nec vni-
60 co ictu confici poſſe, † quemadmodum hæreditatis
ipſius aditio. l. gerit. ff. de acquiren. hæred. & decla-
rat Bal. l. humanum. C. de legib. Quidam enim ſunt
actus, qui vno ictu & momento confici nō poſſunt,
quemadmodum mors ipſa; ſed tractum ſucceſsiuum
habent; vnde dici ſolet, ante bellum pyraticum, an-
te annum centeſimum, uel poſt. dum ergo dicitur,
inanzi la conſtitutione ſi debbia etc. nempè ut filius
ante paternam conſtitutionem in ciuitate Ferrariæ
reponi debeat, intelligi debet, conſtitutionem ip-
ſam perfectam eſſe ſeu conſummatam: ueluti cum
quis ante Kalendas dare ſpopondit, interpretari de-
bet eas finitas. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. j. l.
qui ante, eod. tit. de uerbor. oblig. & Bart. docuit in
l. fructus. ff. ſolu. matrimo. in fine. & l. ij. §. creditum.
ff. ſi certum peta. verſicu. quandoque iſtæ dictiones.

& Bal.in prooemio ff.§.illud autem. & Aretin. l. in
duobus.in primo nota.ff.de duob.reis.at dum in ip-
ſa pactione filij ipſius obſidis retentio permiſſa ſit,
vſque adeò, quòd pater ipſe ſeſe conſtituere uelit,
intelligi debet de conſtitutionis ipſius præludiis,
putâ, quia ſeſe itineri adcinxerit, & iam in Galliam
proficiſci cœperit. Qui quidem actus conſtitutio-
nis ipſius præludia & partem quandam inſerre uidẽ-
tur.argumento legis ſi pecu.ff.de condi.ob cauſam.
61 ibi, pa rato itineri: † quemadmodum oſculum ip-
ſum,qualitatibus quibuſdam adiectis, putâ contra-
ctationibus mammillarũ, & ꝓiectionis ſiue ꝓſtra-
tionis;priorem quandam adulterij partem contine-
re uidet, & libelli oblatio, & cautio de iudicio ſiſti
atque citatio ipſs priorem iudicij partem occupare
cenſetur. Barto.l.inſulam.de verbo.obligation.viij.
oppoſ.& l.ij.ff.de furt.& Bald.in auct.ad hæc,C.de
iudi. numero tertio. & in veneris ipſius conflictu
uentum eſt. Barto.& Bald.docuerunt, l. ſi quis non
dicam rapere.C.de Epiſcopis & cleric. vj.oppoſi.ut
diffuſius in rub.extrà de iudic.declaraui.

Quam quidem intentionem ſe ipſum conſtituẽ-
di,cùm nunquàm D.Sanſeuerinàs ipſe ullo facto,ut
negotij natura exigebat, declarauerit, ut uidetur in
62 terminis caſus in c.dilecti,il ij.de appella.& † ubiq;
legiſlator ipſe factis animum declarari conſtituit.l.
Paulus.ff.rem ratam habe.ueluti in eo qui ſeruum ca
thenis uinctum uendidit. l. ſi tamen.§. ei qui. ff.de
ædilitio edict.& l.naturalem.ff.de acqui.rer.domi.
63 & c.exiſtimant,xj.q.j.ubi †decretum eſt,eos qui in
impietatibus ambulant, factis Chriſtum ipſum ne-
gare. quamobrem cùm declarationis huius actus uo
luntatis ſeſe conſtituere, non recuſantis naturæ or-
dine inſpecto etiam ex mente contrahentium con-
ſtitutionis ipſius cõſummationem præire debuerit,
ut ex dogmatibus Stagiritæ colligitur in cap.de prio
ri in prædicamentis.& docuit Barto.in l.ij.§.prius.
ff.de vulg.& pup.quemadmodum exhibitio ipſa ne-
ceſſariò uendicationem præire debet. l. ad rem mo-
bilem.ff.ad exhibend.l.illud.ff.de acqui.hæred.Quę
quidẽ uolũtatis declaratio aliquo facto oſtẽdi dẽbat.
l.reprehendenda.C.de imp.& aliis ſubſt.ibi,uolun-
tatẽ eius facto cõprobaſti.ubi Glo. in ver.cõproba-
ſti.& Doct.l.de quibus.ff.de legib.ibi, factis an ſuf-
fragiis.Bar.& Bal. aduertunt.alioquin cũ Deus ipſe
ſolus ſit cordiũ ſcrutator, c. nouit, de electio. c. no
uit ille qui nihil ignorat, de iudi.c.vnico, ut eccleſi.
benef.ibi,nos tamen de occultis diuinare nõ potui-
mus.& ibi Glo.in uer.diuinare,& Abb.poſt alios ue
teres.vnde humanę legis conſtitutione cautum eſt,
64 † propoſitum in mente retentum nihil operari. l. ſi
non repetendi.C.de condi.ob cauſam.ubi omnes in
ipſo compendio aduertunt.lex etenim id quod ho-
65 mo ſilet,ſupplere non conſueuit, † etiam in ultimis
uoluntatibus,in quibus lata fieri ſolet interpretatio.
l.in teſtamentis.ff.de teſtamen.c.cùm dilecti,de do-
nation.l.quidam cùm filium.ff.de hæred.inſtitu.ubi
aduertunt Bal.& Imol.& l.vnica.C.de caduc.toll.§.
ſin autem ſub,ibi,nulla erat difficultas exprimere.l.
commodiſsimè.ff.de lib.& poſthu.vnde multò for-
tius in contractibus idem concludi oportet. l. ſi cùm
dotem.ff.ſoluto matrimo.l.ſi extra. ff. de condit. ob
cauſ.l.quicquid, de verb.oblig.& d.l.ueteribus.ff.de
pact.& l.Labeo ſcribit.ff.de contrah.empt. & c.cõ-
trà,de reg.iur.in vj.& l.in cõtrahenda.ff.eo.ubi Dec.
66 & Cagnol. aduertunt. † Quod cùm nullo pacto D.
Sanſeuerinâs ipſe fecerit, conſequens eſt lapſu dici
eum ipſum in mora conſtitutum cenſeri.d.l. ad diẽ.
d.l.optimam, & d. l. traiacticia. et idcircò pœnam
aduerſus ipſum commiſſam fuiſſe.d.l.ita ſtipulatus.
d.l.ſi inſulam.d.l.cùm quid, de uerbor.obligat.cum
aliis ſuperius adductis.

Fortius, ſi quis diligentius attendat quemadmo-
dum ſeſe Do. Sanſeuerinâs ipſe à die liberationis
geſſerit, eum ipſum ſeſe conſtituendi uoluntatem
nunquàm habuiſſe cenſebit; quod quidem factis
ipſis prorſus declarauit, quemadmodum factis ipſis
Chriſtum ab eis denegari Paulus docuit, qui in car-
nis impietatibus ambulant, Matthæi vij. Roma. ij.
ubi diuus Hieronymus & diuus Thomas poſt alios,&
d.c.exiſtimant,xj.q.j.ubi Glo.in uerb.factis.

Et quamuis inter uelle,& nolle, medium eſſe di-
catur, ſcilicet non uelle.Barto.l.cùm dubitari. ff.de
hæred.inſtit.& Ioan.And.in cap. prudentiam. §.vj.
de officio deleg.& ibi Deci.num.vj.poſt Abba. & l.
qui ſe patris. C. vnde liber. ubi Deci. poſt Alexand.
nume.xviij.& Docto.l.j.§.ſcientiam.ff. de tributor.
& idem Deci.l.eius eſt, num. v. & ibi Moderni, de
reg.iur.inſpecta tamen contrahentium pactione &
uoluntate medio carere uidentur. quippè quòd ſuf-
ficiat,ut ſeſe conſtituere non uelit, ad hoc ut à pro-
miſsis receſsiſſe intelligatur, ut iam biennij lapſus à
die præfixa oſtendit.d.l.prima, de conſtitu.pecu. &
d.capi.j. extra de pact.cum aliis ſuperius adductis.

Item non urget nouæ cauſæ contingentiam con-
trahentibus ipſis legitimam ab initiis pactionibus re
cedendi occaſionem præſtare. d.l.quæro. §.inter.ff.
locati.d.l.tùm proponas,& Bart.d.l. ſi hominem.ff.
mand. cum aliis ſuperius adductis. Quia rñderi põt,
exceptionem hãc euidenter calumnioſam eſſe,atq; ab
huius ipſius iudicij conditione alienam.d.c.cùm di-
lecti,de iudic.& l.Quintus.ff.mand.ubi Barto. cum
aliis ſuperius adductis. Præterea ſtante Illuſtriſ-
ſimi & Excellentiſsimi Ducis declaratione hunc ip-
ſum Baſtitæ carcerem honoris eſſe & non infamiæ,
interloquendum cõſtat hinc ſumptas rationes pror-
ſus corruere.d.c.cùm ceſſante,de appellat. & d.l.li-
67 ber.ubi Bart.ff.de cap. diminu. † Nec facilè præſu-
mendum eſt D.Andalottum virum alioquin tùm no
bilitatis tùm ſpectatæ fidei inſignem aduerſus natu-
ræ fœdus ipſi Do. Sanſeuerinati impoſturam facere
uoluiſſe.d.c.fin.de præſump.d.cap.vnico,de ſcruti.
in ordi.faci.& l.merito.ff. pro ſoc. cum aliis ab Al-
ciato adductis in tracta.de præſumptio. ii.reg.pręſumpt.prima.

Vltimò non urget,exceptionem defectus manda
ti opponi, quia iudicij potius formam illam ipſa re-
ſpicere uidetur,quàm merita cauſæ, & idcircò cùm
partiũ conuentione cauſa ipſa Excellentiſsimi Du-
cis iudicio diffinienda ſubiecta ſit,prout illius meri-
ta poſcunt, nulla prorſus attentata nullitate conſtat
uariationi locum non eſſe.c.quod ſemel, de reg.iur.
in vj.& l.legem C.de pact.& d.c.j.extrà eo.titu.cum
aliis huiuſmodi.

Ex qnibus diiudicádum exiſtimo ueniſſe caſum, ut dominus Sanſeuerinâs in mora conſtitutus fuerit, cùm neque infra octo hebdomadas domini Andalotti liberationem obtinuerit, nec infra viginti dies ſeſe captiuum conſtituerit: & idcircò illum uel fideiuſſores ab eo præſtitos in ſumma quindecim mille aureorum condemnaudos eſſe, ueluti pœnæ aduerſuseum termini præfiai lapſn commiſſæ iuxta formam petitionis. Saluo ſaniors iudicio etc.

Laus Deo. Patauij. Idib. Aug. 1554.

Portius Imolenſis.

COPIA DELLA LETTERA DEL ILluſtriſsimo et Eccellentiſsimo Signor Duca di Ferrara, nella qual da auiſo del ſucceſſo d'eſſo iudicio nel caſo di ſoprà diſputato.

Al Magnifico Iurisconſulto M. Iacomo Filippo Portio amico cariſſimo.

MAGNIFICO amico cariſsimo oltrà il conſeglio ch'io ho viſto mandatomi da V. S. nella cauſa del Signor Andalotto col Signor Sanſeuerino agitata uanti me di quanto ſi hauea à iudicar giuſtamente per il parere di lei, ho anchorà bocca da Meſſer Paolo Leone mio conſegliere inteſo con quanta amoreuolezza, diligenza, & intégrità, eſſa ſi ſia affaticata in perſcrutare quello che comportaua il douere & la giuſtitia, ſi come io l'haueua ſcritto eſſer intentione & deſiderio mio. per ilche ne ſon reſtato con tutta quella intiera ſatisfattione che deſiderare ſi poſsi. Aſsicurando V. S. che del tutto terrò perpetua & grata memoria con deſiderio di renderlene ſegno doue mi ſi preſenterà l'occaſione. Et perche mi rendo ſicuro che le ſatà caro intendere di che modo ſi ſia publicata la ſentenza fra le dette parti, ho uoluto eſſere io quello che cel faccia ſapere, & coſi le mando quì incluſo il tenor d'eſſa ſentenza conforme nella ſuſtanza al parere ſuo, & altri miei conſiglieri che ſe ne ſono intromeſsi. ſe ben poi come Prencipe ho uoluto mitigare il rigor della giuſtitia con honeſta equità, & che detto Signor Sanſeuerino poſsi purgare la mora mettendolo in termine come ſe non fuſſero pur anchora paſſati li primi uinti giorni prefiſsi nella capitulatione ſua ch'egli ſteſſo fece di douerſi conſtituire. In che & nel particolar del figliuolo ilquale fece uenir nel mio ſtato inanzi la ſentēza ho uoluto più toſto ſeruar l'ufficio & coſtume di buon Prencipe, che di ſemplicemente giuſto giudice, volendo credere che tal modo di proceder dourà hauer più ſodisfatto vniuerſalmēte che ſi haueſsi uoluto fermarmi ne' puri termini di giuſtitia. Et non mi occorrendo altro da dire colla preſente à V. S. mi offero alli honori & commodi di lei ſempre pregando Iddio che la feliciti & contenti. Da Ferrara, alli 3. d'Ottobre. 1554.

D. V. S. Buon'amico Il Duca di Ferrara.

EXEMPLVM SENTENTIAE ILLVſtriſsimi & Excellentiſsimi Ferrariæ Ducis ſuperiùs diſcuſſum caſum diffinientis.

In Chriſti nomine Amen.

NOS Hercules Eſtenſis Dux Ferrariæ etc. In cauſa coram nobis uerſa & uertente inter Illuſt. D. Franciſcum de Andalotto actorem ex vna, & Illuſt. D. Ioannem Franciſcum de Sancto Seuerino reum ex altera, mediantibus eorum agentibus & procuratoribus reſpectiuè, Chriſti nomine repetito, viſis conſiliis plurimorum ex celeberrimis in Italia Iureconſultorum, quorum opinionem ſummo ſtudio, ſummaq; cum diligentia, pro iuſtitia ipſa & veritate melius indaganda & perſcrutanda habere uoluimus. Viſisq; uidendis & conſideratis conſiderandis tàm de iure quàm ex bono & æquo omnibus maturè & conſultò digeſtis & conſideratis omni ea authoritate, qua fungimur, poſſumus & ualemus, poſtq; omni conatu omnibusque uiribus experti partes ipſas componere non potuimus, quod tamen ſummopere optabamus, ut ipſismet partibus notum eſt intentionis noſtræ ſemper uſq; à principio fuiſſe: dicimus & ſententiam noſtram in hunc, qui ſequitur modum in ſcriptis proferimus.

Chriſti iterum nomine repetito.

QVIA dicimus, pronuntiamus, ſententiamus & declaramus Illuſtrem D. Ioannem Franciſcum de Sancto Seuerino ſiue D. Ioannē Petrum Paganum procuratorem dicto nomine fuiſſe & eſſe in mora conſtitutū, & per conſequens eueniſſe caſum, in quo dictus D. Ioannes Franciſcus ſiue dictus eius procurator dicto nomine tenetur ad ſolutionem ſcutorum quindecim mille auri, prout ſic præfatum D. Ioannem Franciſcum ſiue dictum eius procuratorem dicto nomine condemnamus ad dandum & ſoluendum dictos ſcutos quindecim mille auri Domino de Manze ſiue Hieronymo Canano agenti & procuratori in effectu reſpectiuè Illuſtr. D. Franciſci de Andalotto. Attamen, ut omnibus innoteſcat quantùm eſſe Principis officium ſemper cenſuerimus æquitati inhęrere & iuſta ſeueritatem temperare ex iuſtis & rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, declaramus, quòd pręfatus D. Ioannes Franciſcus de Sancto Seuerino poſsit intra dies uiginti à die publicationis huius noſtrę ſententiæ ſe conſtituere captiuum in Gallia in loco Caſtilioni in manibus Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis de Caſtiliono ſiue domini ipſius loci, uel alterius habentis poteſtatem ab eis ipſum recipiendi; remotis omnibus & quibuſcunque exceptionibus, excuſationibus, impedimentis & defenſionibus, quę quomodocunque & qualitercunque de iure uel de facto dici ſeu excogitari poſsint, & purgare moram euitareque condemnationem, in quam ſuprà eundem incurriſſe diximus. Quod ſi fecerit præfatus Dominus de S. Seuerino, & ſe in dicto loco Caſtilioni cū effectu conſtituerit ut ſuprà, & infra tempus præfa-

tum, Mandamus cōſtito nobis de eiuſdem ſua effectuali & ſupradicta conſtitutione Illuſtrē D. Robertum præfati D. Ioannis Franciſci filium, qui de præſenti in dominio & poteſtate noſtra coſtitutus eſt, liberum dimittendum eſſe & relaxandum, præfatūq; D. Ioan. Franciſcum & eius fideiuſſores datos de dicta ſumma ſcutorum quindecim mille, damnorum, intereſſe & expenſarum liberandos & abſoluendos, prout ſic per præſentem ſententiam conſtito de dicta conſtitutione dictum D. Ioannem Franciſcum, D. Robertum filium, & fideiuſſores liberamus & abſoluimus. elapſis autem dictis diebus uiginti, & nobis non conſtito, quòd præfactus D. Ioannes Franciſcus ſe ut ſuprà conſtituerit in loco pręfato, remotis etiam omnibus & quibuſcunque excuſationibus, defenſionibus, & impedimentis, ſicuti ſupra dictum fuit; ex nunc prout ex tunc, & econtrà, declaramus ipſum teneri ad ſolutionem dictorū ſcutorum quindecim mille auri, ut ſuprà pronunciauimus. Dicimusque ipſum D. Robertū reſtituendum eſſe, prout ſic per hanc noſtram ſententiam eum reſtitui mandamus in manibus & poteſtate præfati domini de Mōte ſiue Hieronymi Canani dicto nomine, in quibus ſtare debeat donec & uſq; quò facta fuerit actualis ſolutio dictorum ſcutorū quindecim mille iuxta tenorem huius noſtræ ſententiæ. Et ipſa ſolutione facta, ſi tamen ipſa ſolutio facta fuerit infra ſemeſtre proximum futurum à die publicationis huius noſtrę ſententiæ, & aliter non mitius agendo, declaramus dictum D. Robertum liberè dimittendum eſſe, prout ſic facta dicta ſolutione ipſum liberè dimitti & relaxari uolumus, & mandamus. Ab expenſis autem dānis & intereſſe ambas partes abſoluimus, iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus. et ita ut ſuprà dicimus & declaramus ex omni ea auctoritate & poteſtate noſtra, & nobis in hac parte competenti, & quomodocunque & qualitercunq; aliàs melius poſſumus & debemus omni meliori modo, etc.

Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Oratio indefinita æquipollet uniuerſali.*
2 *Filios in parentum ſucceſſione potiores extraneis eſſe, naturalis, ciuilisq́; ratio ſuadet.*
3 *Mens ex uerbis colligitur.*
4 *Verbis contrahentium tutius eſt adhærere, quàm mēti.*
5 *Dictio ultrà, et ſuprà, quantæ ſit potentiæ. & nu. ſeq. & 68.*
6 *Læſionem ultra dimidiam iuſti pretij, etiam in obolo uerificari.*
7 *Teſtamenta pleniorem recipiunt interpretationem.*
8 *Præpoſitio in, qualem habeat efficatiam, quantumq́ue robur. & nu. 70.*
9 *Pontifex mandans ut alicui de beneficio prouideatur in aliqua eccleſia ciuitatis uel diœceſis, non comprehendit eccleſiam cathedralem, excipitur tamen caſus.*
10 *Pater compellitur filium alere.*
11 *Legitimam filijs relinquendam eſſe à parentibus.*
12 *Filius ergo hæres.*
13 *Filia in dote inſtituenda eſt, ne inutile ſit teſtamentum.*
14 *Amor nullus comparandus eſt paterno.*
15 *Inuentarium ab hæredibus conficiendum eſt, ne ultra uires teneantur hæreditarias.*
16 *Actione carentem à limine iudicij repellendum eſſe.*
17 *Exceptio rei iudicatæ inter eaſdem perſonas proficiſci ſolet.*
18 *Fœminas excluſas non eſſe à fideicommiſſi petitione quoties teſtator filios & deſcendentes prædecedentibus ſubſtituerit, temperatur tamen.*
19 *Filiorum appellatione maſculos & fœminas contineri.*
20 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſe.*
21 *Teſtator præſumitur iudicium ſuum cum iuris diſpoſitione conformari uelle.*
22 *Clauſula illa, ſe propriæ facultatis ignarum non eſſe, quid operetur.*
23 *Fideicommiſſum inducitur quotieſcunque teſtator prohibet bonorum alienationē, ea nempè cauſa, ut perpetuò in agnatione remaneant.*
24 *Fideicommiſſum de quo ſuprà ultra quartum gradum extendi.*
25 *Teſtatoris diſpoſitio, ueluti lex cuſtoditur.*
26 *Legatum factum ut perpetuò maneat in familia, quodq́ue etiam maiorem bonorum partem abſorbet, reſtitutioni ſeu fideicommiſſo ſubiectum cenſetur: eſtq́ue communis opinio.*
27 *Legatum eo modo ut ſuprà, ſi inſtitutionem hæredis præcedat reſtitutioni fideicommiſſariæ ſubiacet.*
26 *Mantua reprobatur conſi. ccxvi.*
29 *Sententiam concipiendam eſſe iuxta petitionis formam.*
30 *Sententia eſt ſtricti iuris, ideircò eſt ſtrictè interpretanda.*
31 *Sententia contractibus æquiparatur.*
32 *Sententia ultimis uoluntatibus comparatur.*
33 *Princeps nequaquam præſumitur uelle ius alteri quæſitum auferre.*
34 *Princeps etſi ea, quæ ſunt iuris ciuilis auctoritate quæſita, tollere poſſit, non tamen quæ ſunt iuris naturalis ſiue gentium.*
35 *Princeps non poteſt ius ex teſtamento quæſitum auferre.*
36 *Principem quæſita iure gentium auferre, non præſumi.*
37 *Sententiæ uirtus non retrotrahitur, ut interim ius alteri quæſitum auferat.*
38 *Inueſtituram ante omnia inſpiciendam eſſe, nec ab ea tranſuerſum quidem vnguem recedendum, quamuis etiam aduerſus feudorum naturam.*
39 *Voluntati accedere debet etiam facultas & potentia in omnibus humanis actionibus conſummandis exequendisq́ue.*
40 *Bona alienationi ſubiecta, ſimpliciter alienari non poſſe; & alienata ius uendicandi uocatis ad fideicommiſſum competere.*
41 *Ratio quamlibet moderatur diſpoſitionem, non aliter quam frenum equos, gubernaculumq́ue nauem.*
42 *Indefinitam orationem nō æquipollere uniuerſali, quoties ratio ipſa prorſus repugnet.*
43 *Obliuio nequaquam uerisſimilis eſt ex temporis breuitate.*

Actum

44 *Actum eluſorium, quem gerere uelle, præſumendum eſt minimè.*

45 *Repugnantia non eſt præſumenda, eodem maximè uerborum contextu.*

46 *Abſurdum quò ad poteſt, uitandum.*
Verba declarant contrahentium mentem.

47 *Omiſſum quod à diſponente fuit, non poteſt etiam legis authoritate ſuppleri. & nu.67.*

48 *Probationes clariores requiruntur, cùm quid probandum ſit, quod aduerſus legis præſumptionem reſpiciat.*

49 *Dos quando certa non eſt, iudicis arbitrio pro modo facultatum & dignitate natalium conſtitui debet.*

50 *Dos conſtituta in alterius arbitrium, intelligitur de boni uiri arbitrio, & quomodò tale arbitrium moderandum ſit.*

51 *Statuta, ubi cum iure communi concurrunt, difficilius arctant.*

52. *Hæreditatem inter maſculos diuidendam eſſe, antiqua lege cautum erat.*

53. *Statuta conſeruationem agnationis reſpicientia, non eſſe odioſa.*

54 *Teſtatoris uoluntatem in dubio conformem iuri communi exiſtimandum eſſe.*

55 *Filij, ſi fuerint hæredes inſtituti, intelligitur de maſculis, ſtante ſtatuto fœminas excludente maſculis extantibus.*

56 *Ignorantia in facto proprio nequaquàm eſt probabilis.*

57 *Fœminæ agnationem extingunt, ideoq́ue boni conſulentes agnationi prouidere ſolent.*

58 *Variatio & inconſtantia non præſumitur.*

59 *Bona licèt prohibita alienari, poſſunt tamen ex cauſa dotis, ad legitimæ uſque portionem concurrentem.*

60 *Legitima loco alimentorum ſuccedit.*

61 *Dos in locum legitimæ ſubintrat.*

62 *Conſuetudo Ciuitatis ſeruanda eſt.*

63 *Dos congrua dicitur, quæ legitimæ portionis ſummam adæquat. & de communi opinione teſtatur. nu. ſeq.*

64 *Patrem nemo antecellit in filiorum amore.*

65 *Dos à patre filiæ relicta, ſi non fuerit declarata, iudicis arbitrio prætaxanda eſt.*

66 *Oratio indefinita quando uniuerſali non æquipolleat & nu. ſeq.*

67 *Caſus à diſponente omiſſus, pro ommiſſo habetur.*

68 *Vltrà dictio, hæc, quid referat, & ſuprà nu. 5.*

69 *Pars eſt in toto.*

70 *Dictio in, quandaque pro cum, accipitur.*

71 *Coniecturas ſuperuacaneas eſſe in claris.*

72 *Commodum qui habet, ut ſubeat etiam onus, ratio ipſa naturalis dictat.*

73 *Veriſimile eſt, quem noluiſſe, quod facere non poterat.*

74 *Exceptio rei iudicatæ ut competat, tria requiruntur, & quæ, & nu.77.*

75 *Illationem non fieri ex ſeparatis.*

76 *Defenſio nemini auferenda eſt.*

77 *Exceptionem rei iudicatæ non obſtare, cùm ex cauſa prorſus differenti quid petatur.*

78 *Iudices æqua lance proferre debent eorum iudicium, nec deflectere ad dextram uel ſiniſtram.*

CONSILIVM VI.

ADSIT MIHI SPIRITVS PARACLETI LVX, ut iuſta ueraque reſpondere poſsim.

CASVS.

MAGNIFICVS D. Hieronymus Dottus nobilis Patauinus cùm D. Panthaſileæ eius ipſius matri bonorum omnium uſufructum legaſſet, his uerbis ſibi hæredes inſtituit.

In tutti li miei beni mobili & immobili inſtituiſco mio herede uniuerſale mio figliolo poſthumo ſe naſcerà di mia mogliere. & caſo che non naſceſsi poſthumo maſchio ò uero naſceſsi una fœmina, ò piu, uoglio che ſia mio herede uniuerſale M. Alexandro Dotto mio cugino figliuol già di M. Io. Pietro mio barba. quoquidem caſu filiabus eius dotem his uerbis conſtitui uiſsit. Item uoglio che le mie figliuole ſiano dotate nelli beni di M. Nicolò mio barba, & oltrà di quello che ciaſcheduna di loro habbi ducati cinquecento con commodità del mio herede ſopraſcritto, alle quale putte mie laſſo quanto ho detto di ſoprà iure inſtitutionis.

Contingit unicam D. Dolam ex eo fuiſſe ſuperſtitem, & idcircò conditionis in ipſa inſtitutione expreſſæ euentu magnificum D. Alexandrum nullo cõfecto inuentario illius hæreditatem adijſſe. At cũ ipſi Dom. Panthaſileæ placuiſſet D. Ipſam Dolam Magnifico Comiti Borſio de Sancto Bonifacio nobili Patauino locare certa dotis ſumma tunc conſtituta, uulgoq́ue circunferetur prælegatum ipſum bonorum omnium in agro patauino exiſtentium ipſi domino Hieronymo nepoti à Magnifico D. Nicolao patruo relictum, ueluti liberum ad ipſam D. Dolam pertinere. Egit D. Alexander ex ipſius D. Nicolai teſtamento, in quo quidem ipſi D. Hieronymo abſque maſculis decedenti ſubſtitutus fuerat; fideicommiſsi caſum eueniſſe. Et obtinuit, atque diffinitum eſt, omnia ipſius D. Nicolai ubicumque poſita bona ad ipſum ſpectare, & idcircò in eorum poſſeſsionem mittendum eſſe. Cęterùm, cùm ab ea ſententia Magnificus Comes Borſius & D. Dola ad Illuſtriſsimum Conſiliũm xl. uirorum appellaſſent, illam ipſam reſcindi obtinerunt; & partes in priſtino ſtatu repoſitę fuerunt. perinde ac ſi lata non fuiſſet. Quamobrem cùm Magnifici coniuges etiam poſt ipſius Do. Panthaſileę uſufructuariæ obitum omnia illa bona detineant, quæ Magnificus D. Nicolaus ipſi Domino Hieronymo prælegauerat tamq̃ integra ad ipſam D. Dolam ſpectent; quippè quòd ei in bonis ipſius domini Nicolai dotem conſtitui pater ipſe moriens cauerit: negent autem id Magnifici Domini Alexandri filij & hæredes, quinimmo contendant, hanc ipſam dotis ſummam in bonis liberis, non autem omnibus conſtituendam eſſe. idq́; boni uiri, ideſt iudicis ipſius arbitrio declarandum inſtent, ut illi ipſi ſummæ magnifici coniuges omninò aquieſcant; quam his congruam & condecen-

tem

tem arbittabitnr, utriuſque coniugis inſpecta con-
ditione, necnon & ipſius patauiuæ nobilitatis pro-
bata conſuetudine. Quæſitum eſt, utta pars melio-
rem cauſam foueat?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie ipſius dominę Dolę cau-
1 ſam potiorem uideri: † Cùm enim pater illius in
bonis dñi Nicolai dotem ei ipſi conſtitui iuſſe-
rit, perinde haberi debet, ac ſi in omnibus idipſum
fieri pręcepiſſet. l. ſi pluribus, l. ſi ita. ff. de leg. ij. ubi
Din. Alber. & Bart. uerſ. oratio indefinita. eſt Gloſ.
in cap. ut circà, in uerbo aliorum, de elect. in vj. ubi
Geminia. poſt Io. Andr. & Archid. num. iiii. & c. ſi
Romanorum, xix. diſtinct. ubi Archid. & Aegid. nu.
viiij. Cùm enim in quibus bonis dotem hanc conſti-
tui uelit, teſtator ipſe non expreſſerit, ſed indefinitè
in ipſius domini Nicolai bonis executionem hanc
fieri diſpoſuerit, cur hæc indefinita conceptio uni-
uerſali non æquipolleat? Glo. l. j. ff. de reg. iur. uerſ.
ſi quæras, & ibi Barto. uerſ. ſecundo modo. & Deci.
nu. xv. & Cagnol. nu. v. & vj. indefinitè quid diſpoſi-
tum aduertunt, cùm terminus ipſe pluribus commu
nis ſimpliciter profertur. Veluti homo, ſeruus, lana,
& in propoſito caſu in bonis, Din. rub. de reg. iur. in
vj. uerſ. item per uerba. & quandoque tractatum atq;
reſponſum extat. Nellus de Sancto Gemi. in trac. ban
nitorum in ſecunda par. ſecundi temporis, q. lv. ſtan-
te ſtatuto. & Corn. conſ. lxxxiii. Et generali, in iiij.
2 Quam quidem † in preſenti caſu interpretationem
ſumendam eò amplius cõcludendum uidetur, quòd
idipſum & naturalis & ciuilis ſuadeat ratio, nempè
ut in parentis ipſius ſucceſſione, filiam extraneo po-
tiorem diiudicemus. l. j. §. ius naturale, ibi, liberorũ
educatio. ff. de iuſti. & iur. & c. ius naturale, j. diſtinc.
& l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. ibi, quaſi domini. & l.
Lucius. ij. ff. de hæred. inſtituen. in fi. & l. j. ff. de bo-
nis eorum qui ſibi mortem conſci. & l. ſcripto. ff.
unde liberi, & l. cum acutiſsimi. C. de fideicommi.
ubi Bald. j. notab. aduertit indefinitæ conceptionis
diſpoſitionem à naturali ratione moderari. & Corn.
ibi ij. & iiij. not. Quocircà iudicandum uidetur in
omnibus domini Nicolai bonis dotem huiuſmodi
conſtituendam eſſe. Bart. Ang. & Io. ab Imol. d. l. ſi
pluribus, & Caſtren. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. urba.
pręd. & ibi Florian. & Deci. conſil. xxx. & xxxiii. nu.
iiij. & ccclxxxviii. nu. iii. ubi, clauſulam ad diuiden-
dum bona in compromiſſo poſitam perinde inter-
pretatur, ac ſi omnia bona fuiſſent expreſſa. & Reue-
rẽdiſsimus S. R. E. Card. Pariſ. olim dominus meus
colendiſsimus conſ. lxxxiii. num. xxxv. lib. j. & conſ.
lij. nu. ij. in ij. & conſ. xii. nu. iiii. in iij.
3 Secundò † eamdem ſententiam fulcire uidetur
diſpoſitionis huius inſpectio atq; uerborum ipſorum
uis, unde eius ipſius qui diſpouit mens colligi ſolet.
l. Labeo. ff. de ſuppellec. leg. ibi, nam & ſi prior & po
tior mens ſit. c. intelligentia, de uerb. ſigni. ubi Gloſ.
ult. & c. Marchion, j. q. j. & c. ſedulò, xxxviii. diſtin.
4 & l. ſcire. ff. de legib. † Verbis tamen ipſis adhęrere
tutius eſt. l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. iij. §. hæc uer-
ba. ff. de nego. geſt. & Goff. aduertit in ſumma de pri-
uileg. in fin. uerſ. & nota. Verba autem præſentis di-
ſpoſitionis eiuſmodi ſunt: Et oltrà di quello che lo-
5 to habino docati 500. &c. † dictio enim ultrà, bono
rum omnium ipſius domini Nicolai ſummam inclu-
dere uidetur, quippè quòd & illi non acquieſcens
teſtator atque ultra ea quingentos quoque aureos ab
eius ipſius hęrede unicuique filiarum numerandos
iuſſerit. l. Seio. §. uxori. ff. de aun. leg. l. diuortio. §. ob
donationes. ff. ſoluto matri. l. ſi nuus. §. penult. ff. lo-
cati, uerſ. ſuprà domum. & l. qui ita legat, & l. ſi ſic.
ff. de leg. iij. ubi Glo. in uerb. ſupra dotem. & Iaco. ab
Arena & Bart. declarant huius ipſius dictionis uir-
tutem, cùm quis ultrà dotem & ſuprà dotem legat,
dotis quoque ipſius legatum includi. Quapropter,
cùm in preſenti negocio in domini Nicolai bonis
filiæ dotem conſtitui teſtator ipſe mandauerit, &
ultrà illa quingentos ab eius hærede eidem numera-
ri cauerit nulla ratione cõtendi poſſe uidetur, quid-
quàm ex huiuſmodi bonis exceptum fuiſſe. l. ſi ultrà.
C. de fideiuſſ. ubi Bart. & Bal. nu. ij. & Ange. nu. j. l.
qui bona. §. & quia quis. ff. de damno infect. & cap.
Rainutius, de teſtamen. & Gloſ. ibi ultrà dotem. &
Abb. antiq. uerſ. ultrà dotem. Hoſtien. Butr. Imol. &
6 Abb. c. literę, de dilation. nu. x. † vbi, læſionem ultra
dimidiam uel in obolo uerificari docuit, dummodò
dimidiũ ipſum læſionis pręcedat. Quare, cùm ultra
D. Nicolai bons quingentos dari pręceptum ſit, an-
tecedentiæ cuiuſdam neceſſariæ intuitu, de omni-
bus bonis intellectum fuiſſe uidetur. l. ij. ff. de iuriſd.
om. iud. & c. pręctereà, de off. deleg. & non raro à ma-
ioribus noſtris reſponſum extat, hanc ipſam dictio-
nem & ultrà, includendi uirtutem ipſam habere. Ca-
ſtren. conſ. cx. Anno ſuæ, in ſecundo dub. lib. primo
ſumpto loco à ſpeciali. Cuma. conſ. cxi. Ciuis qui-
dam. Fulgo. conſ. xl. Dominicus. in j. dub. alioquin
ferè inutilis huiuſmodi dictio eſſet; quod perabſur-
dum exiſtimatur. l. ſi quando. ff. de leg. j. c. ſi Papa, de
priui. in vj. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cog. & Bal. in rub.
7 C. de contrahen. emp. q. xx. † Idque potiſsimùm in
teſtamentis, in quibus plenior interpretatio fieri ſo-
let. l. in teſtamentis ff. de reg. iur. cap. cùm dilecti, de
donation. quod quidem reſpondẽdo maiores noſtri
ſæpius aduertunt. Abb. conſ. xxxii. nu. j. uerb. idem.
Alex. conſ. lxi. Super eo, in primo lib. & conſ. lviii. &
conſ. cclx. in iij. & Iaſ. conſ. lxii. in iij. & Barbat. lxxi.
vol. iij.
Tertiò eamdem quoque ſententiam munire uide
tur diſpoſitionis ipſius perſpecta conceptio, atq; il-
lius diligenter conſiderata uirtus; dum his verbis te-
ſtator ipſe diſpouit. Voglio che le mie figliuole ſia-
8 no maritate uelli beni. † Prępoſitio enim illa in bo-
nis, perinde accipienda uidetur, ac ſi teſtator ipſe di-
xiſſet cum bonis. l. à tutoribus. §. hæredibus quoque.
ff. de adminiſ. tut. ibi, in quo potiſsimùm conſiſtere
uelint, id eſt cùm quo. & in aucten. de mand. princi.
§. fi. & Albe. in dictio. in verb. In. & Bart. l. Gallus. §.
ille caſus. in fin. ff. de lib. & poſthu. Quare & com-
prehendendi quoq; uirtutem habere cenſetur, ut de
omnibus bonis intellectum fuerit. unde ius in re
competens cùm internum ſit, uberius eſſe credetur.
c. eum qui, de preben. in vj. ubi Glo. ult. & cap. fin. de
9 conceſ. præben. ubi omnes colligunt. † Et idcircò, ſi
Pontifex

Pontifex mandat alicui de beneficio in aliqua Eccle-
ſia Ciuitatis uel diœceſis ſub huiuſmodi conceptio-
ne prouideri in cathedrali eccleſia mandatum illud
exequi non poteſt; ſecus ſi ſimpliciter in aliqua ec-
cleſiarum prouideri mandatum proponatur; tunc
enim uberior gratia exiſtimatur.c. quamuis, il pri-
mo de præben. in vj. ubi Domi. & Franc. poſt uete-
res aduertunt. Cùm ergo dotem hanc in domini Ni-
colai bonis filiæ conſtitui teſtator ipſe iuſſerit, ube-
rius illi conſuluiſſe uidetur, quàm ſi de bonis id fieri
pręcepiſſet: unde de omnibus intelligi debere uide-
tur.d.l.ſi pluribus, cum alijs ſuperius adductis.

Quartò extra rem & diſpoſitionem ipſam plura
concurrere uidentur, ex quibus ſupraſcripta conclu-
ſio uerior eſſe cenſeri poſſe uidetur. nempe, ſi perſo-
narum conditionem intueamur, inter quas negociũ
huiuſmodi pertractatur, diſponentis etenim perſo-
na pater eſt, & ad euius commodum diſpoſitio ipſa
tendit & filię ſed quęſo, quę maior excogitari poteſt
coniunctio, quàm quę inter patrem & filiam ipſam
uiget? l.ſi.C.de impub.& alijs ſubſt.l.iſti quidem.ff.
quod metus cauſ. l. ſi furioſo puberi.ff. de curatore
10 furio.† quare & naturali ratione compulſus legiſla-
tor parẽtibus ipſis ea eorũ ſemine ſatos alendi onus
iniunxit. l. ſi quis á liberis.ff.de lib.alen. & agnoſ.l.
prima, ſecunda, & tertia C. eodem de alen.lib.c.cùm
11 haberet, de eo qui duxit quam per adul.pol. † Quo
nomine & certam bonorum portionem eiſdem re-
linquendam ſtatuit.l.Papinianus.§.quarta.ff.de in-
offi.teſta.& §.meminiſſe.ubi Gloſ. Alber.Bartol.&
Ang. in auct.de trien.& ſemiſ.& auct.nouiſſima.C.
de inoffi. teſta. ubi Iaſ. poſt ueteres & docuit Soci.
conſ.cl.nu.xx. in primo uerſ. tamen in contrarium.
Quinimmo & uiuente quoque patre quaſi domini
exiſtimantur.dict.l.in ſuis.ff.de lib. & poſthu. unde
12 † diuus Paul.concludit, filius ergo hęres, ad Roman.
viij.& c.quicunque, xvii. q.iiii.& auct.ſi qua. C. de
ſacroſanct.eccleſ.& cap.ſi qua, xix.q.iij.& Soci. ad-
uertit conſ.xxiii.nu.xx.& d.conſ.cl.nume.xliii.lib.j.
13 † Quamobrem, cùm Magnificus D.Hieronymus fi-
lias illius in dote inſtituerit, ut inde ali uiroq; con-
iungi poſſent.l.Titio centum.§.Titio genero.ff. de
cond.& demonſ.ubi Bart.Imo.& Caſt.& l. Pompo-
nius Philadel.C.fami.erciſ.l.j.ij.& iij.ff. de iure dot.
& auctẽn.res quę, communia de leg.ibi, ſi portio le-
gitima. &c. et Albert.aduertit ibidem uerſ.idem te-
net Glo.& Bart.in fin.q.penul. & Bal. nouel. atque
Campeg.pertractarunt in trac.dotium, ne aliàs inu-
tiliter teſtarẽtur l.inter cętera.ff.de lib.& poſthu.l.j.
& ij.ff. de iniuſt.& irr.teſta.& §.aliud quoque.in au-
thent. ut cum de appell. & in auctẽn. ex cauſa.C. de
lib. præteri.ubi Alex. & Corn. & l.poſthumo.C.de
bon.poſſ.cont.tab.ubi omnes.arg.huiuſmodi diſcu-
tiunt. & uidit Bald.conſ. ccccxxiii.in iiij. & cccclvj.
nu.x.& ccccixxv.nu.xv.in v. quocircà mirum uide-
tur contendi poſſe paternum hoc conſilium pietatis
plenum alicuius uel integerrimi iudicis arbitrio ce-
14 dere debere. † Cùm tamen nullus ſit cum paterno
comparandus affectus, ut ex iuſtiſſimo illo ſapientis
iudicio colligitur.c. adferte, de præſumpt. & d. c.
ſuper eo, il ij. & d. l.amiciſſimos.ff.de excuſ.tut.&
l.ſi.C.de cura.furio. & l. nec in ea.ff.de adul. ibi, qđ
plerunque paterni nominis pietas. & pertractauit D.
meus Alcia. præſum.xxviii.reg.ij.trac.eo.& Reue-
rendiſſimus D. meus Card. Pariſ. conſi. lxxiij. in ij.
nu.xxx. Aequius ergo uidetur cùm uolens & lubens
pater munus hoc ſubierit, quod ea legis diſpoſitio-
ne detractare non poterat.l.ſi.C.de dotis promiſ. &
l.qui liberos.ff.de ritu nupt. & congruam hanc do-
tis ipſius conſtitutionem cenſuerit, ut ultrà d. Nico-
lai bona quingentos quoque aureos hæres illius nu-
meret, extraneę iudicis cenſuræ paternum hoc iu-
dicium non ſupponi.d.l. fin.C.de cura. furioſ. Et in
non abſimili ſpecie quandoque reſponſum extat
Alex.conſ.xxiii.nu.iiij. & v. in iiij.Soci.conſ.xxij.
nu.xj.in j. Reuerendiſſimus Pariſ. conſ. lxxj. nume.
lxxvj.in iij.idque potiſſimùm contendentibus extra-
neis, quos ſuis præferri à cuiuſcunque legis ratione
prorſus diſſidet.d. l. cum acutiſſimi, ubi Bal.Sali.&
& Corn.in j.not.& d.l.Lucius, la ij.in fin.& §.ſui, &
§. cæteri, inſtit.de hæred.quali.& differ.

Quintò cùm Magnificus D. Alexander nullo cõ-
fecto inuentario ipſius D. Hieronymi hæreditatem
adierit; qua rimula filij eius & hęredes euadere poſſe
putent, uel qua ratione ſubterfugere, quin Magnifici
D. diſpoſitionem exequantur, & ut dos in D.Nico-
lai bonis filiæ ipſius conſtituatur? l. cùm à matre.C.
de rei uendi.l.uenditrici.C.de reb.ali. non alien.§.ſi
ab eo C. de nego. geſt. l. ſi uxor. C. de bonis aucto.
ind.poſſid. cum enim hæres idcircò dictus ſit quòd
defuncti perſonæ ita cohęreat, ut illam ipſam re-
ferre cenſeatur.l.hæredem.ff.de reg. iur. ubi Deci.&
Cagnol. & in auctẽn.de iure iu.à moriente pręſti. §.
j. ſanè obligationem, quam pater naturalem atque
ciuilem lubens agnouit, prorſus exequantur.l. ij.§.
ex his.ff.de uerbo.obliga.& l.uete.C. de contrahen.
15 ſtipul. † & ſi læſos ſeſe uident, parenti adſcribant,
qui Cęſareæ legis beneficium contempſerit.l.ſi.§.&
ſi pręfatam C.de iur.delib.ubi Bal.Ang.Sali. Alex.
Fulgo. Corn.& Iaſ.ex inuentarij confectione plura
hæredem ipſum commoda conſequi aduertunt, &
in Specu. de inſtrumen. editione.§.de impug.nume.
xviii.& Azo in ſumma C.eod.& Ange. in §. fiat, in
auctẽn.de hęred.& falci. Quocircà illud ipſum non
conficientes hæredes defuncti uoluntatem ad unguẽ
implere compelli, non rarò reſponſum extat, ut per
Caſtren.conſ.clxiiii. Viſa facti, lib.j. & ccxx. Dubiũ
facit eo.lib. Deci. conſi.ccccxviii.nume.xv.et Soci.
conſil: cviii. lib. primo, & Reuerendiſſimus Card.
Pariſ.conſ.lxxiii.nu.xxv.vol.j.& lxv.num. xlviii. in
iii.& lx.nu.clxi.uol.eod. Qua enim ratione Magni-
ficus eorum pater domini Hieronymi hęres detrecta-
re non poterat, quin defuncti uoluntatem exeque-
retur, eadem quoque filios & hęredes compelli de-
bere non ambigitur ex ueteris iuris regula, qua dici
ſolet, hęredis hæredem ipſius primi hęredem cenſe-
ri.l.hæredis appellatione.ff.de uerb.ſigni.& l.ſcien-
dum.& l.quid per ſucceſſionem.ff.de reg. iur.& l. ſi.
C.de hæred. inſtit.& l.in annalibus.C. de lega. quod
ex facto ſępius reſponſum fuit. Alex.conſ.lvi.nu.iiii.
lib.primo, & xxiii.nu.vi.in ij.& xxxvi.nu.iii.in iii.&
xlix.nu.vi.in vi.Rui.conſ. iiii.nu. viii. & conſ. lviii.
nu.vi.in v.& Card.pariſ.conſ.xx.nu. xlvi. primo, &
lxxiiii.nu.xxxix in iii.

Sextò

Sextò filios & ipſius D. Alexandri hæredes ab hoc
ipſo iudicio inſtituendo ea ratione repellendos iudi
candum uidetur, quod ipſis Magnificis coniugibus
aduerſus illos iudicatæ rei exceptio competere poſ-
ſe uideatur. cenſuit enim Senatus xl. uirorum am-
pliſsimus ſententiam illam, qua declaratum fuerat,
D. Alexandrum mittendum eſſe in poſſeſsionem om
nium bonorum D. Nicolai ubicunque poſitorũ pro
reſciſſa haberi perinde ac ſi lata non fuiſſet. quare,
cùm ſupremum hoc tribunal ſit, iudicatæ rei aucto-
ritatem cenſura hæc habere uidetur. l. j. ff. à quib.
appell. non lic. uerſ. ſciendum. & c. intimaſti, de ap-
pell. ubi Abb & Deci. nu. ix. & Card. Pariſ. conſ. xlvj.
16 nu. viij. lib. j. † Quocircà ab ipſius iudicij limine hæ-
redes huiuſmudi repelli poſſe uidentur. c. j. de excep.
in vj. c. quoniam contrà, de proba. ubi Gloſ. in uerb.
præſump. & Docto. in l. ſi. C. ſententiam reſcindi nõ
poſſ. Bart. docuit l. j. ff. de noui operis nuncia. q. j. vij.
& ix. & l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. q. v. princi-
pali. quod potiſsimùm in pręſenti negotio dicendũ
uidetur, quippè quòd ſuper eiſdem bonis ipſi domi-
no Hieronymo prælegatis itemq; inter eaſdem per-
17 ſonas contendatur, † unde iudicatæ rei exceptio pro
ficiſci ſolet. l. cùm quæritur. ff. de excep. rei iudi. l. ſi
mater. §. eandem. l. de hoc, eod. tit. & c. ſi. de excep. in
vj. ubi Glo. in uerb. admitti. & Io. And. & Gemi. nu.
iiij. colligunt, ita demum iudicatæ rei exceptionem
competere, quando rerum & perſonarũ eadem con-
currit eſſentia. quod & Abb. Panor. uidit conſil. 50.
lib. j. & Alex. conſ. lxi. nu. ix. in ij. & Deci. cccexlvi.
nume. iii.

Et ex his concludendum uideretur domini Ale-
xandri filios & hęredes ab hoc ipſo iudicio inſtituen
do reppellendos: quippè quòd ipſi D. Dolę patruo
affectu in uniuerſis ipſius D. Nicolai bonis dos con-
ſtituta uideatur, & maximè ijs, quę eius patri præ-
legata fuerant, Illuſtriſsimi Senatus xl. virorum iu-
dicio liberis declaratis. Qua quidem prouiſione ni-
hil quidquàm legalius cẽſeri debere videtur. §. ergo
ſentientium, in auctent. quibus mudis naturalea ef-
ficiun. ſui. ibi, nihil iuris rationi magis conuenire, q̃
ut filij in parentum ſucceſione potiores habeantur,
quod & D. Maria. iun. aduertit conſil. xlvii. nume.
xiii. in ij.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus, op-
poſitum uerius eſſe cenſeo. quinimmo iuris noſtri
rationi conuenire reſpondeo, & iudicandum affir-
mo, dotem ipſi D. Dolæ non in omnibus D. Nico-
lai bonis immobilibus etiam in Patauino agro ſitis
olim eius ipſius patri à domino Nicolao pręlegatis
paterni teſtamenti uirtute conſtitutam cenſeri, ſed
in eatantùm quantitate deberi, quam bonus uir, id
eſt index inſtantibus d. Alexandri ipſius D. Hiero-
nymi hęredis filijs & hęredibus congruam atque de-
centem declarabit atque decernet, inſpecta coniugis
utriuſque conditione & facultatibus. Denique ue-
tuſta & frequenti Patauinę nobilitatis conſuetudine
diligenter conſiderata, & pluribus alijs rationibus
inferius adamuſsim diſcuſsis: quod multipliciter
probari poſſe exiſtimo.

Et in primis patronos concluſionem hanc & cau-
ſam defenſuros, necnon & iudices controuerſiam
huiuſmodi definituros, ſcire opportet, quemadmo-
dum in hac ampliſsima de Doctis familia, bona ali-
qua extant fideicommiſſarię reſtitutioni ſubiecta,
quædam feudalia, nonnulla etiam libera. Quod ad ea
quę reſtitutionis oneri ſubiecta exiſtimantur, ſcien-
dum eſt, olim Magnificam D. Gilliam de Protis, D.
Bartholomęum & Daulum ex D. Iacobo Dotto, &
D. Franciſca ipſius d. Gillię filia nepotes ex aſſe hæ-
redes inſtituiſſe atque eos quandocunq; decedentes
abſque filijs inuicem ſubſtituiſſe uulgariter, pupilla-
riter & per fideicõmiſſum. unde cùm D. Dolus ſiue
Daulus abſq; filijs obierit, & ex ipſo D. Bartholomęo
Iacobus ipſe ſuperſtes fuerit, ex quo quidẽ D. Bertho
lomęus & D. Io. Petrus, & D. Nicolaus eques editi
fuerunt, inter quos quòd ad huiuſmodi bona attinet
fideicommiſsionus inductum, dubitari non debet. §.
ſi. inſtit. de pupil. ſubſti. ubi Gloſ. in uerb. per fidei-
commiſſum. & §. in primis, inſti. de fideicom. hęred.
& l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. uerſ. quid ſi tan-
18 dem. † Et quamuis ſciam aliquando diſputatum
fuiſſe, fœminas ipſas ab hujus fideicommiſsi peti-
tione excluſas nõ cenſeri, cùm teſtatrix filios & de-
ſcendentes prædecedentium ſubſtituerit. l. maximũ
uitium. C. de lib. pręterit. l. ſi quis ita. ff. de teſtamen.
tutel. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. ij. l. iuſta. ff. de uerb.
ſignifi. Doct. d. c. Rainaldus, in uerbo ſi abſq; maſcu-
lis, de teſtam. & Alex. conſ. lv. Ponderatis, lib. iij. &
Deci. conſ. cccexiiii. num. iii. & iiii. & conſ. cccexci.
19 nu. ij. & iij. & conſ. dlviii. nu. viii. & dlxx. nu. ix. † ubi
filiorum & deſcendentium appellatione maſculos &
fœminas contineri concludunt. idque præſertim cũ
ab ipſa muliere ſubſtitutũ fuiſſe proponatur: quam
quidem proprium ſenſum abhoruiſſe uerìſimile non
ſit. argumento l. præſes. C. de ſeruitut. & aqua. & l. ſi
ſeruus. ff. de ſeruis export. & in non abſimili caſu ex
facto conſultus Anchar. ipſe reſpondit conſ. cccxx-
xix. Pro maiori. & Deci. dlxxi. nu. xi.

Quoniam reſeponderur in pręſenti negotio de
maſculis ea ratione intellectum fuiſſe probari, quia
teſtatrix neptes ipſas excluſerit, & nepotes ex filio
uocarit; unde agnationis ipſius propagationem præ
oculis habuiſſe uidetur, §. cęterùm, inſtitu. de legit.
agna. ſucceſſ. & §. item uetuſtas, eod. tit. & Docto. d.
l. maximum uitium. C. de lib. pręterit. & pertractant
Palat. & Bru. in trac. ſtatutorum ſtantibus maſculis
fœminas ipſas excludentium, in principio primæ
partis. quodquidem indicium uel maximũ eſt, eam
dum filios & deſcendentes ſubſtituit, de fœminis
remotioribus non intellexiſſe, cum proximiores ex-
cluſiſſet. arg. l. ſi. niua matre. C. de bonis mater. & d.
l. Lucius, in ſi. ff. de hære. inſti. & Bal. docuit l. quicũ-
que. C. de ſeruis fugi. & ex pluribus ueterũ reſponſis
oſtendi poſſe uidetur. Card. conſ. cxxxix. Puto filias.
Cuma. conſ. cxvii. In teſtamento. Abb. conſ. xxxvi.
Videtur lib. j. & deci. conſ. xv. & dlxx. in fin. & nuper
D. Marianum iuniorem non latuit conſi. clxx. in ij.
nu. xlvii. Quare quod ad hæc ipſa bona attinet, ne-
mini ambigendum exiſtimo, quin fœminæ ipſę ma-
20 ſculis cedere debeant, † cùm fideicommiſſariæ reſti-
tutioni ſubiecta bona alienari non poſsint. l. ſi. §. ſed
quia, cum auctẽn. ſeq. C. cõmunia de leg. Pręterea &
ex loco ubi teſtata fuit urgens elicitur coniectura de

maſcu-

maſculis eam intellexiſſe, quippè quòd ſingulari iu-
re Patauinę. Ciuitatis cautum ſit, fœminas ipſas con-
grua dote contentas maſculis ſuccedere debere. rubr.
de ſucceſsion. mulie. ab intesta. xxxiii. & rub. xxxvii.
in reforma. Quocircà in huiuſmodi propoſito, filio-
rum mentionem & deſcendentium ad maſculos tan-
tùm referre, tùm legendo, tùm ex facto reſponden-
do, ueteres ſępius tradiderunt: Anchar. l. tres fratres.
ff. de pact. ubi Iaſ. nu. xii. uerſ. vi. Alex. l. Gallus. §. j. in
fi. ff. de lib. & poſthu. & l. hæredes mei. §. mulier. ff.
ad Senatuſconſ. Treb. col. viii. Anchar. conſ. cxxxiiii.
Viſis, uerſ. principaliter. Caſtrenſ. conſi. dclxxii. Iſte
caſus. & ccclv. lib. primo, Alex. cxxvii. Viſo, lib. j. &
21 cxix. in v. & Deci. conſ. cxlv. nume. iiii. † diſponens
enim ſemper pręſumitur cum iuris ubi teſtatur vigen
tis diſpoſitione conformari. d. l. hęredes mei. §. cùm
ita. ubi Bart. Cuma. Imol. & Alexan. nu. viii. & Soci.
xxxv. & Ripa lxxvii. & lxxviii. Quapropter ſit hæc
inconcuſſa concluſio, bona huius oneris & nexus
uinculo ſubiecta apud quemcunque prædictorum
fratrum inueniantur, alienationis ipſius commercio
non ſubiacere. d. l. fi. C. cōmunia de leg. cum aucten.
ſeq. & l. Marcellus. §. res quę. ff. ad Senatuſconſ. Tre-
bel. ubi Alex. diffusè interpretatur, & Idcircò in hac
dotis conſtitutione comprehendi non poſſe, ut dif-
fuſius mox explicabo.

Deinde, quod ad ſimilia bona attinet, ſilentio in-
uoluendum non duxi, quemadmodum D. Nicolaus
cùm D. Io. Petrum fratrem, & D. Ioannem ex fratre
nepotem ex aſſe hæredes inſtituiſſet, eis quandocūq;
decedentibus per fideicommiſſum ſubſtituiſſet om-
nes & quoſcunque eorum deſcendentes maſculos,
quibus deficientibus fœminas ipſas uocauit in omni
caſu cuiuſcunq; portionis uel falcidiæ legis uel Tre-
bellian Senatuſcōſulti auctoritate deductionē pro-
22 hibendo. † Illa etiam adiecta clauſula, ſeſe propriæ
facultatis ignarum non eſſe, quæ ſanè legitima di-
ſpoſitio eſſe cenſetur. §. hinc nobis. in aucten. de
hæred. & falci. & §. ſi uerò expreſsim, ubi Ang. uerſ.
ſed iuxta hoc quæritur, & aucten. ſed cùm teſtator.
C. eodem, & D. Marianus iunior poſt multos con-
ſultò omiſſos docuit conſ. clxx. in ij. nu. xxiiii. xxv.
& ſeq. Quare, cùm D. Hieronymus unica domina
Dola ſuperſtite deceſſerit, illius prohibitionis uir-
tute ad huiuſmodi bona eam admitti non poſſe cen-
ſeri debet: quippè quòd ad maſculos deſcendentes
hæredum illius ea ipſa peruenire teſtator iuſſerit. d.
c. Rainaldus, de teſta. ibi, ſi abſque maſculis. Gloſ.
Goffre. Hoſtien. Io. Andr. Butr. & Card. nume. xi. &
Bart. l. cùm auus. q. j. & ij. de condit. & demonſt. ubi
Soc. nu. lxxvi. & lxxvii. & Iaſ. l. ſi quis id. ff. de iuriſd.
omn. iud. nu. xiii. Abb. d. conſil. xxxvi. nu. primo, lib.
primo. & Alex. conſ. xxx. Cùm omne, lib. primo, nu.
xxi. & Deci. conſ. cxciii. nu. primo.

Probatur ulterius ad ipſius D. Nicolai bona fœ-
minas admitti non poſſe: quippè quòd in caſu non
exiſtentiū maſculorum eas tantùm Eques ipſe uoca-
rit, prohibendo ne bona illius ullo unquàm tempo-
re etiam quod ad partem attinet, alienarentur, legi-
23 tima quidem adiecta cauſa, † ut perpetuò in eius
ipſius agnatione conſeruata de hęrede in hęredem
tranſirent. quod quidem præceptum iuſtum & nu-
meris omnibus abſolutum, certiſsimum fideicom-
miſſum inducere creditur. l. filius fam. §. diui, de leg.
primo, ibi, niſi inueniatur perſona. Iacobus ab Are-
na, Oldra. Din. Alber. nudum, id eſt ſine cauſa inter-
pretantur, & Bart. diſcutit. q. j. & Imol. nu. j. uerſ. no-
ta quòd. Alex. & Iaſ. uerſ. noto quintò, & Crot. num.
xlvii. & nuper D. meus Alcia. & in d. aucten. res quę,
ubi Iaſ. nu. j. & Alexan. l. qui Romę. §. cohęredes, uerſ.
puto concludendum. ff. de verb. oblig. unde fideicō-
miſſum huiuſmodi tam enixa uoluntate inductum,
24 ultra † quartum gradum extendi, Alex. ipſe reſpon-
dit conſ. lxv. lib. j. nume. j. ij. & iii. & conſ. xxiii. in ſe-
cundo, & conſ. xxxix. in iii. & Deci. conſ. ccclvii. nu.
primo, & ſecundo, & conſi. dcxxxv. num. j. & viii. &
Grat. conſ. xv. & ſeq. nu. xii. & xiii. & conſ. lxviii. nu.
x. & xii. in ſecundo. Quamobrem ex prędictis infer
tur, ut bona ipſi domino Hieronymo à domino Ni-
colao his uerbis prælegata: Item laſſo al predetto
Hieronimo mio nepote tutta la mia parte de beni
in Padoana cum onere & honore. Item tutti li liuelli
& altri mei beni. huius arctiſsimi fideicommiſsi uin-
culo ſubiecta cenſeri, aliquin uoluntas illius prorſus
uiolaretur, dum bona perpetuò inter agnatos con-
ſeruari iuſsit, & idcircò nullam eorum partem alie-
25 nari poſſe decreuit. † quam tamen legiſlator ipſe ue-
luti legis ipſius diſponere, cuſtodiri ſtatuit. l. verbis
legis, de verbo. ſignifi. l. penul. de leg. ſecundo, l. in
conditionibus. ff. de condi. & demonſtra. & l. cum
uirum. C. de fideicomm. & §. diſponat, in aucten. de
nupt. & l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ.
26 † Accedat, quòd pręlegatum hoc maiorem immo-
bilium partem abſorbeat, quocircà reſtitutioni ſu-
biectum cenſetur. l. quid ergo, in fi. ubi Glo. in uerò.
ſi qui, uerſ. planè, de leg. primo, & Bart. l. Marcellus.
§. quidam liberis, ad Senatuſcon. Trebel. ubi Alexan.
nu. iiii. uerſ. iiii. fallit. & Bald. l. cùm uirum. C. de fi-
deicommiſſ. nu. ix. uerſ. iiii.. oppono. & Corn. conſ.
cclxxiii. uerſ. tamen, in iiii. & Deci conſ. xxiiii. uerſ.
& ulterius, ſententiam hanc communem atteſtatur.
27 † Tùm quia inſtitutionem ipſam prælegatum hu-
iuſmodi recedat, quæ ratio ſola ſufficiens credatur,
ut reſtitutioni ſubiaceat. Glo. in d. l. cum uirum, in
uerb. comprehen. uerſ. ſi uerò primum prælegauit.
ubi Bal. Fulgo. Corn. nu. j. ij. & iij. & ex facto paſsim
reſponſum extat; ut per Ancha. conſ. xxvii. & xxviii.
in quarto dub. Corn. conſ. cclxiii. in iiii. Alexan. xxv.
uerſ. quantum autem, in primo, & conſ. lxviii. Viſo,
in ſecundo, in fi. & liii. Videtur, in iiii. & cclii. nu. vi.
in iii. & Iaſ. conſ. ult. in iiii. & Soci. conſ. cii. nu. xi. in
iij. & Deci. conſ. ccliiii. Viſo, uerſ. ſed tamen, & uerſ.
primò ergo, nu. xi. in iii. & Rui. conſ. lxv. num. xvi. &
conſ. cxvi nu. viii. in ij.

Demum, quia teſtator ipſe; qui prælegauit, re-
ſtitutionis onus hæreditarię portioni non ſubiecit:
quo caſu prælegatum ipſum reſtitutionis oneri ſu-
biectum creditur. d. l. Marcellus. §. quidem, ubi, iure-
conſ. inquit. pręceptionem fideicommiſſo cōtineri,
cùm teſtator portionem hæreditariam non ſcripſit.
ubi Glo. in uerb. hæred. et Alexan. nu. iiii. & Corn.
conſ. clxxxii. in ij. litera f. & conſ. xv. litera. a. & c. &
conſ. xx. litera q.

Ex quibus luce clarius probatum intelligi debet,
pręlega-

prælegatum huiuſmodi fideicommiſſariæ reſtitutio-
ni ſubiectum, non autem liberum eſſe, ut D. Mantuæ
libuit conſ. ccxvi. nam in terminis præſentis negotij
maturius, diligentius, & eruditius conſiderauit D.
meus Card. Pariſ. conſ. xvi. nu. xviii. in iii.

Et ſi diceres, bona huiuſmodi ſententiæ ipſius Il-
luſtriſsimi Senatus xl. uirorum auctoritate, libera ef-
fecta cenſeri, cùm definitionem illam reſcindat, ut
dominus Alexander mitteretur in poſſeſsionem om
nium bonorum ubicunque poſitorum ad ipſum D.
Nicolaum mortis tempore pertinentium. Quare an
tecedentiæ cuioſdem uirtute bona hęc libera indi-
caſſe uideri. l. ij. ff. de iuriſd. omn. iud. & c. præterea,
de offi. deleg. Et maximè, cùm ex actis colligatur
inter partes ipſas controuerſiam hanc fuiſſe diſcuſ-
ſam. c. licèt Hely, de Simo. & clem. ſæpe, de uerb. ſig.
29 ibi, † iuxta petitionis formam ſententiæ conceptio
dictetur. & l. ut fundus. ff. communi diuidund. Quam
quidem interpretationem demum ſuadere uidetur
ultima illius pars, dum colligatores in priſtinum
ſtatum repoſuit, perinde ac ſi lata non fuiſſet: qua-
re illi iam abolitę nullus auctoritatis effectus cohęre
re poſſe uidetur. l. prima. & ſecunda. ff. de pecul. leg.
l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de action. empti. ibi, fundi
bonitas, quæ non extat, perpendi non poteſt. & l. non
dubium. C. de legib. alioquin, ſi aliter interpretare-
mur, à iuris ipſius ratione plurimùm diſsideret. d. l.
ſi quando. ff. de leg. primo, & docuit Ange. in l. ędem
C. loca. & Deci. cap. paſtoralis, nume. j. de appella-
tion. & c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. ad finem,
ubi diſſerui.
30 Reſpondeo † eam eſſe ſententiæ conditionem, ut
ſtricti iuris exiſtimetur, & eatenus operetur, quate-
nus uerba ipſa indicant. l. penul. ff. qui ſunt ſui uel
alieni iur. ubi Gloſ. & Docto. Gloſ. & Bar. l. Iulianus
31 uerum. ff. de condi. indebi. in uerbo nam. † Nam, cũ
auctoritate initi quaſi contractus acceptato iudicio
illa ipſa proferatur. l. iij. §. idem ſcribit, de pecul:
conſequens eſt contractibus ipſis illam æquipari.
Bar. & Bal. l. j. C. de ſenten. & interl. l. j. & ſecunda, C.
ſi plures una ſenten. in quibus quidẽ quod omiſſum
eſt pro omiſſo haberi conſueuit. l. ſi. cum dotem. ff.
ſoluto matri. l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. Et
idcircò contra eum, qui ex eis innititur, interpretatio
fieri ſolet. l. ueteribus. ff. de pact. & l. in contrahenda.
ff. de reg. iur. & diffusè omnes tradunt in c. in præſen
32 tia, de probation. ubi quandoq; diſcuſsi. † Idẽ etiam
eſſet, ſi illam ultimis uoluntatibus æquiparemus, quod
Bart. quandoq; placuit. l. centeſimis. ff. de uerb. oblig.
q. penul. & ibi Iaſ. diſputat. nu. xiiii. & xv. & Alexan.
l. impoſsibilis, eod. tit. num. vj. & licèt in teſtamentis
plenius interpretari conſueuerit. d. c. cum dilecti, de
donationib. d. l. in teſtamentis, de regu. iur. id tamen
intelligendum eſt, cùm diſpoſitio ea ipſis uerbis col-
ligitur. l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtituen.
ubi Bal. & Imol. & l. unica C. de Cadu. tol. §. ſin autẽ
ad deficientis. Quare cùm uerba ſententię huiuſmo-
di eo pacto concepta non ſint, ut bona hęc illius au-
ctoritate libera intelligantur, mirum eſt, aliquos
caſtare, qui idipſum affirmare auſint, idque contra
naturam actus. d. l. penult. d. l. j. & ij. C. ſi plures una
ſenten. & uidit Reuerendiſsimus D. meus Pariſ. cõſ.
cxi. num. iij. & iiij. lib. j. Tùm & iuris ipſius ratione
33 qua ſuadetur, † Principem ipſum ius alteri compe-
tens nõ ita facilè auferre uelle præſumi. l. ij. §. ſi quis
à Principe ff. ne quid in loco publi. & c. ſuper eo. de
offi. de leg. & c. ex tuarum, de uſu & aucto. pall. &
diffusè diſputatum eſt d. cap. quę in eccleſiarum, de
conſti. in j. membro prin. Abb. & d. l. fin. C. ſi contra
ius uel util. publ. quod eo amplius in propoſito caſu
34 concludi debere uidetur, † cùm ius hoc ſimplici iu-
ris humani auctoritate quęſitũ non uideatur, quem-
admodum ſi temporis curſu, aut ſententiæ alicuius
auctoritate competeret. Bart. l. interdum. ff. de cond.
35 indeb. † ius etenim ex teſtatoris uoluntate quęſitũ,
Cæſaris reſcripto nõ facilè conſueuit auferri. l. ſi te-
ſtamentum. C. de teſtamen. quippè quod naturalis
iuris ſiue gentium ſupercilio acquiſitionis huius mo
dus introductus exiſtimetur, quamuis iuris ciuilis
diſpoſioni illum ipſum quandoq; Bart. adſcribat, &
quidẽ alij adſtipulentur, Iaſ. l. ex hoc iure. ff. de iuſti.
& iur. nu. xlvii. uerius tñ uidetur huius ipſius acqui-
ſitionis ſubſtantiam iuris gentium diſpoſitioni at-
tribuendam eſſe, licèt ciuile ius ſolẽnitates ipſas ad-
diderit. unde in uetuſtiſsima lege quod ad ſucceſsio-
nes huiuſmodi attinet, illas cuſtodiendas eſſe ſæpius
cautum extat, Leuitici xxv. & num. xxvii. quod Fulg.
aduertit d. l. ſi teſtamentum, & Iaſ. d. l. ex hoc iure, &
Ange. rub. inſti. de teſtam. & conſ. ccxcviii. Pontus
talis. & Aud. Siculus plures idem ſentientes adducit
36 rub. de teſtam. num. j. † Qua ratione, licèt ſupremi
Principis iura Senatus ampliſsimos habeat, & illis
utatur, nõ debet tamen cẽſeri ita facilè ius nobilibus
hiſce competens ex probatiſsimo iuris gentiũ acqui
ſitionis modo auferre uoluiſſe. Abb. Feli. Deci. &
Bero. d. c. quę in Eccleſiarum in ſecundo memb. di-
ſtinct. princ. & cap. j. de probation. ubi Deci. difusè
poſt omnes diſcutit, & Cæſarei iuris interpretes. d.
l. fi. C. ſi contra ius uel util. pub. Quæ cùm huiuſmo-
di ſint, quicquid ſentiant alij, cùm lex aliter non
diſponat, aliter ſentire erubeſcerem. l. proſpexit. ff.
qui & à quibus l. illam. C. de collationib. ubi Gloſ.
in uerb. nulla conſtitutio. unde ab ipſius ſententiæ
uerbis recedendum non eſſe exiſtimo. d. l. penult. ff.
qui ſunt ſui uel alieni iur. Et eſto ſententię huius au-
ctoritate bona hæc libera deinceps cenſeri, quod ta-
men prorſus falſum eſſe uidetur; adhuc dico uirtu-
tem illius non eſſe retrotrahendam ad tempus mor-
tis teſtatoris ipſius, quia illa ipſa talia ſint iudicanda,
qualia cõditi teſtamenti tẽpore erant. Et ex quo qui
dem dominus Hieronymus in bonis domini Nico-
lai filiæ dotem conſtituendam iuſsit, Bart. l. Gallus.
§. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſthu. uerſ. ex quo
nota quòd in integrum, cum duabus quæſtionibus
37 ſeq. & ibidem alij colligunt † ſententię uirtutem nõ
retrotrahi, ut interim iua alteri quæſitum auferat. l.
poſt contractum. ff. de donation. ubi Albert. Bart.
Roma. Caſtrenſ. Picus & Alcia. docuerunt. Nec id-
circò inanis dijudicari debebit, cùm ſatis operari ui-
deatur, reſciſsionem antecedentis ſententiæ produ-
cendo: qua iubebatur dominum Alexandrum in poſ
ſeſsionem omnium bonorum, etiam in agro Patau-
no exiſtentium mittendum eſſe: non ut dos in omni-
bus illis ipſi dominę Dolę conſtituatur, ſed in ea
quantitate,

quantitate,quam iudex congruam & condecentem
indicabit,ut inferius oſtendam.Qui quidem effectus
non leuis erit, nt ſi fortè mobilia bona dotis huius
conſtitutioni non ſufficiant, ex illis ſuppleri poſsit,
rationibus & modis inferiùs declarandis.

Tertiò in hac ipſa de Doctis familia, quędam feu
dalia bona estare præſcire oportet, ad fœminas ipſas
non tranſmiſsibilia; quod ſingularis eorum natura
ſuadet,ut inueſtiturę conceptio dictai:quocircà ho-
minis prouiſio legis diſpoſitione munita fortior exi
ſtimari ſolet.c.j.§.hoc autem, qui feudum dare poſſ.
& cap.primo,de duobus fratrib. à Capitan. inueſti.
& c.primo.de ſucceſſ.feud.vnde efficacius fœmina-
rum ipſarum expulſio longè efficacior probatur,
pluribus præſertim deſcendentibus maſculis ſuper-
ſtitibus.c.primo de tregua & pac.auctem. itaque. C.
communia de ſucceſsionib.ubi Alber.& Salice.& in
auctem. de conſangui. & uterinis fratrib. ubi Ange.
poſt Barto. aduertunt. Quare quòd ad hæc feudalia
bona attinet, miror quoſdam leuibus & maximè fri-
nolis rationibus cenſuiſſe ipſam D. Dnlam maſculis
38 cedere non debere, † cùm ex ipſius inueſtituræ cō-
ceptione prorſus oppoſitum cōſtet, à qua nec tranſ-
uerſum quidem vnguem,etiam aduerſus feudorum
naturam recedere licet.capitu.primo.§.denique.quę
fuerit prima cauſa benefic.amittend. ubi Iſern.Bal.
Aluaro. & Afflict. aduertunt, & ſępius ex facto re-
ſponſum extat. Roma.conſi.xxxiij.Viſo. Dec.conſi.
cxciij.nume. j.& conſi.ccviij.nume.ij. conſi.cclxix.
nume.v.& conſi.ccccxxxv.nume.v. & conſi. dcxiiij.
nume.iiij. & Gozad.conſi.xc. nume.vj. & Reueren-
diſsimus Cardinalis Pariſ.conſi.primo,num.primo,
lib.primo.

Quamobrem his præcognitis atque diſcuſsis,cō-
ſequens eſt, nt Magnifici D. Hieronymi diſpoſitio-
nem dum in bonis Magnifici patrui filiabus dotem
conſtitui iuſsit, de omnibus accipiendam non eſſe,
inconcuſsè concludam:quod pluribus modis, ratio-
nibus,iuribus & auctoritatibus luce clarius oſtendā.
39 Et † primò,quia in omnibus humanis actionibus
conſummandis & exequendis facultatē cum ipſa uo
luntate concurrere oporteat. l.j. §. vſus. ff. de pro-
curatorib. ibi, qui nolunt uel non poſſunt. Albe. &
Bald.aduertunt.& c.prudentiam.§.vj.ibi, ſi nolit,ſi-
ue nō poſsit. & §.adiicimus, ibi,cùm poſsit,intereſ-
ſe noluerit.Glo.in uerb. noluerit.et Docto.de offic.
deleg. Et idcircò ad inducendum effectum ne quis
ſit hæres, modus negligi ſolet, ſiue quia non potue-
rit, ſiue quia noluerit.d. l. Gallus. §. quid ſi tantùm.
ubi Barto. Alexand. & Iaſ. & l.cùm proponas.C.de
hæred.inſtituen.declarat Barto. l.j.ff. de vulga. iij.q.
principali.uerſ.declarationem.& ibi Alci.poſt Ale-
xand.Soci.& alios.At cùm Magnifici domini Nico-
lai bona omnia reſtitutionis oneri ſubiecta eſſent,
ut ſuperiùs oſtendi,ſanè concludi oportet, ipſius D.
Hieronymi diſpoſitionem in ipſis bonis exequi non
poſſe.Quippè,quòd illa commercio careant,quem-
admodum & feudalia ipſa maſculis tantùm conceſ-
ſa.d.l.Marcellus.§. res quæ.ff. ad Senatusconſ.Treb.
d.l.fin.§.fin. cum auctem. ſeq. C.communia de lega.
& d.l.filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de legat. primo. ubi
40 Docto.aduertunt, † bona reſtitutioni ſubiecta,ſim-
pliciter alienari non poſſe.Quinimmo,ſi ſecus con-
tigiſſet deſcendentibus ad fideicommiſſum uocatis
illa ipſa uendicandi ius competere cautum eſſe. d.§.
fin. & l.peto.§. fratre. ibi, ſi non paruerit hæres.& l.
qui ſolidum.§.prædium, & l. Lucius.ff.de legat.ij.et
paſsim reſponſum extat,Bald.conſi.clxiiij.in fi.ibi,ſi
ſit perſona.& conſi.ccciiij.nume.j.in quarto. & Ro-
ma.conſi.ccccłvij.in primo dub.& Corn.conſi.ccl-
viij.litera A. & conſi.clxx. litera A. lib.j. & Deci.d.
conſi.xxiij.nume.v.uerſicu.nec obſtat,& conſi.cij.&
Rui. conſi. ccij.numero primo in ſecundo.& conſi.
xxxix.in quinto.& Grat.conſi.xxj. & xxij. in ſecun-
do.& nuper D.Marianus iunior conſi.cxij. nu.xiiij.
in ij. ubi concludit, alienationem tunc quidem ad-
uerſus teſtatoris iuſſum inductam cenſeri, cùm quis
filias in huiuſmodi bonis inſtituit. Quare, cùm D.
Hieronymi iuſſus in bonis huiuſmodi,quę libera nō
ſunt, ſine ex diſpoſitione teſtatoris, ſiue ex domini
concedentis prouiſione exequi non poſsit,fateri ne-
ceſſe eſt, eum de his intellexiſſe, quorum conditio
non repugnet, tametſi vniuerſalem dictionem addi-
diſſet.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.ij.ubi Bar.do-
cuit.q.penul.& Io.ab Imol.& Alexan. in additioni-
bus. & Bal.l.j.C. quæ res pignori obligari poſſ. ne-
que enim diſponentis D.Nicolai uoto,cui ſucceſsit,
contrauenire poteſt.d.l.cùm à matre.d.l.uenditrici,
41 cum aliis ſuperiùs adductis. nam, † cùm ipſa ratio
legitimas diſpoſitiones moderetur, quemadmodum
habenę equum, & gubernacula nauem. l. ſcire. ff.de
legib.& c.fin.de reg.iur.in vj. & l. cùm pater.§. dul-
ciſsimis.ff.de leg.ij. & dici ſolet, quamlibet diſpoſi-
tionem uel in vniuerſum conceptam ad habiles ter-
minos reſtringi debere.l.j.§.lex autem.ff.ad leg.Fal-
cidi.ubi Barto.Alexand.& Iaſ.& l.j.C. de ſacroſanc.
eccleſ.& l.prima.§.nunciatio.ff. de noui operis nun-
ciation.& l.ſecunda.C.ſine cenſu uel reliq. ubi Glo.
42 Bald.& Salice. † vnde in præſenti caſu cùm indefi-
nitè ipſa diſpoſitio concepta fuerit,abſurda uidetur
interpretatio,ut vniuerſali eam æquipollere cenſea-
mus, cùm ipſa ratio prorſus repugnet. Barto. d.l. ſi
pluribus, & d.l.ſi ita,& Gemin.d.c.ut circa, de ele-
ction.in ſexto, numero quarto. Ergo concludendū
uidetur, hanc ipſam dotis conſtitutionem in bonis
ipſis liberis fieri oportere, nempè mobilibus, auro,
argento tàm facto, quàm infecto,pecunia,ſupellecti
li, quam precioſam eum reliquiſſe, atque multiplicē
accepi, pecudibus & eiuſmodi de quibus dominus
ipſe Hieronymus arbitratu ſuo liberè diſponere po-
terat. Alexan.conſi.lxviii.Requiſitus,in ſecundo. &
Decius conſi. ccclxxviii.numero primo.& in termi-
nis præſentis negotii eruditè concludit Reuerendiſ-
ſimus Cardinalis Pariſ.dicto conſi.xvi.nume.xviii.in
tertio. Quamobrem ex his interpretationem hanc
ineptam fateri neceſſariò concludendum uidetur, ut
domini Hieronymi iuſſus in bonis patrui dotem fi-
liæ conſtitui diſponentis,de omnibus intelligi de-
beat: quippè quòd de illis diſponere poterat. Nunc
ergo ad ſecundum caput accedam, an idem ſit, quia
noluerit.

Secundò diſpoſitionem huiuſmodi de omnibus
bonis domini Nicolai intelligendam non eſſe, nunc
ea ratione oſtendo;quòd ipſe noluerit. & hoc quidē

multipliciter & pluribus perpenſis cōiecturis. Qua-
rum prima ea ipſo tempore elicitur:cum enim paulò
ante dominus ipſe Nicolaus fidei hæredum ſuorum
commiſiſſet,ut bona illius perpetuò in eorum agna-
tione conſeruarentur; et idcircò nullam eorum par-
43 tem alienari poſſe cauiſſet : † non eſt uerìſimile ip-
ſum dominum Hieronymum paulò poſt in eiſdem
bonis filię dotem conſtitui pręcipientem,de illis in-
tellexiſſe, quæ feudalia erant,uel reſtitutioni ſubie-
cta.l.lecta.ff.ſi cer.peta.uerſ.dicebam, ubi Doct.ad-
uertunt.& c.pręterea,de teſta. ubi But.Imo.& Abb.
ex temporis breuitate ob liuionem non eſſe uerìſimi
lem colligunt. & D.meus Alc.ij.reg.tract.pręſump.
xxia.præſumpt. Idque præſertim,cùm ex eadem di-
ſpoſitione dominus ipſe Hieronymus hæres fuiſſet.
l.Octaui.ff.vnde cogn.in fi.& l.de de tutela.C.de re-
ſtitu.in integrum.ubi Glo.in verb.ignarum.& Do-
cto.& uidit Deci.conſi.cclaaxvij.nu.xvj. ſatius ergo
eſt,dum in bonis dotem conſtitui iuſsit,de illis qui-
dem intelligendum eſſe, de quibus diſponere pote-
rat. Quod & illum ipſum uoluiſſe uerìſimilius eſt,
tùm quòd id ipſum poſſet,tùm quòd defuncti uoto,
cui ſucceſsit,non repugnaret.c.j.de ſcrut.in ord.fac.
c.ad audientiam,de præſcript.uix enim id quis attē-
tare creditur,quod perficere nequeat, cū aliàs actus
ille inutilis eſſet.d.l.quoties.ff.qui ſatiſda. cogan. &
Bal.l.precibus.C.de impub.col.aij.poſt alios, quos
adducit Alea.conſi.iiij.nu.aij.& conſ.lij.nu.aaavij.
& conſi.lv.nu.ij.& iiij.in iiij.

Secunda uiget quòd noluerit, coniectura ex iuris
44 regula,quę circumfertur†neminem pręſumi actum
eluſorium gerere uelle.l.Męuius.ff.de leg.ij.l.an inu
tilis.ff.de acceptil.Bal.d.rub.C.de contrah.emptio.
q.xa.Ange.d.l.ædem.C.loca. & Alexan.conſ.clxxj.
in v. numero ij.& In.de Ana.conſi.lxvij.& Decius
conſil.cclij. nume.iij.& ccccxvj. numero xx. Quare
conſultius ſit,teſtatorem ipſum,qui non declarauit,
quam bonorum ſpeciem intellexerit, in illis bonis
dotem ipſam conſtitui uoluiſſe præſumi, quorum
alienatione iuris ipſius ratio non lędatur.quod De-
cius docuit conſi.clv.numero tertio cum aliis ſupe-
riùs adductis.

Tertia,quòd noluerit hanc fieri interpretationē,
coniectura eiuſmodi uiget : cauit enim atque decre-
uit omnia à domino Nicolao eius teſtamento ordi-
nata prorſus exequenda eſſe.At cùm ille præordinaſ-
ſet,nullam bonorum eius immobilium partem alie-
nari; qua ratione Magnificorum coniugum patroni
interpretari audeant dotem hanc in bonis ipſi domi-
no Hieronymo prælegatis in agro Patauino exiſten-
tibus conſtituendum eſſe? quę quidem portio ma-
45 iorem illius patrimonij partem abſorbet. † Veriſi-
milius ergo eſt, ipſum dominum Hieronymum id
noluiſſe, ne aliàs eodem contextu pugnantia iuſsiſ-
ſe uideatur,quod à iuris ratione prorſus alienum eſt.
l.nam ad ea.ff.de cond.& demonſtr.ubi Gloſ.in uer.
ex interuallo. Alb.Bart.& Imol. & Bal. l.j.§.& par-
ui.ff.quòd ui aut clam.But. & Imol.in c.ex parte, il
ij.de offic.deleg.& Alex.l.ſi mihi.§.fi.ff.de legat.j.&
quandoque reſponſum extat,Ponta.conſi.xciiij.Vi-
ſis his,verſ.ſecundò principaliter.& Alexand.conſi.
46 xxviii.in quarto.& conſi.xcvi.in ſexto.† cuius qui-
dem abſurdi uitandi cauſa cōcludi ſolet, diſpoſitio-
nis ipſius partem ab altera declarari. Bart.& Imol.l.
ſi quis cum aliter,de verb.oblig. & probat Bald.cōſ.
cclaaiiij.Suppoſito,in ſecundo.& Cuma.cōſ.xxxiiij.
Pater uaori.& Socin.conſi.aavij.in quarto, numero
xvj. & xa. & Deci.conſi.cclxxxiij. Quare particula
hæc teſtamenti, in qua dominus Hieronymus iuſsit
in bonis Magnifici patrui eius ipſius filiabus dotem
conſtitui,cùm nec quantitatem expreſſerit, nec bo-
norum conditionem, an immobilia an uerò mobilia
ſenſerit,ab altera declarari debet,in qua quidem ca-
uit ordinata ab eius Magnifico patruo ad unguem cu
ſtodienda eſſe.l.qui filiabus.ff.de leg.j. ubi Barto. &
Imol. poſt ueteres; & in non abſimilibus caſibus à
maioribus noſtris non ſemel reſponſum extat atq;
deciſum quandoque fuit; ut per Alexand. conſi. lia.
numero ia.in iiij.Deci.d.conſi.xv.numero tertio.&
cccavj.nu.iii.& ccccacvj.nume.a. & dxlv.num.vij.&
dxcv.numero ij.Quapropter ex his tribus coniectu-
ris,quarum prima eſt, quòd non poterat, ſecunda q
actum inutilem gerebat; tertia ne ſibi repugnans eſ-
ſet: iudicandum cenſeo, ipſum D. Hieronymum in
omnibus Magnifici patrui bonis ipſi filię dotem cō-
ſtitui noluiſſe, & idcircò diſpoſitionem eius aduer-
ſus huiuſmodi præſumptionem intelligendam nulla
ratione ſuaderi.

Tertiò principaliter ex legis ipſius diſpoſitione,
eandem concluſionem luce clarius probo. Cùm
enim legiſlator inſpexerit homines ipſos uerborum
ipſorum miniſterio uti poſſe,ſiue contrahant ſiue te-
ſtentur,ex quibus ipſorum mens elici poſsit. d.l.La-
47 beo.ff.de ſuppellec.leg.& c.Marchion. j. q.j. † ſanè
ſi quidquam omiſerint,eos lex noluiſſe diſponere ſta
tuit,d.l.quidem cùm filium.ff.de hæredi.inſtitu. ubi
Bald. & Imol. concluſionem hanc probant, & d. l.
vnica.§.ſin autem ad deficientis.C. de caduc.tollen.
& l.ſi uerò.C.de conditio.ob cauſam.vnde legis au-
ctoritate quod pars omiſit,ſuppleri non ſolet. d. l. ſi
quam dotem.ff.ſoluto matrimo.& d.l.ſi extranei, de
conditi.ob cauſam. & l.commodiſsimè.ff.de libe. &
poſthu.& hanc quidem concluſionem Bald. ipſe ſæ-
pius probat,cap.ſecundò requiris, de appellation.in
uerb.intentioni,ubi adducit l.Gallus.§. quidam, in
uerſ.qui ex uerbis colligi potuit.& l.vnica, C. de his
qui ante apert.tab. & ſæpiſsimè ueteres ex facto cō-
ſulti reſponderunt.Bald.clavii. Quidam, in quinto.
Alex.ca aa.in ij.Deci.laaix.num.ij.& clix.num.v.&
ccaviij.nu.vij.& cclxxavii.nu.vii.& ccacj.nu.v.uerſ.
& pro fundamento,& ccclxavii.nu.iii.& ccccxii.nu.
ia.& ccccxvii.in fin.& dcaaav.nume.xia.& dcxxxvi.
nume.xiii.& Rui.xcix.nu.vi.in iii.& Magnifici con-
iuges Comes Borſius, & D.Dola oppoſitum aſſeue-
rare uolunt,nempè teſtatorem ipſum in hac diſpoſi-
tione uel de immobilibus bonis fideicommiſſo ſub-
iectis intellexiſſe,& iis quidam omnibus, uel de feu-
dalibus, probationis onus ſubire debent : quoniam
id in teſtamento expreſſum non appareat.d.l.ueteri-
bus.ff.de pact.& l.Labeo ſcribit.ff.de contrah.empt.
& d.l.in contrahenda.ff.de regu.iur.ubi Deci.& Ca-
gnol.& cap.contra eam,eod.titu.in vj.& d.c.in pręſ-
ſentia, de proba. ubi diffusè poſt omnes argumen-
48 tum hoc pertractaui. † Quinimmo,cùm aduerſus id
quòd

quòd lex præſumit ipſi intendant,clariori probatio-
nis ſpecie,quod aſſerunt probare coguntur.d.l.ſi ex-
traneus,ubi Albe.Fulgoſ.& Iaſ.vj.not. But. Imol.&
Abb.c.quia ueriſimile,de præſumpt.Glo.& Bal.l.ſi.
ff.de eo quod met,cau.Bart.l.in illa.ff.de verbo.obl.
et Barth.Veron.aduertit cõſi.xxxiij.multa. & Marſ.
ſing.ccccl j.Decreui. & Alci.tract.præſumpt.in pre-
ludiis q.ij.Quocircà,cùm ipſe teſtator ſimpliciter in
bonis patrui filię dotem conſtitui iuſſerit,nec de om
nibus expreſſerit,lex diſponit eum noluiſſe præſumi;
tametſi termini habiles eſſent, id eſt,quia bonorum
conditio non repugnaret, putâ,quia omninò libera
eſſent.

Quartò iuuat ſententiam eandem, & prorſus illã
ipſam probat clariſsima iuris ipſius deciſio ex ſupe-
49 riori defluens.†Conſtat etenim legiſlatorem ipſum
ſtatuiſſe, cùm certa non ſit parentum ipſorum pro-
uiſio,mulieribus boni uiri,ideſt iudicis arbitrio do-
tis ipſius ſummã conſtitui. l.cùm poſt.§.gener. ff.de
iur.dot.ibi,dotis quantitas pro modo facultatum &
dignitate natalium conſtitui debet.& l.quæro,eo.tit.
ibi,modus ex facultate mulieris atque mariti ſtatuẽ-
dus eſt,quouſque ratio patitur.Alberi.Bar.& Salice.
50 aduertunt.† Et idcircò Cæſar interpretatur facul-
tatem ipſam dotem conſtituendi in alterius arbitriũ
collatam,de boni uiri arbitrio accipiendam. l.iij.C.
de dotis promiſſ.ubi omnes colligunt.Rom.& Alex.
l.ita ſtipulatus,magna.ff.de uerbor.oblig. verſi. ſe-
cundò fallit,nu.xj.& l.ſi filiæ.ff.de lega.iij. & decla-
rant omnes ex modo facultatum,& dignitate utriuſ-
que coniugis, numero filiorum & familiæ ipſarum
conditione, & ciuitatis ipſius inſpecta conſuetudi-
ne,arbitrium huiuſmodi moderandum eſſe. Quare,
cùm D.ipſe teſtator materiam tantùm oſtenderit,ex
qua dotis filiarum ſumma extrahi deberet,nempè ex
ipſius domini Nicolai bonis,quantitatem autem nõ
expreſſerit, conſequens eſt, ut caſus huius ipſius fu-
turæ declarationis iuris diſpoſitioni relictus exiſti-
metur,ut boni uiri iudicis arbitrio ſumma hæc decla
rari debeat.d.l.commodiſsimè, d.l.Gallus.§. & quid
ſi tantùm.ubi Barto. & d.l.cùm poſt.§.gener. Idque
eò amplius fateri oportet, quòd ſingularis iuris hu-
51 ius ampliſsimæ ciuitatis prouiſio †cum iuris com-
munis diſpoſitione concurrat; vnde difficilior eua-
ſio uideatur.d.auct.Itaque. C. communis de ſucceſſ.
d.c.j.de treg.& pac. Cautum eſt enim ſub rub. xxxv.
de ſucceſsione mulierum, & in reformatione rubri.
lxxvij.iis caſibus,quibus mulieres non ſuccedunt,do-
tem congruam eis conſtituendam attenta patris cõ-
52 ditione atque mariti. † Cuius quidem legis ſingula-
ris diſpoſitio cùm uetuſtiſsimæ legis imaginem re-
ferat,qua cautum erat inter maſculos hæreditatẽ po-
tius diuidendam eſſe, Numeri cap.xxvij.& §.cęterũ,
inſtit.de legitim.agnat.ſucceſ.ibi, plerumque com-
modius.& §.media.eo.titu.& §.item uetuſtas, inſtit.
53 de hæred.quæ ab inteſt.defer. † Tum quia agnatio-
num ipſarum conſeruationem reſpicit, & ideò pu-
blicum ipſum ius fouere creditur,interpretatione iu
uari debet.l.j.§.ſed et ſi, verſ.publ.ff. de vent. inſpic.
Io.Ande.in addi.in Spec.de ſucceſſ.ab inteſt.& plu-
res adducit Alex.conſi.lxxxix.nu.iiij.in v.& Curt.lj.
verſicu.fortificatur.& Soci.liij.in iij.& Bru.tract.de
ſtatutis ſtantibus maſ. fœminas exclud. articu.j. q.j.
Vt meritò cùm ſingularis huius ipſius iuris prouiſio
cum communis diſpoſitione concurrat, et Magnifi-
cus ipſe teſtator ſimpliciter materiam oſtenderit, in
qua filiabus ipſis dotem cõſtitui noluerit;quis nega-
re audeat, quin diſpoſitionem iuri conformem ille
ipſe relinquere uoluerit?d.l.hæredes mei.§.cùm ita.
54 ff.ad Senatusconſul.Trebel. ubi Bart.declarat, † te-
ſtatoris diſpoſitionem in dubio iuri communi con-
formem exiſtimandam,& ibi Cuman.Caſtr.& Alex.
numero viij.& ix.& Soci.nume.xxxj.& Ripa lxxvij.
55 & lxxviij.adſtipulantur.† Et ideò uigente munici-
pali conſtitutione fœminas ipſas excludente, ſimpli
cem filiorum inſtitutionem maſculos tantùm com-
prehendere,traditum eſt.Anchara.d.l.tres fratres.ff.
de pact. ubi Iaſ.nume. ſexto. & ſimplex fratrum in-
ſtitutio ad utrinque coniunctos tantùm referenda
cenſetur, quemadmodum ius ipſum diſponit.d.auc.
itaque.C.communia de ſucceſsion. & in auct. de cõ-
ſang.& uter.fratrib.& uidit Deci.conſi.clv.numero
56 tertio. † Vnde, cùm proprij iuris ignorantia pro-
babilis non ſit.l.regula.ff.de iur.& fact.igno.& cap.
primo,de poſtulat.prælat.& cap. cognoſcen.de cõ-
ſtitutio.Feli.Deci.& recentiores rub.eod.q.quinta.
quippè quòd in loco ubi uiget proprium ius com-
mune quidem cenſeatur.d.l.omnes populi. ff. de iu-
ſtitia & iur.ubi Barto.& Seueri.& §.ius autem ciui-
le.inſtitu.de iure natu.gent.& ciuil. & Deci.c. licèt
cauſam,in principio,de probation.in propoſito caſu
non ſuccedentis mulieris dotis quantitas à patre nõ
declarata,boni uiri, id eſt iudicis ipſius arbitrio dif-
finiri debet,quemadmodum ius ipſum diſponit.d.l.
quæro.& Bal.nouel.aduertit tract.dot.vj.par.princ.
priuil.xvij.verſi.vnde.& Bald.conſi.cxv. nu.iiij. lib.
primo.& cccxxiij.in tertio, numero xxx. & cccxx-
viij.numero iij.uerſi. Quęritur, in quinto. quod ip-
ſum diſponentem uoluiſſe,iudicare debemus, ut iu-
ris ſui diſpoſitio cuſtodiatur.d.§ cùm ita.ubi Barto.
& l.ſi duo.ff. de acqui.hæredi.ubi Cin. & Bal.& cap.
cauſam,de reſcript.ubi Felin.poſt Abba.& alios ue-
teres, & ſæpiſsimè reſponſum extat, Oldrad.conſil.
cclxviij.Calde.conſi.ſecundo, titu.de reſcript.Fulg.
ſexageſimoſecundo. Alex.xcvij. Viſo.Signo.de Ho-
mod.conſi.ccxlv.in fi.

Quintò quòd ipſi D. Dolæ ius ex paterno teſta-
mento non competat in omnibus Magnifici D.Ni-
colai bonis immobilibus,immo nec in aliqua earum
parte,etiam ex iis,quę patri illius pręlegata fuerunt,
duabus internis præſentis diſpoſitionis coniecturis
oſtendo.

Prima eſt, nam cùm Magnificus D. Hieronymus
ipſum D. Alexandrum propriæ filiæ in vniuerſali
inſtitutione prætulerit, illam ipſam in dote tantùm
inſtituendo; quis inficiari audeat, id ab eo factum
fuiſſe,ut agnationi conſuleret? d.§.cęterùm,d.§.me-
57 dia. † quam quidem fœminæ ipſæ potius extinguunt.
l.cùm legitimæ.ff.de ſtat.homin.l.liberorum,in fin.
de ver.ſig.& D.Mari.iun.plures auctoritates addu-
xit conſ.x.nu.x. in ij. & cõſ.liij.nu.ix.& conſ.clxviij.
nu.lxiij.ubi hanc cõem rationẽ atteſtatur, nõ ſolùm
contemplatione legis fœminas ipſas excludentis,ſed
intuitu hominis maſculum ipſi fœminę præferri

prouidentis, ut id ob agnationis commodum factū eſſe credatur. et idem conſi.caxaviij.in ij. Cur ergo inſulſa hæc interpretatio non exiſtimetur, ut in propriis bonis teſtator ipſi filiæ dominum Alexandrum patruelem præpoſuerit, quod tamen (ut ſuperius cō cluſum fuit) attentis regulis ratione carere uidetur: d.l.cùm acutiſſimi.d.l.Lucius, la ij.in fin. et eundem ipſi in domini Nicolai bonis poſtpoſuiſſe? Cæterū, cùm id ea ratione teſtator fecerit, ut agnationis cōſeruationem induceret.d.§.cæterùm, Doct.d.l.maximum uitium, & huius ipſius actus reſpectu conſeruationis illius effectum reſpicientis, ſeſe cum iuris municipalis & ſui diſpoſitione conformem oſtenderit.d.§.cùm ita, ubi Docto.d.l.ſi duo.ff.de acquir. hære. cur non idem quoque factum fuiſſe credamus reſpectu inſtitutionis filiæ ipſius in dote tātùm, quā ex bonis D.Nicolai deduci, certa tamen nō expreſſa quantitate mandauit? ſanè ratio expedita extricari non poſſe uidetur, quin hoc quoque caſu iuris diſpoſitionem præ oculis habuiſſe cenſeatur: nempè, ut boni viri arbitrio ſumma hęc declarari debeat. Alioquin ſibi ipſi repugnās uidebitur, qui in propriis bonis ipſi filiæ patruelem prætulit, ſi eandem in bonis domini Nicolai, etiam patri prælegatis eidem patrueli prætuliſſe cenſeamus.d.l.nam ad ea, & l.j. C. de fur.& d.l.ſi filiabus.ff.de leg.j. vnde de mobilibus bonis neceſſariò intelligi oportet, uel in ſubſidium de immobilibus, non tamen omnibus, ut inferiùs declarabo.

Accedit & ſecunda huius ipſius concluſionis interna coniectura: fingamus, poſthumum ex Do. teſtatoris uxore natum? Poteſt ne quis ad credendum adduci, ipſum D. Hieronymum, qui conſeruandæ agnationis ſuæ cauſa dominum ipſum Alexandrum patruelem in vniuerſali inſtitutione prætulit in caſu poſthumi nati, dum in bonis D.Nicolai dotem filiabus conſtitui cauit, ſenſiſſe, uel de omnibus ipſi teſtatori prælegatis, uel de maiori ipſorum parte? Sanè, cùm filiam in dote inſtituerit, ut bona inter agnatos conſeruentur, ſi id dicamus, contrarius effectus ſequetur, id eſt illius deſtructio bonis in alienas familias tranſlatis: quod quidem ratione caret.l.legata inutiliter.ff.de adimen.leg.c.ult.de immu.eccleſi.
58 c.quod alicui, de reg.iur.in vj.† Tum inconſtans, uarius, & ſibi ipſi repugnans uideretur, quod admitti non debet.d.l.nam ad ea.d.l. qui filiabus, cum aliis ſuperiùs adductis, & Doct.l.qui uaria.ff.de leg. & l. nonnunquam.ff.de colla.bono.

59 Sextò † omittendum non duxi, ſuperiorem concluſionem clarius inde quoque probari, ꝙ Iuſtinianus ipſe ſanxerit, bona ſubſtitutioni ſubiecta ex cauſa dotis conſtituendæ uſque ad legitimæ portionis ſummam alienari poſſe.§.quanquam, in auct.de reſti.& ea quæ par. & d.auct.res quæ.C.comm.de leg. ibi, ſi portio legitima liberis non ſufficiat ad dotem conſtituendam pro modo honeſtati perſonarum cō gruo etc.ubi Albe.verſ.item quęrit.& Bar.q.penul. Ange.Caſtr.Corn.& Iaſ. & Albe.l. uoluntas. C. de fideicomm.nu.j.verſ.Sed nunquid, concludunt ipſius Cæſareę conſtitutionis auctoritate bona huiuſmodi reſtitutioni ſubiecta, libera exiſtimari, ut inde dos poſſit conſtitui.l.mulier.§. à filia.ff. ad Senatuſconſul.Trebel. quæ quidem deciſio ad publicam utilitatem pertinere putatur, ut mulieres facilius uirum inuenientes, ciuitatem ipſam liberis repleant.
60 l.j.ff.ſol.matrim.l.j.& ij.ff.de iur. dot. † Cùm enim pater ea ſe genitum alere teneatur, quo nomine legiſlator legitimam portionem filiis relinquendam conſtituit.d.l.Papinianus.§.ff.de inof.teſt. & d.auc. de trien.& ſemiſſ.& d.auct.nouiſſima.C.de inoffic.
61 teſta. Doct.& d.c.Rainaldus, de teſta. cuius † uicem cùm dos ipſa ſubintrat.d.l.Titio.§.Titio genero.ff. de cond.& demonſt.d.l.pen.ff.famil. erciſ. optimo iure onus hoc reſtituendi eatenus remiſſum fuit, quatenus honeſtè filia nubere poſſet.Docto.d.auct. res quæ, & uidit Bal.conſi. ccccxaiii. in iiii. nu. iii. & ccceclvi.in quinto. numero decimo, & ccccclxxvj. numero decimo. eod.uolu. Cęterùm, cùm in præſenti negocio de relaxatione agatur reſtitutionis ab ipſo patruo iniunctę in cuius bonis dominus teſtator paternum officium exequens filię dotem conſtitui iuſſit, quod effugere non poterat.d.l.qui liberos. ff.de iur.dot.d.l.fi.C.de dotis promiſ. d. auctẽ.res quæ, ubi Bart. q.fi.non vr̃ conſtitutioni Iuſtiniani in hoc ipſo negocio locum eſſe, quare de mobilibus bonis prorſus liberis & nulli oneri ſubiectis potius intelligendum uideatur.d.l.fi.C.cōia de leg. d.§. fi. Et cùm in liberis & deſcendentibus Iuſtinianus ipſe fideicommiſſi onus remittat, mirum eſt, ut in caſu noſtro contendamus dotis huius conſtitutionem in omnibus domini Nicolai bonis etiam ipſi teſtatori prælegatis eſſe faciendam.d.auc.res quæ, cum aliis ſuperiùs adductis.

Septimò Magnificorum actorum cām fouet, ꝙ teſtator ipſe cauerit filias ipſius Patauino ciui, & in
62 ciuitate Patauina commoranti collocari debere: † vñ clarè colligitur, eum ipſum ciuitatis huius conſuetudinem & iuris hîc uigentis diſpoſitionē prę oculis habuiſſe.c. cùm ueniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſ.ibi, ſecundum ius & bonam terrę conſuetudinem.ubi Abb.in iij.notab. & idem rubr.de conſuet. ubi Deci.& idem Deci.c.licèt cauſam, nu.ix.de proba.Bart. Cuma.& Alex.d.§.cùm ita. Quapropter ex his colligitur eam non fuiſſe teſtatoris mentem, ut filiæ dos in omnibus domini Nicolai bonis conſtitueretur, ſed in ea duntaxat quantitate, quæ Patauini ciuis conditioni congrua, atq; conueniens eſſet, ut ius eorum proprium diſponit.d.l.ſi duo.ff.de acq. hæred.ubi Cin.& Bal.cum aliis ſuperiùs adductis.

Vltimò, Magnificos D.coniuges iniuſtè detinere, ac ſi nulla ratione bona in agro Patauino exiſtētia, ipſi D.Hieronymo prælegata, apertiſſima iuris ipſius ratione ſeu cōpleaione demonſtro. Aut enim D. Dola ea cauſa inteſtati ius ſibi in his bonis competere prætendit, & tunc cùm teſtamentum rite & rectè confectum ſit, conſtat illam ſpeciali hominis prouiſione uigente, generalis legis diſpoſitione non iuuari l.quandiu.ff.de acqui hęred.l. quandiu. ff. de reg.iur.& l.antequam.C.communia de ſucceſſioni. & l.in toto.ff.de reg.iur.ubi Deci.& Cagnol.& diffuſè docui.c.i.de reſcrip.& c.ſtuduiſti, de offi.deleg.

Aut ex patris teſtamento nititř, & idcircò ad bona olim ei à D.Nicolao prælegata inſiſtere poſſe contēdit; ſiue quia prælegati uirtute libera ſint, ut nonnulli ſatis

li ſatis frigidè uoluerunt: et hoc, ſuperiùs falſiſsimũ
eſſe oſtendi. Siue ampliſsimi Senatus ſententiæ au-
ctoritate, cuius tñ oppoſitũ ſuperiùs clariſsimis ra-
tionibus ucrius eſſe cõcluſi; et tunc rogo ego. & ap-
pello patronos atque illius ſapientes, poſito (abſq; tñ
ueritatis præiudicio) id uerum eſſe, etiam quacunq;
ratione directa ſiue indirecta, putâ quia D. Alexan-
der abſq; inuentarij confectione ipſius domini Hie-
ronymi hęreditatem adient, vt mihi reſpondeant, cũ
iam pluribus & efficaciſsimis rationibus probatum
ſit, iuſſum illum atq; mandatum, ut in D. Nicolai bo
nis dos filiabus conſtitueretur, non in omnibus bo-
nis intelligendum: in qua & pro qua portione bona
hæc ſibi retinere hæredes exiſtiment: ſanè, cùm vni
uerſalem D. Hieronymus hæredem inſtituerit ipſum
dominum Alexandrum, ſatis conſtat iurium omniũ
executionem illi datam intelligi, quæ hæreditati
huiuſmodi competebant. l. nihil aliud. ff. de uerbo.
ſig. l. hæreditas. ff. de reg. iur. & Doct. l. ius noſtrum,
eo. tit. & Bar. l. j. ff. de acqui. hæred. Vnde eos neceſ-
ſariò reſpõdere oportet, cùm pater D. Dolę eorum
clientis materiam oſtenderit, ex qua dos filię extrahi
deberet, nempè Do. Nicolai bona nec quantitatem
declarauerit, in ea tantùm ſumma ius ei competere,
quę portionis legitimę quantitatem adimpleat. d.
auctén. de trien. & ſemiſ. dicta auctén. res quæ, ubi
63 omnes colligunt, † congruam dotis quantitatem
illam exiſtimari, quæ legitimæ portionis ſum-
mam adęquet. & Cyn. Bald. & Salice. l. ſcimus. C. de
inoff. teſt. & Doct. d. l. Papinianus. §. ſi quis impubes
ff. eo. & l. j. §. ſi pupillus. ff. ubi pupil. educa. deb. Qua
ratione, ſi iuris municipalis auctoritate propinquis
facultas cõpetat, dotis quantitatem puellis ipſis ar-
bitrandi in minori ſumma, quàm ſit legitima por-
tio, id fieri nõ debet, alioquin retractationi arbitriũ
illud ſubiacere reſponſum extat. Caſtren. conſ. cviij.
Caſus. nec non Ange. conſ. ccxj. Dominus Grego-
rius. Alex. conſ. lxix. lib. j. nu. 2. & 3. & nu. 4. ver. nec
obſtat, ubi concludit, huic ipſi ſententiæ locum non
64 eſſe, cùm pater quantitatem hanc prætaxaſſet: † quia
nullus ſit cum paterno cõparandus affectus. d. l. ſi. C.
de cura. furio. d. c. afferte, de præſump. & in conſtit.
Regni Neap. de conſtituen. dote de paragio. Bald.
reſpondit conſ. cccxlvj. Viſo, in v. & Dec. conſ. xxvj.
communem hanc ſententiam atteſtatur. & clxxi.
nu. 8. & 276. nu. 2. & 3. & 39. nu. 14. & 611. nume. 7.
ubi plures allegando, congruam & condecentem
dotem exiſtimat, boni viri. i. iudicis arbitrio decla-
randam, quæ portione legitima minor non ſit. & Re-
uerendiſsimus Card. Pariſ. conſ. lxiij. num. 50. & 51.
lib. j. & conſi. xxvi. nu. lxxviii. & xc. & conſil. xxxvi.
nu. xx. & conſ. xciii. nu. xiiii. in iii. & dominus Mari.
65 iun. conſ. cxxviii. lib. j. nu. cxxvii. † vbi concludunt
dotis ipſius quantitatem à patre non declaratam iu-
dicis arbitrio prætaxandam, quatenus legitima por
tio ſit deducenda. Quæ cùm eiuſmodi ſint, & Magni
ficus teſtator inſtituto hærede uniuerſali D. Alexã-
dro filias in dotem tantùm inſtituerit, quantitatem
autem non expreſſerit, ad boni viri. i. iudicis arbitriũ
confugiendum eſt, quod tùm communis, tùm ſin-
gularis iuris diſpoſitio exigit, cui teſtatori iudicium
proprium accomodare uoluiſſe cenſetur. Barto. d. §.
cùm ita. Cor. cõ. cxcvii. in i. & clxvii. in vii. & cclviii.
in iii. & iiii. & cxxc. in iiii. Curt. conſ. xvii. Magnifi-
cus uir. & xxxviii. Viſo, & lxxiii. Super eis. Cui quidẽ
declarationi faciẽdæ cùm Magnificus pater acquie-
uerit, filia quoque et Magnificus coniunx, acquieſce
re debent, patroni & iudices, ne paternum effectum
excedere velle uideantur; quod à legis ratione pror-
ſus abhorret. d. l. iſti quidẽ. ff. de eo quod metus cauſ.
d. c. afferte, & potiſsimùm cùm inſpecta de Doctis
familia, & Comitis Borſij amplitudine diuitiis atq;
dignitate, & uetuſta Patauinę nobilitatis cõſuetudi
ne perpenſis & conſideratis, adeò congrua futura ſit
eiuſmodi dotis ſumma, ut diutius & forte nunquam
maior in hac ciuitate conſtituta ſit inter paris nobi-
litatis ciues. d. auct. res quæ, & d. l. quæro, cum aliis
ſuperius adductis. Quamobrem, cùm Magnifici hę-
redes ipſius Magnifici D. Alexandri inſtent & petãt
ex teſtamento D. Hieronymi ipſum dominũ Alexã-
drum uniuerſalem hæredem inſtituentis declarari
quanta ſit dos, quam pater in bonis D. Nicolai filiæ
conſtitui iuſsit, conſequens eſt ex ſuperius addu-
ctis bonum uirum. i. iudicem ipſum arbitrari debe-
re dotis huius ſummam portioni legitimæ commen-
ſurandam eſſe, & ipſi D. Dolæ ex bonis Do. Nicolai
mobilibus primùm extrahẽdam deberi, deinde im-
mobilibus ſummam hanc complentibus, condem-
nando Magnificos coniugẽs ad relaxandum & di-
mittendum reſiduum bonorum immobilium, quæ
ipſi iniuſtè & abſque ullo titulo detinent ex corpo-
re hæreditatis ipſius domini Nicolai olim ipſi do-
mino Hieronymo prælegata, Magnificis actoribus
hæredibus uniuerſalibus cũ reſtitutiõe fructuũ &c.
Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, &
66 primò, † quòd ea ſit indefinitę virtus, vt ipſi vniuer-
ſali æquipolleat, cùm id pręſertim ratio ſuadet. Dy.
d. rub. de reg. iur. in vj. Barto. in d. l. ſi pluribus, cum
aliis ſuperius adductis. Quia rñco, in pñti caſu ratio-
nem ipſam huic interpretationi prorſus repugnare,
idque tum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum
tùm feudalium cõditione perſpecta, quæ quidem cũ
cõmercio careant, & alienari non poſsint. d. §. Diui.
d. l. fi. in fi. C. commu. de leg. cum auct. ſeq. ſatis con-
ſtat, ſi in omnibus id fieri iuſsiſſet, pręceptum illius
nihilominus ad libera bona reſtringi debuiſſe. d. §.
67 inſtitutio. d. l. codicillis, ubi Bar. de leg. ii. † Ide ſi di-
ſpoſitionẽ legis intueamur, caſum omiſſum ex mẽ-
te diſponentis pro omiſſo haberi interpretãtur. d. l.
commodiſsimè, cum aliis ſuperius adductis. & c. ſu-
ſceptum, de reſcrip. in vi. quare, cùm bonorum ipſo-
rum genus non indicauerit, uel dotis ipſius quanti-
tatem non expreſſerit, & idcircò iuris ipſius diſpoſi-
tioni ſeſe ſubieciſſe cenſeatur, repugnat ratio ut in-
definita ipſa vniuerſali ęquipolleat. Siue conſidere-
mus teſtatorem ipſum cauiſſe, Do. Nicolai diſpoſi-
tionem ad vnguem cuſtodiendam, qui nullam bo-
norum ſuorum immobilium partem alienari poſſe
iuſſerat, quam D. Hieronymus non ignoraſſe pręſu-
mi debet. d. l. Octaui. ff. vnde cogna. cum aliis ſupe-
rius adductis, ſatis clarum eſt indefinitam hanc non
poſſe vniuerſali ęquipollere: quia non ſubſit eadem
ſingulorũ bonorũ ratio. quod quidẽ receptiſsimũ eſ
ſe cõllat. Bar. & Io. ab Imol. d. l. ſi pluribus, & Bar. l.

ij.ff.de lib.& poſthu.& Gemi. d.c.ut circà, de elect.
In vj.nu.iiii.& dominus Marian.Iun.uidit d.conſil.
ix.in ſecundo, nu.viii.& conſ.xlix.nu.xvii.& conſil.
lxviii.nu.ij.eod. uol. Nec urget contendi eo colore
interpretationem hanc ratione fulciri, ut in bonis pa
tris filis potior extraneo habeatur.d.l. cùm acutiſsi-
mi, ubi Bal.nu.j. quia, cùm teſtator agnationis pro-
priç ſtudiò impulſus diſpoſuerit, ſupradicta ceſſant.
d.l.quandiu, d.l.antequàm C.comunia de ſucceſſ.un
de extraneus filiæ plus dari uelle non debet, quàm
pater eius teſtamento iuſſerit.d.c.adferte.d.l.fi.C.de
cura. furioſi.

68 Secundò, † non urget uirtus dictionis illius ultrà,
dum dixit teſtator; & oltrà di queſto uoglio che hab
bino 500.docati, unde clauſula hęc uideatur inferre,
teſtatorē ipſum omnia bona in hac filiarum dote uo
luiſſe primùm includi, & ulterius quingentos aureos
ab eius hęrede filisbus ipſis numerari.d.l.ſi ultrà, cū
alijs ſuperius adductis. Nam reſpondeo, dictionem
hanc ipſi D. Dolæ plus tribuere non poſſe, quàm
teſtator expreſſerit. at cum in materiam ipſam oſten-
derit, unde dos extrahi deberet, quantitatem autem
illius non declarauerit, unde lex eum de omnibus
noluiſſe interpretatur. d.l.unica.§.ſi autem.C.de ca-
du.toll.ſed potius declarationem hanc iudicis arbi-
trio relictam uideri quemadmodū ius ipſum diſpo-
nit: idque potiſsimùm, cùm patauino ciui filiam
ipſam collocari præceperit. Quare ſiue in omnibus
mobilibus dos hæc conſtituatur, ut eorum natura
fert, ſiue immobilibus legitimam portionem ęquan-
tibus, qualem lex congruam & condecentem inter-
pretatur.d.l.quæro.d.l.à filia, & in ſtatuto de ſucceſ
ſione mulierum, rubr.xxxv.uerum erit dicere, hæredē
ultra ſummam illam, quingentos quoque aureos ex
teſtatoris pręcepto numeraſſe, & idcircò illius men-
69 ti ſatisfactum cenſebitur: † quia in bonis D. Nicolai
dos hęc conſtituta dicetur, licèt non in omnibus id
ipſum exequutum ſit. l. j. §. ſi ſtipulanti.ff.de uerb.
oblig. l. ſi quia cùm totum.ff. de excep. rei iudi.l. in
toto.ff.de reg.iur.ubi Deci. & Cagn. & l. qui uſum
fructum.ff.de uerb.obliga. ubi Bar. & Soci.Ruin. &
Ripa rub. eod. ſed in ea tantùm parte eius taxationē
quā teſtator omiſerit, iuris exequutor, ideſt iudex
ipſe declarabit.d.§.cum ita, ubi Bar. vltra enim hanc
portionem 500. quoq; aureos ab eius ipſius hærede
unicuique filiarum numerari teſtator ipſe cauit. cu-
ius quidem uoluntati non acquieſcere prorſus ine-
ptum eſſe cenſeo.d.l.uerbis legis.d.l.j. C. de ſacro-
ſanc.eccleſ.cum alijs ſuperius adductis.

70 Tertiò, † non mouet præpoſitionē illam in, quan-
doque pro cùm accipi ſolere, unde cùm in bonis D.
Nicolai dotem hanc extrahi debere præceptum ſit,
perinde haberi debeat, ac ſi cum bonis dictum fuiſ-
ſet.d.l.à tutoribus.§.hæredibus quoq;, cum alijs ſu-
perius adductis. Reſpondeo, præpoſitionem illam
in, ablatiuo iuncta ex propria ſignificatione materiā
ipſam importare. l. in pecuniarijs.ff.de fer.l. uidea-
mus.§.in fauiana.ff.de uſur.inſt. de actio.§. in bonę
fidei, & declarat Bar.in d.l.Gallus.§.ille caſus, uerſ.
ſi uerò adijcitur, & Albe. in dictionario in uerb. In,
& Reuerendiſsimus Card. Pariſ.d.conſ. xviii. in iii.
Nec deciſio d. cap. quamuis, ad propoſitum facit,
quia enumeratio Eccleſiarum, Ciuitatis ac diœceſis
in cauſa eſſe uidetur, ut de cathedrali intellectum nō
ſit, propter qualitatem illius digniorem.arg.c.ue-
nientes, de iure iur.

Quartò non mouet, à perſonarum conditione
inter quas diſpoſitum fuit pro magnificis coniugi-
bus ratiocinari: quia reſpondeo, omnia in hoc quar-
to capite adducta ſibi locum uendicare, dummodò
nō adſit ſingularis ipſius patris prouiſio.d.l.in ſuis,
& §.ſui, inſtit.de hęred. quę ab inteſta. deferun. ſiue
enim filius ſiue filia ſit, concludi poteſt, igitur hæ-
res.d.l.maximum uitium, at in propoſito caſu cùm
adſit teſtatoris prouiſio hęredem ſibi dominū Ale-
xandrum ex aſſe inſtituentis, omnis ab inteſtato ſuc-
71 ceſsionis ratio corruit.d.l.quamdiu. † & cùm res cla
ra ſit, coniecturis opus non eſt.l. continuus. ff. de
uerb.obliga Goff. & Hoſtien.in ſumma de pręſum-
ptio.quinimmo, cùm in toto iure noſtro efficacius
illud ſit, quod ſpeciali prouiſione munitur.d.l.in to-
to.d.c.ſtuduiſti, & l.fi.C.de pact. conuen.& teſtator
D. Alexandrum uniuerſalem hęredem relinquerit,
certior ex eius facto præſumptio ſumitur, ut noluе-
rit filiam extraneo eſſe potiorem. Et idcircò cū eam
in dote tantùm inſtituerit, quam in bonis D. Nico-
lai extrahi præceperit, de omnibus intellexiſſe prę-
ſumi non debet, ut minus cum fieri poſsit, hęredem
grauaſſe intelligatur, quem in inſtitutione filię præ-
tulerat.l.nummis.ff.de leg.iij.l.apud Iulianū.§.Scio
ex facto.& l.ſi ita ſit adſcriptum. in fin. vbi Gloſ.&
Docto.ff.de leg.primo, Deci.& Cagnol.d.l. in teſta
mentis.ff.de reg.iur.& Iaſ.aduertit conſ.lxxii.in iij.
& Gozad.conſ.lxxxii.latè declarat.quamobrem li-
cèt D. Dola, ipſius teſtatoris filia ſit, debet tamen
eius dotis conſtitutioni acquieſcere, in qua pater
illam inſtituit reſpectu quantitatis boni uiri arbitrio
declarandę, quemadmodum iuris tùm communis,
tùm ſingularis diſpoſitio exigit, quam pater ipſius
omni ratione perpenſa ad unguem perſpexit.

Quintò non mouet ipſius D. Alexandri filios ni-
hil quidquàm à domino Hieronymo diſpoſitum re-
tractare poſſe.d.l.cum à matre, & d.l.hæredem, cùm
alijs ſuperius adductis. idque præſertim, cùm nullo
confecto inuentario illius hæreditatem adierit.d.l.
72 fi.§.& ſi pręfatā.C. de iure delib. † cum dictat ratio
naturalis, ut quemadmodum hæres ex teſtatoris iu-
dicio commodum percipit, onus quoque ex illius
executione ſubeat.l.ſecundum naturā.ff.de reg.iur.
l.j.§.denique, de aqua.plu.arc.l.fi.§.ſimiliquе modo.
C.de bonis quę libe.cap.cum inſtantia, de cenſib.&
exactionib.unde ſanxit Cęſar ab eo, qui hæreditatis
commodum tribuit, onus quoque reſtitutionis in-
iungi poſſe.l.ab eo.C.de fideicommiſ. Reſpondeo,
domini Alexandri filios hoc ipſo iudicio nihil quid
quàm petere, quod D. Hieronymi mentem lædat,
quinimmo eius prouiſioni inhærentes quamuis præ-
cepit filiæ in D. Nicolai bonis dotem conſtitui, &
eius quantitatem non expreſsit, petunt & inſtant
idipſum boni uiri arbitrio declarari: quod iuris ra-
tio fert, in cuius diſpoſitione mentis illius exe-
quutionem repoſuiſſe præſumitur. Bartol.d.§.cùm
ita. idquè potiſsimùm in bonis liberis fieri de-
73 bere, ea ratione probant, † quòd ueriſimilius ſit,
cum

eum noluiſſe, quod non poterat dicta .l. codicil-
lis.§.inſtit. tùm quia lex aliquem noluiſſe interpre-
tatur, quod non expreſſit.d.l. cõmodiſsimè. d.l.qui-
dam cùm filium.ff.de hæred.inſtit. Quare, cùm Ma-
gnifici actores nouerint & intelligant ipſi D. Daulę,
tùm iuris diſpoſitione attenta, tùm & paternæ pro-
uiſionis illi ipſi conformis eam dotis quãtitatem de-
beri, quæ arbitratu iudicis legitimæ portioni commẽ
ſuretur. Bar.d.§.Titio genero, & d.auct.res quæ. id-
circò exequendam in hoc mentem teſtatoris contẽ-
dunt, non autem extinguendam. Itemque cùm ſciã
hæredem vniuerſorum iurium ipſius defuncti cumu
lum proſequi debere.d.l.nihil aliud.de verb. ſignifi.
deſides amplius eſſe nequeunt, quin in iudicio ius ſi
bi debitum proſequantur: nempè declarari Magnifi-
cos hoſce cõiuges ceu iniuſtos detentores bonorum
ipſi domino Hieronymo prælegatorum ad eorũ re-
laxationem condemnari: quippe quòd ipſi D. Dolæ
in bonis paternis nullum ius competere poſsit, niſi
quantum ipſe prouidit.l.parentibus.C.de inofficioſo
teſtam. cuius quidem quantitatem cùm non expreſ-
ſerit portioni legitimæ acquieuiſſe cenſetur, ut ratio
legis poſtulat.d.auct.nouiſsima, deducendæ quidem
ex mobilibus primum, deinde eis nõ ſufficientibus,
ex immobilibus, etiam reſtitutioni ſubiectis: quia
cùm D. Alexander ipſius D. Hieronymi ſimplex ſit
hæres, tali alienationi quatenus legitima portio de-
ducatur, indirecta quadam uia conſenſiſſe exiſtima-
tur. Barto.d.l.qui Romæ.§.duo fratres.q.penulti. de
uerbor.obligati. & l.quoties.C.de fideicommiſ.& l.
ab omnibus.de leg.j.ubi Doct.& uidit Iaſ.d.auctẽn.
res quę.nu.xj verſi.nonò limita,

Sextò & vltimò dominis actoribus nulla iudica-
tæ rei obeſt exceptio, tametſi Ampliſsimus ipſe Se-
natus ſententiam iam latam inciderit, qua fideicom-
miſsi caſum eueniſſe iudicatum fuerat domini Hie-
74 ronymi obitu abſque maſculis. † Nam, cùm iudi-
catæ rei exceptio competat, plura & coniunctim
occurrere oportet, rei idem corpus; item inter eaſdẽ
perſonas contendi: item, ut quis diuerſa iura non
habeat, ex quibus petat, nouumque iudicium inſti-
tuat. At cùm ſententia Senatus, ipſius fideicommiſsi
negotium in domini Nicolai teſtamento relictum
reſpiciat, & in præſenti iudicio hæredes ius ſibi ex
domini Hieronymi teſtamẽto competens proſequã-
tur, quatenus dotem inſtitutionis titulo ipſi filiæ re-
liquit, quantitatis autem taxationem omiſit, iuris di
ſpoſitioni ſeſe conformem reddendo, ut uiri boni ar
bitrio conſtituatur, idipſum definiri petunt, & in-
ſtant: quis ergo tàm lippus eſſe poteſt, qui eos ex alia
cauſa prorſus agentes, nulla iudicatæ rei exceptio-
ne repelli poſſe videatur.d.l.cùm quæritur.cum dua
bus ſequen.& l.ſi mater.§.eandem.ff.de exce.rei iu-
dic.ubi Doct.et c.fi.de except.in vj.ubi Gloſ.in ver.
admitti Io.And.Archi.Gemin.& Franc.tria illa cõ-
75 currere oportere tradunt. Vulgò enim dici ſolet, † ea
ſeparatis non inferri.capit. per venerabilem, qui filij
ſint legitimi.& l.Papinianus exuli.ff.de minori. & l.
naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirend. poſſ.
& l.inter.§.ſacram.ff.de verborum obligati. ibi, ſed
hæc diſsimilia ſunt. idque præſertim in ſententiis,
quæ ſtricti iuris eſſe creduntur, & proprium ſubie-
ctum non egrediuntur. d.l.pen.ff. de his qui ſunt ſui
76 uel alien.iur.cum aliis ſuperius adductis. † alioquin
abſurdum eſſet, ut quis indefenſus, & cauſa indicta
iure ſibi competenti priuaretur, quod naturalis ra-
tio non fert.d.clemen.paſtoralis, de re iudic. Doct.
dicto capitu.quæ in Eccleſiarum, in primo & ſecun-
77 do memb. diſtinct. † Quamobrem conſequens ſit,
ut cùm in hoc iudicio ex cauſa prorſus differenti &
ſeparata petatur, nullam ipſis Magnificis actoribus
iudicatæ rei exceptionem obſtare. quod non rarò re-
ſponſum extat; Abb.conſi.l.in primo, Deci.conſil.
lvj.uerſicu.ſed poſteà, conſi.ccccxlv.numero xliij.&
conſi.cccclxiiij.numero ſexto, & Ruin. conſi.cxiiij.
numero xvj. in quinto. Reuerendiſsimus Cardina.
Pariſi.conſi.lxxxvij.numero lj.& lij.in tertio, & do-
minus Marian. iunior conſi. xxviij. libro primo. Et
quamuis hæc ipſa exceptionem huiuſmodi prorſus
elidant, non omitto tamen Magnificos dominos cõ-
iuges ſeſe paratos obtuliſſe, ut conſtat ex proceſſu
Venetiis confecto, ut dominus Alexander coram ſuo
iudice inſtaret, ſi quod iuris ſibi ex domini Hierony
mi teſtamento competeret, illud ipſum cognoſci &
diffiniri. quare nihil eſt, ut nunc iudicatæ rei prę-
textu eius ipſius filios ab hoc iuſtiſsimo iudicio re-
pellere conentur.c.quod ſemel, cap.mutare, de regu.
iur.in ſexto, ubi Din.& l.mutare, ubi Deci.& Mod.
ff.eodem, & l.in cauſæ.ff.de procur.& c.cùm in mul
tis, in fi.de reſcript.in ſexto.& plura adducit Feli.in
c.cùm olim, de re iudi.& c. præſentata, de teſtib. Et
ex his concludendum omninò cenſetur, diiudican-
dum eſſe Magnificorum filiorum domini Alexandri
de Doctis actorum petitionem & æquitatis & iuris
ratione ſuffultam eſſe: et idcircò ſecundum eam dif-
finiendum uigore teſtamenti domini Hieronymi
patris D. Dolæ et dotem non in omnibus domini
Nicolai bonis conſtituendam eſſe, ſed in ea tantùm
quantitate, quam congruam & condecentem iudex
arbitrabitur, attenta utriuſque familiæ conditione
atque diuitiis, & inueterata patauinæ nobilitatis cõ
ſuetudine, quam ſummam legitimæ portioni ęqui-
pollentem bonus ipſe vir declarare debet ex bonis
primùm mobilibus extrahendam, deinde immobili-
bus uſque ad portionis illius repletionem.
78 Quod † faxit omnipotens Deus iuſtum hominis
iudicium declarare; quemadmodum ego ex puri-
tate cordis exactiſsimam illam æterni patris cenſu-
ram nec ad dextram nec ad ſiniſtram deflectens, in
hoc reſponſo præ oculis, ut fieri debet, ſedulò ha-
bui.c.j.de re iud. in ſexto. l. rem non nouam. C. de
iudic.

Laus Deo.

Patauij, 2. Kal. Ianuarij.
1552.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Falſi pœna plectendus eſt, qui literas ſiue ſigillum iudicis, alteriuſue falſificauit.*

2 *Falſum committitur, quoties uerum immutatur, atque etiam cùm quis imitando, ut puta alterius ſignaculum, aut manum, falſitatem commiſit. & numero ſequen.*

3 *Falſum ut contrahatur, dolus requiritur.*

4 *Falſarius ſubijcitur legis Corneliæ pœnis. & quid de iure Canonum. num. ſeq. & 7. de ipſis pœnis nuncupatim habetur tàm in homine libero, quàm ſeruo; tamque de nobili, quàm plebeio. & nu. 19.*

5 *Falſum ne dum committitur ſcribendo, ſed etiam ſcripturam delendo.*

6 *Falſum tunc maximè puniendum, cùm alijs ſit nociuum.*

7 *Pœnæ, quæ in falſarios ſunt irrogandæ, deſcribuntur. et uide nu. 12. & 17. cum ſeq.*

8 *Pœna multoties exaſperatur ob criminis atrocitatem.*

9 *Monetam abradens, ſiue effingens, aut cudens qua pœna plectendus.*

10 *Legatum ſibi adſcribens, pœnam falſi non euitat.*

11 *Menſuras, ponderaque prabuta corrumpens, qua pœna puniatur.*

12 *Pœna publicationis bonorum hodie ſibi locum non uendicat, excipitur tamen caſus læſæ maieſtatis criminis.*

13 *Pœna amputationis manus in quibus caſibus locum habeat.*

14 *Exactor apocham adulterando, in pœnam mutilationis manus incidit.*

15 *Hæreticus pro parua hæreſi pœna manus plectitur, at pro magna comburitur.*

16 *Notarius falſum documentum conficiens, pœna manus puniatur.*

17 *Bonorum publicationis pœna hodie eſt ſublata, & uide ſuprà nu. 12.*

18 *Deportationis pœna hodie abrogata eſt.*

19 *Pœnæ contra falſarios irrogatæ de iure canonico plures ſecundum criminum grauitatem enarrantur.*

20 *Literas Legatorum aut Delegatorum ſedis Apoſtolicæ falſificans, quomodo puniatur.*

21 *Falſum committens, cauſam amittit.*

22 *Falſi ſcelus grauiſſimum, homicidio ueneficioque deteſtabilius. & nu. 42.*

23 *Falſi ſpecialia ob eius criminis execrationem.*

24 *Clericus ſanguinis iudicium agitare non licet, nec quidem præcipiendo, uel ſententiam ipſam dictando aut ſcribendo. & nu. ſeq. & 28.*

25 *Clerici in cauſis pœnam ſanguinis irrogantibus, non poſſunt teſtes recipere, eorumue dicta ſcribere.*

26 *Clerici, etiam in minoribus conſtituti, nequiquàm in criminalibus cauſis conſulere poſſunt.*

27 *Clerici iuriſdictionem temporalem habentes, laicum iudicem ſubſtituere debent in cauſis ſanguinis, grauioribus tamen.*

28 *Sanguinis iudicium à Clericorum profeſſione alienum eſſe debet, ne ipſi irregularitatem incurrant.*

29 *Clerici adeò à ſanguinis iudicio arcentur, ut nec quidē chirurgiam exercere ualeant.*

30 *Clericus irregularitatem incurrit, ſi literas legit, licèt à Principe ſecretè ei datas, quibus Principi homicidium ſignificabatur, ſi poſteà reus capiatur, & extremum paſſus ſupplicium.*

31 *Clericus in cauſa ſanguinis patrocinari non poteſt, quin immo ſi fratris patrocinium ſuſciperet, & aduerſarius ultimo ſupplicio afficeretur, irregularitatis pœnam non euaderet.*

32 *Clericos cauſam ſanguinis directè uel indirectè præſtantes, deponendos eſſe.*

33 *Clerici iuriſdictionem habētes exequtioni iuſtitiæ intereſſe non debent, ſi irregularitatis notam effugere cupiunt.*

34 *Effectus à lege perpenditur, modus autem negligi ſolet.*

35 *Peccati uinculo ſe ſubijcit, qui Canoni non obedit.*

36 *Epiſcoporum mutationes ambitionis potius, quàm charitatis cauſa fieri præſumuntur.*

37 *Ius in cauſa poſitum eſſe.*

38 *Falſi crimen diuina lege prohiberi.*

39 *Falſum committitur uerbo, ſcripto, nutu, atque ſignis.*

40 *Verba ipſa humanam exprimunt mentem.*

41 *Legis Diuinæ nulla eſt relaxatio.*

42 *Crimen falſi atrociſſimum. & ſuprà nu. 22.*

43 *Iudices omni conatu ueritatem ipſam inquirere debent.*

44 *Veritas in obſcuro eſſe non debet; hinc eſt, quòd ſi ea aliter haberi nō poſſit, etiam ex domo rei probationes ſumuntur: & eſt communis ſcribentium opinio.*

45 *Probationes, ubi ueritas aliter haberi non poteſt, poſſe ex domo rei capi, & eſt communis interpretum ſententia & nu. præcedenti.*

46 *Delicta puniri, Reipublicæ intereſſe. & nu. 48.*

47 *Iudicis munus eſt ad inquirendum aduerſus delinquentes.*

48 *Iudices eccleſiaſticos exemplo præire debere ſæculares.*

49 *Concedendum eſt, quod mihi prodeſt, & tibi non nocet.*

50 *Inſtrumentum inter duos confectum, ſi apud unum abſque uſu exiſtat, & alteri illud habere proſit, quod exhibere compellitur.*

51 *Iudicis ad officium nobile ſpectat iuris publici exequutio.*

52 *Actor licèt non debeat à domo rei ſumere arma, ſiue probationes, fallit tamen ut hic. & uide ſuprà nu. 45. & ſeq.*

53 *Clerici celebrantes in Eccleſia ſanguine polluta, aut coram excommunicatis, licèt perperam agant, non tamen irregularitatis uinculo tenentur.*

54 *Expreſſum ſatis uidetur, quod ex legis mente colligitur.*

55 *Irregularitas quæ conſideranda, & quæ non.*

56 *Clericus conſulens alicuius criminis reum à Latrunculatore capi, irregularitatem nōn incurrit, tametſi ille fuerit ultimo affectus ſupplicio.*

57 *Tex. in cap. clericis, ne cleric. uel monach. cum pluribus alijs exornatur.*

58 *Lites incertæ ipſarumque ſoris, non aliter quàm belloru*

Compa-

59 *Comparatio literarum fragilis eſt.*
60 *Probationibus quanta fides ſit adhibenda, iudicis arbitrio relinquitur. & nu. ſeq.*
61 *Tex. cap. ex litteris, de exceſſ. pral. declaratur.*
62 *Clericus ſententia ſanguinis directè uel indirectè conſentiens, irregularitatis notam ſubit.*
63 *Clericum in ipſo iuſtitiæ genere exequutione conſulere poſſe.*
64 *Opinio illa ſequenda eſt, quæ animæ fauet.*

CASVS.

EX FACTO proponitur, Magnificam Dominam Bettham Bellonã coram Reuerendiſsimo apud Illuſtriſsimos Venetos Apoſtolicæ ſedis Legato, Magnificum D. Frãciſcum Coloretum eius ipſius legitimum coniugem declarari petiiſſe. Et in huiuſmodi cauſæ progreſſu ab ipſo Reuerendiſsimo Legato remiſſorias literas ad Epiſcopum Vtinenſem obtinuiſſe, qui teſtes eo nomine adductos interrogaret, quibus quidem receptis nuntius quidam Reuerendiſsimi Legati nomine literas ad ipſum Epiſcopum falsò tamen ſcriptas attulit, quibus atteſtationum huiuſmodi originalia efflagitabantur: quod cùm Epiſcopus ipſe ueluti à iuris ratione alienum abnegaſſet, technam quandam confictam præſentiens, illicò ipſum Reuerendiſsimum Legatũ monuit. Qui quidem rei nouitatem miratus nullas eiuſmodi ſeſe literas deſcribendas mandaſſe nuntiauit. Et idcircò illas ipſas ad eum ſtatim tranſmitti petiit: ne tàm inſignis eius curiæ illata iniuria inulta remaneret.

Cæterùm, cùm Magnifica D. Bettha tàm grauis flagitij genus in eius perniciem excogitatum animaduerteret, hoc ipſum falſi crimẽ clariſsimis Cõmunis Veneti Aduocatoribus defert. In quo quidẽ iudicio dum criminis huius reum conuincere ſtudet, literas illas confictas à Reuerendiſsimo Do. Auditore petit, ut ea characteris literarum ipſarum comparatione declarationem illius legitimam fuiſſe oſtẽdat. Id autem Reuerendiſsimi Legati Auditor abnegat, quippè quòd canonis ipſius ratio id ipſum non ferat, ne aliàs irregularitatẽ ipſam incurreret. Quocircà quęſitum eſt, an id ipſum optimo iure detrectare debeat, an uerò potius canonis ratio ſuadeat, mulieris innocentiam literarum harum exhibitione iuuandam, ut tàm deteſtabile ſcelus impunitum nõ remaneat? idque potiſsimùm, cùm delationi huic Reuerendus ipſe Auditor conſenſerit: atque clariſſimum ipſum Aduocatorem de hoc ipſo flagitio alloquutus fuerit.

CONSILIVM VII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut quod uerum ſit, diffinire poſsim.

PRo dicti caſus clara deciſione primò uidendum eſt, an qui literas Reuerendiſsimi Legati nomine falsò cõſcriptas Vtinenſi Epiſcopo reddidit, atque ſigillum illius imitando effinxit, Corneliæ Legis falſarios ipſos punientis reus legitimè cõſtitui poſsit.

Secundò, qua pœna affici debeat, qui falſi huius crimen contraxiſſe conuincatur.

Tertiò utrum abſque ulla irregularitatis nota iudex hic eccleſiaſticus literas huiuſmodi exhibere debeat: idque tùm publici iuris commodo inſpecto, tùm partis ipſius deferentis utilitate perpenſa: cuius perniciem criminis huius ſumma reſpiciebat.

1 †Quod ad primum attinet, nemini ambigendum exiſtimo, quia is qui literas huiuſmodi confinxit falſi crimen incurrerit, ſiue generalem legis ipſius deſcriptionem intueamur, ſiue ſpecialem ipſius Corneliæ legis prouiſionem perpendamus. Nam Reuerendiſsimi Legati characteres imitando atque ſigilli ueritatem immutando, falſum contraaiſſe cẽſetur: quod in uniuerſum Iuſtinianus ipſe ſanxit in auct. de inſtrum. caut. & fid. in princ. uerſic. eò quod nihil aliud, ubi gloſ. in uerb. imitatio. & c. & ſi Chriſtus, de iureiur. ubi glo. in uerb. confirmatio, & Hoſtien. c. beatus. xxii. q. ii. uerſ. eſt enim mendaciũ, ubi gl. in uerb. mendacium. et Bar. docuit in l. quid ſit falſum. ff. ad leg. Corn. de fal. uerſ. ſecundo modo falſum dicitur largè, & ibi Albe. num. i. poſt Dyn. & Iaco. ab Arena, & idem Albe. l. j. eo. tit. nu. i. & Azo in ſumma. C. eo. nu. v. uerſ. eſt autem falſum. Goffre. & Hoſtien. in ſumm. eo. nu. i. uerſic. quid ſit falſitas.
2 †concludunt eum ipſum falſum committere, quòd id quod uerum eſt, immutauit, uel imitatus eſt: utroque enim modo deſcribentis ipſius dolus deprehẽdere: unde Corneliæ legis cenſuræ obnoxius eſt. l. i. ff. eo. in princ. ibi dolo malo, & l. ii. ad l. Cor. de falſ. ibi, mutauerit dolo malo. Dyn. Iaco. ab Aren. & Alber. aduertunt. & l. nec exemplum. C. eod. ad l. Cor. de fal. ibi cum non niſi dolo, Cyn. aduertit & Albe. in compen. & Bal. nu. i. in il. ſummario, & Salic. in i. & inferius nu. ii. uerſ. glo. in fi. & nu. iii. uerſ. alio mõ largè, & Fulgo. l. & ſi ad te, nu. xx. uerſ. nauta. C. eo. tit. Qua ratione cùm is qui literas huiuſmodi confinxit, ueritatem ipſam immutare ſtuduerit: falſi crimen contraxiſſe, à nullo prorſus inficiari poteſt, quod quidem apud maiores noſtros pertractatum extat, atque ex facto reſponſum, & in non abſimilibus caſibus quandoque deciſum fuit. Angel. in trac. malef. in uer. falſario. nu. i. & Gand. trac. eod. rub. de falſ. nu. ij. & Bal. conſ. xxxiii. nu. xx. in iii. part. Io. ab Imol. conſ. ciiii. nu. i. Geminia. conſi. xxvi. nu. iiii. v. vi. & vii. Alexander conſi. lxxiii. num. iiii. & lxxiiii. nu. ii. & conſi. lxxvii. nu. i. concludit, Scribam alicui notam ſuggerentem, perinde ac inſtrumento rogatus

tus eſſet, falſi crimen incidiſſe: quippè quòd dolo nõ
careat.& Cępo. conſi.xxi.num.xxiiii.& conſi.xxii.
3 nu.xii.uerſ.tertio modo ſtrictè.† ubi concludit,dolũ
requiri cùm quis falſum committit,ueritàtem ipſam
immutando.& idem conſi.xxiiii.nu.vi. & Rui.con-
ſil.xciii.nu.iiii.in iiii.& nu vi. & Affli. deci.xxi.nu.
vii. & xi.& deci.ccccliii.nu.ix.& xiij.
4 Secundò† legis ipſius Corneliæ uinculo obnoxius
oſtenditur,qui literas huiuſmodi effinxit, ſpeciali
illius prouiſione inſpecta.d.l.i.ff. eod.§. quid in ra-
tionibus,ubi Martianus reſpondit,eum qui in ratio
nibus,tabulis,cerisùe,uel alia qua re ſiue conſigna-
tione falſum contraxerint, illius legis cenſura ob-
noxios eſſe.& in §.item lex Cornelia,ibi,uel ſignum
adul.fecerit,ead.lege.& in l.Paulus eo.tit. iureconſ.
reſpondit,eos qui in teſtamentis,rationibus, tabu-
lis, literis publicis aliaùe qua re ſiue conſignatione
falſum commiſerint eiuſdem Corneliæ. L. pœna af-
fici: & hunc primum modum Corneliæ legis vin-
culo maximè obnoxium Azo aduertit,cùm quis fal-
ſum ſcribit,ne ueritas appareat, & Bart.d.l.quid ſit
falſum,ibi cùm quis alienum chyrographum imita-
tur.Bal.Sali.& Fulgo.d.l.nec exemplum,& Angel.
d.tracta.de malefic. nu. ij. uerſ. quæro quot modis
falſum dicatur.ibi, tertio modo.& Sal.in d.l.i.C.eo.
tit.& d.l.nec exemplum.nu.iii. verſ.huius timore.&
pertractat Gand.d.rub.de falſ. ibi putâ ſcriptura,
5 † cùm quis ſcribit ſiue delet. & Boniſ.tracta.malefi.
rub.de falſa.nu.ii.uerſ.ſcripto committitur falſum.
Vnde Vrbanus tertius clericum Regis Gallorum ſi-
gillum effingentes ab omnibus ordinibus degra-
dandum conſtituit & characteris ſigno inurendum
extra dięceſim abire compelli. c.ad audientiam, de
crim.falſ.ubi omnes aduertunt.
Eſtque falſitatis hoc genus maximè deteſtandum
in cauſa ipſa coniugij maximè graui commiſſum, ſi
atteſtationum ipſarum originalia amiſſa fuiſſent,
quibus ipſa D.Betha coniugij fœdus probare inten-
debat,ſiue Reuerendiſsimi Legati dignitatẽ intuea-
mur cuius nomine literæ falſo conſcriptę fuerunt:
6 eius quoque ſigillo adulterato, † quod genus crimi-
nis tunc maximè puniendum eſſe traditum eſt,cùm
alij detrimentum non modicum allaturum ſit.l. da-
mus.C.ad l.Corn.de fal.ubi Bart.Bald. Angel. Sali.
Fulgoſ.aduertunt,& Azo in ſumma eo.tit.& Ang.d.
trac.malef.ſuper uerb.falſario,uerſ.quæro quot mo-
dis,concludunt, tunc quidem illum ipſum qui falſi
crimen contrahit,Corneliæ legis cenſuram euadere
non poſſe cùm inde commodum conſequuturus eſ-
ſet in alterius detrimentum atque perniciem,quem-
admodum in præſenti negotio contigit : quod & â
maioribus noſtris in non abſimilibus caſibus ex fa-
cto quandoque reſponſum extat. Io.ab Imol.conſil.
cxxix. in fi. Alexander d.conſ.lxxiij.& lxxiiij.& lxx-
vii.lib.j. Marſi.conſi.lxxvii.Rui.conſil.xvij.nu.ix.in
iiii. rub.Alexandrinus conſili.xv.& Do. Maria.iun.
conſi.xxxvii.nu.22.& conſi.xxxviii.nu.xv.& conſi.
xxxix.nu.lxxxiii.& conſ.xli.nu. x. in ii. & Crauet.
conſ.lxxv.nu.xvii.
7 † Secundò quæritur qua pœna plecti debeat is,qui
falſi crimen contraxerit; & ſanè dubium non eſt,
quin ſecundum ipſius legis Cornelię diſpoſitionem
liberæ conditionis homines huius ipſius criminis
rei atque conuicti,deportari ſoleant,atque uniuer-
ſa illorum bona publicari.l.j.§.pen.ff. eod.ibi, pœnã
falſi,quod ſi id ipſum ſeruus attẽtet ultimo ſupplicio
affici conſueuit.l. ſi quis aliquid. §. qui unam. ff. de
pœnis.Et idcircò Iac.ab Aren.Albe.& Bart.in d. §.
pen.concludebant,nobiles ipſos deportari, & ple-
beios in metallum damnari, atque ipſos ſeruos ul-
timo ſupplicio affici.
8 † Quam tamen concluſionem Accurſius ibi pro
criminis atrocitate uariari cenſuit: verſic. ſed quan-
doque grauior.Lex etenim delinquenti pœnam ir-
rogans,criminis quantitatem dimetiri conſueuit: et
idcirco pro delicti modo pœnam ipſam exacerbare.
l.aut facta.ff.de pœn.in fi.& l.reſpiciendum,eo.titu.
& c.quæſiuit,de his quæ fiunt à maio. par.cap.& c.
fęlicis,de pœn.in vj.& c.non afferamus. xxiiii. q. i.
9 † Quare eos ipſos qui nummos aureos partim ab-
raſerint, partim effinxerint, ab beſtias damnandos
ſi liberæ ſint conditionis,Vlpia.reſpondit. l. quicũ-
10 que.eo.tit.ff.ad l.Corn.de falſ.& diuus Claud. † le-
gatum ſibi aſcribentem perinde ac ſi in legem Cor.
commiſiſſet.l.diuus Claud.ff.eo.Item in l.hodie.§.ſi
11 uenditor,eo.tit. † menſuras publicè probatas cor-
rumpentem,quanti ea res eſt duplo cõdemnari de-
cretum extat,quandoque & diui Adr. præcepto in
inſulam relegari.Necnon mitiori pœna afficiendũ
qui falſis reſcriptionibus utuntur,quàm aliis docu-
mentis conſtitutum extat.l.maiore.C.ad l. Cornel.
de falſ.ubi Bal.Ang.& Sali.aduertunt,ex quibus de-
prehenditur qualis in eos, qui falſi crimen contra-
hunt ſecundum ueteres ſanctiones pœnæ cõſtitutæ
eſſent. quod & Glo.aduertit & Doc.in l.ubi. C. eo.
in fi.in uerbo commiſsi.& in §.item lex Cornelia de
falſis,inſti.de publ. iudi.& Boniſac. poſt Gandin.
& Ange.in d.trac.malefi. in rub.de falſ.nu.iij.
12 † Sed cùm Iuſtiniani conſtitutione cautum exi-
ſtimetur,bona ipſa hodie non publicari, in auct. ut
nulli, in d.§.ſi.collatione ix.ubi Ang.aduertit verſi.
tertio caſu. tunc maximè diſpoſitionem illam pro-
cedere cùm damnatus ob crimen famam ipſam &
bona amittit,nu.xxvii.& xxviii.& in auct.bona da-
mnatorum.C.de bonis pręſcrip.vbi aduertunt Bart.
Bal.Ange.Sali.& Fulgo.nu. iiii. uerſ. in ea, Azonis
ſententiam probat indiſtinctè, excepto caſu crimi-
nis lęſę maieſtatis,ueterà iura correcta ſentienſis,li-
cèt Cin.Pet.Bar.& Ange.ibi diſtinguant, ſequendo
ſententiam Aldri.& Accurſ.& in ſpecie publicatio-
nis bonorum pœnam hodie in hoc ipſo falſi crimi-
ne conuictis non irrogari,Boni.ipſe concludit in d.
trac.malef.rub.de falſ.nu.iii.uerſ.ſed iure,nu.nono.
13 † Sanè & quandoque Iuſtiniani conſtitutio ma-
num amputari decreuit,cùm quis publicæ pecuniæ
exactor ueram ſummam non exprimit.§.cogea, in
auc.de manda.princip.ubi gloſ.in uerb.manus am-
put.& in auct.ut nulli iud.§. quia uero nos oportet,
ubi ſanxit Iuſtin.ſi criminis cõditio exigit,loco pe-
dis manum ipſam amputari.& auct. ſed nouo iure.
C.de ſeruis fugi.ubi gl.i.Bal.Sali.& Fulgo.quatuor
caſus aducrtunt, quibus lex ipſa manum abſcindi
iubet. primus cùm ſerui ad barbaros fugientes com-
14 prehenduntur.l.ſi fugitiui,eo.tit.† ſecundus, cùm
exactor

exactor apocam ipſam adulterauit. dict. §. cogea.
15 † tertius pro parua hęreſi: alioquin Angelus ibi
16 combuſtione opus eſſe fatetur. † quartus, cùm ta-
bellio falſum documentum conficit, ut in Lombar-
da lege conſtitutum extat, tit. de eo qui fecit falſum.
l.i. Quam quidem pœnam in tabellione hodie ſer-
uari Iacobus ab Are. teſtatur. & Gand. in d. tracta.
malefi. rub. de falſa. nu. iii. uerſi. eſt autem pœna fal-
ſi. quibus & Sali. ipſe nu. i. duos alios caſus adiecit,
uerſ. ſed adde duos, in §. ſi quis alium, de pace tenen.
ubi Feder. eum qui initę pacis edictum uulnerauerit,
rit, manus amputationem pati decreuit. ſextus & ul-
timus in §. calidis. in fi. de prohib. feud. alien. per Fe-
der. ubi ſcribas documenta conficientes uenditionũ
bonorum feudalium ſub colore inueſtiturarum ac-
cepto pretio factarum eandem pœnam ſubire de-
17 creuit. Qua † ratione non defuerunt qui hodie ſenſe
rint, abrogata bonorum ipſorum publicationis pœ-
18 na, † necnon & deportationis, & ſublata ſeruorum
conditione, in hoc ipſo falſi crimine pro modo de-
licti & ſceleris atrocitate Iudicem ipſum genus pœ
næ arbitrari debere, ueluti certam id lex in ſpecie
non irrogauerit. l. i. ff. de iur. delib. ubi Bald. & c. de
cauſis, de tranſac. ubi Docto. Butr. & Abb. & l. ſac-
cularii. §. ſunt quędam. ff. de extraord. crimi. Cuius
ſententiæ author fuit Iacob. ab Are. & Gandi. in d.
trac. malef. rub. de falſa. nu. iii. uerſ. eſt autem pœna
falſi. & Albe. in d. l. i. ff. ad leg. Corne. de fal. §. pœna
autem falſi, uerſ. quæſitum fuit à me, niſi tamen ſin-
gulari municipiorum iure aliud cautum extet. l. ſan
ctio legum. ff. de pœ. l. omnes populi. ff. de iuſtit. &
iur. ubi Bar. & Seueri. pluribus q̃ſtionibus diſcuſsis
id probant, & Marſi. in ſpecie docuit rubr. ff. ad leg.
Corn. de falſ. nu ij.

19 Cæterùm † Pontificio quoque iure multiplex
falſariis ipſis, prout criminis grauitas expoſcit, pęna
irrogari conſueuit, ut Goffre. in ſumm. eo. ti. de cri.
falſ. uerſ. ſecundum canones autem, falſi pœnã mul-
tiplicem eſſe aduertit. nam q̃ ſupplici libello falſum
exprimit in ſuæ peruerſitatis pœnam impetratis pri
uari cõſueuit. c. ſuper literis. de reſcrip, ubi dixi poſt
omnes. Item, cùm quis omnes uel maiorem partem
adfuiſſe ſcribit, & id falſum ſit ab officio & benefi-
cio ſuſpendi decretum eſt. c. tàm literis, de teſti. uer.
Archipresbyterum verò Lucanum. Item, ſi quis Pon
tificias literas adulterauit, etiam per alium, excom-
municationis uinculo ſubijcitur, clerici uerò offi-
ciis & beneficiis exuti degradãdi ſunt, & curiæ ſęcu-
lari legitimis pœnis ſubiiciẽdi tradũtur. c. ad falſario-
rum, eo. tit. de crim. fal. ubi omnes aduertunt. aliorũ
autem pręlatorum literas effingentes atque ſigilla
adulterantes, deponendos eſſe decretum exiſtima-
tur, licèt ſęculari curiæ non tradantur. c. ſi Epiſco-
pus. l. diſtinc. ibi, ab officij honore depoſitus in mo-
naſterium detrudatur. quod Goffr. in ſumm. cenſuit
uerſi. falſarij aliarum literarum. & quamuis Archid.
& Aegid. in d. c. ſi Epiſcopus, nihil attingant, Gof-
fredi tamen concluſio ea ratione probari poſſe uide-
tur, quia cùm ſuperueniens canon in d. c. ad falſa-
riorum, Pontificis literas adulterantes ſęculari curię
tradi diſponat, conſequens eſt, quod ad aliorũ præ-
latorum literas attinet antiquo canoni derogatum
non cenſeri, c. nonne, de præſump. & l. præcipimus.
C. de appell. & c. cum expediat, de elec. in vj. & ſub-
ſcribit Hoſtien. in ſumma eo. tit. uerſic. qualiter pu-
niatur. nu. 8. ibi, falſarius uerò literarum Epiſcopi.
& paulò ante clericos regis literas adulterantes in-
famia notatos charactereque aduſtus prouinciã ab-
iurare compelli. d. c. ad audientiam. eod. tit. de crim.
falſ. quod & aliorum quoque inferiorum ſęculariũ
contemplatione uerum eſſe Hoſtien. ipſe ui rationis
edocuit. c. inter. §. j. de tranſlat. Epiſcopi.

Nec dubium eſt, quin diſpoſitio. d. c ad falſario-
rum, ſingulari ratione nitatur, ut Goffr. & Hoſtien.
20 ſuperiùs locis adductis declarant. † Et idcircò, ſi cõ-
tingat literas Legatorum ipſorum uel Delegatorũ,
Apoſtolicæ ſedis falſi aliqua ſpecie corrũpi, mitius
puniri conſtitutum eſt. c. olim ex literis, de reſcrip.
in fi. uerſ. nos igitur reſpondemus, ubi Hoſtien. But.
21 & Abb. in ſecundo not. aduertunt, † illũ ipſum cãm
amittere, qui in eius literis falſum ipſum commiſit
quamuis in literis ſimplicis iuſtitiæ ueluti citatoriæ
& inhibitoriæ, quæ à iudicibus appellationum con-
ceduntur, uel aliæ eiuſmodi non facilè adulteratæ
præſumantur: quinimmo, ſi dolo quis eas obtinue-
rit dummodo uſus non fuerit, uexari non debet. c.
accedens, extra de crim. fal. ubi Glo. Goffr. Hoſtien.
& alij ueteres, & quandoque deciſum extat. Guido
Papæ. q. ccccl v. & nuper Io. Bernar. Diaz. Hiſpanus
in praxi crimi. c. cviii. plura huc pertinentia ſcripſit
licèt ſimpliciter Caſſan. conſ. xliiij. nu. xvi. uerſ. iuj.
licèt fateremur, pœnam conſtitutam in Pont. literas
adulterantes locum ſibi uendicare concludat, reſpe-
ctu etiam eorum, qui inferiorem prælatorum literas
22 effingunt † propter maximam ſceleris ipſius graui-
tatem homicidio ipſo ac ueneficio longè deteſtabi-
lioris. d. l. ubi, in princ. C. de ſal. ubi Doct. colligunt,
Bar. in l. Lucius, in fin. ff. ad Senatuſconſul. Turpil.
23 † Idcircò plura ſingularia in eo crimine introducta
aduertit Io. de Anan. rub. de crimi fal. in fi. & Deci.
in c. licèt cauſam, in v. notabili de probat. & ex facto
in uariis caſibus maiores noſtri conſulti reſponde-
runt. Anchar. conſ. clxij. Alexander d. conſ. lxvij. lib.
j. & conſ. lxij. in iij. uol. & Caſſa. d. conſi. xliiij. num.
xvj. uerſi. propter cuius grauitatẽ. & Dominus Ma-
ria. iun. d. conſ. xxxix. nu. vii. in ii. uol.

His igitur præcognitis, tertiò quæritur an Reue-
rendiſsimi Legati Do. Auditor literas huiuſmodi ab
Vtinenſi Epiſcopo receptas ipſi D. Bethæ concede-
re debeat: quibus exhibitis coram Clariſsimo Ad-
uocatore eius ipſius intentionem probare poſsit?
24 Et prima quidem facie uideretur quòd non. † capi-
te enim vj. Concilij Tholetani ijs uerbis cautum ex-
tat. His à quibus ſacramenta tractanda ſunt, ſangui-
nis iudicium agitare non licèt: & ideò magnopere
prohibendum, ne indiſcretę pręſumptionis motibus
agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententiis p-
pria iudicent: aut truncationes quibuſlibet perſo-
nis per ſe inferant, aut inferendas præcipiant. & in
c. his à quibus. xxiij. q. viii. gloſ. in uerb. aut inferen-
das, concludit, q̃ clericus ipſe non poteſt hęc nec per
alium facere. & ibi Archi. deciſionem illam extcn-
debat, ut nec clericus ipſe ſanguinis ſententiam uel
ſcribere poſsit, tametſi, ut iudex non faciat, quia ſal-
tem

tem vel conſilium vel auxilium præbere cenſetur:
25 † vnde nec eum in huiuſmodi cauſis teſtes ſcribere
aut legitimè recipere poſſe concludit: & Aegid. ibi
affirmat. Quinimmo Alex. iij. Pont. Max. decretum
confirmans amplius conſtituit, clericis ipſis non li-
cere ſanguinis ſententiam aut membrorum trunca-
tionis proferre, c. clericis In ſacris, ne clerici uel mo-
26 nach. ubi Glo. in uerbo iudicent, extendit, † ut nec
cōſilium ullo pacto dare poſsint. & ibi Inn. in prin.
conſtitutionem illam in clericis minoribus etiam
procedere cenſuit, aliàs Hoſtien. ibi, uerſ. aut iudicēt
27 deponi debere docuit: † inferendo prælatum iuriſ-
dictionem temporalem habētem, laicum ſibi ſubſti-
tuere debere. & Io. And. Imo. adſtipulatur. licèt ma-
ius periculum ijs imminere concludat, qui iam ad
ſacros ſint promoti ordines. & Anchar. in j. not. &
Card. in prin. & in fi. uerſ. ſecundò quæro. & But. nu.
iiii. uerſ. quæro an alium actum. & ibi nu. iij. uerſ. ex
quo tamen ſciret, concludunt, clericos illi conſtitu-
tioni non parentes, irregularitatis notam ſubire. Et
Panor. in ſecundo not. & inferius nu. 10. uerſic. nota
ex his, poſt Butr. d. uerſ. ex quo tamen ſciret, cōclu-
dit, clericum ipſum in huiuſmodi cauſa conſultum
reſpondere nō debere, ſi ſanguis periculum immine-
re uideat, putà mortis aut membri alicuius abſciſio-
nis: licèt aliud ſit ſi lenior pęna irrogari dēret. d. c. ad
audientiam, de crim. falſ. & c. tuę, de procurato. & c.
in Archiepiſcopatu, de raptor. & Anchar. docuit in
d. c. clericis, in ſecundo not. Quamobrem, cúm lite-
rarum huiuſmodi exhibitio Excellentiſsimum Ad-
uocatorem inſtruere poſsit: ut inde reus falſi con-
uictus, uel occidi poſsit. d. l. ubi adhuc, præſertim, ſi
id & ſingularis iuris diſpoſitio ſuaderet. d. l. ſanctio
legum. ff. de pœnis. & §. ius autem ciuile, inſti. de iu-
re nat. gen. & ciui. tradit Hippol. d. rub. ff. ad l. Cor.
de fal. nu. ii. uel ei manum abſcindi. §. coges, in auc.
de mand. princip. d. auct. ſed nouo iure. C. de ſer. fu-
gi. uel aliam ſanguinis pœnam arbitratu ſuo irroga-
re, ſpeciali lege ſiue ſcripta ceſſante. & Iaco. ab Are.
& Gand. & Alber. cenſerunt. d. §. eſt autem falſi pœ-
na. d. l. in prin. ff. ad l. Corn. de falſ. in fi. ex quibus eſ-
fectu eccleſiaſticus huiuſmodi Iudex irregularitatē
ipſam incurreret. d. c. clericis, declarat Goffred. in
ſumma eod. tit. ne clerici uel monach. uerſ. dum ta-
men iudicio ſanguinis non interſit in fi. & Hoſtien.
nu. v. uerſ. quod idem in cauſis criminalibus. Idcircò
concludendum uideretur, canonum rationi repu-
gnare, iudicem ipſum dominę Betthę literas huiuſ-
modi exhibendas reddere.

28 † Secundò eandem ſententiam ſuadere uidetur,
Innocentij iij. Pontiſ. ſummi conſtitutio in genera-
li Concilio edita, in qua amplius decreuit, à clerico-
rum profeſsione adeò ſanguinis ipſius iudicium alie
nam eſſe, ut nec literas dictare uel ſcribere pro uin-
dicta ſanguinis deſtinandas abſque nota irregulari-
29 tatis queant, † nec chirurgiam ipſam exercere: unde
aduſtio uel inciſio inducatur, nec feruentis aquæ
purgationem, uel frigidę uel ferri candentis ritum
cuiuſlibet benedictionis impendere debere. c. ſentē-
tiam, eo. tit. ne clerici uel monach. unde Abb. anti-
quus ibi, in fin. in exemplo purgationis aquæ frigidę
& Innoc. in uer. chirurgi. & Hoſtien. uerſ. quid ſi li-
teræ mittantur, inferebant ad ſpeciem huiuſmodi.
30 † Pone, ſi contingat alicui Principi homicidam in
tali hoſpicio literis miſsis eſſe, ſignificari: quas Prin-
ceps clerico ei à ſecretis legendas tradat, ſi lectis illis
capiatur reus, & mortis pœnæ ſubijciatur, clericum
illum omninò irregularem cenſeri. quod quidem
Clementem quartum reſpondiſſe, Hoſtien. ibi te-
ſtatur. cum enim ex lectura literarum huiuſmodi illi-
cò ſecutum fuerit homicidium, cuius ſententia ſeu
actus omnis conſenſum illi inferens profeſsioni hu
iuſmodi interdicitur. d. c. clericis in ſacris. & d. c. ſen
tentiam. eo. tit. ne clerici uel monach. conſequēs eſt
attentato medio ad prohibitum finem perueniendi
ex ratione canonis pœnam ipſam irregularitatis ir-
rogari. l. oratio. ff. de ſponſal. ſeu quia lectura hęc
uel literas huiuſmodi legendi actus ratione conſe-
quentis interdictus exiſtimetur. l. illud. ff. de acquir.
hæred. l. cui. ff. de iuriſdic. om. iudi. & c. præterea, de
dilation. ſeu connexitatis uel acceſsionis cuiuſdam
cohærentis intuitu actus huiuſmodi coniuncti exi-
ſtimentur. c. tranſlato, de conſt. ubi Bal. But. & De-
ci. nu. vij. poſt ueteres. & l. eum actū. ff. de neg. geſt.
ubi Bar. & Caſtren. & l. ij. C. de dotis promiſſ. ubi
Bald. & Salice. Quamobrem Ioan. And. ibidem uerſ.
quid ſi literæ. & Butr. nu. v. uerſ. quæro tertiò. & nu.
x. concludebant, & Card. clericum illum principi
reſpondere debuiſſe, actum illum literas legendi ab
eius profeſsionis inſtitutione prorſus alienum eſſe,
quippè quod eorum omnium actuum exercitium &
conſummatio clericis interdicta cenſeatur: ex qui-
bus ad ſanguinis ipſius ſententiam perueniri poſsit
idcircò Car. ibi. nu. iij. uerſ. & ſi ea ſcriptura priuata.
& q. v. in fi. uerſ. tamen tutius eſt, concludit clericos
ipſos tutius abſtinere à literis huiuſmodi legendis,
licèt actus ille legendi non ſit cauſa propinqua ca-
pturæ & mortis. Et Anch. in compend. conſti. illius
uniuerſa clericis illius auctoritate interdicta cēſuit,
ex quibus mors uel membrorum abſciſio ſubſequi
poſsit. inde ex ratione conſtitutionis & canonis ip-
ſius mente ſubijcit, clericum literas ſcribentem la-
trunculatoris mandato, ad quem criminum indaga-
tio pertinet, ſi inde captus quis ſuſpendatur, irregu-
larem fieri, quia lex promotionis in facto, non autē
in uoluntate conſiſtat. c. fi. xv. q. i. & inferius uerſicu.
quæro etiam ſi princeps. nu. iiii. probat Hoſtienſis &
aliorum ſententiam, & Panor. in i. & ii. compend. &
q. i. nume. ii. clericis quomodocunque non lice-
re concludit opem uel auxilium ijs ipſis exequen-
dis adferre, que ordini eorum præcipuè ſunt interdi
cta. c. ſi quis uiduam. l. diſtin. & c. ſicut dignū, de ho-
micid. ꝙ idem Abb. in ij. par. in d. c. ſententiam. q. i.
nu. xi. concludit, clericum ipſum fieri irregularem,
ſi ex eius ſcriptura uel quia dictet, mors ipſa aut mē-
brorum abſciſio ſequatur. & q. iiij. ea. par. ii. nu. xiiii.
Hoſtienſis ſententiam atque communem ſequitur
cum clericus literas ipſas legit, quibus lectis fur aut
homicida capitur & occiditur: & latius Marianus
Soci. argumentum hoc diſcuſsit, poſt alios ueteres
in c. ad audientiam, de homicid. q. v. principali con
cludens, irregularitatem ipſam ex conſenſu profici-
ſcentem incurri propter negligentiam, cauſam, mā-
datum, conſilium, opem, uel quomodocunque cle-

cicus

ricus ipſe ſanguinis ſententiæ conſentiat. Item in-
ferius numero uigeſimonono, quæſti. tertia, con-
31 cludit aduerſus Hoſtienſ. † clericum ipſum etiam
fratris patrocinium ſuſcipientem, ſi aduerſarius ul-
timo ſupplicio ſit affectus, irregularem fieri, quippè
quòd illicitæ rei operam dederit. dict. capit. ſenten-
tia, ne clerici uel monach. tùm quia proximam mor-
tis cauſam obtulerit. capit. is qui, de homicid. in vj.
& dict. cap. ſi quis uiduam. quinquageſ. diſtinctio.
& idem Maria. quæſti. quinta, numero trigeſimo, &
q. vj. ueterum ſententiam probat ſuperius diſcuſſam in
d. capit. ſententiam, ne clerici uel monach. Quam-
obrem, cùm ex literis huiuſmodi dominæ Betthæ
redditis, atque ab eadem coram Clariſsimo Aduoca-
tore exhibitis uel mors uel manus abſciſio ſubſequi
poſsit, conſequens eſſe uidetur; eccleſiaſticum iu-
dicẽ huic ipſi effectui abſq; irregularitatis nota cau-
ſam præbere non poſſe uideri.

Tertiò literarum huiuſmodi exhibitionem diſ-
ſuadere uidetur altera Innocentij tertij conſtitutio
in c. ex literis, de exceſſ. prælato. ubi decreuit, Albi-
ganenſem ipſum Epiſcopum paſtorali functione
priuandum, quòd Iudici laico reſpondiſſet, malum
eſſe, ſi fur candentis ferri pœnam tantùm paſſus eua-
32 deret. Et † idcircò Hoſtienſ. ibi, Ioannes Andr.
But. & Abb. in ſecundo ſummario colligunt, cleri-
cos ipſos directè uel indirectè ſententiæ ſanguinis
33 cauſam præſtantes, deponi debere. † & in j. not. con-
cludit, prælatum iuriſdictionem tẽporalem haben-
tem iuſtitiæ exequutioni intereſſe non debere, ne ex
auctoritate, quam præſtare uidetur, irregularis fiat.
dict. capit. ſicut dignum. §. clericos. & idem Abbas
inferius in gloſſ. ſecunda. uerſicu. inquantùm dixit.
quocircà, cùm in propoſito negotio, falſi criminis
reus conſtitutus, niſi literis huiuſmodi exhibitis cõ-
demnari non poſſe uideatur. capi. nos in quenquàm,
ſecunda quæſti. ſexta, capit. ſciant cuncti, ſeptima
q. prima. & l. fi. C. de probation. & capi. at ſi clerci, de
iudic. ubi dixi poſt alios ſuper uerbo conuicti. &
Canon ipſe effectum ſanguinis prohibendo perpen-
dat. dict. cap. ſi quis uiduam, conſequens eſt quomo-
docunque eccleſiaſtici Iudicis conſenſus intercedat
Canonis rationi irregularitatis notam irrogantis, lo-
cum eſſe uideri. c. primo, de officio & poteſtate iud.
deleg. in glo. in uerb. Papæ. Innoc. Butr. Abb. Feli. &
Deci. aduertunt.

Quartò, ſi quis irregularitatis ipſius uſiam per-
pẽdat, idem omninò iudicandum uideri ſentiat. cõ-
ſtat etenim ex Canonis ipſius ratione, illam ipſam
colligi: in qua quidem legis ipſius neruus conſiſtit.
l. ſcire. ff. de legib. capit. fin. de regul. iur. in ſexto. l.
non dubium. C. de legib. ubi omnes aduertunt. ſanè
actus acerbitas horrorem quendam & ſcandalum in-
ferens, fuiſſe cenſetur, ut Canon ipſe à clericali can-
dore negotia hæc prorſus aliena eſſe decerneret. cap.
duo ſunt, duodecima quæſti. prima, & capi. imagi-
nem, uigeſimatertia quæſti. quinta, & capit. ſecun-
do, de homici. uolun. uel caſu. & toto titu. de uita &
honeſt. clericor. ubi Goffre. & Hoſtien. in ſumma, &
Card. aduertit in clemen. vnica, de homic. Cùm enim
Deus omnipotens in ſecunda decalogi tabella, non
occidendum præceperit. Exodi xx. qua ratione mi-
niſtros illius clericos, ſanguinis humani effuſioni
conſentire non deceat. d. cap. primo, de officio de-
leg. ubi Gloſſ. in verb. pari pœna. & dict. capit. duo
ſunt, uigeſimaſecunda q. prima. & Glo. uigeſimapri-
ma diſtinct. §. j. & quinquageſimaprima diſtinct. in
ſumma. & capit. ſi quis poſt acceptum, undecima di-
ſtinct. & Bald. in procemio Gregor. ob huiuſmodi
cauſam repelli quem ſenſit, ne Rector uel Vicarius
eſſe poſsit. & Diuus Tho. in quarto ſententiarum,
diſtinct. quadrageſimaquinta, q. ſecunda, articulo v.
ſiue, ut Marianus maluit in d. cap. ad audientiam, in
d. cap. de homicidio, nume. xviij. uerſ. ſextò princi-
paliter quæro, in j. par. ad fin. canonis ratio hęc fuit,
quia indignum ſit præpotenti Deo offerre, quod ho-
mo dedignatur. c. fin. quadrageſimaquinta diſt. Sanè
rationibus huiuſmodi locus eſſe uidetur, quomodo-
cunque contingat clericum ipſum ſanguinis ſenten-
tiæ conſentire: & idcircò diſpoſitio illius locum ha-
bere debet. l. illud. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquili.
34 & d. cap. fi. de reg. iur. in ſexto. † cùm enim lex ef-
fectum perpendat, modus ipſe unde exequutio ſe-
quatur, negligi ſolet. cap. in tantùm. de ſimo. decla-
rat Din. d. cap. fi. de reg. iur. in ſexto. Barto. & Bal. in
l. fraus. ff. de legib. & d. l. non dubium. C. eodem. lex
enim rebus ipſis, non uerbis ſcripta cenſetur, illis
ipſis longè potioribus. cap. Marchion, prima q. pri-
mu. & cap. intelligentia, de uerbor. ſignifi. & l. ij. C.
communia de leg.

35 Quintò, † cùm immiſcere ſeſe actibus à Canone
prohibitis, clericum ipſum peccati uinculo ſubii-
ciat. capi. tertiodecimo, ad Roma. & capi. qui reſi-
ſtit, vndecima quæſti. prima, & cap. ſolitę, de ma-
iori. & obed. & dict. capit. duo ſunt, duodecima q.
prima, & Barto. docuit auctén. ſacramenta pube-
rum. C. ſi aduerſus uend. & l. ſi quis pro eo. ff. de fi-
deiuſſ. concludendum uidetur, interpretationem
huiuſmodi ſalutis animarum intuitu longè tutio-
rem accipiendam eſſe. capit. conſilium, de obſeru.
ieiun. & cap. iuuenis, de ſponſ. ubi Abb. poſt ue-
teres in primo notab. & dict. capit. ad audientiam,
de homici. ibi, tutior uia, Panor. aduertit, & poſt
alios idem Marian. tertia quæſti. principali primæ
part. uerſicu. aut agitur in foro pœnitentię, & in-
feriùs uerſi. idem eſt, ubi agitur in foro quaſi pœni-
tentię, ut tunc in dubio quem irregularitatem in-
curriſſe præſumatur. & Cardi. in dict. capit. ſenten-
tiam, ne clerici uel monach. q. quinta, uerſ. tamen
36 tutius eſt, adſtipulari uidetur: † quemadmodum
Epiſcoporum mutationes ambitionis potius, quàm
charitatis cauſa fieri præſumuntur. capitu. ſi quis, &
cap. Epiſcopus, ſeptima quæſti. prima, ubi Præpoſ.
aduertit, & Glo. & Docto. declarant. cap. vnico, de
ſcrutt. in ord. facien. & cap. fin. de præſumptio. ubi
Feli. numero quartodecimo. & in egregio caſu re-
ſpondit Auchara. conſi. centeſimuſeptuageſimono-
no. & pertractat Alcia. regu. tertia, tract. præſumpt.
prima præſumpt. numero tertiodecimo, uerſi. quar-
tò limitatur. Quocircà tutius uidetur, Eccleſiaſti-
cum hunc Iudicem literas huiuſmodi apud ſe reti-
nere debere, atque omninò ſupprimere; ne illis

exhibitis, membri ſaltem abſciſio ſubſequi poſ-
ſet.

Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum ma-
37 turius conſiderando cõſtitui poſſe exiſtimo. † Nam,
ut ſæpius Stagyrita docuit, ἐν τῷ μικρῷ τὸ δι-
καῖον. l. ſi ex plagis. §. in clino. ff. ad legem Aquil.
ibi, in cauſa iùs poſitum eſt. Alber. & Floria. in ſe-
cundo ſummario, & l. ea eſt. ff. de regul.iur.nume-
ro uigeſimoſeptimo. & l.illicitas.§.ueritas.ff.de of-
fic. Præſid.ubi Barto. & l.precibus. C.de impube.&
aliis ſubſtit.ubi Deci.in ſecundo notab.numero ter-
tio, & l.ut reſponſum. C.de tranſact.& ſæpius ex fa-
cto conſultè ueteres aduertunt. Bald. conſil.duode-
cimo. Quidam, lib. ſecundo, Anchara. tricenteſi-
moſecundo. Materia, Deci. dclxvij.nume.ſecundo,
Reuerendiſsimus Pariſ.xxxij.nu.xxiij. libro primo.
Quod ipſum pluribus rationibus, iuribus, & aucto-
38 ritatibus probari poſſe oſtendo. † Et primò, con-
ſtat etenim criminis huius eſſentiã diuinæ legis iuſ-
ſione prorſus prohibitam eſſe.d.c.xx. Exodi. docuit
enim diuus Aug.lib.de decem cordis.cap.vj.ij.tabu.
præcepta ad charitatis ipſius uinculum pertinere;
ueluti non falſum teſtimonium dices aduerſus pro-
39 ximum tuum, † cuius præcepti tranſgreſsio inducta
exiſtimatur, ſine uerbo, ſiue ſcripto, ſiue nutu, ſi-
ue ſignis falſum ipſum exprimatur.d.c.ſi.de reg.iur.
40 in vj. † nam, cùm uerba ipſa humanam mentem ex-
primant, l.Labeo.ff.de ſuppell.leg. d.c. Marchion,
prima quæſti. prima. & docuit Stagyrira in princip.
περὶ τῆς ἑρμεν. Rurſus & ſcriptura ipſa orationem
repræſentat. l. non figura.ff.de actio.& oblig.quod
Cicero, Fabius, Hermol.& Langol.quandoq; do-
cuerunt. vnde ſi legia ratio uigeat, eum ipſum, qui
ſcribit, lex loqui interpretatur. l. j. ff. de uerborum
obliga. ubi Roma. Aret. Iaſ. & Ripa nume. lviij. &
ibidem Alciat.adſtipulatur.& Iaſ.l.ſi mihi & tibi.§.
regula.ff.de legat.ſecundo. & Felin.capi. ego enim,
de iureiuran. quocircà & qui literas huiuſmodi ſcri-
pſit aduerſus proximum, falſum dixiſſe uidetur: &
idcircò diuinæ legis præcepto obnoxium eſſe.pſalm.
v.ibi,perdes omnes qui mendacium loquuntur.& di-
41 uus Aug.declarat lib.xx.Exodi.c.lxxj.in fi. † at cùm
diuinæ legis nulla ferè ſit relaxatio. c. ſunt quidam.
xxv.q.j. & c.ſi non licet. §. his igitur exceptis.xxiij.
q.v.& cap.primo, tertia decima diſtincti. & c.cùm à
nobis,de decim.& cap.ex publico, de conuerſ.con-
iug. ubi Glo.in uerb.conſummatum: cuius legis au-
ctoritate humana lex criminis huius grauitatem ua-
riis modis puniendam cenſuit. d. l.j.§. eſt autem fal-
ſi.ff.& C.eodem,& extra de crim.falſ. ut ſuperius in
ſecunda quæſtione declaratum fuit,quorum quidem
iurium finem & exequutionem impedire literarum
harum retentione uix ullo pacto poſsiuę legis intui-
tu permiſſum eſſe uidetur. capi.cùm inferior,de ma-
42 iorit.& obed. † Quocircà criminis huius attrocita-
tem & homicidio atque ueneficio maiorem eſſe ſu-
perius oſtendi. Caſſan. d.conſi. quadrageſimoquar-
to,nu.xvj.& Marian.iun.d.conſi.xxxix.nu.vij. in ij.
Quare ex eiuſdem diuinæ legis diſpoſitione eum ip-
ſum,qui falſum cõmittit legitimæ mortis pœnę ob-
noxium eſſe cenſendum uidetur;ſiue quia ex ratione
legis ab ipſius diuinæ iuſsionis norma in minorã de-
licto homicidij exceptio facta dicatur.d.c. ſi non li-
cèt. §. his exceptis. uigeſimatertia quæſti. quinta. &
docuit diuus Auguſt.lib.primo, de ciuita.Dei.capi.
xxj.Scotus,& Richardus lib.iiij.ſententiarum,quin-
tadecima diſt. q. iij. vnde multò fortius in ipſo falſi
crimine longè deteſtabiliori concludendum eſſe ui-
detur. Cin.& Alex. auct.non licèt.C.de lib. præteri.
ſiue quia harum ipſarum humanarum legum pœnã
ſanguinis irrogantium ratio ſit ipſius peccati exclu-
ſiua.Bart.l.omnes populi.ff. de iuſtitia & iur. iii. q.
principali.& docuit Abb.capi.fin.de conſue.nume-
ro tertio, & dict.capit.quæ in Eccleſiarum, de con-
ſtitution. numero nono, uerſicu.circa primum,ubi
diffuſius poſt omnes alios recentiores diſſerui. quæ,
cùm ita ſint, irregularitatis effectus ab humana le-
ge ſimpliciter conſideratus, nihil quidquàm moue-
re debet,qui modus ſæculari executori tribuatur ha-
rum literarum exhibitione: unde diuinę iuſsionis
præceptum illæſum conſeruet, eius ipſius tranſgreſ-
ſorem legitimis pœnis ſubiiciendo.d.capit. cùm in-
ferior, de maioritate & obedien. cum aliis ſuperiùs
adductis.

Secundò iuris vtriuſque cenſuræ legiſlator uel
43 modis omnibus indagare conſueuit, † ne ueritas ip-
ſa ſit in obſcuro, ſed in quibuſcunque perplexis ne-
gotiis,omnibus modis illam ipſam extricari curan-
dum conſtituit.cap.quoniam contrà, de probatiõn.
ubi omnes aduertunt,in principio. & capi.qui ſcan-
dalizauerit,de reg.iur.in antiq.ubi Gloſ.in uerb.ue-
ri. & Docto.potiſsimùm in iudiciis ſibi locum uen-
dicare aduertunt. & Gloſ.in capitulo cùm quiſque,
44 uigeſimatertia quæſti. quarta. † qua ratione ſanci-
tum extat, ſi aliter ueritas haberi non poſsit in iudi-
ciis ipſis, etiam ex domo rei ad adiuuandam actoris
intentionem inſtrumenta ipſa eſſe exhibenda. Inno.
But.Imol.& Bened.Capra capitu.primo,de probar.
ubi Decius numero trigeſimoſeptimo communem
45 hanc ſententiam atteſtatur. † quippè quòd ex cauſa
à regulis iuris recedi conſueuit. Innocen. Abb. &
Decius in ſecunda lectu. numero uigeſimoquinto,
de conſtitu. & Alexan. plures adducit. l. ſecunda.
C.de edend.& l.fi.eod.titu. numero quartodecimo.
& notatur in Specu. de inſtrumen. edit. §. uiden-
dum,uerſicu.ex præmiſsis. & Sacra Ro.Rota decidit.
titu.de probatio.deciſi. ccxiij.in nouis, & Gloſſ. in
auchen.de tabel.in principio, & Alber.plura conge-
rit in l.cùm ita legatum, de condit.& demon. & do-
minus Marian. iunior conſi.centeſimo ſextodecimo,
numero octuageſimoquinto, libro primo. Quocir-
cà, cùm Eccleſia ipſa iuſtitiæ cultrix eſſe conſueue-
rit. cap.ſi clientolus. §. ſi diuerſorum, de aliena.feu.
& Bald.uidit l.ea lege, quæſti.ſexta. C.de condit.ob
cauſam. & Paulus Caſtrenſ. conſil. ſeptuageſimoſe-
cundo, lib.primo, nulla ratione concludi poſſe ui-
detur, Iudicem hunc eccleſiaſticum literas huiuſ-
modi ſupprimere poſſe.

Tertiò, ſi literarum huiuſmodi exhibitionis ef-
fectum intueamur, uel ſuppreſsionis,idem omninò
conſtitui poſſe uidetur: ſanè ſi exhibeantur, diuinæ
legis præceptum exequutioni mandari poterit: quo

quidem

quidem ſcelus huiuſmodi maximè deteſtatur. d. cap.
xx. Exodi. d. pſalm. v. Virum ſanguinis & doloſum
non diligit Deux. at nulla poſitiuæ legis facultas
huic ipſi effectui abrogando ſufficiens eſſe uidetur.
d. cap. ſunt quidem, uigeſimaquinta quęſti. prima.
dict. cap. ex publico, ubi Gloſſ. in uerb. conſumma-
tum, de conuerſ. coniuga. eccleſiaſticua igitur Iudex
literas has nullo modo ſupprimete debet. dict. capi.
cùm inferior, de maio. & obedien. Prætereà ſuppreſ-
ſio huiuſmodi naturalis iuris executionem impe-
diet, quo ſuadetur, neſas eſſe hominem homini in-
ſidiari: inter quos illa ipſa cognationem quandam
genuerit. l. ut uim, ibi, & cùm inter nos. ff. de iuſtit.
& iur. & l. ſi ſeruus ea lege. ff. de ſeruis expor. ibi, quia
46 hominis intereſt. † Quocircà humanæ legis con-
ſtitutione ubique cautum extat, publicè quidem in-
tereſſe delicta ipſa puniri. cap. ut famæ, de ſententia
excommunic. cap. fęlicis, de pœn. in ſexto. l. ita vul-
neratus. l. illud. ff. ad legem Aquil. & l. bona fides. ff.
47 depoſ. † unde legum ipſarum executores iudices cō-
ſtitutos ad inquirendum legiſlator excitat. capi. pri-
mo, de offic. ordin. capi. qualiter, il ſecundo. de ac-
cuſa. capi. licèt Hely. de ſimon. quæ quidem proui-
ſiones parum proderunt, ſi literarum huiuſmodi
ſuppreſsio huic eccleſiaſtico iudici conceſſa dica-
tur: quod abſurdiſsimum eſt, & ſufficienti faculta-
te non fulcitur. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. An-
gel. l. ædem. C. locati. & clement. paſtoralis. §. cæ-
terùm, de re iudic. & §. fina. inſtitu. de iure natur.
gent. & ciuil. & l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.

Rurſus, ſi priuatum ipſius dominæ Betthæ, com-
modum perpendamus, & Euangelicæ legis finem
intueamur in proximi dilectione conſiſtentem,
Lucæ decimo, & Matthæi decimonono, & Iaco. in
Epiſt. βασιλικὸν νομὸν appellat, qua cautum eſt,
48 proximum diligas ſicut te ipſum. At † ſi iudex ipſe
Eccleſiaſticus, qui ſæculares exemplo præire de-
bet, Gloſſ. in procem. Gregor. in uerbo ſeruus ſer-
uorum, perſpicit, ipſam dominam Bettham iniu-
ſtè atque iniquè opprimi, & literarum huiuſmodi
exhibitione non ſuccurrit, quomodò ſe ipſum à ne-
glecto charitatis munere tuebitur? Paul. ad Corin-
thi. primo, capi. tertiodecimo. Quare, ſi fortè illa
in intentionis ſuæ probatione deficiens condem-
naretur, Iudex hic ueluti charitatis contemptor &
publici commodi frigidus amator, irregularis po-
tius fieret. dict. cap. ad audientiam. ubi Maria. nu-
mero uigeſimonono, uerſicu. in contrarium. unde
ſatius eſſe uidetur tàm manifeſto facinori etiam Ec-
cleſiaſticum iudicem occurrere debere, ne aliàs ali-
qua ſpecie conſenſus in culpa eſſe dicatur. dict. capi.
ſicut dignum. §. illi etiam, de homici. & dict. capitu.
primo, de offic. deleg. ubi Deci. numero decimo, &
undecimo. & in l. culpa non caret. ff. de regul. iur.
ubi idem numero nono, & decimo. Quæ, cùm
49 ita ſint, † humana lege conſtitutum eſt, ubi de ali-
quo negotio agatur, unde mihi emolumentum ad-
ferri poſsit, & tibi non obſit, te ipſum omninò cō-
pelli: ut quod mihi prodeſt concedere debeas. l. ſe-
cunda. ff. ſolut. matrimon. ibi, niſi ei nihil noceat.
Barto. uerſicu. ad huius autem. Roman. & Alexand.
& l. prima. §. denique, il ſecundo, de aqua pluuia ar-
cend. & l. ſecunda. §. aduerſus, ne quid in loco publ.
& l. ueteres. ff. de itinere actuque priuat. ibi, ut de-
teriorem eundi cauſam efficiat. & Gloſſ. in l. flumi-
num, in uerbu non teneri. ff. de damno infect. & Sa-
lice. in l. altius. C. de ſeruitut. & aqua. & Caſtrenſ. l.
cùm de eo. ff. de ſeruitu. urban. prædi. & ibi Curtius
in addition. & Iaſ. l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iur.
numero octauo, & pertractat Cæpol. tracta. de ſer-
uitu. urban. prædi. capitu. de ſolo ſeu area, uerſiculo
quintò fallit. & quandoque reſponſum extat, Pont.
conſil. quinquageſimoſecundo in fine. Alexander
ſeptuageſimoquarto, in ſecundo. & conſi. nono, in
ſexto. & Iaſ. conſi. nonageſimonono, in primo. &
centeſimoquinquageſimo, in ſecundo. & Decius
ducenteſimoprimo. & Curtius iunior conſi. octua-
geſimo. Quamobrem his omnibus coniunctim per-
penſis, ex quibus maius malum euitari poſſe ambi-
gendum non eſt, & perfectius ſubſequi bonum; con-
ſequens eſt ex interna Canonis ratione irregularita-
tis rationem habendam non uideri. capitu. duo ma-
la, & capit. nerui teſticulorum, tertiadecima di-
ſtinct. & cap. officij, de pœniten. & remiſsi. & ca-
pitu. tertio loco, de probation. & in Spec. de diſpen.
50 in principio. † qua ratione receptum extat, cùm
inter te & me inſtrumentum aliquod confectum ſit,
quod quidem apud te ſine aliquo uſu exiſtat, & mi-
hi prodeſſe ualeat, te ipſum ad edendum poſſe com-
pelli. capit. accedens, il primo, ut lite non conteſt.
& Ioann. Andr. in rubri. de fid. inſtrum. in Specul. &
Butr. capit. primo, eod. titulo. & Alexander dict. l.
fina. C. de edend. numero uigeſimo, uerſic. quarto-
decimò fallit.

Quartò ambigendum non eſt, quin ex hoc ipſo
falſi crimine contracto aduerſus reum ipſum ius
duplex ortum fuiſſe intelligatur publicum atq; pri-
uatum: quatenus delictū ipſum ratione exempli im-
punitum non eſſe debet, ne crimina ſæpius commit-
tantur. dict. l. aut facta, in fin. l. reſpiciendum. ff. de
pœn. & dict. l. bona fides. ff. depoſi. dict. capitu. ut
51 famæ, de ſenten. excommunicatio. † cuius quidem
publici iuris exequutio ad nobile iudicis officium
pertinere conſueuit. Bartol. lege prima. ff. de iuriſ-
diction. omnium iudicum, uerſiculo ſi dicas quòd
eſt triplex. & lege imperium, eodem titulo, uerſicu-
lo ſecundo modo. & inſtitut. de publicis iudic. &
idem Bartol. docuit rubrica de publicis iudi. Qua
ratione, cùm literæ huiuſmodi falſò confectæ à
laico proponantur, ad ſæcularis iudicis coerctionē
pertinente, omninò concludendum uidetur iu-
dicem hunc eccleſiaſticum illas ipſas edere debere,
ueluti ad illum præcipuè non pertinentes: ne aliàs
eccleſiaſtica iuriſdictio ipſam ſęcularem impedire
uideatur: quod abſurdiſsimum eſſet. argumento
toto titulo. ff. de iure fiſci, & cap. primo, de officio
ordina. ibi, inuocato brachiu ſęculari. & capitu. quæ
in eccleſiarum, eod. titu. & cap. cùm non ab homine,
de iudic. capitu. nouit. eodem titul. & capitu. per ue-
nerabilem, qui filij ſint legiti. Quocircà ratione
huius publici iuris omninò concludi oportere uide-
tur, Reuerendo domino Auditori ſub irregulari-
tatis prętextu, literarum harum retentionem per-
miſſam non eſſe.

52 Idem † quod ad priuatum ipſius dominæ Betthæ
commodum attinet, multò fortius exiſtimandum ui-
detur; cuius quidem intersit ſcripturam hanc exhi-
beri, cùm aliter ueritatem probare nequeat: quare
ſolita iuris norma inflecti cõſueuit. d. l. j. C. de eden.
ibi, ex cauſa. & l. ſecunda, eod. titu. & l. fina. ubi Ale-
xand. numero quartodecimò. & Docto. omnes dict.
cap. primo, de probatio. Idque potiſsimùm in præ-
ſenti negotio concludendum uidetur, ne aliàs iu-
dex ipſe eccleſiaſticus canonum exequutor conſti-
tutus ab ipſorum fine recederet. dict. cap. qui ſcan-
dalizauerit, de reg. iur. in antiq. & d. c. quoniam con-
trà, in prin. de probatio.

Quintò conſtat ex huiuſmodi exhibitione nul-
lum irregularitatis genus iudicem hunc incurrere
poſſe uideri, poſitiui enim iuris auctoritate illa ip-
ſa inducta cenſentur. Danielis xij. & Regum xv. &
Num. xxv. & capi. nos ſi incompetenter. §. item Da-
niel, & §. his autem auctoritatibus, ſecunda. q. ſepti-
ma. & cap. niſi cùm pridem. §. perſonæ, de renunciat.
& in Specu. de leg. §. iuxtà, uerſic. nunquid quæro. &
uerſi. generaliter. & Laur. Card. & Ioan. ab Imo. dict.
clemen. furioſ. de re iudica. & pertractat Nicolaus
Plouius in tracta. de irregul. in principio, nume. pri-
mo, uerſicu. dicitur autem canonicum. Et idcircò
cùm nota hæc quoddam pœnę genus inferre creda-
datur, in caſibus tantùm iure expreſsis commiſſa cen
ſeri debet. cap. fin. de iure patrona. ubi Glo. in uerbo
ex ui. & Doctores in ſpecie. Gloſſ. docuit in clemen.
ſecunda, in uerbo ſuſpenſus, de uita & honeſta. cler.
& Ioann. Andr. in additionibus ad Specu. in dicto §.
53 iuxtà, uerſicu. generaliter. † Quocircà Bonifacius
viiij. conſtituit, illum ipſum, qui in eccleſia aut ſan-
guinis aut ſeminis effuſione polluta, uel coram ma-
iori excommunicatione ligatis celebrat, licèt teme-
rariè agat, irregularitatis tamen uinculo non tene-
ri, quippè quòd caſus huiuſmodi in iure expreſsi nõ
ſint. capit. is qui, de ſententia excommunic. in ſexto.
ubi Ioan. Andr. Archid. Gemin. & Franciſcus in ca-
pit. dilectus, de appellatio. in glo. ſecunda. Quam-
obrem cùm caſus huiuſmodi in iure expreſſus non
ſit, conſequens eſt literarum huiuſmodi exhibitio-
54 ne nullam irregularitatis notam inferri. † Et ſi dice-
res, ſatis expreſſum illud uideri, quod ex mente legis
colligitur. l. uerbum ex legibus. ff. de uerbor. ſignifi.
dict. cap. fi. de reg. iur. in ſexto, cum aliis ſuperius ad-
ductis: quod Reuerendiſsimus Cardi. Pariſ. in eo qui
chirurgiæ artem exercuit, reſpondiſſe uidetur, con-
ſil. xciiij. numero xxx. & conſi. cxxxvj. nume. xxxiiij.
& xxxv. in quarto. Reſpondeo, nullam canonis ra-
tionem in præſenti negotio uigere, quippè quòd iu-
dex hic eccleſiaſticus exhibendo literas ſiue ad fi-
ſcum pertinentes publici iuris perſequendi cauſa,
inſtitu. de pub. iudic. in princ. & Barto. d. rub. ff. de
publ. iudi. ſiue ad partem ipſam deferentem propter
ipſius priuatum intereſſe, aliter eius ipſius intentio-
nem probare non ualentem. dict. cap. accedens, ut li-
te non conteſt. dict. l. prima, ſecunda, & ultima. C.
de eden. ubi Alexan. nullam cauſam ſæculari pote-
ſtati ex ſe ipſo orientem pręſtet; uel ut is qui falſum
commiſit, occidatur, uel ut ei manus abſcidatur.
Quinimmo omni eius ceſſante horum effectuum af-
fectione, uel etiam præmiſſa proteſtatione legitima
ſeſe literas has illorum contemplatione non exhi-
bere, ab omni irregularitatis ſuſpicione tutus exi-
ſtimari debet, ut clarius colligitur ex deductis à do-
mino Mariano in dicto capitulo ad audientiam, de
homic. in ſecunda par. uerſicu. nunc ſupereſt, nume.
uigeſimonono. & pertractat Nicolaus Plouius in di-
cto tracta. de irregul. tertia decima, ſextadecima, &
uigeſimaquinta reg. & pluribus aliis ibidem uiden-
dis.

55 Sextò † aut in præſenti negotio Iudex hic irregu-
laritatis illud genus euitare contendit, quæ abſque
peccato ipſi homini naturaliter ineſt; & hæc ſanè
conſiderari non debet. toto titulo de corpo. vici.
Goffre. & Hoſtienſ. in ſumma eodem, & Maria. in
dicto capitulo ad audiantiam, numero octauo, uerſi.
quintò principaliter quæro, in prima parte. & Ni-
col. Plouien. in tractatu ſuperius adducto, uerſicu.
Primò pro defectibus, qui ſunt in homine ſine pec-
cato. Aut illam ipſam incurrere metuit, quę ex pec-
cato prouenit, putà ex homicidio aut membri ab-
ſciſione; & tunc nullam ſubeſſe cauſam oſtendo,
cur id ipſum uereri debeat: quoniam ſiue diuinę
legis maieſtatem intueamur, genus hoc criminis
prorſus deteſtantis. dict. capi. primo. xxj. Exod. &
Caſſan. dict. conſi. xliiij. nume. xvj. ſiue naturalis ip-
ſius ęquitatis diſpoſitionem, qua perſpecta ſupe-
rius nefas eſſe oſtendi ipſi eccleſiaſtico iudici literas
has ſupprimere licere exiſtimare: ſiue publicã iuris
commodum; Barto. dict. l. prima, de iuriſdict. om-
nium iudic. ſiue priuatum intereſſe ipſius partis, quę
crimen ipſum detulit, ob quos effectus ſecundum re-
gulam iuris exhibitionem hanc fieri deberi conclu-
dẽdum uidetur, profectò nullum ex huiuſmodi actu
peccatum proficiſci poſſe cẽſendum eſt: quẽ nõ ſolũ
lex permittit, uerùm etiam præcipit. l. Gracchus. C.
ad legem Iul. de adult. & c. quæſiuit, de his quę fiunt
à maio. par. Et idcircò in huiuſmodi argumento tra
ditum eſt, clericum ipſum ſanguinis pœnæ conſen-
ſum non adhibere, ſiue opem ferendo, uel cauſam
dando, uel mandando, uel conſilium adhibendo, uel
negligendo: prout in præſenti caſu contingit, nul-
lam prorſus irregularitatis pœnam uereri debere. D.
Maria. d. c. ad audientiam, poſt plures alios ueteres
conſultò omiſſos numero octauo, dicto uerſi. quin-
tò principaliter quæro. ibi, aut quærimus de irre-
gularitate, & in ſecunda par. uerſicu. nunc ſupereſt,
numero uigeſimonono, & pertractat. de in. iu. in iiij.
56 part. quæſti. ultima, numero trigeſimoprimo. † Et
idcircò, ſi quis conſuluit alicuius criminis reum
ab ipſo latrunculatore apprehendi, irregularitatem
non incurret; tametſi Iudex illum ultimo ſupplicio
adfecerit; quippè quòd clericus ille conſilium non
adhibuit. argumen. capit. de homicidio. & Nicolaus
Plouius. in tracta. ſuperiùs adducto, tertiadecima
regu. nu. viij.

57 † Quibus ſic conſtitutis non urget Tholetani Cõ-
cilij diſpoſitio. d. c. vj. & in d. c. his à quibus, xxiij. q.
viij. cum d. cap. clericis, ne clerici uel monach. cum
aliis ſuperius adductis. quia reſpondeo, diſpoſitio-
nibus illis prohiberi clericum ſententiæ ſanguinis
aut membrorum abſciſionis quoquo modo conſen-
tire,

tire, uel ſcribendo, proferendo, conſulendo & hu-
iuſmodi: qui quidem effectus cùm non conueniant
præſenti negotio, in quo Iudex eccleſiaſticus aucto-
ritate iuris diuini, naturalis, & poſitiui confictas has
literas exhibere debet: ſanè concludi oportet, præ-
ſentem caſum Tholetani Concilij diſpoſitione non
comprehendi. l. iiij. §. toties, ubi Barto. ff. de damno
infect. & cap. per uenerabilem, qui filij ſint legit. &
l. inter. §. ſacram, in fin. ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt.
ff. de uerborum obligation. Nec literarum harum
exhibitio. & medium quoddam, uideri poteſt inter-
dictum per finem exequendi; quia admodùm remo-
tus eſt exhibitionis huiuſmodi actus à iudicio ſan-
58 guinis ſeu abſciſionis: † idque natura iudiciorum
ipſorum attenta, quorum fines ueluti præliorum
exiſtimantur incerti. cap. ex literis, de probatio. cap.
cùm partium, de reg. iur. in vj. & l. fauorabiliores, &
l. qui in alterius. ff. eod. & ibi Deci. poſt ueteres, &
Barto. l. ij. ff. de furt. in princip. & Bald. auct. ad hæc,
59 numero tertio. C. de iudic. † idq; potiſsimùm com-
parationis literarum, ubi Bald. C. de fide inſtrumen.
60 & in auct. de inſtru. cau. & fi. † necnon & libero in
probationibus ipſis diſcernendis iudicis arbitratu
conſiderato. l. iij. §. tu magis. ff. de teſti. ubi Barto.
& d. c. ex literis, de proba. & c. licèt cauſam, eod. titu.
ubi Docto. aduertunt.

Secundò non urget Innocentij conſtitutio in d.
capi. ſententiam, ne clerici uel monach. quia caſus
præſentis negotij ibi deciſus non fuit, & idcircò pro
omiſſo haberi debet. d. l. iiij. §. toties. ff. de damno in-
fect. cum aliis ſuperius adductis. Rurſus ratio quæ
uiget in eo, qui dictat, uel ſcribit literas, uel conſu-
lit, uel quoquomodò opem fert, in eo qui literas fal-
sò conſcriptas canonis ſuadente ratione exhibet, om
ninò ceſſare uidetur, ne maius ſcandalum oriretur:
quod à iuris ratione prorſus diſsidet. dict. capit. duo
mala, tertiadecima diſtinct. & cap. officij. de pœnit.
& remiſs. Quocircà Innoc. conſtitutionis diſpoſi-
tio in hac ſpecie locum habere non poteſt. cap. cùm
ceſſante, de appella. c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & l.
liber. ff. de capi. dimi. ubi Bar.

61 Tertiò † non urget deciſio d. c. ex literis, de ex-
ceſsib. prælato. quia ſi ibi Albiganenſis Epiſcopus
cauſam dedit, etiam proximam ſententiæ ſangui-
nis, dum vulgari candentis ferri purgationi conſen-
ſit, item & uerba illa protulit, malum eſſet, furem
ipſum hanc tantùm pœnam euadere: vnde mirum
non eſt, ſi Pontifex eum ipſum, qui ſanguinis ſen-
tentiæ non ſolùm adfuit, uerum etiam præfuit, uelu-
ti irregularem deponendum decreuit. At exhibitio-
nis huius actus nihil quidquam continet, quod poſ-
ſit cum illis conferri; vnde friuola hæc ratiocina-
tio eſſe uidetur. dict. capi. per uenerabilem, qui fi-
lij ſint legiti. & l. Papinianus exuli, de minori.

62 Et † quamuis directè uel indirectè ſententiæ hu-
iuſmodi conſentientem irregularitatis notam ſubi-
re, Hoſtien. Butr. & Abb. inde colligi ſentiant, &
dominus Marian. in dicto capit. ad audientiam. nu-
mero uigeſimonono inter actus irregularitatis cle-
ricos ſubijcientes cauſam ipſam connumeret, & Ni-
col. Plou. in tracta. ſuperius adducto quinta regu.
numero quarto idem ſentire uideatur, in propoſito
tamen caſu aliud eſſe exiſtimandum eſt; quippè
quòd exhibitio hæc cauſam nullam ſententiæ ſan-
guinis ſeu occaſionem præſtare poteſt ex facto ip-
ſius eccleſiaſtici Iudicis proficiſcẽtem, ſeu ad huiuſ-
modi effectum præordinatam; et idcircò, cùm Ca-
nonis auctoritate fieri oſtenderim, conſequens eſt,
ex hoc facto iudicem ipſum confictas literas reddẽ-
tem irregularitatis macula non notari. d. capit. fina.
xv. quæſt. j. & d. clemen. paſtoralis. §. cæterùm, de re
iudic.

Quartò non urget in hoc ipſo argumento effe-
ctum ipſum perpendi, quod canonis ratio dictare
uideatur. dicto capi. imaginem, uigeſimatertia quæ-
ſtio. quinta. quia reſpondeo, exhibitionis huius ef-
fectum non præordinari iudicis eccleſiaſtici uolun-
63 tate inſpecta: † vnde receptum eſt, clericum ipſum
in genere iuſtitiæ executionem cõſulere poſſe. Ma-
ria. dict. capi. ad audientiam, poſt Hoſtienſ. Butri.
& Abba. in dicto capitulo ſententiam, ne clerici
uel monach. & Nicolaus Plou. in dicta regu. tertia-
decima numero octauo. ſiue facto ipſo conſiderato
ex iuris interpretatione generaliter conſtituentis,
probationum ipſarum tractatum à iudicis arbitrio
pendere. dict. capitu. ex literis, de probation. dict. l.
tertia. §. tu magis. ff. de teſtib. ſiue in ſpecie decer-
nentis comparationis literarum probationem, quã
maximè fragilem eſſe in dicta auctẽ. de iuſtru. caut.
& fid. in princi. cum aliis ſuperius adductis habetur.
Alioquin quando iam Reueren. ipſe dominus Audi-
tor dilationi conſenſerit, & Clariſsimum ipſum
Aduocatorem allocutus fuerit, notam hanc incur-
riſſe uidebatur: quod tamen prorſus falſum cenſeri
debet. dict. l. Gracchus, cum aliis ſuperiùs addu-
ctis.

64 Quintò † non urget in his, quæ animarum peri-
culum continent, tutiorem uiam deligendam eſſe.
dict. cap. ad audientiam. de homici. & Cardi. in dicto
capitulo clericis, in uerſic. tutius tamen eſt, cum aliis
ſuperius adductis. quia regula illa in præſenti ne-
gotio ceu lesbia norma inflecti debet: quippè quòd
exhibitionis huius actus à iuris ratione permiſſus
inter interdicta connumerari non debet: vnde illi
regulæ locus eſſe non poteſt cap. primo, de regu. iur.
in antiq. & l. prima. C. ad legem Cornel. de ſicar. ubi
Docto. Barto. & Alexand. in l. non ſolùm. §. ſed &
probari. ff. de noui operis nunciat. & diffuſius poſt
Abba. Deci. & Bero. diſputaui in capit. in præſentia,
de probatio. xij. not.

Laus Deo.

Patauij, vj. Kal. Mart.
1555.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Nepotes in ſucceſsionibus auorum, in locum parentum ſubintrant: & nu.17.& 42.*
2 *Hæredis appellatione omnes ueniunt, etiam ulterioris gradus perſonis inſpectis. temperatur tamen, ut numero 11.*
3 *Conditio, ſi hæredi decem quis dederit, adimpleta cenſetur, ſi eius hæredi decem perſoluerit.*
4 *Teſtatoris uoluntatem pro lege haberi.*
5 *Voluntas ſola in fideicommiſsis ſpectanda eſt.*
6 *Relatum in referente contineri.*
7 *Hæredis mentio in contractibus fruſtrà fieri putatur, cùm ad eos et contra eos admittantur ſtipulationes, ſiue ſpecialis fiat mentio, ſiue non.*
8 *Verbum infraſcriptos, quos comprehendat. & nu. 11. & ſeq. & 14.*
9 *Hæres hæredis non iudicio teſtatoris, ſed legis uocatus cenſetur.*
10 *Conditionis natura ad vnguem ſeruandu eſt.*
11 *Pater ſi filia mille aureos legauerit pro dote, et ea ante quàm nuberet obeunte, illos ad infraſcriptos ſuos hæredes peruenire uoluerit, quòd inſtitutis ipſis ante filiam defunctis, ſubſtitutio euaneſcat.*
12 *Alienationis prohibitionem non extendi ultra nominatos hæredes, quotieſcumq; dicitur, bona non alienari per infraſcriptos hæredes; & hoc uirtute illius uerbi infraſcriptos. idem & ſi dictum fuiſſet, per ipſos hæredes. & nu.14.*
13 *Tex. in auct. poſt fratres. C. de legit. hæred. & §. cùm filius, inſti. de hæred. quæ ab inteſt. declarantur.*
14 *Dictiones ſeu uerba, ipſi, dicti, nominati, infraſcripti, ſupraſcripti, & eiuſmodi ad oculorum ſenſum referuntur, & perſonas nominatas non egrediuntur. & uide ſuprà nume. 8. & ſeq.*
15 *Diſpoſitionem hominis potius attendēdam, quàm legis.*
16 *Mens apertius colligitur ex re ipſa, quàm ex uerbis.*
17 *Nepotes ſuccedere vnà cum patruo in aui ſiue patrui ſucceſsione. quod ampliatur. nu. ſeq.*
18 *Patruum non excludere nepotes in ſucceſsione aui, alteriusùe patrui, licèt municipali lege caueatur, proximiorem ipſum in ſucceſsionibus eſſe potiorem.*
19 *Voluntatem ſuam quilibet agens diſpoſitioni iuris conformem edere creditur.*
20 *Nepotes, etiam in diſpoſitionibus hominum, ſi contingat proximiorem uocari, non excludi à patruis, licèt impares ſint gradus; ſunt tamen de hoc opiniones. & nu. ſeq. ubi de communi opin.*
21 *Nepotes unà cum patruo in emphyteuſi admittendos eſſe: quòd & in feudis etiam locum ſibi uendicat.*
22 *Emphyteuſis ſi à patre fuerit acquiſita pro ſe filijs & filiabus, quòd ordine ſucceſsiuo, quo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, uocati cenſentur.*
23 *Opinio communis tenenda, & ab ea recedere nefas uidetur.*
24 *Conſilium prudentiæ plenum commendatur.*
25 *Filios in conditione poſitos uocari ab inteſtato; eſtq́ue communis opinio, quæ tamen limitatur. & uide nume. 58.*
26 *Filij poſiti in conditione quando ad fideicommiſſum inuitati cenſeantur.*
27 *Copula ſiue coniuncta in diſiunctam reſoluitur inter coniunctos, fallit tamen.*
28 *Nepos cum patruo concurrit. fall. nu. 43.*
29 *Nepotes non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedere.*
30 *Fratres uiritim æquiſq́ue portionibus defuncto ſuccedunt, ſed quando in ſtirpes, non autem in capita.*
31 *Teſtatoris uoluntatem exequendam eſſe, primumq́; locum in diſpoſitionibus obtinere.*
32 *Mentem ex uerbis colligi.*
33 *Dictio illa, ſuperuiuens quid ſibi uelit, & operetur.*
34 *Dictio, dicti, quid referat.*
35 *Dictio, uel, quid importet. & nu. ſeq.*
36 *Ordinem ſcripturæ ſequendum eſſe, & nu. ſeq.*
37 *Teſtator ſi inſtituerit filios, aut nepotes, quod primo filij, deinde nepotes ſubſtituti cenſeantur.*
38 *Verba ideo inuenta, ut rem ipſam, mentemq́ue humanam explicent.*
39 *Inſtitutio facta de filio, & eo decedente de filia, uel de eorum filiis ſiue filiabus, intelligenda eſt, ut poſt mortem filiarum omnium, filij earum ſiue filiæ uocata cenſeantur.*
40 *Tunica proprior eſt pallio.*
41 *Nepotes licèt nominati, in teſtamēto non admittuntur, donec vnus ex filijs ſit ſuperſtes, quando per dictionem vel, etc. fuerunt nominati.*
42 *Subſtitutiones alternatiuè facta uel ſub nomine collectiuo & diſiunctiuè, quando ordine ſucceſsiuo intelligantur uel ne; ubi latè, & de communi opinione nume. ſequen.*
43 *Nepos cum patruo quo caſu non admittitur.*
44 *Communi opinioni inhærendum eſſe; fallit tamen, ut nu. 52. ſi à ratione ipſa diſſentiat, quæ infixa animo potius eſſe debet.*
45 *Conditionalis diſpoſitionis ius ante ipſius euentum, etiā in ſuos non tranſmitti: eſtq́ue communis opinio.*
46 *Filij ſubingrediuntur in parentum locum in ſucceſsione maiorum; intellige tamen rectè, ut nu. 47.*
47 *Voluntas teſtatoris præmaximè obſeruanda eſt, certā legem in ſua ſucceſsione præfigentis.*
48 *Succeſsionem teſtati præferri ſucceſsioni inteſtati.*
49 *Tex. in §. cùm filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. aliaq́; etiam iura exornantur.*
50 *Subſtitutio facta de ſuperuenientibus filijs, uel eorum liberis, intelligi debet, ut primùm filij, demum et nepotes admittantur.*
51 *Accurſius in interpretatione l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, de leg. ij. reprehenditur.*
52 *Filius quòd in locum patris ingrediatur, in ſucceſsionibus legalibus, non autem in hominum diſpoſitionibus intelligendum eſſe, ex communi opinione oſtenditur.*
53 *Accurſij intellectus malè à Doctoribus perpenſus declaratur, in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de leg. ij.*
54 *Filius naturalis inſtitutus & reſtituere grauatus, quādo ſubſtitutum excludat.*
55 *Actum eluſorium reddi, à iuris ratione prorſus alienum eſt.*
56 *Rationem, ueluti legis neruum, auctoritatibus ſemper eſſe præferendam.*
57 *Opinio, licèt communis, non eſt attendenda, ſi à ratione diſſidet.*

Filij

58 *Filij poſiti in conditione, an nocentur ex teſtamento, uel ab inteſtato. & vide ſuprà nu. 25. ubi de communi opin.*

59 *Teſtatoris mentem adeò in diſpoſitionibus ſectari debemus, ut à generali iuris norma potius recedendum ſit, quàm illi non acquieſcere.*

60 *Teſtatoris diſpoſitio exequenda eſt.*

CASVS.

CONTIGIT Dominum Hieronymum Mangelium Foroliuienſem ciuem dominæ Catherinæ eius ipſius uxori plura bona tàm mobilia quàm immobilia legaſſe. Quæ quidē ad illius hæredes poſt uxoris mortem, his uerbis peruenire iuſsit.

Quibus omnibus bonis mobilibus & immobilibus dicta domina Catherina uti frui & gaudere poſsit & debeat toto tempore uitæ ſuę & donec uixerit, nec ultrà . . licin uoluit, iuſſit & mandauit dictus teſtator, quòd omnia bona D. Catherinæ in pręſenti teſtamēto legata poſt eius mortem perueniant in infraſcriptos eius hæredes, exceptis eius dotibus. Et quę omnia legata dictę eius uxori facta, iure inſtitutionis poſt eius mortem eiſdem infraſcriptis eius hæredibus relinquit.

Poſtmodum tres illius filios his uerbis ſibi ex aſſe hæredes inſtituiſſe: In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus & actionibus tàm pręſentibus, quàm futuris, tàm ꝓpriis quàm emphyteoticis, Iacobum, Andreā & Antonium eius teſtatoris filios legitimos & naturales natos ex ſe & domina Catherina eius uxore legitima & quemlibet eorum ęquis portionibus ſibi heredes uniuerſales inſtituit pleno iure &c.

Et ſi dicti filij ſui deceſſerint, uel aliquis eorum deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus, tunc & eo caſu adueniente ſubſtituit filios maſculos dicti teſtatoris ſuperuenientes, uel eorum filios in ſtirpes, & non in capita. Et ſi dicti ſui filij uel aliquis eorum habuerit unam uel plures filias fœminas, tunc eo caſu adueniente eandem uel eas filiam & filias iure inſtitutionis in ſumma ſcutorum octingentorum auri ſibi iure inſtitutionis reliquit hæredes cum ſuis bonis paraphernalibus condecentibus. In quibus octingentis aureis teſtator ipſe eam uel eas dotari iuſsit, cùm nupſerit uel nupſerint. Contigit ex his tribus fratribus inſtitutis Antonium in primis maſculo & tribus filiabus ſuperſtitibus inteſtatū obiiſſe: demum alterum nempè Magnificum dominum Andream Sancti Georgij equitem duabus filiabus his uerbis inſtitutis deceſſiſſe. In omnibus autem aliis ſui bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, tàm præſentibus, quàm futuris Flaminiam & Lucianam eius filias legitimas & naturales unà cum domina Magdalena eius uxore, ſed prędictam D. Magdalenam hęredem uſufructuariam in uita ſua tantùm, & ſeruando uitam uidualem caſtam & boneſtam ſibi hæredes inſtituit uniuerſales pleno iure etc.

CONSILIVM VIII.

ADSIT MIHI SPIRITVS OMNI gladio ancipiti penetrabilioris aura, ut in hoc perplexo caſu, quod uerum ſit, reſpondere ualeam.

IN HAC facti ſpecie dupliciter dubitari contingit.

Primò, utrum D. Catherinæ ꝑdecedenti ſolus Iacobus ex filiis ipſius Do. Hieronymi teſtatoris ſuperſtes tamquā nominatus hęres ſuccedere debeat, an potius unà cum eo portionibus æquis nepos ex Antonio fratre prędefuncto admitti debeat?

Secundò an in ſucceſſione Magnifici D. Andreę equitis dominus Iacobus ipſius frater potior ſit, an uerò unà cum eo nepos ipſe admitti debeat, cùm de patrui ſucceſſione agi uideatur?

Quod ad primum attinet, prima facie reſpondēdum uideretur, non ſolùm Iacobum ipſum D. Hieronymi filium & hæredem, uerum etiam nepotem ac neptes ex alijs prædefunctis fratribus, æquis portionibus in ſtirpes in huiuſmodi bonis ipſi D. Ca-
1 therinæ legatis admitti debere. † nā, cùm de aui ſucceſsione agi uideatur, mirum eſt cur parentis locū ipſi non ſubintrent: æquum enim legiſlator cenſuit, nepotes neptesùe in patris locum ſuccedere. §. cùm filius, inſti. de hęre. quę ab inteſt. ubi Fab. Port. Ang. & Iaſ. uerſi. nota rationem, aduertunt, & auct. poſt fratres. la ij. C. de legitimis hęredib. ubi Bar. in prin. & ibi Fulgoſ. num. iii. & Caſtrenſ. nu. ui. Salic. nu. i. & iii. Qua ratione Galli Aquilij conſilium in auitis diſpoſitionibus tuendis filiorum obitu contingente pernecceſſarium exiſtimatum eſt. l. Gallus, ff. de liberis & poſthu. ubi Alcia. poſt alios in præludiis aduertit. Quamobrem, cùm de aui ſucceſsione nunc agi uideatur, quod ad bona hæc ipſi dominæ Catherinæ legata æquis portionibus nepotem ex D. Antonio, & neptes ex ipſo Magnifico Andrea unà cum ipſo D. Iacobo admittendas diiudicandum uideretur: quod ſæpius à maioribus noſtris pertractatum extat, & in non obſimilibus caſibus reſponſum fuiſſe uidetur. Cin in trac. ſuc. ab inteſt. in t. memb. ſucceſſ. deſcendentium. & Din. trac. eo. nu. xvj. uerſ. reſtat ultimò, & Bar. trac. eo. in princ. Alex. conſili. v. nu. xiij. in iij. Soci. conſi. cclij. uerſi. confirmatur. in ij. Deci. conſ. j. nu. ij. & conſ. lxix. & conſili. ccxvij. nu. ij. & Reuerendiſsimus Pariſ. conſi. xxx. num. i. & xxxviij. & xxxix. & conſ. xxxvii. nu. vi. & vii. in ii.

Secundò, idem ea quoque ratione cēlendum uideretur, ſi uerborum ipſorum uim inſpicimus. cauit enim teſtator ipſe, D. Catherina obeunte bona illi legata ad illius infraſcriptos hæredes pertinere.
2 † at cùm appellatione huiuſmodi hęredis hęres cōtineatur. l. hæredis appellatio, & l. hæredis appellatione. ff. de uerb. ſigni. & l. ſi. C. de hæred. inſtitu. ubi colligunt omnes, hęredis ipſius termino illū ipſum oſtendi, qui hæredis ipſius fuerit hæres, etiam ulterioris gradus perſonis inſpectis. l. ſciendum, & l. qui per

per ſucceſsionem.ff.de reg.iur.ubi Alberic. Deci. &
Cagno.nu.iiij.& v. Quocircà legatis alicuius hęre-
dibus ipſis annalibus etiam hęredum hęredibus exa-
ctioneoi dari reſcriptum extat.l.in annalibus. C. de
leg.& conditio,ſi hæredi decem quis dederit.adim-
pleta cenſetur,ſi eius hæredi nnmeratum fuiſſe pro-
ponatur.l.ſub diuerſis.§.fi.& l.cum ita.ff.de condit.
& demonſt.& docuit Alex.in d.l.fin.C.de hære.in-
ſtitu.in iiij.oppoſ.& Iaſ.l. ſi quis filium.§.fina. eod.
Quare cùm ipſi Hieronymo nepos hæres exiſtime-
tur,quippè qui patri loccesſit,conſeqnens eſſe uide-
tur, legata huiuſmodi portionibus ęquis ad patrum,
nepotem & neptes pertinere intelligi: quod in non
abſimilibus caſibus ueteres ſæpius ex facto conſul-
ti reſpondiſſe videntur. Alexander conſi.lvi.nu.iiij.
lib.i.& conſ.xxiij.nu.vi.in .& conſil. xxxvi.nu.iii.in
iij.& conſi.xlix.nu.vi.in vi.Ruin.conſil.iiii.nn.viij.
& conſi.lviii.nu.vij.in v.& Reuerendiſsimus Pariſ.
conſil.ij.lib.i.nu.vii.& conſi.lxxiiij.nu.xxxix.in iij.
4 Tertiò † idem ea quoque ratione concludendum
uideretur, ſi internam teſtatoris ipſius prouiſionē
introſpiciamus,uetuſtiſsima enim duodecim tabu-
larum lege cautum fuit, ut quiſque legaſſet rei ſuæ,
ita ius eſto.l.uerbis.l.ff.de uerb.ſig.& §.diſponat,in
auct.de hæred.& Falc.& l.j.C.de ſacroſanc. Eccleſ.
5 & l.in conditionibus.ff.de cond. & dem. † Quocir-
cà non ſemel reſponſum extat, ſolam in fideicom-
miſsis uoluntatem ſpectandam.l.penul.ff.de legat.
j.l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Senatusconſul.Tre-
bell.& l.cùm uirum.ff.de fideicomm.unde, tùm D.
ipſe Hieronymus dixerit bona huiuſmodi dominæ
Catherinæ eius uxori legata,poſt illius mortem iu-
re inſtitutionis infraſcriptis eius hæredibus relin-
quere, ſanè uoluiſſe uidetur hęc ipſa bona portioni-
6 bus æquis inter ipſos inſtitutos eſſe partiēda,† alio-
quin adiectio illa iure inſtitutionis,inepta cenſere-
tur,niſi ad ſubſequentem referatur.aucten.ſi quis.C.
de eden.& l.in teſtamen.la ii.ff.de condi. & demon.
& l.aſſe toto.ff.de hered.inſti. Qua ratione ſubſti-
tutionem ipſam inſtitutioni correſpondentem in-
terpretari conſueuimus.l.interdum .§. pater fam.ff.
de hæred.inſtit.Inſt.eo.§.uideamus. Vix enim pro-
babilis ratio adduci poſſe uidetur,cur tàm de prio-
ris gradus hęrede quàm de alus ulterioris intellectū
non ſit. Idque potiſsimùm, cùm etiam ſi ſcripti
hęredis mentio facta proponeretur, de hæredis hæ-
rede intellectum fuiſſe traditum ſit. l. i. C. quorum
lega.ubi Bald.nume.iij. & quarto. ſcripti enim lo-
co is ſucceſsit.l.nihil aliud.ff.de uerb.ſignifi. lexque
eum ipſum defunctum reprę ſentare interpretatur. l.
ii.§.ex his,de uerbo.obl.& in auct.de iureiur. à mo-
7 riente præſt.in prin. † Et idcircò in contractibus ip-
ſis hæredis mentio fruſtrà fieri putatur.l.eum qui.ff.
de uerbo.oblig.& l.ueteris.C.de contrahen. ſtipu.
Quamobrem, cùm legaſſet quis ab infraſcriptis il-
lius hæredibus quatuor tritici modios per aliquot
annos cuidam eccleſiæ perſolui, non ſolùm dicam
teſtatoris filiam ſcriptam hæredem, uerùm & eius
quoque hęredes, licèt non ſcriptos teneri. Corn. ex
facto conſultus reſpondit conſ.lxix.in iiii.uerſ.quia
ſubſtitutiones fiunt ex affectione.cui ſubſcribit De-
ci.in d.l.qui per ſucceſsionem.nu.iiii.uerſic. & hoc
procedit.& ibi.Cagnol.nu.vi.& Alci.d.l.hęred. ap-
pellatio.in prin.Quod enim ad defuncti repręſenta-
tionem attinet atq; hæredis ipſius uſum,nihil quid-
quam referre uidetur, an pimi quis ſit an ulterioris
gradus hæres.argumento.l.pe.ff.de uulg. & puppil.
Quartò & ultimò huius ipſius teſtatoris uolunta-
tis urgens coniectura idem ſuadere uidetur,quod is
cauerit,ſi forte prædium ipſi D.Catherinæ legatum
æri alieno ſuppoſitum eſſet,quippè quòd integrè D.
Ludouico uenditori ſatisfactum non ſit, eius ipſius
infraſcriptos hęredes ex aliis eius bonis ſatisfacere
debere.quod quidem onus uiritim & pro portioni-
bus hæreditariis ſubire debere intelliguntur. l. pa-
cto.C.de pactis.& l.i.C.ſi cer.pet. At ſi Iacobus tan-
tùm ad huiuſmodi legata admittendum, neptibus
ipſis atq; nepote ex prædefuncto fratre excluſis, cō-
pater eorum ſolutionis onus ſubiiſſet, à iuris ra-
tione prorſus abhorreret à ſucceſsionis commodo
illos ipſos repelli.l.ſecundum.ff.de reg. iur.cap.qui
ſentit.eo.tit.in vi.inſti.de emp.& uend. §. cùm autē
l.i.§.denique.ff.de aqua plu.arc.& l.unica.§.pro ſe-
cundo.C.de cadu.toll.& c.cùm inſtantia,de cenſib.
procu.& exact.ubi Doct.aduertunt. Quamobrem in
pręſenti negocio concludendum uideretur, non ſo-
lùm ad ipſum D.Iacobum ex ſcriptis hęredibus ſu-
perſtitem bona huiuſmodi dominę Catherinæ lega-
ta,uerùm etiam ad nepotem neptesq; ex prædefun-
ctis fratribus ſuperſtites portionibus æquis in ſtir-
pes diuidenda pertinere cenſeri.
Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus ſe-
cundum iuris noſtri rationem oppoſitum uerius eſ-
ſe cenſeo.quod immo Dominus ipſe Iacobus ſolus
ex infraſcriptis hæredibus ſuperſtes legata hęc con-
ſequi debeat.Conſtat etenim teſtatorem ipſum ad
infraſcriptos eius hæredes ab ipſius legatarię obitu
ea ipſa pertinere iuſſiſſe.at cùm infraſcripti fuerint
D.Iacobus,D.Antonius, & Magnificus Do.Eques
8 Andreas,cōſeqnēs eſt terminū illum † infraſcriptos
hęredum hęredibus conuenire non poſſe; quippè
quòd eis tantùm conueniat: quorum quidem nomē
in ipſo teſtamento legi & perſpici poſsit. l. i. ff. de
his quę in teſtam.delen.§.ſed ſi legib. Qualitas enim
illa ſcripturę certam oculis ipſis fidelibus ſubiectam
demonſtrationem exigit.c.cùm Marthæ, de celebr.
miſſ.ibi,ſi canonis ipſius formá inſpexiſſes. & c.fra-
ternitatis, de frigi.& malefi.& l.fin.ff.fin.regun.qua
ratione quando cenſui ius ipſum quod ſcriptum eſt,
non ſcripto iure certius atq; nobilius eſſe.l.ii.§.exa-
ctis.ff.de orig.iur.in princi. ibi, ut apertius perſpici
poſsint.& l.certum.ff.ſi cer.pe.cum aliis,quę adduxi
in rub. extrà de conſti.
Secundò eandem concluſionem clara iuris de-
ciſio munire uidetur in l.qui liberis. §.hęc uerba. ff.
de uulg.& pup.cùm teſtatator his uerbis diſpoſuiſ-
ſet. Quiſquis ſibi hęres erit,filio impuberi hęredem
9 fore.† reſpōdit Vlpianus hęredem illum ex teſtamē-
to impuberi ſubſtitutum intelligi,non autem hęre-
dem hæredis,qui ex ipſius legis diſpoſitione uoca-
tus cenſetur.unde Bar.ibi q.ult.dicebat,cum infra-
ſcriptorum in ſubſtitutionibus facta ſit mentio, his
ipſis intelligendum, quorum nomen ſcriptura ipſa
perſpici poſsit. & Bal.ibidē uerſ.ſaluo, eandem di-
ſtin-

ſtinctionem probat,& Albe.uer.quare dico.& Ang.
hanc ipſam rationem probat, cur in ſubſtitutioni-
bus ipſis hęredis appellatio hęredem hæredis non
comprehendat: quippè quòd ex affectu teſtatoris
huiuſmodi diſpoſitio perpendi debeat, qui nullus in
eos,quos nec quidem extare cogitauit, (ſecus autem
in diſpoſitione legis & contrahentium)cõſtitui de-
bet.& ibi Caſtren.nu.ii.uerſ.ſolutio. quamuis Ioá.
ab Imol.huius ipſius deciſionis rationem,conditio-
10 nis ipſius naturę adſcribat.† quę ad unguem cuſto-
dienda ſit.l.Męuius.l.cui.ff. de cond.& demonſt.&
Alexander ibi nu.i.uerſ.adde.ea ratione id conſti-
tuium aſſerit ,quòd in eo quem teſtator non uidit,
affectionis ratio ceſſet.Quocircâ Io. ab Imol.in l.
11 ſi quis filiumfam.§.fi.ff.de acqui.hære. † ait quòd ſi
pater filiæ ipſi mille aureos legaſſet,& ea ante con-
tractum matrimonium obeunte ſummam illam ad
infraſcriptos illius hęredes peruenire iuſiſſet, inſti-
tutis ipſis ante filiam defunctis cenſuit ſubſtitutio-
nem ipſam euanuiſſe,tametſi filios ipſi reliquiſſent.
& in ſpecie Fauētina pro Bar.theorica reſpõdiſſe te-
ſtatur, in d.§.hæc uerba,& Alex. Imol. adſtipulatur
in d.§.fi.nu.xi.uerſ.ultimò noto.& Iaſ.nu.xiij.uerſ.
adde.& uerſ.tene deciſionem Bar.& idem in d. l. fi.
C.de hæred.inſtit.nu.iij.uerſ.i.niſi.fieret. & d. l. ſi
quis filium.§.fin.nu.xv. uerſ. ſecus uideretur. ff. de
acquir.hæred.& Alaxand. in d. l. Gallus. §. etiam ſi
parente.nu.viij.uerſi.quid autem de ſcriptis.& De-
ci.d.l.qui per ſucceſsionem.ff.de reg.iur.num. iiij.
uerſ.ſecunda reg.ita.& Cagno.ibi. nu.ix.& Alcia.
d.l.hæredis appellatio,in prin.ff.de uer.ſign.ubi ad-
dit idem eſſe, ſi quis dixiſſet ipſos hæredes, quippè
quòd pronomina huiuſmodi perſonalem diſpoſi-
tionem plerumque reddere cenſeantur. & ex facto
ueteres noſtri plerunq; reſponderunt.Oldr.conſ.xxi.
nu.ii.Bal.conſi.ccciiii.Nobilis,in v.nu.iiii.ibi, nam
dictio ipſis eſt.& Cuma.conſili.cxviij. Cum quis in
uita tantùm eius uxori uſumfructum legaſſet,& poſt
mortem ad eius infraſcriptos hęredes,Conſtantinus
unum ex tribus ſuperuiuentem hęredem ſcriptum
legatariæ ipſius mortis tempore, excluſis etiam prę-
defunctorum filiis admittendum reſpondit.& Alex.
ipſe conciuis meus conſ.clxiii.in v. et Dec.ccccIxv.
num.vlii.licèt enim ex propria termini huius hæ-
res ſignificatione de eo intelligi poſsit,qui longiſsi-
ma ſucceſsione teſtatori coniungitur.d.l.fin. C. de
hæred.inſti.& d.l.qui per ſucceſsionem , cum aliis
ſuperius adductis,in præſenti tamen negocio aliud
exiſtimari debet,in quo quidem adiectio illa infra-
ſcriptos,quemadmodum pronomen ipſos dictos,&
huiuſmodi naturalem illam ſignificationem coar-
ctat,ut terminus hic hęres ad illos tantùm referatur,
quorum nomen in teſtamento deſcriptum legi &
perſpici poſsit.d.l.i.§.ſed ſi legi.d.c.cum Marthæ,de
celeb.miſſ.& Bar.d.§.hæc uerba, cum aliis ſuperius
12 adductis.† Quamobrem in prohibitionibus ipſis &
aliis ſimilibus argumentis multò magis hoc idem
Doc.concludere ſolent,ueluti cum inter infraſcri-
ptos illius hæredes bona perpetuò remanere præce-
ptum ſit: ſanè ad eos,qui in eo teſtamento non ſunt
nominati,& quorum nomen ibidem inſpici non po
teſt,diſpoſitionem illam non extendi quandoq; re-
ſponſum extat,Iaſ.Crot.& Alciat. l.filiusfa.§.Diui.
ff.de leg.i.ad fi.& Deci.d.conſ.ccccIxv. nume.viij.&
dxiij.nu.xii.& Gozad.conſi.xxv.nu.x.& cum inſti-
tutis quibuſdam ſubieciſſet teſtator dictos hæredes
nõ alienare,prohibitionis illius effectũ extra noīa-
tos non extendi, frequentius receptum extat. Bald.
conſi.ciii.in v.Rui.conſi.xliiij.num.xviii.& conſil.
cxvii.nu.primo in ſecundo,& conſi.ciii.nu.xxiiii.&
conſi.ciii.conſi.cxliii.nu.xii.in v & Io.de Ami.cõſi.
x.nu.xxi.& Grat.Bononien.conſili. xix. in ſecundo
nu.iii.Quare,cùm in propoſita ſpecie teſtator ipſe
cauerit,quæ uxori bona legauit ab eius ipſius obitu
ad infraſcriptos illius hæredes pertinere , contin-
gatùe D.ipſum Iacobum unum extare,cuius nomen
in teſtamento legi & perſpici poſsit , conſtat unum
illum admittendum uideri; nepote & neptibus ex p̄-
defunctis fratribus ſuperſtitibus prorſus excluſis:
quod & Curtio iun.quandoque placuiſſe videtur cõ-
ſil.cxv.nu.xxi.lib.ii.

Quibus ſic iactis fundamentis,nõ obſtāt ſuperius
adducta in oppoſitum.& primò cùm de aui ſucceſ-
ſione in præſenti negotio agi uideatur,nepotem ip-
ſum parentis locum,ut unà cùm patruo ſuccedat ex
Iuſtiniani conſtitutione ſubintrare exiſtimari. d. §.
cùm filius,& d.auct.poſt fratres,cum aliis ſuperius
13 adductis. †quippè quòd deciſiones huiuſmodi tũc
quidem locum habere creduntur,cum quis inteſta-
tus obiit.§.reliquum,in aucten.de hæred.quæ ab in-
teſt.& in d.§.cùm filius,inſti.eod.& declarant Cin.
Din.& alii ſuperius adducti in trac. ſucceſſ.ab inte-
ſtat. At cùm negotium agatur ex ſpeciali homi-
nis prouiſione dependens, quæ â legiſlatoris nutu
proficiſcitur,gñalē prorſus ceſſare.l. ſanctio legũ.ff.
de pęnis.c. ſtuduiſti,de offic.leg.l.quãdiu.ff.de acq.
hęre.l.quãdiu.ff.de regu.iur.l.anteq̄.C.cõia de ſuc-
ceſ. quare cum in p̄n̄ti negocio ex ipſius teſtatoris
uerbis clara illius mens colligatur,uxori legata bo-
na poſt eius mortem & infraſcriptos illius hæredes
pertinere debere,quæ quidē dictio ſuperſtiti. tãtùm
Iacobo conuenit,conſequēs eſt, aduerſus huiuſmo-
di uoluntatem nepotes unà cum patruo admitten-
dos exiſtimare.d.l.uerbis,de uerb.ſig.& d.§. diſpo-
nat.in auct.de nup.cum aliis ſuperius adductis. Nec
ex huiuſmodi interpretatione iniquum aliquod in-
duci contendi debet,cùm iam nepotum horum pa-
rentes portionem eorum legitimam conſecuti ſunt
l. Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi. teſtam.& §.aliud
quoque capitulum, in aue.ut cum de app. cognoſ.&
in auct.de trien.& ſemiſſ.& auct.nouiſsima, & auct.
unde ſi parens.C.de inof.teſtam.in qua quidem ne-
potes huiuſmodi eorum filij ipſis defunctis admi-
niſtrationem receperunt.l. in ſuis.ff.de lib. & po-
ſthu.& l.parentibus.C.de inofficio. teſtament. ubi
colligunt omnes,parentis liberam facultatem cen-
ſeri in bonorum illius diuiſione, dummodò ius tam
filiis ipſis portionem reliquerit.

Secundò non urget eam eſſe ipſius termini hære-
dis conditionem,ut etiam ulterioris gradus ſucceſ-
ſores contineat.d.l.fin.C.de hæred.inſtituen.& d.l.
qui per ſucceſsionem , cum aliis ſuperius adductis
quia reſpõdeo,regulam illam tunc quidem nõ pro-
14 cedere,† quando ex pronominis adiectione,putà ip-
ſos

ſos nel dictionis dictos,nominatos ; infraſcriptos, ſupraſcriptos,hnius ipſius termini uirtus ad certum corpus reſtricta fuit.Cum enim dictiones huiuſmodi ad oculorum ſenſum referantur, de illis intelligi debent,quorum nomina in ipſius teſtamenti ſcriptura legi & perſpici poſſunt.d.§.ſed ſi legi. & d. c. cùm Marthæ & inſt. de reb.corpor.& incorpor.ibi, cerni poſſunt.unde licèt lex interpretetur longiſſima ſucceſsione hæredis hæredem inſtitutionis ipſius hæredem eſſe, his tamen caſibus conſtat uerbis teſtamenti inſpectis aliud concludendum cenſeri. Deci.d.l.qui per ſucceſsionem, nu.iiii. & Cagn.nu. ix.poſt ueteres omnes in d. l.qui liberis.§.hęc uerba.ff.de uulg.& pup.& d. l. fin.C.de hęred.inſtit.

Tertiò non mouet ex interna diſponentis intentione nepotes ad huiuſmodi bona mittendos uideri quorum parentes in his ipſis teſtator inſtituerit: qa reſpōdeo eos quidem inſtituiſſe, ſed adiecta dictione infraſcriptos,quæ,cùm ad ſuperſtites tantùm referri poſsit.d.§.hæc uerba,ubi Bar. conſequens eſt, hinc potius intelligi teſtatorem ipſum uoluiſſe inter eos ſuperſtitem tātùm ſuccedere.l.labeo,de ſuppellec.leg.in fin.l.non aliter.ff.de leg. iii. Nec mouet quòd ſcripti hęredis facta mentio ad hęredis hęredem referatur.d.l.i.C.quorum legator. ubi Bald. nu.iij.& iiij.quia Bal.ibi loquitur in diſpoſitione legis,itemque & hominis contrahentis,in quibus hæredi ſcripto ſuccedens iuris interpretatione perſonā illius repręſentare cenſetur.d.l.nihil aliud, de uerb. ſign.& in d.auct.de iureiur.a mor.præſt.& Bal. d.l.
15 fin.C.de hæred.inſti.† at in huiuſmodi caſibus cùm infraſcriptorum mentio facta proponatur uel dictorum uel ipſorum,aliud eſt, quippè quòd tunc hominis diſpoſitio,non autem legis attendi debet: & idcircò nominati tantùm uocati cenſentur.Bar. Albe. Alexander,Iaſ.d.§.hæc uerba. Nec urget Cornei reſponſum laix. in quarto, cum theorica Are. in d. §. hæc uerba , quia in caſu Cornei quidem uiget ratio, & maximè quidem religionis ipſius , quę maxima cenſeri debet.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.fu. l.fi.C.de ſacroſanc.Eccleſ.ubi Bal.nu.iij.uerſi.tertio modo.& c.i.de conſue.ubi Abb.in prin.

Præterea ui eo caſu teſtatoris uoluntas clara uidebatur, etiam dictione illa infraſcriptis utentis, quemadmodum etiam ulterioris gradus hęredes intelligi : quoniam ſolutio annuatim Eccleſiæ facienda ſucceſsiuum temporis tractum requirebat . Qui quidem effectus priori defuncto conſummari non potuiſſet,niſi & hæredem quoque grauatum intelli-
16 gamus.† Quare , cùm ex re ipſa qualis fuerit diſponentis mens apertè colligatur,quod nouum non eſt,efficatius quâm ea uerbis fieri ſolere.c.dilecti , il ii.de appel.& l.ſi tñ.§.ei qui.ff.de ædil.edic.& c.exiſtimant.ii.q.i.ubi glo.in uer.factis.& Deci. uidit in in l.non uult hęres.ff.de reg.iur.nu.ix.Quę quidem ratio cùm in propoſito caſu non uigeat , ſequitur à diuerſis ſpeciebus non rite inferri.c.per uenerabilē, qui filij ſint legit.& l.Papinianus exuli.ff.de minor.

Quartò & ultimò non mouet, coniecturam inde ſumi,quòd teſtator liberandi onus ſiue ſoluendi integram prędij ſummam inter ipſos hęredes commune eſſe uoluerit.quia dico in primis in facto pręſuponi integrum pretium legati prædij ab ipſo teſtatore uiuo perſolutum fuiſſe:unde pręſens ratio corruit.c.cum ceſſante, de appell.& c.& ſi Chriſtus, de iureiur.Præterea,eſto id uerum non fuiſſe, adhuc dico,nō eſſe mirum eos quibus tam pinguem teſtator portionem reliquerit,ab eodem grauari potuiſſe. l. ab eo. C.de fideicom.ubi omnes aduertunt.& l. i. §. ſciendum. & l. ſed & ſi ſic, in fin.de lega.iij.& l.cum filio.ff.de leg.i.ubi Moderni repetentes in i. par. & D.Maria.iun.conſi.caii.nu.xxiii.in j.

Quod ad ſecūdum attinet,an ad ſucceſsionē Magnifici D.Equitis, qui abſque maſculis deceſsit, D. ipſe Iacobus frater ueluti potior ipſo nepote ex D. Antonio eiuſdem defuncti fratre prorſus excluſo admitti debeat ? prima facie uideretur dicendum
17 quòd non,† quippè quòd ex ipſius Iuſtiniani conſtitutione cautum uideatur, ſiue de ipſius aui ſucceſſione agatur ſiue patrui , nepotem ipſum ex fratre prędefuncto portionibus ęquis unà cum patruo admittendū eſſe,ut de auo eſt caſus in §.cùm filius,inſti.de hęredi.quæ ab inteſt.defe.ibi, quoniam æquū ſit &c.Item,quod ad patrui ſucceſsionem attinet, eſt caſus in §.reliquum,in auct.de hęred.quę ab inteſt.defer.uerſ.ſi autem defuncto fratres fuerint, & inferius,ibi,tantam ex hæreditate portionem accipiat, quantam eorum futurus parens acciperet. & ibi Ange.in tertiu not.aduertit,& in aucten.poſt fratres.C.de legitimis hęred.ubi Bar.in princip.& Albe.in ſuc.ceſſante,eo.tit.poſt Cin.uerſ.ſed & caue quia.& ibidem Bal.nu.primo & tertio, & Sali.& Caſtrenſ.nu.ii.& Ange.uerſ. Item eſt & quando, & Fulgo.in d.auct.poſt fratres,la ſecunda,nume.tertio uerſi.uidebis. & Ang.& Corn.num. ſecundo colligunt,filium ipſum nullo alio caſu patris ipſius uicē ſubire,& eius perſona admiti,quàm cùm de aui rurſus & patrui ſucceſsione agatur.quare cū hic nepos ipſe ex prædefuncto fratre Do.Antonio in Magnifici equitis prædefuncti patrui ſucceſsione cum Dom. Iacobo eius ipſius patruo cōcurrat,unà eos ipſos ad mittendos iudicandum uideretur: quod in non abſimilibus caſibus tùm ueteribus, tùm & neotericis ſæpius ex facto reſponſum extat. Bal.conſi lxxvi.nu. ſecundo. & cxxx.nu.primo. & cxviii.nu.primo. & clv.num.v.in quarto.& Alexander conſil. lxxviii, nume primo. & conſ. cxxvii.nu.primo.lib. primo, ubi animaduertit communis iuris eam eſſe diſpoſitionem,ut filius fratris unà cum patruo ad alterius
18 patrui defuncti ſucceſsionem admittatur.† quamuis municipalis iuris conſtitutione cautum proponatur , proximiorem ipſum in ſucceſsionibus eſſe potiorem.& idem conſi. xxvi. in tertio,nume.undecimo,ibi, nō corrumpitur gradus,ſed repręſentatur & conſi.xliiii.in v.nu.xv.uerſicu.quia reſpondeo.& Deci conſi.primo,& conſi.dxxvii. nu. ſecundo,viii. & ix.Quare cùm hęc ſit iuris ipſius diſpoſitio, licèt ſimus in prouiſione hominis interpretanda,eam tamen ueluti iuri conformem intelligere debemus. l. hæredes mei.§.cùm ita..ff.ad Senatuſconſul. Trebel. ubi Bar.decidit illius reſponſi diſpoſitionem locum non habere quoties municipali lege cautum proponitur , ſtantibus maſculis fœminas non ſuccedere:neptis enim Claudia tunc quidem admiſſa non

fuiſ-

fuiſſet. quod Ange.Cuma.Caſtrenſ.& Alexã.ibi.nu.
viij.& ix.& Soci.nu.xxxi.& Ripa nu. lxxvii. lxxviij.
lxxix.dicunt.Qua rõne huiuſmodi caſu,ſi contingat
patrẽ filios ipſos inſtituere maſculos,non autem fę-
minas uocaſſe cenſetur, Anchar.l.tres fratres.ff. de
pac.ubi Iaſ.nu.ſecundo, uerſ.vj. & Alexand. l.Gal-
19 lus.§.primo. ff. de libe.& poſthu. † Itemque & qui
agit,eius ipſius intentionem iuris diſpoſitioni con-
formen edere creditur.Cin. Barto.Bald. & Caſt. l.ſi
duo.ff.de acqui.hæred.Butr.Imol.& Abb.c.cauſam
quæ,de reſcrip.& quandoque ex facto conſulti ma-
iores noſtri reſponderunt: Oldrad. conſil. cclxviij.
Cald.conſ.ſecundo, tit.de reſcrip.Fulgo.lxvi.Alex.
Alex.xcvii.Viſo.Signorellus de Homodeis ccxlv.
in fi.Quamobrem in propoſito caſu cùm teſtator ip
ſe filiis eius abſque maſculis decedentibus ſuperui-
uentem uel ſuperuiuentes ſubſtituerit,ea lege inte-
pretari debemus,ut iuris communis diſpoſitioni ſit
conformis, nepotem unâ cum patruo ad alterius de
functi ſucceſsionem uocantis.d.§.reliquum, in auc.
de hæred.quæ ab inteſtat.defer.& in auc.ut fratrum
filij,& d.auct.poſt fratres,la ij.C.de legit.hęred.ubi
Doctores.

Secundò illinc quoque concluſio eadem proba-
20 ri uidetur,† quòd in hominum diſpoſitionibus , ſi
contingat proximiorem uocari,ut in caſu legis cùm
ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.ſecundo,nõ de fue-
runt,qui in imparis gradus perſonas ueluti nepotes
ex fratre necnõ & patruus ſimul admitti cenſerent,
tanquàm hi proximitatis nomine concurrant.Glo.
ibi in d.§.in fideicommiſſo,in uerbo proximo. d.§.
reliquum,& d.auct.ceſſante,& d.auc. poſt fratres,
la ſecunda.unde etiam in diſpoſitionibus hominum
& cauſa teſtati nepos unà cum ipſo patruo ex Accur.
ſententia, licèt impari gradu, repręſentatiuè ta-
men, ueluti proximiores admitti debere uidentur:
cui plures adſtipulantur. Cuma.ibi.num.ij.uerſi. in
Glo.quandoque ibi cenſuit Acurſij interpretatio-
nem relatam ad tex.ſibi admodum ęquam uideri. &
Io.ab Imo.reiecta Bal.ſententia,in fi. uerſ. ſed fortè
poteſt ſuſtineri. Glo.& Pau.Caſt. non inficiatur. &
ibidem Alcia.comprobauit,quippè quòd non faci-
lè inter ſucceſsionem legis. & hominis differentia
conſtituenda ſit.d.§.cùm ita,ubi Barto. unde & le-
gitima ſucceſsio ex tacita hominis mente inducta
creditur.l.conficiuntur.ff.de iure codic.& plures ex
facto conſulti ſententiam huiuſmodi probaſſe uidē-
tur: Corn.conſi.cccvij. litera. C. ubi declarat iura
uetera limitata fuiſſe,dum proximiorem quemque
uocabant.quia immo filius fratris unà cum patruo
ad prędefuncti patrui ſucceſsionem pariter admit-
tantur.& idẽ Cor.conſi.cccxxxj.litera B.& C. & G.
lib.primo,& conſil.xxij.in ij.litera Z.& conſi.xxiiij.
21 in ult.dub.litera E.in ſecundo.ubi † amplius probat
in cõtractu emphyteotico nepotem ipſum unà cum
patruo admittendum. & Alexander d.conſil. lxxx-
viii.& conſil.cxxvii.lib.primo,& conſi. cciiij. Con-
ſideratis,nu.vi.in vii.et conſi.xxvi.in iii.conſi. cxx-
ix.in v.in fin.& Aret.conſi.clxiiij.in primo dub.etiã
in feudis ſupraſcriptam concluſionem procedere
cenſuit;& Soci.conſi.li.nu.xix.in quarto.& Deci.d.
conſi.primo,num.iiii.uerſ.tertiò nõ obſt.per locum
à ſpeciali,ibi cùm agatur de ſucceſsione aui uel pa-
trui,Gloſſam illam probare uidetur:ſecus in eo caſu
in quo de ſucceſsione patrui magni agebatur.& cõ-
ſil.ccxvij. nu.ſecundo.ubi Gl.deciſ.d.§.in fideicom-
miſſo,dum de hæreditate aſcendentium agatur.& d.
§.cum filius , ad pronepotis perſonam extendit. &
conſil.dxxvij.nu.ix.ubi legis proximiorem uocantis
interpretatione,nepotem etiam ipſum unâ cum pa-
truo admitti cenſuit.& Curt. iunior in huiuſmodi
arg.Decij concluſionem probat in d.conſ.primo,ut
toties nepos cum patruo etiam in fideicommiſſo
admittatur, quoties ab inteſtato ſucceſſurus erat.
Curt.iun.conſi.lvii.nume.viij.uerſi.aggredior nunc
ſecundum.& idem conſi.cxxviij.nume.xj.ubi ꝓbat
eandem diſtinctionem, an nepos ipſe ab inteſtato
ſucceſſurus eſſet,uel non.& Rui.conſi.clxiij.nu. vii.
lib.primo.& Alexander in d.§.in fideicommiſſo,re-
ceptiſsimam Glo.ſententiam eſſe atteſtatur.& idem
conſi.lxix.nu.xvi.& conſi.cxxxiiij.nu.xxij.& conſil.
clxvii.un.xv.& xviij.& in terminis præſentis nego-
tii magis in ſpecie reſpondiſſe uidetur conſili. clxi.
22 nu.viii. in ſecundo. † ex ea generali ratione, qua di-
ci conſueuit,parentem ipſum eo ordine deſcenden-
tes uocaſſe cẽſeri,quo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent
ueluti cùm pater pro ſe filis & filiabus emphyteoſim
ſtipulatur.Bar.l.ut iu.iur.§.ſi liberti.ff.de operis li
berto.& l.uxorem.§.teſtamento.ff.de leg. tertio. &
l.Gaius,ſoluto matri.& idem Rui.conſili. clxiii. in
tertio,nu.xiii.Glo.ſimpliciter ſequitur.& Reueren-
diſsimus Card.Pariſi.conſi.xxx.lib.primo,& conſil.
xxxvii.in primo, nu. i.ii. & iii. eandem ſententiam
ſequitur.& Grat.Bonon.conſil.lxiiii.nu.xl.in ſecũ-
do ipſi Accurſio adſtipulari uidetur , & Do. Maria.
iun.eamdem ſententiam ueluti receptionem ample-
cti uidetur conſi.cxvi.nu.ix.& conſi.cxxvi.nu. xxv.
in primo.& Alci.ipſe aliter ſentientes irridere vide-
23 tur.d.§.in fideicomiſſo.uerſ. primò. † Quocircà ab
ipſius Accurſii ſententia ueluti communi recedere
nefas uidetur eſſe.Glo.in l.qui filium.§. Sabinus. ff.
ad Senatuſcon.Trebel.Cin.l.moriturum.C. de cõ-
tra tab.Butrig.l.i.C.qui pro ſua iuriſd.& Barto.l.ii.
C.de ſenten.ſine cert.quant.& l.i.ff. de offic. quęſt.
ibi, crebrior eſt.& c.capell.ubi Butri.Imo.& Abb.
de feri.& c.ne initaris,de conſt.& docuit Angel.§.
actionum autem , uerſ. concludendo adhæreas: &
paſsim reſponſum extat:Bar.conſ.incipien. Andriol.
Cuma.conſil.xxxvi. Decius conſi.ccccxii. numero
tertiodecimo.

Tertiò idem ſuaderi poſſe uidetur,ut nepos ipſe
unà cum Do. Iacobo patruo admitti debeat, ſi ſub-
ſtitutionis ipſius formulam ſiue conceptionem in-
ſpiciamus, dominus enim Hieronymus eius teſta-
mento cauit,quòd ſi filii eius deceſſerint,uel aliquis
eorum deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis & na-
turalibus,tunc & eo caſu aduenien te ſubſtituit filios
maſculos dicti teſtatoris ſuperuiuentes , uel eorum
filias in ſtirpes,& non in capita.Quare conſtat, hũc
ipſum teſtatorem filios illius ſuperuiuentes , ita de-
mum uocaſſe,ſi aliquis eorum ſine maſculis deceſſe-
24 rit,† quo caſu prudens diſponentis conſilium Sce-
uola reſpondit,qui filios inſtitutos in eorũ portione
aliis prætulit.l.Lucius,la ſecunda.ff.de hær. inſtitu.
quæ

quę quidem prælatio cùm in teſtamento facta ui-
deatur, ex mente teſtatoris expreſſa diſpoſitionem
inducere, Ripa.cēſuit in d.l.Lucius,uel ſaltem ex ta
cita,ut plures affirmant, quemadmodum cùm lex cō
ditionem ſubintelligit ex cōiectura pietatis.l.cùm
auus.ff.de condi.& demonſt.l.cum acutiſsimi.C.de
fideicom.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit. &
ſubſtiti.nec me latet,ueteres omnes Accurſij inter-
25 pretationē in d.l.Lucius,in ver.liberos,†filios tacitē
ab inteſtato pręferri intelligentis,probare.Rain.Ci.
Iac.ab Are.& Bar.d.l.Lucius.Bar.Cuma.Rimi.Ale.
Iaſ.Soci.Cur.Cagn.l.j.C.de pact.nu.iiij.uerſicu.v.
nota.quippè quòd conditio ipſa nihil certi ponat in
eſſe.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſ.cauſ. &
in l.ex facto.ad Sen.conſ.Trebell.ubi Alex.& Ripa
& paſsim raſponſum extat.Roma.conſi.xxxij.verſi.
quartò quòd auus, in ij.dub. & ccccxxxviii. Capra
conſil.ij.Alex.conſi.cviii.lib.i.& conſil.clx.& conſ.
clxxxv.& conſil.cxcviij.in ij.& conſi.xiii.in iiii. &
Cor.conſi.lxvii.in il.& Io.de Anan.conſ.lsviii.Vi-
ſo ſtatuto, & Soci.conſi.lxxvii.& conſi.lxxx.& cōſi.
cxl.& ccxviii.Curtius conſil.xlvii.Sępe .& Decius
conſil.cclxx.nu.i.ubi atteſtatur ab hac communi
ſententia ueluti canonizata non eſſe recedendum,
& conſil.ccxci.nu.is.& conſil.dxlv.& ſequ.& d.l.i.
C.de pact.nu.xv.Pariſ.conſi.xii.& xxxi.& lxxxvi.
in iii.Rui.conſ.cxi.& cxxx.& cxl.in ii.& conſ.cxv.
& cxxix.in iii.Alex.conſi.xvi.& conſi.cxx.Do.Ma-
rianus iun.conſi.cxi.& conſ.cxii.conſ.cxviii.& xix.
in primo.

26 Attamen† cùm maſculorum mentionem teſta-
tor ipſe fecerit,oppoſitum uerius eſſe uidetur,con-
iectura enim hęc aliis potior exiſtimatur,ut in con-
ditione poſitos ad fideicommiſſum inuitaſſe cen-
ſeatur: quod quandoque decisum extat.Guido Pa-
pę deciſ.clxxxiiii.& idcircò uocatis maſculis fœmi-
nę ipſæ excluſæ uidentur. Bart.l.libetorum,de ver-
bo.ſigni. ad finem, & l.ii. §.uidendum. & Curt.&
Deci.d.l.i.C.de pact.nu.xvi.& ibi Cagno.nu.xlix.
atteſtatur ſecundam hanc ſententiam ſeſe ſæpius in
Curia Illuſtriſsimi Sabaudię Ducis obtinuiſſe, & ex
facto plures conſulti reſponderunt. Corne.conſili.
xx.Videtur prima facie.Soci.conſil.cxvi.uerſic.ſed
cōtra hoc poſſet, uol.iii. Dec.cōſ.cclxx.& cccxviij.
& conſil.dxlv.& dlsiiii.& dclv.& Curt.conſ.lxxx-
vii.& Do.Maria.iun.conſi.cxiiii.nu.xvi.& conſili.
cxix.nu.xxis.& conſil.cxxvi.in i.nu.xxix.ubi quoq;
atteſtatur hanc ſententiam fuiſſe ſecutum in l.Cen-
turio.ff.de uulg.& pupilla.& Gozad.Bonon.conſil.
xsvi.& conſil.lxiii. Quocircà, cùm nepos huiuſ-
modi ex teſtatoris diſpoſitione uocatus fuerit, non
autem ſimpliciter in conditione poſitus idque pro-
pter maſculorum qualitatem expreſſam,conſequens
eſſe uidetur, ut unà cum patruo admitti debeat.

Quartò eandem quoque concluſionem inſtitu-
tionis ipſius ac ſubſtitutionis conceptio ſuadere ui-
detur,ibi,tunc & eo caſu adueniente ſubſtituit filios
maſculos ipſius teſtatoris ſuperuiuentes, uel eorum
27 filios in ſtirpes,& non in capita.†nam,licèt dici cō-
ſueuerit coniunctam inter inſtitutos putà cum quis
ſubſtituo,inquit, filium atque nepotem in uim diſ-
iunctę reſolui,ut primùm filius, deinde nepos ad-
mittatur.l.Gallus.§.quidem recte.ff.de lib.& poſth.
ubi.Accurſ.in v.interpret.Bart. Alex. & Iaſ.id tamē
28 intelligendum exiſtimatur,† cùm de nepote ex eo-
dem filio agatur,non ex altero,cuius conditio cum
patrui perſona concurrit.d.§.reliquum,in d.auctēn.
de hęred.quæ ab inteſt.& d.auc.ceſſante.unde ſecū-
dum iuris diſpoſitionem non ſucceſsiuo ordine, ſed
coniunctim nepotem huiuſmodi cum patruo admit
ti,cùm ſic teſtator uoluiſſe cenſeatur.Bar.d.l.hære-
des mei.§.cum ita, ad Senatuſconſul.Trebel.& ibi
Alex.nu.viii.poſt Ang.& Imo.& Soci.num.xxxi.&
Rip.lxxvii.& lxxviii.unde,cùm municipali conſti-
tutione filiæ à paterna ſucceſsione repellantur, cùm
dotem acceperint,filiis maſculis aut nepotibus exi-
ſtentibus, cenſuit Bal.lucrum illud deferri ſecundū
ordinem graduum,communis iuris inſpecta diſpo-
29 ſitione: † & ideò cum filiis ex altero prædefuncto
nepotes non in capita ſed in ſtirpes concurrere.l.i.
C.de ſecund.nup.ubi Bal.nu.vii.cùm enim ſecun-
dum Iuſtiniani conſtitutionem nepos ipſe defun-
cto filio locum eius ſubintret,gradum non corrum-
pi,ſed repręſentari,Bal.ipſe docuit.l.in quibus, C.
eo tit.uerſ.in contrarium. adſtipulatur.Iaſ.d.§.qui-
dem,nu.xxi.uerſi.& ex iſto dicto Bal. & num.xxix.
uerſ.limita primò.alioquin ſucceſsio in ſtirpes ſecū-
dum teſtatoris intentionem non facilè conſidera-
bilis eſſet,ſi nepotem ex præcedente fratre unà cum
30 D.Iacobo patruo non admittēdum fateremur.† nā
ſi plures defuncti fratres eſſent viritim & portioni-
bus ęquis diuiſio ipſa faciēda eſſet.auct.poſt fratres.
C.de legit.hęred.At cùm ſuperuiuentes eius maſcu-
los filios præcedentibus abſque filiis maſculis uel eo
rum filios in ſtirpes, & non in capita ſubſtituerit,
conſequens eſſe uidetur,claram diſponentis uolū-
tatem cenſeri,ut licèt ex domino Antonio plures ex-
tarent maſculi,eos tamen ad Magnifici ęquitis ſub-
ſtitutionem non in capita,ſed in ſtirpes admitten-
dos eſſe: & idcircò omnes ſtipitis à qua deſcendunt
caput repręſentantes.l.lege.§.ſed.C.de legit.hęred.
ęqualem cum ipſo D.Iacobo portionem conſequā-
tur.Doc.d.auc.poſt fratres,& d.§.reliquum.& quā-
doq; reſponſum fuiſſe videtur.Signo.de Homodeis
conſi.clxxiii.nu.ii.Rui.conſil.clxxi.num.viii.in iii.
uerſ.& iſta opinio ſpeciali ratione.reſpondit, cùm
teſtator ſuperuiuentes ex filiis ſeu eorum filios ſub-
ſtituiſſet in ſtirpes,& non in capita, nepotem unà
cum patruo admittendum,cui aliàs ſucceſsio hæc in
ſtirpes non conueniret; quod a iuris ratione diſſu-
det.l.ſi quando.ff.de leg.i.Ang.l.ędem.C.locati; &
ſecundum hanc interpretationem Do.Maria.iun.
reſpondiſſe uidetur cōſi.xxxv.nu.vii.lib.i.& cx.cxv.
prima facie pſens caſus maximè anceps reddi poſſe
uidetur,nempe,ut nepos ipſe ex prædefuncto fratre
ſuperſtes ad Magnifici Equitis ſucceſsionem unà
cum D.Iacobo patruo admitti debeat.

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus,
maturius cogitando,oppoſitum uerius eſſe cenſeo:
quòd immo ex prouiſione D.Hieronymi teſtatoris
Iacobus ipſe longè potior ſit,& ſolus ad alterius fra
tris ſucceſsionem ſit admittendus: quod pluribus
rationibus,iuribus,& auctoritatibus probari poſſe
31 uidetur.† & primò, ſi legiſlatoris ipſius benignam
diſpoſi-

diſpoſitionem intueamur, diſponentium mentem
perinde ac legis iuſſum exequendam præcipientis.
l.uerbis,de uerb.ſigni.§.diſponat, in auct.de hęre.&
Falci.l.j.C.de ſacroſanct.eccleſ.Gloſ.l.inſtituto.ff.
de hęre.inſti.vnde,quandoq; primum locum in hu-
iuſmodi diſponẽtis uoluntatem obtinere reſponſum
eſt.l.in conditionibus.ff.de cond.& demonſt.quan-
doque uolũtatem ipſam uerbis eſſe potiorem.l.hæ-
redes mei.§.cùm ita.ff.ad Senatuſconſ.Trebel.l.cùm
uirum.C.de fideicomm.quandoque ſolam eam ſpe-
ctandam eſſe.l.penul.ff.de leg.j.& l.cùm auus.ff.de
condit.& demonſtrationib.
32 At † cùm eius ipſius qui diſponit,certiſsima mens
ſit,quę ex ipſis uerbis colligitur.l.Labeo.de ſuppell.
leg.l.quidam cùm filium.ff.de hęred.inſti.l.vnica.§.
ſin autem ad deficientis.C.de caduc.tollen.l.ille aut
ille.ff.de hæred.inſtit.& l.non aliter, de leg.iij.atque
in præſenti negotio teſtator ipſe his uerbis ſubiece-
rit: Et ſi dicti ſui filij uel aliquis eorum deceſſerit ſi-
ne filiis maſculis etc. tunc & eo caſu aduenientе ſub-
ſtituit filios maſculos dicti teſtatoris ſuperuiuentes,
uel eorum filios: ſanè conſtat, Iacobum ipſum ex fi-
liis dicti teſtatoris ſolum ſuperuiuentem admitten-
33 dum uideri. † dictio enim illa ſuperuiuentem, ad
eum tãtùm qui ſuperſtes eſt Iacobum referri poteſt.
l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hęre.ſuperuiuens enim
idem ſignificare uidetur.Inſti.de excuſa.tut.in prin.
ibi, ſi enim,& paulò inferius, ibi, filij autem ſuper-
ſtites tantùm.& inſti.de dona in prin.ibi, ſi ſuper-
uixiſſet.& aduertit Albe.in uerb.ſuperueniens.Cùm
enim tempore conditi teſtamenti tres hi teſtatoris fi-
lij in humanis eſſent, quorum ſuperuiuentem ipſe
ſubſtituerit ei uel eis qui abſq; maſculis deceſſerint,
conſequens eſt, uocem hanc non poſſe cõuenire ne-
potibus ex huiuſmodi teſtatore, quippè quòd ad ui-
tam eorum referatur,qui conditi teſtamenti tempo-
re ſuperuiuebant: vnde in nepotibus adhuc non na-
tis ſubſtitutio hæc pertinere non poſſe uidetur.l.aſſe
toro.de hęre.inſti.l.ſi ita.l.illa inſtitutio.ff.de cond.
& demonſtrat.auctẽ.ſi quis.C.de eden.docuit Bar.
in dictione prout, in l.Iulianus.ff.de condi.indebit.
Cùm enim dictio illa ſuperſtite, & ſuperueniens fi-
lios teſtatoris comprehendat, his exiſtentibus nepo
tes non admittendos uideretur. l.cùm Pretor.ff.de
iudi.c.nonne.de pręſump.c.qualis,xxv.diſt. Rurſus,
non omitto idem apertius probari ex ſubſequenti
uerbo,filios dicti teſtatoris,quod quidem ad iam no-
minatos referri debere uidetur.d.l.in teſtamento, la
ij.ff.de cond.& demonſtra.cum aliis ſuperius addu-
34 ctis. † Idq; potiſsimum ponderando dictionem di-
cti, vnde ad ſuperuiuentes, quorum nomen legi &
perſpici poteſt omninò referendum intelligatur.d.l.
j.§.ſed ſi legi,de his quę in teſta.delen.d.c.cùm Mar-
thæ,de celebratione miſſ.& Bar.docuit.d.l.qui libe-
ris.§.hæc uerba,de vulg.& pupill.& ſæpius ex facto
reſponſum extat in dictione dictis, ut ſuperius in j.
articulo oſtendi.Bal.conſ.ciij.in v.Rui.conſ.xliiij.
nu.xviij.& conſ.ciij.nu.xxiiij.& conſ.cxvij.nu.j.in
ij.& conſ.cxxx.& conſ.cxliij.nume.xij.in v.& Io.de
Amicis conſ.x.nu.xxj.& Grat.conſ.xix.in ij.nu.xxj.
& D.Maria.iun.conſi.cxxxiij.nume.ij.in j.Quam-
obrem ſolum Iacobum attenta diſponentis mente
ex uerbis maximè aptis collecta, admittendum uide-
retur.
Secundò idem quoque inſpecta ſubſequentis clau
ſulæ uirtute concludendum exiſtimari debet: ibi,
35 † uel eorum filios in ſtirpes, & non in capita. cuius
quidem natura eſt, ut cùm Iacobus fuerit hæres al-
ternatim ſubſtituentis uoluntati ſatisfactum cenſea-
tur.l.ſi hæredi plures.ff.de condi.inſtit.§.ſi plures,
inſtit.de hære inſt.& l.ſi is qui.ff.de reb.dub.§.utrũ,
ubi Bar.& l.ſæpè ita, uerſ.at cùm dicimus.ff.de uer-
bor.ſignific. quæ concluſio huiuſmodi quoque ſpe-
ciebus procedere ſolet, cùm teſtator, ſi liberos, in-
quit,non habueris,tuis ſiue meis propinquis prædia
reliquas aut etiam noſtris libertis: ſanè Papinianus
36 in l.cùm pater.§.à te peto, de lega.ij.reſpondit † in
huiuſmodi diſpoſitione ſcripturæ ordinem eſſe ſe-
quendum.ubi Din.Rain.& Albe.colligebant alter-
natiuæ uirtutem in his quoque naturam ſuam ſer-
uare, in quibus inæqualis eſt ipſius affectionis ratio.
37 † et ibi Cuma.adſtipulatur, inferẽdo in inſtitutione
facta ſub hac conceptione: Inſtituo filios aut nepo-
tes,ut filij primùm, deinde nepotes ſubſtituti cenſeã
tur. Bart.Alexan.& alij d.l.Gallus,in §.j.& non ab-
ſimilis deciſio uidetur.l.hæredes mei.in §.fin.ff.ad
Senatuſconſ.Trebell.ibi, cùm quis hæreditatem il-
lius ab uxore filiis ſuis reſtituendam iuſsiſſet, uel vni
eorũ,uel nepotibus meis,& cui uoluerit, Papinianus
reſpondit inter filios fideicommiſſum iniunctum
intelligi,deinde inter nepotes: vnde tunc illã optio-
nis facultatem non rite uſuram, & ibi Din.Rain.&
Albe.aduertunt.& Barto.ordinatam inter filios at-
que nepotes charitatem ſubeſſe intelligi;& Cuma.&
Caſtren.num.ij.& Ioan.ab Imol.num.ij.ex ipſo or-
dine dilectionis qualitatem colligi concludunt, &
idem Bart.in d.l.Gallus,in §.i.in prima oppoſ.uerſ.
uel dic.& licèt paulò inferius ordinatam eam chari-
tatem appellet, ſecundum quam inteſtati ſucceſsio
regitur, dici poteſt filium ipſum patri nepote pro-
pinquiorem eſſe, idque præſertim alterata Iuſtinia-
ni diſpoſitione ipſius teſtatoris ſpeciali prouiſione.
dicta auctẽ.ceſſante.C.de ſuis & legit.d.l.fin.C.de
pact.conuen.c.generi,de regul.iur.in vj.& l.quam-
diù.ff.de acquir.hæred.Et licèt quandoque coniun-
cta pro diſiuncta & uice mutua diſconiuncta pro cõ
38 iuncta accipi conſueuerit, † quippè quòd uerba id-
circò inuenta ſint,ut rem ipſam mentemque huma-
nam explicent.l.Labeo,de ſuppellect.leg.c.intellig.
de uerb.ſign.& c.Marchion,j.q.j.& uidit Alci.rub.
de uerb.ſigni. id tamen fieri ſolet, cùm urgens id ra-
tio ſuadet.d.l.ſępè,de uerb.ſig.ubi idẽ Alc.aduertit.
At cũ nulla ſubeſſe intelligatur, pater filios uel nepo
tes ſubſtituit.d.l.cùm pater.d.§.pen.& d.l.hęredes.
§.fi.ubi Cuma.& Alex.nu.vj.indiſtinctè concluſio-
nem hanc procedere ſentiunt:& ſi nepos vnà cum pa
truo concurrat,ut tunc quoque diſiunctiua naturam
propriam ſeruet.& Sali.nu.ij.uerſ.in ea,in fi.Fulg.&
Corn.in d.l.pen.idque potiſsimùm, cùm ĩn ſpecie
in hoc negotio ſuperuiuentem ex dicti teſtatoris fi-
liis ſubſtituerit: quæ uerba adhuc non editis nepo-
tibus conuenire non poſſunt.d.§.j.inſtitu.de dona-
tion.& inſtitu.de excuſa.tutor.& d.l.qui ſuperſtitis.
ff.de acquiren.hæred.cum aliis ſuperius adductis.

Quamobrem ſecundum terminos hnius conclu-
ſionis in non abſimilibus caſibus à ueteribus noſtris
quandoque reſponſum eatat:Cuma.conſ.cvj. Mulier
39 inſtituit, † reſpondit, inſtitutionem à muliere fa-
ctam ipſius filij maſculi,& eo decedente filiarum ip-
ſarum, uel earum filiorum ſiue filiarum, intelligen-
dam eſſe, nt poſt mortem filiarum omnium, filij ea-
rum ſiue filiæ uocatę cenſeantur. Et tamen in ea ſpe-
cie non erat dictio ſuperuiuentes, ut in caſu noſtro,
ſed quia maior cenſeatur diſponentis affectio erga
filias,quàm eorum filios,& ſic nepotes.quia ut Imo.
40 inquit in d.§.fin.d.l.hæredes, † tunica propior pal-
lio eſt.l.cùm acuriſsimi.C.de fideicom.ubi Bal.Sali.
& Corn.in j.not.& l.ſi præſes.C.de ſerui. & aq. ubi
41 Glo.& Bal.† idem D.Aleaander cùm in priori ſub-
ſtitutione filij ſuperuiuentes nominati fuiſſent,& in
ſecundo loco nepotes per dictionem uel,putâ ſuper-
uiuente, filios maſculos uel eorum filios ſubſtituit,
nepotes admitti cenſuit,quouſq; uel vnus ea filiis ſit
ſuperſtes.d.l.hæredes .§.fi.& d.l.cùm pater.§.fi. ubi
Alexand. pro hac ſententia caſum legis eſſe atteſta-
tur conſi.axx. in ſecundo, nume.j. Viſo teſtamento.
& conſi. xvj. uolu. vj. idem reſpondit Signo. de Ho-
modeis conſi.caaxvij.nume. ix nerſi. primo caſu, &
Corn.conſi.cc. Circa præſentem, in ſecundo, litera
A. nerſ.uel ſi cum ordine literæ concurrat. & Soci.
idem cenſuit conſi.lij.nume.vj.uerſic. nec dicat ali-
qnis.& conſi.cxiiij.nu.iiij. in primo,uerſi.aliquando
42 quis uocatur eapreſsè,† ubi æquiparare uidetur ſub-
ſtitutionem factam ſub nomine collectiuo, & diſiun
ctiuè,ut ordine ſucceſsiuo facta intelligatur,lecus ſi
coniunctim aliqui ſubſtituantur: quoniam eos tunc
ſimul admitti cenſuit: tametſi Bald.conſ.conſ.cccxl.
in v.uolu.in prin. à natura rei oppoſitum cenſuerit,
nempè, ut ſubſtitutio facta filio quem præmori cõ-
tigerit,de filiis & nepotibus etiam ordine ſucceſsiuo
intelligẽdam propter ordinatam diſponentis ipſius
charitatem. Deci.quoq; cùm quis filias ſubſtituiſſet
uel eorum filios,reſpondit ordine ſucceſsiuo intelli-
gendum, nt donec vna ex illis ſuperſtes fuiſſet, earũ
filij non admitterentur,conſ.xcv.nu.iij. Rui.quoque
conſi.axvij.num.vij.idem cenſuit, quando alternati-
ua inter deſcendentes eſt poſita, idq; non ſolùm in-
ter dinerſi gradus perſonas,ſed etiã eiuſdem. & cõſi.
43 clviij.nu.aij.& clxiij.nu.ia.in j. † vnde infert, nepo-
tem qui ex Iuſtiniani conſtitutione pr̃is locum ſub-
intrat, ut auo ſuccedat, hoc tñ caſu cum patruo non
admitti. vñ idem in pręſenti negotio diiudicandum
uideatur, quippè ꝙ hi duo caſus pari ratione inniti
uideantur.d.§.cùm filius,inſti.de hęre.quę ab inteſt.
& d.§.reliquum, in auct. de hęred. quę ab inteſta. &
d.auct.poſt fratres.C.de legit.hęre.ubi Bart.& Alb.
d.auct.ceſſante,& Deci.d.conſ.j.nu.iij. idem docuit
Rui.conſi.aax.num.ia.in iij. ubi probat Cumani, &
Alexandri ſententiam in d.§.fi.nu.v.d.l.hęredes mei,
ad Senatuſconſul.Trebel. nempè,ut licèt ſit in eodẽ
gradu nèpos cum patruo, repręſentatiuè attamen,
cùm datus eſt ordo per alternatiuam non ſimul eos
ſed ordine ſucceſsiuo admitti.& idem conſi.ſeq. nu.
iiij.eod.uolu.iij.concludit. Nec vrget quòd oppo-
ſitum reſpondiſſe uideatur conſi. claaj. in ſecundo
uolu. quia reſponſi illius deciſio admodum anceps
eſt,deinde ſubſtitutionis illius conceptio ab hac no-
ſtra ualde differre uideatur: in qua quidem filij ma-
ſculi dicti teſtatoris ſuperuiuentes ſubſtituti fuerũt
uel eorum filii,unde quouſque uel vnus filiorum ui-
uit,teſtatoris mens clara uidetur, ut noluerit eorum
filios, & ſic nepotes admitti.d.l. cùm pater.§. penul.
& d.l.hęredes mei.§. fina. at in caſu illius dicebatur,
quòd ſi aliquis uel aliqui etc. quòd alij ſuperſtites
ſeu eorum filij ſuccedere deberent ipſi ſeu ipſis ſic
decedenti. & Reuerendiſsimus D. Pariſ.elegantiſ-
ſimum in hoc ipſo argumento edidit conſi.xaj.in iij.
uolu. ibi, adductis quàm pluribus rationibus & au-
ctoritatibus ſubſtitutionem ipſam alternatiuè fa-
ctam in huiuſmodi ſpecie ſucceſsiuo ordine intel-
44 ligendam probat. † Quocircà conſtat ſecundum iu-
ris noſtri rationem ab hac ipſa ſententia ueluti cre-
briori recedere nefas eſſe cenſeri. Cin. & Bart. l.fin.
C.de pœna iud.qui malè iudic.& l.j.ff.de off.Quęſt.
ibi,& ſanè crebrior. & c.nouimus,de uerbor.ſignifi.
ibi,& quorundam ſit opinio à pluribus approbata.
But.aduertit, Fel.& Dec.poſt ueteres c.j. de conſtit.
nu.iiij.& ſæpius reſpõſum extat: Alex.cõſ.xcv.in ij.
& lj.in v.Soc.cavj.nume,ix.in primo.Dec.ccccxxaj.
nume.vj.& ccccla ij.num.xa.Quare,cùm ex filiis D.
ipſe Iacobus ſolus ſuperſtes ſit nepote ea D. Anto-
nio prædefuncto in ſucceſsione Magnifici Equitis
potior haberi debet.

Tertiò huius ipſius complexionis uirtute ſiue di-
lemmatis idem iudicandum uideretur. Nam, aut ex
patris perſona ius hoc ſibi ipſi nepos competere prę
tendit, aut propria; ſanè ſi ea patris iure id fieri poſ-
ſe aſſerit,id prorſus à uero abeſſe uidetur; cùm enim
ſuperuiuentem teſtator ipſe uel ſuperuiuentes ex
filiis ſub ea quidem conditione, ſi ſine maſculis de-
ceſſerint,uocauerit; iam conſtat ipſo domino An-
tonio patre ante conditionis euentum decedente,
ius nullum ea hac ſubſtitutione in filium ipſum trãſ-
miſſum fuiſſe.l.vnica.§.ſin autem aliquid ſub condi-
tione.C.de caduc.tollen.ubi Bald. & Fulgoſi.uerſic.
tertiò nota ſatis. & Corn. nume. primo colligunt,
45 † nec etiam in ſuos conditionalis diſpoſitionis ius
ante ipſius euentum tranſmitti.quod & uidit Accur.
l.unica.C.de his qui ante apert.tab.Glo.ultima uer-
ſicu.& idem dixerunt, ibi, qnod non placet. & d.l.
hæredes mei.§. cùm ita, ad Senatuſconſult.Trebel.
in uerb.ſuſcepiſſet, & ibi ſubſcribunt omnes, ut ad-
uertit Aleaand.in vlt.notab.nume.vj. & in Gloſſ.in
uerb.ſuſcepiſſet,quam concluſionem ex eo tex.pro-
bari aduerſus Cuma. & Socin. Ripa ibidem non
infulsè docuit nume.lx.uerſi.uerior ergo eſt.& quã-
uis Glo.aliud ſenſerit in l.ſi in perſonam. C.de fidei
commiſ.in uerbo utiliter, in fi. Bald. tamen, Ange.
Salice.Corn.& Iaſ.ibi refellunt, & Gloſ.primam in
fi.in l.is cui.ff.de act.& oblig. Barto. & Albe. idem
ſentientem reprehendunt,quorum ſentẽtia crebrio-
ri calculo à ueteribus ex facto conſultis probata cẽ-
ſetur: Oldra.conſi.caaaj. Quidam habens. Bal. cc-
xvj. Verba,& ccliiij. Titius,lib.j.& cccxia. Matrimo-
nium,in vj.dub.& ccccaxxv. Punctus ſuper,in iiij.&
cav. Super puncto,in v.Roma. axia. Viſo puncto, &
cxaaiij.Super pũcto, Alex.xcij.Super eo,ĩ iij.& clxv.
Circa pñtẽ,in v.Guid. Papę cxv. Vertit, & ſeq. ad fi.

Soci.

Soci.lxix.in j.& xiiij.in iij. & lxxiiij.Examinato, in
iiij.& Dec.lv.Vertitur,& Reuerendiſsimus Pariſ.d.
46 conſ.xxj.in iij.nu.t.ii.& iij.† Quocircà, quãtùm ad
hoc caput attinet ex perſona patris hunc ipſum ne-
potem admitti non poſſe,neceſſariò concludendum
vr̃. Ant ex propria ad ipſum contendit, quippè ꝙ pa
tris ipſius gradum ſubingrediatur atq; ipſum repræ-
ſentet,cùm de aui ſiue patrui ſucceſsione agatur.d.§.
cùm filius.inſt.de hęre.quæ ab inteſt.& d.§.reliquũ,
& d.auct.poſt fratres,la ij.C.de legi.hęre.ubi Bar. &
47 d.auct.ceſſante, cum aliis ſuperius adductis; † et tũe
rñdeo in propoſito caſu id fieri non poſſe,cùm adſic
ſingularis teſtatoris ipſius diſpoſitio certam legem
in ſua ſucceſsione præfigentis,quam negligere nefas
eſſet.d.§.diſponat,in aucten.de nupt. & l. uerbis le-
gis,de uerb.ſigni.& l.j.C.de ſacroſanc.Eccle.& l.an-
te quàm.C.communia de ſucceſsion.at cùm ex filiis
ſuperuiuentem abſq; filiis maſculis obeunti ſubſti-
tuerit,iam cõſtat prius nominatos teſtatorem ipſum
prętuliſſe. d.l.cùm ita.§. in fideicommiſſo. de leg.ij.
et idcircò ſubiecit uel eorum filios, ut ſecundum ꝓ-
prietatem diſiunctiuæ, uel poſt omnes filios ipſi ne-
potes admitterẽtur.d.l.hęredes mei.§.fi.d.l.cùm pr̃.
§ pen.ff.de leg.ij.ubi Din.Alberi.Bar.Cuma.Imol.
& Caſtr. & Bart.d.l.cùm quidam,ubi Iaſ.poſt alios,
uerſ.tertiò limita.& Bar.d.l.Gallus.§.quidem rectè,
uerſ.non obſtat,& ibi Ange.& Caſtr.uerſ.item quã-
do.& Socin.uerſ.ſed & ſi diſiunctim, & Iaſ.uerſi.ſed
aduerte,& nume.xxvj. Glo. & Alexand.l.hæredes.§.
fi.uerſ.quid ſi unus,& in reſponſis ſuperius adductis
48 diffuſè declaratum eſt. † Quamobrem conſtat, cùm
ſubſit ſpecialis teſtatoria diſpoſitio , legitimam ip-
ſam ceſſare.d.l. quàmdiu.ff.de acqui.hæred. & ff.de
regul.iur.& d.l.ante quàm. C.communia de ſucceſ-
ſionib.& l. ſi hominem. ff.mand.ubi Barto.& l.ſan-
ctio legum.ff.de pœnis,& c.ſtuduiſti,de off.leg.cum
aliis adductis à Decio & Cagno. in d.l. in toto iure.
ff.de regu.iur.

Non obſtant adducta ſuperius in oppoſitum, ex
quibus nepotis huius cauſa potior reddi poſſe ui-
debatur. et primò ab ordinaria communis legis di-
ſpoſitione;quippè,quia cùm de aui & patrui ſucceſ-
ſione agatur,nepos ipſe paternum gradum ſubingre-
ditur , ut cum patruo ſuccedat in ipſius aui , necnon
& patrui hæreditate. d.§. cùm filius. d.§. reliquum,
Barto.Ange.Salice.d.aucten.poſt fratres.unde con-
ſueuit fieri interpretatio, ut hominis ipſius diſpoſi-
tio ab ea,quæ legis eſt, non diſsideat.d.l. ſi duo.ff.de
acquiren.hæredit.ubi Cin.& Bald.Barto.Caſtren.&
49 Alexand.nume.viij.d.§.cùm ita. † quia reſpondeo ,
deciſiones ſupradictas regulam ipſam conſtitue-
re, cuius norma tam diù non inflectitur, quam diú
non conſtat , eum ipſum qui diſpoſuit, aliter uo-
luiſſe.d.l.non aliter,de lega. iij.& l.penul. de legat.
ij. quo caſu nefas exiſtimatur hominis uoluntatem
executioni non mandari.d.l.uerbis legis. & l. cùm
quæſtio,in fi.C.de leg. & l.ex facto , la grande, circa
medium.ff.de hæred.inſtit.& l.iii.C.de lib.præteri.
& d.l. ſi in conditionibus.ff.de condi.& demonſtra.
quod aduertit D.Marianus iun.conſi.cxvi.num.xii.
libro primo.

Quod autem in propoſito negotio teſtator ipſe
communis iuris diſpoſitionem inflectere noluerit ,
ex ipſius inſtitutionis & ſubſtitutionis conceptione
50 clarè colligitur, dum inquit : † Subſtituo ſuperui-
uentem , uel ſuperuiuentes dicti teſtatoris filios, uel
eorum filios. quæ ſanè diſpoſitio intelligi debet , ut
primùm filii, demum & nepotes ſucceſsiuo ordine
admittantur,non autem coniunctim.d.l.fi.§.penult.
& d.l.hæredes.§. fin. ad Senatuſconſult. Trebell.ubi
Docto.& in dict.§.quidem rectè, ubi Bar.Alexan.&
Socin.& d.l.cùm quidam,& conſiliis ſuperius addu-
ctis ; & Do. Marian. iun. in dicto conſil. cxvi. libro
primo.

Secundò non urget ex Accur. interpretatione in
d.l.cùm ita,in §.in fideicommiſſo.ff.de lega.ii. etiam
diſparis gradus perſonas nempè nepotem unà cum
patruo admitti, cùm quis proximiori fideicommiſ-
ſum reliquit ; vnde non ſolùm in legis diſpoſitione ,
uerùm etiam hominis illa ipſa deciſio procedere ui-
deatur,ut nepos cum ipſo patruo ad alterius præde-
functi patrui ſucceſsionẽ admittatur. d.§. reliquum ,
& d.auct.ceſſante.
51 † Nam reſpondeo , Accurſ. interpretationem il-
lam ad textus deciſionem relatam in primis ineptam
uideri, quippè quòd ibi teſtator fideicommiſſum fa-
miliæ reliquiſſet , quæſitum fuit,qui admitti debeãt;
& Iureconſult.nominatos primùm reſpondit: qui-
bus extinctis , qui ex nomine defuncti fuerunt tem-
pore, quo moriretur , deinde & qui ex iis proximo
gradu . quare deciſio illa præſens negotium dirime-
re uideatur , ut filiorum nominatorum ſuperſtes in
primis uel unus ſeu potior haberi debeat , quàm ne-
potum , quos ſub alternatiuæ clypeo uocauit atque
collectim , cùm tamen proprios filios inſtituiſſet ,
& ſæpius nominaſſet . Deinde , uerba illa, cùm mo-
reretur, idem ſuadere uidentur,quippè quòd ſubſti-
tutionis huius tempore nepotes adhuc editi non eſ-
ſent:unde non defuerunt , qui in ſimili argumento
præſentis caſus deciſionem eo reſponſo colligi poſ-
ſe cenſerent. At dum Glo. in uerb.proximo , ſubii-
cit, etiam impari gradu exiſtentes ſimul admitti ne-
ceſſariò in legis ipſius ſucceſsione intelligenda ui-
detur : alioquin ſecundum ueterum ſententiam ne-
52 a luti Gloſſ.Ceruoti ipſi legi repugnaret. † Quocircà
Bal.ibi in huiuſmodi diſpoſitionibus eius ipſius Gl.
interpretationem ueram non eſſe ex ipſo textu pro-
bari cenſuit : et Baldo ſubſcribunt Cuma. & Floria.
ibi,& Ange.in d.§. cùm filius, uerſ. deinde iſta reg.
& pro Bal.ſententia ſępius reſponſum fuiſſe animad
uerti,Cuma.d.conſ.cvi. in fi. Alex.cciii.Conſidera-
tis,& ccv.lib.ii.& xxvii.in iii. & conſ.iiii. Pondera-
tis,in iiii.& conſ.cxxix.Perſpectis,in v.licèt alibi op
poſitum cenſerit, quo nomine ueluti inconſtans dã-
natur, pro hac tamen ſententia urgentioribus ratio-
nibus moueri exiſtimatur;& Socin.conſ.xiiii.in fi.in
iii.& Capra conſ. v. ſanè differentiæ ratio expedita
inter hominis atq; ipſius legis diſpoſitionem hęc eſ-
ſe vr̃,quia,ut Ang.inquit,probant Cuma.& Deci cũ
ſimus in hominum diſpoſitionibus, mens & affectio
perpendenda vr̃; quare & filius ueluti potior prius
uocari intelligitur . qua ratione ab Accurſ.interptã-
tione doctiſsimi quiq; receſsiſſe uidẽtur. Deci.d.cõſ.
j.& conſ.lxxix. uerſ. & dato ꝙ in fideicommiſſo , &

conſ.ccccviij.nu.xiij. ſecundum Bal. ſententiam ſa-
cram Romanam Rotam iudicaſſe teſtatur: & idem
cõſ.ccccxij.nu.vj.& vij.& ccccl xxviij.nu.xj. & cccc-
lxxx.nu.x. ubi hanc cõem ſententiam eſſe atteſtatur:
& idem conſ.dxxvij.nu.ix.& conſ.dliij.nume.iij.ubi
ſemper probat Bal. ſententiam, ut in ſucceſsione le-
gali filius ipſe locum patris ingrediatur,ſecus autem
ſi homo ipſe diſpoſuerit.

53 † Fortius idem in dict.conſi.j.& ccccviij.ad fin. &
ccccxij.nume.xiiij.cenſuit Glo.ipſam à Doctoribus
inepté intelligi; quippè quòd id nõ probet,ad quod
eam allegant. nam, cùm in tex. Iuriſconſultus in fi-
deicommiſſo familiæ facto, reſpondeat, nominatos
admitti, deinde proximiores quoſque: & Accur.ibi
ſubiiciat quandoque tamen diſparis gradus perſo-
nas ſimul admitti.d.auctẽ. ceſſante. iam ſequitur,
Accurſium ipſum in caſu dict.§.in fideicommiſſo,id
ipſum non ſenſiſſe,cùm in tex.Iureconſultus oppo-
ſitum reſpondeat; ſed in ſucceſsione legis interpre-
tatio illius procedere debet, quemadmodum ſuadet
lex,quam ipſe allegat.dict.aucten.ceſſante,quod do-
cuit Barto.in l.non ſolùm.§. liberationis. ff. de libe.
leg.& hoc Accur.ſenſiſſe Reuerendiſsimus Pariſ.in-
telligere uidetur d.conſi.xxj.num.xxvj. Nam quem-
admodum conditio illa, quam lex tacitè ſubintelli-
git, cùm quis deſcendens reſtituere grauatur.l.cùm
auus,de condi. & demonſtra. & l.cùm acutiſsimi.C.
54 de fideicommiſs. † ex Iuſtiniani ſanctione naturali
filio inſtituto ac reſtituere grauato,ita demum ſub-
ſtitutum excludi,receptum eſt,ſi iuſtam naturalis ip-
ſe reliquerit ſobolem.d.l.generaliter.§.cùm autem.
C.de inſti.& ſubſti.ubi Bal.Ange.Salice.& Caſtren.
at ſi à teſtatore conditio ipſa expreſſa ſit, naturalis
etiã ſubſtitutum ipſum excludit. l. ex facto. §. ſi quis
rogatus,il j.ubi Ange.Imol.& Alexand.nume.vj &
Ripa,Decius & Beroius c.in præſentia,de probatio.
ubi quandoque dixi in ſecunda concluſione Gloſ.in
uerb. ſi abſque liberis. Quocircà non inſulsè inter
legalem & hominis ſucceſsionem Bald. ipſe diffe-
rentiam conſtituit: & Rui. quoque Gloſ.ſententiam
ſimpliciter intellectam ueram non eſſe teſtatur conſ.
clxiij.in iij.nume.xiij. ibi, & ita ſonant uerba Gloſſ.
non ſi referatur ad text. & Reuerendiſsimus Pariſi.
Baldi ſententiam ſequutus fuit in d.conſ.xxj.nume.
xx.& ſeq.in iij.& Grat.Bono.conſi.xxvij.nu.xx.lib.
j. & conſ.liiij.in ij. nume.xviij. eandem concluſionẽ
ſequitur, licèt conſ.lxiiij.aliter loqui uideatur ratio-
ne admodum fragili, quæ in præſenti negotio non
uiget. et idcircò cùm clara ſit diſponentis mens, con
iecturarum adminiculo non egemus.c.fi. de cohabi.
cleric.& mulie.l.continuus. ff. de uerborum oblig.
55 † ne aliàs hominis prouiſio inutilis & eluſoria red-
deretur: quòd à iuris ratione prorſus alienum eſt. l.
ſi quando.ff.de leg.j.c.ſi ciuitas,de ſenten.excommu.
in vj.c.ſi Papa,de priuileg.eo.lib.& Bald.rubr.C.de
contrahen.emp.q.ix.& Ang.l.ędem.C.loca.& Dec.
c.paſtoralis,de appellatio.nume.j.& conſi.ij.nume.
v. Et licèt me non lateat inter recentiores inſignes &
claros Gloſſę ſententiam ceu receptiorem atque ue-
riorem probare non ignorem Alciatum & Do. Ma-
rian.iuni. illum in d.§. in fideicommiſſo, hunc in d.
conſi.cxvj.nume.ix.lib.j.& cxxvj.nume.xxv.eo.uol.
56 † rationes tamen ego auctoritatibus ſemper præfe-
rendas eſſe cenſui,quippè quòd inde legis neruus cõ-
ficiatur.c.quia in tantùm,de ſimo.c.fi.de reg. iur.in
vj.c.intelligentiam,de uerbor.ſignif. l. cùm mulier.
la j.ff.ſol mat.l.nominis & rei.§.uerbum.ff.de uerb.
ſignifi.& l.non dubium.C.de legib.ubi Bart.Bal.&
57 Sali.pluribus exemplis probant.† Quocircà & à cre-
briori ſentẽtia iudicando recedi poſſe receptum eſt.
d.c.capellanus, de fer.ubi Abb. & c.ex literis, il j.de
ſponſ.& Deci.poſt ueteres omnes d. c. j. de conſuet.
num. xlij. & frequentiſsimè reſponſum extat. Ange.
conſ.cx.Sanctiſsima. Abb.conſ.j. in fin. in j. Decius
cclxxj.nume.xiij.& cclxxxiiij.nu.xvj.& conſ.ccccl vj.
nu.ix.& dlxxvj nu.xj.

58 † Tertiò non urget conditionem illam,ſi ſine ma-
ſculis etc.nepotibus ipſis fauere contendi, ut illius
auctoritate diſpoſitiuè uocati exiſtimentur. Guido
Papę deciſ.clxxxiiij. quam Deci. ſæpiſsimè ſequutus
uidetur.d.l.j. C. de pact. nu.xv. quia in primis & ra-
tionibus & plurimis ueterum auctoritatibus ſenten-
tiam huiuſmodi ueram non eſſe aſſeuerari poſſet,ut
ex deductis ab Alcia. & Cagno. in d.l.j. C. de pact.
nu.xlix.uerſ.contrariam,& Ripa in l. Centurio.ff.de
vulg.& pupil.nu.lxxx.& ampliſsimum Delphinatus
Senatum aduerſus ſententiam huiuſmodi cenſuiſſe,
idem Guid.Papę teſtatur deciſ.lx.& reſpondit Alex.
conſ.cv.in j.& clxxxv.in ij.& xxiiij.in iij.& Soci.lxij.
& cxvj.in iij. & Deci. à ſe ipſo diſſentiens conſ. ccx-
viij.& ccxc.& Gozadi.conſ.ulti. & Reuerendiſs.Pa-
riſ.conſi.xxxj.& conſ.lxxxvj.in ij. & Ruin.clxxxj. in
ij.& cxlj.in iij.Et quamuis me non lateat, D.Marian.
iuniorem aliter cenſuiſſe conſ.cxj.in j.nu.xxv.& cõſ.
cxxvi.nu.xxix.lib.i. commodius ex deductis ab ipſo
Cagno.in d.l.i.C.de pact.oppoſitum uerius eſſe fa
cilè poteſt deprehendi.

Prætereà in præſenti negotio cùm ipſe D.Hiero-
nymus ſuperuiuentem ex filiis uel eorum filios ſub-
ſtituerit, ſatis clarè intentionem illius oſtendiſſe ui-
detur,ut nepotes tam diù admitti noluerit,quam diù
uel vnus ex filiis ipſis ſuperuiueret.d.l. cùm pater.§.
penul.d.l.hæredes mei.§.fi.cum aliis ſuperius addu-
ctis: quod & idem D.Marianus iuni.exiſtimaſſe ui-
detur d. conſ.cxvi.nu.xi.lib j.

Quartò non urget conceptio illa,uel filios eorum
in ſtirpes, & non in capita: quæ locum habere non
poſſe uidetur,niſi nepos unà cum ipſo patruo admit-
59 tatur.d.§.reliquum,cũ aliis ſuperius adductis: † quia
dico,ſingularem rationem mentis teſtatoris in præ-
ſenti caſu aliud ſuadere, nempè, ut à generali iuris
norma recedatur.d.l.ſanctio legum.ff.de pœn.d.l.fi.
C.de pact.conuent.& docuit Bar.l.i.§.hoc autem.ff.
de noui ope.nunc.& Deci.d.l.in toto,de regu.iur.ut
diffuſius poſt ueteres Deciũ & Bero.declaraui in c.i.
de reſcrip.Prætereà dici poteſt,tunc quidem in ſtir-
pes, & non in capita ſucceſsionem hanc fieri poſſe,
cùm nullus ex filiis ſuperſtes fuiſſet. d.§.i.inſtitu.de
excu.tut.nec Baldi & Iaſonis theorica quidquam fa-
cit, quia aduerſus proprietatem uerborum nil quidq̃
uoluiſſe teſtatorem præſumitur, niſi quod uerbis ex-
preſſit.l.quidem cùm filium.ff.de hęre.inſt. ubi Bal.
& Imol.& l.unica.§.ſin autẽ ad deficientis.C.de cad.
toll.quod & ex facto ſæpius reſponſum extat.

Quare

60 Quare, † cùm diſiunctiua uel, in præſenti negotio ab eo qui potuit, appoſita ſit, id ipſum quod uoluit exequendum uidetur. d. §. diſponat, in auth. de nupt. d. l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum aliis ſuperius adductis: quæ plura congerit Deci. conſi. cclxvij. nu. ix. & ccclxxvij. nu. iiij. & dcxcvj. nu. ix. Quamobrem ex his clara concluſio probata uidetur, dominum ipſum Iacobum ad Magnifici D. Equitis ſucceſsionem ſine maſculis prædefuncti ſolum uocari, ipſo nepote ex D. Antonio fratre prædefuncto prorſus excluſo.

Laus Deo, Patauij, Idib. Aug. 1551.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Appellatione maſculorũ fœminas nõ cõprehendi.*
2 *Mens qualis fuerit, ex uerbis percipitur.*
3 *Conditio, ſi quis ſine filijs deceſſerit, extitiſſe dicitur, licèt natus ſit filius, ſi patri tamen ille prædeceſſerit.*
4 *Conditione pendente ius non tranſmittitur, ètiam in ſuos.*
5 *Subſtitutio ita concepta; ſuperſtites ex filijs meis ſubſtituo, uel eorum filios, interpretanda eſt, ut filij potiores exiſtant.*
6 *Dictio alternatiua uel, conditionem ſuam ſeruat, etiam inter perſonas diſparis gradus: & eſt commu. opi.*
7 *Filius reſtituere grauatus, duas deducit quartas, legitimam ſcilicèt & trebellianicam: eſtq; cõior opinio.*
8 *Legitimæ, trebellianæque detractionem ad hæredem tranſmitti.*
9 *Legitima & trebellianica totius hæreditatis dimidium continent.*
10 *Dos filiæ ex patris ipſius ſubſtantia profecta, in legitimam imputatur: quod etiam ampliatur.*
11 *Nepotibus in ſucceſſione aut legitimam petentibus, quãdo dos materna imputetur, & quando non.*
12 *Fideicommiſſarius reſtituere grauatus deducit expenſas & meliorationes ab eo factas.*
13 *Poſſeſſor quilibet iuſtus deductionem expenſarum, nec non & meliorationum in re factarum facere poteſt.*
14 *Vaſalli ſeu feudatarij hæres detrahit expenſas & melioramenta in feudo facta.*
15 *Maritus, qui dotalem fundum meliorem reddidit, poteſt in ipſius reſtitutione expenſas retinere.*
16 *Fideicommiſſi conditione pendente, ius quæſitum minimè uideri.*

CONSILIVM VIIII.

PRAEPOTENTIS DEI MIHI LVX adſit, ut iuſtitiæ ſalutem conſequar; quæ per Chriſti fidem ab eo impetratur, ut Apoſtolus Philip. c. iij. admonet, & diuus Auguſtinus ſermone xv. de uerbis Apoſtoli litera I. interpretatur.

CASVS, SIVE HYPOTHESIS.

MAGNIFICVS D. Oſtaſius Rouiſius nobilis Rauennàs tres eius filios Ludouicum, Balthaſarem, & Marcum Antonium æquis portionibus ſibi hæredes inſtituit; & ſi aliquis eorum abſque maſculis quandocunque decederet, pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum ſuperſtites maſculos, uel eorum filios ſubſtituit. contingit Balthaſarem abſq; filiis obijſſe, cui uiritim fratres ſucceſſerunt. poſteà Ludouicũ ipſo Ioanne Oſtaſio iuniore ſuperſtitibus: deinum Oſtaſium ipſum relicto Ludouicu paruulo deceſsiſſe. Quare, cùm nuper Marcus Antonius dña Ioanna ſuperſtite tantùm occubuerit, multipliciter dubitari contingit.

Primò, an fideicommiſsi caſus euenerit ipſius Marci Antonij obitu abſq; maſculis?

Secundò, an Ludouicus ex Oſtaſio iuniore ſuperſtes ex perſona patris unà cum Ioanne uocatus exiſtimetur?

Tertiò, an D. Ioanna ex patris iure duas quartas deducere ualeat?

Quartò, an in portione legitima dos mille aureorum ei à patre uiuente numerata, imputari debeat?

Quintò, an meliorationes ab eius patre in bonis reſtitutionis ſubiectis factas, illa ipſa præcipuas habeat?

Sextò & ultimò, an Ioanna prætendens ad fideicommiſſum uocari, teneatur domus in bonis reſtitutioni ſubiectis incluſæ penſionem eam ſoluere, quam pater illius ſolitus erat?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, ſecundum ea quæ proponuntur more Scæuolæ, negotium ipſum clarum exiſtimari. teſtamenti enim uerbis conſtat, tunc quidem inſtitutis ſubſtitutum fuiſſe, cùm abſque maſculis eorum aliquis decederet. Quare cùm ipſe Marcus Antonius nuper Ioanna tñ ſuperſtite deceſſerit, conſtat conditionẽ ipſam extitiſſe
1 tiſſe cenſeri: † quippè ꝙ maſculini ſexus qualitas fœminis ipſis conuenire non poſsit. c. Rainaldus, de teſtam. ubi Gl. in uerb. abſq; maſculis. & ibi Hoſti. Io. And. & Abb. antiq. uerſ. pone quod hæret. & But. nu. xj. uerſ. dic fœmina exiſtens. & Card. nu. j. uerſ. ſecũdò nota, aduertunt filiorum maſculorũ appellatione fœminas ipſas excludi. & uidit Abb. cõſ. xxxvj. nu. ij. lib. j. Quę concluſio in pñti negotio eò certior exiſtimari dẽt, ꝙ teſtator ipſe expreſſerit ſuperſtites maſculos prorſus admitti, ſi cõtingat fœminas ipſas uel unam extare. Bar. l. cùm auus. ff. de condi. & demon. q. pen. & ult. & Cuma. ibi, & Io. ab Imol. & Soci. nu. 76. & 77. in iudicando, Bar. ſententiam cuſtodiendã
2 concludit. † Quamobrẽ, cùm ea ipſius qui diſpoſuit uerbis claré conſtet, qualis illius mens fuerit, ab ea recedere nefas exiſtimari dẽt. l. nõ aliter. de leg. iij. l. ille aut ille. ff. de hære. inſt. Goffr. in ſumm. de priuil. in fi. fœmina ipſa tantùm ſuperſtite, Marci Antonij obitu, cui ſub conditione illa, ſi ſine maſculis ſubſtitutum fuerat, cõditionem extitiſſe non ambigitur,
3 † ueluti cùm teſtator ſi ſine filiis deceſſerit quis ſubſtituit, ſi contingat nullum ſupernaſci uel natum ipſi parenti grauato prædecedere, conditionem ipſam extitiſſe reſponſum extat; & idcircò ſubſtitutum admitti. l. ex facto. §. penult. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. ubi Glo. Din. Alber. Barto. Caſtren. Alexan. & Ripa in penult. & ultimo notab. aduertunt, & Gloſſ.

in c.in pręſentia, de probat.in uerb.ſi abſque liberis.
in quarta concluſinne,ubi Hoſtien.Io.And. Butr.&
Abb. nu. xxv.uerſ.nenio nunc,aduertnnt,& Beroius
Bononien.num.cccxlvij.& cccxlviii.& c.Rainutius,
de teſtamen.ubi Gloſ.in ucrb. filium ex eo,& l. j.C.
de condi.inſert.ubi Bal.Fulgn.Ange. & Sali.aduer-
tunt. & ex facto quandoqne reſponſum extat, Deci.
conſi.cclxx. & plures alij conſultò nmiſsi , cùm ipſa
concluſio difficultate careat.

Ad ſecundum cùm Octaſius innior ipſi D.Marco
Antonio prædeceſſerit , nullum ins in Ludonicum
paruulum tranſmiſſum fuiſſe cenſeo : conditionalis
enim fuit hæc diſpoſitio.l.vnica.§.ſin autem aliquid
ſub conditione.C.de caduc.toll.ubi Bald. & Fulgo.
uerſ.tertiò nnn ſatis.Sali. & Corn. nu.i.colligunt .
4 † nec etiam in ſuos in cnndiuinnali diſpoſitione ius
aliquod tranſmitti, ſi contingat pendente conditio-
ne uocatum prædecedere. quòd Accurſ.uidit l.vnic.
C.de his qui ante apert.tabul.in gloſ.ulti.uerſ. & idē
dixerunt.ibi,quòd non placet.& l.hæredes mei.§.cú
ita,ad Senatuſconſul.Trebel.in uerb.ſnſcepiſſet,ubi
Alex.ultimo not.nu.vj.& in d.glo.in uerb.ſuſcepiſ-
ſet,ueterum auctoritates adducit. & ex eo textu ſen-
tentiam eam probari aduerſua Cumanum Ripa ibi
diſſerit nu.lx.uerſ.uerior ergn eſt.Quare Accurſium
aliter ſentientem in l.ſi in perſonam.C.de fideicom.
in verb.utiliter,in ſi.& l.is cui.ff.de actio. & obliga.
refellunt Bald.Ange.Sali.Corn.& Iaſ.ibidem.Vnde
cùm Octaſius ipſe iunior D. Marco Antonio patri
prædeceſſerit,ex eius perſona nullū ius in filios trāſ-
miſſum eſſe cenſetur;quippè quòd conditionalis di-
ſpoſitionis dies nullo pacto cedebat.pro qua ſenten-
tia plures ex facto conſulti reſponderunt:Oldr.conſ.
cxxxj.Quidam.Bal.ccxvj.Verba.& ccliiij.Titius,lib.
j. & cccxix.Matrimoninm, in ſecundo dubi.& cccc-
xxxv.Punctus ſuper quo,in iiij. & Rnma.xxix.Viſo,
& cxxxiij.Punctus,Alex.xcij.Super eo,in iij. & clxv.
in v. Socin.lxix.lib.j. & xiiij.in iij. & lxiiij.in iiij. &
Reuerendiſs.Pariſ.xxj.in iij.nu.j.ij.& iij.

Præterea , cùm teſtator ipſe filios ſuperſtites uel
eorum filios abſque maſculis decedenti filio ſubſti-
tuerit,nepotes ipſos prædilexiſſe cenſetur: et idcir-
cò pronepotem qualis eſt Ludouicus paruulus ne-
potibus ipſis non exiſtentibus uocaſſe uidetur. l.hæ-
redes mei.§.ſi. ff. ad Senatuſcon ſ.Trebell. ubi Papi-
nianus reſpōdit,cùm quis hæreditatem eius ab vxo-
re filius reſtituendam iuſsiſſet,uel vni eorum,uel ne-
potibus eius, cui uoluerit , inter filios fideicommiſ-
ſum datum intelligi.ubi Din.Alber.Bar.colligunt ,
ordinatam inter filios atque nepotes charitatem cu-
ſtodiri.& Cuma.Caſtr.& Imol.nn.ij.adſtipulantur ,
5 & Alex.nu.vj.indiſtinctè cōcludit, † ſubſtitutionem
hanc his uerbis conceptam,ſuperſtites ex filiis meis
ſubſtituo,uel eorum filios,interpretandam eſſe,ut fi-
lij potiores exiſtant.& idcircò nepos cum patruo nō
admittatur.quod Bar.docuiſſe uidetur. l.Gallos.§.j.
in j.oppoſ.uerſ.uel dic, & ibi Alex.Iaſ. & alij recen-
tiores.& frequentiua reſponſum extat,Cuma.conſi.
cvj.Mulier inſtituit.Alex.conſi.xxx.Viſo teſtamen-
to Alberici.nu.j.in ij. & conſ.xvj. in vj. & Signo. de
Homodeis conſ.cxxxvij.nu.xix.uerſi.primo caſu. &
Corn.conſi.cc.Circa præſentem,in ij.litera A.uerſi.
ſed ſi cum ordine literæ concurrat,& Soci.conſi.lij.
nu.vj.uerſ.ne dicat aliquis,& conſi.cxiij.nu.iiij. ibi,
uidetur æquiparare ſubſtitutionem collectim factā
poſt mortem omnium illi ipſi,quæ diſiunctiuè facta
ſit.& Deci.conſi.xcx.nu.iij.& Ruin.conſ.xxvij.nu.j.
6 & clviij.nu.xij.& clxiij.nu.xv. lib.j.ubi † alternatiuā
uel,etiam inter perſonas diſparis gradus conditionē
ſuam ſeruare tradidit , & conſi. xxx. nume.ix. in iij.
& ſeq.conſi.nu.iiij.probat Cuma. & Alex. ſententiā
in d.l.hæredes mei.§.fin.num.v.& Reuerendiſsimus
D. meus Pariſ. elegantiſsimum in hoc argumento
reſponſum edidit conſi.xxi.in iii.ubi plura adducit
ex quibus communem hanc eſſe ſententiam con-
ſtare poteſt : unde ab ea in iudiciis recedendum nō
eſſe.c.nouimus,de uerb.ſign.ibi, quorundam opi-
nio.Butri.& Abb.aduertunt.l.i.de offic.Quæſt.ibi,
ſanè crebrior:ſubſcribunt Felinus & Decius c. i. de
conſtit.

7 † Ad tertium ſubiicio olim inter Cęſarei inter-
pretes controuerſum fuiſſe,ſed tamē hodie frequē-
tius Pontificii iuris auctoritate receptum eſt,filium
ipſum reſtituere grauatū ſemiſſem, & idcircò duas
quartas deducere poſſe.c.Rainaldus,&c.Rainutius,
de teſtam. ibi , præterea quartam. & inferius ibi,pec
Trebellianicam iudex.Gloſſ. in uerb. Trebellianica.
Hoſti.Io.And.But.Imol.& Abb.& c.ſi pater, eo.tit.
in vj.ubi Glo.in uerbo Trebellianicę. Io.And.Ge-
min.& Fran.aduertunt.Glo.in l.Papinianus. §. me-
miniſſe.ff.de inoff.teſtam.in uerb.Falcidia.uerſ. ſed
quæro hic. & ibi Bar.& Ang.ſententiā hanc pruden
tum auctoritate probatam atteſtatur nume.v.Bar.&
Alex.l.cohęredi.§.cùm filiæ.nu.ix.poſt Aug.ſenten
tiam hanc tuetur , & l. in ratione . §. quòd vulgo. ff.
ad leg.Falcidi.num.ix.ubi quinque principales opi-
niones in hac quæſtione adducit, atque concludit ,
uſus auctoritate ſententiam huiuſmodi probari . &
idem in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Sena-
tusconſul.Trebell.nu.xiij.uerſ.in glo.ſi.Pro qua ſen
tentia ſæpius tùm ueteres tùm recentiores ex facto
conſulti reſponderunt.Oldra.conſi.cxxxj. Quidam.
Bal.vj.in ij. Per locum à ſpeciali.Ange.ccv.Caſtren.
cxxxv.lib.j.in fin.Cardin.xcj.in quarto dubin.Aret.
xviij.Anan.iij.Viſo. & xxxvij.Viſo, & lxxix.Caſus ,
Alex.xxvj.nu.xij.& xiij.lib.j.& conſi.xliij.num.ix.&
cxl.nu.viij.in ij .& conſi.iij.nume.iiij.in iii.& conſi.
xlviii.in iiii.Deci.ccii.nu.vii.& viii.& ccxxviii.nu.
iiii.& cccxx.& Soci.xxxiii.nu.xiii.& xiii.lib.primo.
Quamobrem, cùm ipſi D. Marco Antonio duas has
quartas deducendi ex eius perſona competeret, do-
minę Ioannæ eius ipſius filię & hęredi idem ius cō-
petere non ambigitur.l.quanquàm.C.ad leg.Falcid.
ubi Bald.Sali.Fulgo.& Corn. nu.i.& ii. aduertunt ,
8 † ius hoc ſemiſſem deducendi ad hæredem ipſum
tranſmitti.& l.irritum,eo.tit.& ex facto plures con
ſulti rñderunt,Bal.conſ.ccxc. Has quæſtiones.in iii.
Alexan.d.conſi.xliii.nu.ix.in ii.Deci.lxxxi.nume.i.
Rui.cxliii.in ii.nu.xii.ubi loquitur in filiabus grana-
ti,quibus ex perſona patris ſemiſſem deducendi ius
9 competere concludit, † & Reuerendiſsimus Cardin.
Pariſ.conſi.xxv.nu.xxix.& conſi.ſeq.nu. xxiiii.con-
cludit,duas has quartas totius hæreditatis dimidium
continere.

Ad

10 Ad quartum,† dotem mille aureorum ab ipſo D.
Marco Antonio ipſi D. Ioannę numeratam in legi-
timam portionem imputari cenſeo. l.quoniam no-
uella.§.i.C.de inoffi.teſtam.ubi colligunt Bald.Sa-
li.& Fulgo.& Iaſ.nu.ii.& vii. dotem ex ſubſtantia
patris profectam in legitimam portionem imputa-
ri,ibi,in fi.uolumus imputari, ſi ex ſubſtantia eius
profecta ſit.& l.omnimodò.§.fi.eo.tit.& Bar.in l.in
quartam.ff.ad l.Falcid.in iii.q.princ. ubi Alexan.&
Picus nu.cxc.& Ripa nu.cxxxi.&cxlviii. ubi diſcu-
tit,cur dos filiæ data à patre uiuente in hanc portio-
nem imputetur.& ibi Alcia.eò amplius id uerú cen-
ſuit,etiam ſi ab alio patris tamen contemplatione fi-
lię dos numerata fuiſſet: putà patruo.Caſtren. con-
ſil.cxx.in i.Alex.conſil. xxxi.in iiii.& clxix in v.nu.
ii.in iiii.& Curt.clxxx.nu.iiii.& Dec.clxxxi.nu.vii.
11 & l.illam.C.de collation.uerſ.primus caſus,† ubi di-
ſtinguit,cùm pater filiæ ſoluto matrimonio dotem
reddi ſtipulatus eſt,ut tunc nepotibus in ſucceſsio-
ne aui legitimam portionem petentibus dotis illius
quantitas non imputetur:quod & Ripa cenſuit re-
ſponſo.x.& Reuerendiſsimus Pariſ.in hoc argumē-
to plures adducit conſili.lx.in ii.nu.xlv.& xlvj.

Ad quintum iudicandum cenſeo, quemadmodú
Marcus Antonius ea tantùm reſtituere tenebatur,
quę à teſtatore grauante acceperat. ad idem dñam
12 Ioannam eius filiam legitimè poſſe compelli: † &
idcircò illam ipſam expenſas & meliorationes ab
eius pře factas deducere poſſe.l.mulier.§.ſed enim,
uerſi.ſed et ipſe,ſi quem ſumptum fecit in res hære-
ditarias detrahat.& ibi Glo.& Doct.& in l.ubi pu-
rè.§.fin.ff.ad Senatuſconſ.Trebel.& in l.fin.C.com-
munia de leg.ubi Glo. in uerbo obligationem.cum
enim reſtituere grauatus expendendo fideicommiſsi
conditionem meliorem fecerit, rationi & ęquitati
cóuenit,id quod expendit,ueluti ęs alienum in pri-
mis deducendum eſſe.l.in quantitate.§.fin.ff.ad leg.
Falcid.l.non amplius.ff.de leg.j.ubi Doc.in prin. &
Reuerendiſsimus Card.Pariſ.uidit conſi.lxxxvi. nu.
13 x.& xi.in iii.uol.† quod in quolibet poſſeſſore iuſto
conſtituendum uidetur.c.i.de reſt.in integ.ibi,pro-
uidendum eſt,ne coloni in meliorationum expenſis
fraudentur.Glo.ibi & Docto.in uerbo fraudentur.
14 † Quemadmodum et uaſallo. c. i.§. item ſi uaſallus.
tit.hic fin.lex Conradi.ubi Iſern. Aluar. & Afflic.
colligunt,& Iaſ.diffusè in l.ij.de iure emphy. nume.
15 xxxviij.† Item & in marito dotale prædium melio-
rante.l.diuortio.§.ob impenſas.ff.ſolu.mat.ubi Bar.
Alex.& Soci.Quocircà & ipſam D.Ioannam harum
ipſarum expenſarum intuitu retentionis ope ſuc-
curri poſſe ṽr, quod in uó abſimilibus caſibus à ma-
ioribus noſtris reſponſum fuit: Caſtren.conſi. xcv.
Clarum eſt,& Corn.cxiiii.in iii.in fin. uerſi. tamen
dum habetur ratio Falcidiæ legis,& Alex.xx.num.i.
& ccxvii.nu.xi.in vi.& plures alios adducit Reue-
rendiſsimus Pariſ.conſi.xxviii.nu.i.ii.& iii.& conſ.
lv.nu.xxi.xxij.xxiij.in iij.

Ad ſextum D. Ioannam ad domus reſtitutionis
ſubiectæ penſionem ſoluendam compelli poſſe exi-
16 ſtimo:† quippè quòd interim fideicommiſsi condi-
tione pendente,nihil ei quæſitum uidetur.d.l.fin.§.
ſed quia. C.communia de leg.d.l.unica.C. de cadu.
tol.d.§.ſin autem aliquid ſub conditione. cùm enim
dica nou ceſſerit,utilitas ipſa ad Do.Marcum perti-
nere intelligitur.l.cedere diem,de uerb.ſign. & id-
circò ius hoc ad D.Ioannam hęredem cum aliis iu-
ribus hæreditariis tranſiſſe uidetur.l.ii.§.ex his, de
uerb.obl.l.hęred.ff.de reg.iur.& §.i.de iur.iur.à mo
rien.pręſti.Ex quibus propoſitæ quæſtiones laconi-
co more propter frequentem lectionum curſum pro
diſcuſsis habeantur, in reliquis arbitrorum ipſorum
modeſtia,ſi aliud ratio ſanguinis ſuadet, ſuppleat.
Doctores l.Neſennius.ff.de negoc.geſt.Patauij,no-
nis Decembris 1552.

Portius hæc raptim frequentum lectio-
num curſu præpeditus,ſaluo
ſemper &c.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti duplici nexu excludūt uno tantùm ni-tentes.*
2 *Vincula duo fortiora ſunt uno.*
3 *Probatio duplex, ſcriptura ſcilicèt, & uiua uocis authoritate, fortior illa exiſtimatur, quæ tantummodò atteſtationum adminiculo fulcitur.*
4 *Pœna augetur ex concurſus qualitate, ſceleriſq; coniunctione.*
5 *Fratres utrinque coniunctos præferendos eſſe in ſucceſsionibus fratri ex altero tantùm latere coniuncto.*
6 *Coniuncti ex utroq; latere præferuntur, quamuis lege municipali proximiores nocentur. & nu. xiij.*
7 *Filiæ ſtantibus maſculis quòd non ſuccedant, ſtatutorū uigore, intelligitur, dum tamen paris ſint gradus.*
8 *Sororem utrinq; coniunctam à conſanguineo tantùm fratre non excludi.*
9 *Statuto dictante, mulieres abſque proximioris conſenſu contrahere non poſſe, quòd ut ualidè contrahant conſenſus proximioris utrinque coniuncti requiritur.*
10 *Hæredis institutio facta de filiis, intelligitur de maſculis, non autem fœminis, ubi municipali iure eæ excluduntur.*
11 *Fratrum inſtitutio, ad utrinque coniunctos pertinere intelligitur, ſed uide nu. 20. & ſeq.*
12 *Diuiſio bonorum errore facta, retractanda eſt.*
13 *Coniunctos utrinq; anteferri coniuncto ex uno tantùm latere: ſed uide nu. 20. & 21.*
14 *Voluntatis quæſtio admitti non debet in diſpoſitis à teſtatore, cùm ea tanquam lex cuſtodiri debeat.*
15 *Teſtator cùm in ſpecie diſponit, legum diſpoſitioni derogatum eſſe intelligitur.*
16 *Subſtitutio inſtitutioni correſpondere debet; ſic, ut partes inſtitutione datæ, in ſubſtitutione repetita intelligantur.*
17 *Dictionis eius, ſeu pronominis huius uirtus.*
18 *Dictiones ſeu potius pronomina, ipſos, ſuos, & huiuſmodi quam uirtutem habeant.*
19 *Media declarari ab extremis.*
20 *Filiorum appellatione in ſubſtitutionibus comprehenduntur tam cōiūcti utroq; ex latere, quā uno tātùm.*

21 *Subſti-*

21 *Subſtitutionibus in ipſis tàm conſanguineum, quàm cõiunctum pariter admitti debere, ex communi ſententia demonſtratur.*

22 *Text. in authen. itaque. C. commu. de ſucceſſ. cum non nullis alijs declaratur.*

23 *Teſtatorem quotiens à legis diſpoſitione ex coniecturis apparet recedere noluiſſe, non eſt præſumendum diſpoſitionem iuri conformem efficere noluiſſe.*

24 *Subſtitutio reciproca & pupillaris intuitu ſucceſſionis non differunt, & eſt commu. opi.*

CONSILIVM X.

SPIRITVS SANCTVS inuocatus adſit.

Contigit in eadem facti ſpecie interum ambigi, cùm Magnificus ipſe Dom. Octaſius Rouiſius tres illius filios æquis portionibus moriens ſibi ipſi hæredes inſtituerit, atque his uerbis ſubſtituerit: Quod ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum quandocunque ſine filiis maſculis decederet, ſubſtituit ei pupillariter, uulgariter, & per fideicommiſſum ſuperſtites maſculos, uel eorum filios in ſtirpes, & nõ in capita. cùm D. Balthaſar impubes deceſſerit, atq; eius portio uiritim inter D. Ludouicum eius ipſius fratrem utrinque coniunctum, & Do. Marcum Antonium conſanguineum tantùm diuiſa fuit, deinde cùm ipſe D. Marcus Antonius Ioanna tantùm ſuperſtite deceſſerit, quæ ex perſona patris tùm legitimam portionem tùm ex Senatuſcõſulti Trebelliani diſpoſitione quadrantem deducere uelit, quemadmodum pater illius poterat, contendat autem Ludouicus iunior Ludouici maioris nepos ex ipſius Antonij portione primùm id deducendum, quod ipſius D. Balthaſaris obitu ei traditum eſt, quippè quòd in illius portione D. Ludouicus frater utrinque coniunctus ipſi domino Marco Antonio conſanguineo tantũ potior præferri debuiſſet: & ideircò diuiſionem ueluti errore factam & cõſenſu carentem, retractandam eſſe. Quare quæſitum eſt utra pars iuſtiorem cauſam foueat?

Et ſecundum ea quæ proponuntur, more Scæuolæ reſpondi, prima facie diiudicandum, nepotem hũc aduerſus dominam Ioannam audiẽdum uideri. Conſtat etenim Cæſareo iure diſpoſitum eſſe in fratris inteſtati ſucceſſione illum ipſum, qui utrinque cõiunctus eſt conſanguineo tantùm eſſe potiorem. §. uult autem hæc lex, ubi Accur. in uerb. meliores. Bar. & Ange. aduertunt. & §. ſi igitur, in auct. de hæred. & Falci. & §. ſuc. ceſſante, & auct. poſt fratres autem ex utroque parente. C. de legi. hæred. & auct. defuncto. C. ad Senatuſcon. Tertul. §. ſed ſi cum parentibus, & auct. itaque. C. communia de ſucceſ. ubi

1 Albe. uerſ. aut ſuperſunt. † Nec id abs re conſtitutum eſt, quippè, quòd duplici nexu coniuncti, uno tantùm iure nitentes excludere debeant. d. auct. de conſan. & uter. fra. in fi. ibi, & excludãt duplici iure utẽtes eos, qui ſolo uno ni pñt. & Gl. in d. §. uult autẽ lex in uerbo meliores in fi. ibi, quibus tribus caſibus præferuntur, qui duplici iure nituntur. & Glo. in d. §. ſi igitur, in d. auct. de hæred. quæ ab intelta. in uerbo natos, & Glo. in d. auct. itaque. C. communia de ſucceſſi. in fin. ultimæ Glo. & ibi Albe. in d. uerſ. aut ſuperſunt. & Bal. Ange Caſtrenſ. Fulgo. Sali. & Cor. in ſummario & primo notabili. & ſecundum hanc rationem, deciſionem hanc legitimam eſſe quandoque reſponſum fuit: Cur. conſi. lxxviii. nu. i. in ii. & Reuerendiſſimus Card. Pariſ. conſi. lxix. in iij. num.

2 clxxvi. & ſeq. † nec ambigi ſolet, quin in uniuerſo iure noſtro duplici ratione nitentes unica tantùm ſuffultis præferantur. §. ſed hodie, inſtit. de adoptio. ubi Gloſ. in uerbo iura, & Ange. aduertunt, concurſum naturalis rationis cum ciuili patriæ poteſtatis effectum intercedente adoptionis ipſius actus producere: & præſcriptio ex utroque temporis latere proficiſcens non ſolùm immiſſionem, ſed ipſam principalem cauſam ſopitam oſtendit. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. in fi. ubi Gl. in uerbo utro-

3 que, & Iaſ. poſt ueteres in i. not. † Qua ratione probatio ex ſcripturæ non ſolùm teſtimonio profecta, ſed & uiuæ uocis auctoritate munita ea fortior exiſtimatur, quæ ſolùm atteſtationum adminiculo fulcitur. Gloſſ. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum pet. in uerbo coniunctim, & ibi Doctor. & docuit Cur. d. l. fina. C. de edic. diui Adria. toll. nu. lxvi.

4 † Quin & ipſis quoque delictis puniendis concurſus qualitas pœnam ipſam augere ſolet. c. fin. de conſue. ubi Abb. Feli. & recentiores in primo notab. & l. iij. C. de epiſ. audien. & l. ſi gemina arbor. ff. arbo. furtim cæſarum. quocircà ob coniunctas ſceleris qualitates legiſlator pœnam dimetiri conſueuit. c. i. de treg. & pace, & l. ſi quis in graui. ff. ad Senatuſconſ. Syllan. §. fin. quòd & Reuerendiſſimus Cardin. Pariſ. aduertit. d. conſ. lxix. in iii. nu. clxxxvi. & ſeq.

5 Quare † optimo iure Iuſtinianus ſanxit utrinq; coniunctos fratres alterius prædefuncti ſucceſſione longè potiores eſſe ex altero tantùm latere coniuncto: quòd ueteres & neoterici pertractarunt, & ex facto conſulti non rarò reſponderunt: Cin. tract. de ſucceſſio. ab inteſt. in iii. par. nu. vii. Dy. tract. eo. nu. xvij. & xviij. Ang. trac. eodem char. viii. col. iii. & iiii. Matheſill. trac. eo. in iii. arti. prin. uerſ. & ſi nullus frater, & ibi moderni, & Bru. de ſtatutis ſtantibus maſculis fœminas excludentib. art. xii. q. xviij. uerſi. quæ opinio limitatur. & Bal. conſi. xvii. nu. iij. in fin. in ij. Anchar. cxix. nu. iij. ibi, quod nunquàm auditum eſt neque relatum. Alex. conſi. v. in vi. nu. iij. & nu. xii. Aret. conſi. clxiiii. in ſecundo dubio. uerſic. & primò dico. Corne. conſil. xciiii. & conſil. cclxxvi. Circa hanc, in primo, in prin. & cõſi. xiij. in j. & conſil. vii. & conſi. lj. in iii. & cclxv. in iiii. & Deci. conſ. cccexliii. nu. x.

6 Quam † quidem concluſionem eò amplius procedere receptum eſt, quamuis municipalis iuris auctoritate proximiores uocentur, adhuc enim coniũctionis utrinque prouenientis ratio haberi debet, quod Anchar. cenſuit. c. canonum ſtatuta, de conſti. q. xiiij. dictat enim hoc ſingularis iuris natura, ut minus quàm fieri poſſit communis iuris diſpoſitioni deroget. l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxalib. ubi Bald. Sali. & Fulgo. & Bar. l. ii. ff. de leg. i. uerſic. pone ſtatutum

dicit

dicit.& l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.v.q.princi. Quocircà proximiorem utrinque coniunctum in huiuſmodi quoque iurium diſpoſitionibus longè potiorem eſſe receptum eſt.Fulg.conſi.lxxxv.Capra conſ.viij. & lxxxj.Soci.conſ.lxxxix.in iiii.nu. xiiij.
7 & xv.† ubi interpretatur municipalis iuris conſtitutionem ſorores fratribus ſuperſtitibus expellentem,intelligendam,dum tamen paris ſint gradus: &
8 † idcircò utramq; coniunctam ſororem à conſanguineo tantùm fratre nõ excludi,magni nominis profeſſor Carolus Rui.reſpondit conſil.xxviij. nu. i. & iii.& & conſi.xxxii.nu.ii.& xiiij.& conſil.cix. in iij.
9 † Quamobrem, ſi municipij alicuius conſtitutione cautum ſit, mulieris contractum abſque proximioris conſenſu nullum eſſe, utrinq; coniunctum conſentire debere.Bar.ipſe reſpondit conſi.clvii.& Soci.d.conſi.lxxxix.nu.xv.in iiii.& in Rauennatis iuris interpretatione Reuerendiſsimus ipſe Pariſius reſpondit conſi.lxxxiiij.nu.ii.& iii.in ii.& conſili. cix.in iii.nu.xiij. Quocircà concludendum uideretur,D.Ludouicum in prędefuncti Balthaſaris ſucceſsione utrinque coniunctum ipſi D. Marco conſanguineo tantùm ueluti potiorem in omnibus bonis undecunque quæſitis præferendum eſſe: quod Alexandrinus Rube.reſpondiſſe uidetur conſili.lvi. nu.i.& conſi.cxlv.nu.vi.ubi rectè diſtinguit, & dominus Maria.iunior conſ.xciiii. nu.xiiii. & conſili. cxxvi.nu.iiii.lib.i.

Et quamuis ſupraſcripta concluſio in primis locum habere uideatur,cùm de inteſtati utrinq; coniuncti ſucceſsione agatur, idem tamen in præſenti negotio conſtituendum uideretur, in quo D. Oſtaſius teſtator non expreſſerit ſeſe in caſu huius ſubſtitutionis pariter tàm conſanguineum tantùm quã utrinque coniunctum uocare. Iuris enim communis diſpoſitioni ſemetipſum conformem reddere noluiſſe cenſetur.Cin.Bar.Bal.& Caſtren. l. ſi duo. ff.de acqui.hæred.Bar.l.hęredes mei.§.cum ita. ubi Cuma.Caſtren.& Alex.nu.viij.& Soci.nu.xxxi. Ripa nu.lxxvii.lxxviii.But.Imo.& Abb.c.cãm, de reſcrip.nume. i.& vi.& ſępius reſponſum extat·Cald. conſi.ii.titu.de reſcrip.Fulg.lxii. Alexan.xcii.Viſo,
10 lib.i.Signo.de Homodeis ccxlv.in fi.† Qua ratione filiorum inſtitutio, ubi municipalis iuris auctoritate fœminæ excluduntur, ad maſculos tantùm referri intelligitur. Ancha.l.tres fratres.ff.de pact.ibi,
11 Iaſ.nu.vi.† Quare & fratrum inſtitutio ad utrinque coniunctos pertinere intelligitur, quemadmodum ius ipſum diſponit.d.auct.itaque. C. communia de ſucceſsion.quod Caſtren.docuit.l.ſi. C.de uerb.ſig. ibi,ut gradatim.cùm enim teſtator fratribus prædiũ reliquiſſet, de utrinque coniunctis intelligendum interpretatur: quia id iuris ratio exigit,quam teſtõe prę oculis habuiſſe. cenſetur. d.auct.defuncto. Bar. d.§.cũ ita, & Bal.l.ii.in fi.C.de cond.inſer.& l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtitu.& in d. l.ſi duo, in ſecundo nota.& Caſtren. ſententiam Decius ipſe probare uidetur conſi.clv. nu.iii.Et ſi quis diceret iam facta diuiſione rem ueluti non integram,retractationem ipſam difficiliorem reddere.l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu.c.prætereà,c.dilectus,de ſponſ.c.ad diſſoluendum,de deſponſ. impube.ubi Doc.& l.ſicut.C.de ſ&io.& oblig.& l. ab
12 emptione.ff.de pac.Reſpõdeo,† diuiſionem ipſam bonorum errore factam ueluti legitimo conſenſu carentem retractari.l.ſi computarem. ff. familię erciſc.in fin.ibi,planè cum ſine iudice diuiſerint.& ibi Docto.omnes aduertunt.& l.ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti igno. ubi omnes colligunt ſanxiſſe Cęſarem ſiue facti ſiue iuris errore factam diuiſionẽ retractari.& in ſpecie in terminis præſentis caſus, Caſtren.ipſe docuit.l.fin.§.idem quęſiit.ff.de eod. indeb.in fin.& Bal. quandoque conſultus ex facto reſpondit conſil.ccclxxxvi.in i.Proponitur.& Dec. ccccxlv.nume.xxxi.& conſil.dc.num.viii.& ego ſępius reſpondi.

Secundò, concluſio huiuſmodi ea quoq; ratione muniri uidetur,quòd Balthaſar ipſe impubes deceſſerit, eiq; ex pupillari ſubſtitutione ſuccedatur: quare illius proximitas inſpici debet, quippè quòd pupillo ſuccedatur.§.i.inſti.de pupil. ſubſtitut. ibi, ſi uerò extiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio ſit hæres ſubſtitutus. & Gloſſ.ibi in uerbo ipſi filio,& Ange.uerſ.tertiò principaliter quæro,& l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutum. ff. de uul. & pupil.ibi,neque enim ſuis bonis teſtator ſubſtituit,ſed impuberis, ubi Bar.& Imo.in i.& ii. not.& Bart.l.ſi is, eo.tit.uerſ.pone.quẽadmodũ ex uulgari & fideicommiſſaria ipſi teſtatori diſponenti ſucceditur.§.i.inſtit.de uulg.& l.cohęredi.§.cùm filiæ.ff.
13 eo.& l.i.eod. tit.ubi Docto.aduertunt.† Quocircà Din.in d.l.cohęredi.§.qui diſcretas,eo. tit.de uulg. & pup.ſenſit utrinque coniunctum ei præferri, qui ex uno tantùm latere ſit coniunctus.quod Bar.probat, ſi de pupillaris ſubſtitutionis effectu agatur, ut pupillo ſuccedatur. utrinque enim coniunctum ſeu ipſi pupillo proximiorem conſanguineo tantùm excluſo admitti debere tradidit Bart. l.re coniuncti, ff.de leg.iii.q.iii.v.prin.& Iaſ.l.Lucius. ff. de uulga. nu.xxxii. Bart.auctoritatẽ in hac quęſtione magni ponderis eſſe teſtatur in fin.uerſ. adde.& Soc. l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.uerſ.quarta concluſio, Dini & Bartoli ſententiam in d.l.re coniuncti, v.q.princ.iii. acceſſoria ꝓbare uidetur.& Rui.conſ.xxviii.nu. ix. in iii. ex quibus iudicandum uideretur, nepotem ex D.Ludouico potiorem cauſam fouere tanquàm errore facta fuerit & abſque conſenſu diuiſio prædicta.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum uerius eſſe exiſtimo,& diuiſionem ipſam portionibus æquis inter dominum Ludouicum utrinque cõiunctum fratrem,& D· Marcum Antonium conſanguineum tantùm ipſi Balthaſari etiam in pupillari ętate decedente ſubſtitutos de bonis illius omni tùm iuris tùm æquitatis ratione munitam, retractandam non eſſe.Conſtat etenim de ſucceſsione agi à teſta-
14 toris diſpoſitione proficiſcente,† cuius quidem uoluntas ceu lex cuſtodiri debet. l. uerbis legis. ff. de uerb.ſig.§.diſponat,in auct.de hæred.& Falc.l.pen. ff.de leg.ii.l.i.C.de ſacroſanc.eccleſi.l.in conditionibus.ff.de condi.& demonſtrat. quod potiſsimùm conſtitui ſolet,& inconcuſſum eſſe, cùm illa uerbis expreſſa ſit,ac de ea conſtet.l.ille aut ille,ibi,cùm in uerbis nulla eſt ambiguitas,uoluntatis quęſtio admitti

mitti non debet.& l.non aliter.ff.de leg.iii.& c.in-
15 telligentia,de uerb.ſig.& c.Marchion.i.q.i.† Quo-
circà ordinariæ legum diſpoſitioni derogatum in-
telligitur, cùm in ſpecie teſtator ipſe diſpoſuit.l.
quamdiù.ff.de acq.hæred.l.quamdiù.ff.de reg. iur.
l.antequàm.C.cõmunia de ſucceſ.in uniuerſo enim
iure noſtro hominis ipſius prouiſio cum ad ſpeciem
referatur ueluti potior ordinariæ legiſlatoris diſpo-
ſitioni ex illius auctoritate derogat. l. ſtipulationes
commodiſsimum,de uerb.obl.l.fin.C.de pact. con-
uen.l.ſanctio legum.ff.de pęn.l.ſi hominem. ff.mã-
dat.ubi Bar.& c.i.de reſcrip.& c.ſtuduiſti, de offi-
lega.& c.generi per ſpeciem, de regul. iur. in vi.ubi
Doct. Dec.& Cagno. diffusè pertractant in d. l. in
toto.ff.de reg.iur.

Prima ergo concluſionis huius ratio ex interna
diſpoſitionis conditione elici poſſe uidetur, quippè
quòd Magnificus D.Oſtaſius teſtator tres eius filios
ęquis portionibus ſibi ex aſſe hæredes inſtituit,quos
ex eiſdem quoq; portionibus ſubſtituiſſe uideri po-
teſt.l.qui liberis.§.hæc uerba,ff.de uulga. & pupill.
16 ibi,in fi. † cùm ſubſtitutio abſque portionis taxa-
tione facta fuiſſet,eam intelligi debere iureconſul-
tus reſpondit, ut inſtitutioni correſpondeat. & in
l.j.C.de impub.& aliis ſubſt.ubi Barto. Sali.Fulgo.
Corn.& Alex.colligunt,partes in inſtitutione datas
in ſubſtitutione repetitas intelligi. quę quidem de-
ciſio etiã reſpectu pupillaris procedere debet, quo-
niam in ea quamuis pupillo ſuccedatur. d.§.i.inſtit.
de pup.in princi.tamen ex diſponentis affectione id
fieri traditum eſt.Bar.l.ii.ff.de uulg.& pup.in prin.
uerſi.ulterius quęro an tacita,ibi, poſt Guillel.Imo.
& Alex.d.§.cùm filiæ. Quare cum filius utique ſit,&
pari affectione parenti dilectus,qui tantùm conſan-
guineus eſt.l.liberorum.ff.de uerb.ſig.§.præter hæc
quoque.& idcircò ex ueriſimili mente diſponentis
ſubſtitutũ ipſum excludere exiſtimetur ex legis in-
terpretatione, nec tacitè quidem, putà conditionis
uirtute,à teſtatore uocatus.l.cùm auus.ff.de cond.&
demonſt.l.cùm acutiſsimi.C.de fideicomm.idcircò
uerius uidetur D. Marcum Antonium inſpecta ma-
gnifici Domini Oſtalij affectione,etiam ex pupil-
lari ſubſtitutione pariter cum D.Ludouico utrinq;
coniuncto concurrere debere.

Secundò idem eadem ratione probatur, quòd in
ſubſtitutione teſtator ipſe ſubiecerit, & filios eius
17 ſuperſtites ſubſtituit.unde † cùm pronomen eius pa
riter ĩſtitutos omnes ac ſubſtitutos deſignet.Bar.d.
l.qui liberis.§.hæc uerba,de uulg.& pupill. uoxq́ue
illa filios,tam de conſanguineis quàm utrinque cõ-
iunctis prædicetur; atq; ex pronominis eius adie-
ctione conſtet, teſtatorem pariter eos ſubſtituiſſe,
conſequens uidetur nullam inter conſanguineos &
utrinque coniunctos differentiam ex mente diſpo-
nentis conſtituendam eſſe.d.l.uerbis legis, de uerb.
18 ſign.cum aliis ſuperius adductis. †pronomina enim
huiuſmodi ipſos,ſuos,eius & huiuſmodi ad nomi-
nati ſubiectum diſponentis uoluntatem coarctant.
quod Bar.docuit Bal. Ang.Imo.& Alexan.d.§. hæc
uerba.& ex facto ſępius reſponſum extat.Bal. conſi.
ciii.in v.Rui.xliiii.nu.xviii.& conſ.cxvii.nu.i.in ii.
& conſi.ciii.nu.xxiiii.& conſi.cxxx. & cxliij.nu.xij.
in v. Ioan.de Amic.conſi.x.nume.xxi. Grat. Bono-
nien.nu.iii.in ij.lib.

Pręterea dictio illa,ſuperſtites ſubſtituit,idẽ ſua-
dere uidetur, cùm tàm in conſanguineo, quàm in
utroque coniuncto uerificari poſsit. l. qui ſuperſti-
tis.ff.de acqui.hæred. §.i.inſtit.de donat.in princip.
Quamobrem clarè conſtat, eam fuiſſe diſponentis
mentem,ut conſanguineum uoluerit unâ cum utrin
que cõiuncto portionibus ęquis ex ipſa ſubſtitutio-
ne admitti: vñ ab ea recedere impium ſit.d. l.i.C.de
ſacroſan.eccle.& l.cùm uirum.C.de fideicom.

Tertiò inde ulterius concluſio probari poſſe ui-
detur, quòd teſtator ipſe uulgariter,pupillariter, &
per fideicommiſſum præcedentibus abſque ma-
ſculis filiis illius ſubſtituerit.At ſi ex uulgari ſeu fi-
deicommiſſo ſuccederetur, abſq; dubio conſangui-
neus tantùm unâ cum utrinque coniuncto admitte-
retur. Doctores d.l.cùm hæredi.§.cum filię,& inſtit.
de uulg.in princ.Quapropter idem concludendum
uidetur, illum ipſum uoluiſſe, ſi ex pupillari ſucce-
19 deretur.† quippè quòd media ex extremis declarari
cõſueuerint.c.inter dilectos,de fide inſtru.ubi But.
Abb.& Feli.aduertunt,& c.accedẽs,ubi Glo.de cõ-
uerſ.coniuga. aliàs diſpoſitio hęc inęquali lance cẽ-
ſeretur,quod perabſurdum eſſet.l.iam hoc iure. ff.
de uulg.& pup.ubi Bar.Imo.& Aretin.& l.eum qui
ædes, ff. de uſucapionib. idq́ue potiſsimùm, cùm
20 † uox illa filios,pluralis numeri utrunque compre-
hendat,tam utrinque coniunctum,quâm conſangui
neum tantùm. Bar.in l.fin.ff.ad Senatuſcon.Trebel.
Alex.d.§.qui diſcretas.quam ſententiam plures ſe-
quuti uidentur.Bald.in l.in teſtamento. C. de mili.
teſtam.q.v.uerſ.tu dic contrà,num. x.ubi docuit in
reciproca ex patris affectione conſanguineum pari-
ter cum utrinque coniuncto admitti.& Angel.ibidẽ
21 docuit nu.v.uerſic.quid autem ſi quis, ubi † gene-
ralem illam rationem adducit,qua dici ſolet, in ſub-
ſtitutionibus ipſis ex diſponentis affectione ſuccedi.
unde tàm conſanguineus quàm utrinque coniun-
ctus pariter admitti debeat.Sali.ibi.nu.xxi.& Io. ab
Imo.poſt Bar.in l.Lucius.ff.de uulgari & pupi. ſen-
tentiam hãc tuetur, eamq́ue communem atteſtatur,
& Are.in fin.aduerſus Din.communem ſententiam
ueriorem fatetur, & Iaſ.ibidem nume. xxxii. in fin.
uerſi.fateor, ex mente Doctorũ atteſtatur ex pupil-
lari pariter utrũque admitti.& ibidem Io.ab Imo.&
in c. Rainutius,in materia reciprocæ ſubſtitutionis,
de teſta.nu.xiii.q.xii.& Crot.in l. re cõiuncti,in iii.
acceſſoria quintæ q. principalis communem hanc
ſententiam atteſtatur,& Ripa ibi nume.ccxvi.magis
communem fatetur,& Alcia.q.pen.aduerſus Din.&
Bar.receptiorem doctorum ſententiam atteſtatur in
d.l.Lucius.q.ult.& ex facto quandoque reſponſum
extat:Alex.conſil. xxx.nu. ii. in ii.& Grat. Bono-
nien.in terminis præſentis negotii reſpondit conſi.
xviii.nu.x.& nu.xx.& nu.xxiii.in ii.ubi omnibus in
oppoſitum adductis reſpondet.ex quibus conſtet ab
hac ſententia ueluti crebriore in iudicando recedẽ-
dum non eſſe.l.i.ff.de officio.Quæſt.ibi, ſanè cre-
brior eſt.& c.nouimus,de uerbor.ſignificatione,ubi
Butr.& Abb.& Alex.conſi.xlii.nu.xxi.lib.j.& conſ.
cvii.nu.xv.in ij.

Non

22 † Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum & primò, quòd Cæſarea diſpoſitione utrinque coniunctus conſanguineis tantùm præfceatur. d. auct. itaque d. auct. ceſſante, & d. auc. defuncto, cum aliis ſuperius adductis: quia loquuntur in cauſa inteſtati & tranſuerſalium, ut ibi Docto. declarant: hîc autem agitur de hominis ipſius diſpoſitione exequẽda; unde aliud eſſe dicendum eſt, quippè quòd hæc ueluti ſingulari ratione munita generalia normam inflectat. d. l. fio. C. de pac. conuent. d. l. in toto. ff. de reg.
23 iur. cum aliis ſuperius adductis. † Conſtat etenim pluribus ſuperius diſcuſsis coniecturis, teſtatorem ipſum à legis diſpoſitione recedere uoluiſſe. d. l. j. C. de impub. & alia ſubſt. unde præſumi non poteſt, ut diſpoſitionem iuri cõformem efficere uoluerit. Bar. d. l. hæredes mei. §. cum ita, cum aliis ſuperius adductis.

Secundò non mouet, quòd ex pupillari ipſi pupillo ſuccedi dicatur, d. §. i. inſti. de pup. ſubſtit. unde, qui ei ſit proximior, perpendi debeat. d. §. ceſſante, & Din. d. §. qui diſcretas, & Bartol. d. q. iii. quintę principalis. quia immo cùm ex teſtatoris affectione ſuccedatur. d. §. hæc uerba, ubi Bar. Imo. Alex. & Iaſ. & idcircò pariter conſanguineum atq; utrinq; coniunctum teſtator ipſe diligere pręſumatur. Bart. d. l.
24 ij. ad fin. de uulg. & pup. † meritò inter reciprocam atque pupillarem ſubſtitutionem ſucceſsionis intuitu differentiam nullam conſtituendam eſſe frequentius receptum extat. Doctò. d. l. Lucius. q. ulti. Ripa & Alcia. d. l. re coniuncti. ff. de leg. iii. q. iii. acceſſoria quintæ principalis Barto. Idque præſertim, cùm inſtitutio ipſa portionibus ęquis expreſsè facta ſit: unde filiorum & ſuperſtitum facta ſubſtitutio eidem correſpondere cenſetur. Docto. d. l. fin. ad Senatuſcoſ. Trebell. Alex. d. conſili. xxx. & Grat. d. conſ. xviij. Quocircà diuiſionem ceu rite factam non retractandam, diiudicandum cenſeo: & idcircò ipſi D. Ioannæ duas quartas liberam deducendi ex paterna ſubſtantia facultatem competere.

Laus Deo trino & uno. Patauij, vj. idus Febr. 1553.

Portius Forocornelien. ex facto conſultus ſecundum præmiſſa reſpondit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Coniunctio ipſa unit, etiam quæ minima ſunt, ſectio autem quæque maxima diſſoluit.*
2 *Monarchiam præſtantiorem eſſe Ariſtocratia, atque Oligarchia.*
3 *Regnum, ut ad primogenitum pertineat, qua ratione inductum fuerit.*
4 *Ducatum, Marchionatum, & Comitatum feuda eſſe indiuiſibilia, ideoq; ad natu maiorem pertinere.*
5 *Diuiſio prædiorum minuta, parit incommoda.*
6 *Diuiſio an ſit alienatio.*
7 *Senioribus, natuq; maioribus deferendum eſt.*
8 *Prior in tempore potior eſt in iure.*
9 *Primogenituram eſſe iuris Diuini.*
10 *Caſus non expreſſus pro expreſſo habetur, quoties legitima coniectura deprehendi poteſt, teſtatorem ita etiam diſpoſuiſſe.*
11 *Rumor falſus non ſolet obeſſe.*
12 *Fœminarum excluſio ad familiæ propagationem & honorem pertinet.*
13 *Diuitiæ dignitatem ſplendoremq; generis conſeruant.*
14 *Statuta fœminas à parentum ſucceſſione ſtantibus maſculis excludentia, eſſe legitima.*
15 *Statuta de quibus ſuprà eſſe fauorabilia, & hoc receptius eſſe inter Doctores oſtenditur.*
16 *Teſtamentum patris irritum eſſe ob filiorum præteritionem.*
17 *Mentem teſtatoris exequendam eſſe.*
18 *Mentem diſponentis ex uerbis colligi.*
19 *Contractibus in ipſis id quod actum eſt inter partes ſequi debemus.*
20 *Iuſtitiæ uirtus etiam in modico conſiſtit, cuius norma uel minima facti qualitate inflectitur.*
21 *Filios alendos eſſe à parentibus.*
22 *Teſtatoris mentem ita demum cuſtodiendam eſſe, ſi uerbis modo aliquo fuerit declarata.*
23 *Tex. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtitu. declaratur.*
24 *Caſum omiſſum pro omiſſo habendum.*
25 *Verba ideo inuenta, ut noſtram explicent mentem.*
26 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates ualidum eſſe.*
27 *Executio de perſona ad perſonam difficulter fieri ſolet.*
28 *Qualitas in primo caſu expreſſa, quæ tamen in ſecundo non fuerit repetita, non intelligitur in eo adiecta.*
29 *Voluntas in ipſius cordis intimo receſſu repoſita eſt.*
30 *Coniecturis intentionem expiſcare debemus, ubi ceſſant uerba.*
31 *Societas inter fratres contracta an cenſeatur ex cohabitatione atque conuictu.*
32 *Caſus omiſſus ſub iuris diſpoſitione remanet.*
33 *Aequalitas inter liberos ſeruanda eſt.*
34 *Primogenituræ conditio regulariter in ſucceſſionibus non attenditur.*
35 *Text. l. tale. §. pactum. ff. de pac. exornatur.*
36 *Extenſionem iurium nequaquàm faciendam.*
37 *Maſculorum qualitas an repetita cenſeatur agnationis conſeruandæ cauſa.*
38 *Tex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad S. C. Trebel. cum nonnullis alijs iuribus declaratur.*

CONSILIVM XI.

PROFICISCATVR À PATRE cœleſti plantatio mea. Mathęi xv. ut ſententiæ meæ uirtus non ex animali uoluntate, ſed ex illa ęterna & incommutabili proficiſcatur. j. Corinth. vj. quam diuus Ambroſ. uerè ſpiritalem appellat libro de uocatione omnium gentium lib. j. c. ij. in fine.

ANDREAS Sclapntius moriens teſtamẽto cauit, ut quædam illius ſaliæ fodinę ad eius ipſius filios pleno iure pertinerent, quos inuicem ſubſtituit. & ſi quis eorum plures filios ſuſciperet, portionem illius ad maiorem natu ſpectare pręcepit: ea quidem lege, ut filię ab ipſarum ſalinarum ſucceſsione perpetuò excluderentur. unde & nouiſsimo inſtitutorũ abſq;

filiis maſculis decedēti Xenodochium ipſum ſeu ho-
ſpitale ſubſtituit. Cōtigit Ioannē deceſsiſſe Andrea
filiorū maiore relicto, ex quo Ioſephus nepos ſuper-
ſtes fuit, demum Bernardino uno ſuperſtite Berto-
nius obiit, cuius quidem ſemine Paulus maior &
Iacobus minor propagati fuerunt.. Quęſitum fuit,
utrum ſecundum teſtatoris ipſius iuſſum Paulus ip-
ſe cùm maior eſſet Iacobum minorem, non ſolùm
paternæ portionis intuitu repellere debeat, uerùm
& Ioſephi quoque patruelis tanquàm ſingulari te-
ſtatoris diſpōne muniens, eo potior ſit, perinde ac
ſi maioris ętatis qualitas illa attenta, inter liberos re-
petita cenſeatur? Et ſecundum ea quæ preponuntur
reſpondendum duxi. prima quidem facie maiori na
tu paſsim & perpetuò conſultum uideri. hac enim
ratione impulſus teſtator id ipſum cauiſſe exiſtima
tur, ut difficiliorem huiuſmodi bonorum deſsipa-
tionem induceret. l. iij. ff. familię ercisſ. ibi, partium
ſolutio. & l. communi, diuidūdo. ff. eo. ubi Doc. ad-
1 uertunt. † Solet etenim coniunctio ipſa, quæ mini-
ma ſunt prorſus munire, ſectio autem maxima quæ-
que non ſolùm diſſoluit, uerum etiam diſsipat. l. j. §.
in plures. ff. de exercit. ubi Alberic. uerſ. ex prædi-
2 ctis, & l. ſi pupillorum. ff. de rebus eor. † Qua ratione
Ariſtocratia ipſa & Oligarchia pręſtantiorem Mo-
narchiam Stagirita cenſuit xij. Metaphyſ. & capi. in
apibus, vii. q. j. quod quandoque diſcuſsi rubri. de
conſtitutionib. in illa q. utrum Chriſtianiſsimus
Francorum Rex ſecundum iuris rationem Cæſari
3 faſces ſubmittere teneatur. † & idcircò regnū ad na-
tu maiorem pertinere conſtitutum fuit. c. licèt, de
uoto, ubi Gloſ. ubi Hoſtien. Io. Anđ. Butr. & Abb.
colligunt, ne aliter ex ipſa diuiſione regnum colla-
befactaretur. Guil. Bal. Iaſ. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit.
& iure. & Bald. l. cum antiquioribus. C. de iur. de-
4 libe. † quod ipſum & in Ducatu, Marchionatu
atque etiam ipſo Comitatu, Federici conſtitutione
ſancitum, necnon & Pontificia lege decretum fuiſ-
ſe exiſtimatur. c. i. §. prætereà, de ꝓhibita feudi alie.
per Feder. & c. intellecto, de iureiur. & d. c. licèt, de
uoto. quare & ſubiecta huiuſmodi inter ea connu-
merari ſolent, quæ nullam prorſus diuiſionem re-
cipiunt. l. iiij. §. Cato, & l. ſtipulationes non diuidū-
tur, ubi Alber. Bar. Alex. Iaſ. & Alcia. ix. limitatione,
& l. in exequutione. §. pro parte. ff. eod. & l. an hęre-
des. ff. familię erciſcun. Hinc præbendarum quoq;
ſectionem non facilè Pontifex ipſe ſummus per-
5 mittere conſueuit. c. maioribus, de præben. † præ-
diorumq́ue ipſorum minuta partitio difficiliorem
emptorē reddit. c. ex literis, de pign. ubi glo. in uerb.
minutias. Quocircà pupillorum prędia diuidi niſi
eorum utilitas aliud ſuadeat, prætor ipſe non facilè
permittit. d. l. ſi pupillorum, ubi Doc. & §. ſi commo-
6 dè, inſti. de officio iudicis. † Quæ cùm huiuſmodi
ſint non defuerunt, qui diuiſionem ipſam quandoq;
ſimpliciter alienationem tradiderint. Bal. c. i. de ꝓ-
hibita feudi aliena. quandoquè illius ſpeciem, idem
Bal. l. i. C. ſi aduerſus tranſac. & Dec. conſi. lxxxviii.
in fin. nonnulli uerò uenditioni perquàm ſimilem.
Specul. tit. de feudo. §. ij. uerſ. xxxi. Bart. l. i. C. com-
munia utriuſque iudic. & Corn. conſil. iiii. litera B.
in iiii. Quare, cùm in propoſito caſu Paulus ipſe
11 natu ſit maior, & teſtatoris ipſius prouiſione in ſali-
nis ipſis maiorem pręferri caueatur, omninò potio-
7 rem illum exiſtimare debemus. nam † & quod ad ho
norem attinet, prius in lucem editis Romano more
deferri conſueuit. l. ſemper. ff. de iure immu. c. i. &
iii. de maio. & obe. Doc. l. cùm quid ſi cer. pet. quod
diffuſius diſputaui ad Reuerendiſsimum Mignanel-
8 lum pro domino Anſouino Camerte: † ſiue de pi-
gnoris conſtitutione agatur, ſiue de operum loca-
tione, ſiue feodorum acquiſitione, ſiue cuiuſcunque
actus conditione perpendenda prioris qualitatis ra-
tio haberi ſolet. l. in operis. ff. locar. ubi Caſtrenſ. l.
qui prior. ff. qui potiores in pignor. l. quoties. ff. de
reg. iur. ubi Deci. & c. prior, eod. tit. in vi. & c. i. de
eo qui ſibi & hęred. ubi Bal. & idem l. vnica. C. quā-
do non peten. part. nu. ix. & pertractauit Neguſan.
in tractat. pignorum in prima pat. & uidit Dec. con-
ſil. lxxxv & xcij.
9 † Fuitq́ue & uetuſtiſsimæ legis diuinitùs datę di-
ſpoſitione ipſius primogenituræ non contemnendū
ius. c. quàm periculoſum, vij. q. j. ubi Glo. Archid. &
Reuerendiſsimus Card. Turrecrem. Vnde & Rebec-
chę matris uerſutia, Iacob fratris Eſau primoge-
nituram & benedictionem præripuit. xxiiij. & xxv.
Geneſeos, ipſum ſupplantando, ut ſecundum ęter-
num præpotentis Dei inſcrutabile conſilium maior
ipſe minori deſeruiret. quod Paul. Romanos docuit
c. nono. Quamobrem mirum nō ſit, hunc ipſum te-
ſtatorem ſalinas ipſas ad maiorem natu pertinere
uoluiſſe, ut earum dilapidationem difficiliorem
redderet. Gl. ultima in uerſ. nā quam aliam. l. quāuis
C. de fideicom. ubi Bal. Ang. & Sali. & Iaſ. auct. quas
actiones. C. de ſacroſanc. eccl. nu. xxii. & §. omnium,
inſtit. de actio. idem in Paulo quoque pronepote,
qui maior eſt, teſtatorem ipſum uoluiſſe exiſtimare
debemus: cùm id ueriſimiliter uoluiſſe intelligi
poſsit, & idcircò ab eius uoluntate recedendum nō
ſit. l. non aliter, de leg. iii. & l. cùm uitum. C. de fidei
comm. & l. hæredes mei. §. cum ita, ad Senatuſconſ.
Trebell. ubi Soci. poſt alios uoluntatem etiam ex
coniecturis eius, qui teſtatur, elicitam, exequendā
aduertit.

Secundò eandem quoque ſententiam probabi-
liorem reddit legitima hęc coniectura. Fingamus
uiuentem ipſum teſtatorem ſuper hoc caſu interro-
gatum fuiſſe? ſanè nemo inficiari poſſe uidetur, quin
quemadmodum maiorem inter nepotes in ſalinarū
ſucceſsione minori prætulit, fœminasùe ipſas inde
perpetuò excluſit, quin idem inter pronepotes cō-
ſtitutus fuiſſet, ſi id euenturum cogitaſſet. Quocircà
caſus huiuſmodi ex iuris interpretatione non uidea
tur omiſſus. l. tale pactum. ff. de pac. in Glo. ul. in fin.
cui adſtipulantur Alb. Barto. Bald. Caſtrenſis, & Iaſ.
10 & plures adducit Alci. iii. de uerb. ſig. in prin. † Nec
nouum eſt, cuiuſdam ſequelæ uirtute caſum diſpo-
nentis uerbis non expreſſum, pro omiſſo non ha-
beri, ſi idem omninò teſtatorem diſpoſuiſſe legi-
tima coniectura deprehendatur: ueluti, cùm non
nati inſtitutionem Pau. Iuriſc. ex mente diſponen-
tis non irritam reſpondit, quamuis eadem die iuri
inſcio teſtatore editus eſſet. l. Titius. §. Lucius. ff. de
lib. & poſthu. & eo caſu, cùm pater ſub hac uerbo-
rum

rum conceptione , ſi intra decimum menſem à die
mortis filium inſtituat, quamuis eo uiuo natus pro-
ponatur, rite tamen inſtitutum Cæſar ipſe ſanxit. l.
ſi.C.de poſthum.hære.inſtit.& cùm prætatus diſpo-
ſuiſſet his uerbis;quia hæredes quos uolui habere nõ
11 potui, talem inſtituo ; † rumore ipſo ea rei euiden-
tia detecto filio Imperator ea teſtatoris uolũtate in-
ſtituto ſubueniendum conſtituit.l.ſi.ff.de hæredib.
inſtitu.Quocircà receptum eſt in huiuſmodi ſpecie-
bus , quibus diſponens teſtator expreſsè cauiſſet , ſi
futurum euentum præcogitaſſet,auctoritate legis ex
bono & æquo pro cauto habendum. Docto. d.l.tale
pactum.ff.de pact.& l.fidcicomm.§. ſi cui.ff.de leg.
iij.& l.iij.C.de.de inſtit.& ſubſtit. & l.mulier. ff. ad
Senatuſconſ. Trebell. quibus caſibus Pomponij re-
ſponſum non procedere receptius eſiſtimatur.l.cõ-
modiſsimè.ff.de lib.& poſth.ubi Alex. Iaſ.& Alcia.
poſt ueteres.l.Gallus, §. & quid ſi tantùm. eod.titu.
ubi omnes aduertunt.& l.ſi quam dotem.ff.ſolu.ma-
trimo.Quare uiriſimilius cẽderi poteſt,maioris ęta-
tis qualitatem inter nepotes expreſſam , quod ad ip-
ſos pronepotes attinet,repetitum intelligi. Alexand.
conſ.xxvj. Videretur,in iij.& Alci.d.lib.iij. de uerb.
ſignifi.char.laj.

Tertiò concluſio eadem ab enixa diſponentis mẽ-
te agnationem propagare uolentis , dum maiorem
minori præferri uoluit,& fœminas ipſas perpetuò à
maſculis pręferri pręcepit:vnde dupliciter agnatio-
nis commodum diſponentem prę ocolis habuiſſe,cõ
cludi poſſe vr̃; et idcircò tàm enixa uoluntas prorſus
cuſtodienda cenſeri debet.d.l.uerbis legis,de uerbo.
ſignif.cum alius ſimilibus ſuperius adductis.& c.j.de
tregua & pace.& auct.itaque.C. cõia de ſucceſ. & in
auct. de conſang. & uterin.fratrib.in prin.& l. Bali-
12 ſta.ff.ad Senatuſcõſ.Treb. † nec ambigi debet, quin
fœminarum excluſio ad familiarum ipſarum propa-
gationem pertineat , ꝙ legiſlator quandoq; perpen-
dit.§.cæterùm,inſti.de legit.agna.ſucceſ.& §.media.
13 eo.tit.& l.lege.C.de legi.hære. † quippè,ꝙ deficiẽ-
tibus diuitiis earum dignitas ac ſplendor ſordeſcat.l.
j.ad ſi.ibi,uerſ.publicè.ff.de uent.inſpic.l.bonorum.
§.bona.ff.de uerb.ſign.ibi,beant,aduertit Alci.diui-
tes idcircò beatos appellari quòd aliis facilè prodeſ-
ſe poſſint.l.quiſquis.ff.ad leg.Iul.maieſt.l.j.ff.de te-
ſti.l.j.ff.de cuſtod. reis. ibi, propter ampliſsimas fa-
14 cultates.& §.ſancimus,in auct.de teſti. † Qua ratione
ſingularia ipſa iura maſculos in parentum ſucceſsio-
ne fœminis pferentia ob publici commodi cãm legi
tima eſſe creduntur,quod ueteres ſæpius pertractã-
do concluſerunt, & ex facto reſpondẽdo Guilelm. à
Monteferr.tract.de primogen.nu.xij.& xv. Marti. à
Laude tract.eo.q.a.aj.& xij.Io.Leicir. tracta.eod.in
prin.& q.vij.lib.j.& Zaſ.tract.feud.viij.par. nu.alvj.
Anchar.conſ.caij.Ang.lxviij. Ana.lxxxix. Alex.cxij.
& eaavj.in iij.Cũ.n.mulieres uiris collocari cõſueue
rint,ſuã quidẽ potius agnatiõẽ extinguere uidentᷓ,
l.pnunciatio,in ſi.de uerb.ſig.l. cùm legitimè.ff.de
ſtatu hom.& §.j.inſt.de patr.pateſt.& alienã augeãt,
tùm bona in eã transferendo, tùm fœtus edendo. §.j.
inſti.de legit.agna.tute.& eo.tit.de nupt.C. & inſti.
idcircò municipalia huiuſmodi iura ad publicã uti-
litatem pertinere eredũtur.l.j.§.quòd ſi ſeruus, uerſ.
pub.de uẽt.inſpi.& l.j.C.de aduo.diuerſ.iud.& l.ad-
15 uocati,eo.tit.ubi Bar.& l.j.C.de digni.lib.xij.† Quo
circà receptius eſt , eorũ ipſorum diſpoſitionem in-
terpretatione iuuandam. Io.And. in Specul. de ſuc-
ceſ.ab inteſt.in rub.de teſtam. Cin. Albe.Bal.Ange.
Cuma.& Salice.l.maximum uitium.C.de libe.præt.
& pertractatum ſæpius extat: Laur.Palatius in tract.
de ſtatutis fœminas excluden.Bru.tract.eod.art.xij.
q.vij.Alcia.lib.iij.de uerbor.ſignifi.Soci.conſ.aij.in
iij.& conſ.xlvij.nu.v.& vj.eod. lib. & conſ.lj.in iiij.
Cur.ſeni.conſ.ix.Cur.iuni.conſi.v.Deci.conſ.av.&
cv. Quamobrem Iuſtiniani conſtitutioni ex prędi-
ctis & infra dicendis ſæpius derogatur,in qua ſanxit,
fœminas ipſas vnà cum maſculis pariter uocandas.l.
16 maximum uitium.C.de lib. præterit. uel exhęr. † ne
aliàs earum præteritione quemadmodum & filiorum
paternũ elogium irritũ eſſet.l.lege aij.tab.C.de legi.
hæred.§.non autem, in auct. quib. mod.natur.l.j.de
irrito teſta.& l.filio,eod.tit.& l.ſi filius qui in pote-
ſtate,& l.inter cætera.ff.de lib.& poſth.quod plures
cõis iuris attenta diſpoſitione conſulti rñderũt: Bal.
conſ.laviij.& cix.in j.& aaxvj.in iij.& acv.in iiij. &.
ccelxxxvj.in v.Ang.aciiij.Pro parte.Dec.cv.Pariſius
liiii.in ii.vñ coniectura nõ leuis elici poſſe vr̃, teſta-
torem huiuſmodi maiorem inter nepotes minori p̄-
ferẽs,idẽ inter pnepotes repetiiſſe intelligi: quippè
ꝙ ea huiuſmodi interp̄tatiõe finẽ ſibi ppoſitũ,nẽpè
agnationis propagationẽ cõſequutus uideri poſsit.

Quartò ab actus natura eãdem concluſionẽ pro-
17 bari poſſe vr̃,† conſtituit enim legiſlator teſtõris mẽ
tem prorſus exequendã eſſe.d.l.uerbis legis. d.§.di-
ſponat.d.l.in conditionibus, de cood.& demonſt.&
l.cùm uirum.C.de fideicom.& l.pen.de lega.i.quod
humanitatis ipſius intuitu legiſlator diſpoſuiſſe cen-
ſetur.Glo.i.l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſtit.Abb.
rub.de teſta.inſtit.de codicill.in prin. Socin.rub.ad
Senatuſconſul.Trebel.& Alcia.rub.de vulg.& pup.
vnde,cùm fœminas huiuſmodi teſtator repelli præ-
ceperit,non abſq; legitima cã idem cauiſſe intelligi
debet;quippè ꝙ appareat agnationis propagationem
illum ipſum præ oculis habuiſſe.l.filiusfami.§.Diui.
de leg.i.ibi,ocç cãm exprimunt.l.codicillis.§. inſti-
tuto,& §.matre,de leg.ii.& l.peto.§.prædium, & §.
fratre,eo.tit.vnde ſola diſponẽtis mens huic ipſi di-
ſpoſitioni ſufficere vr̃, ut maioritatis qualitas inter
pronepotes repetita cenſeatur.d.l.pen.ff.de leg.ii.&
l.cùm proponebatur,eo.tit.& l.fideicõ.§. itẽ ſi quis,
de leg.iii.ubi Gl.ſuper uerb.uolũtatẽ, & §. hæc uer-
18 ba. nec me latet† maximè naturaliter mentem ipſam
ea uerbis eius ipſius qui diſponit,colligi ſolere.l.La
beo,de ſuppel.leg.quod Ariſt.docuit in pfatione li-
bri ď interpret.& idcircò in actionibus humanis nõ
facilè ſupplet legiſlator, quod diſponcus uerbis ex-
primere debuerat.l.ueteribus.ff.de pact. l.quicquid,
de uerb.obl.l.quidã cũ filiũ.ff.de hęred.inſtit.l.com
modiſsimè,de lib.& poſth.l.ſi quã dotẽ,ſolu.matr.l.
ſi extraneus.ff.de condit.ob cau.l.vnica. §. ſin ſũt ad
deficientis.C.de cad.tol.Nihilominus,cùm res,mẽs
& ratio potiora ſint , quorum demonſtrandorum cã
uerba ipſa inuenta fuerint.c.intelligẽtia,de uerb.ſig.
c.Marchion.i.q.i tot.titu. C. plus ualere quod agit,
docuit Goff.in ſumma de priui.in prin. Alciat.rub.

19 de uerb.& rerum ſignif. † idcircò conſtituerunt le-
giſlatores & in contractibus ipſis id, quod actum eſt
inter partes perpendi debere. l. in conuentionibus.
ff.de uerb.ſign.l.non figura.ff.de act.& oblig.l.ſem-
per in obligationibus.ff.de reg.iu.& idcircò uerbo-
rum uim,prout ſubiectæ rei ratio poſsit,reſtringen-
dam eſſe,conſtitutũ fuit.c. in nr̃a, de iureiu.l.ſi vno.
ff.loca.l.ſi inſulam, de pręſcr.uerb. c.qui in tantũ,de
ſimo. Quare in ultimis uoluntatibus multò fortius
id ſancitum fuiſſe, quilibet ſibi perſuadere poteſt:
quippè ꝙ lex illa plenius interpretari permittit.l.in
teſtamentis.ff.de regu.iur.c.cùm dilecti,de donat.&
idcircò qñq; mentem ſolam in his,qñq; magis quàm
uerba inſpiciendam,reſponſum & cõſtitutum extat.
l.cùm auus.ff.de condit.& demonſtra.& d.l.hęredes
mei.§.cùm ita,ad Senatuſconſ.Trebell.& d.l.pen.de
leg.ij.& l.cùm uirum.C. de fideicom. & l.cùm acu-
tiſsimi.C.eod.tit.Quamobrem,cùm in præſenti ca-
ſu ea ipſa,quæ ſcripta ſunt,congruant menti diſpo-
nentis,qualitatem illam maioritatis repetitam diiu-
dicare debemus;perinde ac ſi id teſtator ipſe expreſ-
ſiſſet.l.vnum ex familia.§. ſi omiſſa ſint.ff. de leg.ij.
ubi Bar. Albe.Cuma.& Imol.ueluti cùm maſculini-
tatis mentio inter oẽs deſcendentes ſit: idcircò repe
tita cenſetur, cùm fęminis certam diſponens portio-
nem aſsignauerit. Caſtren.conſ.lxxvij.Caſus frequẽ-
ter.& cclvij. Viſo.lib.j. Cuma.cõſ.cxvij. Abb.xxx-
vj.Videtur,lib.j.Alexan.lj. Circa hanc, in iiij.Deci.
cxviij.nu.ij.uerſ.ſecus ſi expreſsè,& 271.&485.

Quibus tamen non obſtantibus ſecundum ea quę
proponuntur,more Scęuolæ Iuriſconſulti, oppoſitũ
20 uerius eſſe exiſtimo. † nam & in medio iuſtitię uir
tutẽ conſiſtere ſæpius Philoſopho placuit:cuius qui-
dem norma uel minima facti qualitate inflectitur. l.
ſi ex plagis.§.in cliuo capitolino.ff.ad leg. Aqui.ibi,
in facto ius poſitum eſt. Din.Alber.& Florian.de S.
Petro in ſecundo ſummario aduertunt. Conſtat ete-
nim naturali ratione inſpecta maſculorũ & fœmina-
21 rum conditionem ęqualem cenſeri:† cuiuſq; enim ſe
xus editos,parens ipſe educare tenetur.l.j.§.ius natu-
rale.ff.de iuſtit.& iur.l.ſi quis à liberis.ff.de lib.agn.
l.j.& ij.C.de lib.alen.Quocircà in parentum ſucceſ-
ſione eos ipſos ęqua lance Iuſtinianus ipſe uocauit.
l.maximum uitium.C.de lib.pręterit.& auct.nouiſ-
ſima.C.de inof.teſta. cui diſpoſitioni eatenus dero-
gatum exiſtimatur,quatenus teſtatoris uerba id ſua-
dent tanq̃ ſpecialem prouiſionem inferentia. d.l.fi.C.
de pact.conuen.& l.ſanctio legum.ff.de pœnis.

Quocircà,cũ primogenitũ duntaxàt ipſorũ nepo-
tũ teſtõr ipſe ꝑtulerit, & ipſos pronepotes ſilẽtio in-
uoluerit,à iuris diſpoſitione recedendũ non eſſe,cõ-
cludendum uidetur.d.licèt, & c.præter eà, de uoto,
ſumpto loco communi & à ſingulari ratione.

22 Secundò,† vulgò circumferri conſueuit,teſtatoris
mentẽ ita demum cuſtodiẽdam eſſe, ſi uerbis aliquo
pacto expreſſa ſit:quod cùm reſpectu pronepotum in
præſenti negotio factum non ſit,ab ipſius diſponen-
23 tis mente ratiocinari non poſſe uidetur. † l.quidam
cùm filium.ff.de hęred. inſtit.ibi, qui compatris of-
fenſam uereretur,ab eo qui impetrauit,ut amicum il
lius inſtitueret. & ibi, nec quidquam ab eo petitum
eſt.vnde Alberi.Bald.& Ioan.ab Imol.colligunt ex
mente defuncti ratiocinari non poſſe,cũ uerbis ali-
quo pacto expreſſa nõ ſit.& quãuis Cuma. ibi nu.ij.
aliter interpretetur,ſentiatque fideicommiſſum po-
tuiſſe peti dummodò teſtatoris uoluntas uel tacitè
ex coniecturis colligi potuerit.d.l. licèt Imperator,
de leg.j.& l.cùm proponeretur.& l.ex facto,de hęre.
inſti. vñ ſubiicit idcircò Aphricanum non poſſe fi-
deicommiſſum peti rñdiſſe, quòd noluiſſet teſtõr eũ
incognitum grauare.nam ueterum ſnĩam ea rõne de-
fendi poſſe exiſtimo,ut Aphricani rñſum intelliga-
tur ea ratione procedere,ꝙ nihil ab ipſo teſtatore pe
titũ fuiſſet.qua ratione Scęuolę rñſum niti exiſtima-
tur, poſthumi inſtitutionem eo caſu ualere conſti-
tuentis,qui ex uerbis concipi poſsit. l.Gallus.§.qui-
dam,ff.de lib.& poſth. ubi Doct. & uidit Bal.d.l.cũ
proponebatur.& c.ſecundò requiris,de appel. & do
cuit Alcia.l.j.ff.de vulg.& pup.& Dec.conſ.ccxviij.
nu.ix.plures adducit.Quocircà,cùm in pñti negotio
diſponentis uerba deficiant, rationi congruum non
eſſe vr̃, ut hominis diſpoſitionem inter nepotes lo-
quentem,ad iuris communis correctionem extẽda-
mus.l.ſi mater.C.de inoff.teſta.& d.l.maximum ui-
24 tium. C.de lib.præt.† quinimmo & fortius Iuſtinia-
nus ſanxit, hominẽ non cenſeri id uoluiſſe,quod uer
bis non expreſsit.l.vnica §. ſin aũt ad deficiẽtis.C.de
cad.toll.ubi Bal.Fulg. & Salic. colligunt. Et idcircò
Pomponij rñſum interpretatur, omiſſum caſum pro
omiſſo habendum eſſe.l.commodiſsimè.ff.de lib. &
25 poſthum. † cùm enim legiſlator uerba ideò inuenta
fuiſſe animaduerterit, ut eiua qui diſponit, mentem
explicent.l.Labeo.ff.de ſuppel.leg.idcircò in huma-
nis actionibus ſupplere non conſueuit.l.ſi cùm dotẽ.
ff.ſolut.matri.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cauſ. for-
tius in huiuſmodi aduerſus eum, qui ex diſpoſitione
ambigua nititur inde parum iuuari ſolet, quippè ꝙ
aduerſus illum interꝑtatio fieri conſueuerit. l. uete-
ribus.ff.de pact.d.l.quicquid adſtringendæ. & l. ſti-
pulatio iſta.§.in ſtipulationibus.ff.de uerb.obliga,&
dixi in d.c.in præſentia, de probationib. in princip.
26 † nam de contractibus ad ultimas uoluntates ratio-
cinari ſolemus.l.quæ de legato.ff.de leg.j.ubi Alex.
& Iaſ. poſt ueteres docuerunt. Quamobrem cùm in
præſenti diſpoſitione teſtator ipſe nihil quidquam
expreſſerit, quod ad pronepotes ipſos attinet, iuris
communis diſpoſitioni ſucceſsionem illorum reli-
quiſſe intelligi debet.& Bal.nõ rarò docuit d.l.qui-
dam cum filium.& Io.ab Imo.& d.l.vnica.§.ſin aũt.
C.de cadu.toll. & d.c.ſecundò requiris, de appellat.
Et idcircò,cùm teſtator tres filios inſtituiſſet, & ſi
abſq; filiis decederent,ſubſtituiſſet. ſanè vno relictis
filiis obeunte,& vno eorũ filiis ſuperſtitibus obeun-
te,quod ad illius partem attinet,ſubſtitutos repellen
dos eſſe,reſponſum extat: tametſi nepotes illi poſteà
ſine filiis deceſſerint.l.hæredibus, in princi.ff.ad Se-
natuſconſul.Trebel.l.uxori,& l. ſi quis hæredem. C.
de inſtit.& ſubſtit.Ioan.And.in titu. de teſtamen.in
Specul.§. in primis.q.ultima. Caſtrenſ.l. ex facto.§.
penulti.ff. ad Senatuſconſul.Trebell. et tamen fortè
teſtator interrogatus idem diſpoſuiſſet. d.l. tale pa-
27 ctum,in fi.ff. de pact. † quippè, quòd de perſona ad
perſonam difficilius extenſio fieri ſoleat.l.ſi quis ita.
§.penulti.ff.de teſtamen. tut. Gloſſ. dict. §. Titius.

Aret.

§.Titius. Aret.poſt Bar.& Alex.l.Gallus.§.& quid
ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.& d.l.Lucius.§.Titius
eōd.tit.& l.fin.C.de poſthu.hæred.inſtit.Quocircà
conditio ſi ſine filiis,inter nepotes repetita non exi-
ſtimatur.d.l.nō eſt ſiue filiis.ff.de uerb.ſignif.& l.i.
C.de condi.inſer.& ex facto ſæpius reſponſum ex-
tat:Abb.conſ.cccc.Venio.lib.l.Imol.xci. In cauſa
quæ. Alex.xxxi.Ponderatis his, in princi.In iii.De-
28 ci.ccaviii.nu.viil.† Qua rōne in præſenti negotio
cū maioris ętatis qualitas inter nepotes expreſſa,in-
ter pronepotes repetita non fuerit,id ipſum teſtato-
rem noluiſſe interpretari debemus.d.l.quidam cùm
filium,& d.§.ſin autem ad deficientis. & ſępius ex
facto conſultus Dec.ipſe reſpondit conſi.clix.num.
v.& ccv.nume.iiii.& ccxviii.num. vii. & cclaxvii.
nu.vij.& viij.& ccacj.nu.v.uerſ.& pro fundamento.
& ccclxxvij.nu.iij.& cccca ij.nu.ix. & ccccxvij. in fi.
29 & dcxxav.nu.xia.& dcxaxvj.nu.aiij.†Cùm enim uo
luntas in ipſiuacordis intimo receſſu repoſita ſit.l.
gerit.l.pro hærede.ff.de acqui.hære.c.nouit ille,qui
nihil ignorat,de iudic.& l.ſi nō repeten.li.C.de cōd.
30 ob cauſ. ubi Docto.† Idcircò ceſſantibus uerbis ex
coniecturis quibuſdam perpendi ſolet. l.naturalem.
ff.de acqui.rer.domin.l.reprehendenda.C.de inpu.
& aliis ſubſt.l.ſi tñ.§.ei qui.ff.de ædil.edict.§.pauo-
31 num, inſtit.de rer.diuiſ.c.exiſtimant, xj.q.j.† vnde,
an ex cohabitatione & conuictu inter ipſos fratres
ſocietas tacitè contracta cenſeatur;factorum quali-
tates perpendi oportere,receptum eſt; vnde conie-
cturæ eliciantur ad intentionem fratrū ipſorum ex-
piſcandam.Bar.Bal.& Salt.l.ſi patruus. C.cōmuni
rudi.& l.Titium & Męuium.§.alteri.ff.de adminiſtr.
tut.& idem Bar.in tract.de duob.fratrib.& Anchar.
egregiè declarat conſ.ccciij. Materia de qua, ut ſæ-
pius ea facto conſultus rñdi poſt Alex.Deci.& alios
ueteres.at cùm in præſenti negotio nulla ſubſit pro-
babilis coniectura.d.l.quidam cùm filium, conſe-
quens eſt,maioris ætatis mentionem ex diſponentis
uoluntate repetitam non cenſeri.d.§.ſin autem.& l.
hæredes mei. §. cùm ita, ad Senatuſconſult.Trebell.
ubi Soci.nu.xxaix. & Deci.conſ.ccclix.nu.j.

Tertiò,hanc fuiſſe teſtatoris mentem,inde proba-
ri poſſe uidetur;ſi quis ſubſtitutionis conceptionem
rite perpendat. his enim uerbis uſus proponitur: Si
quis filiorum eorum plures ſuſceperit filios,maiorē
natu in ſalifodinis præferri uolo: & quod de uno fi-
liorum dixi,de aliis quoque dictum intelligi iubeo.
vnde euidens eius intentio quod ad pronepotes atti-
net, elici poſſe uidetur, iuris diſpoſitioni illū ipſum
derogari noluiſſe.arg.legis cùm prætor,de iudi.& c.
nonne,de pręſumpt.c.qualis,xxv.diſt.& d.l.commo
32 diſsimè.ff.de lib.& poſthu.†ubi Doct.caſum omiſ-
ſum ſub iuris diſpoſitione relictum aduertunt; & l.
Gallus.§.& quid ſi tantùm, de lib.& poſthum.& §.
nunc de lege,ubi Glo.in uerbo ſimiliter, & ibi Bart.
Alex.Iaſ.& Soc.& l.ſi ita quis,de vulg.& pupill.& l.
ſi quis ita.§.pen.de teſtam.tut. neque enim dubium
eſt, quin pronepotes nepotibus ipſis gradu ſint re-
motiori.l.Iuriſconſultus.ff.de grad.& inſti.eodem,
& l.liberorum,ibi,ſed ſolis his quos nominatim, de
33 uerb.ſign. Quamobrem † cùm pręlatio maioris in-
ter ipſos nepotes inæqualitatem quandam à ratione
naturali prorſus abhorrētem inducere uideatur. l. ut
liberis.l.illam.C.de collatio.& l.maximum uitium.
C.de lib.pręte.deficientibus uerbis,itemque & con-
iecturis legitimis,prouiſio inter nepotes facta ad p-
nepotes extendi non debet. l. quidam cùm filium.&
c.odia,de reg.iur.in vj.& l.ſi quis in ſuo.§.legis au-
tem.C.de inoffic.teſtamen.& docuit Curt.in conſi.
cxxj.nu.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitū,& pri-
mò ea huiuſmodi diſpoſitione cùm maior minori
præferatur, coniunctionis effectum difficiliorē bo-
norū dilapidationem efficere.d.c.licèt,de uoto.d.c.
præterea, cum aliis ſuperius adductis. quia reſpon-
deo ex ipſis ſingularibus caſibus non idcircò ad iuris
communis correctionem inferri, paternam ſucceſ-
ſionem pariter deferentis. d.l.maximum uitium.C.
de lib.præte.cum aliis ſuperius adductis. publici .n.
iuris ratio in libera patrimoniorū diſpoſitione, niſi
ſingularis ſubſit prouiſio,haberi non ſolet.d.l.quidā
34 cùm filium. † Quinimmò,cùm hodie primogenitu-
ræ conditio non attendatur in d.auct. de hęred.quæ
ab inteſt.defer.§.j.& c.tranſlato,de conſtit. cùm te-
ſtator hoc non expreſſerit, grauamen hoc inter ne-
potes adiectum ad pronepotes extendi non debet.d.
l.ſi quis in ſuo.§.legis autem Iuliæ. C.de inoff.teſta.
& d.c.odia.Alex.Aret.& Soci.d.l.Gallus.§.& quid
ſi tantùm,de lib.& poſthum.
35 Secundò † non urget ratio dictę l.tale.§.pactum.
ff.de pact.ubi Glo.ultima;quia dici poteſt caſum ibi
omninò non fuiſſe omiſſum.Reſpondit enim ibi Pa-
pinianus pactionem dotis mihi uel fratri meo reſti-
tuendæ, ipſi fratri,ſi hæres non ſit,non prodeſſe,ſed
filiis meis,quos poſteà ſuſceperam,hæredeſque ſcri-
pſeram: nam filij agunt,quia pactionis uerbis nō ex-
cluduntur. hæredes enim ſunt, vnde in diſpoſitione
legis rectè ibi loquutus fuit Accur. ubi Bald.Caſtr.
Alex.& Iaſ.ſecus in hominum actionibus. d.l.quidā
cùm filium.d.l.ueteribus.ff.de pact.& diſpoſitio d.
l.Titius.§.fi.cum aliis ſuperius adductis non proce-
dit, cùm de extenſione perſonæ ad perſonam agitur.
36 † quippè quòd noſtrum non ſit intra extendere. d.§.
ſi quis ita.§.ſi quis cum.ff.de teſtamen.tut.& l.ita ſti
pulatus.§.Chryſogonus.ff.de uerborum obligat. ubi
Iaſ.& Aret.& d.§.& quid ſi tantùm, & Dec.d.conſ.
ccaviij.

Tertiò non urget ipſius agnationis ratio, quia &
minores agnati quoque ſunt,in quibus propagatio-
nis & conſeruationis agnationis effectus locum ſibi
uendicare poteſt.d.l.Iuriſconſultus.& inſti.de legi.
agna.ſucceſ.in priu.Quocircà ratio huiuſmodi ſuf-
ficiens non ſit,ut in quo defuit teſtatoris diſpoſitio,
nos ipſi interpretando supplere poſsimus.d.l.vnica.
37 §.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.toll.† Nec ur-
get quandoque traditum fuiſſe,ob eandem agnatio-
nis conſeruationem,maſculorum qualitatem repeti-
tam intelligi.quia in primis reſpondeo, non defuiſſe,
qui oppoſitum cenſuerint. Iaſ.d.cōſ.ccclvij.& Deci.
d.conſ.xv.& Alcia.d.l.iij.de uerb.ſig. Præterea, fa-
cilius agnationis conſeruatio induci poſſe exiſtima-
tur, ſi bona etiam ad minores quàm ad fœminas ip-
ſas perueniant.d.l.pronuntiatio.ff.de uerb.ſignif.&
l.j.§.j.ad municipa.ubi Bar.

38 † Quartò non urget, mentem in fideicommiſsis magis ſpectandam eſſe. d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Senatuſconſul. Trebel. d. l. cùm uirum. C. de fideicommiſ. cum aliis ſuperius adductis. Quia reſpondeo, illa quidem procedere, cùm uerbis ipſis uoluntas expreſſa fuerit. d. l. quidam cùm filium. ff. de hære. inſti. cum aliis ſuperius adductis. Vel cùm certiſsimis coniecturis illa deprehendi poteſt. d. l. cùm auus. ff. de condi. & demonſtra. ubi Soci. poſt ueteres, & Alcia. d. l. iij. de uerbor. ſignifi. At cùm in preſenti negotio nec uerbis nec coniecturis deprehendatur, teſtatorem ipſum maiorem inter nepotes minoribus præferentem, inter pronepotes eâdem qualitatem repetitam intelligi uoluiſſe, conſequens eſt à legis diſpoſitione receſſum non fuiſſe intelligi. d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Senatuſconſul. Trebell. ubi Bar. & Alex. nu. viij. & Soci. nu. xxxj. & Ripa nu. lxxvij. & lxxviij. & l. ſi duo. ff. de acqui. here. ubi Cin. Bald. & Caſtrenſ.

Laus Deo.

Patauij, Idib. Nouembris, 1549.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum coram ſeptem teſtibus fieri, ut ualidum ſit, iuris regula dictat.*
2 *Regulæ ſtandum quouſque caſus exceptus probetur.*
3 *Ruſticorum imperitiæ plurimùm lex condonare ſolet.*
4 *Ruſticum non ſuccurri, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
5 *Ruſticis non minus quàm quinque teſtibus adhibitis teſtari permittitur.*
6 *Parochus authoritatem duorum teſtium obtinet.*
7 *Parochus pater animarum ſuæ parochiæ cenſetur.*
8 *Teſtamentum inter liberos etiam, minus ſolenne, ualidum eſſe.*
9 *Teſtium duorum in ore uel trium, omne ueritatis uerbum conſiſtente.*
10 *Teſtes etiam non rogati in teſtamento inter liberos adhibentur.*
11 *Teſtamentum inter liberos, uoluntasùe ipſa parentum uno etiam teſte probari poteſt, adhibitis tamen nonnullis coniecturis.*
12 *Teſtatoris propria ſcriptura probat ipſius uoluntatem inter liberos.*
13 *Teſtamentum coram proprio ſacerdote, & duobus aut tribus teſtibus de iure Pontificio ualere.*
14 *Teſtamentum coram duobus uel tribus teſtibus celebratum infringere nitentes, non leue peccatum committere.*
15 *Teſtamẽtum iure Canonico firmum eſſe coram quatuor teſtibus, ubi Parochus non fuit adhibitus.*
16 *Ferraria ſubeſt Rom. Eccleſiæ.*
17 *Sicilia Regnum citra et ultra pharum, Picenum, Vmbria, & Aemilia, Eccleſiæ Romanæ ſubſunt.*
18 *Caſtra, villas, ſeu rura, Ciuitatis ſuperioris ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto iuri ſubiecta eſſe.*
19 *Singula ſi ſuffitiant, eò fortius ſimul iuncta.*
20 *Tutores, quinimmo & adminiſtratores omnes rationem uillicationis reddere tenentur.*
21 *Tutores in primis repertorium confectarum rationum exhibere compelluntur.*
22 *Tutores teneri pupillorum pecuniam uel ad honeſtum lucrum dare, uel in fundi emptionem, illam conuertere.*
23 *Legitima eſt tertia pars bonorum, quæ ab inteſtato filius habiturus erat.*
24 *Legitima deducto prius ære alieno debetur.*
25 *Dos uicem legitimæ ſubit, ſiue locum.*

CONSILIVM XII.

DEVS, IN QVO VNO VERITAS EST, mihi ſedulò adſit, vt à iuſti ſcopo non aberrem.

CASVS.

ANTONIVS Marangonius ruſticus moriens ſingulis illius filiabus quingentorum aureorum dotem conſtituit, duosque illius filios ex aſſe hæredes inſtituit: quòd ſi quis eorum abſque maſculis decederet, alterum ſubſtituit: filiabus eiuſdem neptibus ſuis eiuſdem ſummæ dotem legando. Contingit alterum duobus maſculis relictis, poſteriorem uerò duabus fœminis ſuperſtitibus obiiſſe; & utriq; earum teſtamento eius 300. aureorum dotem reliquiſſe. Cæterùm, cùm Antonius ipſe teſtamentum illius coram tribus tantùm teſtibus atq; ipſo Parochiano diſpoſitionem illius deſcribente cõfecerit in uilla Trecente ſub iuriſdictione Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Ferrariȩ Ducis, quȩſitum fuit, an rite teſtatus cenſeri debeat? Itemùe cùm maſculorum bona diutius ab eorum patruo adminiſtrata fuerint, an eis etiam aduerſus filias illius conſuli poſsit, ut teſtamẽto relictã dotem eatenus retinere poſsint, quatenus bona alia non ſuperſint, vnde nepotibus fieri ſatis poſsit?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, prima facie concludendum uideri, teſtamentum huiuſmodi nullius auctoritatis eſſe. † iuris enim regula uiget, ut ſeptẽ adhibitis teſtibus legitimè quis teſtatus intelligatur. l. ſi vnus. l. hac conſultiſsima. C. de teſta. & §. fi. inſtit. eod. Induxit enim legiſlator ita exactam ſolemnitatem, ne in huiuſmodi diſpoſitionibus falſitas ipſa facilè committeretur. l. iubemus. C. eod. de teſta. & l. fi. C. de fideicom. quam utriuſq; cenſuræ legiſlator prorſus aborret. c. ſuper literis, de reſcript. & c. quoniam contra, de probat. in ij. & iij. nota. quamobrem ipſi regulæ adhærendum omninò
2 cenſeatur. Glo. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. † ubi Alberi. Bar. Deci. & Cagno. nu. xxxiij. concludunt ꝓ regula præſumendum, quouſque caſus exceptus ꝓbetur. & docuit Innoc. in c. prȩtereà, de dilation. & Bart. Bal. & Caſtr. in l. ij. ff. ſi quis in ius uocatus non ier. & dixi diffuſius in rub. de iudi. in illa quȩſtione, utrum ſufficiat diffinitionem ita concipi, ut frequentius occurrentes caſus complectatur.

Secundò

Secundò clarius idem quoque probare uidetur, ſi
quis perſonæ diſponentis conditionem intueatur:nã
licèt ordinaria teſtandi diſpoſitio ruſticantis homi-
3 nibus remiſſa ſit, † cùm lex eorum imperitiæ pluri-
mùm condonare ſoleat.l.iij.§. ſi quis ignorans.ff. ad
4 Senatusconſul.Sylla.ubi Glo. & Barto. † receptiſſi-
mũ tñ eſt,ea ratione ruſticis non ſuccurri,niſi in ca-
ſibus à iure expreſsis. Gloſ. c.fi.j.q.iiij.Burri.c.ij.de
conſtit.nu.xij.Alex.l.ſi quis id quod.ff. de iuriſdict.
om.iud.nu.x.& Bar.& Bal.in l.fin.C.de iuris & facti
igno. Qua ratione in his in quibus forma neglecta
proponitur,ei ſuccurri non ſolet.l. iuris ignorantia.
C.qui admit.ubi Alex.& Iaſ.& Bald.l.fin.q.iij.C.de
5 iure delibe. † Quamobrem cùm ruſticis teſtandi fa-
cultas,ea tamen lege cõceſſa ſit, ut non minus quàm
quinque teſtes adhibeant.l.fi.C.de teſta.uerſ.ſin aũt.
conſequens eſt in prupoſito negotio tribus tantùm
adhibitis & parochiano, non rite teſtatum fuiſſe ui-
deri.l.ancillæ.C.de furt. & Glo. & Doct.l.ambigui.
C.de teſtam.& rñſum extat,Deci. conſ.cclxxxiiij.in
prin.& Reuerẽdiſs. Pariſ.cõſ.xxxij.nu.17.& 18. in ij.

Quibus tamen non obſtantibus,oppoſitum ſecũ-
dum iuris noſtri rationem pluribus rationibus eſſe
cenſeo. Conſtat etenim efficientis cauſæ eam eſſe cõ
ditionem, ut ſingulari iure,hoc caſu diſpoſitio eius
cenſeri debeat.d.l.fi. Trium etenim teſtium fides hu
6 ius ipſius teſtamenti confectioni non defuis: † itẽq;
proprij ſacerdotis auctoritas, quæ duorum teſtimo-
nium repreſentat.c.cùm eſſes,de teſta.ubi Abb. poſt
ueteres nu.vj.uerſ.presbytero ſuo. & nu. xii. & xvij.
7 † cùm enim pr̃ ille animarum ſuæ parochiæ cenſea-
tur,omnis illinc falſitatis ſuſpicio abeſt.c.omnes,iij.
q.j.& c.ſi teſtes,iiij.q.iij.& c.in nr̃a,de teſti.ubi Do-
cto.& Abb.d.c.cùm eſſes, in repeti.nu.vj.x.xj.& xij.
poſt Specu.& alios,quos adduxi.Quocircà,cùm Cæ
ſareæ legi quinque teſtes requirenti ſatisfactum ui-
deatur, inſpecta diſponentis cõditinne,quod in pri-
mis oportet.l.ſi quæramus.ff.de teſta. c.at ſi clerici,
de indic.& c.ſi diligenti,de foro compe. conſequens
eſt, teſtamentum huiuſmodi legitimum exiſtiman-
dum eſſe.d.l.fi.C.de teſta. & Dec.d.conſi.cclxxxiiij.
& Pariſ.d.conſi.xxxj. in ij.

Secundò idem multò clarius in præſenti negotio
conſtituendum cenſeri debet, ſi filiorum quos inſti-
8 tuit, conditionem intueamur. † Sanxit enim legiſla-
tor uoluntatem inter liberos utriuſque ſexus etiam
minus ſolemnem obſeruandam eſſe. d.l.hac conſul-
tiſsima.§.ex imperfecto. C. de teſta. quam deciſiouẽ
Barto.ibi Bal.Fulg.Sali.& Alex.nu.vij.& Iaſ.nu.ix.
intelligunt, licèt ea ſit imperfectio, ut duo tantùm
teſtes adhibiti fuerint. ceſſat enim liberis inſtitutis
omnis falſitatis ſuſpicio,cùm ueriſimilius ſit paren-
tes ipſorum filiorum ſucceſsionem exoptare. l. nam
& ſi parentibus.ff.de inoff.teſta.l.j.ff. de bonis eorũ
qui ſib. mortem.l.ſcripto.ff.unde libe. unde legis di
ſpoſitio prorſus ceſſare debeat, d.l.iubemus, & d.l.
hac conſultiſsima.C.de teſtam, & c.cum ceſſante,de
appellation. Dictat præterea naturalis ratio filios pa
rentibus ipſis ſuccedere.l.j.ff.de iuſti. & iur.ibi,edu-
catio liberorum.& c.j.diſtin.j.§.ius autem naturale.
unde conuentitij iuris diſpoſitio naturalem hanc ra-
tionem elidere non potuiſſe uidetur, l. iura ſangui-
9 nis. ff. de reg. iur. & idcircò, † cùm Euangelica lege
cautum ſit, in ore duorum uel trium omne ueritatis
uerbum conſiſtere.c.xvij.Deutero. & d.c.cùm eſſes,
& c.relatum,de teſta.& c.licèt vniuerſis,& c,in om-
10 ni, de teſti. † vnde conclusionem eandem ueteres &
recentiores procedere cenſuerũt, licèt duo illi teſtes
non rogati proponerentur.Glo.d.l.fi. C.de codicill.
ubi Docto.& d.§. ex imperfecto, & non raro rñſum
uidi:Fulg.cõſ.cij.Alex.cxlvj.in ij.nu.v.& cõſ.clxxvj.
in v.nu.ij.& Reuerendiſs.Pariſ.cõſ.lxij.nu.xix.& xx.
in ij.& D. Maria.iun.conſ.cxxix.nu.x. lib.j.
11 Quinimmo † uel vno tantũ teſte adhibito aliiſq;
coniecteris legitimis parentum uoluntatem inter fi-
lios rite probari traditum eſt.l.fi. C.famil.ercis. ubi
Docto.& reſponſum vr̃ quandoq; fuiſſe:Caſtr. cõſi.
ccccxlix.Viſis,uol.j.& D.Maria.iun. conſ.cxxxviij.
nu.ij.lib.j.Item eadem quoq; ratione difficilius re-
uocatur,qm̃ derogatoriæ clauſulæ uim ad ſequentia
habere cenſeatur.d.§.ex imperfecto, ubi Bal.Ange.
Fulg.& Alex.& D.Maria.iun.in conſ.cxxiiii.nu.vi.&
12 xxxi.& xxxiii. qua ratione † & parentis idiographo
uoluntatem inter filios legitimè probari ſancitum
eſt.auct.quòd ſine.C.eo.tit.de teſta. & in auten.de
imper.teſta.& docuit Bart. l.ſi is qui.ff.de teſtamen.
dummodò patris character duorum teſtium depoſi-
tione probetur.d. auct. quod ſine, in uerb. tempus,
ubi Bald.& reſpondit Alex.conſi.cxxiii,lib.i.nu.iii.
& conſi.lxxvi.in iii.nu.iiii.uerſ.conſtat,& D.Maria.
iun.conſ.cxxix.nu.xii.lib.i.Cui diſpoſitioni nullam
municipalis iuris conſtitutionem fœminas ab inte-
ſtatu ſuccedere prohibentem nocere ueteres tradi-
derunt,cùm Iuſtiniani reſtaturis huiuſmodi uolun-
tatem ueluti legitimam tueatur, dummodò duo te-
ſtes adhibiti fuerint.Bal.Fulg.& Sal.in d.auct.quòd
ſine,in prin.& ibi Iaſ. & Reuerendiſs. Pariſ.d.conſi.
lxii.Quamobrem in propoſito negotio Marangonii
uoluntatem inter filios ipſos iuſtam eſſe diiudican-
dum uideri debet.
13 Tertiò † nec in propoſito caſu paruifaciendũ exi-
ſtimari debet,quod Pontificia lege decretum extat,
teſtamenta coram presbytero ſuo & duobus uel tri-
bus teſtibus legitima cenſeri. capi. cùm eſſes, de te-
ſtamen. ubi concludunt omnes, etiam in cauſis non
pertinentibus ad Eccleſiæ cultum, quem rite coram
duobus teſtibus poſſe teſtari et presbytero ſuo.
Abb.ibi nu vi.& x.& xi.& in c.relatum, eo.tit. Cùm
enim diuina lege cautum ſit, in ore duorum uel triũ
14 etc.d.c.in omni, & d.c.licèt uniuerſis, de teſtib. † ſa-
tis conſtare uidetur,ſuccedẽtes ab inteſtato non leue
peccatum incurrere, ſi uoluntatem duobus uel tri-
bus teſtibus ſubnixam oppugnent. quòd Panormi-
tano poſt alios ueteres conſultius uiſum fuit, d.cap.
15 cùm eſſes,nu.x.& xii.& c.ſi.de conſuetu. † Quare &
abſque presbytero Pontificii iuris auctoritate qua-
tuor teſtes teſtamentis condendis ſufficere traditum
eſt. Specul.de inſtrument.editione.§.compendioſè,
uerſ.ita per ius Canonicum,& Abb.illi.ſubſcribit d.
capi.cùm eſſes,nume.xii.& Butri.ibidem apud Fer-
rariam reſponſum fuiſſe teſtatur:& Roma.in auct.ſi-
militer.C.ad leg.Falci. & Imol. in l.nemo poteſt.ff.
de leg.i.quod & ex facto quandoq; reſponſum extat,
Alex.conſ.cv.in iiii.nu.xvi.& conſi.xvii.in iii.nu.ix.

Quamobrem,cùm teſtamentum hoc in agro Ferra-
rienſi conditum fuiſſe proponatur Apoſtolicæ ſe-
dis ditioni ſubiecto, ſolennitatem à Pontificia lege
teſtamentis condendis introductam,ſufficere ambi-
gendum non eſt.d.c.cùm eſſes,& d.cap.relatum,ubi
Butri.& ex facto non ſemel reſponſum à maioribus
noſtris eſſe conſtat.Fed.Senen.conſ.ccxxvij.Factum
tale eſt.Calde.conſi.viij.incip.Teſtator.Alex.conſi.
cxlvj.nu.v.in ij.& conſi.xviij.in iij.nu.ix.& conſ.cv.
16 in iiij.nu.xvj.& conſi.clxvj.nu.iij.in v. † Cùm enim
Ferrariæ ciuitas florentiſsima Eccleſiæ ditioni ſub-
17 iecta ſit, † quemadmodum utraque Sicilia, Picenū,
Vmbria, & Aemilia,nemini ambigendum eſt, quin
in teſtamentis condendis in prouinciis huiuſmodi
Pontificia diſpoſitio cuſtodienda ſit. Docto. d. c.cū
eſſes,& d.c.relatum, & c.j. de noui oper. nuncia.ubi
Glo.in uerb.ciuilis, in fi.& c.ij.de arb.in vj. & Bar.l.
placet,C.de ſacroſanct.Eccleſ.& Abb.d.c.cùm eſſes,
nume.xvij.in repetitione. Quocircà reſponſum ex-
tat, teſtamentum Ferrarię confectum coram ſuo ſa-
cerdote & duobus teſtibus, legitimum,numeriſq́ue
omnibus abſolutum cenſeri.Corn.conſi.cclxj.libro
iiij.litera C. in fi. ibi meminit Regni Neapolitani,
Vmbriæ, & Aemiliæ: & Deci. ſubſcribit conſi.cc-
ixiiij.nu.vij.in fin. & quamuis teſtamentum hic ruri
confectum fuiſſe proponatur; idem tamen dicen-
18 dum uidetur. † quippè quòd locus ille ciuitati ac di-
tioni Ferrariæ ſubiectus, eiuſdem legis cenſuræ di-
iudicari debeat,cuius ciuitas ipſa ſuperior. Barto.l.ſi
cùm uenerit.§.ſi nuda.ff.de pignor.actio. & Bald.l.
ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iur.nume.xiij. uerſi. Ci-
uitas.& ibi Caſtrenſ.poſt principium, & Salice. l.ſi
quis,de nat.lib. lex enim inquit: Vrbis conſuetudi-
nem ab omnibus aliis ciuitatibus cuſtodiendam eſſe.
§.fin. inſti. de ſatiſda. Qua ratione decretum extat,
inferiores ciuitates Metropolitanæ mores intueri
oportere.c.cùm olim,de conſue. & c.de his, xij.diſt.
Quamobrem receptiſsimum eſt, Caſtra, Villas, &
Comitatum uniuerſum Ciuitatis ſuperioris ſiue ſcri
pto ſiue non ſcripto iuri ſubiectum eſſe. Gloſ. ulti-
ma.l.ex ea.ff.de poſtulan.ubi Docto.adſtipulantur,
& Caſtren.ex facto conſultus reſpondit conſi.cxxix.
lib.j.Statuta Piſana,nume.ij.& Soci.conſi.vij.nume.
vij.& conſi.cclxxxviij.uerſi.ſed difficultas,in ſecun-
do. Quæ, cùm huiuſmodi ſint, Marangonij huius
teſtamentum numeris omnibus abſolutum diiudi-
candum eſſe cenſeo.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, &
primò,quòd ſecundum iuris ipſius regulam teſtamē
ti huius confectio illegitima eſſe uideatur. d. l. hac
conſultiſsima,cum alis ſuperius adductis. Quia re-
ſpondeo, ſiue conditionem diſponentis intueamur,
ſiue perſonarum inſtitutarum, ſiue loci conditionē,
ubi diſpoſitum fuiſſe proponitur,perpendamus;om-
ninò regulæ illius normam inflecti oportere ſtatuē-
dum eſſe.d.l.fi.C.de teſtam.d.§. ex imperfecto, cum
19 aliis ſuperius adductis.d.c.cùm eſſes,de teſta. † Quo-
rum quidem ſingula cùm prædictæ concluſioni ſuf-
ficerent, ſimul iuncta multò fortius concluſionē hu-
iuſmodi inconcuſſam reddere ambigendum non eſt.
l.ſpadonem.ff.de excu.tut.ubi Bart.& idem Barto.l.
quæſtione.§.tormenta.ff.de quæſti. & Bald. l.filium
diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & dixi
poſt omnes c.per tuas, de probationib.

Secundò non obſtat d.l.fi. C.de teſta.quia immo
ſuſtineri poſſe reſpondeo,quinque teſtes in pręſen-
ti negotio fuiſſe adhibitos; quippè quod presbyteri ſui
auctoritas duobus teſtibus æquipollere exiſtimetur.
d.c.cùm eſſes,ubi Abb.poſt Aegid.& Butri. nu.xij.
Prætereà, nemo inficiari poteſt, quin ex inſtitutorū
conditione & loci ipſius ubi teſtm̄ conditum fuiſſe
proponitur, prorſus acquieſcendum ſit. d. §. ex im-
perfecto.d.c.cùm eſſes,& d.c.relatum,de teſtam.ubi
Docto.cum aliis ſuperius adductis.

20 † Quod autem ad ſecundum attinet, nemini ambi
gendum eſſe exiſtimo, quin patruus ex adminiſtra-
tione bonorum nepotibus ipſis uillicationis eius ra
tionem reddere ſit compellendus.l.j.§. officio.ff. de
tut.& rationib.diſtrahen.ubi Iaco.ab Are.textum il
lum extendit ad quemlibet alienorum bonorum ad-
miniſtratorem.& Bald.ſubſcribit, & Docto.in l.ad-
uerſus.& l.rationes.C.de adminiſtr.tuto.& l.ij.ff.de
21 nego.geſt. † Qua quidem in re eum qui adminiſtra-
uit, repertorium in primis confectarum rationum
exhibere compellendum, receptum extat. l. tutor
qui repertorium. ff. de adminiſtra. tuto. & l. ratio-
nes.C.de edendo.& uidit Bal.conſ.ccclii. Ad euiden-
tiam præmittendum eſt,lib.j. & Roma. conſ.cxviij.
Quod ad primum, in ſecundo dub. & conſi. clxviij.
Quò ad primum.& cōſ.cccxiij.& Cuma.conſ.lxxx-
vij.& Abb.conſ. xij.in j.in ſexto dub.Quamobrem,ſi
rationibus hiſce exhibitis conſtaret tutorem pupil-
lorum bona diſsipaſſe,dubium non eſt,quin ipſi pu-
pillo à tutoris hæredibus indemnitas ipſa pręſtanda
22 ſit. † Quemadmodum, ſi repertorium ipſum non
cōfeciſſet, & pupilli pecuniam ad honeſtum lucrum
uel fundi emptionem non conuertiſſet.l.qui ſub cō
ditione.l.quamuis.ff.de condi.& demon.debuit ergo
in præſenti negotio tutor huiuſmodi repertorium
confectum exhibere, & reliqua conſignare, aliâs ſu-
ſpitione non caret.quod paſsim reſpōſum extat: Bar.
conſ.cl.Cùm pręddicta.& Bal.conſ.cccliij.Ad euidē-
tiam,lib.j.Auch.conſ.cccxvij.In cauſa.Socin.conſi.
clix.& clxxx.& ccxiij.in ij.Deci.clxxviij.in prin. &
Reuerendiſs.Pariſ.conſ.xxj.in ij.nu.lv.& lvj.Quam-
23 obrem in propoſito negotio † cùm legitima portio
ipſi filio debeatur ſecundum numerum filiorum,nē-
pè tertia pars eius, quod quis ab inteſtato habiturus
erat.auct.nouiſsima.C.de inoff.teſta.ubi omnes ad-
uertunt,& poſt Ange. & plures alios ueteres decla-
rat Deci.conſ.ccxxxvj.nu.xi. quæ ſanè portio dedu-
cto ære alieno deberi exiſtimatur. l. Papinianus. §.
quarta.ff.de inoff.teſta.ubi Bar.& Caſtren.aduertūt.
24 † Cùm enim pars bonorum ſit,ſanè deducto ęre alie
no exiſtimari conſueuit.l.ſubſignatum.§. bona.ff.de
uerb.ſigni.& Bal.l.fi.§. in computatione. C. de iure
delib.nu.vi.& Alex.docuit conſ.xvj.& conſ.xxxj.in
iiij.quocircà,ſi in redditione adminiſtrationis bona
patrui nō ſufficiant, ut inde nepotibus damnum illa-
tum reſarciri poſsit,ſanè dotem hanc à patre filiabus
ipſis relictam, eo nomine exoriri diiudicandum
25 cenſeo. † cùm enim illa portionis legitimę uicem
ſubeat.l.Titio centum.§.Titio genero. ff.de cond.&
demōſt.ubi Bar.& Imo.& Doct.auct.nouiſsime.C.

de

de inof. teſta. ſanè conſtat eãdem illam cenſuram cũ legitima portione ſubire quòd iuſtũ iudicẽ neq; ad dextram neq; ad ſiniſtram deflectẽteui uidere poſſe, & rite iudicare, pout iuſtum præpotentis Dei iudicium exigit; uelit ipſe optimus pater trinus & unus c.j. de ſenten. & re iud. in vj. & l. rem non nouam. C. de iudic. ubi gloſ. in uerbo ſcitote: & uerbo iudicabunt. Bal. Ang. Sali. & Caſtren.

Laus Deo. Patauij. xiij. Kal. Nouemb. 1551.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *☞ Fideicommiſſum nedum ex verbis ſed etiam ex ſola diſponentis mente coniectaris deprehenſa, inducitur.*

2 *Fideicommiſſum inducitur, quoties à teſtatore diſponitur quòd hæredibus inſtitutis abſque filijs ex legitimo corpore deſcendentibus cohæredes ſuperſtitis ſuccedant.*

3 *Alienationis probibitione, ad hoc ut bona in agnatione remaneant, fideicommiſſum induci.*

4 *Alienatione facta rerum diſtrahi probibitarum, cæteris cohæredibus ius datur eas uendicandi.*

5 *Fideicommiſſum quando inducatur ex alienationis probibitione. & nu. 8.*

6 *Alienatione bonorum probibita, extranei hæredit inſtitutio etiam inhibita cenſetur. & num. ſeq. ubi de communi opi. quando ita fuerit alienatio interdicta ut in familia bona remanerent, etc.*

7 *Mulierem ad ſecundas nuptias tranſeuntem, non poſſe lucrum ſibi ex primo matrimonio obueniens alienare.*

8 *Alienationis probibitione induci fideicommiſſum, quãdo rem in certo genere perſonarum remanere probibens uoluit & eſt communis opi.*

9 *Statuto & ſic iure ſingulari alicuis ciuitatis derogatur ius commune.*

10 *Paupertas ſplendorem familiarum obſcurare ſolet.*

11 *Statuta fæminas ob maſculos excludentia, quia agnationis conſeruationem reſpiciũt, fauorabilia eſſe, uu nandaq; interpretatione ſine extendenda, eſtque communis opin.*

12 *Filiæ ſtantibus maſculis à ſtatuto excluſæ à parentum ſucceſſione, an ueluti extraneæ cenſeantur?*

13 *Filiæ a ſtatuto excluſæ ut ſupra, an in legitimæ ineunde ratione connumerentur inter filios, ſic ut faciant partem ipſius computatione.*

14 *Dos nõ ſuccedit loco legitimæ ſtante ſtatuto filiam ob maſculos excludente, ſed tanquam legatum extraneo factum intelligitur, & de communi opin. teſtatur, & uide nu. 31.*

15 *Filiæ ob maſculos à municipali iure excluſæ, non ſuccedunt ab inteſtato; & idcircò earam inſtitutionem in teſtamento paterno minimè neceſſariam eſſe.*

16 *Filij poſiti in conditione tacitè ab inteſtato præferri. & de communi opinione teſtatur, & nu. 23.*

17 *Verba, cum hoc, conditionem inferunt.*

18 *Subſtitutos, ſiue uocatos cohæredes, etiam hærede uno ſuperſtite excludi. & nu. 20.*

19 *Natus, licèt illicò expiret, operatur, ut conditio, ſi ſine filijs quis decederet, deceſſiſſe intelligatur.*

20 *Conditio ſi ſine filijs quis decedat, quod euaneſcat ne dũ duobus aut pluribus, ſed etiam uno filio relicto, ſiue filias.*

21 *Filiam comprehendi appellatione liberorum.*

22 *Subſtitutio ſi ſine liberis, euaneſcit uel unico ſuperſtite filio, aut filia.*

23 *Filij in conditione poſiti tacitè ab inteſtato præferuntur. & eſt receptiſſima opinio.*

24 *Conditio, ſi ſine hærede etc. de liberis intelligitur.*

25 *Hæredit uerbum de quolibet extraneo intelligi cõſueuit, fallit tamen ut nu. praeed.*

26 *Filias comprehendi ſub illis uerbis, legitimè deſcendẽtibus.*

27 *Filias complecti uerbo proximorum, propinquorum, poſteriorum, coniunctoram, & deſcendentium ſiue agnatorum. & nu. ſeq.*

28 *Priuilegium ſi Titio putà & deſcendentibus ſuis conceſſum fuerit apprehendit & fœminas, niſi ſubiecti argumenti ratio aliud ſuadeat.*

29 *Voluntatem diſponentis non cuſtodiri, prorſus à iuris ratione abhorrere exiſtimatur.*

30 *Fideicommiſſum ex probibitione bonorum facta, inductum non cenſeri, niſi in caſa alienationis.*

31 *Filiæ dicuntur ſuæ, non autem extraneæ, ſed uide ſupra nume. 12.*

32 *Alienare probibitus ſi contingat inteſtatus mori, ei ẽt non agnatus ſuccedere poteſt, ueluti iure.*

33 *Alienare probibitas poteſt hæredem qualẽcunq; etiã nõ agnatũ inſtituere, dũ tamẽ inteſtato ei ſucceſſurus fuiſſet: & eſt communis opinio. Fallit, & nu. ſeq.*

34 *Alienare probibitus, non poteſt filias hæredes inſtituere, quotieſcunqae à teſtatore cautum fuerat bona inter maſculos perpetuò remanere.*

35 *Alienare probibitus extra familiam, filias nec non & ſorores inſtituere poteſt.*

36 *Satuta fœminas ob fratres excludentia non excludunt ob fratres patrueles.*

37 *Statuta loquentia in cauſa inteſtati, ad cauſam inteſtati non eſſe trabenda.*

38 *Subſtituti cohæredes excluduntur, ſi filijs ſuperſtitibus hæres deceſſerit.*

39 *Prouiſio hominis cum legis diſpoſitione concurrat, maiorem hababet uim, fortioremque effectum.*

CONSILIVM XIII.

DIRIGAT ME DEVS OMnipotens in uiam ueritatis & iuſtitiæ.

FACTI ſpecies ad fideicommiſſi argumentum pertinens ſub ea cõceptione, & etiam cum hoc, quòd caſu quo ſupradicta decederent ſine hæredibus ex ſe legitimè deſcẽdentibus, quòd ſuprafcripti alij ſuperuiuentes ſuccedant, & ſuccedere debeãt in ea parte uel partibus dictorum ſic decedentium.

Item accedente alienationis prohibitione; appoſita negatiua uniuerſali nunquàm, excepto caſu permutationis

mutationis in alia immobilia ad commodum ipſorum inſtitutorum, filiarum ipſarum inſtitutio inhibita cenſeatur: idque potiſsimùm ſingularis iuris auctoritate, quo cautum extat; ſtantibus maſculis fœminas ipſas excludi.

CASVS, SIVE HYPOTHESIS.

CVM Reuerendus presbyter Hieronymus teſtamento ſuo cauiſſet, ut ſi quis hæredũ illius diem abſq; hæredibus ex ſe legitimè deſcendentibus obijſſet, in eius ſic decedentis portionem cohęredes ſuccedere deberet. Contigit, Ioannem Petrum unum ex inſtitutis hæredibus tres quas ex legitimo coniugio ſuſceperat filias, decedentem, in eius ipſius portione ea aſſe hæredes inſtituiſſe. Quamobrem quæſitum eſt, cùm Reuerendus ipſe presbyter ſub conditione ea hæredum tantùm ex eis legitimè deſcendentium in portionem ſic decedentis alios cohęredes ſuccedere iuſſerit, addideritùe, hęredes bona eis relicta nunquam alienare poſſe, excepto permutationis caſu in alia immobilia bona. An fideicommiſſum huiuſmodi, quod ad hęc bona attinet, hiſce hęredibus iniunctum cenſeatur, ut Ioã. Petrus filias ueluti extraneas inſtituere nõ potuerit; qippè quòd Brixię Clariſsimæ urbis ſingulari iure ab ipſis maſculis excludantur?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie fideicommiſſum reſpectu portionis cuiuſcunque inductum cenſeri, & idcircò filiarum ipſarum inſtitutionem prohibitam eſſe uideri. Conſtat etenim eam fuiſſe teſtatoris mentem, ut uniuſcuiusque hæredum portionem eatenus liberam eſſe uoluerit, quatenus quis eorum hęredes ex ſe legitimè deſcendentes reliquerit: unde, in caſu oppoſito onus bonis huiuſmodi adiectum fuiſſe fateri oportere uidetur, l.i.C.de pact.ibi, conditionis incertum, ubi Bar. Alex. Cur. & Dec. nu. j. & nouiſsimè Cagn. & declarat Azo in ſumma de his quę ſub modo uel conditione. & l.j.C.de cond.inſer.ubi
1 Bal. Caſtren. & Fulgo. † Nam in fideicommiſsi onere inducendo uel ſola diſponentis mens, etiam coniecturis deprehenſa ſufficere ſolet. l. pen. ff. de leg. i. l. cum proponeretur, in fine. & l. qui ſolidum. de leg. ii. & l. cùm uirum. C. de fideicommiſſ. & l. licèt imperator, ubi Bar. Imo. & Alex. & l. fideicommiſſa. §. item ſi quis, in fi. ff. de adimen. lega. & diffusè docuit Soci. poſt alios ueteres in d. l. hæredes mei. in §. cùm ita, ad Senatuſc. Trebel. & l. cùm auus. ff. de cond. & demonſt. nu. xxvii. & nouiſsimè Cagno. in d. l. j. C. de pact. nu. xlvii. & xlviij. & quandoque reſponſum extat. Deci. conſi. xia. nu. ij. & xxxviij. nu. j.
2 Pręterea † in hoc primo capite pondero ulteriùs, teſtatorem ipſum ſubſtituiſſe cohæredes ſuperſtites ipſis cohæredibus abſque legitimis hæredibus prædecedentibus; quod genus conceptionis diſpoſitionis concurrentibus aliis ad fideicommiſsi onus pertinere conſueuit. l. de emancipatis. C. de legitim. hæredibus. ubi Bald. poſt Alberic. Odoffre. & alios ueteres, & aduertunt omnes ibi, maximè Modern. Mediolanen. in l. uerbis ciuilibus, Bar. Alex. Iaſ. Soc. & Ripa. l. Centurio. de uulg. & pup. But. Imo. Abb. & Barb. in c. Rainutius, et c. Rainaldus, de teſta. Gemi. & Fran. in c. ſi pater. eo. tit. in vj. cùm igitur portionem cuiuſcunque inſtituti hæredis teſtator ipſe in caſu non extantium ex eis legitimè deſcendentium ad alios cohęredes peruenire uoluerit, conſtat ab eius uoluntate nulla ratione recedendum eſſe. l. uerbis legis. ff. de uerb. ſign. l. i. C. de ſacroſan. eccle. §. diſponat, in auct. de nup.
3 † Secundò eandem concluſionem munire uidetur alienationis prohibitio, quam idem teſtator his uerbis ſubiecit: Et cum conditione, quòd prędicti eius hęredes nunquam uendere uel alienare poſsint dicta bona, ſed tantùm commutare in utilitatem eorum. ſanè, ex huiuſmodi prohibitione conſtat diſponentem ipſum cohęredum utilitatem pręoculis habuiſſe; quæ legitima prohibitionis cauſa cenſetur. l. filiusfam. §. Diui. ff. de leg. i. ibi, niſi inueniatur perſona. Iacob. ab Are. nudũ interpretatur à pœna & culpa. Din. Oldr. & Albe. ſine cauſa. Bar. diſcutit q. i. & Bal. ab efficacia, & Cuma. ab obligatione nume. i. & Io. ab Imo. uerſ. nota quòd prohibitio. nu. i. Alexã. & Iaſ. uerſic. ſecundò nota, & Crot. nume. xlvii. declarat, quando cauſa cenſeatur adiecta, & nuper Alcia. egregiè diſcutit. Quare, cùm dupliciter conſtet teſtatorem in præſenti negotio eorum, quos inſtituit commodi rationem habuiſſe tàm in caſu alienationis, quàm in caſu legitimorum ex eis hæredũ
4 non extantium, † conſtat alterutro caſu portionem uel decedentis abſque legitimis hæredibus uel alienantis ab aliis cohæredibus uendicari poſſe. l. peto. §. prędium, & §. fratre. ff. de leg. ii. ibi, ſi non paruerit hęres uolũtati teſtatoris, oẽs petẽt, quia familia etc. & l. cum pater. §. libertis. & l. qui ſolidum. §. prædiũ, ibi, ſupremus ex filiis, qui fideicommiſſum petere poterit. & l. Lucius. eo. tit. ff. de leg. ii. & à ueteribus noſtris ſępius ex facto reſponſum extat. Bald. conſ. clxxiiii. in fin. ibi, ſi ſit perſona. & conſ. ccciiii. nu. i. in iiii. Roma. conſi. cccclvii in primo dubio. Corn. cclviii. litera A. & cclxxvi. litera A. lib. i. Deci. conſ.
5 xxiii. uerſ. non obſtat, † ubi ſimpliciter inductum fideicommiſſum ex prohibitione alienationis aſſerit, quando conſtat de mente prohibentis, ut bona illa in eius agnatione remaneant. & idem Deci. cõſil. clxxxii. nu. i. & Rui. conſi. cciii. nu. i. in ii. & conſil. xxxix. in v. ubi egregiè diſſerit, quomodò ſit conſulendum reuocantibus alienationem aduerſus hominis iuſſum factam. & Grat. Bononien. cõſ. xxi. & xxii. in ii. et nuper D. Soci. iun. conſi. cxii. nu. i. & iiii. in ii. ubi eleganter docuit, & tunc ipſi pręcepto de non alienando, hęredem contrafeciſſe cenſeri, quãre ipſa alienauit, ut præſenti ſpecie uideri poteſt, filiabus ipſis inſtitutis, ut mox oſtendam.
6 † Tertiò cohæredem ius fouere uidetur, quòd quandoque reſponſum ſit, inhibita bonorum alienatione eam quoque comprehendi, quæ ex inſtitutione ipſa proficiſcatur. d. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij.

ij.ubi,cùm teſtator petiiſſet,ne domus alienaretur,
extero hęrede inſtituto,ad fideicommiſsi petitionē
omnes admitti,reſponſum eſt.quòd Iacob. ab Are.
Bart.Albe.& Cuma. ibi nu.i.& ii.aduertunt. & d.§.
prædium, ſumendo locum à ſpeciali, ibi, ſi nō no-
luntaria.& Cuma.num.iii. Albe. & Caſtren. §. fra-
tre.nume. ij.

Quod & in legis ipſius probibitione Iuſtinianū
ſanxiſſe uidetur. l.ſi quis prioris.§.certum eſſe.C.de
7 ſecund.nup.† ubi cauit, tranſeuntem ad ſecunda uo-
ta lucrum ſibi obueniēs ex priori matrimonio alie-
nare non poſſe : idque ſine legati ſiue inſtitutionis
ipſius titulo.ubi Albe.Bal.& Sali.& Bart.diſtinguit.
d.§.fratre.& l.ſi quis ita.§.ea lege,uerſ.aut hęres te-
ſtamētarius.ff.de uerb.obli.cui ſubſcribunt omnes,
8 cùm intentio diſponentis clara ſit† ut res,quam alie-
nari uetuit,in certo genere perſonarum remaneret;
prout† in caſu noſtro contigiſſe uidetur. & ſententiā
huiuſmodi receptiſsimam Claud. atteſtare videtur.
d.§.ex lege,nu.vj.& pertractatum quandoque fuit,
& nō ſemel à maioribus noſtris ex facto reſponſum:
Fabia. de Monte in tracta.de ęmp.& uend.q.xxij.&
ult.& Bal.conſi.v.nu.iij.in ij.ibi, cùm maſculorum
mentio facta eſt.& conſi.lxxxiij. nu. i. uerſic. aut eſt
prohibita,ut res ad alium poſt mortem applicetur.
& conſi.clxiii.nu.i.in iiii.& Ange.conſil.vii.nu.v.
uerſ.quando uerò prohibetur contemplatione cer-
tarum perſonarum.& Iaſ.conſ.clxiiii.nu.i.in iiii.&
Anan.conſ.xlvii.Illud.& Deci.conſil. dcxxxi. nu.i.
& iij.Quamobrem filiarum ipſarum inſtitutionem
in pręſenti caſu nullam fuiſſe concludendum uide-
retur. Et ſi quis diceret,hæc omnia corruere,quoniā
lex exteri hæredis inſtitutionem prohibeat.d.§.fra-
tre,& l.codicilli.§.matre, & d.§.ea lege cum aliis ſu
perius adductis.quæ ſanè qualitas filiabus ipſis con-
uenire non cenſetur,quas Iuſtinianus unà cum ma-
ſculis ad parentum ſucceſsionem ęquali portione
uocari ſanxit.l.maximum uitium.C.de lib.præteri.
§.i.inſti.de hęred.quæ ab inteſt. deferun. & §. i. in
aucten.eod.uerſ.in hoc enim,ibi,nulla introducen-
da.& §.nullam,& aucten.in ſucceſsione. C. de ſuis
& legit.ubi Ange.Sali.& Caſtren.aduertunt, & Re-
uerendiſsimus Pariſ.conſili.liiii.num.iii.in.ii.plu-
res adducit.

9 Reſpondeo,† ſingulari iure Brixienſis Ciuitatis
ipſius Iuſtiniani conſtitutioni derogatum intelligi.
§.ius autem ciuile. inſti.de iure nat. gent. & ciui. &
l.omnes populi.ff.de inſtit.& iur.ubi Barto.plenius
diſcutit,& poſt illum Seueri.& Iaſ.cautum enim eſt
ſtantibus maſculis fœminas ipſas excludi.cuius ſin-
gularis legis ſumma ac finis in publico commodo
uerſatur,quod inde cēſetur, ut bona in familia diu-
tius permaneāt,ex quibus agnationis dignitas cohō-
neſtetur.l.i.§.quāuis,uerſ.publicè intereſt.ff.de uē-
10 tre inſpi.& l.ſuper ſtatu.C.de quęſtio. † Paupertas
enim familiarum ſplendorem obſcurare ſolet. d.§.
11 ſancimus,† in aucten.de teſti.& l.i.ff.de cuſtod.reis.
qua ratione municipiorum eiuſmodi iura interpre-
tatione iuuanda eſſe receptum eſt.Io.And.in Spec.
in tit.de ſucceſsio.ab inteſt.ſuper rub.in fi.& Doc.
d.l.maximum uitium.& §.cęterum,inſtit. de legit.
agna.ſucceſſ.ibi,plerunque commodius eſt. & l.ue-
nia.C.de in ius uocand.Roma.& Alex.l.ſtipulatio.
de uerb.obl.nu.xiiii.& pertractatum extat : Laur.de
Palatiis in trac.ſtatu.ſtantibus maſculis fœminas ex
cludentium,& Bru.trac.eodem.i.par.q.i.& Ange.
d.conſi.vii.& Iaſ.d.conſ.lxiiii.in iiii.uerſ.item ęqua
& rationabilis fuit.& Alex.cli. in ii. quam quidem
ſententiam Reuerendiſsimus Pariſ. receptiſsimam
12 atteſtatur conſ.liiii.nu.iii.lib. ii. Quæ † cùm eiuſ-
modi ſit,concludendum cenſeri uidetur, filiam hu-
iuſmodi caſu perinde ac extraneam haberi, & à pa-
rentis ipſius ſucceſsione repelli. Bar.l.i.§.ſciendum.
ff.de ſuis & legi. uerſ. quæro, dicit ſtatutum. & ibi
Alex.& Bal.d.l.maximum uitium,circa finem, & l.
qui ſe patris.C.unde liberi.col.antepe.& ibi Iaſ. &
Corn.d.l.maximū uitium.nu.vi. concluſionem hu-
iuſmodi etiā deſcendentibus ex fœminis obeſſe do-
13 cuit.l.ſi uiua matre.C.de bonis matern. † adeò, ut
nec in portionis legitimę ineundę ratiōe inter alios
filios connumerentur. quod Alex.poſt Din. Bal.&
alios ueteres diſcuſſit.l.ſi pluribus.§.ſi duobus.ff.de
leg.i.nu.vii.& viii.& ſępius ex facto reſponſum ex-
tat. Butr.conſ.xxxix.nu.ii.& iii.Angel. conſili.ccc.
Punctus talis eſt.Cuma.xxxv.Stante. Caſtrē.ccliiii.
Cùm fundamētū.Soc.conſ.lxxii.& cl.uerſ.poſtre-
14 mò,in iiii. & Deci.conſ.cclxxxiii.num.v.† Quin-
immo, cùm municipalis lex filiam omni caſu exclu
dit,licèt dotem ei conſtitui mandet,perinde ac de-
functa ſit,quod ad legitimam portionem attinet, ut
nec tunc quidem illius uicem dos ipſa ſubeat, ſed
tanquàm legatū extraneo factum intelligatur.Alex.
Aret.Rui.& Gaiaul.d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm
ff.de lib.& poſthu.Albe.Bar.Imo. l. Titio centum.
§.Titio genero.ff.de condi.& dem.quod à Clariſsi-
mo Patauino Collegio ei domino Prodoximo de
Comitibus præexiſtente Priore reſponſum fuiſſe,
Soci.atteſtatur conſ.impreſſo poſt tit. ad Senatuſ-
conſ.Trebel.inter lecturas eiuſdem D.Bartholomęi
Socini uerſ. tertia fuit opinio. & Reuerendiſsimus
Pariſius ſententiam huiuſmodi communem ateſta-
tur d.conſ.liiii.nu.xiiii.in ii.

Quamobrem concludi oportere uidetur,hanc ip-
ſam filiarum inſtitutionem ceu extranearum aduer-
ſus teſtatoris iuſſum de nunquàm alienando,nullam
intelligi.d.§.fratre.d.§.prædium,ubi Docto. Glo.&
Barto.l.pater filium.ff.de leg.iij.in uerbo factum. &
15 d.l.ſi quis ita.§.ex lege.ff.de uerbo.oblig. † & ſæpius
enim ex facto ueteres conſulti reſponderunt,fœmi-
nas ipſas municipalis iuris auctoritate excluſas, nec
inteſtato patri ſucceſsibiles eſſe : & idcircò earum in-
ſtitutionem omninò prohibitam exiſtimari. Alex.l.
qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb. oblig. num.iiij.
uerſi.puto concludendum.& conſ.lvj.in j.nume.v.&
clv.in ij.& lv.& lix.in iij.Curt.iun.cōſi.cix.nu.xiij.
in ij.par.Grat.Bononien.conſi.lxviij. nume. j. & ij.
& in ij.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus, op-
poſitum,ſecundum iuris noſtri rationem uerius eſ-
ſe cenſeo.conſtat etenim Reueren.ipſum teſtatorem
elogio ſuo cauiſſe, ut ita demum inter cohæredes
ſubſtitutioni locus eſſet,ſi alter eorum abſque hęre-
dibus ex ſe legitimè deſcendentibus obiret. Quibus
ſanè uerbis poſt perfectam inſtitutionem uſum fuiſ-
ſe propo-

ſe proponitur: Cum hoc,quòd caſu quo ſupraſcri-
pti eius hæredes decederent abſque hęredibus ex ſe
legitimè deſcendentibus, quòd alij ſuperuiuentes
ſuccedant in parte ſic decedentis. Cæterùm, cùm
Morganius hic tribus relictis filiabus deceſſerit, ſa-
nè conditio ipſa defeciſſe exiſtimatur,ſub qua cohę-
redibus ipſis prouiſum fuerat.l.cùm uxori.C.quã-
do dies leg.ced.ubi Bal.Angel.Sali.& Cor.in Gloſ.
16 ult.uerſ.& ideo.† ubi ſubiicit,ſaltem ſuper naſcen-
tes ſub conditione uocatos tacitè ab inteſtato præ-
ferri.l.Lucius, la ij.ff.de hæred.inſtitu.ubi Gloſſ.in
uerbo prætulit.& Doct.& Alex.Cur.Deci.nu.xv.l.
j.C.de pac.& ibi Cagn.nu.xlij.communem ſenten-
17 tiam atteſtatur. † nec ulli ambigendum, quin con-
ceptio hæc,cum hoc quòd caſu quo etc.conditionẽ
interat,perinde,ac ſi diſponens dixiſſet,ſi ſine hęre-
dibus.l.i.ff.de condit.& demonſtrat. ubi Bartol. in
prin.uerſ.tertiò regula eſt.& idem Bartol. l.quibus
diebus.§.Termilius.uerſ.quid ſi teſtator. & in l. in
conditionib.§.i. ibi, niſi animo. & l. quęſitum. §. i.
ff.de conditio.& demonſtra.& Imol. in l. huiuſmo-
di,in prin.ff.de leg.j.& Alex.docuit conſi.cxix. nu.
i.uerſicu.nam illa uerba cum hoc pacto, lib.j. ubi
egregiè declarat,quod ſcripſerat conſi.cii.num. iiij.
18 eod.uol.i. † Quare conſtat in pręſenti negotio,uel
vno hęrede ſuperſtite,uocatos cohæredes excludi.d.l.
cùm uxori & l.antecedenti.C.quã dies leg.ced. adeò
19 ut non referat, †tametſi natus illicò expiret.l.i.C.de
cond.inſer.ubi oẽs in i.not.aduertunt.& l.ex facto.
§.fin.ff.ad Senatuſconſ.Trebel.ubi Gloſſ.& Doct.&
dixi in Glo.i.poſt omnes in tertia concluſione prin
20 cipali in c.in præſentia,de probationi. † Cùm ergo
tres filias Marangonius ipſe reliquerit ſuperſtites,
non ſine liberis deceſsiſſe intelligitur: unde & co-
hæredes admitti non poſſe plusquàm manifeſtum
cenſeri debet.d.l.i.C.de condi.inſert. & l. non ſine
liberis.ff.de uerbo.ſig.& l.ſi quis hęredem. C.de in-
ſtit.& ſubſti.& l.hęredibus, in princip. ff. ad Sena-
tuſconſ.Treb.& l.iubemus.§.ſin autem.& in nõ ab-
ſimilibus caſibus à maioribus noſtris ex facto ſępius
reſponſum extat: Abb.cõſ.xl.Venio ad primum.lib.
i.Alex.xxxi.in iii.Deci.ccxviij.nu.vii.& x.& conſi.
cclxx.nu.i.& dlxx.nu.iiii.& conſil.dcxxxvi.nu.iiii.
& Rui.conſil.lxxxviii.num.iii.& cxcvi.nu.i.& lxx-
vii.nume.ii.in iiii.ibi conditionem,ſi ſine filiis, uel
unica relicta filia defeciſſe reſpondit. Grat. Bono-
nien.conſi.liii.nu.i.& conſil.cxi.nu.ii.lib.ii.cõclu-
dit,cùm quis ſub hac conditione,ſi ſine liberis uo
21 catus proponitur,uel unica filia repelli. † Quippè,
quòd liberorum appellatione eam comprehendi
reſponſum ſit.l.cognoſcere.§.conſtat.ff.de uerb.ſig.
& D.Maria.iun.conſi.i.nu.i.& cxiiii.num.iiii.lib.i.
& cliiij.nu.iii.& clviii.nu.xxiii.& xxiiii.& nu.xxxv.
& xxxvii.in ii.Quocircà,cùm in pręſenti negocio
teſtator cauerit in portionem cohęredis abſque hę-
redibus ex ſe legitimè deſcendentibus alios hæredes
ſuccedere debere,perinde haberi debet,ac ſi dixiſ-
ſet,ſi ſine liberis.d.l.cognoſcere. §.liberorum. ff. de
22 uerbo.ſignif.uel ſi ſine filiis,†quo caſu uel unica ſu-
perſtite filia ſubſtitutionẽ euanuiſſe.d.l.j.C.de con-
ditionib.inſer.& l.cùm acutiſſimi. C. de fideicom.
ibi,ſine filiis uel filiabus.& c.Rainaldus, in uerſicu.
ſi ſine filiis.ubi Hoſtien.& in c.Rainutius, in uerbo
ſi abſque liberis.q.i.& ii.de teſta. quod & ex facto
ſępiſsimè reſponſum extat: Roma.conſi.cxlviii.Vi-
ſis.Corn.ix.Viſa,in primo,& conſili. ccii. & ccxxx.
in iii.Alex.lv.in iii.& xxxviii.in vi. & xvii.in vii.&
Iaſ.conſil.lxii.in ii.& Soci.clxxxii.Licèt filia.& cc-
xxvii.Præſens conſultatio,ad finem uerſ. ſecundum
quod. & Curt.ſenior conſ.xliiii.& lxix.& Dec.con-
ſil.ccclxx.& dlxviii.& dlxx.ibi atteſtatur ſententiã
hanc communem eſſe: & Curt.iun.conſi.xlix. Ha-
23 bita,& lxix.Io cauſa.& clvi. In teſtamento.† Quo-
circà,cùm receptiſsimum ſit,filios huiuſmod in cõ-
ditione poſitos tacitè ab inteſtato præferri.d. l. Lu-
cius,la ij.ubi Glo.in uerbo prętulit.& Doctο. d.l.i.
C.de pac.ubi Dec. num.xv.& ibi Cagnol.num.xli.
quod & ueteres ex facto conſulti ſępius reſponde-
runt Anchar.conſi.cxx.Rui.conſ.cxi.& cxxx.& cxl.
in ii.Reuerendiſsimus Card.Pariſ.conſi.xii.xxxi.&
lxxxvi.in iii.Alexandrinus conſi.xvi.& cxx.& Do.
Maria.iun.conſil.cxi.& cxii.& cxix lib.i.& clxviii.
in ii.nu.xii.concludendum uidetur in præſenti ne-
gocio ipſius Morganij filiabus ex teſtamento Reue-
rendi D.Hieronymi locum potiorem in bonis inte-
ſtati patris eis ipſis relictum fuiſſe, quippè quòd
eas pari ratione legiſlator Iuſtinianus ad ſucceſsio-
nem parentis inteſtati uocet.d.l.maximum uitium.
C.de lib.præte.d.auct.in ſucceſ.d.§.nullam, in auct.
de hęr.ab inteſta.uenientibus.

Secundò huius ipſius negocij clara deciſio pro-
batur, quod in ſpecie Reuerendus ipſe teſtator ca-
uit,quòd caſu quo aliquis ex eius hæredibus ex eo
legitimè deſcendentibus etc.unde, cùm filias ipſas
ſuſceperit,nemini ambigendum exiſtimari debet,
quin conditio ipſa defeciſſe cenſeatur. l.ex facto. §.
24 fin.ff.ad Senatuſconſ.Trebel.† ubi Diuus Pius cõ-
ditionem illam ſi ſine hærede,de liberis intelligen-
dum reſcripſit.& ibi Accur.rationẽ ſubiicit,ne aliàs
diſpoſitio illa inutilis eſſet, quippè ꝙ uix contin-
gere poſsit,ut quis hæredem non habeat. §. i. inſtit.
de rerum qualitate & differ. & l. neceſſarijs. ff. de
hæredib.inſtituen.et l.i. C. unde uir et uxor. unde
aduerſus uim uerbi ex natura actus interpretationẽ
eam fieri,Dyn.et Albe.ibidem in principio aduer-
25 tunt & Bar.et Alex.†cũ aliàs terminus ille, hęres de
quolibet etiam extraneo intelligi conſueuerit. l. in
annalibus. C.de legat.l.ſciendum.l.hæredis,de uer.
ſig.l.Gallus.§.et ſi parente,ff.de lib.& poſth. quare
in pręſenti negocio filiabus ipſis editis ſuperſtiti-
bus, Reuerendi teſtatoris menti ſatisfactum fuiſſe
non ambigitur.Glo.in c.in præſentia, de probatio.
in uerbo ſi ſine liberis,in principio,& Io:And.But.
Card.& Abb.ibi.nu.xxvii.& Dec.poſt Fel.& Barb.
nu.xlij.uerſ.ſecũda concluſio. ne aliâs conditio ipſa
abſque effectu appoſita fuiſſe uideretur propter iu-
ris ipſius diſpoſitionem cuiuſcunq; morientis ſuc-
ceſsionem deferentem.d.l.i.ff.de ſucceſſ.edict.& l.
i.C.unde uir & uxor. Bart.Caſtr.& Alex.d.§.etiã.
d.l.Gallus,de lib.& poſthu.& ex facto ſępius reſpõ-
ſum extat: Ange.conſi.cclxvi. Dictum legatum re-
lictum, nu.i.ubi ultra alia nempè dictam l. ex facto
§.fin.ab omnibus adductam & l.hæres. ff. de obſeq.
liber.not.Glo.quam Albe.adduxit, allegat c.primũ
de co

de eo qui ſibi & hæredib. in uſibus feudorum, et
cccvj.nu.iij.ubi concludit in materia differenti hu-
ius termioi appellationem ad filios pertinere.et Cn
ma.conſi.cxv.Proponitur. Corn. conſili. lxx. litera
C. libro primo,& clxxix.in principio,in iii. & ccl-
iii.litera.C.in iiii.Alex.cv.ou.ii.& iii.in i.& xxavi.
nu.ix.io iii.& xvii.num.iii.in v.Rui.cxlviij. nu. iiij.
& clxxiiij.oume.xii.in ii.Grat.lv.nu.lib.i.Quare,cũ
Reuerendus teſtator termino hoc ſi line hæredibua
uſus proponatur,filias fœminas comprehenſas fuiſ-
ſe uideri debet.perinde ac ſi dixiſſet,ſi abſque liberis
uel filiis.d.§.fin.
26 † Tertiò eandem conclnſionem munire uidetur,
quòd teſtator ipſe qualitatem illam ex ſe legitimè
deſceodentibus adiecerit,quę quidem & filiabus ip-
ſis conuenire cenſetur.d.l.maximum uitium. d. §. i.
inſtitut.de hæred.quæ ab inteſt. deferun. & in auct.
eodem.§.i.& l.i.ff.unde legit.& l.iii.§.de illo.ff.pro
ſocio.ubi Glo.in uerbo ad legitimam.& ibi Alberi.
Bar.Caſtren.& Sali.& l.lege xii.tabularum.C.de le-
git.hæredib.& ſæpius tractatum,& ea facto reſpon-
ſum extat: Cin.& Din.trac.de ſucceſſ.ab inteſtat.&
Matthęſill.& Nico.de Vbal.& Auton. Roſell. tra-
ctatu eo.in i.par.de ſucceſsione deſcenden.& Alex.
conſi.xxxvi.in iii.& Rui.d.conſil.clxxiiii.nume. vi.
& viii.in ii.& D.Maria.iuo.conſi.clxxvii.nu.xiiii.
in ii.Neque enim dubium eſt,quin & legitima de-
ſcendentium propagatio in ipſis quoque fœmi-
nis conſiderari debeat.d.§.i.in auctẽ.de hæred.quæ
ab inteſt.deferun. & l.liberorum.ff.de uerb. ſigni.§.
præter hæc,ibi,ex nobis deſcẽdunt filios filiasq; etc.
quod Bar.ibi & Alcia.aduertunt.& non rarò reſpõ-
ſum extat:Bal.conſil.cccxxiiii.io iii. Auge.cclxxx-
27 ix.Viſo,† ubi in termino proximorum, quemad-
modum & Bal.in termino propinquorum,filias cõ-
prehendi concludit:& But.in termino poſteriorum
conſi.ix. Viſo.& Anchar.cccxxxix.& Alea.coniun-
ctorum appellatione fœminas ipſas comprehendi,
reſpoodit conſi.cxv.in ſecundo.& clx.ou.iii. & iiii.
28 eodem libro,& d.conſ.xxxvi. num.ix.in iii.† Vnde
in conceſsionibus alicui & deſcendentibus factis,
niſi ſubiecti argumenti ratio aliud ſuadeat,filias cõ-
tineri,Decl.ipſe reſpondit conſil.ccxxiii. nu. ii. &
iii.& conſi.ccccxcv.uerſ.quòd proles. & Reueren-
diſsimus Card.Pariſ. conſi.xx. ou. xxxiiii.ubi affir-
mat fœminam inter deſcendentes cenſeri & agnatã,
conſil.xxxi.nu.l.& conſ.li.nu.xxx.& conſil.lxxavii.
nu.xxiiii.in ii.& conſil.sxii.nu.xix.in iii.

Quartò & vltimò,cùm teſtator ipſe rite & ſolen-
niter teſtatus fuerit,& generalem legis ipſius proui-
ſionem eius ipſius ſpeciali diligẽtia fulciuerit, mi-
rũ eſt,ut cohæredes ipſi filias huiuſmodi excludere
poſſe exiſtimet.l.ſi.C.de pac.conuen.c.i.de reſcrip.
& c.ſtuduiſti,de offi.leg.& c.i.de tregua & pace, &
in auct.itaq;.C.communia de ſucceſsio.& in auct.de
29 conſang.& uterin. fratrib.† Quamobrem à iuris ra-
tione prorſus abhorrere eaſtimatur eius ipſius, qui
diſpoſuit uoluntatem non cuſtodiri.d.l.uerbis legis
ff.de uerb.ſign.& & d.§.diſponat,in auctẽ.de nup.
& l.i.C.de ſacroſanc.Eccleſ.& l.conditionibus.ff.de
cond.& demonſt.& egregiè D. Maria. iun. edocuit
conſil.clii.nu.v.& clvii.nu.i.& iii.in ii.uol. ex qui-
bus apertiſsimè cenſeri debet, filias ipſas inteſtato
parenti ſucceſſuras multò fortius ei rite & rectè te-
ſtato hæredes eſſe debere.l. commodiſsimum. ff. de
uerb.obl.& l. i toto.ff.de reg.iu.ibi,potius eſt,quod
ad ſpeciem refertur.Dec.& Cagnol.plures adducũt
& Bar.l.ſi hominem.ff.mandati.

Non mouet prima ratio ſumpta à conceptione
diſpoſitionis,ibi,cum hoc,quòd ſi aliquis decederet
ut tunc in portionem ſic decedentis cohæredes ipſi
ſuccederent: unde portionibus huiuſmodi onus in-
iunctum uideri poterat. quia reſpondeo, quampri-
mùm uel unica filia edita fuerit & patri ſuperſtes,
cõſtat ſubſtitutiooem ipſam excludi.d.l.cum uxori.
C.quando dies leg.ced. & d.l.i.C.de condi.inſer.nõ
enim abſque hæredibus deceſsiſſe intelligitur, qui
uel unum reliquit.d.l.non eſt ſine liberis. ff. de ver-
bo.ſign.& l.liberorum.§.præter.ff.eo.tit. quamobrẽ
nullum ius fideicommiſſum petendi tribus filiabus
ſuperſtitibus cohæredibus competere conſtat. d.l.i.
C.de pac.ubi Docto.cum aliis ſuperius adductis.

Secundò non urget alienationis prohibitionem
factam fuiſſe,quocircà cohæredum ius perſpectum
fuiſſe traditum eſt.d.§.Diui.d.§.fratre. d.§.libertis,
30 cum aliis ſuperius adductis.† quia reſpondeo,ex ꝓ-
hibitione ſub quacunque uerborum conceptione
facta ius fideicommiſsi inductum non cenſeri,niſi in
caſu alienationis.Bar.Alex.Ripa d.§.Diui.& ſępius
ex facto reſponſum extat: Dec.conſi. cccclxxxi.nu.
lxx.et dcxxxv.ou.iii.et Grat.conſi.xvii.nu. xvi. in i.
et Rui.conſ.xxxix.in v.et D.Maria.iun.conſ.xcviii.
nu.xlviii.& xlia.et conſ.claa.nu.xlviii.et conſ.laxx.
nu.i.et xviii.in ii.Quocircà,cùm Organius ipſe ad-
uerſus Reuerendi teſtatoris iuſſum nihil attentaue-
rit,conſequens eſt,nullũ cohæredibus eius ius quæ-
ſitum fuiſſe uideri.d.§.fratre,et d l.qui Romę.§.co-
hæredes.ff.de uerb.obl.ubi Alea.Iaſ.et Soci.

Tertiò non urget prohibita alienatione extra fa-
miliam,extranei quoque hæredis inſtitutionem in-
hibitam exiſtimari.d.§.fratre.d.§.prædium, cũ aliis
ſuperius adductis.quia reſpondeo,nullam hìc eiuſ-
modi prohibitionis conceptionem fuiſſe; vnde ex
diuerſis non rite poteſt inferri.l. Papinianus exuli.
ff.de minorib.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de
acquiren.poſſeſ.l.inter.§.ſacram,in fi.ff. de uerbo.
obligatio.

Prętereà dico filiarum ipſarum inſtitutionem, &
ſub pleniori prohibitionis conceptione de nõ alie-
31 nando,non facilè comprehendi.quoniam ſuę,† non
autem extraneę ſint.d.l.maximum uitium.C.de lib.
præteri.d.l.lege xii.tabularum.C.de legi.hęred.un-
de & inteſtatis parentibus unà cum maſculis ſucce-
dere ſolent.d.§.i.& §.reliquum, in d.auct. de hæred.
quæ ab inteſt.& §.j.inſti.de legi.agna.ſucceſſ.Quin-
immo, & ſi contingat aliquem alienari prohibitum
inteſtatum obire,etiam non agnatus ueluti mater ei
ſuccedere poteſt, auctẽ. defuncto. C. ad Senatuſc.
Tertul.& d.l.cùm pater.§.cùm inter.ff.de leg.ii.ubi
Bar.Imo.& idem d.§.fratre.& d.l.ſi quis ita.§.ea le-
ge,de uerbo.obli.& Alex.d.§.cohæredes.† Idem ſi
inſtituatur qualiſcunque non agnatus,inteſtato ta-
men ſucceſſurus.Gl.in l.pater.§.Iulianus. ff. de leg.
iii.in uerbo factum,prout ſubſcribit Imo.ibi,& d.§.

ea

ea lege,& d.§.fratre,et Bar.l.iii.de leg.i.in fin. et Iaſ.
d.§.Diui , ad fi. & ea facto ſępius reſponſum extat:
Bal.cõſi.lij.nu.iij.in ij.& clxiij. in iij.nu.j.Alex.cõſ.
lxvi.iu j.& xxiij.in ii.ubi atteſtatur communem eſſe
ſententiam , prohibitione huiuſmodi hæredis non
extranei inſtitutionem non contineri, & conſ.lia.in
iij.& conſi.lv.& lix.ad fin.in vj.& Curt.conſil. alvi.
34 Sępe.& Iaſ.conſ.clxiiii.in iiij. † ibi concludit, tunc
quidem filias inſtitui non poſſe,cùm teſtator cauit
bona inter maſculos perpetuò remanere debere.
Deci.conſil.xxiii.nu.vj.& conſil.claaaij.nume.j.&
ccccxxxj.nume.ij.& Rui.conſi.lxaxix.nu.xl.& cõſ.
cviij.num.i.in ij.idem concludit quando nulla ma-
ſculorum mentio facta proponitur, quemadmodum
in caſu noſtro,& conſil.cxxxiiij.nu.iiij.& vj.& cõſ.
clxaxix.in ij.nu.j.& cl.nu.iij.eodem lib. & Reuerẽ-
diſsimus Pariſ.conſi.xxvj.nu.xvj.in ij.concludit fœ-
minarum inſtitutionem tunc eſſe probibitam , cùm
eas prorſus teſtator excluſit,& Grat.conſili. ia. in j.
nu.clxiii.& dlix.& conſi.liiij.in ij.num.lii. & lxviij.
nu.i.ii.& iij.ubi communem ſententiam eſſe atte-
ſtatur ſub hac prohibitionis conceptione uenientiũ
ab inteſtato inſtitutionem prohibitam non cenſeri
num.iiii.ibi,in filiis & deſcendentibua,& conſ.caa-
vi.nu.xiiij.& aix.& Do.Maria.iun.conſi. xcvij. nu.
xlix.in ij.Quocircà,cùm filiarum ea ſit conditio in
pręſenti negotio,ut non ſicut extraneæ,ſed ſuæ in-
teſtato parenti ſuccedant. d. l. maximum uitium.&
quemadmodum agnatę exiſtimantur. d. l. pronun-
ciatio.in fin.cum ſequenti de uerb.ſig.conſequẽs eſt
parentem,qui eas inſtituit Reuerendi teſtatoris prę-
35 cepto non contrauenisſe : quippè , † quòd fortius
ſubſiſtente alienationis prohibitione extra fami-
liam , filias atque ſorores inſtitui poſſe non am-
bigere.d.§.Iulianus,& d.§.fratre,à contrario ſenſu ,
& l.uoluntas.C.de fideicommiſſ.ubi omnes aduer-
tunt,& ex facto ſępius reſponſum extat: Alea.d.cõſ.
lv.uerſ.præterea etiam,in iij.& Iaſ.d.cõſi.cxii.uerſi.
ſextò facit.& Curt. ſenior conſ.lxiii.uerſ.quid plu-
ra.& Curt.iun.conſi.alix.Habita,uerſicu.accedit ad
confirmationem.& D.Maria.iun.conſi.clviii.num.
xliiii.in ii.

Non mouet quartò municipalis iuris Brixienſis
Ciuitatis diſpoſitio maſculos fœminis ipſis pręferẽ-
tia:quia intelligi debet in caſu maſculorum eiuſdem
gradus exiſtentium,nempè filiorum ipſorum.Bar.d.
§.ſciendum.d.l.j.ff.de ſuis & legi.cum aliis ſuperius
adductis : cùm enim diſpoſitio huiuſmodi commu-
nis iuris auctoritatem corrigat.d.l.maximum uitiũ,
per quàm ſtrictè intelligi debet,ut paſsiuam à veteri
lege interpretationem accipiat.l.ſi ſerui ueſtri.C.de
noxalib.Bar.l.ij.de leg.j.But.c.cùm dilectus, de cõ-
ſuetud.Alex.& Iaſ.l.fin.§.in computatione.C.de iu-
36 re delib. † Quocircà , ſi municipali conſtitutione
cautum proponatur,ſorores propter fratres excludi
de fratribus intelligi debet, non tamen de fratribus
patruelibus,ne caſus omiſſus contra iuris rationem
pro expreſſo haberetur.l.ſi extraneus.ff.de cond.ob
cauſ.l.ſi quam dotem.ff.ſolu.matr.l.quicquid. ff. de
uerb.oblig.ubi Docto.& diffuſius pertractat Bru.in
trac.ſtatut.excl.fęm.maſc.art.xii.q.xiiii.xv.& reſpõ
ſum extat: Corn.conſ.clx.in ii. & Reuerendiſsimus
Pariſ.clia.nu.a.in iiii.& D.Maria.iun.conſil.clxxx-
37 vii.nu.xvii.& claaxviii.nu.ix.in ii.† Et idcircò mu-
nicipalia iura huiuſmodi in cauſæ inteſtati loquen-
tia,non trahuntur ad caſum inteſtati.d.l.ſi extraneus.
& l.ſi ſeruum.§.non dixit. ff. de acquiren. hæred.&
pertract. Bru. in d.tractat.q.i.art.princ. & Caſtren.
conſ.cclxxxiii.in i.& Reuerendiſsimus Pariſ. conſi.
xxiii.nu.xli.& conſil.lxviii. numero uigeſimoprimo,
in ij.

Vltimò,quod ad harum filiarum conditionẽ in-
habilem reddendam attinet , Brixienſis ſtatuti di-
ſpoſitio nihil quidquam operari poteſt : quippè q
Reuerendi teſtatoris diſpoſitio clara ſit ; ita demum
cohæredibus ius quæſitum fuiſſe uolentis,ſi contin-
geret aliquem abſque hæredibus ex ſe legitimè de-
38 ſcendentibus diem ſuum obire.† at cùm tribus fi-
liabus ſuperſtitibus deceſſerit,cõſtat cohæredes ip-
ſos excludi.d.l.non eſt ſine liberis.d.l.i.C.de cond.
inſer.d.l.ex facto.§.fin.ff.ad Senatuſconſ. Treb. Gl.
i.in c.in præſentia,de proba.in iii. concl. ubi Ho-
ſtien.Io.And.But.Abb.Deci.& Bero. Quare con-
ſequens ſit ex ſpeciali prohibentis teſtatoris proui-
ſione , illas iure ſuorum hæredum cenſeri debere t
quod & iuris communis diſpoſitioni conuenit. d.l.
maximum uitium,& l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu. &
l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Senatuſconſ.Trebell.
ubi Bar.& Alea.nu.viii.& Soci.nu.axxi.& Ripa nu.
lxxvii.& lxxviii.unde & inteſtato patri ſucceſsiſſent.
l.Lucius,la ii.ff.de hære.inſtit.ubi Glo.in uer. præ-
tulit,& Docto.unde multò fortius ab eorum parẽte
illas rite inſtitutas tuendas eſſe.l.quãdiu.ff. de acq.
hęred.l.antequam.C.communia de ſucceſ.l.in toto,
39 de reg.iur.& l.ſtipulationes, de uerb.obl. † fortior
enim nexus exiſtimatur, ſi concurrat prouiſio ho-
minis cum diſpoſitione legis.auctẽ.itaque,ubi Al-
be.C.communia de ſucceſ.& in auct.de conſang.&
uterin. fratrib.& c.i.de treg.& pace,ubi Doctor.&
Bar.l.ſpadonem,de excu.tut.§.qui iura. & l.de quę-
ſtione.§.tormenta.ff.de quæſtioni.Bal.l.filium diſ-
finimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & dict.
capi. tertio loco, de probation. Ea quibus cla-
rè concludi poteſt, filias huiuſmodi à parente in-
tutas , à patris cohæredibus nulla ratione uexa-
ri poſſe.

Laus Deo.

Patauij, Prid. Kal. Febr.
1552.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi onus ita iniunctum cenſeri, ſi conſtet, teſtatorem reſtituere mandaſſe.*
2 *Fideicommiſſi onus aliquando ex coniecturis comprehendi, quomodo intelligatur.*
3 *Mens qualis fuerit agentis, ex diſpoſitionis uerbis colligi conſueuit.*
4 *Conditionis uirtus ea quidem eſt, ut minimè diſponat.*
5 *Filij hæredis admittuntur ab inteſtato ad hæreditatem teſtatoris per hæc uerba: Si hæres meus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Mæuium. & eſt communis opinio, licèt non deſint, qui contrarium uelint, & magni quidem nominis. ſicut quæſtio hæc ab omnibus admodum difficilis, ancepsq́ue iudicetur, & uide nu. 19. ubi limitas.*
6 *Ius ex facto conſtituitur.*
7 *Verba diſponentis uſquequaque attendenda ſunt, niſi mens ipſa obſiſtat.*
8 *Subſtitutio compēdioſa facta per uerba communia poſt pubertatis tempus obliquatur; & eſt commune ſcribentium dictum.*
9 *Sequentia ab antecedentibus declarari.*
10 *Clauſulam antecedentem tunc ad ſequentem referri, quando diuerſitatis ratio adduci non poteſt.*
11 *Teſtator, ſi ſemel in teſtamento profeſſus eſt, ſe communi uerbo pro directo uti, idem in omnibus eiuſdem capitibus uoluiſſe cenſetur.*
12 *Verba volo, mando, iubeo, fideicommiſſum inducere.*
13 *Fideicommiſſa ex coniecturis induci.*
14 *Fideicommiſſis potius mentem, quàm uerba eſſe ſpectanda.*
15 *Diſpoſitio facta in vno caſu ad alium extenditur, ex uerisimili tamen diſponentis mente.*
16 *Subſtitutio dicitur compendioſa, cum teſtator dixerit; ſi omnes filij filiæque deceſſerint, ſubſtituo, etc.*
17 *Bona reſtitutioni ſubiecta alienari, aut teſtamento relinqui, non poſſe.*
18 *Qualitas adiecta quando repetita cenſeatur.*

CONSILIVM XIIII.

ADSIT MIHI SPIRITVS Sancti gratia.

CONTIGIT Magnificum dominum Robertum Bentiuolum, Petrum & Paulum eius filios vnà cum domina Margarita eius uxore dum viueret ſibi ex aſſe hęredes inſtituiſſe. in omnibus autem etc. dominam Margaritam eius uxorem in uita tantùm, Petrum & Paulum eius filios ſibi hæredes vniuerſales inſtituit. & ſi dicti eius filii maſculi, uel alter eorum quandocumque deceſſerit in pupillari ætate, ſuperuiuentem ſeu ſuperuiuentes, & dictam dominam Margaritam in uita tantùm ſubſtituit pupillariter, & per fideicommiſſum: & poſt pupillarem ætatem ſi dicti eius filii uel alter eorum quandocumque deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus alium ſeu alios ſuperuiuentes ſubſtituit de eo, quod ſupererit in bonis & hæreditate dicti defuncti vnà cum dicta domina Margarita eorum matre, ſi tunc uixerit in uita tantùm vulgariter et per fideicommiſſum.

Deinde in ſecundo gradu, in caſu mortis omniū maſculorum inſtitutorum, his uerbis prouidiſſe; Et ſi caſus euenerit, quod abominor, quòd omnes dicti ſui filij maſculi, & eorum filij deſcendentes ipſorum legitimi & naturales, & dicta domina Margarita deceſſerint, tunc & eo caſu dictus teſtator reliquit & uoluit, quòd medietas de eo, quod ſupererit in bonis dictæ ſuæ hæreditatis perueniat & peruenire debeat ad dictas eius teſtatoris filias fœminas; & ad dictam Heliſabetham eius teſtatoris neptem & filiam quondam ſupradicti domini Pauli ſuperuiuentem, & ad earum præmortuæ ſeu præmortuarum filios & deſcendentes legitimos & naturales in ſtirpem & non in capita. quod ad aliud dimidium attinet, dictus teſtator uoluit, quòd ultimus ſuorum filiorum & nepotum uel deſcendētium arbitratu ſuo liberè diſponere poſsit.

Tertio gradu his uerbis & forma diſpoſuit: Et tandem, ſi caſus euenerit, quòd omnes filij maſculi & fœminæ dicti teſtatoris & eorum filij & deſcendentium legitimi & naturales, & dicta eius neptis & eius filij & deſcendentes legitimi & naturales tàm maſculi quàm fœminæ deceſſerint, adeò quòd nemo de ſtirpe prædicta dicti teſtatoris remanſerit, tunc & eo caſu eueniente dictus teſtator reliquit & uoluit, quòd omnia bona dictæ ſuæ hæreditatis diuidantur in quatuor partes æquales inter quatuor loca pia; ut in ſerie teſtamenti latius continetur.

Quod ad primum gradum attinet & ſecundum, euenit, omnes filios & filias teſtatoris huiuſmodi abſque filiis & inteſtatos deceſsiſſe, ipſa domina Heliſabetha eius nepte vnà cum filiabus inſtituta, quæ ex Pandulpho Leonardello priori viro Vincentium & Octauianum, deinde ex domino Matthæo de Ragatiis poſteriori viro Petrum, Matthæum, & Lucretiam ſuſtulit: quæ cùm nuptui traderetur Octauiano Ser Bartholomæi generaliſsimam renuntiationem fecit matre illius recipiente, Petro & Matthæo utrimque coniunctis fratribus, necnon Octauiano & Vincentio uterinis tantùm recipientibus reſpectu omnium & quorumcunq; bonorum, quæ ei quomodocunque & qualitercunque obuenire poſſent tàm in bonis matris, quàm patris ab inteſtato, & reliqua.

Modò occurrit ipſam dominam Heliſabetham nuper obiiſſe ſuperſtite dicta D. Lucretia filia, & Pandulpho ex filio prædefuncto nepote. At cùm ipſa donationis titulo in hunc Pandulphum omnia eius bona transtuliſſe proponatur, quæſitum eſt, qua ratione ſucceſsio huiuſmodi deferri poſsit? et quo pacto Lucretiæ ipſius dominæ Heliſabethæ ueluti potiori filiæ conſulendum ſit?

In qua facti ſpecie, ut dilucidius argumentum illius explicetur, tria potiſsimùm diſcutienda uidentur. Primò, utrum ex hac teſtatoris diſpoſitione ipſi

D. Heliſabethæ fideicommiſsi onus iniunctum cen-
ſeatur, & idcircò quòd ad bona hæc attinet, alienā-
di facultatem liberam non habeat, in quibus ex pa-
trui magni diſpoſitione Lucretia aliis inferioribus
potior cenſeatur.

Secundò, vtrum Pandulphus ille nepos vnà cum
domina Lucretia eius amita admitti debeat æquis
portionibus ex perſona patris ipſius ea ratione, quia
Magnificus D. Robertus teſtator in ſecundo gradu
diſpoſitionis illius cauerit, maſculis deficientibus fi-
lias eius uocari; & dominam Heliſabetham neptem
ſuperuiuentem, & earum præmortuæ ſeu præmor-
tuarum filios & deſcendentes legitimos et naturales
in ſtirpem et non in capita.

Tertiò, utrum caſu quo ipſa domina Heliſabeth
grauata intelligatur, vnde liberam diſponendi fa-
cultatem habere non cenſeatur, an quatenus obli-
gatio hæc porrigatur, eatenus diſponere poſsit,
uel non?

Quod ad primum attinet, prima facie reſponden-
dum uideretur in hoc ipſo ultimo diſpoſitionis gra-
du nullum fideicommiſsi onus inductum fuiſſe. non
enim expreſsit id teſtator, ergo noluiſſe cenſetur. l.
quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtit. ubi Din. &
1 Alber. interpretantur † fideicommiſsi onus alicui
ita demum iniunctum uideri, ſi conſtet teſtatorem
illum ipſum reſtituere mandaſſe: & ibi Bal. & Imol.
uerſi. & ex prædictis etiam nota, ſubſcribunt, & l.
quoties. §. tantumdem, eodem titu. & l. vnica. §. ſin
autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. ibi, contra-
rium diſponere nulla erat difficultas. & ibi Accurſi.
in uerbo coniunctim. Bald. Fulgoſi. & Cuma. Ang.
& Caſtren. & Corne. l. iij. C. de libe. præterit. ibi, ut
melior ſenſus exiſtat. Alexand. & Iaſ. uerſicu. tertiò
2 intellige, nume. j. † Et quamuis fideicommiſsi onus
nonnunquam ex coniecturis colligi ſoleat, eas ta-
men ex diſpoſitis in teſtamento deprehendi oporte-
re receptum extat. Soci. in l. cùm auus, poſt ueteres,
uerſicu. aduerte tamen, & in fin. ff. de condit. & de-
monſtr. & conſi. cvj. nume. ij. uerſicu. ad ultimum, in
3 tertio. † Quippè quòd qualis ſit agentis ipſius mens
ex diſpoſitionis uerbis colligi conſueuit. l. Labeo. ff.
de ſuppellect. legata. c. intelligentia, de uerborum
ſignifi. & d. l. iij. C. de libe. præterit. & c. Marchion,
j. q. j. Quare, cùm nulla uideatur in hoc tertio & ul-
timo diſpoſitionis gradu, fideicommiſsi facta men-
tio, conſequens eſſe uidetur ex uerisimili diſpo-
nentis intentione concludendum, liberè potuiſſe
ipſam dominam Heliſabetham de eiuſmodi bonis
diſponere. quod paſsim in non abſimilibus caſibus
reſponſum extat, Soci. conſi. vj. num. ix. & conſi. ciiij.
in tertio, uerſicu. ſed prædictis minimè obſtantibus.
& Deci. conſi. clix. nume. v. & cclxxxvij. nume. ix. &
cccclxxxiiij. uerſi. non obſtat quòd uoluntas, in fin. &
cccclxix. nume. xv. & xvj. & dxiij. nu. xj. & Rui. conſi.
cxxxiiij. nu. ij. lib. j. & Reuerendiſs. Pariſ. conſ. lxxxvj.
nu. xxj. in ij.

Secundò multò fortius idem in præſenti negotio
concludendum uidetur, cùm diſpoſitio teſtatoris uo-
cantis filias & Heliſabetham in ſtirpem & non in ca-
pita, ſub conditione concepta uideatur, quatenus
nepotes ex filiis præmortuis uocat. Itemque prone-
potes ex dicta Heliſabethæ nepte ex fratre tàm maſcu
los quàm fœminas etc. quomodo ergo ex tali di-
4 ſpoſitione ſuccedere poſsint, † cùm ea ſit conditio-
nis uirtus, ut non diſponat? l. ſi quis ſub conditio-
ne. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. l. cùm ad præſens. ff. ſi certum
peta. Quamobrem, cùm teſtator ipſe fratri ſubſti-
tuiſſet ante aditam hæreditatem morienti aut dece-
denti ante quàm filium aut filiam ſuſcepiſſet, pru-
dens teſtatoris conſilium ea ratione Sceuola reſpon-
dit, quòd non ſolum fratrem ſubſtitutis prætulerit,
uerumetiam & filios eius. l. Lucius. la ij. ff. de hæred.
5 inſtitu. † Quod quidem reſponſum extat, Accurſi.
ibi, in uerbo prætulit, interpretatur, id eſt tacitè
ab inteſtato; cui ferè oēs & ueteres & neoterici ad-
ſtipulari uidentur. Iacob. ab Are. Cin. Rain. Foroli-
uienſ. Franciſ. Tigri. Nicola. de Neapo. Barto. ibi, in
fi. Bald. Ange. Cuma. nume. vj. & Ioan. ab Imol. &
Ioann. Andr. in additionibus Speculi in titulo de
teſtamen. §. j. Imol. & Alexand. l. ex facto, §. ex fa-
cto, in Glo. ſuper uerbo defeciſſet, nume. iij. & idem
Cuma. atteſtatur huius Gloſſæ ſententiam uerisſi-
mam eſſe. d. l. Lucius, nume. vj. & Barto. l. Centurio.
ff. de vulg. & pupill. uerſicu. quæro ulterius quid ſit.
& l. ſi cùm dotem. ff. ſoluto matrimo. in princip. & l.
ſi ſit. ff. de legat. iii. & l. j. C. de pact. ubi Iaſ. in quinto
notab. uerſicu. quæro ſubtiliter pondera, & numero
viij. uerſicu. huic quæſtioni accedit, & ibi Decius
numero xv. & Alcia. & Cagnol. nume. xlj. uerſi. quin-
tò nota ex iſto textu, poſt Riminald. textum illum
ponderantem, Claudium & Curt. nume. xiij. in fin.
in quinto notab. & Soci. in d. l. cùm auus. ff. de con-
dit. & demonſtr. nume. cxj uerſicu. eſſet etiam diſcu-
tiendus articulus, ubi diſputando, communem ſen-
tentiam munit, & pro ea Ripa ponderat textum in
d. §. ex facto, numero x. ff. ad Senatusconſult. Treb.
& d. l. Centurio, poſt alios recentiores egregiè diſſe-
rit. Quamobrem, cùm huius Hæliſabethæ filij non
cenſeantur à teſtatore uocati, ſed in conditione
poſiti; vnde legitimarum ſucceſsionum ius ſaluum
remanere uoluiſſe diſponens ipſe creditur. l. uel ſin-
gulis. l. ſequen. ff. de vulg. & pupil. & §. j. inſti. de pu-
pill. ſubſtitu. ibi, conſeruatum ius legitimarum hæ-
reditatum. & Ange. cenſuit. dict. l. Lucius, la ij. nume.
quarto in fin. & quod ad cauſam teſtati attinet, nul-
la diſponentis prouiſione muniti eſſe intelliguntur.
quod paſsim pertractatum, reſponſum, atque deci-
ſum extat. Ange. de Gambel. tracta. de teſtamen. in
Gloſſ. xcv. numero iiij. & v. Bald. tract. ſubſtitutio-
num in capite ſubſtitutionis compendioſæ, numero
xxix. Vldar. Zaſius tract. eod. cap. ſeptimo, nume. iiij.
ubi atteſtatur ab hac communi ſententia non eſſe re-
cedendum, quicquid ſenſerit Anchar. ex facto con-
ſultus conſi. lxx. frequentius etenim oppoſitum ue-
teres & recentiores conſulti reſponderunt, Oldra.
conſi. cxlj. Thema tale eſt, in fi. & idem Anchar. con-
ſil. cxx. Pro clariori, uerſi. ſecunda ſubſtitutio fuit, &
Alexand. conſi. xcj. Ponderatis his, & conſi. cviii. nu.
iii. uerſi. ſed præmiſsis, lib. primo, & clxxxv. Viſo ti-
tulo quæſtionis, in ſecundo, & xxxii. Viſo, in iii. &
xiii. in iiii. Io. de Anan. lxviii. Viſo ſtatuto. Capra ij.
Curt. xlii. & xliiii. Reuoluta narratione. Deci. celxx.
nume. v. uerſi. eſt ergo uidendum, & ccxci. num. viij.
& dxlv.

& dxlv.nume.j. & dxlvj.nume.ij. Ruin.cj.nume.iiij.
& vij.& conſi.cxj.nume.iiij.& xiij.in ij.& Reueren-
diſsimus Cardio. Pariſ. conſi.xvlij.nume.x.& conſi.
xxxj.nume.iij.& conſ.xxxvij.nu.v.in ij. Aym.Craue.
conſi.cv.nu.ij.& D. Maria.iun.conſ.iiij.num.vij. &
conſi.x.ou.xiiij.& conſi.lxv.nu.lxv.in j. Guid.Papæ
deciſ. xxxix. & deciſ. clxxxiiij.nume.j. & ij.ſumpto
loco communi à ratione ſingulari.& deciſi.dc.& idẽ
conſi.xxij.Viſo caſu, nume.iij. uerſi. uiſo ergo quòd
dicta ſubſtitutio, & conſi. xxvj. Viſo teſtamento,
uerſi.& ſi quiſpiam,& xxvij.nume.ij. & conſ.ccxviij.
nume.ij.uerſicu.ad ſecundum,lib.primo.Quare cõ-
cludendum uideatur, nullo fideicommiſsi titulo uo-
catam ipſam dominam Heliſabetham, quippè quòd
teſtator id uerbis non expreſſerit. d.l. quidá cùm fi-
lium,cum aliis ſuperius adductis: necnon & eorum
filij & filiæ in conditione poſiti, diſpoſitiuè uocati
non cenſeantur.d.l.Lucius, ubi Glo.cum aliis ſupe-
rius adductis.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum ſecõ-
dum iuris noſtri rationem ex facti qualitate profici-
6 ſcentem, uerius eſſe concludendum cenſeo. † Ius
enim ipſum prout facti ratio exigit, conſtitui ſolet.
c.ex multa,de uoto.§.ſecuodo quæſiuiſti.l.ſi ex pla-
gis.§. in cliuo capitolino. ff. ad legem Aquil. ibi, in
cauſa, id eſt facti conditione ius poſitum eſt, id eſt
conſtituitur, ubi Alber. & Floria. de S. Petro in ſe-
cuodo ſummario, & l. ut reſpoosum,C.de tranſact.
& l.ea eſt.ff.de regul.iur. ubi Cagnol.numero xxvij.
& quandoque reſponſum extat: Bal.conſi.cxii.Qui-
dam, in ſecundo. Anchara.cceij. Materia, Decius
dcxxxvii.ou.ſecundo.Reuerendiſs.Pariſ.xxxii.num.
xxiii.lib.j.

Conſtat etenim in primis, Magnificum ipſum D.
teſtatorem in primo diſpoſitionis & inſtitutionis
gradu uerbis admodum claris uſum fuiſſe, ibi, pręde
cedenti, ex eis quos inſtituerat per fideicommiſſum
ſubſtituiſſe. quo caſu, cùm eius ipſius qui diſpo-
ſuit,mens ex uerbis clarè colligatur, conſequens eſt,
diſpoſitionem huiuſmodi ueluti claram omoinò exe
quendam eſſe.l.ii.§ hæc uerba.ff.de nego.geſt.l.non
aliter.ff.de legat.iii.l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de
ſuppellect.legat.ubi Docto. colligunt, ex uerbis il-
lius qui diſponit, mentem colligi. & ſæpius reſpon-
7 ſum extat, † uerba prorſus attendi, niſi diſponentis
mens repugnet: quæ, cùm uerborum exequutionem
reſpiciat,potior cenſeri debet.d.l.non aliter,& capi.
intelligentia, de uerborum ſignifica.& c.Marchion,
i.q. i. & ex facto cooſultus Decius ipſe reſpondit
conſ.cccxcix.numero vii.& ccxii.nu.iii.& cccclxvi.
nume.xvj.

Deinde, cùm eis poſt pupillarem ætatem quan-
documque decedentibus ſubſtituerit ſub compen-
dio uerborum, fideicommiſsi onus inductum fuiſ-
ſe, ambigeodum non uidetur.l. Centurio.ff.de vulg.
8 & pupill. † ubi Barto.iii.q.principali, ibi,uerſi.tunc
ſecuodum omnes, atteſtatur neminem eſſe qui ne-
get, quin compendioſa facta per uerba communia
poſt pubertatis tempus ioflectatur: quippè quòd
Paganum ipſum non deceat poſt tempus illud dire-
ctè ſubſtituere.l.in pupillari,& l.uerbis,de vulga. &
pupill.& uidit Gloſſ. in l. precibus.C.de impube.&
aliis ſubſtitu. in uerbo fideicommiſsi, uerſi.ſed ſi ita
ſubſtituat.& ibi Bald Salice. Fulgoſ. & Deci. nume.
xv.plures adducit, & Alexand.d.l.Ceoturio,uerſi.in
eadem Gloſſ. & ibi Iaſ. numero quinquageſimoſe-
cundo plures alios adducit,& Bald.communem ſen-
tentiam atteſtatur.l.iam hoc iure.ff.de vulg.§. fina.
uerſ.tertiò nota.

Quinimmo, non defuerunt, qui eam omni tem-
pore fideicommiſſariam eſſe cenſuerint, quos Curt.
Iáſ.& Deci.d.l.precibus,nu.xix.referunt, & ex facto
quandoque reſpooſum extat: Oldrad. conſi. xcix.
Factum tale eſt.Bal.xxi.Homo,& liii.& ccxxiiii.Pa-
ter filio, & cccl.In conſulendo ſemper,in quarto, &
clxv.in quinto.Ange.xcix.Viui.& cxxv. tametſi ue-
rior uideatur ſententia,ut uſq; ad pubertatis tempus
directè ualeat, deinde inflectatur atque obliqua fiat.
Accurſ.§.qua ratione, in uerbo ad exemplum. inſti.
de pupil.uerſi.ſi uerò, in fin. & non rarò reſponſum
extat: Cuma. conſi. ſecundo, in fin. Fulgoſ. xxxiii.
Alexand.xlv.Habita, libr.primo.& lxxi. in ii.& xii.
& xvii. in tertio. Quamobrem, cùm in hoc pri-
mo inſtitutionis gradu vulgariter, & per fideicom-
miſſum ſubſtituerit,vnde & libera ſubſtitutis facul-
tas ſuccedendi conceſſa cenſetur. Barto. d.l. Centu-
rio, uerſi. quartò principaliter quæro, ubi Alexá.
uerſicu.iuxta prædicta quæro,plures adducit,& Bar.
l.ſi Titio, la prima.ff.de uſufructu legat. & l. recuſa-
re.§. Titius.ff.ad Senatuſconſult. Trebell. Imol.capi.
Rainutius, de teſtamen. & Deci. d.l precibus.nu.ii.
C.de impub. non uidetur ambigendum,quin huiuſ-
modi fideicommiſſariæ ſubſtitutionis onus,intuitu
aliorum graduum ſequentium repetitum eſſe intel-
9 ligatur. † dici enim ſolet, ex antecedenti ſubſequen-
tium declarationem colligi.l.talis ſcriptura, de leg.
primo,in prin.& in fi.ubi Bart. Alb. Imol.& Caſtr.
& in l.iii.§.filius inter.ff.de lib.&.poſthom.& l.i.C.
10 eodem,ubi Bald.declarat, † tunc clauſulam antece-
dentem & ſubſequentem referri, quando diuerſita-
tis ratio probabilis adduci non poteſt. & idem l. in
actionibus,in tertio nota.ff.de hisqui notan.infam.
& poſt Innocen. Hoſtienſ. Butri. & Panor. adducit
Deci. in c.ſecundò requiris, nume.iiii. uerſicu. ſed
tamen, de appellat. & ex facto non rarò reſponſum
fuit: Ange. conſi. xxviii. Teſtator. Anchara. conſi.
lxvii. Subtiliter. Roma. cccclxxx. In caſo. Areti.
cxvi. Viſo. Alexan. xlviii. Super, lib. primo. & cc-
11 xiij.in ii.Viſis. † Quare,ſi ſemel teſtator in teſtamẽ-
to profeſſus eſt ſeſe communi uerbo pro directo ha-
bere, idem in omnibus eiuſdem teſtamenti capiti-
bus uoluiſſe intelligitur.Bart.d.l.Centurio, uerſicu.
quid enim ſi dicit teſtator.& plures reſpondendo ex
facto conſulti adſtipulantur. Corne. conſi.cccxvi.in
iii.et xxix.& ccxcvii.in iiii. & Cur.iun.conſi.cxi.nu.
vii.& Aymo Cranet.conſi.lxii.numero duodecimo,
in primo. Cùm enim filiis ipſis teſtator quandocũ-
que ſine filiis decedentibus ſubſtituerit, quibus pa-
rentis ſucceſsio et naturali et ciuili inſpecta ratione
debetur.d.l.in ſuis.ff.de libe.et poſthum. et l.i.§.ius
naturale.ff.de iuſtit.et iur. ibi,educatio.et c. primo,
diſtincti.prima.et l patris et filii.ff.de vulg.et pupil.
et l.prima. ff. de bonis eorum. et l. fin. C. de impu.
quantò magis id ueriſimile eſt ipſi nepti ex fratre

poſt filios maſculos uocatæ in ſecundo gradu filia-
rum non liberas reliquiſſe babenas? l. hæredes mei.
§. cùm ita. ff. ad Senatuſconſul. Trebell. ibi, quam
totum. & l. cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſ. ubi
Bald. numero primo. Fulgo. & Corn. & capi. cùm
in cunctis, de elect. & cap. per uenerabilem, qui filij
ſint legiti. vulgò enim dici conſueuit, ex præcedenti
clauſulæ id quod ſubſequitur, facilius declarari ſole-
re. Glo. l. quiſquis. ff. de leg. iij. & ibi Bart. cum aliis
adductis à Decio in dict. capi. ſecundò requiris, &
conſi. xiiij. nume. v. & conſi. lxxvj. uerſ. & ſuadetur,
& conſi. ccxvij. Viſis.

Secundò ipſam dominam Heliſabetham fideicõ-
miſsi uinculo obſtrictam fuiſſe, diſpoſitionis ipſius
uerbis claré conſtat. in ſecundo enim inſtitutionis
gradu his uerbis teſtator ipſe diſpoſuit: decedentibus
omnibus maſculis filiis & deſcendentibus, ad filias
& ad dictam dominam Heliſabetham dimidiam bo-
12 norum & hæreditatis pertinere uoluit. cuius † uer-
bi conditio eſt, ut fideicommiſsi oneri inducendo
maximè aptum ſit. l. j. & ij. C. communia de legat. in-
ſtit. de ſing. rebus per fideicommiſſ. relict. §. fin. ibi,
uolo, mando, iubeo, &c. Glo. & Docto. capi. Rai-
nutius, de teſtamen. in uerbo ſi abſque liberis, uerſi.
& fideicommiſſum eſt.

Vrget ulterius & coniectura, quòd intuitu dimi-
diæ partis liberas reliquit teſtator habenas in hoc
ſecundo gradu ultimò ex maſculis decedẽti, ut ei li-
buerit, quodcumq; diſponere ualeat: ergo quod ad
aliam portionem attinet, ſecus uoluiſſe uidetur. l. cũ
prætor. ff. de iudic. & c. nonne, de præſumpt. & cap.
qualis, xxv. diſtinct. & l. maritus. C. de procura. Quo-
circà liberam alienandi facultatem, quod ad hanc
dimidiam attinet, illam habuiſſe cenſeri non debet.
l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Senatuſcõſul. Trebell.
& l. fi. §. ultimò. cum authen. ſequen. C. communia de
legat. ubi Angel. Fulgoſ. Alexand. & Iaſ. plura addu-
cunt.

13 † Tertiò nemo eſt, qui ambigat. fideicommiſſa ip-
ſa ex coniecturis ipſis induci: vnde eius ipſius, qui
diſponit, mens legitimè colligi poſsit. l. licet Impera-
tor, ubi Bar. & l. pen. ff. de leg. j. & l. cùm proponere-
14 tur, in fi. & l. quæ ſolidum. ff. de legat. ij. † ubi colli-
gunt omnes, quare dici conſueuit, in fideicommiſsis
mentem potius quàm uerba ipſa perpendendum. l.
cùm uirum. C. de fideicommiſſ. ubi Bald. Salice. &
Fulgo. aduertunt, & l. hæredes mei. §. cùm ita, ad Se-
natuſconſul. Trebell. ibi, ſed cum in fideicommiſ-
ſis etc. quod Bar. Imol. Alex. Soci. & Ripa inde col-
ligunt nu. xvij. & Bar. docuit l. in ambiguo. ff. de reb.
dub. & Bald. l. fi. C. de impub. & aliis ſubſti. nume. iij.
concludit, qualitatem ſubſtitutionis primo inſtitu-
15 to adiectam repetitam cenſeri. † quære, cùm hîc in
primo gradu vulgariter & per fideicommiſſum ſub-
ſtitutum fuerit, necnon & in ſecundo, idem reſpectu
ultimi gradus repetitum intelligi poteſt. l. j. C. de im-
pub. & aliis ſubſti. & l. fundum inſtructum. ff. de fun-
do inſtruct. & idem Bald. d. l. fi. C. de impub. & aliis
ſubſtit. nu. iiij. uerſ. & ex hoc nota, & paſsim reſpon-
ſum extat; Deci. conſi. ccxxvij. nu. ix. & conſi. cclxxx-
vij. nu. v. & ccccclxv. nu. j. & ij. & Reuerendiſs. Pariſ.
plures adducit conſi. xxxi. nu. xxxij. in ij. & ibi nu. xl.

coniecturam hanc urgentem affirmat, quãdo diſpo-
nens uſus eſt uerbis temporis tractum habentibus.
Cùm enim quod dimidium eius hæreditatis attinet,
ultimum ex eius deſcendentibus maſculis liberum
his, qui diſpoſuit, in præſenti caſu reliquerit, ut arbi-
tratu eius diſponere poſſet, ſanè quod aliud dimidiũ
attinet, ſecus eſſe dicendum uidetur. l. maritus. C. de
procuratorib. & d. c. nonne, de præſumpt. c. qualis,
xxv. diſt. & d. l. cùm prætor. ff. de iudic. In quo qui-
dem filias omnes illius & Heliſabetham neptem in
ſtirpes inſtituit, ſanè dubium non eſt, quin fideicom
miſsi onus ex hac ipſa diſpoſitione inductum cẽſea-
tur. uocauit enim Do. Heliſabetham ſeu filias illius
præmortuæ, uel præmortuarum filios & deſcenden-
tes tàm maſculos quàm fœminas: quod ex ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria factum fuiſſe credendum ui-
detur, propter temporis ipſius tractum, unde di-
16 ſpoſitio hæc executionem accipere poſsit. † cum
enim teſtator diſpoſuerit caſu quo omnes filii & fi-
liæ filiarum & dictæ dominæ Heliſabethæ neptis de-
ceſſerint tàm maſculi, quàm fœminæ, adeò quòd ne-
mo ex his remanſerit, ſanè compendioſè ipſi domi-
næ Heliſabethæ ſubſtituiſſe uidetur: & idcircò fidei-
commiſsi onere illam grauaſſe, ut filiis ſeu filiabus
primùm, deinde deſcendentibus reſtitueret. Gloſſ.
magna. l. in teſtamento ibi, ſi Lucius deceſſerit. C. de
militari teſtamen. ubi probant Bald. Fulgoſ. Caſtr.
& Alexand. & Dec. d. conſi. ccxxvij. nume. v. Quam-
obrem concluſionem huiuſmodi inconcuſſam exi-
ſtimo, ipſam dominam Heliſabetham fideicommiſsi
onere grauatam; vnde teſtatoris iudicio filiam illius
17 dominam Lucretiam uocatam cenſeri debere: † vn-
de ipſam D. Heliſabetham nullo relicti titulo bona
hæc reſtitutioni ſubiecta Pandulpho ex filio nepo-
ti relinquere potuiſſe. d. §. ſed quia, cum authen. ſeq.
C. communia de legat. & ſæpiſsimè in non abſimili-
bus caſibus & à ueteribus, necnon & à recentioribus
ex facto reſponſum extat: Bald. conſi. cccclxviij. in
quarto. Caſtren. ccclxxxvij. in primo. Corne. conſi.
ccxxxiiij. uerſi. in præſenti, in tertio. Iaſ. ccxxxj. in
ſecundo, in fin. Deci. ccclxvj. ſumpto loco à ſingu-
lari ratione, & dlxxxiiij. nume. x. & dcxxxvij. num.
x. Grat. conſi. xvij. nume. xx. xxj. & xxij. In primo.
Aymo Crauet. conſi. xix. nu. xviij. D. Maria. iun. cõſ.
cxxxvij. nu. iij.

Quæ cùm huiuſmodi ſint, non obſtant ſuperius
adducta in oppoſitum: & primò non cenſeri fidei-
commiſsi onus inductum, niſi diſponentis ipſius
uerbis id expreſſum fuiſſe proponatur. quia reſpon-
deo, in propoſito caſu ſatis expreſſum fuiſſe in pri-
mo & ſecundo inſtitutionis & ſubſtitutionis gradu,
ibi, vulgariter & quandocumque per fideicommiſ-
18 ſum; † & ne à uerbis recedendum ſit, contra dict. l.
non aliter, de legat. tertio, & l. ille aut ille. ff. de hæ-
red. inſtit. ſanè qualitas huiuſmodi oneris in tertio
quoque gradu repetita cenſetur. argumento dictæ
legis primæ. C. de impube. & aliis ſubſtitutio. & d. l.
per fundum inſtructum. ff. de fundo inſtruct. & De-
ci. conſ. ccxxvij. nu. iij. Deinde, ſi urgentes coniectu-
ras introſpiciamus, vnde fideicommiſsi onus induci
conſueuit. d. l. pen. de lega. j. d. l. cùm uirum. C. de fi-
deicomm. idem cenſendum vñ, ut ſuperius concluſi.

Secundò

19 † Secundò non urget, hunc filium D. Heliſabethæ ceu in conditione poſitum diſpoſitiuè uocatum non uideri. Glo. in d. l. Lucius, la ij. ff. de hæred. inſtitu. in uerb. prætulit. quia reſpondeo, fortè concluſionem illam uerã nõ eſſe; quippè quòd uideatur Accur. nouam potius condere legem, quàm ueterem interpretari. cùm enim Iureconſultus Ibi prudens idcircò teſtatoris conſilium interpretetur, quòd non ſolùm fratrem ſubſtituto prætulerit, uerùm etiam liberos eius, ſanè prælationem illam diſpoſitiuni legis adſcribere, nullam diſponentis prudentiam oſtendit. l. quàmdiu. ff. de acqui. hęre. Prætereà ex aliorum ſententia ab ea concluſione recedi aſſero, ubi ex diſpoſitione teſtatoris aliquæ urgeant cõniecturæ. l. j. C, de pact. ubi Dec. plures adducit num. xv. xvj. & ſeq. & ibi Cagnol. nu. xlj. & ex facto non ſemel reſponſum extat. Corn. conſi. xcvij. in j. & cj. in iiij. & cxix. in ij. & cxlvj. & cclxxiij. in iiij. ubi concluſionem hanc ueriſsimam eſſe fatetur. & idem Corn. conſi. lxxiij. in ij. & Dec. ccxlij. in fi. & Soci. conſ. xiiij. Viſo, in j. & xij. & lxiij. in iij. ubi plura adducens, communem ſententiam atteſtatur. & idem Soci. l. cùm auus. q. ult. ff. de condi. & demonſtr. et Reuerendiſs. Cardin. Pariſ. conſi. lxxviij. nu. vj. in ij. & D. Maria. iun. conſi. lxv. nu. lxv. in j. Quamobrem conſtat ex ſuperius adductis ipſam D. Heliſabetham reſtitutionis oneri fuiſſe ſubiectam, & idcireò bona reſtitutionis ſubiecta alienare non potuiſſe.

Laus Deo, v. nonas Maij, 1553. Patauij.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens authore Prætore tuendus eſt in poſſeſſione.*
2 *Præſumitur pro iudicis ſententia.*
3 *Nepotem in ſucceſſione aui, locum ingredi parentis.*
4 *Filios locum parentis ſubintrare in auita hæreditate.*
5 *Nepotum appellatione, ulterioris etiam gradus inferiores comprehendi.*
6 *Appellatione generi & nurus, etiam ulteriores contineri.*
7 *Præpoſitio Ad, & Ab, cuius ſint naturæ.*
8 *Soceri appellatione, & magnus ſocer continetur.*
9 *Interpretatio plenior in teſtamentis facienda eſt.*
10 *Voluntatem liberam eſſe oportere, ut teſtamentorum iura firma maneant.*
11 *Subſtitutionibus in interpretandis plus quandoque intelligi debere, quàm ſcriptum eſt.*
12 *Nepotes unà cum patruo in ſtirpes, non autem in capita ſuccedere.*
13 *Verba quandam animi imaginem repræſentant.*
14 *Teſtatorem noluiſſe creditur, quod uerbis nõ expreſſit.*
15 *Verba ubi non conueniunt, nec etiam diſpoſitio.*
16 *Vxor hæres uſufructuaria relicta in ipſius uita, cenſetur etiam in proprietate hæres, ſi deinde nulli ſuperſtites remanerent filij.*
17 *Verbum inſtituo, ad uniuerſalem dominij tranſlationem pertinet.*
18 *Hæres idem eſt, quòd dominus.*
19 *Verbum infraſcriptos, quid importet. & nu. 22.*
20 *Ius ſcriptum certius eſſe illo, quod uſu receptum eſt.*
21 *Hæredis nomen ad illum referri non poteſt, qui longa ſucceſſione à teſtatore deſtet. fallit tamen.*
22 *Dictiones prædictos, dictos, ipſos, & ſimiles quam habeant uirtutem.*
23 *Dictio alius, quantæ ſit efficaciæ.*
24 *Amor & dilectio probabilis cadit erga nepotes, ſic ut præferantur.*
25. *Petitio fruſtratoria eſt, quæ legitimis repelli poteſt exceptionibus.*
26 *Teſtatoris prouiſio eo pacto interpretanda eſt, ut cum iuris diſpoſitione concurrat.*
27. *Ius ante conditionis euentum ad deſcendentes non poſſe tranſmitti.*
28 *Tranſmitti non poſſe ius ante conditionis euentum, etiã in ſuos.*
29 *Ablatiui abſoluti conditionem referunt.*
30. *Tranſactio legitima dicitur, pendente lite facta.*
31. *Tranſactio iuridica exiſtimatur ceſſionis cauſa facta.*
32. *Generi per ſpeciem derogatur.*
33 *Teſtamentorũ ea eſt conditio, ut plenius in his ſit interpretandum.*
34 *Filiorum appellatione nepotes non continentur.*
35 *Affectio iuſta propagationis non cadit inter nepotes ex linea tranſuerſali.*
36 *Nepotes, ſcilicèt filij ex filia, non ſubijciuntur ipſius aui materni poteſtati.*
37 *Subſtitutio de filijs, & eorum filijs, interpretari conſueuit de eorum natis teſtamenti tempore.*

CONSILIVM XV.

SPIRITVS SANCTI GRATIA ſit in labiis meis, ut uera ſcribere ualeam.

CONTINGIT D. Iacobum Farinam dum moreretur teſtamento ſuo cauiſſe, dominam Marinam Surianam ſibi in uita tantùm his uerbis hæredem eſſe debere.

In omnibus autẽ & quibuſcũq; aliis bonis ſuis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, tàm præſentibus quàm futuris ad ipſum teſtatorem ſpectantibus ſibi hæredem uſufructuariam inſtituit & eſſe uoluit D. Marinam eius dilectam uxorem in uita tantùm ipſius.

Poſtmodùm ſecundo gradu iuſsit hæreditatem illius deuenire in nepotes ſuos filios ſororum ſuarum his uerbis: poſt uerò ipſius D. Marinæ mortem uoluit, iuſsit & ordinauit dictam ſuam hæreditatem in nepotes ſuos infraſcriptos uel filios D. Brigidæ uxoris quondam D. Antonij Deſcalſi & dominæ Catherinæ olim uxoris D. Iacobi de Parma ſororum ipſius teſtatoris, & in D. Paulam eius quoque ſororem & uxorem D. Laurentij de Exiis æqualibus portionibus in ſtirpes, & non in capita.

Tertio deinde gradu diſpoſuit his uerbis: Et deficientibus dictis nepotibus uel altero eorum tàm Do. Brigidæ quàm D. Catherinæ, ita quòd ex aliqua earum nullus extaret, tunc iuſsit portionem hæreditatis talia ſic decedentis uel decedentium deuenire in

alium ſeu alios nepotes uinos atq; ſuperſtites dictarũ
Brigidæ & Catherinæ ſororum ſuarum, eoſque in-
uicem ſubſtituit.

Poſtremò adiecit, quòd ad primum inſtitutionis
gradum pertinet clauſulam huiuſmodi: quòd ſi ali-
quis ſeu aliqui dictorum nepotum ſuorum inferrent
litem ſeu controuerſiam ipſi Do. Marinæ occaſione
hæreditatis ſuæ & bonorum, quòd eo caſu ille uel il-
li inferentes litem, illicò priuatus ſeu priuati intelli-
gantur dicta ſua hæreditate, quam deuenire noluit in
alios ſuos nepotes filios dictarum D. Brigidę & Ca-
therinæ ſororum ſuarum non inferentes litem etc.
Quamobrem, cùm in præſenti negotio proponatur,
dominam Marinam hæredem uſufructuariam nuper
obiiſſe ſuperſtitibus D. Laura filia D. Brigidæ, & D.
Camilla nepte ipſius D. Catherinæ ex Franciſco fi-
lio prædefuncto, necnon & presbytero Hieronymo
ex Bartholomæa filia Catherinæ, & Do. Iulia & Iſa-
bella pronepotibus deſcendentibus ipſius D. Cathe
rinæ; quorum omnium nomine in hac ipſa hæredi-
tate pro portione poſſeſsio ſummatim iudicis aucto-
ritate decreta fuit, D. Laura ea lege cum D. Camil-
la & presbytero Hieronymo tranſegit, ut uiginti iu-
geribus ſeu campis ex portione Do. Catherinæ eo-
rum auiæ relictis, ac ipſi D. Lauræ remiſsis, reliquum
quod ſupereſſet, ipſi conſequerentur. Cæterùm, cùm
Iulia & Iſabella unà cum conſortibus, quam iudicis
auctoritate nactæ fuerant poſſeſsionem, inſiſtere cō-
tenderent, quod presbyter Hieronymus & D. Camil
la ueluti à iuris ratione alienum prorſus negarent,
quinimmo poſſeſsionem ueluti de facto decretam,
reuocandam adſeuerarent: quęſitum fuit, quid ſecun
dum iuris noſtri rationem decernendum eſſet?

1 Et † prima quidem facie diffiniendum uideretur,
Iuliam & Iſabellam iudicis auctoritate tuendas eſſe.
l. iuſtè poſsidet. ff. de acquiren. poſſeſs. l. iij. C. de eo
2 quod metus cau. c. qui peccat, xxiij. q. iiij. † lex enim
pro iudicis decreto non parum præſumere ſolet. l. ij.
C. de officio ciuil. iudi. c. in noſtra, de procuratorib.
c. bonæ, il ij. de elect. c. niſi eſſent, de præbē. ubi Abb.
3 & pertractauit Alci. reg. iij. tract. præſump. ix. † Cùm
enim de portione ad dominum Franciſcum Cathe-
rinæ filium earum auum agi uideatur, ſublatis de
medio eorum parentibus, aui locum ſubintrare ui-
dentur, & ex eius perſona eas admitti debere cenſen-
dum uideretur. §. cùm filius, inſti. de hære. quæ ab in-
teſt. defer. & in auct. eod. §. reliquum, ubi Ange. in
tertio notab. & Bart. in aucten. poſt fratres. C. de le-
git. hæred. la ij. in princ. ubi Cin. & Albe. & aucten.
ceſſante. C. eodem, uerſ. ſed caue quia, & Bald. ibid.
nume. j. & iij. Salice. & Caſtren. num. ij. & Ange. uerſ.
item eſt & quando, & Fulgo. dicta aucten. poſt fra-
tres, la ij. nume. iij. uerſi. uidebis. Ange. & Corne. nu.
4 ij. colligunt † nullo alio caſu filium parentis locum
ingredi, quàm cùm de aui ſucceſsione agatur. quod
ueteres ſæpius pertractarunt, et ex facto conſulti
reſponderunt: Cin. in tract. ſucceſsionum ab inte-
ſtato in primo membro ſucceſsionis deſcendētium,
Din. tractatu eodem nume. xvj. uerſi. reſtat. & Barto.
tract. eod. in princip. & plures alij ueluti Gaſtaldus
Boncompagnus & Roſell. conſultò omiſsi, & Bald.
conſi. lxxvj. in ij. nu. ij. & cxxx. nu. j. & cxlv. nume. v.
& ccccxxxviij. nu. iiij. in j. Alexan. conſi. lxxxviij. nu.
j. & cxxxvii. nu. i. lib. i. & xxvi. in iii. num. xi. & aliiii.
in v. nume. xv. uerſ. quia reſpondeo. & Deci. conſi. i.
& dxxvii. nume. ii. viii. & ix. & Reuerendiſsimus Pa-
riſ. ferè innumeros adducit conſi. xxx. nu. i. & xxx. &
xxxviii. & xl. in ii. unde mirum uideri non debeat, ſi
Iſabellæ & Iulię, quod ad earum portionem attinet,
adeptæ iam poſſeſsioni ius inſiſtendi competere aſ-
ſeratur.

Secundò teſtatoris quoque ipſius attenta diſpoſi-
tione idem quoque concludendum uideretur: iuſsit
enim D. Iacobus Farina deficientibus nepotibus tā
D. Brigidæ, uel ex altera earum portionem hæredi-
tatis talis decedentis ſine decedentium deuenire in
alium ſiue in alios nepotes uiuos & ſuperſtites di-
ctarum D. Brigidæ & Catherinæ ſororum ſuarum.
5 † at cùm nepotum appellatione etiam ulterioris gra-
dus inferiores & deſcendentes comprehendantur. l.
ſi cui. §. affinitatis. ff. de poſtulan. ubi Pomponius re-
6 ſpondit, † generi & nurus appellatione etiam ulte-
riores contineri, quibus pro, præpoſitio conſueuit
accedere. Glo. ibi in uerbo quibus, addebat ex ſen-
tentia Ioannis idem eſſe in præpoſitionibus ſolitis
adiungi nominibus cauſa ordinis deſignandi, ut in
7 † præpoſitione ad, & ab, & ibi Bar. ſubſcribit, uerſ.
& nota quòd textus dicit contineri, vnde ex pro-
pria ſignificatione id ipſum accipi docuit. & idem in
l. Gallus. §. inſtituens, uerſ. circa primum. ff. de libe. &
poſthu. reprehendit Rain. & Gloſſ. in fin. oppoſitum
ſentientem: nam, cùm præpoſitionum adiectio or-
dinis ipſius cauſa fiat, conſequens eſt, pronepotem
ipſum utique & nepotem intelligi, quemadmodum
nurus appellatione, & ad pronurum & ulterius
porrigendam Vlpianus reſpondit. l. nurus. ff. de uer-
bor. ſign. & generi progenerum ſignificatione con-
tineri non ambigitur, id eſt neptis & proneptis tàm
ex filio, quàm ex filia, & dictarum maritos. l. gene-
ri. ff. de uerbor. ſigni. ubi Alci. propter uerbum por-
rigendam, in d. l. nurus, id potius ex interpretatione
proficiſci cenſuit, cui lata nec omninò impropria ſi-
8 gnificatio accedit. † Idem in ſocero, cuius uocis uir
tute & magnus ſocer comprehenditur. l. ſoceri. ff. de
uerborum ſignifi. & Bartoli ſententiam in d. §. inſti-
tuens, Iaſ. aduerſus Aret. ſequi uidetur nu. x. licèt ſi-
gnificationem huiuſmodi impropriam exiſtimet: &
ibi Soci. nume. iii. uerſi. ſecundò nota. & D. Marian.
iunior obiter tamen Bartoli ſententiam ſimpliciter
ſequi uidetur conſi. cxxviii. nu. lxii. lib. i. Quare, cùm
teſtatoris iuſſu deficientibus nepotibus ſuperexiſtē-
tes & uiui admittti debeant, iam conſtat Iſabellam
& Iuliam, aliaſque pronepotes nepotum appellatio-
ne comprehenſas, uocatas intelligi. d. l. Gallus. §. in-
ſtituens, ubi Barto. & §. forſitan, & d. l. ſi cui. §. af-
finitatis. ff. de poſtulan. cum aliis ſuperius adductis.

Tertiò concluſioni huic refragari non uidetur,
quòd hos ſuos nepotes poſt mortem Dom. Marinæ
uxoris inſtitutos ad filios ipſarum ſororum Brigidæ
& Catherinæ prætaxauerit tàm in clauſula inſtitu-
tionis, ibi, poſt uerò ipſius, quàm priuationis, ibi in-
ferius, & caſu quo aliquis ſuorum nepotum ipſi D.
Marinæ litem inferret, ibi, quòd ſi aliquis ſeu aliqui.
9 nam † cùm Iuriſconſultus in teſtamentis plenius
inter-

interpretandum diffiniat.l.in teſtamentis.ff.de reg.
iur.ubi Bar.Albe.Deci.& Cagno.nu.v.& c.dilecti,
de donationib.idcircò non ſolùm reſpectu inſtitu-
tionis,ſed aliarum quoque teſtamenti partium in-
10 telligendum eſſe uidetur: † cùm lex liberam in hac
ipſa diſpoſitione ſubiectis ipſis facultatem pręſtite-
rit.l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſtituen.ubi Glo.in
uerbo pendere, ibi, quòd vix in ſuo.Butr.& Abb.
rub.de teſta.vnde uoluntatem huiuſmodi perinde
ac legem ipſe legiſlator cuſtodiendam conſtituit.l.
uerbis legis,de uerb.ſig.l.j.C.de ſacroſan.Eccle.vbi
Purpur.aduertit.& Iaſ.l.quæ de legato.ff.de leg.j.
11 Cagno.in d.l.in teſtamentis.nu.v.& vj.† vñ in ſub-
ſtitutionibus interpretandis quandoq; Papinianus
plus intellectum quàm ſcriptum reſpondit.l.cùm
auus.ff.de condi.& demonſtra.quandoque mentem
potius quàm uerba perpendendam.l.hæredes mei.
§.cùm ita.ff.ad Senatusconſul.Trebell.& l.cùm ui-
rum.C.de fideicommiſ.nonnunquam illam ip-
ſam tantùm inſpiciendam, quæ in hiſce diſpoſi-
tionibus dominetur.l.in conditionibus.ff.de con-
di.& demonſt.l.pen.ff.de leg.i.unde filiorum ap-
pellatione nepotes & deſcendentes quandoq; com-
prehendere traditum eſt.l.Lucius.ultima ff.de hæ-
red.inſti.& docuit Bar.in l.liberorum.ff.de uerbo.
ſig.in iii.& iiii.not.ibi,quo enim dulciori nomine.
& l.iuſta,& l.filii,eo.tit.& Alex.Aret.Iaſ.& Soci.&
Rui.l.Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſthu.cùm
de ipſorum filiorum commodo agitur, ipſi Bar.ad
ſtipulantur,& quandoque reſponſum extat.Corne.
conſi.xcvii.Pt imò conſulius,lib.i.Alexan.ix.Vilis,
nol.i.& poſt multos quos adducit,diſcutit Do.Ma-
ria.iun.conſi.cx.nu.xxi.xxviii.& xxix.& conſi.cxii.
nume.xviii.Qua ratione cùm de pronepotibus ad-
mittendis hìc agatur, ſatis uidetur.ſecundum theo-
ricas ſuperius adductas,Iſabellam & Iuliam ęquis
portionibus ad Catharinæ auiæ ſeu proauię portio-
nem admittendas.

Quartò eandem ſenentiam munire videtur,quòd
teſtator ipſe iuſſerit nepotes illius ex Brigida & Ca
therina ſororibus in ſtirpes,& non in capita admit-
12 tendos:† cuius ſucceſsionis ea eſt conditio,ut ęqua-
litas cuſtodiatur reſpectu ſtipitis ſeu capitis à quo
deſcendunt: unde deſcendentes Catherinæ quamuis
plures,cum deſcendentibus Brigidę portionem cõ-
ſequentur ęqualem, tametſi potioribus.Docto.di-
cta auct.poſt fratres,i.et ii.C.de legitim.hære.quæ
ab inteſt.& docuit Signor.de Homod.conſil.clxiii.
nu.xx.& D.Maria.iun.conſi.xxxv.nu.vii.lib.i.Qua
ratione huiuſmodi caſu nepotem unà cùm patruo
admitti reſponſum extat:Rui.conſi.clxxi.nu.viii.in
iii.nerſ.& iſta opinio à ſpeciali ratione.quod quan-
doque conſuluit ex facto reſpondi. Quare cùm hæc
huiuſmodi fini utramque deſcendentiam ſine pro-
pagationem tàm Brigidæ quàm Catherinæ ex mẽ-
te teſtatoris conſequi debere concludendum uide-
retur.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum,ſecundum iuris noſtri rationem uerius eſ-
ſe cenſeo.quòd immo nullum ius illis in poſſeſsione
ac nulla ratione decretam eis facultatem cõpetere,
tametſi prætore authore illam ipſam apprehende-
rint. Cum enim de domini Iacobi Farinę diſpoſi-
13 tione agatur,† conſtat mentem illius ex uerbis ipſis
unde animi imago repręſentari ſolet, expreſſam ad
unguem exequendam.l.Labeo.ff.de ſupellec.lega.l.
non aliter.de leg.iii.c.intelligentia,de uerb.ſign.&
docuit Ariſtot.lib.de interpreta.in princip.& Cice.
14 iii.de Orat.† Quocircà dici conſueuit, uoluiſſe te-
ſtatorem,quod uerbis non expreſsit.l.quidam cùm
filium.ff.de hæred.inſtituen.l.unica.§.ſin autem ſub
conditione.C.de cadu.tollen.l.ille aut ille.ff.de hę-
15 red.inſti.& idcircò traditũ eſt,† cui teſtatoris uerba
non conueniunt,nec diſpoſitionem illius adaptari.
l.iiii.§.toties.ff.de damno infec.cum uulgaribus,&
aduertit Cur.iun.conſ.clvi.nu.viii.Cęterum in prę-
ſenti negocio uoluiſſe teſtatorem pronepotes huiuſ-
modi admitti ex teſtamenti inſpectione facilè patet
quòd ille ipſe primum hæredis gradum inſtituerit
dum Magnificã D.Marinam Surianam illius uxorẽ
his uerbis inſtituerit: In omnibus autem & quibuſ-
cunq; illius bonis pręſentibus atque futuris ſibi hæ-
redem uſufructuariam inſtituit & eſſe uoluit Do.
16 Marinam eius uxorem in uita tãtùm ipſius.† quibus
ſanè uerbis nullis ſuperſtitibus filiis, eam in pro-
prietate inſtituiſſe cenſetur.l.extraneum.la j.C.de
hæred.inſti.ubi Bal.Fulg.Sali.Alex.& Iaſ.verſ.ter-
tiò principaliter. Quam quidem interpretationem
17 ſuadet † uerbum illud inſtituit,quod ad uniuerſalẽ
dominii tranſlationem pertinet,toto tit.ff.de hære.
inſt.& l.i.ff.de uulg.ibi, inſtitui aut ſubſtituti.& l.
18 uerbis,eo.tit.ubi Din.& Bar.† Item & terminus ille
hęredem,qui dominum indicat.l.his uerbis,in prin.
ubi Glo.i.ff.de hęred.inſti.& §.fin.inſtit.de hæred.
qual.& differ. Et idcircò cùm nullus ei interim ſit
datus cohæres,perinde eſt ac ſi poſt mortem graua-
ta eſſet,etc.Bal.l.id quod,q.xiiii.C.de Epiſ.& cler.
& Sali.q.ult.d.l.extraneum.Ange.Fulgo.& Corne.
& Iaſ.d.uerſi.tertiò.& Alexan.conſ.clxii.in ii.circa
princip.& lxxxiii.in iii.Viſo themate.

Secundum autem deinde hæredum inſtituit gra-
dum his uerbis: poſt uerò ipſius Do.Marinæ mortẽ
uoluit,iuſsit,& ordinauit dictam ſuam hæreditatem
deuenire in nepotes ſuos infraſcriptos,uel filios D.
Brigidę uxoris D.Antonii de Scalciis,& filios quon
dam D.Catherinæ olim uxoris D.Iacobi de Parma
ſororum ipſius teſtatoris. Quare, cùm poſt ipſius
uxoris mortem primo gradu inſtitutę,ſecundo gra-
du nepotes ex duabus ſororibus inſtituerit, dicens,
19 † infraſcriptos,ſatis apparet dictionis illius uirtute,
de eis tantùm intellectum fuiſſe, quorum nomina
in teſtamenti ſcriptura legi poſsint.l.i.§.ſed ſi legi.
ff.de his quæ in teſtam.delen.l.fin.§.ſi.ff.ſi.reg.nec
dubium eſt,quin ſcripturę ſubiectum fideli oculorũ
ſenſui ſubiiciatur.c.cùm Marthæ, de celebratione
20 miſſ.ibi,ſi canonis formã inſpexiſſes.† Qua ratione
ius ipſum quod ſcripto conſtat, longè certius eſſe
quandoque cenſetur,illo ipſo quod uſu receptũ eſt
l.ii.§.exactis.ff.de orig.iuris.ibi,ut apertius perſpi-
ci poſsint.& l.certum.ff.ſi cert.pet.dixi rub.de cõ-
21 ſtit.ii.& iii.q.† & quamuis terminus ille hæres, ex
propria uocis ſignificatione ad illum poſsit referri,
qui longiſsima ſucceſsione à primo teſtatore abeſt.
l.qui per ſucceſsionem.ff.de reg.iur.l.fin.C.de hę-
red.

red.inſti.l.hæredis appellatio.ff.de nerb.ſig. & l. in
annalibus.C.de leg.uirtute tamen adiectionis illius
infraſcriptos, ad eos tantùm refertur,quorum nomi
na in ipſo teſtamento inſpici poſſunt. l. qui liberis.
§.hæc uerba.ff.de uulg.& pup.ubi Bar.Bal.& Ang.
& Albe.uerſ.quare dic.& Caſtren. nu.ii.uerſ. ſolu-
tio.& Io.ab Imo.& Alex.nu.i.uerſ.adde.& Imol. in
l.ſi quis filium familiàs.§.ſi.ff.de acq.hęred.& Alex.
ibi nu.xj.uerſ.ultimò noto.& Iaſ.nu.iij.verſ.adde.&
nerſ.tene deciſ.Bar.& idem in d.l.ſi.C.de hære. in-
ſtit.nu.iii.uerſ.i.niſi fieret.& Alex.d.l.ſi quis filium
§.fin.nu.xv.uerſ.ſecus uideretur. ff.de acqui. hæred.
& l.Gallus.§.etiam ſi parẽte.ff.de lib.& poſthu. nu.
viii.uerſ.quid autem.& Deci.d.l.qui per ſucceſsio-
nem,nu.iiii.uerſ. ſecundò regula iſta,& Cagnol.ibi
nu.ia.& Alci.d.l.hęredis appellatio,in prin.Quam-
obrem ex his conſtat quòd licèt naturalia huius uo-
cis hęredis ſignificatio,inferioris quoque gradus p-
ſonas comprehendat , puta pronepotes, uel abne-
potes.d.l.ſi cui.§.affinitatis.& d.l.Gallus.§.inſtituẽa
ubi Bar.& l.ſoceri,& l.nurus, de uerbo.ſignifi.atta-
men in præſenti negotio ad hos tantùm nepotes uox
reſtricta uidetur , quorum nomina legi & perſpici
poſsint ex ipſius teſtamenti inſpectione,quos Dom.
Catherinæ & Brigidæ teſtatoris ipſius ſororum fili-
os nepotes ſecundum communem loquendi uſum
appellauit.c.per tuas,de probationib.ubi Butr.Car.
Imol.Abb.& Deci.v.not.aduertunt,& c.accedens,
de acuſat. & c.tua nos.& c. quod ſuper his,de con-
ſang.& affinit.ubi Abb.& Ioan.And.colligunt in c.
fundamenta,de elec.in vi.& ibi Geminia. uerſ. pro-
inde.

Tertiò accedit ex teſtamenti uerbis eandem con-
cluſionem clarius colligi,dominum ipſum Iacobum
teſtatorem de nepotibus huiuſmodi intellexiſſe ſe-
cundum communem loquendi uſum. dum ipſe in-
ferius declarat,ibi ;nepotes ſuos infraſcriptos filios
D.Brigidæ & Catherinæ ſororum ſuarum. Item ibi,
dum portionem tertiam D.Paulę non habẽtis filios
poſt eius mortem ad pręductos nepotes ſuos deueni-
22 ri iuſsit.† ſanè dictiones huiuſmodi prædictos, di-
ctos,ipſos , & ſimiles referri conſueuerunt ad eos
quos teſtator nominatim expreſsit,quorũ nomina in
teſtamento legi poſsint & perſpici.Bar.Alex.Iaſ.d.§.
hæc uerba,& frequenter reſponſum extat:Old.conſ.
xxi.nu.ii.Bal.conſ.ciii.& ccciiii.Nobilis,in v.Alex.
clxxiij.in v.Deci.cccclxv.nu.viii. & dxixi.num.xi.&
Gozad.xxv.nu.x.& Rui.xliiii.nu.xviii.& cxvii.nu.
i.in ii.& ciii.nu.xxiiii.& cxxx.& cxliii.in v. nu. xli.
& Io.de Amicis conſi.x.nu.xxi.ubi aduertunt, ge-
nerales terminos ab huius nominibus reſtringi.
Quamobrem ex ſupraſcriptis conſtat nepotes, id eſt
filios ſororum fuiſſe nocatos:unde inferioris gradus
perſonas uocatas non fuiſſe,concludendum uidetur
quod in nõ abſimili ſpecie Corn. ex facto conſultus
reſpõdit conſ.ccxxx. Quanquã,in iii.& Alex.cxiiii.
& ſuperius adductis ſubſcribit D.Maria.iun. conſil.
cxi.in i.nu.xxviii.& Cor.clxxij.in ij.& ccxc.in iiij.
& Domi.Maria.iuni.d.conſil.cxiiii.lib.i.in fin.eru-
ditè loquitur.

Quartò illud ſilentio non inuoluam,alia quoque
ratione concluſionem ſupraſcriptam apertè proba-
ri,ſi quis teſtamenti ſtructuram inſpiciat,dum cauit
teſtator aliquo ex huiuſmodi nepotibus ſecundo
loco inſtituius ſuperuiuentibus pronepotes repellen-
das eſſe.ibi,in uerſ.& deficientibus dictis nepotibus
uel altero eorum tàm D.Brigidæ,quàm dictæ Dom.
Catherinæ,ita quòd ex aliqua earum nullus extaret,
tunc iuſsit & ordinauit dictam portionem hęredi-
tatis talis ſic decedẽtis deuenire in alium,ſeu in alios
nepotes uiuos atque ſuperſtites dictarum D.Brigi-
dæ & Catharinę.Quo quidem capite de his quoque
nepotibus intellectum conſtat, quos ſuperius ſuarũ
ſororum filios interpretatus fuit,ut legitimè colli-
gitur ex dictione illa,dictos,d.l.quiſquis.§.hæc uer-
ba,ubi Bart.dictionis illius eam eſſe conditionem
admonuit,ut ad antea nominata referatur:quod ue-
teres in reſponſis ſuperius adductis ſepiſsimè do-
cuerunt,& Deci.conſi.cccclxv.nu.viii.& Rui.con-
ſil.xliii.nu.xviii.in ii.cum aliis ſuperius adductis.
Item,ibi,itaq; ex aliqua eorum nullus extaret,id eſt
ſuperſtes eſſet, putà,extinctis omnibus filiis D.Bri-
gidæ tunc iuſsit ſuperuiuentes ex D.Catherina ſuc-
cedere.quòd ſi ex ea nullus extaret,tunc ſi qui ex D.
Brigida ſuperuiuerent,eos ipſos ſuccedere debere.
unde in uiuos & ſuperſtites portionem deuenire
iuſsit, id eſt qui aliis prædefunctis uiuerent. l.quæ
ſuperſtitis.ff.de acqui.hære.inſti.de excuſat.tuto.in
prin.ibi,ſi enim,& paulò inferius ibi,filij autem ſu-
perſtites tantùm.& inſti.de donationib. in uerbo ſi
ſuperſtitiſſent, & Alberic.in dictionario in uerbo
ſuperſtes.

Item perpendendum puto ſubſtitutionem hanc
factam fuiſſe eo caſu,quo nullus extaret, ibi, quòd
nullus ex altera earum ſuperſtes eſſet, tunc alterius
23 filios uocauit: & ſic teſtatoris ipſius nepotes,† un-
de colligitur ex dictione illa alios nepotes uiuos
atque ſuperſtites,de perſonis ſimilis qualitatis teſta-
torem ipſum cum prędefunctis intellexiſſe, nempe
ſororũ ipſarum filiis.l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugi.ubi
Glo.in uerb. alia.But. Bal.& Corn.& docuit Abb.
24 in c. ꝙ ſedes,de reſcrip.† cùm enim probabilis erga
hos caderet dilectio,quos teſtator uiderat atque co-
gnouerat. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. quoſque ad
inferiorum exclusionem inuicem ſubſtituerat: ſanè
eos ipſos inferioribus omninò præferendos , con-
cludendum uidetur: & ſic D.ipſam Lauram ex di-
ctis nepotibus ſolam ſuperſtitem omnibus aliis pręe-
ferendam. l.iam hoc iure,& l. Lucius.ff. de uulga.&
pup.ubi Bar.q.iij.

Quintò uellẽ huic cõplexioni ſiue dilemati pro-
poſito harum patronos reſpondere :aut enim Iſabel-
la & Iulia,& quicunque ex Catherina deſcendentes
ius ſibi competere contendat ex propria perſona,aut
ex D.Franciſci aui.& tunc,ſi ex iure id in eorum p-
ſona radicato fieri poſſe contendant, ſanè conſtant
eos ipſos toto(quod aiunt)ſolo errare:quippè quòd
ſingularis uigeat hominis prouiſio, uel unum ex ne
potibus, id eſt ſororum filiis ſuperſtitem omnibus
25 aliis omninò pręferens.† Quare conſtat fruſtrà eos
petere,quod legitimis exceptionibus ex mente te-
ſtatoris denegari poteſt. l. ex facto. la grande. ff. de
hęred.inſtit.d.l.in conditionibus,nec enim legis ip-
ſius diſpoſitione in deferendis ſucceſsionibus uti-
mur,

mur, quò ad hominis ſubeſt diſpoſitio.l.quamdiù.ff.
de acqui. hæred.& l.quamdiù.ff.de reg. iur. & l.an-
tequàm.C.communia de ſucceſsioni.& c.ſtuduiſti,
de offic.leg.Idq́ue potiſsimùm & ea ratione aliud
teſtatorem noluiſſe cenſeri debet, quod uerbis non
expreſſerit.l.unica.§.ſin autem ad deficientis. C. de
cad.tol.l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthu.l.ſi quã
dotem. ff. ſol.mat. nec ſanè teſtatoris prouiſio hæc
iuris rationi repugnat, proximorẽ queq; uocantis, &
ei, qui remotior ſit præferentis. l. Iuriſconſultus, in
prin.ff.de grad.§.j.inſti.de hęred.quæ ab inteſt. de-
ferun.& in auc.eodem, & inſti.de legi. agna. ſucceſſ.
26 §.j.ibi, nõ tamen omnibus. † iuris.n.ratio ſuadet, te-
ſtatoris prouiſionem eo pacto interpretandam, ne
cum iuris diſpoſitione concurrat.l.ſi duo.ff.de acqu.
hæred.ubi Cin.Bal.& Caſt. nu.ij.l.hęredes mei.§.cũ
ita.ff. ad Senatuſconſ.Treb.ubi Bar.& Alex.nu.viij.
& Soci.nu.xaxj. & Ripa nu.lxavij. & lxaviij. Butri.
Abb.& Feli.c.cum cauſam, de reſcrip.& idcircò, cũ
prouiſio hominis cum legis diſpoſitione concurrat,
multò magis quò ad ius in earum perſonis radicatũ
illas ipſas repelli poſſe dicendum eſt.auctẽn. multò
magis.C.de ſacroſanc.Eccleſ. l.unica. §. accedit. C.
de rei uxo.acti.ubi Glo.in uerbo multò magis, & c.
cùm in cunctis, de elec.
27 † Aut ex perſona parentum ius hoc ſibi ipſis cõ-
petere contendunt, nempè Do.Franciſci Parmenſis
earum aui, & tunc iuris ipſius ſummam eas non ſat
diligenter perpendiſſe uidentur: cùm enim nuper
D. Marinę primo loco inſtitutæ obitus contigerit
prędefunctis multò ante ex D.Catherina filiis ipſius
teſtatoris nepotibus, ſuperſtite tantùm D. Laura ip-
ſius D.Brigidæ filia, ſanè nullum ius ad deſcenden-
tes ex D.Franciſco añ cõditionis euentum & priuſ-
quam aditionis cederet dies, tranſmiſſum eſſe cenſe-
tur.l.unica.§.ſin autem aliquid ſub conditione. C.
de cadu.tol.ubi Bal.Fulgo.verſ.tertiò noto ſatis.Sa-
28 li. & Corn.nu.j.colligunt. † nec etiam in ſuos ius
aliquod diſpoſitionis non purę tranſmitti. quod &
Accurſ.uidit l.unica.C.de his qui ante aper. tab. in
Glo.ult.uerſ. & idem dixerunt.ibi, quod non placet,
& d.l.hæredes mei.§.cum ita, in uerbo ſuſcepiſſet,
ubi Alex.ultimo not.nu.vj.& in Gl.in uerbo ſuſce-
piſſet, plures ueterum auctoritates adducit.& cõclu
ſionem illam ex eo textu probari aduerſus Cuma. &
Corn.Ripa ibi docuit nume.lx.uerſ.uerior ergo eſt.
Quocircà Bal.Ange.Corne.& Sali. Accurſij ſenten-
tiam aliter ſentientis refellunt in l. ſi in perſonam.
C.de fideicomm.in uerbo utiliter in fin. & in l. his
cui, in Glo.j.in fin.ff.de actio.& obl.ubi Bart.& Al-
be.quare cùm D.ipſe Franciſcus & alij Catherinæ
filij prędeceſſerint, antequàm dies ceſſerit, quo uo-
cati fuerunt, iam ex aui perſona nullum ipſis pro-
nepotibus ius competere uidetur. quod quandoque
reſponſum extat: Old.conſ.cxxxj.Quidam. Bal. cc-
xvj.Verba, & ccliiij.Titius, lib.j.& cccxix.Matrimo-
nium.in vj.dub.& ccccxxxv.Punctus ſuper quo, in
quarto.Roman.xxix. Viſo.& cxxaiii.Super puncto.
Alexan.xcij. Super eo.in iii.& laiiii.in iiii.& diffuſè
Reuerendiſsimus Pariſ.conſi.xxi.in iij. nu.i.ij.& iij.
Et ſi quis diceret diſpoſitionem huiuſmodi puram
fuiſſe, reſpondeo, incertum ipſius D.Marinæ diem

illam conditionalem reddere. d.§.ſin autem ſub, &
29 ibi Doc. † Præterea, uerba illa deficientibus dictis
nepotibus etc.ultra diei mortis incertitudinem, cõ-
ditionem ipſam inferre uidentur, id eſt, ſi deſece-
rint.quemadmodum, cùm legat teſtator uxori ea
manente uidua, id eſt, ſi manſerit. Bar.l.ij.§.fi. ad Se-
natuſconſ.Tertyl.& l.ab emptione. ff. de pact. in ij.
not.& l.edictia.ff.de uſu.& l.à teſtatore.ff.de condi.
& demonſt.Iaſ.Alci.& alij recentiores tradunt rub.
ſolut.matrimo.in uerbo ſoluto. & quandoque re-
ſponſum extat.Calde.conſ.j.de uerb. ſig. Dec.conſi.
dlaxxj.nu.xj.ex quibus concludendum uidetur ipſis
D.Iſabellæ & Iulię, necnon & aliiis pronepotibus
nullum ius in huiuſmodi bonis competere poſſe.

Et ſi quis diceret, qua ratiõe ergo presbyter Hie-
ronymus & D.Camilla portionem ea hac ipſa hære-
ditate conſequi poſſunt? reſpondeo, id mirum non
eſſe, cùm gradu proneptes ipſas præcedant, unde
eiſdem potiores poſſe debere. d.l.Iureconſ.d.§.j.in-
ſtit.de leg.agna.tut. accedit præterea ea Do. Lauræ
tranſigentis perſona ac ius omne eis in hac ipſa por-
tione (ut audio) cedentis, facultatem hãc ipſi Reuerẽ
30 do presbytero atque D. Camillæ competere. † iuſtè
enim pendente lite tranſigi potuit.l.j.ff.de tranſact.
ubi Bart.Alex.& Iaſ.aduertunt, & plura congerit
Reuerendiſsimus Pariſ.conſ.xii.nu.j.in ij.& conſil.
cl.nu.vii.in iiij.nam & tranſactio ipſa legitima ceſ-
ſionis cauſa exiſtimatur.declarat Specul.in titu. de
ceſsione actionis. §.j.nu.v.uerſi. ſi autem fit ceſsio.
& tunc directum ius cedentis nomine competit, &
utile reſpectu eius, cui facta eſt ceſsio: declarat Bar.
in l.j.C.de actio.& oblig.in fin.& l.qui ſtipendia, in
fin.C.de procur.& l.ſi duo, in fin. ff. de ſol.& Deci.
conſ.daaavi.nu.i.& ii.

Tertiò & fortius concludendum uideretur, ipſis,
D presbytero atque Camillæ licere ius Dom. Laurę
competens, cùm inde prorſus conſtet, nullum ipſis
D.Iſabellę & Iulię atque aliis pronepotibus ius cõ-
petere. l. his conſequenter. ff. familiæ erciſ. l.cùm
quiſpiam.C.de ſer.fug.l.ſi alienam. ff.ſol.matri. ubi
Doc.& uidit Corn.conſi. cii.in ii.litera G. Quam-
obrem ex his ſatis oſtenſum fuiſſe diiudico, D. Iuliã
& Iſabellam unà cum aliis cooſoribus ab ipſa poſ-
ſeſsione depellendas, tamq̃ in huiuſmodi bonis ius
nullum habentes.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum: &
primò, quòd neptes huiuſmodi in locum aui ſubin-
trare debeant.d.§.cùm filius, cum aliis ſuperius ad-
ductis: quia reſpondeo, cùm auus earum dominus
Franciſcus obierit antequàm dies uenerit, quo ius
hoc conſequi poſſet, ad hæredes etiam ſuos nihil iu-
ris tranſmittere potuiſſe.d.l.unica.d.§.ſin autem ſub
conditione.Glo.& Doct.d.§.cùm ita, cum aliis ſupe
rius adductis. Præterea mens teſtatoris ipſius pror-
ſus repugnat, ſororum filios ſubſtituentis. unde, cũ
ex his ſola ſit Laura ſuperſtes, omnes alii excludun-
tur; quippè quòd teſtatoris expreſſo iudicio muni-
ta ſit.d.l.quamdiù.ff.de acqui. hære.d.§.diſponat.in
auct.de nup.

Secundò non urget, nepotes hîc fuiſſe uocatos,
quorum appellatione & pronepotes contineri quã-
doque iuris ipſius ſuadeat ratio.d.§.affinitatis, ubi
Bart.

Bar.d.l.ſi cui.ff.de poſtuland.d.l.Gallus.§.inſtituēs, cum aliis ſuperius adductis.nam reſpondeo in præſenti negotio hoc ſolum ſufficere, ſignificationem illam ex adnexis ad filios tantum ſororum diſponētis coarctatam fuiſſe: quemadmodum ex dictione illa infraſcriptos,probari ſuperius oſtendi.Bar.Ale. & Iaſ.d.l.qui liberis.§.hæc uerba, de libe.& poſthu.
32 † vnde ſpeciali prouiſione munitus, generali tantū diſpoſitione ſuffultum excludit. d. l. quamdiu. de reg.iur.d.l.in toto iure, eo.tit.& l.ſanctio legum.ff. de pęnis,cum aliis adductis in c.j.de reſcrip.& c.generi per ſpeciem,de reg.iur.in vj.

33 † Tertiò non urget,teſtamentorum eam eſſe conditionem,ut plenius in his interpretandum ſit.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.& d.c.cum dilecti, de donation. vnde filiorum appellatio etiam ulterioris gradus deſcendentes comprehendit. d. l. liberorum. ff.de uerb.ſig.ubi Bar.quia reſpondeo non defuiſſe,
34 qui aliter ſentiant.† quoniam lex generaliter dicat alio nomine filios,& alio nepotes contineri. l. quid ſi nepotes.ff.de teſtam.tute.& §.fin.inſti.qui teſtam. tuto.dari poſſ.nam & filij diffinitio ab eſſentia nepotis differre uidetur. l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & plures tùm in legendo, tùm ex facto reſpondendo, conſulto omiſſos,refert Dec. conſi.xcvii.Et pro tenui. nume.v.

Secundò dico,difficultatem hanc in præſenti negotio ſuperfluā eſſe,cùm ſimus in linea tranſuerſaliū nam & auunculus diſponit,& nepotes, id eſt ſororū
35 ipſarum filios uocat,† inter quos propagationis illius iuſta non cadit affectio, quam Iureconſultus perpendit in d.l.liberorum,in prin.& fin.ubi Bar. & l.iuſta.& l.filii,eo.tit.ex Brigida enim nati patris illius agnationem,non autem auunculi augēt.§.1.inſtitut.de leg.agna.tut.& l. cum legitimè.ff.de ſtatu
36 homi.† & idcircò filii filiarum non ſubiiciuntur ipſius materni aui poteſtati.inſtitut.de patria poteſta. in fin.

Poſtremò,dato quòd inter deſcendentes negotium hoc ageretur, adhuc pronepotes hos excludi debere oſtendo.cùm mortis D.Iacobi tempore nullus, exceptis D.Brigidæ & D.Catherinæ filiis,in rerum natura extaret: unde probabilis duntaxàt affectio uiuentium cenſeri debet. d.l.ſi cognatis. ff. de rebus dub.& l.cùm ita.§.cùm fideicom.ff.de leg. ii.& docuit Imo.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ii.& Anch.
37 c.indicante. de teſtam.uerſ.extra Glo.† Quare ſubſtitutio filiis & eorum filiis interpretari conſueuit de natis ipſius, teſtamenti confectionis tempore. Bar.conſ.incip.Bonauentura condidit teſtamētum. Ange.xxxviii.Quidam.Roma.ccxxxi. Præmiſſorum. Alex.clxxiii.in ii.& Deci.d.conſ.xcv.uerſic.tertiò principaliter.nu.xxii.& D.Maria.iun.d.conſil. cxi. & cxii.nu.xxii.& cxiiii.in fi.in i.

Quartò & ultimò non urget, hos ipſos nepotes in ſtirpes,non autem in capita fuiſſe uocatos: quia id Iſabellæ & aliis conſortibus nihil quidquàm ſuffragatur.nec idcircò ſuperflua teſtatoris hæc diſpoſitio uideri poteſt: quoniam eo caſu,quo ex Do.Brigida plures editi fuiſſent ſuperuiuentes filii, quàm ex D.Catherina,tunc ęqualitas hęc cuſtodiri potuiſſet,ſecūdum affectionis paritatē.d.auct.poſt fratres, cum aliis ſuperius adductis.Quamobrem uigēte potiſsimùm ipſa ceſsione iurium facta Reuerendo Do. presbytero & Do.Camillæ in ipſo tranſactionis documento omninò iudicandum cenſerem,portionem ab ipſis D. Iſabella & Iulia & aliis conſortibus adeptam, ueluti ius nullum in huiuſmodi bonis obtinentibus,protſus nullam eſſe declarandā: & quatenus opus ſit, omninò reuocandam.

LausDeo. Patauii,viii.Idus Septemb.1552.

Portius Forocornelienſis ſaluo ſemper, etc.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Clerici regulariter laicorum prædia conducere nequeunt:fall.tamen.& nu. 19.22.cum ſeq.& 34. & per totum conſ.*
2 *Neceſſitas vbi urget,lex ipſa diſſoluitur.*
3 *Delictum nequaquam eſt præſumendum.*
4 *Clerici negotijs ſecularibus ſe implicare minimè debent.& nu.19.cum ſeq.& vide fall. nu. 32.*
5 *Clericorum interna profeſſio eſt, diuinis uacare officijs.*
6 *Legis uirtus in ratione conſiſtit.*
7 *Clericis & ſi cohabitare cum fœminis iure non permittatur,fallit tamē,ubi fornicationis ſuſpicio prorſus ceſſat.*
8 *Teſtari unumquemque lex permittens, reſtringenda eſt ad habiles.*
9 *Legi contrauenlens,peccatum incurrit.*
10 *Legis prohibitiua diſpoſitio fortior eſt, quàm permiſſiua.& nu.40.*
11 *Turpitudinem ſuam allegans,non eſt,audiendus.& nu. 62.fallitur nu.66.*
12 *Lex honeſtati quantùm deferat, tantùm fraudibus deteſtatur.*
13 *Legis beneficio haudquaquā iuuandus eſt,qui in legem committit.*
14 *Actus an reddatur nullus, quando is à lege cum pœnæ appoſitione fieri inhibetur, ex Bartoli ſententia communiter recepta,diſtinguitur.*
15 *Pœna ſpecialis quando generali deroget.*
16 *Sententiam non ualere extra inſtantiam à ſtatuto præfixam,tametſi infra iuris communis legitima tempora prolatam.*
17 *Actus irritatio cuiuſdam pœnæ ſaltem intrinſeca ſpecies eſſe uidetur.*
18 *Pœnæ potius emollienda ſunt, quàm exacerbanda.*
19 *Clerici dicuntur, quia de ſorte Domini ſunt, & multa de clericorum munere.*
20 *Clericos ipſi Deo tantùm militare decet.*
21 *Clericos non debere mercimonia exercere.*
22 *Clericos extra Dominum Ieſum nihil habere poſſe.*
23 *Deo ſeruire & Mammonæ pugnant.*
24 *Clerici non debent ſe immiſcere negotijs ſæcularibus.*
25 *Negotia ſæcularia quæ nam ſint clericis probibita.*
26 *Clericos prohibitos eſſe leges uel phyſicam audire, & cur hoc?*
27 *Clerici ſe immiſcentes negotijs ſæcularibus, haudquaq; priuilegijs clericorum gaudent.*

Pauperibus

28 *Pauperibus eroganda eſſe omnia à clericis ex ſæcularibus negotiationibus quæſita.*

29 *Clericis interdictum eſt ſordida miniſteria pertractare.*

30 *Clericis notarij officium exercere denegatur.*

31 *Clericis nec uectigalia conducere, nec pro uectigalium conductoribus fideiubere permiſſum eſt.*

32 *Clericis quo caſu negociatio non ſit prohibita.*

33 *Lucrum turpe eſt, quicquid plus iuſto homo appetit.*

34 *Conductores poſſeſſionum laicorum non debent eſſe clerici aut monachi.*

35 *Clerici procuratores nequeunt eſſe.*

36 *Specialis prouiſio potior intelligitur.*

37 *Clericatum de iure diuino eſſe.*

38 *Clerici præſtantiores eſſe laicis.*

39 *Lex diuina irrelaxabilis eſt.*

40 *Peccati occaſio tollenda, animæq; conſulendum.*

41 *Prohibitiua legis diſpoſitio maiorem habet uim, quàm permiſſiua. & uide ſupra nu. 10.*

42 *Renunciari iuri publico non poſſe.*

43 *Inſinuationi in donatione ultra 500. aureos requiſita renunciari non poteſt.*

44 *Verbum decreui, præciſam deliberatamque præſefert intentionem.*

45 *Nullitas actus apertè oſtenditur quoties negatiua præcedit uerbum poteſt. & nu. 69.*

46 *Princeps defenſiones tollere haudquaquam poteſt, aut quod inaudita parte aliquid diffiniatur.*

47 *Actus nullus redditur reſiſtente legis ratione.*

48 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis etiam poſt tres conformes ſententias opponi poteſt.*

49 *Contractus conductionis natura eſt, ut utrinque ſit obligatorius.*

50 *Clericos ter monendos eſſe, ut negotijs ſæcularibus ſe non miſceant.*

51 *Peccatum eò grauius eſt, quò diutius animam retinet alligatam.*

52 *Interpretatio illa facienda eſt, quæ animæ ſit proficua.*

53 *Pacta & conuentiones contra ius non parere obligationem tameſi iuramentum acceſſerit: & de communi opin.*

54 *Eccleſiæ traditiones tranſgredi nefas eſt.*

55 *Legis prohibitiua tranſgreſſio & tranſgreſſorem peccato obligat, & irritationis actum producit.*

56 *Indicium ſpeciale non elidi ob generalem bonæ famæ probationem.*

57 *Probatio ſolida dicitur, quæ à regula, aliquoue iure fomentum habet.*

58 *Confitens occidiſſe Titium, ſed ad ſui defenſionem, abſoluendus ne ſit, an condemnandus.*

59 *Præſumptio illa fortior exiſtimatur, quæ ex natura actus & rei proficiſcitur.*

60 *Facta conſiſtentia probanda ſunt.*

61 *Clerici ſuſceptis ordinibus à laicorum cœtu ſegregati intelliguntur.*

62 *Allegans turpitudinem ſuam exaudiendus eſt minimè quod ampliatur, ut nu. ſeq.*

63 *Hæres non ſolùm authoris ſui turpitudinem allegare non poteſt, ſed nec etiam ſingularis ſucceſſor.*

64 *Peccatores, ut reſipiſcant, lex, præſertim pontificia, admonere conſueuit.*

65 *Legem tranſgrediens, peccatum incurrit.*

66 *Turpitudinem allegans quo caſu reijci non debeat. & nume. ſeq.*

67 *Iudex ex officio actione carentem repellere poteſt.*

68 *Actus nullius eſt roboris, qui publicæ repugnat utilitati.*

69 *Nullitati ſubiacet actus aduerſus legis prohibitionem celebratus. & uide ſuprà nu. 45.*

70 *Pœnæ adiectio non facit, ut actus aduerſus legis prohibitionem geſtus, legitimus exiſtimetur, cùm alia mens legis appareat.*

71 *Legis uirtus in ipſius mente conſiſtit.*

72 *Actus quando irritetur aduerſus legem factus, & pœna committatur.*

73 *Fauoris cauſa, quæ inducta ſunt, non debent in odium retorqueri.*

74 *Legitimatio aduerſus Principis decretum facta, nullius eſt efficaciæ.*

75 *Tex. in c. peruenit. 86. diſt. cæteraque iura diſponentia clericos non poſſe prædia ſæcularium conducere, declarantur & extenduntur.*

76 *Peccata fieri grauiora ex temporis diuturnitate.*

77 *Interpretatio ea facienda eſt, quæ à iuris tramite non ſit aliena.*

CONSILIVM XVI.

QVAMVIS integerrime Præſul ea ſit doctrinę ſuę pręſtantia, ut amẽtata tela ei ſuggerę ſuperfluum ſit; quippè, quòd uniuerſa videt & nouit: non potui tamen deeſſe. pro facti ſpecie perrara, ueritatis ipſius ardore in primis adductus, quin pauca hæc perſcribenda ſuſciperem. non ut te uirum conſummatiſſimum labore meo iuuare crederem, ſed ut tibi negotiorum cumulo plerumq; oppreſſo, digitum, ut aiũt, ad fontem intenderem.

ADSIT MIHI TRINITAtis indiuiduæ lux, ut iuſtum, & quod uerum ſit in præſenti negotio diffiniam.

CONTINGIT Reuerendum D. Gabrielem Fagnanum Ariminẽſis Eccleſiæ Archidiaconum pręędia quędam à Magnifico Do. Alexandro de Capitibus uaccę nobili Patauino conduxiſſe; ex quo quidem contractu, licèt Reuerendus ipſe D. conductor non leuiter ſeſe lęſum oſtendat, nihilominus coram Reuerendiſsimi Patauini Pontificis Suffraganeo id geographi auctoritate conuenit, quo ſpopondit certam ſingulis annis ſummam Magnifico locatori eo nomine perſoluturum. At Reuerendus D. ipſe conductor excipit contractum huiuſmodi aduerſus canonum diſpoſitionem initum eſſe, & idcireò nullum cenſeri; unde reſipiſcere cupit, ne ulterius epiſcopalis laquei irretitus detineatur. Magnificus autem locator contendit, ei non licere hãc ipſam exceptionem proponere; quippè quòd in caſu à ratione Canonis

nonis permiſſo contractum eſſe potuerit; & ei pro-
priam turpitudinem adducere, nephas ſit: quinimmo
pœnam aduerſus eum cõmiſſam, actu tamen legiti-
mo remanente, pluribus rationibus oſtendere co-
natur. Quocircà quæſitum eſt, utri potius annuen-
dum ſit, conductori an locatori ceu iuſtiorem cau-
ſam fouenti?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie iudicandum uideri Ma-
gnifici D. Alexandri cauſam longè potiorem
uideri, & idcircò cogendum Reuerẽdum Ar-
1 chidiaconum, quod ſpopondit adimplere. † ratio. n.
cur in clericali ordine conſtitutus laicorum prędia
conducere non poſſit, non ſemper uiget, quinimmo
uel ualetudinis tuendæ cauſa, uel eorum alimoniæ,
ut cùm ex propriis uictus nõ ſubeſt, ut fructibus in-
de ali poſſit, prohibitio hæc remiſſa uidetur. c. dile-
cti, de decim. ubi Glo. j. in uerbo conduxiſtis. Ho-
ſtien. Io. And. But. Abb. aduertunt, Goffre. & Hoſti.
in ſumma ne clerici uel monach. §. j. nu. j. §. ij. num.
iij. & Innoc. c. fin. de oblig. ad ratiocin. non ordinã.
2 † cùm enim huiuſmodi caſibus neceſsitas vrgeat, le-
gis ipſius diſpoſitio diſſoluitur. c. conſilium, de ob-
ſeru. ieiun. c. ſi quis propter, de furt. c. non minus, de
immunit. eccleſ. ibi, niſi Epiſcopus neceſsitatem. &
l. cùm fidei. ff. de fideicomm. libert. & l. j. ff. de officio
eius, ubi Glo. in uerbo non aliter, etiam ibi Alc. Iaſ.
3 & Deci. † Quare, cùm Reuerendus D. Archidiaco-
nus conduxerit, à iuris ratione alienum non uidetur
id quidem factum præſumi in caſu ab ipſo canone
non prohibito, ne aliàs interdicta tentaſſe uideretur
c. fin. de præſump. c. unico, de ſerui. in ord. faci. ubi
Gl. in uer. æſtimare. But. & Abb. & c. cùm tu, de te-
ſtib. & c. eſtote. de reg. iu. in antiq. & l. merito. ff. pro
ſocio. & plura Bar. adducit exempla in l. non ſolùm.
§. ſed & probari. ff. de noui operis nuncia. ubi Alexã.
plures adducit: & ego diffuſius docui. c. in præſen-
tia, de probatio. poſt Abb. Feli. Deci. nu. cvij. & Be-
roium in materia ſtatuti Lucenſis prohibentis nobi
lem ingredi prætorium, niſi qua die Senarus habetur
& plura congerit Marſil. l. j. C. ad l. Corn. de ſicar.
nu. lxviij. & rub. ff. de fideiuſſ. & D. meus Alcia. reg.
iij. tract. prę ſumpt. præſump. j. plura reſponſa addu-
cit conſultò breuitatis cauſa omiſſa. Quamobrem,
cùm iuris ipſius præſumptione locatio hęc in caſu
permiſſo facta uideri poſſit, conſequens eſt, ipſi Ma
gnifico D. Alexandro auctoritatem inde competere
intelligi, ut Reuerendus ipſe conductor ad penſio-
nis ipſius ſolutionem compelli poſſit. toto tit. ff. &
C. locati, & extra eo. & §. j. inſti. de oblig. & inſtit. de
actio. in princ. idque potiſsimùm urgente ratione iu
ris in caſu permiſſo cõductionem ipſam factam in-
terpretantis, præſertim, cùm ea ſit Do. conductoris
conditio, ut in caſibus illicitis contrahere non con-
ſueuerit, c. ad noſtram, extra de emp. & uend. ibi, ab
eo qui ſolitus eſt fęnerari. & l. non omnes. §. Barba-
ris. ff. de re mili. & c. ſemel, de reg. iur. in vj. & Bal. l.
rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. uerſ. oppono quòd non
præſumatur uſura, & pertractat Veronen. in tracta.
de ſimulatione contrac. xxij. pręſumpt. ubi plura.

Secundò, cùm Reuerendus D. Gabriel Ariminẽ-
ſis Eccleſię Archidiaconus ſit, & Pataulj moretur,
quomodò Epiſcopi ſui oculus erit? quod Beatus
Clemens ſtatuit; quomodo eccleſiæ curam geret, et
alia eius humeris iniuncta onera ſubibit? capi. j. ij.
4 & c. ad hęc, de officio Archi. † at cùm canon idcircò
inhibeat, ne clerici ſęcularibus ſeſe negotiis impli-
cent, toto tit. ne clerici uel monac. & toto tit. de uita
& honeſta. cleric. & ſic ne conducant prædia ſęcu-
larium. cap. peruenit, lxxxvj. diſtinct. §. Deo autem,
uerſ. ſi autẽ Economi, uel alij clerici fuerint, in auct.
5 de ſanctiſſ. Epiſcop. ubi Bar. & Ange. colligunt, † ne-
fas cenſeri, eos à diuinis officiis diſtrahi, quod ad
eorum internam profeſsionem pertinet. c. duo ſunt
xij. q. i. c. in nona, xvj. q. vii. & Clem. j. de uita & ho-
neſt. cleric. ubi Card. & Io. ab Imol. ſanè cùm iuris
huiuſmodi ratio in Reuerendo hoc Archidiacono
ab eius ipſius Eccleſia abſente ceſſare uideatur. c. cũ
ceſſante, de appellatio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu-
6 re patro. † Cùm enim legis uirtus in ratione conſi-
ſtat. l. ſcire. ff. de legib. c. fin. de regu. iur. in vj. ſanè ea
ſublata nec legis quidem ueſtigium ullum remanſiſ-
ſe uidetur. Abb. Fel. & Deci. c. i. de conſtit. ubi dixã
7 poſt Beroium. nume. lxxxvj. & lxxxvii. & ſequ. † qua
ratione prohibitio canonica ne clerici fœminarum
cohabitatione utantur, toto tit. de cohabi. cler. & mu
li. in his locum ſibi non uendicat, in quibus fornica-
tionis ſuſpicio prorſus ceſſat. c. in omnibus. c. cum
in. c. fœminas, lxxxi. diſtin. unde chirurgus uenam
ipſam ſecans ut ægrum curet, non incidit in legem
ipſum plectentem, qui ſanguinem effundit. Barto. l.
omnes populi. ff. de iuſt. & iur. quinta & ſexta quęſt.
8 principali. † Et idcircò lex unumquemque ad te-
ſtandum admittens, ad habiles reſtringi conſueuit.
l. j. C. de ſacroſanc. Eccleſ. ubi Bart. Sali. & alij. l. j. §.
lex autem. ff. ad l. falci. & quandoque reſponſum &
pertractatum extat: Dec. conſi. lx. & Alcia. lib. j. de
uerb. ſig. char. viij. unde uideretur Reuerendum ip-
ſum D. Archidiaconum Ariminenſis eccleſię, Pata-
uij tamen commorantem, laicorum prædia condu-
cere poſſe.

Tertiò, ſi conductor ipſe ea ratione cõductionis
huius contractum nullum eſſe declarandum exci-
piat, quòd aduerſus canonum diſpoſitionem initus
ſit, & in caſu ab ipſa lege inhibito. d. c. peruenit. lxxx-
vj. diſt. & c. peruenit, xxi. q. iii. cum aliis inferius ad-
ducendis, ubi Calcedonenſis Concilij decretum re-
fertur, clericis ipſis auaritiæ cauſa non licere laico-
rum prædia conducere, aliâs tranſgreſſorem illius
9 eccleſiaſticæ coertioni ſubiacere. † at cùm Reueren-
dus ipſe Archidiaconus in caſu prohibito contraxiſ-
ſe contendat, ſanè inobedientiam ipſam rurſus &
peccatum proprium fateri cenſetur. c. nam concu-
piſcentiam, de conſti. ubi But. & Abb. & c. ii. de ma-
10 iorita. & obe. & c. omnis anima, de cenſib. † idque
potiſsimùm cùm pręceptiuè canon ipſe inhibeat.
Clemen. i. de uita & honeſt. cleric. ibi, ſtrictè præci-
pimus, ubi Card. nu. i. & ii. & Imol. poſt ueteres, &
Abb. d. c. nam concupiſcentiam. nu. iii. & ibi Deci.
nume. iii. & iiii. & Bar. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ.
in tertio caſu principa. diſcuſſi poſt Abb. But. Imol,
& recentiores in c. cùm contingat, de iureiur. ij. q.
princ.

princ. Qua ergo ratione turpitudinem propriam de-
tegere poſsit, ſeſe inobedientem fatendo, & Cano-
nis tranſgreſſorem Reuerendus ipſe Archidiaconus,
non uideo. d. c. duo ſunt, xij. q. j. & capit. cùm in
11 omni, de uita & honeſt. cleric. † dici enim conſue-
uit, eum qui excipiendo propriam detegit tur-
pitudinem, audiendum non eſſe. c. ex tenore, de te-
ſtib. ubi Glo. in uerbo tunc uiuentem. & capi. inter
dilectos, de donatio. & capi. cùm ſuper quæſtione, de
conceſs. præben. & capi. cùm ſuper, de confeſſ. Qua
ratione reſponſum extat, tàm improbè quem alle-
gare non poſſe, pro ſe ipſo per gratiam iudicatum.
§. j. ff. de legat. j. ubi Gloſſ. in uerbo improbo. Barto.
Albe. & Imol. & uidis Gloſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſed
quatenus, in uerbo ſucceſſores, ad finem, ibi, item
nec potero dicere per iniuriam. & docuit Bald. l. j.
C. de condic. ob turp. cauſ. uerſicu. quæro hîc, & ibi
12 Salice. † cùm enim lex honeſtate plurimùm innita-
tur. capit. erit autem, quarta diſtinct. & l. j. ff. de
legat. vnde fraudes & deceptiones plurimùm dete-
ſtatur. l. iubemus. C. de teſtamen. capi. ſuper literis,
de reſcript. capit. quoniam contrà, de probation. in
princip. & capit. iudicantem, trigeſima quæſt. quin-
ta. & capitu. primo, de emptione & uendit. & capit.
13 primo, de ſentent. & re iudicat. in ſexto. † ſanè ab-
ſurdum eſſet, Reuerendum ipſum dominum Archi-
diaconum legis ipſius diſpoſitione iuuari, quam ni-
xus eſt impugnare. capit. ex eo non debet, de regu.
iur. in vj. & capit. ſedes, de reſcriptis, & capit. eum
qui, de præbend. in vj. vnde compellendus uidetur,
ut contractus penſionem perſoluere debeat, ne aliàs
ex legis repugnantia commodum conſequeretur:
quod à iuris ratione prorſus alienum eſt. cap. finem,
capit. ex literis, de dolo & contuma. & c. ex tenore,
de reſcript. ubi Glo. in uerbo careat. Abb. & Feli. in
uerbo careat.

Quartò Magnifici quoque domini Alexandri cau-
ſa hinc potior probari uidetur, quod vulgò circum-
14 ferri conſueuit: quando lex actum inhibet, aliàs ſi
fiat, illum ipſum irritationi ſubiicit, deinde, ſi pœ-
nam apponat, nihil diſponendo ſuper eius ualidi-
tate, tunc aduerſus tranſgreſſorem pœnam ipſam
committi, actu tamen ualido remanente. quod Ci-
nus cenſuit. l. non dubium, C. de legib. ubi Bar. uer-
ſicu. quæro quid ſi lex procedit ultra, affirmat con-
cluſionem hanc eſſe contra caſum legis vnicæ. ff. de
his quæ pro non ſcript. haben. & tamen idem Barto.
in l. prætor ait. ff. de noui oper. nuntia. uerſicu. item
nota ex hac Gloſſa, refellit theoricam Cini in dict.
l. non dubium; quam tamen Richardo Malumbræ
adſcribit: nempè quòd ubi lex aliquid ſpeciali iure
prohibet, pœnam imponendo, actus remanet ua-
lidus. nam ſubiicit Barto. bonorum Eccleſiæ alie-
nationem ſingulari iure prohibitam eſſe, & pœnam
appoſitam, & nihilominus illa committitur, cùm
tamen alienatio non ſubſiſtat. l. iubemus. C. de ſacro-
ſanct. Eccleſ. & l. nulli, de rebus Eccleſi. non alie-
nand. vnde ſubiicit Barto. diſtinguendum quando
pœna extrinſeca cum actus nullitate concurrere poſ-
ſit, ut tunc, ſi actus irritatio præiudicium eius re-
ſpiciat, aduerſus quem pœna committitur, illum ip-
ſum irritari. d. l. j. ff. de his quæ pro non ſcript. ſecus
autem ſi alterius, & tunc actus ipſe nullus non ſit.
l. filiusfamiliàs. l. fin. ff. de falſ. ubi legatum adſcri-
ptum apud hæredem remanet, cum onere tamen
fideicommiſsi. & Barto. ſententiam receptiſsimo
calculo Doctores ibi ſequuntur, Imol. Caſtren. &
Alexand. nume. quarto, & Iaſ. nume. vndecimo,
verſi. hinc ſumpta occaſione, & Abb. diffuſius di-
ſtinxit capit. in nomine, nume. quinto, uerſi. ulti-
mò noto, de teſtib. ubi concludit cum Iacobi Ra-
15 uen. ſententia, † quando actus irritatio propriè ſit
pœna, ut tunc ſpecialis pœnæ ſubiectio illi ueluti ge
nerali deroget. l. ſanctio. ff. de pœnis. l. in toto. ff. de
regul. iur. & capi. primo, de reſcript. ubi Felin. nu-
mero primo, uerſicu. ſed inter alias fallentias, &
Deci. numero decimo, uerſicu. & ſupradicta, & ad-
ſtipulatur Crauet. conſi. nonageſimotertio, numero
vij. in fi. Quamobrem cùm Calcedonenſis Concilij
diſpoſitio, dicti ſcilicet c. peruenit, clericos ipſos
ſimpliciter prohibeat laicorum prædia conducere,
aliàs eos Eccleſiaſticæ correctioni ſubiectos eſſe,
quod autem ad conductionis irritationem attinet,
nullum uerbum adiit, iam conſequens eſt, pœnam
committi, ipſa tamen remanente inconcuſſa. Ioan.
Andr. in Specu. titu. de officio deleg. §. reſtat, uerſic.
16 quid ſi ſtatutum, ubi † concludit, ſententiam extra
inſtantiam, municipalis iuris auctoritate præfixam,
non ualere, tametſi infra iuris communis inſtantiam
lata ſit, niſi tamen ſingularis legis diſpoſitio iudicem
eo nomine puniret. & Bal. in non abſimili ſpecie do-
cuit, l. j. C. de his quæ pœnæ nomi. uerſicu. decimo-
quintò quæritur. & probat Rui. conſi. xxxviij. nu. v.
17 & xiij. in v. Cùm enim irritatio actus, pœnæ cu-
iuſdam ſaltem intrinſecæ ſpecies eſſe uideatur. Ioan.
Andr. capi. fin. de reſcript. & Barto. d. l. prætor ait,
& ibidem Alexan. in additionibus uerſicu. item no-
ta ex hac Gloſſa. idque potiſsimùm, cùm facientis
odium reſpiciat. l. moris. §. ſunt autem. ff. de pœnis.
d. c. ſuper literis, de reſcript. ibi, in pœnam ſuæ per-
uerſitatis nullum ex illis commodum conſequantur,
declarat Deci. poſt ueteres d. c. ij. de conſtitu. nume.
vij. uerſicu. primus caſus eſt. & Bero. nu. xxvij. Vnde
cùm iam conſtet, clericos ipſos laicorum prædia cō-
ducentes in Calcedonenſi Cōcilio Eccleſiaſticæ cor-
rectioni ſubiici, iam neceſſariò fatendum uidetur,
conductionis actum non irritari, ne aliàs ob vnicam
tranſgreſsionem duplici quis pœnæ ſubiiceretur. c.
quod autem, ubi Glo. de pœniten. & capi. uerbum,
eod. titu. diſtinct. j. & d. l. ſanctio legum. ff. de pœn.
18 † quas potius legiſlator emolliendas conſtituit. l. ſi
Præſes. l. ſi de interpretatione, l. in pœnis. ff. de pœ-
nis, & capit. quæſiuit, de his quę fiunt à maio. part.
& capit. non afferamus. xxiiij. q. j. & l. aut facta, in fi.
ff. de pœn. & ex facto quandoque reſponſum extat:
Marſi. conſi. vj. nume. xj. lib. j. & conſi. x. nume. ix. in
ſecundo. & Reuerendiſsimus Cardi. Pariſ. conſi. ij.
nume. cciiij. in quarto, & Grat. conſi. nonageſimo-
tertio, nume. xviij. lib. j. ex quibus uideretur con-
cludendum, conductionis huius contractum legi-
timum diiudicandum eſſe: & idcircò ad penſionis
ſolutionem omninò compellendum.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum, ſe-
cundum iuris noſtri rationem, uerius eſſe cenſeo:

quod pluribus rationibus, iuribus, & auctoritatibus
probari poſſe oſtendo. Conſtat etenim in primis
clericorum profeſsionem internã diuinis obſequiis
addictam eſſe, & à popularium conditione prorſus
19 remotam. c. cleros, xxj. diſtinct. ibi, † propterea di-
cti clerici, quia de ſorte domini ſunt. et diuus Hie-
ronymus ad quendam Leuitam c. duo ſunt, xij. q. j.
hoc hominum genus contemplationi atque orationi
prorſus deditum ab omni temporalium ſtrepitu ceſ-
ſare debere docuit. & diuus Auguſtinus pſalmo lxx-
vij. litera H. & I. clericos inde dictos putat, qui in
eccleſiaſticis miniſterij gradibus ordinati ſunt, quē-
admodum Matthias ſorte electus, qui primus per
Apoſtolos ordinatus fuit, & ideò in clericis teſta-
menta intelligi ea ratione docuit, quia hæreditas
ipſa teſtamento detur, quæ κληρονομια: et κληρόνο-
μος, id eſt hæres dicatur. vnde idem in Euangelium
20 Matthæi ſermone xix. litera I. † clericos ipſi Deo
militare cum Apoſtolo docuit ij. ad Thimoteum vj.
& litera H. vnde, ſi clericus ſtipendiis propriis nõ
contentus, quæ de altaris obſequio conſequitur,
21 † mercimonia exercet, negotiatorem magis quàm
clericum uideri poſſe, concludit diuus Hieronymus
ad Nepotianum capi. clericus, xij. q. ij. & Prophetæ
dictum interpretatur Pſalmo xv. Pars mea Domi-
22 nus. † at clericus ipſe extra Dominum nihil habere
poſsit, quod ſi quodpiam aliud habuerit, pars eius
Dominus non erit: putà, ſi aurum argentum, poſſeſ-
ſiones & eiuſmodi. & diuus Ambroſ. in libro de fu-
ga ſæculi, quicquid ad alia officia impenditur reli-
gionis cultui decerpi & adimi docuit. capi. cui parti,
xij. q. j.

Quamobrem conſtat attenta clericalis profeſsio-
nis ſubſtantia, Reuerendum dominum Archidiaco-
num prædia hæc nullo modo conducere potuiſſe:
quippè, quòd huiuſmodi negotiatione iam non cle-
23 ricus, ſed negotiator potius efficitur. † pugnãt enim
hæc, Deo ſeruire & Mammonæ. quamobrem ordi-
nis ſuſceptione clericis interdicta attentare non poſ-
ſunt. c. cùm virum, de regularib. & Barto. docuit l.
inter ſtipulantem. §. ſacram, de verborum obligat. &
l. j. ff. de officio eius, ubi Deci. nu. xxxviij. plures ad-
duxit, & c. cùm Apoſtolica, de his quæ fiunt à præla.
ſine conſenſ. capit. & l. qui mulier. §. ex eo. ff. de te-
ſtamẽ. & l. apud antiquos. C. de furt. & l. ſi qua locu-
plex, de manumiſſ. teſtamen. & Gemin. docuit cap.
humanum genus, diſtin. j. & Rimi. d. l. j. ff. de off. eius,
uerſi. huius autem rei, pen. not. & ibi Iaſ. num. xxxvj.
vnde ſatis clara canonis mens eſſe uidetur, clericos
ipſos negotiis huiuſmodi ſæcularibus immiſcere nõ
poſſe. d. c. clericus, d. c. duo ſunt, cum aliis ſuperius
adductis.

24 Secundò, † idem probo à generali interdictione
facta huic hominum generi ſęcularium negotiorum.
cùm enim diuus Paulus Thimoteum monuerit. ij.
cap. ij. ut his nemo militans negotiis ſe implicet. Sa-
nè Pontificibus ſummis & œcumenicis Cõciliis de-
cernendum uiſum fuit, clericos ipſos ſæcularibus
negotiis ſeſe immiſcere non debere; toto titu. ne cle-
rici uel monach. ubi Goffred. & Hoſtienſ. in ſumma
aduertunt, & in Specu. eod. titu. & in Concilio Ma-
guntinen. capit. primo eodem titu. diffinitum ex-
25 tat, † ſæcularia ea eſſe negotia, ad quæ carnalis cõ-
cupiſcentia pertinet, necnon & in Concilio Late-
ranenſi & Turonenſi capi. non magnopere, & capit.
clericis, eod. titu. huiuſmodi cultus diuini contem-
ptores ob ſęcularia negotia ab eccleſiaſtico miniſte-
26 rio detrudendos eſſe, conſtitutum eſt. † Et idcircò
in capi. primo, eodem titu. in ſexto, ne clerici uel
monach. Boniſ. viij. conſtituit, clericos Perſonatus
habentes, Leges, uel Phyſicam nullo pacto audire de-
27 bere, ne litium diſceptatores uiderentur: † et ibi
Archi. & Ioan. Andr. clericorum priuilegiis indi-
gnos fatentur, qui ſæcularibus negotiis ſeſe immi-
ſcent. d. c. clericis, eod. titu. cùm enim functionis
clericalis ea ſit præſtantia, ut miniſtros maximè in-
tegros exigat. toto titu. de uita & honeſta. cleric. &
ab omni concupiſcentiæ luxu prorſus alienos. c. cùm
ab omni, eod. tit. Quocircà, & in alio Concilio ſta-
tutum extat, huic ipſi clericali conditioni repugna-
re, ut ſæcularia exerceant. capi. clerici, eodem titu.
Quare & Honorius tertius clericos negotiatores
patriæ eorum legibus ſubiacere conſtituit. capit. fi.
de uita & honeſt. cleric. & Bonifac. ipſe viij. conſti-
tutionem illam confirmauit. c. quanquàm, de cenſi.
in ſexto, ubi Gemin. nume. vj. uerſic. quæro an cle-
rici. & Francus Peruſ. nume. iiij. uerſicu. in Gloſ. in
uerbo negotiandi. & Clemens quintus in Viennenſi
Concilio clem. ij. de uita & honeſt. cleri. conſtituit,
clericorum ipſorum profeſsionem, eam exigere in-
tegritatem, ut ab omni ſæcularium negotiorum cõ-
mercio abſtinere debeant. & ibi Cardi. poſt Zenze-
linum iiij. & vlt. quæſt. & Io. ab Imol. nume. v. & ix.
28 concludunt, † quæſita clericis ex huiuſmodi ſæcu-
laribus negotiationibus, pauperibus erogari debere.
Cùm enim aduerſus legis prohibitionem quæſita
ſint, illicitum lucrum conſtituere uidentur, ut infe-
rius latius oſtendam. Quare, cùm clericalis profeſ-
ſionis miniſterium animæ cohæreat, & idcirco ſpi-
rituale exiſtimetur. c. inter, de tranſla. Epiſcopi. cap.
per uenerabilem, qui filij ſint legiti. d. cap. duo ſunt,
29 xij. q. j. † optima ratione à ueteribus conſtitutum
eſt, ſordida miniſteria temporalia ab his non eſſe
pertractanda, qui prorſus nobiliorem ſuſtinent ui-
tæ conditionem. c. præcipimus, xij. q. j. & c. nonit, de
30 iudic. † vnde & tabelliones eſſe non poſſunt. cap. ſi-
cut, ne clerici uel monach. & in Specul. de inſtru-
mentorum edit. §. reſtat, & ibi Ioan. Andr. & Alexan.
uidit conſi. cxxxiij. Oportunè, in primo, & Rui. xv.
31 nume. v. in ij. † Qua ratione eos ipſos uectigalia nõ
poſſe conducere nec pro uectigalium conductoribus
fideiubere, Iuſtinianus ipſe catholicus Cæſar ſan-
xit. §. Deo autem, de ſanctiſſ. Epiſcop. alioquin
clericalis ordinis ſingulari iure muniti, non exiſti-
mantur. quod ſæpius ex facto reſponſum extat: Fe-
der. Senen. conſi. cc. Cardina. Zabarel. conſi. xij. num.
iiij. in fi. Abb. conſ. vj. in ſecundo dub. in primo vol.
32 † ubi non eſſe tunc clericis negotiationem prohibi-
tam cenſuit, quantùm pertinet ad merces eorum
induſtria, ad nouam formam redactas. capi. ei ſciens,
lxxxvj. diſtinct. ubi Archidia. & AEgidi. aduertunt.
Quamobrem ex his ſatis conſtare exiſtimo, ſtan-
te hac generali Canonis & Cõciliorum prohibitio-
ne ne clerici ſæcularibus negotiis ſeſe implicent,

Reueren-

Reuerendum dominum Archidiaconum prędia hęc
ab ipſo D. Alexandro conducere potuiſſe, quod no-
uiſsimè decidit Io. Bernar. Diaz Hiſpanus Caroli Cę
ſaris ſemper Auguſti à ſecretis in praxi criminali ca-
nonica cap. lij.
Tertiò à ſpeciali conductionis ipſius prohibitio-
ne eandem coclusionem ueram eſſe oſtendo: nam &
Maguntinenſis Concilij in primis diſpoſitio in d.c.
ſicut, ne clerici uel monach. ſatis clara eſſe uidetur,
dum declarat. quæ negotia idcircò ſæcularia exiſti-
mentur, à quorum pertractatione clericorum con-
33 ditio repellatur: ſanè ſubiicit, † quicquid plus iuſto
homo appetit, turpe lucrum eſt; munera iniuſta
accipere uel dare pro ſęculari quęſtu, pretio aliquid
conducere, item ſæcularium rerum conductores,
aut procuratores eſſe. Gloſ. ibi in uerbo conducto-
res, & Hoſtienſ. in uerbo cooducere, & ibi Butri.
nume. v. uerſi. quæro prohibentur. & Panormi. nu-
mero vj. & nume. viij. uerſicu. quæro an indiſtinctè
clerici. & Anchara. nume. vj. & Cardi. ij. & iij. nota.
concludunt, clericum à laico inſtitutum, qui coo-
duxerat, poſſe in ipſa portione perſiſtere, tametſi
ipſe conducere nequeat.
34 Præterea † Calcedonenſis Concilij decreto his
uerbis ſtatutum extat: Neminem aut Epiſcopum,
ſiue clericum aut monachum, laicorum poſſeſsionea
conducere poſſe, aut ſęcularibus poſſeſsionibus poſ-
ſe miſceri. Si quis uerò præceptum hoc tranſgreſ-
ſus fuerit, eccleſiaſticæ coërtioni illum ipſum ſub-
iacere. capi. peruenit, lxxxvij. diſtinct, & ibi Gloſſ.
in uerbo conductores. idcircò clericis conducenti-
bus non ſuccurri inferebat, ſi in fraude deprehen-
dantur. & Archid. ibi nume. ij. aduertit, & Aegid.
remittendo ad ea quæ ſcripſit in capit. j. ne clerici
uel monach. & d.c. ſacerdotibus. idem decreuit Ni-
colaus Pontifex maximus in dict. cap. peruenit, xxj.
quæſt. iij. iiſdem uerbis Concilij ſtatutum referēs, &
in capi. placuit, ead. cauſa, & quæſti. & Concilio
quarto Carthaginenſi, refertur placuiſſe, quoſcumq;
35 clericos non eſſe conductores, † aut procuratores,
& Gloſ. in dicto cap. peruenit, in fin. uerſicu. quan-
doque deeſt, ſecundum regulam clericis interdi-
ctum conductionis commercium docuit, quippè q;
in caſu neceſsitatis illi permiſſum concludat. capit.
nonne, de præſumpt. & capi. qualis, xxv. diſtinct.
& l. cùm prætor. ff. de iudic. & Hoſtienſ. aduertit,
actum hunc conductionis non ſolùm generali ca-
nonum prouiſione clericis interdictum cenſeri, ſed
& ſingulari quoque eiuſdem prouiſione inhibitum
intelligi. dict. cap. j. ne clerici uel monach. in prin.
ubi inter negotia ſæcularia decretum eſt, ne clerici
temporalium bonorum ſint conductores. & ibi Glo.
ſumpto loco à ſpeciali. Ioann. Andr. & Abb. q. j.
nume. viij. & Goffred. in ſumma in eodem titu. ne
clerici uel monach. uerſic. tertio modo. & Hoſtien.
§. j. nume. j. & §. ij. nume. iij. uerſicu. ſed neque prædia
ſæcularia. & uidit Innocen. de obligatis ad ratiocin.
non ordinand. capi. fin. & in Spec. ne clerici uel mo-
nach. in forma libelli. Quamobrem, cùm in præ-
ſenti negotio ultra generalem canonum prouiſionē
ſubſit ſingularis ſacrorum Conciliorum diſpoſitio,
mirum eſt, ut quis credere poſsit, Reuerendum
hunc dominum Archidiaconum compelli poſſe, ne
in conductione ipſa perſiſtat. l. ſanctio legum. ff. de
pœnis, & l. in toto, de regul. iur. ubi Deci. poſt ue-
teres nume. vij. & capit. ſtuduiſti, de officio legat.
36 † Nec dubium eſt, quin ſpecialis prouiſio potior in-
telligatur. l. fi. C. de pact. conuen. l. qui hominem. ff.
manda. ubi Barto. l. ſed & poſteriores. ff. de legib. l.
quæſitum. §. ſi quis fundum, uerſicu. hoc induco. &
quandoque reſponſum extat, Barto. conſ. centeſimo.
A domino Cino, in tertio dubio. Ange. clx. Pro de-
ciſione. Folgoſi. cxxxvj. & ccxv. libro primo, Pro-
poſitæ.
Quartò, eandem concluſionem iuris ratione mu-
nitam hoc quoque argumento probari poſſe exiſti-
mo, ſi legis ipſius conditionem, dignitatem atque
præſtantiam intueamur: cuius auctoritate clerico-
rum genus diuinis obſequiis addictum ſæculi legi-
37 bus ſolutum eſſe uidetur. † Sanè, cùm diuini iuris
auctoritate effectus huiuſmodi inductus exiſtime-
tur. Exodi xxij. ibi, Diis maledicendum non eſſe.
& in Pſalmo lxxxj. ibi, dixi, Dij uos eſtis, & filij ex-
celſi omnes. & Ioannis x. Ego dixi, Dij eſtis, ad
quos ſermo Dei factus eſt. quas ſanè auctoritates Ni-
cęnum ipſum Concilium ad clericos ipſos referen-
das interpretatur. capi. futuram, xij. q. j. uerſi. idem
uerò præſidens Sanctæ ſynodus uos à nemine iudica
ri poteſtis, id eſt hominibus, cùm Dij uocati ſitis:
cùm enim præpotens Deus pater æternus Petrum
ipſum eius gregi paſtorem præfecerit. capi. ſignifi-
caſti, de electio. capit. ad honorem, de uſu & au-
ctorita. pall. & dict. capit. nouit, de iudic. iam conſe-
quens eſt, clericum ipſum paſtoris legitima aucto-
ritate ad ordines promotum, diuino iure ab huma-
narum legum cenſura exemptum intelligi. capit. fin.
de ſacramen. non reiter. & Hoſtien. nume. j. & Ioan.
Andr. rubr. de tempo. ordina. & qualita. ordinand.
38 † Quocircà cuiuſcunque clerici conditio uelut ſpi
ritualis quocunque laico præſtantior exiſtimatur. c.
clerici, de iudic. ubi Butri. Cardina. Abb. & Decius
nume. xix. & capi. at ſi clerici, eodem titu. & capit.
cùm non ab homine, ubi dixi in notabilibus. Et
ideò concludendum uidetur, nec uolentem Reue-
rendum dominum Archidiaconum Magnifici do-
mini Alexandri prædia conducere potuiſſe, † cùm
diuinæ legis auctoritate, quam irrelaxabilem eſſe
conſtat, ſpirituali profeſsioni prorſus obnoxius ſit.
c. ſunt quidem, xxv. q. j. Gloſ. in capi. cùm à nobis,
in uerbo exemptis, de decim. & in capit. ex publ.
in uerbo conſummatum, de conuerſ. coniugat. In-
nocen. Bal. Butr. Abb. Feli. & Deci. capit. quæ in Ec-
cleſiarum, de conſtitutio. nume. xxij. & xxxi. ubi dif-
fuſius docui ex mente diui Auguſt. lib. primo de ci-
uitate Dei cap. xxi. & in c. ſi non licet. §. iis tibi, xxiii.
q. v. Scoti, & Richardi in quarto ſenten. xv. diſtinct.
quæſti. iij.
Quocircà conſultius eſt, hunc ipſum conductio-
nis actum aduerſus legis pręceptum initum, non ua-
lere, idque ipſius Reuerendi D. Archidiaconi uolun
tate inſpecta, ne aliàs tranſgreſsione huiuſmodi ſe-
cundæ mortis reus fieret. c. ſi. de conſue. & cap. fin. de
præſcript. & c. ij. de maiorit. & obed. & c. peccatum,
de pœniten. diſtinct. iiij. in princ. ibi, in ea, uſque in

40 finem permanſerint. † nec dubinm eſt, quin reſi-
piſcentiam hanc cauouis ratio admittere debeat, ue-
luti tutiorem, vnde peccati occaſio tollatur, & ipſi
animæ conſulatur. c. iuuenis, de ſponſalib. ubi Abbas
in primo notab. & c. quia plerique, de iure immuni.
& c. conſilium, de obſeruatione ieiun. & c. ad audiē-
tiam, de homicid. uolun. uel caſua. & uidit Gloſ. in c.
vnico, de ſcrutinio in ordine faci. Glo. & Felin. in c.
fin. nume. xiiij. de præſumpt. & pertractauit Alciatus
regu. iij. præſumpt. ij. nu. xiij. & ex facto quandoque
reſponſum extat: Anchar. conſi. clxxix. Prima facie.
Aymo Crauet. conſi. clj. in j. nume. xviij. & xix. poſt
multos alios, quos ibi adducit.

Quintò conductionem huiuſmodi ipſo iure nul-
lam eſſe, illinc probari poſſe uidetur, ſi canonum
ipſorum conceptionem intueamur, in genere pro-
hibentium clericos ſæcularibus negotiis ſeſe immi-
ſcere; ſiue in ſpecie eoſdem conducere inhibentium.
41 † ſanè diſpoſitio illa generaliter illos à negotiatione
repellens, negatiuè & prohibitiuè concepta eſt, to-
to titulo ne clerici uel monach. & cap. j. & ij. eodem
titu. & c. fin. de uita & honeſt. cleric. & capit. quan-
quàm, de cenſib. in ſexto. & dict. clemen. j. de uita &
honeſt. clericor. ibi, diſtrictè præcipimus. Zenzel.
Paul. Leazar. Cardin. & Ioann. ab Imol. in primo
notab. Quare conſtat præciſam hanc canonis pro-
hibitionem nulla partium conuentione impediri
poſſe. Glo. C. ne fideiuſſ. dotium dentur. l. j. Glo. ij. in
fin. uerſic. ſed Azo. Cùm enim legiſlator negatiuè
prohibeat, præciſè ſtatuere uidetur, ut omninò ali-
ter non fiat; toto titulo ne quid in loco publico. l.
ij. ſecundo reſponſo, ibi, ſicut & aliàs, & toto titu.
C. ne Chriſtian. mancip. & ne ſanctum Baptiſ. reite.
42 † Quare priuatorum conſenſus in his quidquàm
operari poteſt. Ioan. And. in Specu. de appell. §. nunc
breuiter. & Barto. l. Modeſtinus. ff. de donatio. uer-
ſicu. quæro an illis legibus. & Bald. l. fi. xiij. oppoſi.
C. de edict. diui Adria. tollen. Barto. & Alexand. l.
nemo poteſt, de leg. j. q. j. nume. xij. communem hanc
ſententiam atteſtatur. & ibi Ripa poſt Iaſo. Crot. &
43 alios probat nume. lvij. † unde legi inſinuationem
in donatione requirenti, renuntiari non poſſe tradi-
tum eſt. Vincen. Cin. Albe. & Barto. l. ſancimus. C.
de donation. Fulgo. Salic. & Ioan. ab Imol. d. c. cùm
contingat, nume. xc. uerſi. circa quartum. Alexand.
d. l. Modeſtinus, in addition. & ex facto ſæpius re-
ſponſum extat: Oldrad. conſi. clxxiiij. Bald. xcvij. in
tertio libro. Ange. lxxvii. Barto. xvj. Præclarè. Do.
Maria. iuni. lxxvij. nume. lix. & lx. libro primo. vn-
de huic ipſi generali conſtitutioni Reuerendi do-
mini Archidiaconi conſenſum præiudicare non po-
tuiſſe, oſtenſum uidetur.

Quod autem ad ſpecialem Calcedonenſis Conci-
lij prouiſionem attinet, multò clarius fatendum id
eſſe uidetur. dict. capi. peruenit, lxxxvj. diſtinct. ibi,
decreuit igitur ſancta vniuerſalis uel magna Syno-
dus neminem horum deinceps, hoc eſt Epiſcopum
ſiue clericum, aut monachum conducere poſſeſsio-
nes, aut ſæcularibus poſſeſsionibus ſeſe miſcere. &
44 d. capit. peruenit, xxj. q. iij. † uerbum enim illud de-
creuit, præciſam ipſius Concilij intentionem præſe-
fert, nouam & deliberatam diſpoſitionem inducen-
tis. clemen. prima. de cauſ. poſſeſs. & propriet. ubi
Cardi. nume. iij. uerſicu. quintò noto, & Gloſſ. clem.
per literas, de præben. & clemen. fin. de ætate & qua-
lit. & clemen. ij. de appellatio. & clemen. ij. de rebus
Eccleſiæ non alienand. quod & Reuerendiſsimus
Cardin. Pariſ. egregiè docuit conſi. quinto, numero
cv. in iiij.

Rurſus in Concilij conſtitutione ſequitur, ne-
45 minem clericum conducere poſſe, † vnde nega-
tiua illa, quæ uerbum poteſt, præcedit, actus nul-
litatem apertè oſtendit, ac neceſsitatem infert. Glo.
in cap. j. de regu. iur. in vj. ubi Din. q. viij. in uerbo
non poteſt, & l. j. ff. de verborum obligatio. ibi ſuper
uerbo non poteſt, ubi, recentiores aduertunt, & in
l. nemo poteſt, de legat. j. vnde cùm lex inquit, quòd
aduerſus inauditam partem aliquid diffinire non poſ
ſumus. capi. nos in quenquam, vj. q. ij. c. caueant,
46 capit. omnia, iij. q. ix. † ſequitur, ut nec Pontifex,
nec Cæſar etiam de plenitudine poteſtatis aliud di-
ſponere poſsint, capi. j. de cauſa poſſeſſ. & propriet.
ubi Abb. ultimo notab. & idem in capit. j. in ſecundo
notab. de fide inſtrumen. & docuit Barto. in l. de his.
ff. de tranſact. & l. fi. ff. de fer. & l. j. C. de dilation. Bal.
& Iaſ. nume. xvij. & xviij. l. Gallus, in princi. de lib.
& poſthu. & Ripa. & d. l. nemo, de legat. j. numero
lvij. & Alexand. ex facto conſultus reſpondit conſi.
47 lxxvij. in tertio. Viſis dubitationibus. † vnde ra-
tionibus hiſce perſpectis conſtat conductionis hu-
ius actum nullum eſſe cenſeri, cùm canonis ſiue ge-
neralis ſiue ſpecialis ratio reſiſtat: & idcircò effi-
ciens cauſa prorſus inhabilis reddatur. l. ſi quæramus.
ff. de teſtamen. ubi Barto. & Albe. & l. conficiuntur,
§. quoties. ff. de iure codicill. & cap. at ſi, de iudic. &
capit. ad hæc, de officio Archidia. & cap. primo, de
accuſ. in ſexto. & l. fina. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
48 † Quocircà iuriſdictionis defectus quandocunque
etiam poſt tres conformes ſententias adduci poteſt.
Gloſſ. ultima clemen. j. de ſequeſtr. poſſeſsionis &
fruct. ubi Cardi. & Imol. & Anchar. nume. xxiij. &
clemen. ii. de ſenten. & re iudic. & ex facto reſpon-
ſum extat: Bald. ccxcvi. in primo. Anchara. cclxxii.
Ange. ccxlviii. Cuma. xliiii. in fin. Fulgoſ. xl. Decius
xxxviii. & dclxxxi. nume. xxiiiii. Grat. lxxxv. numero
vii. & num. xiii. in ſecundo. Quapropter, cùm Ca-
non ipſe repugnet, quominus pars actiua contra-
ctus obligari potuerit. d. c. peruenit, uerſic. decreuit,
lxxxii. diſtinct. & xxi. q. iii. & §. aliud. in authen. de
ſanctiſs. Epiſcop. iam inferri uidetur nec paſsiuam
ipſam, id eſt Magnificum dominum locatorem ius
49 ſolidum acquiſiuiſſe cenſeri. † quoniam contractus
huius natura utrinque obligatoria eſſe ſoleat, & in-
ter ſynallagmata connumerentur. l. iuriſgentium,
in principio. ff. de pact. l. Labeo. ff. de uerborum ſi-
gnification. l. prima. ff. locati. & inſtitut. eodem
titulo.

Sextò, ſi Paranini Paſtoris decretum intueamur,
conſtat ipſi Reuerendo domino Archidiacono ab
hoc ipſo contractu illicito recedendi facultatem eſ-
ſe conceſſam. hortatur enim Antiſtes præſtantiſsi-
mus eius ipſius edicto, ut uigilantem paſtorem de-
cet, vniuerſos & ſingulos clericos, ut à ſæcularium
rerum & negotiorum immixtione ſeſe ſubtrahant,

atque

50 atque omninò abſtineant. † quod Clementis con-
ſtitutio iubet, etiam trina monitione adhortandos
clericos ipſius Prælati auctoritate. dict. clemen. j. de
uita & honeſta. cleric. ubi Cardi. nume. j. in tertio &
quinto notab. & ibidem Imol. Pontificia etenim
lex, quemadmodum author illius mitis eſt & mi-
ſericors, cap. eſtote miſericordes, de regu. iur. in an-
tiquis, ubi Butri. & Abb. animaduertunt, vnde &
peccatoris aut tranſgreſſoris reſipiſcentiam, non au-
tem mortem exoptat. cap. nouit, de iudic. cap. ſacro,
de ſenten. excommu, ibi, trina monitione præmiſſa,
& c. defleat, de regul. iur. in vj. Quocircà, cùm con-
ductionis huius contractus canonicarum traditio-
num rationi repugnet, & idcircò peccatum opere-
51 tur, † maximè tantò diutius tranſgreſſorem ip-
ſum uinculo illius deuinctum tenens. capi. fina. de
conſuetud. ubi Docto. in primo notab. & capi. fin.
de præſumptionib. & l. iij. C. de Epiſcopali audien.
& capi. omnis utriuſque ſexus, de pœniten. & re-
miſsionib. ubi Glo. in uerbo circunſtantias. Hoſtiē.
Ioann. Andr. & Abbas aduertunt. ideòque Pontifi-
52 ciæ benignitati conuenientius eſſe exiſtimo, † in-
terpretationem hanc recipiendam cenſeri, ut Re-
uerendi tranſgreſſoris anima à nexu peccati libere-
tur. d. c. conſi. de obſerua. iciun. dict. capi. ad audien-
tiam, de homicid. uolunt. & caſual. d. capi. iuuenis,
ubi Abb. in primo notab. non enim dubium eſt,
quin aduerſus legem, etiam Patauini paſtoris ſingu-
larem contraxerit; quare actus nullus omninò cen-
ſeri debeat. l. non dubium. C. de legib. ubi omnes ad-
uertunt. cap. quæ contrà, de regul. iur. in ſexto. l.
ubi lex. ff. de fideiuſſorib. ubi Barto. uerſic. pro eui-
dentia. Albe. & Imol. & uerſic. iuxta prædicta quę-
ro. inhibet enim clericos ipſos conducere, d. capi.
peruenit, cum aliis ſuperius adductis. & proprij pa-
ſtoris lex omninò præcipit, ne ſæcularibus ſeſe ne-
53 gotiis implicent. † vnde ſequitur, nec naturalem
ex contractu huiuſmodi obligationem arctam exi-
ſtimari, tametſi iuramentum ei acceſſerit. d. l. ubi
lex. Barto. l. ſi quis pro eo, de fideiuſſ. uerſic. aduer-
te, ubi duos caſus diſtinguit. publicæ enim utilita-
tis cauſam diſpoſitio hæc reſpicere uidetur, vnde
priuato conſenſu non facilè illi derogari poteſt. cap.
ſi diligenti, de foro competen. & concluſionem
hanc ueriorem Pontificij cenſuerunt, ſiue in re pro-
hibitiua diſpoſitio, ſiue in perſonam concepta ſit.
Butri. Imol. & Abb. cap. cùm contingat, de iureiur.
uerſicu. ergo in hac materia, ubi hanc communem
Canoniſtarum ſententiam eſſe fatetur. & Alcia. no-
uiſsimè nume. liiij. idem teſtatur, & ibi ſum ſecu-
tus, & Iaſ. Cæſareos quoque interpretes receptius
eandem ſententiam ſecutos fatetur, auth. ſacra-
menta puberum. C. ſi aduerſus uendi. nume. 50. uer-
ſicu. tamen non eſt uerum. & Abbas diffusè diſſe-
rit quæſti. ij. incipiente Statuto. conſi. xxvij. in j.
54 nume. x. & xiiij. † Cùm enim nefas ſit, præſertim
clericos Eccleſiæ traditiones tranſgredi. dict. capit.
nam concupiſcentiam, dict. capit. ij. de maiorit.
& obedi. ubi omnes, & c. quod præcipitur, xiiij. q. j.
& cap. quod his, de verborum ſignification. & cap.
nulli fas, xix. diſtinct. & c. uiolatores. xxv. q. j. Ge-
minia. capi. deteſtanda, in princi. de conceſſ. præb.
55 in vj. ambigendum non eſt, † quin prohibitiuæ le-
gis tranſgreſsio & tranſgreſſorem peccato obliget,
& irritationis effectum producat. d. cap. ſi diligenti,
de foro competen. ubi Felin. nume. x. & recentiores
d. l. non dubium. C. de legib. & l. nemo poteſt, de le-
gat. j. & docuit Gomeſ. in regu. de non iudic. iuxta
formam ſuppl. in fine præfationis. vnde Cardin. in
dict. clemen. prima, de uita & honeſta. cleric. nume.
j. & Ioann. ab Imol. ex ſtricta illa inhibitione cleri-
cum illum, qui tranſgrederetur, peccato obnoxium
eſſe, animaduerterunt. Quocircà ex ſpeciali Pata-
uini Epiſcopi prouiſione ueluti fortiori, libera facul
tas reſipiſcendi Reuerendo Archidiacono permiſſa
diiudicatur. d. l. ſanctio legum. ff. de pœnis, ubi Bart.
& d. l. in toto. ff. de regul. iur. & capi. primo, de re-
ſcript. & l. ſi hominem. ff. mand. ubi Barto. & Ale-
56 xand. in additionibus. † Vnde dici conſueuit, in-
ditium in ſpecie aduerſus aliquem reum receptum,
generali probitatis bonæ famæ probatione non eli-
di. Innoc. c. auditis, de præſcript. Bald. l. ſiue poſ-
ſidetis. C. de probation. & reſpondit Alexand. conſ.
lxxvij. lib. primo, nume. ix. & Marſi. conſi. iij. nume.
xxij. lib. j.

Quæ cùm huiuſmodi ſint, diiudicandum omninò
cenſeo, conductionis huius contractum inter Re-
uerendum D. Archidiaconum, & Magnificum D.
Alexandrum ueluti aduerſus canonis rationem ini-
tum, prorſus nullum cenſeri, uel ſaltem Patauini
Epiſcopi ſpeciali lege inſpecta, ipſi Reuerendo Ar-
chidiacono reſipiſcendi facultatem eſſe permiſſam.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum; &
primò, quòd conductio in caſu ab ipſa lege permiſ-
ſo potius facta præſumi debeat, ne aliàs aduerſas cle-
rici perſonam id, quod lex inhibet, attentatum fuiſſe
cenſeri debeat. c. fi. de præſumpt. c. abſit, xj. q. j.

Nam reſpondeo, regulam ipſam conſtitutam eſ-
ſe, clericos quibuſcunq; ſęcularibus negotiis ſeſe im
miſcere non debere, & idcircò nec laicorum prædia
conducere poſſe. d. c. j. ne cleri. uel monach. in prin.
d. c. peruenit, lxxxvj, diſtinct. d. c. peruenit. xxj. q. iij.
57. † vnde Reuerendi Archidiaconi intentio ſolidum
fundamentum habere uidetur. Glo. l. omnis diffini-
tio. ff. de reg. iur. ubi Albe. & Cagnol. nu. xxxiij. Inn.
c. pręthereà, de dilationib. & Barto. l. quoties. ff. ſi quis
caut. & l. ij. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. & plures ad-
ducit Deci. l. i. nu. viii. ff. de regul. iur. & conſi. viij. &
conſ. ccccl xxv. nu. iii. Quare, qui caſum exceptum
adducit, exceptionis ueritatē probare tenetur. Bald.
c. j. de alien. rei mutan. cauſ. fact. & l. ſi tutor, in fi. C.
de ſeruo communi manumiſſ. & Alber. diſcuſsit ſe-
cunda parte ſtatutorum, q. clviij. Si ex forma ſtatu-
ti. circa finem. & Matthæſi. not. xix. uerſ. nota quòd,
& Deci. d. conſi. viij.

Nec urget concluſioni huic locum non eſſe uide-
ri, cùm agentis ipſius intentio iuris præſumptione
iuuetur. Bar. d. §. ſed & probari, d. l. non ſolum, ff. de
noui oper. nuntia Abb. Felin. Aret. Deci. & Beroius
d. c. in præſentia, de probatio. in notab. quia reſpon-
deo, Magnificum ipſum dominum locatorem nul-
la præſumptione iuuari, quippè quòd Reuerendus
dominus conductor ea pertractet, quæ in gene-
re prohibitorum connumerantur, dum ſæcula-

ribns ſeſe negotiis implicat,& laicorum prædia cō-
ducit.d.c.j.ne clerici nel monach. d.capi. peruenit,
58 lxxxvj. diſtinct. & d.c.peruenit, xxj. q. iij. † Quare
præſumptiunis virtus omnis euaneſcit, ueluti in
eo, qui Titium occidiſſe allegat, ut ſe ipſum defen-
deret.l.j.C.ad legem Corn.de ſicar. ubi Bald.Ange.
Fulgo.& Saliee.aduertunt, & c.j. de præſumpt. ibi,
ludens feci.& d.c.eſtote, ibi, iis quæ manifeſta ſunt,
ueluti furtum,adulterium,blaſphemia, & huinſmo-
59 di. † Nam & præſumptio ex natura rei & actus pro-
ficiſcens fortior exiſtimatur, & eam elidit, quæ pro
clerici perſona uiget.in c.literas,de præſumpt.l.Di-
uus,de reſtitu.in integr.Abb.Feli.& Deci.d.capi.in
præſentia,nume.xvij.& Bero.ibi nume.cxxxv. uerſ.
60 aut ſumus in caſu. † Quamobrem, quòd ualetudi-
nis cauſa, tùm & neceſsitatis conductio hæc facta
dicatur, & ideò in caſu permiſſo. d.c.dilecti, de de-
cim. omninò probari debet; quemadmodum alia
in facto conſiſtentia.c.cùm in iure, de ufficio deleg.
capi.cùm ad ledem,de reſtitu.ſpoli. uerſicu. nos au-
tem prioris iudicij. Itemque & ea omnia quæ à iu-
ris regula declinant. Gloſ.d.l.omnis diffinitio, de
regul.iur.& d.l.j.eodem titu.ubi Dec.& Bar.d.l.ij.ſi
quis in ius uoca.non ier. ubi recentiores cum aliis ſu
perius adductis.

Secundò non urget, quòd ratio prohibitionis
in ipſo Reuerendo conductore ceſſare uideatur,cùm
ab eius ipſius diœceſi abſit.dict.capi.j.& c.ad hæc,de
officiu Archidi.& d.c.cùm ceſſante, cum aliis ſupe-
rius adductis.

Nam reſpondeo, clericalis ordinis profeſsionem
ipſi perſonæ adnexam eſſe.d.c.duo ſunt, xij.q.j.d.
c.in nona, xvj. q.vij. & toto titu. de uita & honeſta.
61 cleri. † cùm enim ſuſceptis ordinibus clericus à lai-
corum cętu ſegregatus intelligatur. Goffred.& Ho-
ſtien.in ſumma de temporib. ordina. & qualita. or-
dinand. conſtat loci qualitatem ius hoc ſingulare,
non ſolùm non extinguere, uerùm etiam nulla ex
parte eludere. Cardi.clemen.ij.de uita & honeſt. cle-
ric. nume.xv. functio enim clerici perſonæ adnexa
ubicunque ſit, ab eo auelli non poteſt.d.c.duo ſunt,
& c.quoniá Abbas, de offic.deleg.& c.priuilegia, de
regul.iur.in vj.& l.j.& ij.de iure immunit. & l.fi.ubi
omnes, de conſtitu.Princip. vnde Calcedonenſis di-
ſpoſitio clericos nominans,Ariminenſis Eccleſię Ar
chidiaconum ubicunq; ſit, laicorum prædia condu-
centem,comprehendere non ambigitur.

Tertiò non urget Reuerendum dominum condu-
ctorem allegando ſeſe aduerſus canonum prohibi-
tionem conduxiſſe, inobedientiam & peccatum pro-
prium fateri.d.c.nam concupiſcentiam, d.capi.ij.de
62 maio.& obed. † & ideò turpitudinem propriam de-
tegit: vnde audiri non debeat.d.c.inter, de donatio.
ubi Gloſſ. & l. filios. C. de his quæ in fraud. alien.
ſunt.& l.ſi creditoribus. C. de ſeruo pign. dato ma-
numiſſ. & l. tranſactione finita. C. de tranſact. quod
& Craue.non ineptè ducuit conſi.cvj.nume.xij.lib.
primo. Cui quidem concluſioni adeò locus eſſe pu-
63 tatur, † ut non ſolùm hæres authoris ſui turpitudi-
nem allegare non poſsit.l.rem alienam.ff.de pigno.
acti.& Bart.conſi.lxv.Factum tale eſt.Caſtren.cccvj.
Quanquam,in ſecundo.Corne.cxlvij.uerſicu.& hę-
redi non licet,in primo. ſed nec ſingularis ſucceſſor
lucratiuam cauſam habens. Bald. conſi. cclviij.Viſo
puncto,in iiij.& Craue.cxxv.nu.j.

Nam reſpondeo,nullam hîc turpitudinem ſubeſ-
ſe uideri,cùm interna canonis perpenſa ratione Re-
uerendum dominum conductorem aduerſus Calce-
donenſis Concilij decretum contraxiſſe, pœnitere
poſsit.d.capi.peruenit, dict. capi.j. ne cleri.uel mo-
64 nach. † Qua ratione Pontificia lex peccatorem ad-
monere conſueuit,ut reſipiſcat.d.c.defleat, de regu.
iur.in antiquis. & c.peccatum, & c.peccati, eod.tit.
in vj.& Clemen.j.de uita & honeſt.cler. ubi Cardin.
primo & tertio notab. & Io. ab Imol. Quam facul-
tatem paternè monendo uniuerſis clericis conceſ-
ſiſſe Patauinæ Eccleſiæ paſtor uidetur. argumen.c.
præterea, de offic. deleg.& l.ij.ff. de iuriſdict. omn.
iudic.

65 Tertiò † cùm conductio hæc aduerſus prohibiti-
uæ legis diſpoſitionem facta intelligatur, et idcir-
cò tranſgreſsio huiuſmodi peccatum inducat.d.cap.
nam concupiſcentiam, ubi Abb. nu.j.& iij.& Deci.
& d.c.ij.de maio.& obe. quod ſanè diuturnitate ip-
ſa augeri conſueuit.d.cap.fi.de conſuetu. & d.c.om-
nis,in uerbo circunſtantias,& d.c.fi.de præſcrip. ubi
Reuerendiſsimus Pariſ. poſt omnes alios in primo
notab. aduertit, ut & ſecundam mortem inducat,
nempè animæ ipſius interitum. d.capi. peccatum,de
66 pœniten.diſtinct.iiij. † Sanè rationi conuenit, ut is
qui propriam turpitudinem adducit, ob hanc ipſam
cauſam reiici non debeat.c.lator, de ſenten.& re iu-
dic.ubi Glo.j.Ioann.And.Aegid. Buer. & Abb.uer-
ſicu.opponu,nume.vj.& vij. & ibi Felin. nume.j. &
idem Abb.cap.inter dilectos, poſt ueteres de fid.in-
ſtrumen.in Gloſſ.in ver.turpitudinem.nume.v. & d.
c.cùm ſuper,de conceſs.præbend.nume.ix.Innocen,
c.tertio loco, il ij. in Glo.uerſ.proponebat, de pręſ-
ſumpt. & Ioann.Andr.c.conſanguinei,de re iudi.&
Barto.l.iuſiurandum.§.procurator. poſt diſtinctio-
nem in hac materia elegantem.

Rurſus concluſio illa in præſenti caſu locum ſibi
uendicare non poteſt,cùm Reuerendus ipſe condu-
ctor excipiens, notariam locatoris iniuſtitiam oſten
dat, vnde audiri debet.Ioann.Andr.in d.c.inter di-
lectos, de donation. & ibi Cardin. Flor. ſubiiciens,
67 † iudicem ipſum ex officio canonis auctoritate ci
iniuncto illum ipſum repellere poſſe, qui notoriè
actione caret.c.cauſam,de iudic. il j. & Abb. ibi nu.
vij.& d.c.cùm ſuper, de conceſs.præbend. nume.ix.
& Feli.d.c.inter,uerſicu.eſt & alius caſus.idq́ue po-
tiſsimùm, cùm locator ipſe turpitudinis huius par-
ticeps uideatur; quippè, qui de lucro certet. l. de
tutela.C.de in integr.reſtitu.mino.ubi Glo. & Bar.
d.l.iuſiurandum.§.procurator,uerſi.aut quis allegat
ſuam turpitudinem contra alium. & quamuis Alex.
aliter ibi ſentire uideatur, Ioann.tamen Andreæ ſen
tentia receptior exiſtimatur. & quandoque ex facto
reſponſum extat: Rui.conſi.lxxij. numero ſecundo,
in quinto.

68 † Demum,cùm actus ex eo capite nullus eſt, quia
publicę utilitati repugnet,& legi ea cauſa illum ip-
ſum prohibenti,tunc propriam turpitudinem addu-
cere quem poſſe receptum eſt. l.diuo Pio. ff. de ritu
nuptia.

nuptia.nbi Alb.Caſtr.& Sali.&Doct.d.§.ꝓcurator.
& Rui.ſubſcribit conſ.lxxviii.nu.vii.in iiij.aliàs ſal-
tem quis indirectè publico iuri, priuato conſenſu
derogare poſſet: quod à iuris ratione diſsidet. d.c.ſi
diligenti,de foro comp.& l.iij.ff.de teſts.ubi Barto.
cum aliis ſuperius adductis,& docuit Alcia. l. tran-
ſactio.C.de tranſ.adducēs.c.ex tenore, de conceſſ.
præben.& l.quemadmodum.C.de agrico. & cenſit.
lib.xi.in quo quidem argu.à maribus noſtris quan-
doq; non inſulsè reſponſum extat:Soc.conſ.cclaiiii.
lib.ii.& Reuerendiſsimus Cardin. Pariſ.conſil.liiii.
nume.lvi.in i.& conſil.ſeq.num.lxv.ubi plura.Cor.
& Soci.reſponſa adducit, nunc quidem conſultò
omiſſa.

Quartò & ultimò non mouet,conductionem hãc
legitimam remanere contendi,cùm ipſius Concilij
decretum ulterius proceſſerit ſpecialem pœnã im-
ponendo; quippè,quòd laicorum prędia conducē-
tes clericos eccleſiaſticę ſubiiciant correctioni. d.c.
peruenit,nudę generali pœnę derogatum intelliga-
tur.d.l.ſanctio legum.ff.de pœnis,& Bar. d.l.prętor
de noui oper.nuncia. Abb.Feli.& Deci. d. c. in no-
mine, de teſtib.cum aliis ſuperius adductis.

69 Quia † reſpondeo,conductionis hunc actum ad-
uerſus legis prohibitionem proſus nullum cenſeri.
d.l.non dubium.C.de legib. d.l. quæ contrà. & ad-
uertit Bar.in d.l.non dubium,in ii.& iii.not. & Iaſ.
viii.nu.xvii.& Docto.d.l.nam concupiſcentiam.ne-
gatiuè enim prohibitum eſt, clericos ipſos condu-
cere non poſſe.d.c.peruenit,unde conductionis re-
gula nulla prorſus exiſtimari debet.d.c.i.de reg. iu.
in vi.ubi Glo.Din.& Anchar.idq́ue ſiue diuinę legis
iuſsionem attendamus, clericorum conditionem à
ſęculari ꝓfeſsione prorſus ſecernētis. d.c. duo ſunt,
xii.q.i.d. c. in noua, xvj. q. vii.ſiue publicum com-
modum intueamur, quod in diuini cultus frequen-
tatione conſiſtit.d.c.ſi diligenti,de foro competen.
& quamuis Concilij decretum tranſgreſſorem ec-
cleſiaſticæ correctionis ſubiiciat.d.c.peruenit, in fi.
non idcircò ſequitur,conductionis actum legitimũ
exiſtimari tanquam ſpecialis pœnæ adiectione ge-
nerali derogatum ſit; quę in actus irritatione con-
ſiſtit.d.l.ſanctio legum.ff.de pœn.Quoniam reſpō-
deo,Magnifici locatoris patronos unde ictum pe-
tiere,inde & medelam accipere potuiſſe: quod in
70 ſcorpione contingit. † nec enim pœnæ adiectio
facit, ut actus aduerſus legis prohibitionem geſtus
legitimus exiſtimetur,cùm alia mens legis appareat,
71 in qua † omnis illius conſiſtit uirtus.c.fin.de regul.
iur.in vi.l.cùm mulier,la i.ff.ſol.mat.l.ſcire. ff.de le
gib.ſanè quæ maior canonis ipſius certitudo ratio-
nis adeſſe poteſt,quàm in præſenti negotio, ut aliàs
ab eorum profeſsionis ſubſtantia clerici ipſi remo-
uerentur? quod omninò nefas eſſe creditur.d.c.duo
ſunt,d.c.i.ne clerici uel monach.d.clem.i.de uita &
honeſt.cleri.ibi,ſtrictè pręcipimus,unde Bart. in d.
l.prętor.ff.de noui oper.nuncia.in primo membro
72 diſtinctionis concludebat, † tunc quidem irritari
actum & pœnam committi,cùm legis ipſius mani-
feſta eſt ratio actum ipſum ſuſtineri ſuadentis.l.iu-
bemus.C.de ſacroſanc.Eccleſ.l.i.C.de ſepulch.uiol.
& idcircò Bal.in l.nemo Martyres. C.de ſacroſanc.
Eccleſ.nu.ii.uerſ.extrà opponitur contra Gl.con-
cludebat,actum non ualere aduerſus legem ſimpli-
citer prohibentem, & pœnam tranſgreſſori impo-
nentem,quando adeſt impoſsibilitas,quia res com-
mercio careat.l.inter,§.ſacram.de uerb.obl.uel quia
deſint ad actus formam pertinentia. d. l.i. C. de his
quæ pro non ſcript.unde,cùm clerici perſona uelu-
ti cauſa efficiens,inhabilis ſit, conductionem ab eo
factam, nullam eſſe cenſendum eſt.d.l.ſi quæramus
d.l.conficiuntur.§.quoties,& d.c.at ſi,de iudi.

Tertiò illud omittendum non uidetur, quod in
huiuſmodi ſpecie conductionis irritatio ipſa, cleri-
corum tantùm detrimentum reſpicere uideatur,
quibus naturalis libertas ob profeſsionis accidens
adempta intelligitur. l.mandata.C.manda.l.iniuſtũ.
C.de iure delib.l.dudum.C.de contrahen.empt.l.li-
bertas.ff.de ſtatu homin.& idcircò quamuis canon
eos ipſos cōducentes eccleſiaſticę correctioni ſub-
iiciat, non idcircò ſequitur, conductionis actum ſu-
73 ſtineri; † aliàs ad unum finem inducta oppoſitum
operarentur: quod prorſus abſurdum eſt. l. legata
inutiliter.ff.de adimen.leg.l.quod fauore. C.de leg.
c.quæ ob gratiam,de reg.iur.in vj.unde & Deci. in
d.c.in nomine,de teſti.nu.xi.uerſ.ſecundus caſus,ex
coniecturis legiſlatoris mentem deprehendi poſſe
cenſuit ultra actus irritationem aduerſus legis in-
hibitionem geſti,pœnam quoque imponi. quod &
Alex.obiter uidit conſi.lxxxviii.nu.ii. uerſ. nec etiã
74 obſtat.† ubi docuit legitimationem aduerſus prin-
cipis decretum factam,nullam eſſe,quamuis alia pę-
na impoſita ſit.d.l.i.C.de ſepulch.uiol.

Et ſi quis diceret,magnifici locatoris detrimentũ
hanc ipſam actus irritationem continere, & ideo
ſecundum Bartoli theoricam in d.l.prætor, in ulti.
memb.inductã nō uideri,quã Abb.nō vr̃ improbare
in d.c.in nomine. Rñdeo, nullũ eſſe præiudiciũ hoc
probabile,quia uel alteri poterit locare, cuius con-
ditio non repugnet,uel fructus loco penſionis colli-
75 gere.† Nam & legis diſpoſitio hæc clericos condu-
cere prohibentis,etiam paſsiuam partem, id eſt lo-
catores reſpicere uidetur.arg.l.fin..C.de cupreſ.lib.
x.& docuit Bal.d.l.nemo, in fin.quare ex huiuſmo-
di tranſgreſsione præmium is conſequi non debet
d.c.eum qui,de præben.in vi.& c.ex eo de regu.iur.
in eod.lib.

Quartò quòd clericus Calcedonenſis Concilii
tranſgreſſor, eccleſiaſticæ correctioni ſubiiciatur,
ad pœnam propriè pertinere non uidetur; quippè
quòd ea propriè imponi intelligatur, cùm quis iu-
re quęſito ſaltem reſpectu iuris priuatur. Bald. d. l.
nemo,in fin. quare, cùm correctio eiuſmodi potius
monitionem quandam inferre uideatur.d.Clem. i.
de uita & honeſt.cleric.ibi,tertiò moniti. & Pata-
uini Præſulis conſtitutio idem ſuadet,ibi, ut à ſęcu-
laribus negotiis ſeſe ſubtrahant; ſupradictę conclu-
ſioni locus eſſe non uidetur. quod Abb. docuit d. c.
in nomine,poſt Iacob.Rau.maximè quando diſpo-
ſitio pœnam apponens,non eſt omninò coniuncta
cum diſpoſitione irritante; quemadmodum in pro-
poſito caſu.d.c.decreuit,d.c.peruenit,& in d.Clem.
i.ne clerici uel monach. ubi nulla pœna uidetur ap-
poſita,& tñ cōductionibus huiuſmodi reſiſtit canon.

Quintò

Quintò abſurdum cenſeri debet, ut quis aſſerat ex hac correctione legiſlatorem diſpoſuiſſe conductionem hanc ſuſtineri, cùm tamen ſuperius cõcluſum ſit, clericos cõductores, canonis huius tranſgreſſores, peccati uinculo obnoxios eſſe, d.c. nam cõcupiſcentiam, ubi Abb. nu. iii. Feli. & Deci. d. c. qui reſiſtit, xi. q. i. & Abb. d. c. cùm contingat, q. i. & ii. cũ
76 aliis ſuperius adductis. † Sanè, ſi ex canonis intentione interpretemur conductionem ipſam ualere, trangreſsionis perſeuerantia, temporiſque diuturnitate clericus ipſe peccato obruetur. d. c. fin. de cõſue. d. c. fin. de pręſcrip. & c. non debet, de conſang.
77 & affi. † unde interpretatio hæc à iuris ratione plurimùm aliena erit. d. c. ad audientiam, de homic. uolun. uel caſua. tùm quia publicæ utilitati repugnabit, & Diuinæ iuſsioni, cum clericos à diuinis muneribus ſubtraheret, contra d. c. i. ne clerici uel monach. unde nec clericorum iuramento muniri poſſet. dict. cap. ſi diligenti, & dict. capit. cùm contingat, ubi Doct. i. & ii. quæſt. quinimmo nec canon abſque cauſa peccati excluſiua, aliud fortè diſponere non poſſet. c. ſunt quidam, xxv. q. i. c. cum à nobis, de decim. ibi, uerbo exemptis & c. ex publ. de conuerſ. coniug. ubi glo. in uerbo conſummatum. Doc. in d. c. cum in eccleſia, de cõſti. in j. memb. diſt. Abb. ubi dixi. & homo cum longè ſit inferior, præpotentis Dei legem inflectere non poteſt. c. cùm inferior, de maio. & obed. Clem. ne Romani, de elect. Ex quibus concluſio clara reddi uidetur. Reuerendum Do. Archidiaconum ad penſionis ſolutionem chirographi auctoritate compelli non poſſe; quippè quòd contractus huiuſmodi aduerſus legis prohibitionẽ initus, nullus omninò intelligatur.

Laus Deo, Patauij, Pridie Idus Iulij. 1553.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *Aedificia erigere ad uſque cœlum, libera dominis competit facultas.*
2 *Aedificare uſque ad cœlum dominis permititur, & ſi uicinæ ædes obſcurentur.*
3 *Libertatis diffinitio, ſiue deſcriptio.*
4 *Præſumptio ubi in contrariam extat, ibi dilucidior probatio requiritur.*
5 *Specialis diſpoſitio potior eſt ipſa generali.*
6 *Legis & hominis facultas ubi interuenit, difficillimum eſt inuenire impedimentum.*
7 *Confeſsione ipſa, nulla eſt maior probatio.*
8 *Confeſsio ſeparari nequit.*
9 *Acceſſoriam naturam ſequitur principalis.*
10 *Ius illud quod ſtatutum eſt de toto quò ad totum ſtatuendum eſt de parte quò ad partem.*
11 *Conſanguinei & attini præſumuntur ſcire facta conſanguineorum aut uicinorum.*
12 *Donatio non facilè præſumitur.*
13 *Ius quod ſibi dici exoptat, ſubire etiam contra ſe, æquiſſimum eſt.*
14 *Prohibentis conditionem potiorem eſſe in pari cauſa.*
15 *Tex. in l. altius, & l. ſi in ædibus. C. de ſeru. et aqu. exornatur.*
16 *Vicinus, licèt in ſuo, non poteſt aliquid agere, ut alteri uicino noceat.*
17 *Hominis intereſſe, alterum hominem beneficio affici.*
18 *Concedendum eſt, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt.*
19 *Aedificare ita altius æmulationis cauſa, ut uicini lumina obſcurentur, non licet.*
20 *Præſumptio una aliam tollit.*
21 *Probatio nulla certior & maior eſt, quàm rei euidentia.*
22 *Vtilitas priuata publico commodo minimè præferenda eſt.*
23 *Pacta legibus derogare.*
24 *Præſcriptio xxx. uel xl. annorum plenam cuilibet præſtat ſeruitutem.*
25 *Sententia benignior eſt amplectenda.*
26 *Aequalitas ſeruanda.*
27 *Calumnijs obuiandum.*
28 *Abſurdum euitandum eſſe.*
29 *Clauſula illa in conuentionibus & conceſsionibus à lege ſubintelligitur, ſcilicet, ut alteri res nocumento non ſit.*
30 *Relatum eſſe in referente.*
31 *Confeſsio falſa ueritati non præiudicat.*
32 *Peritis in arte credendum eſt.*

FACTI SPECIES, ſiue hypotheſis.

DVo frarres paternam hæreditatem diuidentes, proprios fines his uerbis conſtituerunt: Item uolemo che per drettura del muro diuiſorio fatto ſin al primo ſolaro tra una parte & l'altra ſiano li confini di dentro da li fondamenti ſin alli coppi.

Deinde, cùm à primo tabulatu uſque ad tectum nullus eſſet pàries diuiſorius, ſubiecerunt hęc uerba.

Item uolemo che dal primo ſolaro ſin alli coppi per diuidere una parte dall'altra, ſi faccia una trauatura di ſpeſa commune. Et ulteriùs addiderunt, areæ ſiue cohortis fines conſtituendo.

Item chiarimo che li confini dalla corte debbiano correſpondere alli confini interiori, & che ciaſcheduna delle parti poſsi fabricare del ſuo quelche li piace, & che ambe le parti ſiano libere & franche d'ogni ſuggettione.

Confecto igitur diuiſionis huiuſmodi documento fratres ipſi quadraginta annis acquieuerunt, nuper autem Ioannes atque Vincentius ex altero eorũ ſuperſtite ab ipſius parentis obitu, qui nihil nunquã in eius areæ portione cunſtruxerat, murum ędificandum ſuſceperunt, quo cohortem illius à Dominici patruelis area diuiderent. At, cùm Dominicus iactis fundamentis proprios fines occupari uideret, nouum opus nunciauit: quare tantiſper accepti operis proſecutione ceſſatum eſt, quòad uſq; ad prioris tabulatus interioris altitudinem murum ipſum eleuari conſenſit. Cęterũ, cũ patrueles ipſi paulò poſt iã cæptæ latitudinis parietem à primo tabulatu uſq; ad tectum eleuare cæpiſſent, iterum noui operis nũciatione ab ipſo Dominico facta prætoris ipſius auctoritate iam ab ipſo opere cępto abſtinuerũt, quod

ſanè

ſanè præceptum eatenus obſeruatum fuit, quatenus
Clariſsimi prouiſoris Cathari curia decreuit ipſi
Dominico nullum inhibendi ius fuiſſe, ideoq; præ-
ceptum de non proſequendo reuocatum fuit, atque
ipſe Dominicus in expenſis condemnatus eſt. Ve-
rùm, cùm is ab huiuſmodi diffinitione ad Clariſsi-
mum Patanij Collegium appellauerit, quęſitum fuit
quid in huiuſmodi appellationis iudicio ſecundum
iuris noſtri rationem conſtituendum ſit.

CONSILIVM XVII.

INVOCATO DIVINO SVF-
fragio, necnon diuorum Prodoximi, Danielis,
Iuſtinæ atque Beati Antonij hu-
ius Clariſsimę vrbis Pa-
tronorum.

IN pręſenti cauſa appellationis ex
parte Dominici Bonchię à ſenten-
tia irritationis pręcepti lata pro
Ioanne atque Vincentio eius pa-
truelibus à Mgnifica curia Catha-
ri, qua quidem diffinitum fuit pa-
truelibus ipſis ius parietem iam cęptę latitudinis
eleuandi, uel uſque ad tectum competere, licèt Do-
minicus id ipſum tùm communis iuris regulis
perpenſis, tùm ſingulari lege ipſi diuiſioni adiecta,
id ipſum fieri nõ potuiſſe cõtendiſſet: quippè, quòd
eius partis fines occuparentur, necnon & illius fe-
neſtrę pars obturaretur, atque lumina ipſa plurimũ
obſcura redderentur.

Viſo proceſſu, rationibusq́ue hincinde adductis
coram ipſa Magnifica curia ad unguem conſidera-
tis, prima facie reſpondendum uideretur, iam la-
tam ſententiam confirmandam eſſe, nempè, ut
Ioannes atque Vincentius eiuſdem latitudinis mu-
rum uel uſque ad tectum eleuare poſsint: cuius
quidem à fundamentis ipſis uſque ad primum tabu-
1 latum conſtruxerunt.† Lex enim inquit, ipſius ſoli
dominis uel uſque ad cœlum ædificia ipſa tollendi
liberam competere facultatem. l. fin. in fi. principij,
ff. de ſeru. tit. generali. l. pen. §. pen. ibi, tàm ſoli, quã
cœli. Glo. in uerbo tam ſoli, & l. fi. §. penul. ff. quod
ui aut clam, & l. loci corpus, in fin.

2 † Cui ſanè concluſioni eo quoque caſu locus eſſe
uidetur, licèt ex huius liberæ facultatis uſu uicinas
ędes obſcurarentur. l. altius, & l. ſi in ędibus. C. de
ſerui. & aqu. & l. cum eo, & l. Imperatores. ff. de ſer.
urb. pręd. & pertractauit Veronen. tract. de ſeruit.
urb. pręd. cap. xxvj. & xxvij. & cap. de ſolo, ſiue area,
3 nu. xxxix. & cap. ſeq. de muro, ſiue pariete. † cùm. n.
libertas facultas q́dã ſit homini ab ipſa natura tribu-
ta humanos actus arbitratu ſuo liberè cõficiendi. l. li
bertas. ff. de ſtat. hom. & §. libertas, de iu. nat. gent. &
ciui. profectò facultatẽ illã nõ facilè poſitiua lex im
pedire põt, ſiue quis moriẽs illa ipſa utatur. l. uerbis
legis. ff. de uerb. ſig. & §. diſponat, in auct. de nup. &
l. j. C. de ſacroſ. eccl. ſiue quis id ipſum dũ uiuit, agat.
l. dudum. C. de contrahen. emp. l. nec emere. C. de iu-
re delib. l. in re mandata. C. mand. unde, cùm lex uni-
cuique proprium charius commodum eſſe cenſeat,

quàm alienum. l. pręſes. C. de ſerui. & aqu. ubi Bart.
l. cum acutiſsimi. C. de fideicomm. ibi, ne uideatur
teſtator alienam ſobolem propriæ pretuliſſe. nihil-
q́ue Dominicus ipſe aduerſus huiuſmodi pręſumptę
libertatis auctoritatem docuerit, legitimè reiectus
intelligi debet. d. l. altius, d. l. in re mandata, & quã-
doque pertractatum atque reſponſum extat: Alci.
trac. præſump. ii. reg. præſump. iii. Dec. conſ. xxxvi.
4 nu. iiij.† Iuris enim ordinarij exiſtimatur, ut pre-
ſumptionis auctoritas illum ipſum clarioris proba-
tionis onere afficiat, aduerſus quem uiget. l. ſi extra-
neus. ff. de condi. ob cauſam, ubi Albe. & Iaſ. vj. not.
& c. quia uerisſimile, de præſump. ubi Abb. antiqu. &
Panor. poſt alios ueteres, & Iaſ. repet. legis admo-
nendi, nu. cvj. de iureiur. & Marſi. ſingulari cccclj. &
ego aliàs rub. de pręſump. diffuſius docui.

5 Secundò † multò magis idem concludendum ui-
deretur, ſi ſpecialem diuiſionis ipſius conuentionis
intueamur, generali enim legis ipſius diſpoſitione
potior eſt. l. fin. C. de pac. conuen. l. in toto. ff. de reg.
iur. c. generi, eo. tit. in vj. dixi c. j. de reſcri. lex. n. hæc
diuiſioni huiuſmodi adiecta proponitur, ut qui-
libet fratrum in eius cohortis portione quodcunque
ei libuiſſet ædificare poſſet: at cùm pactionibus in
ipſis diuiſionibus initis prorſus ſtandum ſit. l. tres
fratres. ff. de pact. ubi Iaſ. ultimo not. nu. xxij. l. diui-
ſionis placitum, eo. tit. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
de uerb. obl. & inde colligũt omnes, quòd & in qua-
libet alia diſpoſitione reſponſum extat. l. iuris gent.
ff. de pac. & l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. & c. i. de pac.
ubi Bal. But. & Abb. conſequens eſt aduerſus huiuſ-
modi pactionem Dominicum ipſum inhibẽtem au-
6 diendum non uideri. † idq́ue potiſsimùm, cùm
hæc ipſa ędificandi facultas tùm hominis auctori-
tate eis ipſis competere uideatur: quare difficilius
impediri poſsit. auctẽn. itaque. C. communia de ſuc-
ceſſ. & c. i. de tregua & pac. & l. filiusfam. §. Diui, il
ii. ff. de leg. i. ubi Ripa nu. xxiii. aliàs paciſcentis ho-
minis diligentia inanis redderetur, quod per abſur-
dum eſt l. ſi quando. ff. de leg. i. c. ſi Papa, de priuil. in
vi. & plura adducit Dec. c. paſtoralis, de appel. nu. i.

Tertiò urget illud quoque quòd Dominicus ipſe
in iudicio confeſſus aſſerat, in ſuo ſolo patrueles
ipſos à fundamentis uſque ad primum tabulatum
7 ędificaſſe.† Quocircà, cùm eam confeſsionem pa-
trueles ipſi acceptaſſe dicantur, mirum eſt, illum ip-
ſum illicò ab omnibus non reiiciendum cenſeri. l.
unica. C. de confeſſ. c. fi. eo. tit. ubi Doc. Alb. & Bart.
l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. Iaſ. l. cum te.
C. de tranſac. iii. not. nume. v. & Reuerendiſsimus
Pariſ. ex facto reſpondendo nonnunquam docuit
conſ. cxxi. nu. xxx. & conſ. cxxxi. nu. ij. in ii. cùm ergo
fateatur Dominicus patrueles eius in proprio ſolo
cęptum opus ędificaſſe, qua ratione progreſſum ip-
ſius operis impedire poteſt? Sanè cõfeſsio hæc tàm
inferioris ſpatii, quàm ſuperioris, opus à tabulatu
8 uſq; ad tectum reſpicere uidetur: † unde ueluti iun-
cta diſiungi non poteſt. Bart. l. Aurelius. §. idem quę-
ſiuit. ff. de lib. leg. uerſ. quare tu dic, latius But. Imo.
Abb. cap. bonę, il ii. de poſtula. pręla. cap. cùm vene-
rabilis, de exceptionibus. & c. i. de confeſſ. in vi. ubi
Gemi. nu. vii. & Reuerendiſsimus Pariſius poſt ue-
teres

teres quandoque reſpondit conſ. xj.nu. xxxia. io iij.
& conſ.axj.ou.xxiii,io iiii.unde inferri poſſe uide-
tur,ſi ea Domioici confeſsione patruelea in proprio
ſolo ędificaruot, eoſdem nel uſque ad cœlum iam
cæptum opus extollere poſſe.d.l.altius.d.l.in ædi-
bus.d.l.cum eo.ff.de ſeru.urb.præd.cùm enim pars
eos ipſos in proprio ſolo ædificaſſe fateatur,lex quę
permittit liberam onicuique in ſuo conſtructum
opus extollendi facultatem.d.l.altius,ſatis ratioci-
nari poſſe uidetur, confeſsione ipſa inſpecta rurſus
& libera legis facultate nullam iohibenti rationem
competere. argu. c. auctoritate de conceſſ.præben.
ubi Io. Andr. & Bald.l.i. C.de condi. ob cauſam,
& docuit Roman.conſ.ccccaxxvi.

Ex quibus concludendum nideretur ipſis Ioanoi
atque Vincentio fratribus parietem ipſum iam cę-
ptæ latitudinis nel uſque ad tectum ędificandi ius
competere: & idcirco magoificę curię Cathari ſen-
tentiam prorſus confirmandam uideri.

Quibus tamen & eiuſmodi oon obſtantibus op-
poſitum uerius,necnon & æquius eſſe ſecundum iu-
ris noſtri rationem conſtituendum uidetur. Quod
immo ipſis Ioanoi atque Vincentio ius nullum cō-
petat iam cæptæ latitudinis parietem uſque ad tectū
eleuandi: quod qoidem pluribus modis probari
poſſe uidetur.

9 † Et primò quòd facta domus diuiſione, interio-
ris quoque parietis diuiſorii tanquam acceſsionia
cuinſdam ſine partis diuiſio facta intelligatur. l.i.&
& ii.ff.de pec.leg.c.acceſſorium,de regul.iur.in vi.
cùm enim domua totum quoddam intelligatur ex
propriis partibus conſtans,ſanè eius ipſius diuiſio
parietis quoque ueluti integralis partis ſectionem
inferre uidetur.l.rerum miatura.ff.de uſucapio. ibi
alterum quod ex cohærentibus, Gręci τρυμὸν di-
cunt,unde dici conſueuit,ſi quis totum aliqnod po-
nat,integralem partem inde auelli oō poſſe.l.in to-
to,de reg.iur.& c.i.de arbi.in vi.& Doc,in procem.
decret.& vi.in princ.

10 † Nam in qualibet diſpoſitione concludi ſolet
eandem reſpectu totius rationem intelligi,quę par-
tis intuitu locum ſibi uendicat. d.l. iuriſgentium. §.
adeò.ff.de pact.ubi Iaſ.& l.ſi quis cum totum.ff. de
excep.rei iud.& l.quæ de tota.ff.de rei uend.& do-
cuit Bar.l.qui uſumfructum.ff.de uerb.obli.Deci.&
Cagno.l.ſemper io geoeralibus.ff.de reg.iur. Quā-
obrem,cùm fratres ipſi paternam domum diuiden-
tes cauerint cohortis ipſius ſiue areæ fines interio-
ribus finibus correſpondere debere,ſanè conſtat ſi
quis lineam rectam in medio diuiſorii parietis ducat
quem unius brachii ueneti latitudinis eſſe referunt,
quatenus parietis eaterioris diuiſoris latitudo uer-
ſus Dominici portionem ductam lineam exceſsit
eatenus eius fines occupatos intelligi, & idcircò io
alieno ſolo patrueles ædificaſſe cenſeri: quocircà
ædificium ipſi ſolo cedere conſueuit.l.fin. ff. de ſu-
perficieb.l.ſi domum.ff.ad leg.Aquil.l.ii. C. de rei
11 uend.† nec imperitiæ eacuſatio probabilis ſuaderi
poteſt,quin patrueles alieno ſolo ędificaſſe ſciue-
rint,ſiue uicinitæ coniunctionem,ſiue ſanguinis in-
tueamur.l.Octaui.ff.unde cogna.l.ſi uicinis. C. de
nup.Bar,Alex.Iaſ.Deci.& Alcia.l.i.ff.ſi cert. petat.
dixi poſt ueteres.c.per tuas,de reſti.ſpol. Quocircà
ambigendum non uidetur,quin reſpectu portionis
in Dominici ſolo conſtructæ,illi ipſi acquiſitio fa-
cta intelligatur.§.ex diuerſo.inſtit. de rerum diuiſ.
ibi Glo.diſtinguit.Ange.& alii,& Rui. reſponden-
do quandoque docuit conſil.lxv.in iiii.num. i.& vi.
12 † Et quamuis donationis præſumptio non facilè
induci conſueuerit.l.cùm de indebito,ff.de proba-
rionib.l.Campanus.ff.de operis liber. l.quæ dotis.
ff.ſoluto matrimo.ubi Glo.& Docto.l.ſi pro fratre
& l.ſi negotium.ff.de nego.geſt. & declarat Rui.cō-
ſil.aaiii.nu.xxxia.in v.id tamen ſi intelligendum ſit
reſpectu patruelium ędificantium,idem cenſeri de-
bet reſpectu ſoli ipſius Dominici,ne aliàs regulę ſē-
ſus claudicaret,quod prorſus abſurdum eſt.l. illam.
l.ut liberis.C.de collat.l.fin.C.de fruct. & litis ea-
13 penſ.† Nam,cùm patrueles ipſi legis diſpoſitione
iuuari cupiant,eiuſdem quoque reciprocam eiuſdē
cenſuram ſubire debent.l.uiro atque uxore. ff.ſolu.
matrim.l.ſi ambo.ff.de compenſ.& toto tit. ff.quod
quiſque iur.Cur enim conſentientis mentem inter-
pretemur,ut domus eius habitationem prorſus inu-
tilem reddat? d. l. Campanus, d.l.cùm de indebito.
Quamobrem,cùm uſque ad primum tabulatum pro
cohortis diuiſione ſimpliciter cōſenſum ipſum Do-
nicus præſtiterit,ergo ab eodem tabulatu uſque ad
tectum ius ſibi integrum reſeruaſſe cenſeri debet. l.
io agris.ff.de acqui.rer.dom. cuiuſquidem iuris in-
tuitu iuſtè oouum opus nunciatum fuiſſe concludi
debet.l.i.in prio.& §.iode quęritur,& §.quę dictum.
ff.de noui oper.nunc.Amplius,licèt & conſenſu hu-
iuſmodi præſtito dici poſsit,ſolum illud communi-
14 catum fuiſſe,† adhuc tameo à primo tabulatu uſque
ad tectum res integra eſſe uidetur,ut Dominicus ip-
ſe parietis progreſſum impedire ualeat.l.Sabinus.ff.
communi diuidun.uerſ.in re enim,ubi Glo.in uer.
conſtat.& l.in communi,eod.titu.& l.io communis
parietis.ff.de damno infec.& diffuſè pertractat Cę-
pol.d.c.de muro ſiue pariete.nu.xi. conſenſus enim
uerisimiliter uſque ad prioris tabulatus altitudinem
referri debet,tunc quòd ipſi Dominico adhuc ooo
obeſſet:inde autem uſque ad tectum deſtinati uſus
diuiſionis nempe arearum excederet,Dominiri ꝓ-
hibentis conditio potior eaiſtimari debet.d.l. Sabi-
nus.& l.quidem,& l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi cer. petat.
Glo.& doc.l.in re communi.& l.ſi inter te & me.§.
fin.ff.de ſerui.urb.præd.& pertractauit Cæpol. d.c.
de pariete.nu.xxxiii.& quandoque reſponſum fuit,
Fulgo.conſ.incipiente Duo uicini habent. Corne.
conſ.xc.litera G.in ii.

Præterea ſciendum eſt à primo tabulatu uſque ad
tectum ipſorum finium eandem non eſſe rationem
nam in Dominici finibus oacuum ipſum longè li-
berius eſt,quàm inferius,ubi paries ipſe diuiſorius
brachii ueneti latitudinem adęquat.quippè, quòd
ſuperius trabatura quædam (ut aiunt) eatat latitu-
dinis unius pedis tantùm,unde rem ſatis iotegram
eaiſtimare debemus,quod ad parietis eleuationem
attinet à primo tabulato uſq; ad tectum; tùm quòd
ex diſpoſitione diuiſionis finium ipſorum, ſpacium
liberius ſit,tùm ꝙ ad propriæ domus deteriorattio-
nem,Dominici conſenſus interpretandus non ſit.d.
l.Cam-

l.Campanus,& d.l.cùm de indebito.ff.de probatio. cum aliis ſuperius adductis.

Secundò Dominici cauſam illud quoque fouere videtur,ſi futuri operis conditionem inſpiciamus: nempè,quòd ex pariete its,ut cęptum eſt, eleuato, uel modicam patrueles ipſi vtilitatem ſiue perceptu-ri, domui tamen Dominici detrimentum vel ma-
15 ximum ſint allaturi. † Quamobrem libera illa vni-cuique in ſuo uel uſque ad cœlum ędificis tollendi conceſſa facultas.d.l.altius.d.l.ſi in ædibus, eatenus permiſſa exiſtimatur,quatenus quis ſibi ipſi prodeſ-ſe curat.credidit enim legiſlator unumquemque id maluiſſe.d.l.ſi pręſes.C.de ſeru.& aqu.d.l.cúm acu-tiſsimi.Glo.c.bonę memorię, de poſtul.pręla.ſuper
16 uerbo communem.† Cęterùm, cùm quis illa abuti uelit,ut potius uicino obſit,quòd inde legiſlator col ligit, ſi ſibi conſulere potuit , & alteri non obeſſe , uſum illius omnino ademit. l.j.§.denique,il ij. ff. de aqua pluui. arcen. ubi , lex (inquit) vicinum nulla actione coërceri poſſe , qui in ſuo fodiens alterius fontem auertit,niſi nocendi animo id faciat.& l.ij.§. aduerſus.ff.ne quid in loc.pub. & l.ueteres.ff.de iti. actuq; priu.ibi, ut deterinrē eundi cauſam efficiat, impune eis ius ſit.& Glo.in l.fluminū. §.fi. in uerb. non teneri,niſi animo nocendi faciat.ff.de dam.inf. cùm enim inter omnes natos cognationem quandā
17 natura ipſa genuerit.l.iij.ff.de iuſti.& iur.† unde re-ſpóſum eſt,hominis intereſſe alterum hominē bene-ficio affici.l.ſi ſeruus ea lege.ff.de ſeruis exportand; ſitque ipſa lex iuſta & ſancta.c.erit.autem. iiij. diſt. l.j.ff.de legib.ibi,munus Deorum.& l. j. ff. de uariis & extraord.cognitionib.ibi,ſanctiſsima quidem res eſt.optimo ergo iure huiuſmodi actus ab iniquo animo proficiſcentes illa non probat, ueluti in eo, qui picturas atque textoria corradere uolebat, nihil laturus,niſi ut officeret.l.in fundo.ff.de rei uend, §.
18 pen.& d.§.denique,ubi Docto.† Quinimmo eadem ratione ſępius conſtitutum eſt,quem compelli ad id agēdum, quod ſibi non obeſt & alteri prodeſt.l.ij.ff. ſolu.mat.ibi niſi ei nihil noceat.declarat Bart. verſi.
19 ad huius autem.Roma.& Imol.ſubſcribunt. † unde receptiſsimum eſt ob hanc ipſam rationem , facul-tatem illam in ſuo liberè ędificandi reſtrictam exi-ſtimari.d.l.altius,ubi Pet.& Cin.& Bal.uerſ. aut ani mo. & Caſtren.docuit in eo,qui parietem eleuatio-nis cauſa eleuare uolebat,ut uicini lumina diminue-ret.& idem in d.l.cum eo.ff.de ſerui.urb.pręd.Quod quamuis Albe.& Auge.Peru.ſingulari ratione in eo procedere cenſuerint,qui ad Ciuitatis ęmulationem opus aliquod moliri cępit.l.opus.ff.de operib. publ. uerius tamen eſt, quemadmodum & receptius, legis rationem generalem potius attendi,quæ & in pri-uato procedere uidetur,ut docuit Sali.d. l. altius. & Caſtr.d.l.cum eo.in fin.& ibi Curt.in additionibus. & Iaſ.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.nu.viij.Bartol.& Iaſ.l.quominus.ff.de flum.q.j.Dec. & Cagno.l.nul-lus,& l.domum.ff.de reg.iur. & pertractat Cœpol. d.trac.de ſerui.c.de ſolo ſeu area,uerſ.quintò fallit. & non ſemel reſponſum extat Roma.conſi.lij.in fi. Alex.clxiiij.in ij.& conſ.ix.in vj.Iaſ.acix. in i.& cl. in ii.Cur.iun.conſ.lxxx.& Deci.ccj.

Nec iuuat patrueles huiuſmodi ſolita iuris præ-ſumptio.l.merito.ff.pro ſotio,& c.eſtote,de reg.iur.
20 in antiquis.† quia urgentior eſt,quæ ex hoc ipſo fa-cto colligitur. quod cùm in ſuo parietem latitudi-nis dimidii brachii eleuare & ſibi conſulere malit , deinde in alieno ſolo ſeu ſpacio eleuando integri brachii altitudinem,& ſic proſequendo, Dominici feneſtram partim occupare , & partim illam obſcu-ram reddere.c.literas,de reſtit.ſpoli.d.c.quia ueri-ſimile,de præſump.& l.Diuus.ff.de reſt.in int.

Cui concluſioni ſi locus eſt , ut ferè conſentiunt omnes,cùm in ſuo quis ędificare uelit , quantò ma-gis ſentiendum exiſtimemus,cùm id ipſum quis in alieno tentet.d.l.i.ff.de no.ope. nunci. & argu.auct. multò magis.C.de ſacroſan.Eccle.ubi Bal.& c.cùm in cunctis,de elec. quod egregiè pertractat Cœpo.d. c.de pariete nu.xix.uerſ. j.caſu.ibi,hoc intelligit An ge.quando murus eſt latus. quare concludēdum ſit, patruelibus ipſis ius non eſſe fines lineę ductę in me dio trabaturę uerſus Dominici portionē excedere.

Tertiò idem & ea quoque ratione concludēdum exiſtimari debet , quia, ſi huius iam cęptę latitu-dinis parietem perficiendum cenſemus , Dominici domus adeò obſcurabitur, ut illius ſcalę nullo pror-ſus uſui illi futuræ intelligantur : quod ex ipſius exemplaria ſeu modelli tranſmiſſi inſpectione col-ligi poteſt : alionde enim ſplendorem recipere ne-
21 queunt,† ſi quis certiſsimum oculorum ſenſum ad-hibeat.c.fraternitatis,de frigid.& malefici.cap. cùm Marthę,de celebra.miſſ. l.ii. §.exactis. ff. de origin. iur. ibi , ut apertius perſpici poſſent . unde æquius fuit naturali ratione inſpecta liberam illam in ſuo ædificandi facultatem reſtringere. l. nā hoc natura. ff.de condi.indeb.& c.locupletari , de reg.iur.in vi. dictat rurſus hoc publici commodi ratio inde elici-ta,quòd cautum ſit,unicuique in propria domo ma-ximè liberum refugium eſſe. l.plerique.ff.de in ius uocand.l.nemo.ff.de regul. iur. & l.i.C.de præto.&
22 hono.præt.† Quocircà priuatę utilitatis ratio pu-blico commodo pręferri non debeat. Docto. l. i.ff. ſolu.mat.& c.ſi diligenti,de foro comp. ideò operis illius conſtructio,qua liber uentus & aer auferetur , ne triticum ex ſpicis ipſis excuti poſsit , Iuſtiniani ſanctione prohibetur.l.fi.C.de ſeru.ruſt. præd.idem cenſendum intelligi debet in opere ipſo ex cuius cō-ſtructione,ſcalarum uſus ablato lumine non ſat cō-modus eſſet,Cępollę viſum fuit.d.c.de ſolo,uer. de-cimò fallit.quæ quidem ſcientia eò magis in pręſen ti negotio uera cenſeri debet, in quo iam cæptæ lati tudinis eleuatio , ipſius feneſtræ portiunculam , & ferè mediam partem occuparet,ut mirum non ſit,cū totam non poſsit feneſtram claudere , ſi nec in illius parte id ipſum fieri poſsit.d.l.quæ de tots. ff. de rei uendicati.Bartol.d.l.qui uſumfructum.ff.de uerbo. obligationib.

Quartò,ſi diuiſionis ipſius documentum perpen-
23 damus contentionis huius deciſio facilis erit,† quo-niam ſingularis hominum prouiſio legis ipſius di-ſpoſitioni derogare ſolet.l.fin.C.de pact. conuen.l. quamdiu . ff. de acquiren. hæred. & l. quamdiu . ff. de regul.iur. lex enim hæc diuiſioni adiecta fuit,ut utrinſq; portionis fines exteriores interioribus cor-reſpondeant. unde, ſi linea ab imo ad ſummum pa-

rietem

rietem diuiſorium ſcindens ducatur, eademque à primo tabulatu uſque ad tectum eleuetur, ut ipſius trabaturæ medium ſcindat, quis tàm imperitus eſſe poſsit, qui non uideat ędificare uolentes quàm primùm regulam illam uerſus Dominici partem egreſſi fuerint, eius ipſius fines occupatos intelligi? quod nec communis iuris ratio permittit, nec diuiſionis ipſius pactio. d. l. tres fratres. d. l. diuiſionis placitum. d. §. duo fratres. cum aliis ſuperius adductis.

Deinde ipſi quoque diuiſioni alia quoq; fuit adiecta conditio, ut à primo tabulatu uſque ad tectum fratres ipſi communibus expenſis loco diuiſoris parietis trabaturam ipſam quatuor putà digitos latam conſtruendam curarent: ergo concludendum uidetur, ſpacium illud quantò latius paries ipſe extenditur, præ oculis diuidentium fuiſſe: unde ad utriuſque portionis amplitudinem pertinere: & idcircò quatenus interioribus finibus exteriores non correſpondent ſecundum legem diuiſioni adiectam, conſtructionis opus prorſus nullum cenſeri debet. d. l. diuiſionis. quam concluſionem inconcuſſam reddit temporis ipſius conditio. Cõſtat etenim ultra quadraginta annos patrueles huiuſmodi domibus eorũ uſos fuiſſe ea conditione, ut neuter alteri præiudi-
24 cium adferret. † Quare quod ad fines conſtitutos plenam cuilibet eorum ſecuritatem conſequutus intelligi poteſt. l. ſicut. l. omnes. C. de præſcriptio. xxx. ann. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. uendicetur. Gloſ. & Docto. l. ii. C. de ſeruit. Doct. c. de quarta, de præſcript. & pertractat Balb. in trac. præſcriptionum in ii. par. quartæ prin. & quandoque reſponſum uidi, Alexand. conſ. cviii. in ii. & Reuerendiſsimus Pariſ. cxj. nu. xlv. lib. j.

Ex quibus manifeſta concluſio colligitur, ipſis Ioanni atque Vincentio murum hunc iam cęptę latitudinis eleuare non licere: quod æquius quo-
25 que cenſeri debet. † Et idcircò iudex ſententiam huiuſmodi potius amplecti debet. l. ſi ſeruitus. ff. d ſeruit. urba. prædio. & l. in bello. §. codicilli. ff. de capti. & poſtlimin. reuerſ. ibi, humanitatis rationi. Iaſo. l. placuit. C. de indi. quod & Reuerendiſsimus Pariſ. ex facto quandoque reſpõdit conſ. xxx. in ii. nu. iiii. Non mouent ſuperius adducta pro fratribus murum ipſum eleuare uolentibus, & primò diſpoſitio d. l. altius, & d. l. ſi in ædibus, cum aliis adductis. quia reſpondeo, ſanè leges illas locum ſibi uẽdicare, cũ quis in ſuo, non alieno coſtruere uelit. at, cùm in præſenti negocio patruelea in alieno ſolo conſtruere tentent, ad propoſitum caſum inde argumentum elici non poſſe, ambigi non dẽt. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſſ. Quinimmo eſto ſolum hoc conſenſu ipſo communicatum fuiſſe, quòd tamen rę ipſa non fuit, quia limitatus interueuit, ut inferius dicam, adhuc Vincentii prohibentis conditio potior exiſtimari debet, præſertim, cùm ultra diuiſionis uſum paries ipſe conſtruatur. d. l. Sabinus. d. l. ſi cuenti. §. Ariſto. Demum & legum illarum reciproca debet eſſe interpretatio, ut quemadmodum fratres contẽdunt ſibi in ſuo liberam competere facultatem, idem quoque Dominico concedi permittere debent eius ipſius fines non occupando, aliàs in ſuo conſtruendi libera facultas non remaneret. putà, ſi clatratis fer-
26 reis eius ipſius feneſtras claudere uellet, † inęqualitas ergo huiuſmodi uitanda cenſeri debet. d. l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. & toto tit. ff. quod quiſq; iuris.

Illud quoque ſilendum non puto, tametſi patrueles illi in ſuo ędificare uellent; adhuc tamen cùm paries ille conſtructus uel modicam eis ſit utilitatem allaturus uerſus eorum curiam protenſus, maximum autem ipſi Dominico detrimentum, ut ſuperius oſtẽ-
27 di, † malignis hiſce calliditatibus potius obuiandum cenſeri. dict. §. denique. dict. l. in fundo. §. fin. & Doctor. d. l. altius, & Roman. d. conſil. lii. & Cæpol. d. c. i. de pariete uerſ. quintò fallit, & d. verſ. decimò fallit. Quod quidem nunc Dñicus ipſe non contendit, eo tantùm contentus, ut eius ipſius patrueles in ſuo eleuent, eius ipſius fines non tangẽdo: unde ipſi multò facilius acquieſcere debent. l. unica. C. de rei uxoriæ actio. ubi Gloſ. in uerb. multò magis. §. accedit, & ibi Bal. & Salic.

Secundò non urget, quod in ipſius diuiſionis inſtrumento plena conſtruendi facultas data dicatur quia ſpondeo, hanc ipſam conuentionem intelligi non poſſe, cùm quis alienos fines occupare uelit, alioquin interim Dominico eius pręoccupatis finibus
28 ablata foret. l. j. ff. de his q. ſunt ſui uel alie. iu. † quod ueluti à ratione ſanguinis alienum, & idcircò abſurdum, omninò uitari debet. d. l. fin. C. de fruct. & litis expen. & Bal. l. quamuis. ff. de recep. arbit. & Caſt. l. i. conſtit. Cod. & l. nam abſurdum. ff. de operis liber. nec defendi poſſunt patrueles præſtiti conſenſus prętextu communionem inductam adſerentes, quia cõſenſus huiuſmodi ad proprios limites reſtringi debet. d. l. in agris. nec cum in alieno diſcrimine euagari. d. l. Campanus. ff. de operis liber. d. l. cum de indebito. quinimmo ex ipſius diuiſionis inſtrumento conſtat, patrueles hoc accepti parietis proſecutione repelli debere, cùm iam in alieno ipſi conſtruant, quibus in ſuo duntaxât ędificandi facultas conceſſa fuit d. l. cum prætor. ff. de iudic. & c. nonne, de pręſump. Demum intelligi debet conuentio huiuſmodi, ut
29 unuſquiſque in ſuo liberè ędificare poſsit, † dummodò alteri non noceat; quod in ſingulis ferè diſpoſitionibus conſtitui ſolet, etiam iuramento ſuffultis. l. ii. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. conuenientes, de iureiur. & c. peruenit, eo. tit. ubi Gl. & Doct. hanc ipſam pactionem tacitè ex legis diſpoſitione conuentionibus ipſis ineſſe interpretantur: quemadmodum & plures alias. l. item quia. ff. de pac. ubi Doct. ibi, inuecta & illata. l. quęro. §. inter. ff. locat. ubi Bar. & l. iij. ff. de legi.

Tertiò non urget aſſerta Dominici confeſsio, quia obiter, non autem ex propoſito enunciatum fuit, patrueles in ſuo, non autem in alieno ędificare debere. non enim idcircò fatetur portionem eius quatenus lineę trangreſsio inducta fuit, ad ipſos pertinere. Doct. l. ex hac ſcriptura. ff. de dona.
30 † Præterea & confeſsio huiuſmodi ex diuiſionis documento interpretari debet. l. aſſe toto. ff. de hæredi. inſti. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. inſtit. auct. ſi quis in aliquo. C. de edend. unde, ſi in ipſo aliud quàm in confeſsione contineatur, confitenti illam non obeſſe uerius eſt. Barto. l. ſed ſi me putem. ff. de confeſſ. colum. iiii. & Bald. l. ij. uerſ. ulterius nota. C. de erro.

calcul.

calcul.& non ſemel reſponſum extat, Romsn.conſi. ccxcvj.nu.vj.Soci.ccxcij.in iij.nu.iiij.& xcvij.in iiij. Deci.lxiij.nu.vj.Reuerendiſs.Pariſ.vij.in iij.nu.v.

Poſtremò quicquid Dominicua ipſe enúciauerit,
31 ridiculum eſt exiſtimare, † confeſsinnem quæ falſa ſit, ipſi ueritsti præindicare. l. cùm falſa.ff. de iur. & fact.igno.ubi Bar.uerſ.quid ſi confiteor. & Bal.uerſ. nunc uenio sd materiam. vnde, ſi quia confiteatur rē aliqnam cuius dominus ſit ad ipſum non pertinere, non idcirco ueritatis ſubſtantia immutata exiſtimatur.l.ſi in rem aliqnam.ff.de acq.poſſ. ubi Bar. uerſi. ſecundum membrum eſt.& ibi Alex.& Caſtr.d.l.iij. nume.iii. & Bal.l.generaliter.C.de non numera.pecu.q.xij.

Ex quibus in præſenti negotio diiudicandum eē ſeri debet, ipſi Dominico inhibendi ius competere, ne paries iam cęptæ latitudinis à primo tabulatu uſque ad tectum eleuetur; ſed ducta linea in medio trabaturæ uerſus cohortem ædificare uolentium latitudinem extendendam; quæ, ſi inferiori diuiſori correſpondebit, dimidium brachij Veneti erit latitudo, apts quidem quodlibet uel graue pondus ſu-
32 ſtinere † architectorum ipſorum iudicio, quibus lex plurimùm deferre couſueuit. l. ſeptimo menſe, ff.de ſtatu homi.l.j.ff.de uen.inſpic.l.Cicero.ff.de pœn.c. fraternitatis, de frigid. & malefic. aduertunt Bald. & Barb.c.ſuper literis, de reſcript.in principio.

Quamobrem pronunciandum bene & iuſtè appellatum ab ipſo Dominico fuiſſe, & malè iudicatum ad commodum Ioannis atque Vincentij; victumque victori etc. Patauij, Idib. Septemb. 1551.

Portius Forocornelienſis.

Et ita cenſuit Collegium Patauinum me relatore & conſulto, reiectis Campi Sampetri diſſentientis & aſſeclarum nugis.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Conſuetudo inueterata pro lege cuſtoditur.*
2 *Conſuetudo longiſſima, etiam in ſpiritualium tranſlatione, putà collationibus, electionibus etc. uires ſuas extendit.*
3 *Beneficij reſignationem infra menſem publicandam eſſe. & uide nu. 10.*
4 *Beneficia plura habere non licet.*
5 *Lites ſunt legibus exoſa.*
6 *Beneficij reſignatio in loco ipſius beneficij publicanda eſt.*
7 *Noua prouiſio an publicationi reſignationis beneficij æquipolleat. & nu. 10.*
8 *Titulos plures in re habere, utile eſt.*
9 *Collationes ſiue inſtitutiones in beneficio multas habere, optima res eſt.*
10 *Publicatio reſignationis beneficij ſi non fuerit facta, quo ipſius defectus per nouam prouiſionem ſuppletur.*
11 *Principis per præſentiam defectus omnes purgantur.*
12 *Præſcriptione centum annorum quis omni iure priuatē.*
13 *Antiquitas centum annorum qualibet iura immutare conſueuit.*
14 *Priuilegium, ſiue noua prouiſio, quæ ſubreptionis uitio laborat, nullius eſſe momenti.*
15 *Subreptionis uitio non caret gratia, quando Principi nō narratur, quod narrandum erat.*
16 *Mutare non debemus, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt.*
17 *Poſſidens legitima auctoritate, non eſt moleſtandus.*

CONSILIVM XVIII.

ADSIT MIHI SPIRITVS PARAcleti virtus, vt quod verum ſit, reſpondere valeam.

C A S V S.

EX FACTO proponitur, Reuerēdum dominum Hieronymum Pelizarium, procuratorem legitimè conſtituiſſe, qui liberè & abſque vlla fructuum reſeruatione prioratum Sanctorum Symonis & Iudę illi ipſi Pontificia auctoritate commendatum reſignaret. præſtitus eſt conſenſus huic ipſi ceſsioni ad commodum Reuerendi D. Othonis Parentij Ticinenſis diœceſia clerici die xij Febr. 1546. & eadem die ſupplicatio ſubſignata. Cæterùm, cùm Pelizariua ipſe exinde biennio integro ſacerdotium illud poſſediſſet, fructus etiam percipiendo, ægrotare cępit, vnde Reuerendus presbyter Otho literas Pontificias exegit, quibus exequutor conſtitutus fuit, qui ſanè die vj. Iannarij 1548. interloquutus eſt, Reuerendum presbyterum Othonem in actualem poſſeſsionem mittendum. Publicatio autem eorum facta eſt, & apprehenſa poſſeſsio die decima eiuſdem menſis & anni, in qua Reuerendus presbyter Otho tribus menſibus ſubſequentibus perſtitit. Demum, cúm Reuerendus Sancti Sepulchri Placentiæ Abbas ſacerdotium illud ueluti obitu Pelizarij vacans, non autem reſignatione cuidam Petro Baliſterio contuliſſet, quæſitum fuit, an Reuerendi presbyteri Othonis ius poſteriori hac collatione eliſum cenſeatur?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie cenſendum uideri, hanc ipſam Reuerendi Abbatis collationem longęui uſus auctoritate ſuffultam, longè potiorem
1 eſſe. † ius enim inde ex non ſcripto proueniens conſtitui ſolet. c. conſuetudo, in fi. j. diſtin. c. conſuetudinis, de conſue. & c. conſuetudinis, xj. diſt. & l. diuturna, & l. de quibus. ff. de legib. l. j. & ij. C. quæ ſit
2 longa conſuetu. † quæ ſanè concluſio in iurium ſpiritualium tranſlatione procedere ſolet, putà, collationibus, electionibus & eiuſmodi. c. querelam, de election. ibi, ad quam de antiqua conſuetudine pertinet electio. & ibi Abbas nume. quinto, & capit. conſultationi, de iure patrona. nume. tertio & quarto. & capit. ſecundo, de capell. monach. ubi Ioan. And. Butri. & Abbas, & capi. ea noſcitur, de his

quæ fiunt à prælat.ibi,niſi ex antiqua. & capi. audi-
tis,de præſumpt.ubi Abb.viij.notab.& c. de quarta,
eo.tit.Qua ratione Card.Zabarel.cenſuit,Canonica-
tua à capitulo Patauinæ cathedralis Eccleſiæ legiti-
mè conferri.c. cùm Eccleſia Volaterrana. uerſ.ſextò
quæro,& c. auditis, eo.tit.q.v. & vj. Quamobrem, ſi
conſtat huius ipſius Abbatis collationem conſuetu-
dinis auctoritate eiuſmodi fulciri,concludendum ui
detur, D. Othonē ipſi Baliſterio cedere debere.quod
pertractat Balb.tractatu præſcriptionum vj.q.princ.
nu.xviij.& xix.& iiij.q.v.principalis,nu.ix.& x.& ij.
quintæ partis princip.& nu.j.& ij.& quandoque re-
ſponſum extat: Oldrad.conſ.ccxcvj.nu.iij.Ancbara.
clxij. In quæſtione eccleſiæ. Alexand.v. in v.nu.iiij.
uerſi.ſed tamen prædictis.Abb.xciiij.lib.j.num.ij.&
in his,quæ ad iuriſdictionem actus pertinēt,Roma-
na Rota quandoq; decidit, cccclx. in nou. & ſecun-
dum no.impreſſ.tit.de præſcript.

Secundò idem concludendum uideretur, attento
3 iure ipſi Reuerendo D. Othoni competente, † cùm
enim proponatur illum ipſum infra menſem reſigna
tionem ipſam non publicaſſe, atq; ipſius ſacerdotij
poſſeſsionem adeptum non fuiſſe; quinimmo hæc
omnia poſt Pelizarij obitum celebrata fuiſſet;ſanè re-
ſignantis obitu,non autem reſignationis uirtute ſacer
dotium hoc uacaſſe uidetur.regula Cancell.de publ.
reſigna.ubi Gomel.plura requiri docuit.nempè pu-
blicatam non fuiſſe reſignationem, item nec appre-
henſam poſſeſsionem, & reſignantem in poſſeſsione
obiiſſe.Quæ cùm coniunctim in præſenti ſpecie eue
nerint,conſequens eſſe uidetur, ſacerdotium hoc Pe
lizarij obitu uacaſſe; & idcircò ius illud conferen-
di ad Abbatem ſeu ordinarium deuolutum fuiſſe. c.
poſt electionem,de conceſs.præb.ubi Abb.nume.iij.
4 † quod & ex Lateranenſi Concilij conſtitutione ob
ſacerdotiorum incompatibilium geminatam rece-
ptionem ſtatutum eſt.c.nulla, de conceſs. præb.& c.
de multa,de præben.& dignι.ibi,is quoque, ad quos
omnes aduertunt.

Tertiò concluſioni huic locum eſſe multò fortius
dicendum uidetur, ſi internas regulæ rationes publi
cationem ipſam requirentis perpendamus: nempè,
ut ſubiecti inde intelligant, à quibus prælatis ſacra-
menta eis exhiberi debeant. qui ſanè effectus cùm
animæ commodum reſpiciat,incomparabilis ponde
ris eſſe cenſetur.c.præcipimus.xij.q.j.c.cùm contin
gat,de iureiur.& c.conſilium, de obſerua.ieiu.
5 † Quartò ne inter expectantes litium cumulus augere
tur,quod à legis ratione prorſus alienum eſt.c.finē,
de dolo & contu.& c.ut debitus honor,de appella.&
c.ult.de reſcript. demum, ut ordinarij ipſi in confe-
rendis ſacerdotiis libera eorum facultate uti poſſent.
6 d.c.nulla,& d.c.de multa, de præben. † Qua ratione
publicationem ipſam in loco ſacerdotij faciendā re-
ceptum eſſe exiſtimatur.Ponta.conſi.cccxxxiij.in j.
dub. uerſ.ſeptimò cōſidero rationem finalem.Corn.
cxxxvij.in iij.Abb.xcix.lib.j.Deci.clx. in iij.dubi. &
Gome.atteſtatur in dicta regula de publicand.reſig.
7 q.ix.verſ.ex qua quidem publicatione. † Quamobrē,
cùm forma hæc ob hos ipſos effectus ab ipſo legiſla-
tore præfixa ſit,Principis præſentiam huic ipſi publi
cationi non æquipollere,quodq; Auditoribus ſacræ
Rom.Rotę placuiſſe, Caſsiod.atteſtatur reg.Cancel.
deciſ.xxj. & xxij.nu.vj. & vij. facit cap. cùm dilecta,
de reſcri.quippè φ legis ipſius ratio eiuſdem habe-
nas moderari ſolet.l.cùm pater.§.dulciſsimis. ff. de
leg.ij.l.cùm mulier,la ij.ff.ſolu.matri.c.ſi.de reg.iu.
in vj.& c.cùm ceſſante,de appell.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum uerius
eſſe cenſeo, atq; ipſi Baliſterio in hoc ipſo prioratu
nullum prorſus ius cōpetere cenſeo, quod pluribus
rationibus probari poſſe oſtendo. & primò,cū enim
Reuerendus ipſe presbyter Otho ſummum Pontificē
libello ſupplici iterum adiuerit,ſibiq; iterum priora-
tum huiuſmodi conferri, ac de illo prouideri petie-
tit, & ex quacunq; cauſa ſacerdotium uacet, Ponti-
fex illi prouiderit; conſequens eſt publicationis ip-
ſius defectum hinc omninò ſuppleri, & poſſeſsionis
8 ipſius acquiſitionis. † nec ambigendum eſt, quem
in huiuſmodi pluribus titulis ſe ipſum tueri poſſe.
c.poſt electionem,de conceſs.præb. & c.ij. de arbitr.
9 ubi Abb.in iij.not.poſt ueteres colligit, † quem plu-
res collationes ſeu inſtitutiones uel prouiſiones cu-
rare debere, ut ſi non ex priori, ſaltem ex poſteriori
obtinere ualeat.& c.ueniens,de præſcri.ubi Abb.nu.
xviij.docuit, quem poſſe titulos conduplicare, ut ſe
ipſum & iura ſua defendat. & Io.And.c. ſunt perſo-
næ,de priuileg.in vj.poſt Io.Monach.& c.cùm dile-
ctus,de conſue.& docuit Bar.l.iiij.ff.ad leg.Falc.cū
enim reus duriorem cauſam ſuſtineat, quia uelit no-
lit,iudicium ipſum ſubire compellatur. c. forum. §.
actor autem is eſt,de uerbo. ſig.l. inter ſtipulantem.
in princ.de uerborum oblig.in fin.prin. conſequens
eſt, optima ratione illum ipſum pluribus defenſio-
nibus uti non prohiberi.c.nullus pluribus.de reg.iu.
in vj.ubi Din.in prin.& l.nemo ex his.ff.eo.tit. ubi
10 Deci.& Cagn. † qua ratione receptum eſt,nouę ꝓ-
uiſionis adminiculo, publicationis ipſius defectum
ſuppleri.Lap.alleg.cxxxij.uerſ.ad ſecundam, ubi, ex
duplici cā quem poſſeſsionis retentionem conten-
dere docuit.& Pont. conſ.cccxxxiij. in ſecundo ar-
ticulo,uerſ.in contrarium tamen.& ſacram Roman.
Rotam ſepius iudicaſſe compertum eſt,Caſsio.deciſ.
xxj.ſuper reg.Cancell.nu.v.vij.& xj.& duabus deciſ.
ſeq.& Gome.ſup reg.de infirmis reſignantib.q.xiiij.
uerſ.breuiter.& in reg.de publican.reſign.q.vj.& xj.
ubi,plures ſacræ Rotę deciſiones adducit,quòd ex no
11 ua ꝓuiſione,publicationis defectus ſuſtinet. † Quin-
immo amplius idem is cenſuit,in ea φ̄ nulla ſit, dum
modo coram Principe fiat, cuius pñtia defectus oēs
fugare ſolet.l.oīum.C.de teſtam.l.in donat.C.eo. de
dona.l.cùm oſtendimus.ff.de fideiuſſ.tut.in fi.Ale.l.
pacta nouiſsima.C.de pact.in princi. dixi poſt Aret.
nu.xiij.in c.per tuas,de prob.in Glo.pen. quod qui-
dē potiſsimùm in pñti negotio dicendum vr̄, cū cō-
ſtet de ſummi Pontificis uoluntate ipſi Reuerendo
pſbytero Otthoni prouidere uolentis in quocunq;
caſu iuris ei in hoc ipſo ſacerdotio non cōpetētis, ut
ex clauſulis ꝑgnantibus in noua prouiſione expreſsis
apparet. Quare ab eius uoluntate in his in quibus ſu
premam facultatem habet, nullo modo recedendum
ſit.c.propoſuit,de conceſ. præben.c.dudum, c.quā-
uis,in vj.Inno.Butr.Imol.& Abb.c. quæ in eccleſia-
rum,de conſtitutio.in j.memb.theoricæ Abb.

Secundò

Secundò nullũ ius Baliſterio ea huius ipſius Ab-
12 batis collatione quæſitum uidetur: † quia, ut in fa-
cto proponitur, à centum annis citra ſacerdotium
hoc conferendi facultatem non exercuit: vnde omni
iure priuarua exiſtimatur.d.c.cùm Eccleſia Volater-
rana, ubi Cardi. & d.c.ea noſcitur, & d.c.querelam,
& c.de quarta, ubi Feli.& Bal.l.ij.uerſi.quæro ergo.
C.de ſeruit. & aqua, cum aliis adductia à Balbo in
dicto tractatu præſcript.ij. parte quartæ principalis,
q.j.nume.vij. idque potiſsimùm cùm Pontificia ſe-
des contulerit & diſpoſuerit.d.c.propoſuit,& Doct.
13 cap.non liceat,& capit.auditis, de præſcript. † Vetu-
ſtas enim huiuſmodi quælibet iura permiſcere ac im
mutare conſueuit.capi.ſuper quibuſdam, cap.præte-
reà, de uerborum ſignific. ubi Abb. antiq. Burri. &
Panormi.& l.j.§.denique.de aqua plu.arcend.ibi,ue
tuſtatem legis. & uidit Bald. conſi. incipien. Verba
Cini. dixi diffusè in rub.de conſti.in q.illa,an Chri-
ſtianiſsimus Gallorum Rex ſecundum iuris rationẽ
Cæſari faſces ſubmittere debeat?

Tertiò non ſuffragatur aſſerta quędam noua pro
14 uiſio ipſi Baliſterio facta; quia reſponden, † illam ip-
ſam ſurreptionis uitio prorſus laborare: quippé, quod
in ea conceſsionis & poſſeſsionis ipſius Reuerendi
presbyteri Othonis mentio nulla fiat.c.ſuper literis,
de reſcrip.ubi Glo.in uerbo literas dediſſemus.Bur.
Imo.& Abb.& Feli.nu.vij.& c.ſi motu proprio, in
fin.de pręben.in vj.ubi Gemi.& Franc. Qua ratione
poſſeſsionis illius mentionem faciendam ſtatutum
eſt, quæ uel aliquo colore defendi poſsit. c. quo no-
ſtris, de conceſſ.præben.ubi Abb.in compen. & pe.
& ulti.not.nu.vij.& viii.& nu.xviii. uerſ. quandoq;
15 nuncio de facto.at † cùm nihil ſit ſummo Pont.nar-
ratum, conſtat gratiam huiuſmodi ſurreptionis ui-
tio nullam exiſtimari.c.cùm dilecta, c.cùm à Deo,
c.cõſtitutus, c.ad aures.c.ſi proponente.c.ad audien
tiam, ubi Docto.omnes colligunt,& d.c.ſi motu, &
cap.cùm in illis, & capi.non poteſt, de præb. in vj.
& clem.j. eo.tit. Quod ſacra Rom.Rota quandoque
cenſuit deciſ.ccxxx.in nouis.ſecundum impreſſa.ue-
terem, ſecundum nouam.xxiiij.tit.de reſcript.& ſeq.
& ſecundum eandem impreſs. deciſ.xvij.de præb. &
quandoque reſponſum extat, Reuerendiſs. Cardin.
Pariſi.conſi.lj.nu.xxxv.& xxxvj.& conſi.lxxiij.num.
xx.in iiij. Quamobrem iudicandum uidetur, Reue-
rendum ipſum D.Othonem legitimè uexari nõ poſ
ſe: quinimmò Baliſterium ipſum in expenſis con-
demnandum. Non mouent ſuperius adducta in op-
poſitum. & primò, quòd Reuerendi Abbatis col-
lario præferenda uideatur: quia immo nullum ei cõ-
ferendi ius cõpetere aſſeuerari poteſt: quippé, quòd
temporis eius lapſu cuius initij memoria non extat,
ſi quod habebat, exutus intelligatur.d.c. cùm Eccle-
ſia Volaterrana, de elect.d.c.querelam, cum aliis ſu-
perius adductis.

Secundò non urget, publicationẽ ante reſignan-
tis obitum non eſſe factam infra tempus ab ipſa re-
gula præfixum: quia nouæ prouiſionis adminiculo
defectus huiuſmodi uitium ſublatũ exiſtimatur: de-
ciſionibus ſuperius adductis.

Tertiò non obſtat aliquos urgere, ut Caſsiodorus
16 atteſtaт̃ dictis deciſionibus: † quia minimè mutanda
ſunt, quæ certam interpretationem habuerunt.l.mi-
nimè.ff.de legib & c.j.& c.non innitaris, de conſtit.
ubi Docto.& l.j.ff.de officio Quæſt.ibi, & ſanè cre-
17 brior. † Quamobrem iudicandum cenſeo, Reueren-
dum presbyterum Othonem indebitè ab ipſo Bali-
ſterio uexari non poſſe, legitima auctoritate poſsi-
dentem.c.ex literis, de probat.§.commodum.inſt.de
interdict. l.in pari.ff.de reg.iur.c.cùm partium, eo.
tit.in vj.Glo.c.nulli, xij.q.v.& Bal.cap.j.de reſcript.
Laus Deo, Patauij. v. Idus Aprilis. 1553.

Portius Forocornelienſis hæc ſcripſi,
ſaluo ſemper etc.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Alimenta filijs naturali iure debentur.*
2 *Legitima filijs debita eſt iure naturæ.*
3 *Filius per implorationem officij iudicis cogit patrem ad ipſum alendum.*
4 *Dos à patre ut conſtituatur, filia officium iudicis implorat.*
5 *Bona hypothecata eſſe pro dotis conſtitutione atq; conſeruatione.*
6 *Bonorum præſentium et futurorum appellatione ueniũt actiones nominaque debitorum.*
7 *Dotis fructus ad maritum ſpectare.*
8 *Dote non ſoluta, fructus deberi ſine interuſurium.*
9 *Onus ubi eſt, ibi & emolumentum eſſe debet.*
11 *Occiſor indignus eſt occiſi hæreditate.*
12 *Occiſor, etiam hæredibus occiſi ſuccedere non poteſt.*
13 *Dolorem iuſtum temperare difficillimum eſt.*
14 *Mantuæ Illuſtriſſimus Dux uicem Cæſaris in eius ditione obtinet.*
15 *Omne, qui dat, nihil ſibi retinere exiſtimatur.*
16 *Princeps, qui delinquenti parcit, ipſumque reſtituit, omnem ab eo maculam abſtergit.*
17 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
18 *Princeps ſupplet ætatis defectum.*
19 *Clauſula ex certa ſcientia omnem uitij fraudiſque ſuſpitionem tollit.*
20. *Minores nequaquam poſſe alienare abſque curatorum auctoritate.*
21 *Pater naturali ratione uehementi amore erga filios incenditur.*
22 *Benefacienti benefacere debemus.*
23. *Fraudis ſuſpitio ceſſat inter patrem & filium.*
24 *Clauſula illa ponens in locum eius etc. quanta ſit uirtutis.*
25 *Hæres tenetur ad onera defuncti.*
26 *Hæres hæredis etiam ad dicta onera obſtringitur.*
27 *Interpretatio in ambigua conuentione contra illum facienda eſt, pro quo profertur.*
28 *Filij ueluti liberum ius adeundi habent, ita & repudiandi etiam uel abſtinendi.*
29 *Animus potius factis, quàm uerbis declaratur.*
30 *Mens diſponentis diligenter attendenda.*
31 *Priuatio præſupponit habitum.*
32 *Renuntiatio iurium citra ius & nomen hæredis fieri nequit.*
33 *Renuntiatio ſimpliciter facta, de his intelligitur, quæ renuntianti ex cauſa de præſenti competebant, non de futuro. & nu. 59.*

34 *Donatione facta omnium bonorum præſentium & futurorum, non comprehendi lucrum dotis ob mortem uxoris uiro competens ex ſtatuti forma.*
35 *Aditionem hæreditatis per quos actus fieri.*
36 *Renuntiatione iurium facta, ad ea amplius non datur regreſſus.*
37 *Iuramentum ualidat contractum, etiam ſi enormis interuenerit læſio, & eſt cõis opin. & uide nu. 47.*
38 *Litium finis exoptandus eſt, illisq; imponendus.*
39 *Iuramentum prorſus impuberis an obliget, & nu. 46.*
40 *Iuramenti comites tres ſunt, iuſtitia, ueritas & iudicium.*
41 *Dolus ubi ineſt, pactiones & cætera conſiſtere nequeunt. & nu. ſeq.*
42 *Iuramentum dolo præſtitum, inualidum eſſe. nu. 45.*
43 *Argumentum ab effectu firmum eſſe.*
44 *Iuuenis quis ſit moribus an ætate parum refert.*
45 *Iuramentum dolo extortum non ligare, etiam abſolutione non petita.*
46 *Impubes an iuramento obligetur.*
47 *Læſio enormiſſima ubi interuenit, nihil operari iuramẽtum ad ualiditatem contractus, & eſt cõmunior opi.*
48 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
49 *Contractus ſtrictè interpretantur.*
50 *Renuntiatio iurium non facilè præſumitur.*
51 *Renuntiatio facta ab actore in petitorio, dominij tranſlationem non infert.*
52 *Interpretatio contra eum facienda eſt, qui apertius legem dicere potuit, & non fecit.*
53 *Conſenſum non operari ultra diſpoſitionem certam atq; limitatam.*
54 *Pacta ſpecialia non extendi.*
55 *Clauſula qualibet quamuis prægnans & iurata referri tantùm debet ad id, quod expreſſè actum eſt.*
56 *Tacens, non uidetur in ſui præiudicium fateri.*
57 *Præſumptio fortior debiliorem elidit.*
58 *Tex. l. de his. ff. de tranſact. nonnullorumque aliorum iurium declarantur.*
59 *Facta non præſumuntur.*
60 *Qualitas in libello deducta, neceſſariò probanda eſt.*
61 *Conductor penſionem non ſoluens expelli à domino põt.*
62 *Hæres exiſtimari debet, qui fecit, quæ citra ius & nomen hæredis fieri nequeunt.*
63 *Ius accreſcendi regulariter in contractibus locum non habere.*
64 *Ius accreſcendi in feudis non habere locum. fall. tamen.*
65 *Feudis an locum habeat ius accreſcendi.*
66 *Hæreditatis aditio multis inducitur modis.*
67 *Hæreditatis aditio fit per bonorum deſcriptionem ſiue fructuum.*
68 *Alimenta negare, eſt necare.*
69 *Impenſa facta à parente in rebus filiorum repeti poteſt, ſi tamen animo repetendi facta fuerit.*
70 *Donatio præſumitur inter coniunctos: ſed uide nu. 75.*
71 *Maritus non repetit quæ pro uxore curanda erogauit.*
72 *Mater, ſi quid filiorum cã expendidit, regulariter non repetit.*
73 *Patruus erogans aliquid pro nepotibus, an repetat.*
74 *Matrimonium quò ad thorum, ut ſeparetur, ſola fornicatio ſufficit.*
75 *Donationem non præſumi, etiam inter coniunctos. fall. nume. ſeq.*
76 *Alimenta à uitrico priuignis præſtita præſumuntur animo repetendi.*
77 *Tempus longum aliquando dicitur trium uel quinque annorum.*
78 *Alimenta præſtita repetuntur, etiam à marito, ſi tamen dos ſoluta non fuiſſet.*
79 *Statuta ueluti potiora attendi debent.*
80 *Alienatio bonorum præſertim immobilium, ætate minorum, ad hoc ut ualeat, decem qualitates concurrere debent.*
81 *Poſſeſſor malæ fidei ad fructuum reſtitutionem tenẽ.*
82 *Expenſæ factæ reſtituendæ ſunt, licèt de mandato non appareat, ſi tamen opus probatum fuerit.*
83 *Ratihabitio retrotrahitur, mandatoq; æquiparatur.*
84 *Expenſæ neceſſariæ reſarciendæ ſunt, & quæ nam ſint illæ.*
85 *Expenſæ neceſſariæ et utiles, etiã à malæ fidei poſſeſſore repetuntur.*
86 *Donatio non præſumitur.*
87 *Tex. in §. ex diuerſo, inſtitu. de rerum diuiſ. & ſimiles declarantur.*
88 *Neceſſitas diſſoluit uincula iuris.*

CONSILIVM XIX.

SPIRITVS PARACLETVS ADSIT, vt veritati conſona ſcribere valeam.

IN propoſita multiplici quidem ac in-
trincata ſpecie, ambigui iuris eſſe non
videtur, quin D. Io. Franciſ. Cappius
nobilis Mantuanus, quod ad primum
petitionis illius caput attinet, certum
ius ac iuſtam cauſam fouere uideatur.
cùm etenim conſtet, D. Ludouicum Fontanam Frã-
ciſcam eius filiam ipſi D. Cappio mille aureorũ con-
ſtituta dote locaſſe: quod ad ipſius conſtitutionem
1 attinet, † ſanè naturali rationi paruiſſe intelligitur
eos ipſos, qui geniti ſunt, alendos eſſe; dictante l. j. in
prin. ff. de iuſtit. & iur. ibi, liberorum educatio. inſt.
de iur. nat. gent. & ciui. §. ius autem naturale. & c. ius
naturale, ibi, ut viri & fœminæ, ſ. diſtin. & l. i. de bo-
2 nis damn. † Qua ratione à legiſlatoribus ipſis conſti
tutum fuit certam portionem ab ipſis parentibus fi-
liis relinquendam eſſe. l. Papinianus. §. quarta, ff. de
inoff. teſta. & in auct. de trien. & ſemiſſ. & in auct. ut
cùm de appell. cognoſc. §. aliud quoque. ubi Bart. &
Ange. cuius quidem uicem dotem ſubire traditum
eſt. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. &
demonſtr. ubi Bar. & Io. ab Imol.
Acceſsit & naturali huic rationi publica quoque
utilitas, quæ in hoc uerſatur, ut mulieres dotem ip-
ſam accipientes, uiris coniungantur, ut ciuitas libe-
ris hominibus repleatur. l. j. ij. & iij. de iure dot. l. j. ff.
ſolu. mat. ubi Docto. & pertractant Bal. & Campe. in
3 tract. dotium. † Et idcircò quemadmodum filius iu-
dicis officium implorat, ut pater illũ ipſum alat. l. j.
ij. & iij. C. de alend. lib. l. ſi quis à lib. ff. de lib. agnoſ.
ubi Bart. & Docto. c. cùm haberet, de eo qui duxit,
4 quã poll. p adult. † eodẽ quoq; remedio filiabus ipſis
ſuccurri cõſueuit, vt dos ipſis à parẽtibus cõſtituatũ. l.
dedit dotẽ, de coll. bono. ubi Alb. & Bart. & l. & ideò.
ff. de

ff.de in rem verſ.& l.profectitia.ff.de iure dot.§.ſi fi-
liusfamil. & l.cognouimus, à locu ſpeciali. C.de hę-
red.ubi Bal.& Sali.& ſæpius pertractatum extat:Bal.
Nouel.& Io.Campeg.in d.tract.dot.

Cæterùm in propoſito caſu quamuis ipſe Fonta-
na parens pius ipſi filiæ dotem conſtituerit, & ipſi
D. Cappio genero eam mille aureis conſtitutã, nu-
merare ſpoponderit, & publico documento,eo no-
mine omnia bona ſua ſuppoſuerit, defecit tamen,
nec conſtat, quòd ſummam huiuſmodi perſoluerit:
quamobrem & naturalis atque ciuilis iuris arctiſsi-
mis uinculis eum obſtrictum compelli potuiſſe,cer-
tiſsimi iuris eſſe cenſetur.l.ſi pater. l. ad exactioné.
C.de dotis promiſſ.l vnica.C.de rei vxo. action.ubi
Docto.& §.fuerat,inſti.de actio.ubi Auge. & Iaſ. &
Barto.l.ij.C.de condit.ob cauſam. Alexand. Soci. &
5 Rui.rub.ff.de uerb.obliga. † Conſtituit enim Iuſti-
nianna bonorum ipſorum ſuppoſitionem & pro ip-
ſius dotis conſtitutione atque conſeruatione plura
ſingularia iura conceſſa intelligi.d.l.vnica. C.de rei
uxo.actio.& l.aſsiduis.C.qui potio.in pigno.& Do-
cto.l.j.ff.ſolu.matri.vnde in propoſito caſu, cùm ip-
ſe Fontana promiſsionis huiuſmodi contemplatio-
ne vniuerſa illius bona præſentia atq; futura ſuppo-
ſuerit, conſequens eſt, ipſi Do. Cappio ius aduerſus
huiuſmodi promittentem competere, itemùe & bo-
na illius.l.ſi.C.quæ res pigno.oblig.poſ.ubi Docto.
& l.iij. C.de hæred.actio.ubi Barto. Bald. & Salice.
& Barto.l.Quintus.§.argento.ff.de aur. & argé. leg.
quod multò magis dicendum eſt, cùm ſola mentio
in ipſius ſponſionis documento facta fuerit ſponſio-
nis huiuſmodi bonorum præſentium & futurorum.
6 † vnde & actiones nominaque ipſa illius vinculo cô-
prehenſa fuiſſe creduntur. l. à Diuo Pio. §. in uen-
ditione.ff.de re iud.ubi Docto.l.cùm Tuberonis.§.
penul.ff.de pecu.leg.Barto.& Caſtren.l.poteſt pup.
ff.de aucto.tuto.l.mouentium.ff.de uerborum ſigni.
ubi Alcia. Butri. Anchara. Imol.& Abb. cap.nulli,
de rebus Eccleſ.non alienand. quod pertractatum,
atque quandoque reſponſum extat: Neguſa. tracta.
pign.ij.par.& ſecundo memb.nume.ix.Corne.conſ.
ciiij. in ij. & clxxiij. ad finem. Amplius, cùm ipſe
Cappius matrimonij onera pluribus annis ſuſtinue
rit,indubitati iuria eſſe uidetur, eum non ſolùm do-
7 tem, quæ illico perſoluenda fuiſſet, † verùm etiam
ipſius quoq; fructus,qui ad uirum matrimonij one-
ra ſuſtinentem ſpectare intelliguntur.l.dotis fructus.
ff.de iure dot.l.inſulam.§.fructus.ff.ſolut.matri. ubi
Albe. Bart.Io.ab Imol.& Alex.decet enim,cùm na-
turali iure parens atq; ciuili filias illas alere compel-
latur.d.l.ſi quis à liberis. & idcircò dotis ipſius con-
8 ſtitutio introducta fuerit. d. §.Titio genero. † ſi illa
ſoluta non fuerit,alimenta quoque deberi, id eſt ip-
ſius ſummæ promiſſæ fructus, quod & Pontifici
quoque ratione inſpecta abſurdum non uidetur.c.ſa
lubriter,c.conqueſtus.de uſur. ubi Ioann.And.Butr.
& Abb.docuerunt. Quæ quidem concluſio in pro-
poſito caſu omni proculdubio legitima exiſtimatur,
idque potiſsimùm reſpectu fructuũ portionis illius,
quam in immobilibus bonis ipſe Fontana cõſtitue-
re ſpopondit.d.l.dotis fructus, d.§. fructus, d.l.inſu-
9 lam. † dictat etenim hoc naturalis ratio, ut qui one-
ra ſubit, iuuari quoque debeat.l.j.ff.de legitimis tu-
torib.l.ſecundum naturam.ff.de regu.iur.capi.cùm
inſtantia, de cenſib. exactionib. & procurationib.
l.j.§.denique ait.ff.de aqua pluui. arcend. ibi, ſicut
enim omnis terræ pinguedo. Quam quidem ratio-
nem,cùm & Pontificia lex plerumque præ oculis ha-
beat,capi.j.de pact.ubi Docto. capit.relatum, capit.
10 cùm eſſet, de teſtamen. † conſequens eſt, decennij
curſum huic ipſi iuri diſſoluendo non ſufficere, re-
ceptius intelligi. Romau. conſi.cccexvij. Corn. ccl.
in ſecundo,& liij.in quarto. Alexand.lx. in ſecundo.
Docto.d.§.uſuras.Camp.dict.tract.dotis, q.vj.
11 † Et ſi quis diceret D. Cappium ipſum cùm uxo-
rem interfecerit,ipſius ſucceſsione indignum reddi-
tum fuiſſe; quippè, qui & Corneliæ atque Pompeię
legis reus conſtitutus uideatur: & idcircò bona il-
lius fiſci iuribus acquiſita intelligi. l. j. ff. ad legem
Corne.de ſicar.l.j.l.penul.in fi.prin. ad legem Pom-
pei.de parricid. ubi Docto. & l. poſt contractum.ff.
de donation.& l.ſi quis poſthac.C.de bonis proſcri.
ubi Ange.& Salice.& cap.cùm ſecundum, de hæret.
12 in ſexto. † Quod & uerum eſſe quoque cenſetur, ſi
is eius ipſius hæredibus ſuccedere uellet,adhuc enim
indignus exiſtimari debet. Azo in ſumma C. de his
quibus ut indign.& l.fin.§.fin.ff.de bonis damnator.
& l.in hæredem.ff.de calumni. & l.Lucius.ff. de iure
fiſc.ubi Barto.uerſicu.ſecundò noto. Quippè,quòd
hæres ipſe eandem cum defuncto perſonam ſuſtine-
re uideatur.l.ij.§.ex his.ff. de uerborum obligat. ubi
Doctores, auctẽ.de iureiuran. à morien.præſti.§.
j. & l.hæredis appellatio.ff.de uerbo.ſignifi.l.fin. C.
hæred.inſti.

Reſpondeo, cùm Cappius ipſe Illuſtriſsimi atq;
Excellentiſsimi Ducis diplomate reſtitutus fuerit,
quippè quòd benignus Princeps rem illam fortè tẽ-
13 peratius pertractandam inſpexit, † quòd iuſto ſit ple
rumque dolori parcendum.l.marito. ff. ad leg. Iuli.
14 de adult.l.Gracchus. C.eod. † de cuius quidem fa-
cultate, cùm in eius iuriſdictione Auguſti Cæſaris
uicem obtineat, uereri prorſus nefas exiſtimo. l.j.§.
de qua re. ff. de poſtul. ubi Barto. & idem l. ij. §. ſi
quis à principe.ff.ne quid in loco publi.& l.quomi-
nus.ff.de fluminib. & l.infamem.ff. de publi. iudic.
& l. hoſtes.ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. & Butriga.
Imol.& Abb.capi.non liceat,de præſcript.& cap.per
uenerabilem, qui filij ſint legit. quod poſt Ripam
& alios recentiores diſſerui rubri.de conſtitu. Qua-
re conſequens eſt, cùm prorſus habilis ſit effectus,
cenſeri perinde ac ſi nullo pacto damnatus fuiſſet.
15 † Quæcumque enim iura Princeps ei reſtituit, ergo
nihil non ei reſtitutum exiſtimari debet.l. omnia.ff.
ſi certum peta.l.j.ff.de legat.j.capi.j.de conſtitu.ubi
Gloſſ.in uerbo ab omnibus. & cap.quoniam contrà,
de probation.in uerbo vniuerſa. & l.ſi is qui ducen-
ta.§.utrum. ff. de reb. dub. Principis enim reſtitutio
plenius interpretanda uidetur.l.fina. C. de conſtitu.
16 princ.c.cùm dilecti,de dona. † & omnem maculam
abolere exiſtimatur.Bal.l.Imperial.C.de nup. & Sa-
lic. Doct. colligunt in l. Gallus.§. & quid ſi tantum.
ff.de libe.& poſthum. l.j.ij. & iij.C. de ſenten. paſs.
quod pertractatum atque ex facto reſponſum, nec-
non & deciſum extat: Marti. Lauden. in tractatu

de priui. fiſci, priuil.cxxxij. Princeps concedendo.
& idem in tract. de crimine læſæ maieſtatis, q. iiij.
nu.viij.& Nellus in tract.bannitorum, v. & vj.q.ter-
tij temporis. Fede. Senen. conſi. lxxvj. Quidam eſt
ingreſſus. & Reuerendiſs. Cardi.Pariſ. conſ. lxix.in
iij.nu.cxciiij.uſq; in fi. & AEgid.Bellame.deci. dix.
& dcliij.

Quod quidem reſtitutionis beneficium quàm la-
tiſsimè interpretandum, illinc quoq; conſtare po-
17 teſt; † quòd Princeps caſum ipſum expreſsit, in quo
reſtitutionem non prodeſſe uoluit, putà, ſi fortè ali-
qua bona à fiſci procuratore in alium tranſlata fuiſ-
ſent: ergo in reliquis omnibus plenius eum reſtitu-
tum interpretari debemus.arg.l.cùm prætor, de iud.
& c.nonne, de præſumpt. & l.nam quod liquidæ, ff.
de penu leg.& l.maritus.C.de procur. & l.tribunus.
§.fi.ff.de milit.teſt.& l.quæſitum.§.deniq;.ff.de fun.
inſtruc.ubi Bar.& docuit Din.rub.de regu.iur.in vj.
Deci.rub.ff. eod.tit. nume. xxvj. & xxvij. & ibi Ca-
gnol.

Præterea conſtat honeſtam Franciſcam atque Lu-
cretiam ius eis omne tàm in paternis, quàm in ma-
ternis competens & iuribus legitimè ceſsiſſe; de cu-
ius quidem ceſsionis iuribus nemini ambigendum ea
ratione cenſeo, quòd ius ipſis competebat in priori
gradu deſcendentibus.§.j.de here.ab inteſt.& §.j.in-
ſtit.eo.& l.maximum uitium.C.de libe. præte. quod
ſæpius pertractatū eſt, Cin. Din. Oldendor. & Vbal.
in tract.de ſucceſ.ab inteſt. lex enim inteſtatæ matris
bona ad filios filiaſùe illæſa peruenire conſtituit. l.j.
C.de bon.mater.ubi Docto. & Deci, ſæpius ex facto
conſultus reſpondit conſ.j.& liiij.

Acceſsit & huic ipſi ceſsionis actui principis ip-
18 ſius auctoritas, ut conſtat in actis, † qui illas quod
ad ætatis defectum attinet, habiles reddidit. l.fi, C.ſi
contra ius uel util.publ.ubi Glo.magna, Bart. Bald,
& Sali.& d.§.ſi quis à Principe. nam, cùm à legis hu-
manæ nutu uitium huiuſmodi proficiſcatur, toto tit.
ff.de rebus cor. & inſtit.de aucto.tut. & toto titu.de
minorib.conſequens eſt, uiuæ legis uirtute auferri po-
tuiſſe.l.j.& ij. C. quando liceat ab empt. diſced. & l.
ab emptione.ff.de pact. ubi Iaſ. & l. nihil tàm natu-
rale.ff.de reg.iur.& l.iura ſanguinis.eo.titu. & clem.
paſtoralis.§.cæterùm, de re iud.& §.fin. Inſtit.de iure
natu.gent.& ciui.& §.ſi. inſti.de leg.agna.tut.Gloſſ.
Bald.& alij c.quæ in Eccleſiarum, de conſti. & c.fin.
de conſue. ubi declarando quæſtiones Abbatis la-
19 tius diſcuſsi. † Quamobrem omnis quidem & frau-
dis ac cuiuſcunq; uitij ſuſpicio ab huiuſmodi ceſsio-
ne prorſus abeſſe intelligi debet, cū ex certa Princi-
pis ſcientia confecta fuerit.c.ſi motu, de præbē.in vj.
ubi Archi.Gemi.& Franc.Spec.de empt. & uend.§.
j.uerſi.& breuiter ſecun.& Inno.c.innotuit, de eo q
furtiuè ordin. Docto.l.ne quicquam.§. ubi decretū.
ff.de off. Proconſ.& l.ſciendū.ff.de uerb.obl. & Bal.
d.l.cùm id.§.ſi prætor.ff.de tranſact.& quandoq; re-
ſponſum extat i Caſtr.conſ.lix.in j. Curt. ſeni.conſi.
xlviij.nu.xlv.& xlix.nu.lxxv.Alex.conſ.xlj. in v.nu.
xij.Iaſ.conſ.lvj.nu.j.in j.
20 Præterea † & ipſius quoq; curatoris legitimè cō-
ſti tuti auctoramentum non defuit, quemadmodum
lex in huiuſmodi minorum iuribus alienandis requi-
rere ſolet.toto titu.de rebus eorum, & inſtit.de au-
cto.tut.§.j.& l.lex quæ.C.de adminiſtra.tut. & l.ij.§.
cum his, de iudi.& Docto.l.cùm his.ff.de fideiuſſ. &
pertractauit Fabi.in d.tract.de emp.& uend.q.v.nu.
xcv. ubi latiſsimè diſcutit. Quare conſtat quod ad
internam efficientis cauſæ habilitatem attinet, hu-
iuſmodi ceſsionem maximè legitimam fuiſſe, cuiuſ-
modi facultas in primis inſpicienda cenſetur.l.ſi quę-
ranius.ff.de teſtam.ubi Albe.& Bar.& c.at ſi clerici,
de iudi.& c.ſi diligenti, de foro compe.& c.j.& ij.de
accuſ. in vj.

Rurſus quod ad externa uitia attinet, nempè quæ
extra cedentis perſonam contingere ſolent, nullum
quoque uitium ſubeſſe conſtat: nam cauſa iuris hu-
iuſmodi in parentem transferendi iuſtiſsima fuit,
21 † cùm is naturali ratione adeò uehementi erga filios
amore impulſus fuerit.l.in ſuis.ff.de libe. & poſtu. l.
patris & filij.ff.de vulg.& pupil.& l.fi.C.de cura.fu-
rio.& c.afferte, de præſumpt. ut licèt inops ſit, nulli
tamen ſumptui pepercerit, ut eas Ieſu Chriſto lo-
caret, quo nomine & ſexcentos aureos eis ipſis nu-
merandos curauerit, & ſuppellectilia quoque neceſ-
ſaria. Quamobrem & uice mutua adductæ filiæ ali-
quod grati animi documentum erga pium parentē
22 ſtatuere decreuerunt; † cùm & naturali atque ciuili
nexu ſeſe obſtrictas animaduerterent. d.l.fin. C.de
inſtit.& ſubſtit.d.l.patris & filij, & argum.l. nam &
ſi parentibus.ff.de inoff.teſtam.& l.ueluti.ff. de iuſt.
& iure.& l.item ueniunt.§.conſulmi.ff. de peti. hæ-
red. Docto. maximè Soci. Rui. & Crot.rub.de uerb.
23 obligat. † quare, conſequens ſit omnem fraudis ſu-
ſpicionem in huiuſmodi iurium abdicatione ceſſa-
re.l.pen.C.mand.ubi omnes, & d.l.cùm hi.§.ſi præ-
tor, & §.motus, de tranſact. Nam & ipſæ quoque co-
gitarunt huius ipſius humanæ conditionis afflictio-
nes ad futuram gloriam comparandas non eſſe, &
idcircò theſaurum ſibi parare cupientes, ubi nec ti-
nea nec erugo demolitur; corruptibilia à ſe ipſis ſa-
pienter abdicanda putarunt.l.ſi.C.de ſacroſan.Eccl.
ubi Bal.nu.iij.& c.præcipimus, xij.q.ij.& toto tit.de
ſtatu monach. Goffred.& Hoſtienſ.in ſumma, eod.
titulo.

Ad hæc ipſius quoque ceſsionis titulus non ine-
ptus eſſe cēſetur; nempè cuiuſdam renuntiationis ac
donationis in ipſum parentem collatæ, toto titulo.
ff.de hæred.uel actione uend.& l.fina.C.manda. ubi
omnes aduertunt, idque præſertim, cùm & legitima
24 quoque fuerit illius conceptio, † nempè ponendo
in earum locum parentem earum. Albe. Barto. Ang.
& Alexand.l.ij.§.fi.ff.de noui operis nunciat.& l.pla-
nè, cum Glo. ff. famil.erciſc.Bald. & Salic.l.per di-
uerſas, C.manda.& Specu.in titu. de ceſsione actio-
nis.§.ij. Bald.l.j. C.de obligat. & action. Ioann. de
Graſsis in tractatu de ceſs. in principio, & per to-
tum, & Fabi. in dicto tractatu de empt. & uendit.
Quæ cùm eiuſmodi ſint, nemini dubium eſſe de-
bet, quemadmodum pater ipſum Fontanam conue-
nire poterat, uel ratione perſonæ, uel bona eius uen-
25 dicare; ut ſuperius dixi, † ita aduerſus quoque
ipſum Tridapalęum illius hęredem idem gladius di-
ſtringi ualeat.d.l.ij.d.§.in his, de verb.obl.l.veteris,
C.de contr.ſtip.l.cùm à matre.C.de rei uend.l.uen-

ditrici.

ditrici.C.de reſcind.uend.l.cùm qui.§.j.de uerb.ob.
Cùm enim dulcedinem fructuum bonorum ipſius
Fontanę Tridapalęus ipſe deguſtauerit, atq; aſsiduè
deguſtet, impium eſt atque aduerſus ęquitatem ip-
ſam naturalem, onus ſucceſsionis à ſe ipſo excutere
l.j.de acqui hære.l.nihil aliud, de uerb.obl.ubi recē-
tiores.d.l.nihil tàm naturale, de regul. iur.l.ius no-
ſtrum, eo.tit.l.cùm hæredes, de acqui.hæredit. Nam
dici conſuenit, cùm is Catherinę ſucceſſerit, & ipſa
filio Aloyſio hæres fuerit.inſti.ad Senatuſcouſ. Ter-
26 tul.§.præferuntur. † quòd conſequens ſit, illum ip-
ſum rectè conueniri tã quã hæredis hæredē.d.l.hæ-
redis, la j.& la ij.de uerb.ſign.l.ſi quis filium.§.fi.ubi
Glo.& Iaſ.de acqui hęred.l.fin.C.de hęr.inſtit.ubi
omnes. Nec mouet ceſsionē huiuſmodi idcircò ua-
cuam ac inanem allegare, & fruſtrà factam contendi
l.quoties, qui ſatiſd.cog.l.uerbis ciuilibus. ubi Do-
cto.ſuper uerbo fruſtrà. quippè quòd ipſe matris hę-
27 reditatem adiſſe nō probetur. † unde aduerſus Cap-
pium, qui ex ea innititur, interpretatio facienda ui-
deatur.l.ueteribus.ff.de pact.d.l.actor, & l.cùm à ma
tre.C.de probationib.& l.duo ſint Titij.ff.de teſta.
tute. & d.c.in præſentia, de proba.ubi dixi poſt ue-
teres, & multò fortius ipſi actori id obeſſe dēt iudi-
cij ipſius cauſę cuidam efficienti.c.forum, in princi.
de uerbo.ſignific.l.inter ſtipulantem, in fi.principij.
ff.de verb.obl.Barto.l.properandum.§.ſin autem.in
fin.C.de iud.Glo.Clem.ſępe, ſuper uerbo pronun-
ciabit.dixi latiſsimè.d.c. quoniam cōtrà, ſuper uerb.
exceptiones, de proba.
28 Nam reſpondeo, † cùm huiuſmodi filiabus libe-
rum adeundi ius competeret, & idcircò & repudian-
di uel abſtinendi l. is poteſt, ubi Docto. ff.de acqu.
hæred.§.fin.inſtit.de hęr.quali.& diffe.& l.eius eſt.
ff.de reg.iur.& l.nolle adire.ff.de acquir.hęred. & l.
pater Seuerinam, in prin.ubi Bar.ff.de condi.& de-
monſt.ipſiusùe aditionis ex animi intentione depē-
deat factis ipſis declarati.l.pro hæredc. §. Papinia-
nus.ff.eod.tit.de acq.hęred.ubi Bar.& Caſt.& l. ge-
rit.eo.tit.uerſ.circà.& ibi Caſt.& Imo.& Bal. l. 1.q.
iiii. C.qui admit.conſequens eſt ex huiuſmodi renū-
ciationis ceſsionis iurium in materna bona ſibi cō-
petentium, ſatis declaratam filiarum intentionem
29 fuiſſe maternam hæreditatem adeuntium. † quippè
quòd animus ipſe factis, potius quàm uerbis apertus
declaretur, ueluti in eò, qui ſeruum cathenis uinctū
uendidit.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ędilic.edic.& c. cū
dilecti, il ii.de appell.ubi Abb.& c.exiſtimant.xi.q.
i.ubi Glo.in uerbo factis.declarat Dec. in l.nō uult
hæres eſſe.ff.de reg.iur.nu.xi. Quod potiſsimùm fa-
tendum eſt, ſine quis uerba in exordio ceſsionis ap-
poſita inſpiciat, ibi, attendentes quòd amplius ipſe
30 paternis atque maternis bonis non egebunt. † undè
mens ac diſponentis intentio in qualibet materia
colligi conſueuit.l.i.ff.de orig.iur. & l.ſi.ff.de hære.
inſti.ubi Barto.& Bald. Alexan. Cart.& Deci.l.ii.ff.
ſi cer.pet.dixi poſt Lanfran.in d.c.quoniam contrà,
de probatio.in ſecundo not.ſiue uerba illa ad actus
ceſsionis diſpoſitionem pertinētia diligēter intuea-
mur, ibi, finem, liberationem ac pactum de ulterius
aliquid non petendo : ergo ſatis apertè concluden-
dum ut detur, abſolutionem illam petendi facultatē
pręſupponere, cùm aliter actus ipſe conſummari ne-
queat.d.l.is poteſt.& l.illud.ff.de acqui.hære.& l.ii.
31 ff.de iuriſd.om.iud. † Quemadmodum nemo abſq;
antecedentis habitu priuationem ipſam inducit. l.
manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.l.decem.ff.de uerb.
32 obl.§.ſeruus autem, inſti.de cap.dimin. † Quamob-
rem, cùm huiuſmodi priuationis ac iurium à ſeſe
abdicationis actus citra ius ac nomen hæredis indu-
ci nequeat, quemadmodū & perinde ac ea quę ſimul
ſunt uel relatione quadam, ſiue ordine, neceſſariò
coniuncta.l.fin.C.de indict.uid.tol.l.fin. C. de fruc.
& litis expenſ.ubi Bal.Ang.& Sali.& l.ii.§.prius, de
uulg ubi Bar.Imo.& Soci.quod Ariſt.in Prędic. &
xii.Metaph.ueluti connexa ac inſeparabilia, docuit
l.cum actum.ff.de neg.geſt.ubi Bar.& Caſt.& c.trā-
ſlatu, de conſti.ubi Bal.Butr.& Dec.nu.vj.& vij.id-
circò hæreditatis aditione inducta cedūtur. d. l.
pro hęrede.§.Papinianus, ubi Cur.& d.l.gerit. ff. de
33 acqui.hære.& d.l.iii.† Qua ratione in renuntiatio-
ne iurium ſimpliciter facta, Doct.intelligunt de his
quæ ex cauſa de præſenti ipſi renuncianti competūt.
l.j.C.de pact.ubi Bar.& Alex & l.qui Romæ.§. duo
fratres.de uerb.oblig.ubi Bar.poſt ueteres & alij ſe-
quuntur.q.v.& vj.& l.poſt emancipationem.§. j.ff.
34 de lib.leg.† & in pulcherrimo caſu ac bonorum om-
nium pręſentium ac futurorum donatione, lucrum
dotis ex forma ſtatuti uiro obueniens prædecedcn-
te uxore comprehenſum non cenſeri, tamq̃ non ra-
dicatum, poſt alios quandoque reſpondit Soci.conſ.
caiiii. Viſo. Deci.cclx.& in eo, & l.non fraudantur,
in fin.ff.de reg.iur.& Reuerendiſsimus Card. Parili.
35 conſ.cxxvii.lib.i.Lucrum.& v.in iiii.nu.cxl.† Hinc
lex inquit, parentem, qui eius ipſius teſtamento de-
ceſsit, illud ad eius filium pertinere, quod auia illius
ei reliquerat, adiuiſſe uideri.l.ſi auia.C.de iure delt.
ubi Bar.Bal.Ang. & Sali. aduertunt ex huiuſmodi
actibus adeundi ius inductum intelligi, quod & le-
gendo & ex facto reſpondendo Docto. frequentius
tradiderunt.l.pactum quod dotali.C.de collationi.
ubi Bald.q.viii.Caſt. & Iaſ. & nouiſsimè Alcia. l. ſi
actionem.C.de pact. uerſ. quòd ſi actiones cederet
ſecus eſſet.& Corn.conſ.ccxi.in ii.litera D.& Soci.
clxxxiii.colum.ii.uerſ.ſed tamen præmiſsis.lib. i. &
d.conſ.xxxiiii.in iiii.

Vlterius quoque minus urget eadem die, qua fi-
lię Cappio patri renunciaſſe proponuntur, ipſum
quoque Tridapalęum abſoluiſſe & liberaſſe, paci-
ſcentes ac promittentes nihil unquam ab eo petere,
36 † quod cùm patris ipſius accedente conſenſu factum
ſit, proprijs telis repelli poſſe uideatur. d.l.fin. C.de
dot.promiſſ.l.poſtquam liti.C.de pact. nec Prioris
Mantuani Collegii defuerit auctoritas requiſita mu
nicipalis legis diſpoſitione. Docto.d.§.ubi decretū,
& d.l.cum hi. Expediebat enim pupillas huiuſmodi
auctoritate fulciri, ut Tridapalæus legatū quadrin-
gētorum aureorū ſolueret, nempe ipſi monaſterio,
ubi profeſſurę erant.d.l.fin.C.de ſacroſan. Eccleſ.d.
c.pręcipimus. cui rationi eò amplius locus eſſe uide-
tur, cùm ſaltem in genere pater illarum huiuſmodi
abſolutioni conſentiendo, ſciret tenorem teſtamēti
ipſius auię; quo caſu non procedit diſpoſitio. l. de
his, de tranſ.l.non eſt ferendus.eo.tit.l.ſi.legi, quę
adimo.

37 admu.teſta. aper. † quod præſertim accedente iu-
ramento dicendum uidetur, adeò ut nec enormis lę-
ſio conſiderari debeat, cùm animæ inſpectio potior
ſit.c.debitores.de iureiur.cap.cùm contingat,eo.tit.
ubi Io.And.Abb.Imo.col.pen.& antep.Io.Andr.in
Spe.in addit.magn.§.porrò.Barto.& Raphaël l.ſi qs
pro eo,de fideiuſſ.& d.§.fratres.v.q.Bar. Iaſ.& eru-
ditiſsimus pręceptor.l.de alimẽtis, C. de tranſactio.
Docto.l.ii.de reſcin.uend. & auth. ſacramenta pu-
berum.C.ſi aduerſ.uendi.quam quidem ſententiam
Alex.ipſe municeps meus ex facto conſultus rece-
ptiorem eſſe ſępius reſpondit.conſi. xlii. nu. vxl. &
lix.Viſo,in primo.& xi.nu.xvi.& ccxxii. in ij. num.
xii.& xxxix.in iiii.& Ponta.ccccxxxvii.In caſu pro-
poſito aduertendum.colum.ult.Abb.lxxi.Quinque,
col.ult.in i.quibus & Cur.quoq; ſenior ſubſcripſiſſe
uidetur conſ.lxxvi.nu.xxv.uerſ.ſed præmiſsis.reſpõ-
deo enim in primis nullo iuramẽti rigore documẽ-
tum hoc abſolutionis ſuffultum eſſe, & idcircò ſu-
praſcripta omnia diſſoluuntur.arg.cap.cùm ceſſan-
te,de appel.& c.Chriſtus,de iureiur.nam licèt clau-
ſula illa ſyncerè, ac inuiolabiliter quod ad contra-
ctus obſeruationem attinet , ab Illuſtriſsimo Duce
perinde ac ſi iuratum eſſet, habẽdam decerni potue-
rit, tanquam ad illius iuriſdictionem & publicum
ius pertineat pactiones huiuſmodi nodis ac uincu-
38 lis muniri,† unde facilior litibus ipſis finis imponi
poſsit.c.finem litibus.de dolo & contu.c.ſi diligen-
ti,de foro compe.l.properãdum.C.de iudi.toto tit.
C.ſi à non competen.iud. tamen quod ad peccatum
inducendum attinet, ex huiuſmodi clauſulæ ſaltem
efficacem effectum obſeruationis contractus nõ ob-
ſtante enormi lęſione inductum nunquam ad credẽ-
dum,uel tortus,adduci poſſem : quoniam ipſius de-
creti efficiens cauſa extra effectum ſuperius adductũ
inhabilis eſſe uideatur.c.Eccleſia Sanctæ Marię , de
conſti.& c.quæ in Eccleſiarum,eo.tit.ubi omnes &
c.Maſſanæ,& c.Cumana,de elec.& c.decernimus,de
iud.& c.nouit,eo.tit.& auth.Caſſa.C.de Epiſ.& cle.
Quare , quod ad iura ſpirituale ſpectat , nullum cen-
ſendum uidetur.arg.l.fin.ff.de iuriſdic. omn. iudic.
d.l.ſi quæramus.ff.de teſtamen. & d.c.i.& ii. de ac-
cuſat.in vj.

Pręterea , eſto renunciationis huiuſmodi docu-
mento iuriſiurandi uerè religionem acceſsiſſe , in
propoſito noſtro parum Tridapalęo profuiſſe uide-
39 tur,†cũ huiuſmodi filię protſus impuberes eſſent, &
maior earum pars etiã doli non capaces. Quare quã-
ta huic ipſi iuramento fides adhiberi debeat,tu ma-
gis ſcire potes.l.iii.§.tu magis.ff.de teſtib.& d.auct.
ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus uend.& l.ſi quis
maior.C.de tranſact.& arg.toto tit.de deſpouſ. im-
pub.& de delic.puerorum. Fortius,quãuis ſupraſcri
pta non pręcederent , ſi ex huiuſmodi abſolutione,
cui iuramentum acceſsiſſet , concluderemus intelli-
gi iuribus maternis renuntiatum,cùm de enormi læ-
ſione conſtet,illud ipſum nihil operari,uerius nec-
non ęquius atque etiam receptius eſſe uidetur:idq́ue
etiam nullæ petitæ abſolutione.cuius ſanè concluſio-
40 nis præcipua hæc ratio eſſe uidetur, † quòd ſtatu
tum ſit ,iuramẽtum ipſum tres comites habere debe-
re,iuſtitiam, ueritatem,atque iudicium . c. animad-
uertendum,xxii.q.ii.alioquin periurium atque iui-
quitatis uinculũ potius exiſtimatur. c. inter cętera,
xxii.q.iiii.Glo.& Archid.c.nerui teſticulorum. xiii.
diſt.unde in huiuſmodi renunciationibus atq; abſo-
lutionibus,ſi contingat iurantem obſeruando gra-
uiter lędi,à conuẽtione reſilire poſſe creditur: quip-
pè quòd is cui talis eſt facta promiſsio , dolo carere
non cenſeatur:& idcircò perinde ac ſi aduerſus bo-
nos mores iuramentum huiuſmodi præſtitũ ſit,obli-
gationis uinculum non induxiſſe cenſetur. c. nõ eſt
41 obligaiorium,de reg.iur.in vj.† nam & prætor dolo
malo initas pactiones cuſtodire non ſolet. l.iuriſgẽ-
tium. §. prætor ait.ff.de pact.nec quis proprio dolo
iuuari debet,toto tit.ff.de dolo,& c.ex eo, de regul.
iur.in vj.Qua ratione ſæpius Pontifex ipſe iuramẽti
nexum diſſolutum cenſeri ſtatuit,uel quia turpe ali-
quid continet, c.quanto,eod.tit.uel Eccleſię ſupe-
rioris ne iura lęderet.c.uenientes, eo.tit. c. peruenit.
c.quẽadmodum,& d.c.& ſi Chriſtus,& c.ſicut ex li-
teris, de iureiur. Quam quidem interpretationem
iuris utriuſque rationibus munitam eſſe ſatis inde
exploratum eſſe poteſt,quòd legis ipſius regula po-
tiſsimùm in honeſtate conſiſtat.l.i.ff.de leg.l.i. ff.de
uariis & extraord.cogn.ibi,ſancta quidem res eſt.&
c.erit autem,iiii.diſt.At quid tam ab huiuſmodi di-
ſtat honeſtate, quàm fraus & dolus? l. iubemus. C.
de teſta.c.ſuper literis,de reſcrip.d.c.quoniam con-
trà,in princ.de proba.& toto tit.de doli mali excep.
unde,cùm ex graui læſione dolus exigentis iuramẽ-
tum detegatur , ſanè , ſi efflagitanti obſeruatio-
nem parendum diiudicaremus, iam periurium po-
42 tius exiſtimandum eſſet. d.c. inter cætera.† & idcir-
cò Pontificia lex uirtutem illius à dolo ceu nebulã
ab aquilone diſſolui ſtatuit.d.c.quanto, & c. quinta
uallis,eo.tit.& c.cùm contingat, & c.licet,eo.tit. in
vi.& c.quamuis,de pac.eo.lib.alioquin ſibi ipſi re-
pugnans lex uideretur,quod protſus abſurdum eſſet.
d.l.iubemus,& d.c.finem litibus , de dolo & contu.
Glo.& Docto.c.fin.in fin.de reſcrip.& toto titu.C.
plus ualere quod agitur,& c.ad noſtram.de empt.&
uendi.& c.nuua uox, de pigno.ubi Doct.

Secundò eandem quoque concluſionem inde ꝓ-
43 bari facilius quis affirmet,ſi locum, † quẽ ab effectu
ueteres noſtri legiſlatores plerunque prę oculis ha-
buerunt,diligenter intueatur : unde modum negli-
gi, perſpectum extat.l.iii.C.de inſti.& ſubſti.l.mu-
lier.ff.ad Senatuſconſ. Trebel.l. ſi ſeruum Stichum.
§.effectus.ff.de uerb.obl.l.in executione.§.pro par-
te,eo.tit.ibi,effectus operis.&.l.& ſi non ſint.§.per-
uenimus.ff.de aur.& arg.leg. quomodocunque er-
go dolus ipſi contractui acceſſerit,ſiue ex propoſito
ſiue re ipſa ex enormi lęſione, ut præſumi conſueuit
l.creditor.§.Lucius.ff.mand.l.Lucius. §. omnes. ff.
quæ in fraud.credi.l.eleganter.ff.de dol.ubi Docto.
ſanè quod ad contractus reſciſionem attinet, legiſla-
tor nihil intereſſe cenſuit. l.ſi quis cum aliter. ff. de
uerbo.obl.ubi Docto.aduertunt,& l.ii.§.circà.ff.de
doli mali excep.& Docto.l.ſi ſocietatem.§.arbitro-
rum.ff.pro ſocio.But.Imol.Card.& Abb. d.c.quin-
44 ta uallis,de iureiur.† Quid enim refert,ut Stagirita
docuit primo Ethic. c.iii. iuuenis quis ſit moribus
an ętate ? nam præſumit lex eadem facilitate ac le-

uitate

uitare potius huinſmodi obiter deceptos, & præſer-
tim fragiles ipſas mulieres illectas inramentum ip-
ſum, qua contraxerunt, ſuſcepiſſe. l. mulier. C. ad Se-
natuſconſ. Velle. l. doli. §. diuerſum. ff. de nouat. l. iij.
45 C. de ſpon. † unde iuramenti huius nexum ſua mole
diſſolutum ueteres etiam abſque abſolutionis cen-
ſura plerunque cenſuerunt, But. d. c. cum contingat,
uerſ. quartus caſus, & ei Abb. ſubſcribit uerſi. nonus
caſus. & Bal. innuere uidetur rub. C. de rer. permuta.
& e. j. §. item ſacramenta. de prohi. feud. alie. colum.
iiii. & Ancbar. d. c. i. de conſti. char. mihi xxiiii. uerſi.
ego etiam conſului. nec Barto. quandoque diſſentire
uiſus eſt. l. fin. ff. de pretor. ſtipul. & plures Docto. l.
ij. C. de reſcin. nend. & d. aucten. ſacramenta puberũ.
hancque ſententiam legendo ipſe quoque Alex. non
improbabilẽ exiſtimauit, l. ſtipulatio quomodò, de
uerb. obl. & paſsim reſponſum extat: Feder. Senẽ. cõ-
ſil. cxeix. Quæritur. Calde. viii. Duę puellę, tit. de iu-
46 reiur. † ubi iuramentum ab impubere ſuſceptum al-
tero ex tribus comitibus carere docuit, nempe iudi-
cio. c. & iurabunt, xxij. q. j. & d. c. & ſi Chriſtus, eo. ti.
de iureiur. Buer. conſi. xlv. Iuris rigor, col. i. & ii. An-
char. xxxix. Pro clar. & lxxxii. Viſis diligenter. & c-
lxxx. Viſa. & cccxli. & ccclxvi. ubi ſemper docuit, di-
ſpoſitionem. c. cùm cõtingat, & d. c. quamuis, de pac.
in vj. nunquam procedere ſiue dolus ex propoſito ad
fuerit, ſiue euentu ex ipſa deceptione. & Fulgoſ. cc-
xxxvii. Finis, ubi & ſimilibus caſibus tutoris ſiue cu-
ratoris auctoritatem tanquam eorum ſubſtantię re-
fragantem, negligi docuit. Specula. de curatore, & in
aucten. de iud. §. j. Abb. conſi. viij. Tria in deciſione.
nu. vj. & cvii. Quatuor ſunt, eo. lib. nu. vii. & Caſtre.
clxxvii. Cõtra ſuperius. & Aret. xcv. Viſo eleg. col. ij.
Corn. vi. in i. & xj. litera E. & F. & cxxiiij. litera C. &
cclxxxviij. litera X. in ii. & Deci. non ſemel ſenten-
tiam hanc reſpondit ueriorem eſſe atque receptiorẽ
oſtendit conſil. clxxx. & clxxxi. & ccclxix. num. vii. &
47 dlj. nu. iij. † ex quibus facilè conſtat, Forocornelien-
ſes meos Ioannem in d. c. cùm contingat, & Alex.
conſiliis ſuperius adductis non ſat rectè locutos ui-
deri, licèt hic receptiorem opi. ſeſe tueri affirmarit.
Nam Deci. d. conſi. clxxx. & clxxxi. aliud eſſe oſten-
dit, cui potius ego contra municipes & amicos meos
ueritatis tuendæ cauſa acquieſcendum cenſeo. &
quamuis Cur. Sen. conſi. xliii. & lxv. num. xxiiij. Ale-
xandri ſententiam, Goz. tamen cõſ. ix. nu. lxiiij. De-
cij ſententiam ueriorem eſſe atteſtatur, & Curt. iun.
idem affirmat conſi. cxli. Habita diligenti. & Reue-
rendiſsimus Sanctę eccleſię Card. Pariſ. non ſemel
ex facto conſultus reſpondit lib. i. nu. cvii. & cviij. &
conſi. xcvii. & xcviii. & xcix. in i. & dominus Maria.
iun. xcviii. in ii. nu. vi. & deciſum quandoque fuit in
conſi. Neap. Afflic. deciſ. cccxxii. Dominus. quę, cũ
ita ſint, ſatis concludendum apparet, Tridapalęũ ip-
ſum parũ tueri, quod proponatur, huiuſmodi puel-
las iureiurando illum ipſum abſoluiſſe, quod ſupe-
rius factum non fuiſſe oſtendi. & fortius, ſi contigiſ-
ſet, nihilominus fruſtrà factum cenſeri. Deci. d. con-
ſil. ccxii. nu. v.

Poſtremò illud ſilentio non inuoluam, in propo-
ſito caſu ipſi quoque Tridapalęo nõ prodeſſe, quod
ab ipſius Cappii filiabus eius ipſius accedẽte cõſenſu
abſolutus aſſeratur. nam huiuſmodi pactio abſolu-
tionis facta duntaxàt intelligitur reſpectu quadrin-
gentorum aureorum illis ipſis ab auia legatorum, ut
colligere licèt ex ipſius documẽti exordio, ibi, & le-
gauerit domina Franciſca quadringentos aureos &
cætera. d. l. ſi. ff. de hęr. inſti. Præterea & ibi in uer-
bis diſpoſitiuis contractus, finem & abſolutionem &
48 pactum de nihil petendo pro dicto legato: ergo cõ-
ſequens & limitatum documenti huius effectũ exi-
ſtimari. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin. ubi
Docto. & d. l. nam quod liquidæ. & d. l. cum prætor.
neque enim certę cauſę ac obligationis intuitu facta
abſolutio facilè poteſt extendi. arg. legis ſi ita ſcri-
pſero. ff. condi. & demonſt. relatio enim ſcopum il-
lius egredi non debet. l. illa inſtitutio. de cond. inſti-
49 tut. aucten. ſi quis in aliquo, C. de edend. † Quocircà
in huiuſmodi maximè ſtrictè procedi conſueuit. l.
quicquid aſtringendę de uerbo. obl. unde perſona
ſubintelligi non conſueuit. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chry-
ſogonus. ff. de uerb. oblig. ubi Alex. Aret. & Iaſ. nec
ad caſum omiſſum extendi ſolent obligationes hu-
iuſmodi. l. ſi cùm dotem. ff. ſolut. mat. l. ſi extraneus.
ff. de condit. ob cauſam. Quod quidem potiſsimùm
fatendum eſt, cùm ſimus in actu in quo de abſolutio
50 ne & iurium ipſorum abdicatione agitur. † Non
enim facilè iuri ſibi competenti renunciare præſu-
mitur. l. cùm de indebito. ff. de probation. l. Campa
nus. ff. de operis liber. Glo. & Docto. l. quæ dotis. ff.
ſol. mat. Hinc iurium renuntiatio abdicationem eo-
rum inferre creditur, quæ ex præſenti tantùm cauſa
competunt. Bar. d. l. i. C. de pact. & d. §. l. poſt eman-
cipationem. ff. de libe. leg. Alcia. uidit. l. conditiona-
les, de uerb. ſig. & Aret. conſ. xcii. uerſ. circa tertium.
51 † unde, & renuntiatio facta ab actore in petitorio,
dominii tranſlationem non infert, quod traditionis
adminiculo ſolet transferri. d. §. nihil cõmune, l. na-
turaliter. ff. de acqui. poſſeſſ. & l. traditionibus. C. de
pac. & ſi Tridapalęus aliud actum fuiſſe intendat,
quàm documenti uerbis expreſſum ſit, id ipſum cla-
rè probare debet. d. l. actor. C. de probationib. & l.
matrem, eod. tit. & d. c. in pręſentia, de probationib.
alioquin lex ipſa libentius abſoluere conſueuit. l.
duo ſunt Titii. ff. de teſtamen. tut. l. qui accuſare. C. de
eden. c. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & pro-
52 priet. † Quippè quòd aduerſus eum, qui legem aper
tius dicere potuit, lex ipſa interpretari conſueuit,
fortè quid ſubdolè factum ſuſpicans. l. ueteribus. ff. de
pac. l. Labeo, de contrahen. empt. l. ſtipulatio iſta. §.
alteri, uerſi. in ſtipulationibus. ff. de uerbo. oblig. l. in
contrahenda. ff. de regul. iur. c. contrà eùm, de regu.
iur. in vj.

Ex quibus quoque colligi poteſt, nihil quidquam ur
gere, quòd in propoſito negotio ea, quæ dicta fuerũt
attendenda non eſſe dicatur; cùm non filiæ, uerùm
pater agat, qui eadem die renuntiationi conſenſit,
qua filiæ ipſæ omne ei ius quoque renuntiauerant tã
in bonis paternis, quàm maternis; ut ueriſimile poſ-
ſit uideri illum ipſum teſtamenti auiæ tenorem non
ignoraſſe: quod ſufficere ſolet. d. l. de his. d. l. non eſt
ferendus. ff. de tranſact. & d. §. duo fratres.

53 Reſpondeo † in primis patris ipſius conſenſum ul
trà principalem diſpoſitionem certam ac limitatam
operari

operari non poſſe.l.non omnis.ff.ſi cert.pet. d.aũt.
ſi quis, & l.cùm principalis, de reg.iur.l. græce, de
fideiuſſo.§.illud ergo.cùm facta ſit abſolutio reſpe-
ctu quadringentorum aureorum, extendi non debet
contra iuris rationem & uerba.l. age.l. ſub prętextu.
l.ſi de certa.C.de tranſac.& l.tres fratres.ff.de pact.
54 ubi Docto. † ſpeciales conuentiones non catendi,
nec cauſam in illis expreſſam egredi, necnõ per ge-
neralem clauſulam ad ſpecificata referri colligunt.
quemadmodum & dolum ipſum legitimam quamq;
55 diſpoſitionem non admittere : † unde quælibet clau
ſula cuiuſcunque momenti tametſi prægnans ita ſo-
let intelligi, ut ad id quod expreſsè agitur referri in
telligatur, tametſi illi iuramẽtum acceſſerit.d.c.quẽ-
admodum.c.peruenit, & d.c.uenientes, de iureiu.&
Deci.d.conſi.ii.nu.ix. & Reuerendiſsimus Pariſ. d.
conſ.xx.nu.cxiii.Nec ex pręſentia atq; aſſenſu Cap-
pij, reſtricto tamen ad certam rem & cauſam, ſatis
urgens coniectura colligi poteſt, ut uериſimile ſit, ꝙ
ſola pręſentia idipſum, quod non uidit, nec audiuit
nec intellexit, ꝓbaſſe cẽſeatur.quinimmo dico ergo
uериſimilius eſſe, cũ ipſum huius intẽtionis nõ fuiſ-
ſe, & ita intelligendum.d.l.quę dotis. & d. l.cùm de
indebito, & c.nonne, de præſump.ubi Fel.poſt uete-
56 res.† taciturnitas enim, quod ad eius damnum, qui
adeſt pertinet, conſenſum inducere non conſueuit.
l.is quĩ tacet.ff.de reg.iu.l.qui patitur.ff.mand. Do-
57 cto.c.i.de iud.† unde, cũ inter præſumptiones for-
tior attendi ſoleat.l.diuus.ff.de reſt.in integ.& c.cũ
literis, & c.non eſt uериſimile, de pręſumpti.& l. i.&
ii de priui.cred.ideò conſequens eſt, Tridapalęi de-
fenſionem ex hoc ipſo capite ſatis leuem cenſeri.
58 Secundò traditum ſit, generalem eorum, † quæ in
teſtamento relicta ſunt, cognitionem ſufficere. d. l.
de his, cũ aliis ſuperius adductis, intelligendum ui-
detur, cùm plena cognitio eorum interuenerit, ut
Doct.ibi aduertunt.& D. Maria.iuni. nouiſsimè &
quidam alii reſponderunt conſ. xcviii.lib.ii.num.v.
huiuſmodi enim caſu ceſſat ratio d.l.non eſt feren-
dus, quę in publica quidem utilitate ac priuatorum
medio conſiſtit.quòd Alb.Bald.& Caſt.ibidem ad-
uertunt.& quamuis dici poſſet, etiam hîc rationem
illius ceſſare, dummodo tranſigentes ipſi ſuper illo
articulo, in quo pacti fuerunt, cognouiſſent.argu. l.
iuriſgentium.§.adeò, ff.de pact.ubi Iaſo. & l.quæ de
tota.ff.de rei uend. nihilominus in propoſito caſu
cùm abſolutio facta ſit ſolùm quod ad legati debitũ
attinet, mirum uidetur, ut effectum tam multiplicem
peperiſſe intelligatur; nempe ut à iuribus maternæ
dotis Cappium ceſsionarium repellat. d. l. ſub prę-
textu, & l.age cum Geminiano.C.de tranſ.quaſi ge-
neralis quędam ſit facta tranſactio ſuper his, quę ex
teſtamento dependent.d.l.de his, & d.l.non eſt fe-
rendus, ubi Docto.& l.Aquiliana.ff.de tranſaction.
& d.§.duo fratres.& idcircò omnis qualitas abſolu-
tionis in ipſo documento exprimenda fuerat, ſi quid
ultra obligationem legati remanebat : præſertim,
quia ſtipulatori id liberum erat.d.l. ueteribus. d. l.
59 in contrahenda. quod † cùm factum non ſit, ad-
uerſus illum, qui aliud intendit, præſumi debet.l.in
bello.§.facti autem, ff.de capti. & poſtlim.reuerſ.&
60 Docto.l.ſcieudum, ff.de uerb.oblig.† Qua ratione,

qualitate in libello deducta, legitimè non probata,
iudex abſoluere debet. Barto.l.denunciaſſe.& l.qui
uxori.§.quid tamen.& ibi Bal.& Ang.ff.de adult. &
docuit Alex.conſi.ccxxiii lib.ii.& xv.in iiij. Ex qui-
bus ſatis intelligi poteſt, quod ad primum petitionis
caput attinet, Cappium ipſum actorem iuſtam cau-
ſam fouere.

Quod autem ad ſecundum attinet, res difficulta-
tem habere non uidetur, cum ſecundum iuris noſtri
61 regulas † conductor ipſe rei conductæ penſiones
ſoluere teneatur: toto tit..ff.locati, & C.& d.l.iuriſ-
gentium.ff.de pact.in princ.ibi, locato.& inſt. eod.
tit.aliàs expellẽdi facultas domino competit, l.quę-
ro.§.inter locatorem.ff.locati.& l. item quia. ff. de
pact. Et quemadmodum ipſe Fontana conductor
onus hoc ſubire compellebatur, idem de Aloyſio
ſucceſſore cenſeri debet. d.l.ii.§.in his, de uerb. obl.
& l.cùm hęredes.ff, de acqui.poſſe.& l. cum qui. ff.
de uerb.obl.& c.i.de ſolutio. à ſpeciali ratione tra-
dunt Neoterici.l.non ſolùm.§.morte.ff.de noui op.
nuncia.& ſucceſsiuè ex Tertulliani diſpoſitione D.
Catherina Aloyſio filio ſuccedens unà cum emolu-
mento ſucceſsionis onus Tridapalęo reliquit. d.l.ſe
cundum naturam, de reg.iur.& d.l.i.ff.de acquiren.
hęred.& l.nihil aliud.ff.de uerb.ſignifi.Hæres enim
ſuperioris unius, cui ille ſucceſsit, hæres eſſe diiu-
dicatur.d.l.hæredis, la i.& la ij.de uerb.ſign. d. l.fin.
C.de hęred.inſt. Nec mouet, quòd Tridapalęus ne-
get ſeſe Fontanæ hæredem fuiſſe: quoniam ex pro-
pria illius confeſsione conſtat in actis eum ex teſta-
mento uxori ſucceſsiſſe: igitur quid iudicandum
ſit, nemo non uidet.l.prolodi.§.i.ad l. Aqui.l.unic.
C.de confeſſ. cap.fin. eo.eo.tit.ubi Abb. ergo quod
antecedit, non infiteari exiſtimatur.d.l.illud.d.l.ii.
62 de iuriſd.omn.iud.† nam ſatis probatum eſt D.Ca-
therinã ea feciſſe in bonis Aloyſii filii, quę citra iua
& nomen hæredis fieri nequeant: ergo hęres exiſti-
manda. Barto.d.§.Papinianus.d.l.gerit. Bal.& Sali.
d.l.neque natales.Et in ſpecie quatenus illa teſtamẽ-
to cauit, ita demũ quadringentos aureos ipſis ex filia
neptibus legare, dummodò nihil amplius in bonis
paternis atque maternis petant. eo actu ſatis decla-
rata eius intentio eſſe cenſetur, filii ipſius hæredita-
tem adeundi.d.l.ſi auia. C.de iure delib. alioquin ꝙ
ad illam pertineret conditionis illius adiectio. d. l.
quoties, qui ſatiſd.cogan.ſuperius enim concluſum
eſt, huiuſmodi actibus præludia ipſa pręmitti, qui
aliàs fruſtrà gererentur.d.l.illud.d.l.ii.de iuriſ.om.
iud.Nam & in actis conſtat eam Aloyſii filii tutelã
ſuſcepiſſe; prętereà & fructus collegiſſe, ipſi tamen
Cappio obligatos: ſic, ut non ſit ſubterfugiendum,
quòd ſub prætextu iuris accreſcendi bona Fontanæ
63 poſſederit.† quoniam ſecundum iuris noſtri regu-
las in contractibus iuri accreſcendi plerunque locus
eſſe non ſoleat.l.ſi mihi & Titio, de uerb.obliga.ubi
Bar. Iaſo.& Alex.& Bald.& alii.l.unica. C. quando
non petẽn.part.ubi Bal.q.xi.& in l.fundus ille, de
64 emp.& uend.† quam concluſionem etiam in feudis
procedere traditum eſt.Bal.cap.i.de duobus fratri.
in uſib.feud.& c.i.§.cùm uerò Conradus, de his qui
feud.dare poſſ.Corn.conſi.xlia.Videtur, litera A. in
iiii.niſi tamen ab ipſo Imperatore aut Rege conceſ-
ſio

ſio huiuſmodi facta proponeretur.l.j.C.ſi liber.imper. ſoci. ſine hered. mori. lib. x. ubi Barto. Bald. & Ang.& Bald.l.unica.C.de cad.toll.§.j.col. pen.& & d.c.j.de frat.de nou.benef.inueſt.& cap.i. de duo. frat. à cap.inueſt.& Barto.& Iaſ.l.ex coniuncti, col. ult.de legat.iii.Imo.Alex.& Iaſ. d. l. ſi mihi & Titio, quemadmodum ſi in antiquo atque auito eſſemus,vel in eo quod inſolidum aliquibus conceſſum fuiſſet.Bal.cap.j.§.filia,in fin.de ſucceſſ.feu. & d.l. unica.C.quando non peten.par.uerſ.ſed hic dubitatur,col.xv.Alex.d.l.ſi mihi & Titio, de uerbo.oblig. ou me.v.verſ.extra Glo.& nu.vij.uerſ.tertiò fallit.& Iaſ.latiſsimè in eius repet.d.l.re coniuncti,ad fi. un de in propoſito noſtro cùm conſtet huius ipſius feu di conceſsionem à Reuerẽdiſsimi Epiſcopi Vicario Mantouanæ Eccleſię factam fuiſſe,& ob minimę pẽſionis annuæ ſolutionem,ut inde conſtaret fructus huiuſmodi acceptos ei eccleſiæ referri,nec quicquã in inueſtitura in actis exhibita dicatur,Aloyſium & D.Catherinam inſolidum inueſtiri,ſed conceſsionẽ fieri ipſi D.Catherinæ & Aloyſio eius filio pro ſe &

65 hæredibus,concludendum uidetur † & iuri accreſcendi in huiuſmodi locum non eſſe:quod ſępius reſponſum extat: Alex.conſ.xxx.& xliij.num. vj.in j. & ij.incip. Quoniam omne, nu.lxxviij.& ix.& xxiij. io v. Ang.conſi.cx.Sanctiſsime,col. v.Cur.iun.conſ. xlix.Memoriæ recolendę dux,col.xxiiij.Are.conſil. penult.incip. Magnifici & excelſi,col.iiij.Iaſ.conſil. xxiiij.nu.ii.& iii.in iii.& conſil.cxvii. Redemptoris crucifixi.nu.iii.& iiij.cxxxvj.in iiij.nu.i.& iiii. quãobrem ex his ſatis apertè colligi poteſt,leuem hanc exceptionem eſſe, quatenus Dom.Catherinam bona Aloyſij uti hæredem eius poſſediſſe probatur,ex aduerſo contendi,id iure accreſcendi in quibuſdam bonis feudalibus,ut in actis apparet potius factã fuiſſe. Et licèt ſatis ſuperque factum circumſpectis indicibus in actis cenſeri debeat,quod ad facti probatio-

66 nem attinet,tamẽ ne ulla ſimula euadi poſsit,† ſuadeo librum Aromatariorum atque rationes inſpici, cùm pharmaca ipſi Aloyſio antequam diem obiret, accepta fuerunt. Item ſacerdotum rationes, & pro funerariis necnon ſacrificiis celebratis; unde eleemoſynæ ab hęredibus defuncti recipi ſolet. Quamobrem cùm hęc à Do.Catherina facta fuerint,quę citra ius & nomen hæredis fieri nequeunt,nihil eſt, ut onus hereditatis à ſeipſa excutere contendat: dum lucrum acceperit.d.§.Papinianus,ubi Docto. & d.l.gerit, & d.l.neque natales,& d.l.i.de acqui.hered.& d.l.nihil aliud,& d.l.ſecundum naturam, Cæterùm quod ad Aloyſium attinet, dubium eſſe nemini poteſt, quin

67 hic patri hęres fuerit.† quod ex pluribus in actis exhibitis apparet : maxime uerò dum ipſa D. Catherina mater ac tutrix in inuentario deſcribit fructuum perceptionem ex prædiis ab eius parente conductis: & maximè ab ipſo Cappio, ut nodũ in ſcirpo,ut faciat,quærere uideantur,qui ſuper hoc ullo pacto ambigunt. d.l.gerit.d.§.Papinianus,cum aliis ſuperius adductis. Quod ad alteram partem pertinet,cùm libera fuerit,& idcircò in hac uenditione non comprehenſa, ex confeſsione Tridapalei ſatis conſtare puto,eum malę fidei poſſeſſorem eſſe: & idcircò ad reſtitutionem uoã cùm perceptis fructibus compelli poſſe.c.cùm ad ſedem,de reſti.ſpoli.Bart. l. ſequitur.§.fructus,de uſucap.Innoc.Imol.& Abb.c. ſi uigilanti,& c.fin.de præſcrip.Din.& Ancha.c.poſſeſſor.de reg.iur.in vi.ubi dixi.Ex quibus liquidiſsimè conſtat , Tridapalęum & io hoc quoque quinto capite condemnandum uideri.

Sed quid dicendum exiſtimemus,quantùm ad tertium petitionis huius caput ſpectat ? & non uidetur heſitandum,cùm ex documentis ac ipſis atteſtationibus circumſpecto iudici liqueat pluribus annis Cappiũ ipſum D.Catharinæ eo tempore uiduæ unà & uniuerſæ illius familiæ alimenta exhibuiſſe, cùm Tridapaleus eius hæres hoc nomẽ ipſi Cappio ſatiſfacere debeat; nam ipſa ſi uiueret,detractare nõ poſſet, cũ munus hoc utiliter ac frugaliter Cappius ipſe

68 illius nomine obierit. † quę enim magis neceſſaria alimentorum expenſa cogitari poſsit ? argumen.l.primæ ſecundę & tertię.C.de alim.libe. d. l. ſi quis à liberis, de libe. agnoſ. ibi , necare dicitur,qui alimenta denegat.l.ſolent,de alim.& ciba.legat.ubi Bar.& d.c.cùm haberet, de eo qui duxit quã poll. p adult. Quare optima ratione à maioribus noſtris cõſtitutum eſt,eum pro quo quis impendit, conueniri poſſe.l.i.l.ex duobus,in fin.prio.loco ſumpto à ſpeciali, de neg.geſt.unde, & lex inquit,ſi redimã equũ tuum,cùm Titii putarem , te ipſum mihi obnoxium eſſe.l.ſi pupilli.§.ſi Titii ſeruum, eo.tit.ubi Gloſ.ſu-

69 per verb. Sempronium, diſtinguit.& ibi Alb.† quin & amplius matrem ipſam, ſi animo repetendi in filiorum rebus impenderit , negotiorum geſtorum actione iuuari, principis reſcripto cautum extat.l. alimenta.C.de neg.geſt.accedit deductum atq; probatum exiſtimari, Do.Catherinam impenſas huiuſmodi omnes ſpopõdiſſe ipſi Cappio repetituram eſſe, unde & duplici quodam uinculo obſtricta uideri poſsit. Bartol.d.l.ii.C.de conditio.ob cauſ. Doct. d. rubrica de uerborum obligat.& c.i.de pact.& idcircò difficilius ſeſe extricare poterit.l.Baliſta,ad Treb. auct. itaq;.C.cõmun. de ſucceſſ.c.i.de treuga & pac. dixi latiſsimè d.c.ſi.de conſue. in iij.nota.q̃ cũ eiuſmodi ſint,an ad Tridapalęum onus huius alieni æris diſſoluendi ſpectet, nemo non uidet.d.l.ij.§. in his, de uerbor.oblig.d.l.eum qui.§.j.eo.tit. d.l. cum hærede,in prin.de acquir.poſſ. Et ſi diceres,quinimmo coniunctionis ipſius inter ſocium atque generum intercidẽtis, aliud ſuadere uidetur. §.affinitatis, inſt. de nupt. ubi Glo. ſuper uerbo affinitatis. & Ange.l. non facilè.§.affines,de grad.& §.ſciendum,e.diſcretioni,capit.ſemper, de eo qui cogn.conſangui.uxo.

70 † Nam conſtat, ratione ſanguinis donationis præſumptionem induci,ueluti cùm mater filij intuitu impendit : pietatis enim cauſa id factum cenſetur.d.l.j. C.de nego.geſt. Item maritus uxoris ornamẽta luẽs, donaſſe cenſetur.l.uxori.§.fin.de legat.iii.fortius & huic ipſi pręſumptioni inducendæ ſolius affectionis domeſticæ ratione ſufficere poſſe quandoque reſcriptum eſt.d.l.i.C.de nego.geſt.in ſecundo reſponſo.

71 † unde quod maritus in curanda uxore impedit, repetere non ſolet.l.quod in uxorem,eo.titu.de nego. geſt. & l.vtrum, de donatio. inter uirum & uxorem, Bar.l.ſi maritus.C.eo.reſpondeo in huiuſmodi argumento, coniunctionem illam,quæ inter ſocerum &

gene-

generum intercedit, huic ipſi præſumptioni indu-
cendę non ſufficere. lex enim id potiſsimùm indu-
cere conſueuit inter eas perſonas, quę iuris interpre-
tatione adeò coniunctę ſunt, ut altera alteram reprę-
ſentet. d. l. in ſuis. d. l. ſi. C. de impenſ. l. patris & filij,
de vulg. & pupil. §. ſi. inſti. de hære. qualit. & diffe. ex
qua repræſentatione innumeri effectus proficiſcun-
tur. l. cum auus, de cond. & demonſt. l. cùm acutiſsi-
mi. C. de fideicommiſ. l. generaliter. §. cùm autem. C.
de inſtit. & ſubſti. l. hæredes mei. §. cùm ita, ad Treb.
l. ſi filius qui patri, ubi Bar. & Docto. de uulg. unde ſi
aliquis parentum quid dari alicui ex deſcendenti-
bus ſtipulatur, animo donandi id factum exiſtima-
mus. l. donationes. §. ſpecies. l. fin. §. fin. de donation.
Doct. d. l. quæ dotis. ſol. mat. Vnde pater ſtipulans
emphyteoſim ab eccleſia pro ſe & filiis animo donã
di id feciſſe cenſetur. Bal. auth. ſi quas ruinas. C. de
72 ſac. ſanc. Eccleſ. † Hinc ſi mater tutores ſuſpectos re-
uocãdo, aliquid impendat, pietatis cauſa feciſſe cen-
ſetur: quocircà non repetit, uel ſi alendo eos id fe-
cerit. d. l. i. d. l. alimenta. C. de neg. geſt. ubi Alb. Bal.
Sal. & Caſtren. Reſpondeo, dubitandum nõ eſſe quin
longè ſit maior hæc ipſa coniunctio, quàm ea quæ
inter generum & ſocerum intercedit. d. l. cùm accu-
tiſsimi. d. §. i. in authen. de hęred. ab inteſt. & idcir-
cò ex his ueluti ſeparatum uel diſsimilem rationem
habentibus, non rectè quis ratiocinari poteſt. d. l. na
turaliter. §. nihil commune, de acq. poſſeſ. l. Papinia-
73 nus exuli. de minori. † idem uidemus inter agnatos
quoque quandoque obſeruatum, ueluti inter patruũ
ac fratris filium, quorum probabilis ac maximè ar-
cta coniunctio eſſe cenſetur. §. tertio autem gradu.
inſtit. de grad. itemque in ipſa uxore ac uiro, unde
affinitatis fons emanare ſolet. d. l. affines, d. l. non fa-
cile. d. §. affinitatis. at in illis patruo ac ex frẽ nepote
probabilior eſt coniunctionis nexus. eod. titu. unde
agn. & de leg. agna. ſucceſs. ab inteſta. rurſus, quod
ad uirũ & uxorẽ, attinet, ſcriptũ eſt. Erũt duo in car
ne una: & quos Deus coniunxit, homo non ſepa-
74 ret. c. quos Deus, xxxiii. q. ii. † unde ſola cauſa for-
nicationis ſufficit, ut diſiungi poſsint. c. gaudemus,
de diuor. ubi Docto. cap. ii. cap. ex publico, de con-
uerſ. coniug. ubi Abb. & recentiores, rubrica ſolut.
mat. nam & hoc quoque ultra coniunctionis ipſius
uinculum, ſuadet dotis fructus, & plerunq; eius ip-
ſius quoque lucrandæ ſpes. l. ſi cùm dotem. §. ſin autẽ
in ſęuiſsimo, ſol. mat. ubi Docto. & Caſtren. & Soci.
quandoq; conſulti ex facto reſponderunt. Cæterùm
ceſſant ſupraſcriptę rationes in propoſito noſtro, er-
go & iuris diſpoſitio locum habere non poteſt. d. c.
cùm ceſſante, de appell. d. c. & ſi Chriſtus, de iure-
75 iur. † quinimmo & ſecundum regulas iuris noſtri
quęlibet alia, potius quę donationis pręſumptio in-
ducitur. d. l. cùm de indebito, de prob. Doct. d. l. quę
dotis, & d. c. nõne, de præſump. quod procedit & in-
ter ipſos quoque deſcendentes coniunctos. l. Neſen-
nius, de neg. geſt. ibi, ſi in rationibus proteſtata eſt
auia repetendi animo impenſas facere. & ibi Docto.
76 † Itẽ & uitricus repetendi animo priuignos potius
aluiſſe cenſetur. l. ſi paterno, C. eo. de neg. geſt. qua
ratione, ut hæc pręſumptio inducatur, plures conie-
cturę concurrere debent, ut ratio ſanguinis in primis
d. l. ſi quis à liberis. §. ſi parens. Prætereà quantitas
impenſę ne magna ſit reſpectu conditionis impen-
dentis. d. l. utrum, de donation. inter uirum & uxo.
Bal. Auge. & Sali. d. l. alimenta. C. eo. & Caſtren. d. l.
ex duobus, in fin. item, & lapſus temporis, & ratio ſę-
pius inuicem reddita. l. Procula. ff. de probatio. Gloſ.
Bartol. & Caſtren. d. l. libertis. §. j. ff. de alim. & cibar.
leg. & l. idem. §. ſi mandauero. ff. mand. Roman. Imo.
& Alex. d. l. quæ dotis. ff. ſol. mat. & ex facto conſul-
tus Alex. quandoque reſpondit conſi. xlvi. in i. & liii.
nume. iiij. Quare in propoſito caſu ſatis abſurdum
eſſet cenſeri Cappium ipſi D. Catherinæ, præſertim
diuiti, tã ingentes expenſas donaſſe. arg. auct. præ-
tereà. C. unde uir & ux. ubi Docto. & d. l. utrum, &
d. l. Neſennius.

Tandem nec huic petitionis capiti temporis ip-
ſius interuallum obſtat, licèt diuus Pius uſuras non
77 iuſtè peti ab eo reſcripſerit, † qui longo tempore, ut
debitori gratior eſſet, tacuerat. l. cùm quidam. §. di-
uus, de uſur. ubi Acurſ. trium uel quinq; annorum
ſpacium interpretatur. & Bald. quandoque reſpon-
dit conſil. ccccclxxiiij. Poſt biennium, in iii. Nam di-
78 ui Pii reſponſum in uſuris loquitur, † nos autem in
alimentis longè aliam rationem habentibus. d. l. ſi qs
à liberis. d. l. alimenta. d. l. utrũ. d. l. Procula. ubi ſan-
xerunt legiſlatores negotiorum geſtorum actioni
expenſas alimentorum ratione factas, repeti: quam
concluſionem amplius procedere ueteres frequẽtius
tradiderunt, licèt proponatur alimenta ipſi uxori
præſtita fuiſſe, & dos ſoluta non fuiſſet. Bar. & Do-
cto. d. l. quæ dotis, & d. §. i. d. l. libertis, potiſsimùm,
ſi in immobilibus bonis conſtituta fuiſſet. c. ſalubri-
ter. c. conqueſtus, de uſur. ubi Docto. Roma. & Ale.
l. inſulam, ſolu. mat. & aduerſus Bald. ſępius reſpon-
ſum fuit, Rom. conſi. dxvii. col. iiii. uerſ. item quòd
prædictę. Corn. ccvi. l. F. in fi. & ccl. colum. fi. & ix.
in ii. & liii. in iiii. Alex. lxxiiii. & cxli. Viſo themate,
in primo dub. & xxxi. in vi.

Non omitto huiuſmodi longi temporis fluxum
79 municipalis iuris, ut audio, diſpoſitione tolli, † quæ
ut potior attendi debet. l. omnes populi, de iuſtit. &
iur. & c. i. de cõſt. in vi. nam, ubi adeſt ſingularis pro-
uiſio, quę generalis eſt diſſoluitur. l. ſanctio legum,
de pęn. l. ſtipulationes commodiſsimè, de uerb. obl.
c. ſtuduiſti, de officio leg. dixi latiſsimè. c. i. de reſcri.
& ex his circũſpecto iudici clariſsimè patet, Cappii
cauſam rectiſsimam eſſe.

Rurſus omiſſo quarto hydræ capite ipſi Herculi
recidendo, quintũ aggredior: an rectè agat Cappius
aduerſus Tridapalęũ ueluti domus eius detentorẽ?
& quin rectè Cappius agat, hæſitandum nõ ambigo.
dominus enim ipſe erat, & tamen ei pretium ſolutũ
nullum fuit. §. uenditę, inſtit. de rer. diuiſ. l. quod uẽ-
dendi, de contrah. emp. l. procuratoris. §. ſed & ſi, de
tribu. Tridapalæus enim nihil iuris in ea habere ui-
detur. l. quidem, de in rem uerſ. cui concluſioni etiã
eo caſu locus eſſe uidetur, cùm de pretio emptori fi-
des habita fuiſſet. prioribus enim quibuſcunque in
dominij iure concurrentibus, ſi emptor bona omnia
ſuppoſuiſſet, præferendus uidetur. l. licet. C. qui po-
tiores in pigno. ubi Docto. aduertunt. & pertractat
Neguſ. trac. pign. ſecundo memb. v. par. princip. nu.
xxviij.

xxviij.xxix.& xxxviij. ſiue Tridapalæum utĩ hæredẽ
conſideremus; nam uxor cui ſucceſsit, in innentario
confeſſa eſt,ſeſe pretium domus illius in hæreditate
Fontanæ prioris uiri credere contineri: vnde illius
ſolutio ad hæredis heredem pertinet.d.l.fi.C.de hæ-
red.inſti.d.l.heredis appellatio.ff.de neib.ſigni.& l.
in aunalibus.C.de leg. & l. qui per ſucceſsionem. ff.
de reg.iur.ubi Deci. & Cagnol.

Nec quidquam nrget,ꝙ Cappius ratam uenditio-
nem ipſam habuerit: quia & principalis contractus
80 prorſus nullus intelligitur.†quippè, ꝙ in bonis mi-
norum alienãdis præſertim immobilibus, decem fe-
rè qualitates concurrere oportere traditum eſt: in
primis, nt ex orgenti id fiat cauſa: putà æris alieni
diſſoluendi.l.magis puto.§.ne paſsim.ff.de reb.eor.
l.ob æi.C.de prędi. minor. Item ipſi iudici liquere
debet, etiam facta diſcuſsione auctoranti bona alia
mobilia non extare. in aucten. de eccleſiaſt. rer. im-
mob.alienan. nbi Ange. & plura alia colliguni Do-
cto.in d.l.ne quicquam.§.ubi decretnm.ff.de officio
Proconſ. & Bal. in marg. Innocentij in uerbo Con-
tract. & Reuerendiſs. Paſiſ.in conſ.xx. & pertractat
Fab.in d.tract.de empt.& uend.v.par. nerſ. ſequitue
nidere de forma. atqne deciſum quandoq; fuit, Af-
flict.deciſi.ccxlix.Fuit in conſ. Reſpondeo enim ra-
tihabitionem ipſam ſecundum uirtutem præſentis
cõtractus intelligi ſolere,cùm ei accedat.l.cùm prin-
cipalis,de reg.iur.Innoc.in c.cùm dilecti, in Glo.in
uerbo contrariam,de empt.& nend.& Bal.l.manci-
pia.C.de reb.alienis non alienan. Præterea hæc ipſa
ratihabitio ultra Cappij intentionem intelligi non
debet,ut reſpectu pretij domus uenditæ effectum ali
quem liberationis produxiſſe uideatur. d.l. noo oĩs,
ſi cert.pet.& d.l. cùm de indebito, de probat. quod
ſi aliter Tridapalęus exiſtimat,probare debet.d.l.ue
teribus.ff.de pact.d.l.in contrahenda. & d.c. contra
eum,de reg.iur.in vj.

Quod uerò ad alteram partem attinet uenditæ do
mus,cùm libera fuerit, & idcircò in hac uenditione
non comprehenſa,ut ex ipſius inſtrumento conſtat;
81 reſpondeo,†ex Tridapalæi confeſsione clarè intel-
ligi illum ipſum malæ fidei poſſeſſorem eſſe: & ideò
ad fructuum reſtitutionem compellendum.Io.And.
Din.& Anch.in c.poſſeſſor,de reg.iur.in vj.Inocen.
Imol.& Abb.c.ſi uigilanti,& c.fi.de præſcriptionib.
& Barto.l.ſeqnitur.§.fructus.ff.de nſur.ex quibus li-
quidiſsimè conſtat, & in hoc quoque quinto capite
Tridapalęum condemnandum eſſe.

Sextò tandem huius ipſius monſtri capite omiſſo,
in quo non ius,ſed probatio deficit;ſeptimum diſcu-
tiendum ſuſcipiam. An Cappius ipſe repetens à Tri
dapalæo ipſius D.Catherinę herede,quas ſubiuit ex-
penſas in ſtabulo domus illius diruto reficiendo,
atque pro parte domus collapſa inſtauranda au-
diendus ſit? quas ſanè expenſas, cùm mandante ipſa
D.Catherina Cappius ipſe ſubiuerit, reſpõdendum
cenſeo,nemini dubium eſſe,quin Tridapalæus hęres
quod ea mandante impenſum ſit,refundere debeat.
inſti.manda.§.mandatoria actio, ubi Docto.& l. ſi pa-
ter.C.mand. nam hoc quidem caſu duntaxàt diſcu-
tiendum eſſet, an Cappius mandati fines exceſſerit,
uel non.§.his qui exequitur,inſti.eo.mand.& l.dili-
genter,eo.titu. & in Spec.de arb. nerſ.quid ſi actum
eſt.& de citatione.§.iiij.verſ.quo facto.& Io.And.c.
82 fin.de reſtit.ſpol. †Idem, licèt de mandato non cõ-
ſtaret, ſed tamen is cuius nomine quid impenſum
fuiſſet,opus huiuſmodi probaſſet: nam Pedius tra-
didit,ratihabitionem ipſam negotium alicuius age-
83 re.l.ſi pupilli.§.item quæritur.ff. de neg. geſt.†Di-
ci enim ſolet, ratihabitionem ipſam retrotrahi,&
mandato æquiparari.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.
de acquir.hære.& c.ratihabitionem.ubi Din.& An-
char.de reg.iur.in vj.& Bart.docuit l.ſi fundus.§.ſi-
ne,in ij.not.de pignor.& l.ſi pecuniam. ff.de nego.
geſt.& ibi Salice.

Fortius, dato, ꝙ hæc non interueniſſent, adhue
idem in propoſito caſu concludendum eſſe uidetur:
84 quippè, ꝙ in primis nemini hæſitandum ſit, †quin
ipſæ impenſæ neceſſariæ fuerint:qm̃ illis omiſsis præ
dium ipſum urbanum ſiue ruſticum deterius futurũ
erat.l.impenſæ,de verb.ſign.ibi,deterior res.l.j.ij &
iij.ff.de impenſ.in reb.dot.fact. lex enim inquit, ex-
penſas non ſolùm utiles,uerùm etiam neceſſarias in-
telligi,quæ reficiendorum ædificiorum cauſa fiunt,
l.planè.l.ſequen.de peti.hæred.ubi Bart.& Caſtren.
& alibi Iureconſ. quæ perpetuam agri utilitatem
reſpiciunt,neceſſarias impenſas eſſe diffinit.d.l.j. &
l.uel ſi uites,ibi,ne generaliter diffinimus.ff. de im-
85 penſ.in reb. dot. fact. †Quamobrem in huiuſmodi,
non ſolùm bonæ,uerùm etiam malæ fidei poſſeſſo-
ri has ipſas repetendi ius competit. l. domum. C.de
rei uend.& d.l.planè, in fi.ibi, prædo non aliter,niſi
res melior effecta fuerit. Quinimmo, & ſi utiles eſ-
ſent,non autẽ neceſſariæ,prout uerius eſt, ut ex uac-
cis ipſis lactis fructus & uitulorum partus inde col-
ligi poſsit,tùm & olera plura ipſius olitoris diligen-
tia colligantur; adhuc tamen cùm gener bona fide,
ut ipſi ſocrui rem utilem gereret, quæ tamen diues
erat: & idcircò impenſam in huiuſmodi factura in
ea refectione plurimùm impenderit, donationem fa
ctam fuiſſe aſſeuerare inhumanum eſſe uidetur: l. in
fundo.ff.de rei uend.uerſ.finge pauperiorem, à con-
trario ſenſu.Bart.ibi declarat,uerſ.ex qua diſtingue.
& d.l.planè,& l.utique.ff.de rei uend. & l.iij.§. pen.
86 ff.de itinere actuque priu. ubi Albe. & Barto. †do-
nationis enim præſumptio non facilè conſueuit in-
duci. l.Procula.ff. de probat.& d.l.utrum,de donat.
inter uir.& ux.& Doct.d.l.quæ dotis.ff.ſolut.matri.
quod multò fortius in præſenti negotio conſtituen-
dum eſt, in quo proponitur Cappium ipſum tem-
pore quo impenſas huiuſmodi ſubiuit, annis fuiſſe
minorem: quamobrem ex iuris ſingularis Mantuani
diſpõne donatio ab eo facta innanis redditur: vñ,ta-
metſi malæ fidei poſſeſſor fuiſſet,præſumptionis hu-
ius ſubiectum remouetur.l.uxor filio.ff. de don.int.
uir.&vx.ubi Albe.& Bar.in fi.& l.cùm uir.ff.de do-
li except.& Bar..docuit d.l.in fundo, uerſ. uenio ad
malæ fidei. & Ange.§.ex diuerſo,& §.ſequen.inſtit.
de rerum diuiſ. quæ cùm huiuſmodi ſint, nemo eſt,
uel ita lippus, cui clarum non ſit, in propoſito caſu
87 procedere non poſſe,† quòd lex inquit,in alieno ſo
lo ædificatum ipſi cedere debere.dict. §. ex diuerſo,
de rer.diuiſ.quippè, quòd diſpoſitio illa in negotiis
impenſis non procedit.d.l.planè,præſertim in refe-

ctione conſiſtentibus, & ad ipſius prædij ſiue ruſtici
ſiue vrbani perpetuam utilitarem pertinentibus. d.l.
j. de impen. in reb. dot. factis. d.l.iij. §.j.ff. de itinere
88 actuque priu. † neceſsitas enim iuris ipſius uinculũ
diſſoluere ſolet. c. conſilium, de obſer. ieiun. & capi.
Odoardus, de ſolut. ſiue pro quo impenſum propo-
nitur, cùm diues eſſet, facturus erat. d.l. in fundo,
uerſ. finge, il iij. & il iiij. Item in eo qui bona fide im
pẽdit, & l. domum. quæ quidem in præſenti negotio
cùm concurrant, omninò repetitionis effectum pro-
ducere debeat. l. ſpadonem. §.j.ff. de excuſ. ubi Bar. &
idem l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & Bald. l.
filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel ali. iur. &
ita Bart. Caſtr. d.l. in fundo. Ang. Port. & Faber d.§.
ex diuerſo, & d.§. certa, inſt. de rer. diuiſ. declarant.

Habetis amplisſimi uiri quid ſecundum iuris no-
ſtri regulas ex facto cõſultus in cauſa Cappij reſpon-
dendum duxerim. et ſi illa uobis ignota non eſſe, pu-
tarem, quos vniuerſa iuris noſtri regulas & myſteria
in pectore habere intelligam: ſed ut occupationum
interdũ cumulo oppreſsis amentata tela iuſtitiæ ſem
per intuitu ſuggerenda cenſerem. Vos, ut humaniſ-
ſimi eſtis, qualecunque reſponſum hoc meum boni
facite: conſultoris profectò accelerantis efflagitatio
plurimùm meme feſtinare coëgit, ut hæc à ueterum
monumentis ferè raptim depromerem. Valete,
Patauij, Idib. Sept. M. D. L.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legatum poſſe fieri adiecto onere non petendi quod ſibi debetur.*
2 *Ignorantia facti regulariter præſumitur.*
3 *Verba ſiue ſermones noſtri adaptandi ſunt rebus ſenſu & intellectu fruentibus.*
4 *Veriſimile, quod non eſt, falſitatis imaginem habet.*
5 *Marito debetur intereſſe, ſiue interuſurium ob dotem non ſolutam. & diſtinguuntur nonnulli caſus.*

CONSILIVM XX.

EXCELLENTISSIMI I. C. HIERONYMI Cagnoli, de materia præcedentis Conſilij.

Ieſu Chriſto redemptore noſtro auſpice.

DOLVI, pulchrum hunc caſum ex
antiquiſsima Ciuitate Mantuæ iã
multis diebus præteritis tranſmiſ-
ſum, uidere, euoluere, & enuclea-
re propter abſentiam meam ab in-
clyta hac Ciuitate Paduæ non po-
tuiſſe; & honeſto deſiderio domini Hippolyti Re-
cuperati, patroni integerrimi ueluti fratris honorã-
di ſatisfacere non potuiſſe. & in præſentia doleo de
ſubſcriptione conſultationum prędicti caſus requi-
ſitus poſt redditum meum propter infirmitatem, quã
illicò incurri, nec ualetudini priſtinę adhuc plenè re-
ſtitutus ſum, idem nunc (ut uellem) facere non poſ-
ſe. ne tamen tanquàm canis Aegiptius aliorum ſcri-
pta currendo lambere iudicer; uidi quæ ſubtiliter
& copioſè ſcripſit præfatus dominus Recuperatus in
hac cauſa Excellens Aduocatus, poſtmodum Excel-
lentiſsimus & uerus legum interpres dominus Ma-
rianus Socinus iuni. inde dominus Iacobus Philip-
pus Portius Imolenſis, Pontificij iuris ætate noſtra
ſingularis profeſſor, & nouiſsimè ſubſcribendo Ex-
cellens D. Marcus Mantua collega meus honoran.

Omnis difficultas præſentis cauſæ, ut etiam præ-
fati uolunt, conſiſtit in primo capite dubiorum exhi
bitorum. in qua difficultate concurro in eandem ſen
tentiam cum præfatis omnibus Excellentiſsimis ui-
ris, quod D. Io. Franciſcus de Cappo ciuis Mantuæ
ius optimum foueat, & pro eo ſit ferenda ſententia:
cùm, ut ex actis apparet, iuſtificauerit intentionem
ſuam, iuxta legem qui accuſare, à contrario ſenſu. C.
1 de eden. cum ſimilib. † quia licèt nõ ſit dubium, quin
legatum poſsit alicui fieri cum onere non petendi il-
lud, quod ſibi debetur, etiam ꝙ illud plus ſit, ſibique
legatarius pręiudicet in debito, acceptando tale lega-
tũm. l. ſi ab vno. in princip. ff. de leg. ij. & c. officij, de
teſtam. cum multis aliis ſimilib. adductis à Decio in
conſ. cvxcix. col. fi. & ccccxxv. col. pen. & per Rui. in
conſ. lxxix. uolu. ij. et ita factum dicatur in caſu no-
ſtro, tamen concluſio prædicta intelligitur, quando
legatarius cognouit, intellexit, & uerè ſciuit tale
onus adnexum legato, aliàs autem ſecus; prout in ca-
ſu noſtro, & qñ fuit ignorantia facti legatum ipſum
acceptantis; ut per D. Rui. circa finem conſilij ſupe-
2 rius adducti. † Quæ quidem ignorantia facti regu-
lariter præſumitur. l. uerius. ff. de probat. c. præſumi-
tur, de reg. iur. in vj. cum vulgatis, maximè ubi eſt ue
riſimilis, & naturalibus conſentanea; prout in caſu
noſtro. quis eſt enim ita fatuus, qui crederet D. Ioã.
Franciſcum de Cappo pro quadringentis aureis le-
gatis uoluiſſe remittere ſummam liquidam & debi-
tam conſtante publico inſtrumento ducatorum mil-
le abſq; alia ulla utilitate? inſani hominis eſſet id cre
3 dere, aut aſſerere. † Sermones enim noſtri adaptãdi
ſunt rebus ſenſu & intellectu fruẽtibus. l. ſi quis ita, in
fi. ibi, ꝙ nemo ſanus diceret. ff. de euictionib. de quo
textu faciunt ſæpe feſtum Doct. quos retuli in repe-
titione legis diem functo. ff. de offic. Aſſeſſ. & in l. fi.
C. de pact. nume. ccvj. cum ſequen. maximè, cùm ge-
neraliter loquendo nemo præſumatur iactare ſuum.
l. cùm de indebito. ff. de probat. omniſque alia præ-
ſumptio potius capienda ſit, quàm dictæ remiſsio-
nis aut donationis. l. Campanus, cum ſimilib. de ope-
ris libert. & hæ remiſsiones iurium ſuorum ſunt ſem
per ſtrictæ intelligendæ. l. ſi domus. ff. de ſeruit. urb.
prædi. cum multis accumulatis per Decium in con-
4 ſil. ccccxix. & conſi. cccclj. † Nam, ut alibi ſæpe di-
cebat Bald. maximè in l. quicunque. C. de ſeruis fu-
git. quod non eſt uériſimile, falſitatis imago eſt. Ex
quibus concludendum ſit per acceptationem præ-
dicti legati quadringentorum aureorum, non cenſe-
ri remiſſum debitum aureorum mille purum & li-
quidum, ac per inſtrũ publica patens, ſed prædictum
legatum potius fuiſſe acceptatum animo illud con-
ſequendi & lucrandi non autem intentione remit-
tendi debitum dictorum aureorũ mille: & ſic potius
per errorem quàm ex certa & uera animi ſcientia
ſibi

ſibi nidelicet præiudicandi in ſumma longè maiori id factum fuiſſe.

Præterea, dato, & nõ conceſſo, quòd ita eſſet, propter enormiſsimam læſionem, de qua ſuprà, reſcindenda eſſet liberatio & omnis actio ſuprà relata; iuxta legem ſecundam C. de reſcinden. uendi. cum pluribus quæ ibi in uariis locis in repetitione mea cumulaui.

5 Quantùm † uerò ad Interuſurium dotis prædictæ ſeu intereſſe mariti dotis & ſummæ prædictæ in tẽpore non ſolutæ, quæſtio trita eſt, an & quando maritus id petere & conſequi poſsit. et ideò reſolutiuè loquendo, plures caſus eſſe concludo, in quibus id legitimè fieri poteſt. et ut mihi præſupponitur, ſumus in pluribus, in quibus id ipſum fieri poteſt. Primus eſt, quando in loco eſſet de hoc ſtatutum, uel extaret conſuetudo præſtandi tot pro centenario pro debito ex cauſa dotis propter onera matrimonij, ut ferè vbique eſt, & Mantuæ dicitur eſſe. Vel maritus ſupportans onera matrimonij ſolitus eſſet mercari, negociari & lucrari, aut dare pecuniam mercatoribus ad honeſtum lucrum, uel pecunias ſuas conuertere in emptionem prædiorum, non autem eam tenere ocioſam in capſa: his caſibus debetur interuſuriũ dotis non ſolutæ, ſeu intereſſe marito ſupportanti & ſuſtinenti onera matrimonij; ut per Io. And. & alios Canoniſtas in c. ſalubriter, extra de uſur. & Alex. in conſi. xxxj. & ccij. uolum. ij. & Rochum Curtium in tract. de conſuet. cum multis aliis, quæ accumulaui in repetitione l. curabit, nu. xvj. & nu. xlj. C. de actio. empt. Ex quibus luce clarius apparet de optimo iure præfacti D. Ioannis Franciſci de Cappo in articulo principali cauſę prędictę, & in capitulo de quo ſ. tàm reſpectu dotis, quàm interuſurij & intereſſe prędictæ dotis non ſolutæ. Quo uerò ad alia capita & dubitationes, res non uidetur exigere magnam diſcuſsionem propter modicam dubitationem in eis exiſtẽtem, ac propter indiſpoſitionem meam remitto me ad ſcripta per alios ſuprà relatos; plenius in ſpecie, ſi fuerit opus, ſcripturus, ubi priſtinæ ſanitati reſtitutus fuero. Et ita, ut ſuprà cõcluſum fuit, iuris & æquitatis eſſe dico & conſulo ego Hieronymus Cagnolus Iureconſultus Vercellenſis, Eques & Sabaudiæ celſitudinis Ducalis Senator, Paduæ nunc iura ciuilia ordinariè interpretãs: in cuius rei teſtimoniũ & fidem me propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo communiui, ad laudem omnipotentis Dei.

Hieronymus Cagnolus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Donatio concubinæ facta à milite, irrita eſt, atque inefficax. fall. nu. 21,
2 Clericis concubinæ donare haud quaquàm permiſſum eſt. fallit ut nu. 21.
3 Clericorum priuilegia plura, remiſſiuè tamen.
4 Aduocati concubinis donare non poſſunt.
5 Concubinatus lege Pontificia prohibitus.
6 Legis Canonicæ finis, eſt animæ integritas atq; candor.
7 Lenones puniendos eſſe.
8 Clericorum bona, Dei eſſe creduntur.
9 Clerici præſumuntur de bonis Eccleſiæ acquiſiuiſſe. fall. tamen.
10 Clerici, non concubinis, lenonibus, hiſtrionibus & ſimilibus, ſed pauperibus bona Eccleſiæ largiri debent.
11 Miles filiam ex concubina ſuſceptam dotare non ualet.
12 Concubinatus de iure ciuili non prohibitus.
13 Filij legitimi ſunt, licèt editi ante dotalium inſtrumentorum confectionem. & nu. 16.
14 Filios per ſubſequens matrimonium legitimari. & nu. ſeq. de commu. opin. quòd inter ſolutos, ex ſola coniugij uirtute, licèt inſtrumenta dotalia non fuerint confecta, legitimentur. & nu. 74.
15 Malum deteſtabilius ex duobus euitandum.
16 Matrimonij uis quanta ſit.
17 Concubinatus eccleſiaſticum eſt crimen.
18 Leges Cæſaris in ſuo imperio an præferendæ Pontificijs legibus?
19 Concubinæ capaces ſunt legatorum.
20 Nullitas actus, pœna eſt.
21 Lex iuſta & ſancta eſt.
22 Bona eccleſiæ pauperum eſſe,
23 Clerici ob benemerita poſſunt concubinæ donare. aliàs minimè. & ſuprà nu. 2.
24 Donatio remuneratoria genus quoddam permutationis eſt.
25 Donatio inter patrem & filium quòd nõ ualeat, quæ nã ſit ratio.
26 Donatio facta meritorum intuitu, non uenit in fideicommiſſo uniuerſali.
27 Concubina alijque incapaces acquirunt ex teſtamento, pro mercedis debito tamen, ſiue pro ſeruitijs, aliàs minimè.
28 Natura repugnat alterius incommodo ſuum augere commodum.
29 Merita in donatione exprimere, utile eſt.
30 Donatio legitima cenſetur ex cauſa dotis, maximè inopi facta.
31 Spurij alendi ſunt. & nu. 74.
32 Bona eccleſiæ et ſi regulariter alienari nequeant, fallit tamen pro pauperum alimonia.
33 Clerici poſſunt famulis aliqua intuitu eleemoſynæ ex beneficiorum fructibus erogare.
34 Temporis diuturnitas auget peccatum.
35 Anima cunctis rebus anteponenda,
36 Donationibus in ipſis plurimùm & donantis & donatarij qualitas conſideranda eſt.
37 Præſumptio eſt pro notario.
38 Notario multùm lex confidit.
39 Dolum, fraudem, & ſimulationem non præſumi.
40 Facta non præſumi, ſed probatione opus eſſe.
41 Solennitates extrinſecæ non præſumuntur.
42 Simulatio excluditur ob pecuniæ numerationem.
43 Clandeſtinè fieri ſolent ſimulationes, fraudes, & eiuſmodi. & 47.
44 Simulatio & dolus coniecturis probatur.
45 Delicta punienda eſſe, ne impunitas frequentiam delinquentium augeat.
46 Inditia in criminalibus debent eſſe perſpicua.

47 *Præſumptiones et coniecturæ doli & fraudis, ex uarijs accidentibus elici ſolent: & quæ ſint.*
48 *Perſonæ conditio plurimum iudicatis religionē inſtruit.*
49 *Loci qualitas & temporis putà nocturni, ſuſpitionem inducunt.*
50 *Pretij modicitas ſimulationem contractus præſefert.*
51 *Clauſulæ inſolitæ urgunt ſuſpitionem.*
52 *Præſumitur nemo ex uento uiuere.*
53 *Principium cuiuſq; rei potiſſimam eſſe partem.*
54 *Initium præmaximè ſpectandum eſſe.*
55 *Vxor præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis mariti, quod ampliatur in concubina.*
56 *Concubina præſumitur acquiſiſſe ex bonis amaſij.*
57 *Clericus uendēs concubinæ, nō caret fraudis ſuſpitione.*
58 *Fraus & dolus nemini patrocinari debet.*
59 *Donationem ſimulatam hæredes reuocare poſſunt.*
60 *Effectus plerūq; perpendi ſolet, modus autem negligi.*
61 *Donare prohibitus, ſi uendit, præſumptio eſt ſimulationis.*
62 *Specialia generalibus derogant.*
63 *Forum ſortitur quis ratione contractus.*
64 *Forum ſortiri ratione delicti.*
65 *Forum mariti attendendum eſt in dotis exactione, non autem loci, ubi dotis contractus fuit celebratus, eſtq; communis opin. & uide nu. 72.*
66 *Statuta ignorare exteri præſumuntur.*
67 *Vxor forum uiri ſequitur. fall. tamen, & nu. 67.*
68 *Tex. l. exigere dotem. ff. de iudic. exornatur. & 68.*
69 *Domicilium acquiri per decennium.*
70 *Domicilij acquiſitionem impedit redeundi ad patriam præſumptus animus.*
71 *Forum uiri ſequitur uxor.*
72 *Dotis exactionem & lucrum perpendi debere ſecundum ſtatuta loci, ubi uir & uxor diutiſſimè moram traxere. & uide ſuprà nu. 65.*
63 *Filius naturalis quis propriè dicitur.*
74 *Filij naturales legitimantur per ſubſequens matrimonium, etiam dotalibus non confectis inſtrumentis, & ſuprà nu. 14.*
75 *Filij naturales ſuccedunt patri in uita ſuperſtitibus legitimis & naturalibus.*
76 *Filij naturales poſſunt ex aſſe inſtitui non exiſtentibus legitimis & naturalibus.*
77 *Filij naturales quando ab inteſtato ſuccedant.*
78 *Filij naturales alendi ſunt. fall. nu. ſeq.*
79 *Filij naturales ſi habeant unde uiuere poſſint, alendi non ſunt.*
80 *Filij naturales matri ſuccedunt, ſiue legitimi extent, ſiue non.*
81 *Filij naturales ſi à matre hæredes non inſtituantur, teſtamentum inofficioſum dicere poſſunt.*
82 *Frater naturalis ſuccedit fratri uterino, cæteriſq; coniunctis ex materna linea.*
83 *Dos an cedat lucro uiri defuncta uxore, ut prorſus filius naturalis excludatur.*
84 *Dos ob matrimonij onera ſuſtinenda, conſtituta fuit.*
85 *Onus qui non ſubijt, nec commodum habere debet.*
86 *Pactum alicuius lucri inter ſocios initum, damni quoq; ſequelam inferre.*
87 *Socius, ſi inuito ſocio merces periculo ſuo commiſit maris tempeſtati, lucri commodum alter habere non debet.*
88 *Vaſallus aut feudum dimittat, aut domini ſeruitia & obſequia ſubeat.*
89 *Dotis lucrum propter matrimonij onera conſtitutum cenſetur.*
90 *Mulieres eſſe dotatas expedit.*
91 *Viduitatem diſpoſitioni indicenti leges derogant.*
92 *Maritus ut dotis fructus lucrari poſſit, matrimonij onera ſuſtinere debet.*
93 *Cauſa proxima attendenda eſt.*
94 *Maritus lucratur dotem ex iuris municipalis diſpoſitione uxore prædecedente, licèt nondum ad domum traducta: eſtque opin. recepta.*
95 *Matrimonij onera multa eſſe.*
96 *Statutum quòd uir lucretur certam dotis partem, eſſe fauorabile.*
97 *Maritum poſſe lucrum ſibi obueniens ob mortem uxoris remittere; nec ius reuocandi, creditores habere.*
98 *Indicari quod poteſt ſecundum minus & maius potens, attenditur maius potens.*

CONSILIVM XXI.

CRVCIS CHRISTI MIHI VIRTVS adſit, vt inde cordis & intellectus cæcitas diſijciatur.

COattis quidam coniugij legibus omninò ſolutus, ex ea, quę nullum virum habebat, ignobili tamen, filium ipſum ſuſcepit. paulò poſt ſacris addictus eſt, atque ipſi mulieri, quæ concubina illius fuerat, bona quædam ſiue ex Eccleſiæ ſiue patrimonij ſui redditibus donauit. quod eo quidem colore fieri atteſtatus eſt, ut inde commodius legitimo uiro coniungi poſſet: nuptiiſque hæc Gallo cuidam, qui patria & parentibus relictis diutius in Italia & donec uixit commoratus eſt, putà in aliquo Caſtro Brixiæ ſubiecto, neque quidquam eo tempore acquiſiuit, quo dotis ipſius ius in tuto collocatum cenſeretur.

Fingamus mulierem illam nullis ex ea ſuperſtitibus filiis obiiſſe, contigit de pluribus dubitari: primò, an clericus ille mulieri, quæ nuper eius concubina fuerat, donare potuerit? & quibus uerborum conceptionibus id legitimè actum uideri poſsit?

Secundò, an idem clericus domum quandam eidem mulieri abſque ulla ſuſpicione uendidiſſe cenſeatur? nempè cùm pretij numeratio coram ipſo Tabellione ac teſtibus facta fuerit, doloſè potius id actū præſumatur, ac breui (quod aiunt) manu ipſi mulieri data, ac ab illa clerico reſtituta cenſeri poſsit? cùm nihil haberet mulier, ut pretium huiuſmodi ſuperlucrari potuerit, excepta portione quadam ei à clerico alimentorum intuitu aſsignata, ex qua uel modicum aliquid ſubducere, parcius quidem uiuendo potuerit.

Tertiò, an mulier illa uiri domicilium acquiſiuiſſe cenſeatur, vnde ad dotis ipſius tùm reſtitutionem tùm lucrum, Brixiæ legibus ſiue ſtatutis ſubiecta non ſit?

Quartò, an ſi legitimos ex eo matrimonio filios

ſuperfuiſſe proponatur, naturalem illum excludendum eſſe diiudicemus, an potius ad aliquam portionem & quotam admittendus credatur.

Quintò, an dos illa, itemúe illius uſusfructus muliere defuncta ad virum Gallum omninò pertineat, an uerò naturali filio aliquo pacto & quatenus ſuccurri poſsit, & debeat?

Sextò & ultimò quid in præmiſsis dicendum ſit, cùm vir hic Gallus nullum matrimonij onus ſubierit: nõ enim is uxorem duxit, ſed ab ea traducta eſt.

Reſpondi, quod ad primam propoſiti facti qõnem attinet, prima fronte donationem huiuſmodi à clerico mulieri huic factam, nullam eſſe cenſendum ui-
1 deri. † ſanxit namq; Iuſtinianus donationes à militibus eiua concubinis factas, irritas eſſe, ne fortè à focariis ipſis, fictis quibuſdam adulationibus ſpolien-
2 tur. l.ij.C.de donat.inter uir.& ux. † quam quidẽ diſpoſitionem & ad cœleſtis quoq; militiæ ſeu diſciplinæ milites pertinere ſępius traditum eſt. Glo.l.miles qui, de re iud. ſuper uer. furere põt, ibi, priuilegiũ, ꝙ miles quàtenus fieri poſsit cõdemnetur, & ad ipſum quoq; clericum pertinere traditur. & ei adſtipulatur Alb. Bar. & Bal. in l.miles ita. §. mulier, de mil. teſt. & l. mulierem, de his quib. ut indig. quatenus ibi rñſum extat, à fiſco uendicari, quod à milite relictũ eſt mu-
3 lieri, quam ſtupro cognouit. † plura enim ſingularia iura clericis ipſis cùm diuino obſequio ſint deſtinati, conceſſa fuerũt. c. duo ſunt, xij. q. j, & aduertũt Doctores c.ij. de iudic. & c. nouit, eod. titu. & c. per uenerabilem, qui fil. ſint legit. & clem. j. de uit. & hone. cler. ubi plura Card. enumerat. & l. ſacroſancta. C. de Epi. & cler. ut mirum non ſit, ſi quod in militibus armatæ militiæ ſtatutum eſt, ut focariis & concubinis huiuſ-
4 modi fruſtrà donent, idem quoq; in illis, † necnon & aduocatis procedere receptius traditum ſit. Gloſ. d.l.ij.C.de Adu.diu.iud. ubi Ricard. Malumb. Albe. Bar. & Bal. d.l. miles ita. §. mulier. & d.l. mulierem, & l. affictionis, de donat. ubi Alex. in additio. & Ioan. And. c. ſine culpa. de reg. iur. in vj.

5 † Nam, cùm ipſius concubinatus ſubſtantia à Pontificia lege prorſus abhorreat: ſcriptum etenim eſt: ꝓprium uas vnumquẽq; in ſanctificatione ſua poſsidere debere. et idcirco Chriſtianum uerum ἀπὸ τῆς πορνίας, id eſt ſcortationi abſtinere oportere. Rom. j. & j. Corinth. vj. & j. Theſſal. iiij. & j. ad Thimoth. j. qua ratione ſtatutum fuit, coitum ſemper, (propriæ uxoris tñ excepto) peccatũ mortale inducere. c. nemo enim, & c. ſeriatim, & ferè per totum, xxxij. diſt. c. meretrices, ubi Gloſ. in ver. illicitus, & c. ij. xxxij. q. iiij. ubi Archi. & c. gaudemus, de diuort. ubi Doct. & c. nemo, xxxij. q. iiij. & c. omnibus, xxxj. diſt. & c.
6 quidam clericus. c. ſi autem, de coha. cle. & mul. † Nã finis huiuſmodi legis eſt, ipſius animæ integritas & candor. c. cùm contingat, de iureiur. ubi Glo. magna verſ. ſed canon, & ibi Butri. Imol. & Abb. §. damnamus, in procem. Decret. Quocircà immunda omnia, ac mundo, necnon ipſi carni obnoxia omnia reiicit. c. cùm ab omni, & toto tit. de uit. & honeſt. cle. Quãobrem, cùm ueteres exiſtimauerint prohibito concubinatu ac mulierum & clericorũ cohabitatione, omnia inde proficiſcentia irrita ac nulla cenſeri. argu. l. oratio, de ſpon. l. j. & ij. de pecu. leg. l. legem, in fin. C. de natur. lib. c. cùm quid prohibetur, de regul. iur. in vj. ubi Din. & idcircò donationes huiuſmodi non ualere Io. Andr. d. c. ſine culpa, & c. de his, de ſepult. & Hoſtien. in ſumma de donat. §. & an. Ange. poſt Bar. d.l. miles, de re iudic.

Nam & Cæſarea quoq; lege cautum extat, pudici-
7 tiam caſtitatẽue ſummopere colendam eſſe. † vnde eius corruptores, lenones haud impune abire, Iuſtinianus ſanxit in auth. de lenon. §. ſancimus, & §. ꝓponizamus, & §. mulieres, & in auth. ſcenicas non ſolũ, in fi. & in auth. quib. mod. nat. effi. leg. §. id Imperator. & in auth. quomo. oport. Epiſ. & in auth. ut eccl. titut. & in auth. ut cler. apud prop. Epiſ. Nec id ratione caret, cùm de peccato agatur, ut Pontificiæ cõſtitutionis diſpoſitio ꝑualeat. Doct. d. c. nouit, & d. c. cũ contingat. & reſpectu ſpiritualiũ indubitatum eſſe vr̃, ideſt, ut illegitimè nati intelligantur. Io. And. d. c. ſine culpa. Glo. l. licèt, in fi. de concubi. & tractatu Roſel. de legitimatione. §. viſo de cauſa, nu. ij.

8 Poſtremò † mirum uideri non dẽt, qm̃ clericorũ ipſorum bona eccleſiæ & idcircò Dei eſſe creduntur. Bal. l. fi. C. de ſacroſ. eccl. n. iij. & Abb c. j. de conſue.
9 in princ. & c. fin. eod. titu. † & quæ clericus habet, ex eius ipſius eccleſiæ redditibus parta cenſeantur. c. j. & ij. de pec. cleri. & c. inquirendũ, eo. tit. & c. cũ in officiis, & c. relatũ, de teſta. niſi aliter ſeſe hẽre ab eorũ hęredibus oſtenſum fuerit. Glo. Butr. & Abb. in d. c. ij. in uerb. ſuperuenerit. Quocircà cõſequens eſt, huiuſmodi bona alienationis cõmertio quocũq; carere. c. nulli, de reb. eccle. non alie. §. alienationis, ubi, oẽs in uerb. donationem aduertunt. & l. iubemus. §. Iconomus. C. de ſacroſ. eccl. & auct. hoc ius, eo. titu. ubi Doct. Quocircà donationes huiuſmodi nullas eſſe à maioribus nr̃is decretũ extat: quippè ꝙ pauperũ bona cenſeantur, pietati ac doctrinæ deſtinata. c. cũ
10 uenio, xxiij. q. viij. c. fi. xvj. q. j. c. uidentes, xij. q. j. † Et idcircò concubinis, meretricibus, lenonibus, ſcinedulis, hyſtrionibus uel zanis nõ largienda. d. c. nemo, xxxij. q. iiij. & c. oĩbus, ead. cã & qõne. & c. donant, cũ ſeq. & ferè per totum, lxxxvj. diſt. & Io. And. d. c. ſuꝑ his, de ſepul. col. fi. & c. ſi concubinę, de ſent. excom. & Abb. c. j. de cle. ęgro. & rub. de adult. & c. cũ ſuper, de cã poſſ. & propr. & col. v. & Barb. c. ſi quis ſanè, de pecul. cleri. quod quidẽ ſępius tractatum atq; rñſum extat: Pet. Abiaſio in directorio elec. c. lij. Roſel. in d. tract. legiti. lib. j. de leg. & ſubſeq. matr. d. §. viſo. & Bal. conſ. cclxxvij. lib. j. & cxxix. in ij. n. iij. & cccliiij. in iij. num. iiij. uerſ. tñ eſt uidendum utrum iſta rõne
11 conſiderata turpis cãæ & perſpecta militia. † ubi vẽ ampliare diſpoſitionem d. l. ij. C. de donat. inter uir. & ux. ut locum quoq; hẽat, ſi miles uellet filiã ex ipſa concubina ſuſceptam dotare, perinde ac nata ſit ex quodam dãnato coitu: qm̃ lex cõiunctionem huiuſmodi reprobare uideatur. d. l. miles ita. §. mulier. ff. de mil. teſt. et idẽ cõſ. cccclvij. in v. & Ang. cõſ. clxxj. Super puncto, & Dec. cõſ. cxxxij. nu. j Signo. de Homod. cõſ. ccxix. nu. x. ex quibus colligi poteſt ab hac ipſa ſententia tùm conſulendo tùm iudicando recedendum non eſſe. l. j. C. de teſta. ubi Bal. in ij. not. l. j. ff. de offic. Quęſt. uerſ. & ſanè crebrior apud ueteres opinio eſt. & c. ne innitaris, de conſtit. ubi Doctn. & c. Capellanus, de feriis, ubi Butri. & Abb.

Quibus tamen nō obſtantibus oppoſitum, ſecun
dum iuris noſtri rationem pluribus iuribus atq; au-
ctoritatibus diiudicandum cenſeo. Et primò dona-
tionem huiuſmodi ea ratione legitimam debere cen
12 ſeri ei, quæ olim concubina fuit, † quippè, quòd ſæ-
cularis ipſe legiſlator concubinatum ipſum omninò
non improbet. l. j. & ij. ff. de concubin. quinimmo in
ſoluta prorſus approbare uidetur. l. j. C. eod. tit. ubi
Cæſar nepharium eſſe concubinatum ſtatuit cōſtā-
te matrimonio. & ſi ſubſequatur matrimonium
13 dotisùe inſtrumenta conficiantur, † ſecundum Iu-
ſtiniani legem, atq; etiam huiuſmodi actua confectio
nem filij editi legitimi fiunt, in auct. quibus mo. na-
tur. effi. legiti. §. ſi cùm filiis. & §. fin. ſuorumque hę
redum iura naciſcuntur. l. cùm quis, & l. nuper. C. de
naturalib. lib. & §. necnon, inſtit. de hære. quæ ab in-
teſt. & §. fi. inſti. de nupt. ibi, qui à muliere libera pro-
creatur, dummodo id modis legitimis fiat, puta, ut
ſi duas eodem tēpore concubinas non habeat, in auct.
de trien. & ſemiſſ. §. conſiderauimus, in fin. ſed vnam
14 indubitato effectu retineat, † tunc ſubſequenti ma-
trimonio filios iam ſuſceptos legitimos fieri, ſæpius
traditum eſt. Roſell. d. tract. de legitimatione. Ange.
conſi. xx. nume. j. & Signorel. d. conſi. ccxix. nu. xij. &
Soci. conſ. xliiij. nu. in j. Satius enim id eſſe legiſlator
exiſtimauit, quàm ut paſſim adulteria & ſtupra ip-
15 ſa committerentur. † Quare duobus propoſitis
malis deteſtabilius interdicere conſueuit. l. ita vulne-
ratus. in fi. ff. ad leg. Aquil. l. bona fides. ff. depoſ. & l.
abſentem. ff. de pœnis, & c. duo mala, xiij. diſtin. & c.
conſilium, de obſer. ieiun.

Cui quidem cōcluſioni & huius ipſius effectus in-
tuitu ſecundum Pontificię legis diſpoſitionem locus
16 eſſe uidetur. d. c. j. & c. tanta, qui fil. ſint legiti. † ubi
ſtatutum eſſe colligunt omnes, tantam eſſe matrimo
nij uirtutem, ut ex ſoluto & ſoluta natus ſubſequenti
matrimonio legitimus fiat. quod Abb. ibi in j. nota.
aduerſus Bal. receptiua eſſe teſtatur, ſola cōiugij ope
id fieri, quamuis dotis inſtrumenta cōfecta non ſint.
Cald. conſ. j. tit. qui filij ſint legiti. Alioquin an cleri
cus ipſe concubinam retinere poſſet, fruſtrà diſcute-
retur, ſi actus ille cuiuſcunq; effectus contemplatio-
ne prorſus deteſtabilis eſſet. vnde & filium ex ſoluto
ac concubina ipſa editum, etiam poſtquàm ad cleri-
catus ordines promotus eſt, ſi eam ducat, legitimam
fieri, traditum eſt; dummodo eo tempore clericus il-
le ſacerdotis implicitus non fuerit. Io. And. d. c. ſi-
ne culpa, de reg. iur. in vj. & Roſel. in d. tract. de legi.
d. §. viſo de cauſa. nu. xj. & xij.

Secundò quòd donatio huiuſmodi ualuerit, hinc
quoque probari poſſe uidetur: quia eſto Pontificij iu
ris regulis concubinatum ipſum reprobari. d. c. nemo
17 ſibi blandiatur, xxxij. q. iiij. † & idcircò eccleſiaſticū
crimen exiſtimari ſolet. Goffr. Butr. Cardi. Imol. &
Abb. rubr. de adult. & idem Abb. c. cùm ſit, de foro
compet. num. xxv. uerſ. item poteſt comprehendi. &
c. per uenerabilem, nu. xxxj. qui filij ſint legiti. Abb.
nu. xxxj. & c. cùm ueniſſent, de inſti. & ex facto Fede.
18 Senen. reſpondit cōſi. clxij. † Nichilominus, cùm ibi
donationem hanc factam contingerit, ubi Cæſaris
lex præualere debet, ſecundum illius diſpoſitionem
eam ipſam legitimam eſſe cenſendam uideretur. c.
nouit, de iudi. & d. c. per uenerabilem, qui filij ſint le-
git. & d. c. cùm ad ueram, xcvj. diſt. & uidit Abb. Feli.
& Deci. in c. Eccleſia S. Mariæ, in iij. caſu, de conſtit.
Conſtat etenim affectionis cauſa donationes etiam
meretricibus factas eo iure ualere. l. affectionis. ff. de
donat. nec matrimonio ſecuto irritari. l. donationes
in concubinam. ff. de dona. ubi Docto. antiquiſſimæ
enim legis benignitas, qua cautum eſt. uti quiſque de
rebus ſuis legaſſet, ita ius eſſe debere. l. uerbis legis,
de uerb. ſigni. §. diſponat, in auct. de nupt. Gloſ. l. illa
inſtitutio. ff. de hæred. inſtitn. ibi, quod nix in ſuo. &
Abb. rub. de teſta. & Iaſ. C. eod. non facilè reſtringē-
da exiſtimatur. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. l. cùm
dilecti, de donat. vnde in illius interpretatione men-
tem potius quàm uerba perpendendam traditum eſt.
l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Senatusconſ. Trebel. l.
19 penul. ff. de leg. j. † vnde concubinas ipſas relictorum
capaces eſſe deciſum extat. l. qui concubinam, de leg.
iij. in prin. l. item legato. §. item & parui, eod. tit. quæ
cùm eiuſmodi ſint, ſi contingat donationem concu-
binę fieri, ſecundum regulam iuris eam ualere dicē-
dū uidetur, ne aliàs quis ex actu à lege permiſſo pœ-
næ ſubiiceretur. l. Gracchus. C. ad leg. Iuli. de adult.
l. ſancimus, de adminiſtr. tut. l. nemo damnum, de re-
20 gul. iur. † ipſa enim actus irritatio non mediocrem
pœnam inferre uidetur. clem. j. de iur. patro. vbi Glo.
in uerbo & in pœnam, ubi in fi. quòd electionis per-
ditio pœna eſt. & ibi Cardi. & Io. ab Imol. & c. ſi plu
ribus, in fi. de præben. in vj. & c. vnic. de ſupplen. ne-
glig. prælat.

Tertiò, licèt ratione dignitatis perſonæ clericus
ipſe concubinæ donare nequeat. d. c. nemo ſibi blan-
diatur. & c. meretrices, xxxij. q. j. cum aliis ſuperius
adductis, ne lex aliquo pacto turpes actus fouere ui-
21 deatur, † cùm iuſta ſit & ſancta. c. erit autem, iiij. di-
22 ſtinct. & c. ut famæ, de ſenten. excommunica. † ſiue
quia eccleſiæ bona pauperum eſſe credantur. d. c. cū
uenio, & d. c. uidentes, xij. q. j. & idcircò ueluti mar-
garitæ porcis ſpargendæ non ſint. arg. c. inter incor-
poralia, de tranſla. Epiſc.

23 † In propoſito tamen caſu, ſi ob merita aliqua cle
ricus ipſe aliqua fortè ęgritudine affectus, ab ea quæ
olim concubina fuerit, diligēter gubernatus fuiſſet,
uel cùm ſtudiis addictus eſſet, eius ipſius domeſticæ
rei diligenter mulier illa curam ſuſcepiſſet, tunc for-
tè uerius eſſe uidetur, donationem huiuſmodi etiam
inſpecta Pontificiæ legis æquitate ualere: quippè quod
naturæ ratio dictet, ut is ipſis à quibus beneficia ac-
ceperimus, benefaciamus. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit.
ff. de peti. hæredi. ibi, quamuis aliquem ſibi natura-
liter ad remunerandum obligauerit, niſi ἀντίδωρα,
id eſt remunerationem ipſam acceperit. quod ibi Do-
cto. aduertūt. & l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor ac-
cipi. & Docto. rub. de verbo. oblig. quo caſu presby-
ter ipſe non tàm donare, quàm quod naturaliter de-
24 bet, perſoluere cenſetur. † lex enim inquit, remu-
nerationis acceptationem permutationis quoddam
genus eſſe. dict. §. conſuluit, non propriè donationē.
25 † vnde quòd inter patrem & filium donatio nō con-
ſiſtat. l. donationes quas, de dona. inter uir. & ux. l. ij.
C. de inof. donat. l. j. §. ſi pater. ff. pro dona. l. iubemus
§. j. de ſacroſanct. Eccleſ. quippè eſt, quod inter donantē

& eum

& eum cui donatio fit, realis diſtinctio nō cōtinge-
ret.c.ſi.de inſt.c.p vſas,de iur.patr.c.debitū,de bap-
tiſm.& l.pen.ff.de recep.arb. at filius cū p̄re eādem
perſonā ſuſtinere cenſet.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.l.
p̄ris & filij.ff.de uulg.& pup.& ueteres oēs aduertūt
l.frater à fratre.ff.de cond.indeb. ubi recentiores.ex
hac tamen remunerationis cauſa adhuc conſtitutum
exiſtimatur.auctēn.unde ſi parens.C.de inoffi.teſta.
ubi Gloſ.ſuper uer.poſtulas,uerſ.reſpondeo, & ibi
Alber.Bar.Bald.Alex.& Iaſ.nu.xiij.Gloſſ.& Docto.
26 l.ſi donatione.C.de collatio. † Et idcircò quod me-
ritorum intuitu donatum fuit, non uenit in fideicom
miſſo uniuerſali,nec reſtitutionis cenſuræ ſubiectū
intelligitur.Corn.conſi.ccviij.Quod dominus, in
iiij.Alexan.xx.in iij.& Corn.lxxix.licèt, & cxliiij.&
clxxxv.Tria.litera D.in ij.& Soc.ccxv.Viſa.verſ.cō-
firmo etiam,in ij.& xcvj.in j.& cclxxiiij.in ij.& Re-
uerendiſsimus Card.Pariſ.conſ.ij.in iij.nume.xij.&
conſi.xvj.in ij.nu.xviij.& eadem ratione, ſi contin-
gat ob hanc ipſam cauſam donatum euinci, eo no-
mine teneri eum conſtitutum eſt.l.idem,cum ſeq.l.
ſi uerò non.ff.mand.ubi Bar.l.Ariſto.in fi.ff.de do-
natio.ubi Alex.poſt alios.l.Iulianus.ff.de uerb.obl.
& ex facto quandoque reſponſum extat. Alex.xlvij.
in iii.& Reuerendiſsimus Pariſ.conſi.viii.in princip.
vnde Papin.reſponſum Nicoſtrato ab Attilio Regu-
lo datum ex cauſa meritorum acceptorum potius
remunerationis intuitu datum interpretatur.l.Atti-
lius Regulus.ff.de donationib.& ibi Doctor.col-
ligunt.

Et ſi diceretur inter clericum hunc & eam, quæ
concubina fuit,adhuc ſuſpicionis rationem aliquam
uigere,unde liberalitatis exercitatio interdicta ui-
deatur.d.c.nemo.Reſpondeo, quamuis donatio in-
ter huiuſmodi perſonas prohibita ſit, de hac tamen
intelligi non debere,quę naturalis debiti potius per-
27 ſolutio quædā eſt.d.§.conſuluit.d.l.Attilius. † Qua
rōne & ex titulo teſtamenti acquiſitio illis uetita nō
cenſetur.l.qui teſtamentum.ff.de probat.l.cum quis.
§.pen.de leg.iii.ibi quod Calimacho incapaci Titia
reliquit,in fraudem legis relictum exiſtimatur, niſi
mercedis debitum probetur.& ibi Accur.Bar.& alii
docuerunt,& d.l.teſtamentum.Quocirca eadem ra-
tione in pręſenti caſu concludendum uideretur,do-
nationem ab hoc ipſo clerico mulieri,quæ olim eius
concubina fuit,remunerationis cauſa factam ualere
quod Anchar.ex facto conſultus reſpondit conſ.cc-
xlvii.cui Deci.ſubſcribere uidetur.d.conſi.cxxxii.in
prin.Quæ ſanè concluſio Pontificię ęquitati conue-
nire uidetur,naturalem ipſam ęquitatem prę oculis
habenti.c.i.de pact.c.dilecti, de iud.cap.cùm eſſes.
28 c.relatum,de teſta.† quare,cùm naturę ratio dictet,
alienum æs à nobis meritorum collatione cōflatum
diſſolui.d.§.conſuluit.l.Attilius,& l.nam hoc natura
ff.de cond.indeb.& c.locupletari,de regul.iur.in vi.
ſanè uix eſt dicendum humanæ legis rationem illi
cedere non debere.l.ii.ff.de uſuſru.ear.rerum.§.fin.
inſtit.de iur.nat.& c.fin.de conſuet.ubi dixi.Quam-
obrem,ſi merita ipſa probata ſint,concluſionem hu-
iuſmodi claram eſſe exiſtimo.d.l.qui teſtamentum
ff.de probatio.& d.l.cum quis.§.pen.ff.de legat.iii.
Glo.& Bart.l.ſi fortè.ff.de caſtren.pecu.& d.l.ſi do-
natione.C.de collatio.ubi Alex.& d.l.fi.C.de exer-
cit.Glo.l.i.C.de hia qui à princi.uacatio.mune.lib.
x.cui Bald.ſubſcripſit in l.illud.C.de ſacroſan.Eccl.
Barto.& Bald.auctēn.hoc ius porrectum,& l.per di-
uerſas.C.mand.& reſponſum extat Anchar.d.conſ.
ccxlvii.in fin.& Alexan.ci.in i.nu.xli.& Deci.xx.&
29 cxxxii.nu.ii.† Quod multò fortius procederet,ſit in
ſpecie merita ipſa nominatim donationis ipſius in-
ſtrumento comprehenſa fuiſſent.Bald.Sali.Alexan.
Iaſ.d.l.ſi donatione.Oldra.conſil.v.& Reuerendiſ-
ſimus Card.Pariſ.conſi.lxxxviii.in iii.num.ci.in fin.
Quod an hìc factum ſit,cùm mihi non liqueat, pru-
dens Iudex ceu arbiter facti qualitates diligenter in-
tueatur.l.ſi ex plagis.§.in clino.ff.ad leg.Aquil.c.i.
de conſtitut.in vi.
30 Quartò accedit,† hanc ipſam donationem ex le-
gitima cauſa legitimè factam exiſtimari debere, pu-
tà dotia ipſius mulieris illi conſtituræ, quæ inops &
miſerabilis exiſtimari poterat.argumento.l.cùm is.
§.ſi in ea opinione.ff.de cond.indeb.& Docto.l.i.ff.
ſol.mat.ubi Alci.ſuper uerb.dotis cā.& Doct.c.Ec-
cleſia S.Mariæ,de conſti.ubi Feli.col.xix.Bal.& Cā
peg.diffusè pertractāt in eorū de dote tract. cùm .n.
dos conſtitui ſoleat,ut inde mulier alimentorū com
modum conſequatur.l.Titio centum.§.Titio gene-
ro.ff.de condi.& demonſt.ubi Barto.Albe.& Imol.
& Docto.d.l.i.ff.ſol.mat. unde decere cenſetur hu-
iuſmodi actui quemlibet Chriſtianum operam dare.
31 c.pace.c.non ſatis.lxxxvi.diſtinc. † Qua ratione &
pontificia benignitas etiam ſpurios alendos eſſe cō-
ſtituit.c.cùm haberet,de eo qui duxit quam p adul-
te.pollu.& dicit Bar.aucten.ex complexu.C.de in-
ceſtis nup.& l.fin.C.de his quibus ut indig.& l.Mę-
uius.§.ſi duobus.ff.de leg.ii.& l.fin.§.ſi ſocero.ff.de
his quæ in fraud.Cùm enim ęccleſiæ bona pauperū
eſſe intelligantur.c.quoniam quicquid habent.xvi.
q.i.ubi Glo.i.& c.cùm uenio.xxiii.q.viii.& c.uidē-
tes,xii.q.i.conſequens eſt huiuſmodi mulieri tàm
honeſto caſu ab ipſo clerico potuiſſe ſuccurri.Glo.
& Docto.c.j.de eccleſ.ędif.& repar.& c.unio.x.q.i.
32 & c.nulli,de rebus eccleſ.nō aliená.ubi† Abb.nu.v.
excipit caſum alimoniæ pauperū ab illius cōſilii re-
33 gula. Quocircà † clericus ipſe uiuēs ex ſacerdotiorū
fructibus, famulia ipſis aliqua eleemoſynę intuitu
erogare poteſt.c.ad hæc, de teſtamē.in ii.reſponſo,
& c.relatum,eo.tit.il ii.ubi Doct.uerſ.licèt autem.
& ibi glo.& cur id à moriente difficilius fiat, Abb.
poſt ueteres ibi,& nō ſemel pertractatū extat.Rolā.
Paſſag.Bonon.tract.de ſucceſsio.ab inteſt.§.i.num.
xxiii.Corſ.Siculus in trac.minimorum num.viii.in
princ.& fine, cùm charitas ipſa chriſtianarum uir-
tutum potiſsima ſit, ex hac ipſa neceſſaria cauſa pō-
tificia ſedes eccleſiarum fructua diſtribui poſſe, ſta-
tuiſſe uidetur.c.præſenti,de officio ord.in vi.ibi, ex
alia qualibet rationabili cauſa. Abb.c.peruenit,de fi
deiuſſ.nu.vi.& c.Odoardus.de ſolut.ubi Barb.Præ-
tereà,& donationem hanc legitimam fuiſſe ipſius
quoque animę ſalutis ratio ſuadere uidetur,propter
quam à regulis iuris recedere conſueuimus.c.conſi-
lium,de obſer.ieiun.c.ad audientiam,de homic.uo-
lun.uel caſua.ubi Mari.nume.v.& c.iuuenis,de ſpō-
ſal.ubi Abb.nu.i.Nempe,ut mulier illa accepta dote

legitimo

legitimo uiro coniungeretur,& à fornicationis pec-
cato reſipiſceret. d.cap.nemo ſibi blandiatur.xxxiii.
q.iiii.& c.gaudemus, de diuor.& c.ſignificaſti,eod.
tit.&diutius Sathanę vinculis inuoluta non retineat
34 c.fin.de conſue.† & c.fi.de præſcrip.ubi Panor.poſt
omnes alios aduertit , temporis ipſius diuturnitate
peccatum ipſum augeri.& c.non debet,de conſang.
& affin.ibi,multiplicitas ſobolis ita ſuſceptæ. & ibi
Abb.aduertit. Qui ſanè effectus dote non conſtitu-
ta,facilè ſecutus non fuiſſet. Docto.d.l.i.ff.ſolu.mat.
ex ratione illius textus, & l. ſi donaturus. §. i. ff. de
cond.cauſ.dat.hoc colligunt.unde ſatius fuerit nor-
35 mam ipſius legis inflectere, † ut animæ ſalus uelu-
ti ſpirituale bonum temporali anteferatur.cap.præ-
cipimus,xii.q.i.c.inter incorporalia,de transla.prę-
lato.& c.duo mala,xiii.diſtin.& in Spec.de diſpenſ.
§.j.Quod quidem Butri. ſenſiſſe uidetur conſil.xiiii.
Prima facie in fin.ibi,ſed potuit pietate moueri , ut
illa nubat,& ne malam uitam aſsiduè ſequatur .
36 Et ita iudicandum ego cenſerem,† licèt perſonę
tàm donantis,quàm eius cui facta fuit donatio,qua-
litas plurimùm attendenda uideatur. Itemque & do-
nationis ipſius documentum; quippè , quòd iuſti-
ciæ uirtus in modico conſiſtat.d.§.in eliuo. d. c. i.de
conſtit. in vi.& l.precibus,C.de impub. & ibi Deci.
ii.notab.& l.ut reſponſum.C.de tranſac.& & l. ii.ff.
de iur.& fac.igno.& l.ea eſt.ff.de reg.iur.ubi Cagn.
nu.xvii.necnon & quantitas,d.c.ad hæc,& d.c. re-
latum, il ii.Quę ſanè qualitates factorum conditio-
nem quandoque leuiorem , quandoque grauiorem
reddunt.l.aut facta.ff.de pęnis.Gl. & Doct.c.omnis
utriuſque ſexus,de pęnit.& remiſſ. in uerbo circun-
ſtan.& hæc quò ad primam quęſtionem attinet,ſatis
ſufficiant .

Secundò quęritur,an uenditio domus facta à cle-
rico ipſi mulieri,in fraudem canonis facta pręſuma-
37 tur ? † & prima fronte cùm documento legitimè
confecto conſtet eam coram ipſo tabellione ac te-
ſtibus precium ipſum perſoluiſſe,pro ipſo pręſumē-
dum eſſe videretur l. precibus. C.de proba.ubi Bal.
& Sali.& c.ſi cautio,ubi Innoc.in princ.& cap. cum
38 Ioannes & c.cum P.tabellio,de fid.inſt. †Vix enim
aliquid perperam ab ipſo tabellione factum les ipſa
coniicere poteſt.c.ad audientiam, de pręſcript.& c.
illud,de præſump.ut dixi poſt omnes in c.quoniam
contra , de proba.in uerbo relationes.

Secundò idem ſuadet , quod uulgò dici conſue-
39 uit : † dolum , fraudem,ſimulationem,quemadmo-
dū nec alia quoq; delicta præſumi non ſolere. l.me-
40 rito.ff.pro ſocio.c.eſtote,de reg.iur.in antiq.† cùm
enim in facto conſiſtant , probationis adminiculo
naturaliter egēt.l.in bello.§.factę.ff.de capt.& poſt-
limi. reuerſ.l.denique.ff ex quibus cauſ. maio. c.cū
ad ſedem,de reſtit.ſpol.§.nos autem prioris iudicii.
41 quemadmodum & qualitates extrinſecæ.† Glo. c.ſi
fortè,de elec.in vi.in uerb.ſcientię, ubi Geminia.&
Fran.aduertunt.Glo.& Bar.in l.ſciendum. ff.de uer-
bo.obli.ubi Bart.& Ange.idque potiſsimum atten-
ta clerici perſona fatendum uidetur , diuino cultui
protſus addicti.c.duo ſunt,xii.q.i.unde uix quid nō
ſyncerum de eo pręſumi poteſt.c.abſit,ii. q.i.Cardi.
& Imo.d.Clem.i.de uit.& honeſt. cler. & c.cùm ab
omni, eo. tit. quamobrem regulæ ipſi adhęrendum
eſſe uidetur.d.l.precibus.& d.c.ad audientiam.& in
Spec.de fid.inſtru.& ſæpius à maioribus noſtris ex
facto reſponſum fuit.Roma.conſ.dix. Alex.cxxxiiii.
in ii.& xxiii.& liij.& cxvi.in iii. Deci. xxxvi. Dini-
42 no.nam † & numeratio ipſa ſimulationis ſuſpicionē
excludere ſolet.l.pen.C.manda,ubi Glo. in uerſ.ſo-
luturum.Glo.& Doct.l.pen.C.de alien. rei mutan.
cauſa fact. Abb.c.ex parte,nu.iiii.eo.tit.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum ue-
43 rius eſſe cenſeo.† Conſtat etenim dolum ipſum, ſi-
mulationem,fraudem ac deceptionem in humanis
actionibus clanculum & ex inſidiis adhiberi ſolere
toto tit.ff.de dolo.& l.iii. §. fin.cum duabus ſeq. ff.
quod ui aut clam.& l.pen.& l.fin.C.manda.ibi , per
coloratam cedant donationem. & ibi, nec per artes
clandeſtinas.Quare lex,quæ iuſtiſsima eſt,d. c. erit
autem.iiii.diſtinc.& ueritatem ipſam repulſis falſi-
tatibus prorſus intuetur l. iubemus. C.de teſta. & c.
ſuper literis,de reſcrip.ubi Doct.in ii.iii.not.& d. c.
quoniam contrà,de prob.in ij.not. Qua ratione plus
ualere,conſtitutum fuit,idipſum quod agitur,quàm
ſimulatè concipitur.toto tit.C.plus ualere quod agi-
tur . ubi Bald.l.ii.& iii.ſubtiliter docuit.

Lex inquam compulſa fuit præter ordinarii iu-
ris regulas modum excogitare,quo dolus ac ſimula-
44 tio detegi poſsit : † idcircò coniecturis ipſis le-
gitimè deprehenſis detegi poſſe,ſtatutum eſt.l.dolū
ff.de dolo.& Bal.d.l.i.ii.& iii.& Caſtren.l.iuriſgen-
tium.§.dolo.ff.de pac.& Doct.l.per diuerſas,& l. ab
Anaſtaſio.C.manda.& c.ad noſtram,de empt.& vē-
ditio.& c.illa uos,de pign.ubi Butr. Imol.& Abb.&
diſcuſsit Veronen.quem Cępollam appellant in tra-
cta.de ſimulat.& ſæpius ex facto ueteres noſtri con-
ſulti reſponderunt: Bar.conſi.lxxv.Pet.Nicolę.An-
char.cclvii.Alex.cexcii.lib.vii.Deci. dxliii.nu.xvii.
45 † Quemadmodum in delictis quoque atrocioribus
ne impunitas ſcelerum delinquentium frequentiam
augeat, qui effectus publico iuri detrimentum ad-
ferre cenſetur.l.bona fides.ff. depoſiti.c.ut famę , de
ſententia excommun.& l.ita uulneratus , ff. ad leg.
46 Aqui. † indiciis quibuſdam perſpicuis , & præſum-
ptionibus manifeſtis quid factum fuiſſe cenſendum
lex conſtituit.c. in literis,c.literas, c.adferte.c.tertio
loco , de pręſump.ubi Doct.aduertunt.& l.fin.C.de
probat.ubi Bald. Ange.& Sali. Bar.& Marſ. l. fi.ff.de
quæſtion.& dixi latius in d.c.adferte,& c.at ſi cleri-
ci,de iudiciis.
47 † Coniecturę autem huic ipſi rei ſufficientes ua-
riis ex factis ſiue accidentibus elici ſolent: putà,cùm
quis fęneraticios contractus inire ſolitus ſit. d. c. ad
noſtram,in fin.de empt.& vendi.& d.c.illa uos , de
48 pig.et l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.† per-
ſonę enim conditio,indicantis religionem plurimū
inſtruere ſolet.l.ob carmen,in fi.ff.de teſtib.l.qui ſe
miſſes.§.i.ff.de uſur.et c.ſemel,de reg.iur.in vi. ubi
Din.et Anchar.et docuit Cępol.dicto tractatu de ſi-
mulatione contractus xxii.præſumptione.
49 † Item et loci qualitas,necnō et temporis,fraudis
ac ſimulationis commētum detegunt. putâ,cùm clan
deſtinè aut in loco ſuſpecto contrahitur.cle.ex gran
di,uerſi.cęterum,de uſur.ubi glo.in uerſi.occultè.et
l.fi.

l.fin.ff.de rit.nup.& d.l.ab Anaſtaſio. C.mandat.d.
uerſ.occulte machinantur. De loco autem caſus eſt
in l.quod ſi nolit. §.qui aſsidua. ff. de ędi. edict. ubi
Salicet. & Cæpol.& l.prius.§.j.ff.de aqua plu.arcen.
Hoſtien.quandoque docuit in ſumma de contrahen.
emp.§.j.verſ.illud autem.
50 Item † pretij quoque quantitas deceptionis com-
mentum detegere ſolet.d.l.per diuerſas,ubi Docto.
51 & d.c.ad noſtram,& d.l.fin.C.mand.† Item clauſu-
larum adiectio,quæ in uſu eſſe non ſolent. l. ſi quis
ſub conditione.ff.de cond.inſtitu. ubi Gloſ.Bald.&
Ang.But.& Imo.d.c.ad noſtrã, & Abb.d.c.illa nos,
& diffuſius diſcuſsit Cępol. de ſimulat. contrac. ix.
præſumpt.

Species autem ſimulationis in propoſito caſu hęc
interueniſſe uidetur,quia partes intenderunt dona-
tionem ipſam celebrare,licèt clericus ipſi concubi-
nę uendere finxerit,ne in fraudem canonis id ipſum
attentaſſe uideretur.d c.nulli,de reb.Eccl. nõ alien.
ibi,donationem.& d.auct. hoc ius porrectum. C.de
ſacroſanc.Eccleſ.Nam,ſi conditionem mulieris p-
pendamus,quæ adeò paupercula erat,ut uix alimen-
torum cauſa portio quędam ei aſsignata ſufficere
poſſet, unde nihil quidquam ſuperlucrari potuiſſe
52 uidetur, quòd huic ſolutioni ſufficeret : † cùm ea
aura nemo uixiſſe præſumi debeat.l.fin.C.de alimẽ.
pupill.prętand.ubi Docto.& uidit Alcia.tract.prę-
ſump.50.Quod ſi aliquid ſuperlucrata fuerit, cũ ſor
tis huius initium à uitioſa cã proficiſcatur, putà ea
eccleſiæ bonis cenſendum id eſt. argumen. leg. i.
53 ff.de orig.iuris,ibi,† principium cuiuſq; rei. & cap.
i.& ii.de pecu.cleri.aliàs quod pontificia ſedes elee-
moſynæ intuitu parcè fieri conceſsit,d.c.ad hæc,d.c.
relatum,il ii.de teſta.in luxuriam potius conuertere-
tur,& liberalitatem minus neceſſariam ad ditandũ,
non alendum conuerteretur : quod à iuris ratione
diſsidet.l. ꝙ fauore.ff.de leg.c.quod ob gratiam. de
reg.iur.in vj.& l.l.inutiliter.ff.de adi.leg. Præſtar.n.
egenis ſuccurri neceſsitatis uinculo ſubiectis.d.c.cũ
venio,xiiii.q.viii.d.c.uidentes,xii.q.i.cum aliis ſu-
perius adductis.

Quę ſanè interpretatio mulieris ſaluti conduci-
bilior exiſtimatur,ut Eccleſiæ bona diutius non re-
tineat.d.c.iuuenis,de ſponſa.& c.fi.de præſump.ubi
Glo.& Feli.nu.a.& xiiii.& reſpondit Ancha.in ele-
ganti caſu in conſil.claxia. Prima facie. & diſcuſsit
Alcia.trac.præſump.reg.iij.præſump.ſ.

Accedat & alia quoque præſumptio inde profi-
54 ciſcens,† quòd legitimum initium nõ adfuerit;vnde
exitus eiuſmodi cenſeri ſolet.c.miramur.lxi.diſtinc.
& c.principatus.j.q.j.& in aut.quomodo opor.epi-
ſcop.Gloſ.Butr.Imol.Anchar.& Abb. c. j.de elect.
idque potiſsimùm in præſenti negotio cenſendum
uidetur,cùm finis ab hoc ipſo initio neceſſariam ſi-
ue etiam cauſatiuam dependentiam habere videatur:
unde omninò ſit attendendum.l.iii.§.ſcio,ubi Bart.
ff.de minor.& idem l.j.qui potio. in pign. habe. per
illum tex.& l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur.& reſpon-
dit Soc.conſ.ali.in iiii.& Alcia.d.trac.prędump.reg.
ii.pſump.xxii.quid enim, aut quo pacto mulier hæc
ſummã hanc numerauerit,quæ nihil habebat? arg.l.
traditio.ff.de acqui.rer.dom.& l.nemo plus iuris,de
reg.iur.& c.Deibertum.j.q.vii.& c. quomodo ; de
55 conſecra.diſtinc. iiii.& l.ſi filius.C.de dona.† lucri
enim pſumptio inhoneſta muliere rationi repugna-
re uidetur.l.quintus.ff.de dona.int.vir. & vx. l.etiã.
C.eo.tit.c.ſignificauit,de præſump.Deci.conſi. cc-
56 xxxvii.In caſu ꝓpoſito.† quod & in cõcubina quoq;
præſertim illius cuius perſonæ qualitas donationis
præſumptionem quibuſdam in caſibus inducit,ut in
clerico, doctore,ac milite ꝓcedere uidetur, ne aliàs
ea amaſij bonis profecta credantur, ſi quæ quęſierit
Bald.l.i.C.de nat.libe. & l.quæ oportet.C.de bonis
quæ liber.& Barb.d.c.i.in ii.not.de pecu.clericorũ.
Quamobrem ea ementis perſona ſatis conſtat ſuffi-
cientes adeſſe coniecturas , ut emptionis inſtru-
mentum ſimulatum prędumatur.
31 nu.j.& ij. † & Cin.omni caſu quinq; teſtes ſufficere
cenſuit,ubi fortè documentum requireretur.l. opti-
mam.C.de contrah.ſtip.per l.teſtament.cum auctén.
ſeq. C. de teſta. & Abb. ſubſcripſiſſe uidetur. c.ſicut
conſuetudo, v.col.de proba.ubi Feli.& c.cùm Ioan-
nes,de fid.inſtru.& ueram Marſil.concluſionem exi
ſtimauit,tametſi municipalis iuris diſpoſitio proba-
tionem, niſi ex publico documento fieri prohibe-
ret; ſingulari clvij.& conſi.xliiij. In cauſa præſenti,
nu.ij. col. ij. at cùm in negotio præſenti ex publicis
documentis cauſarū falſitas detegatur, conſtat con-
feſsionem huiuſmodi nullam eſſe,diiudicandum ui-
deri, ne aliàs quis ex proprio dolo præmium conſe-
queretur. dict.cap.ad noſtram, & c. ſi eum, de præ-
bend. in ſexto.

32 Tertiò iuſiurandi uirtus non obeſt: † quia quod-
libet iurm tres quidem comites habere oporteat. c.
animaduertendum,xxij.q.ij.ubi Archid.Gemini. &
Aegid. aduertunt, alioquin periurium exiſtimatur.
quod Diuus Aug. docuit, qui matrem non exhibere
iurauerat aduerſus euangelicam ac nālem pietatem.
33 c.inter cætera, xxij.q.iiij. † Quocircà in vniuerſum
Pontifices ſummi ſtatuerunt,tunc quidem iuramen-
tum non eſſe cuſtodiēdum, cùm peccatum foueret,
& iniquitatis ipſius uinculum inijceret.d.c.non eſt
obligatorium,de reg.iur. in vj.& d.c.quanto, de iu-
reiuran. Cùm enim huiuſmodi caſu abſque ſalutis
æternæ interitu cuſtodiri nequeat, illius uinculum
canon ille diſſoluit.dict.capi.cùm contingat.d.cap.
licèt,de iureiur.in vj.&d.c.quamuis,de pact.eo.lib.
34 † Et idcircò ſiue ex propoſito ſiue obiter ex enormi
læſione præſumptus dolus in aliqua diſpoſitione in-
teruenerit,iuramenti uirtutem,etiam nulla pręcedē-
te abſolutione,diſſolui ueteres receptius concluſiſſe

uidentur. Bal. rubr. C. de rer. permu. & c. j. §. item ſacramenta. de prohi. feud. alien. & Butri. d. capi. cùm contingat. uerſi. quartus caſus. & ibi Abb. uerſi. nonus caſus. & Bart. l. fin. ff. de prato. ſtip. & Anch. c. j. de conſtitu. char. xxiiij. uerſic. ego etiam conſului. & ſæpiſsimè reſponſum extat atque deciſum à maioribus noſtris. Fede. Senen. conſ. cxcix. Queritur. Cald. viij. Duæ puellæ. Butr. xlv. Iuris uigor. Anch. xxxix. Pro clariori, & lxxxij. Viſis, & clxxx. Viſa, & ccccl j. & cclxxvj. Fulgoſ. ccxxxvij. Finis. Caſtr. clxxvij. Cõtra. Abb. viij. iij. nu. vj. in ij. & cvij. nu. vij. Quatuor. eod. lib. Corn. vj. in j. & xj. litera E. & F. & cxxiiij. litera C. D. & cclxxxviij. litera X. in iij. & Areti. xcv. Viſo. & Decius clxxx. clxxxj. & cccxlix. nume. vij. & dlj. nu. iij. Gozad. ix. nu. xciiij. Reuerendiſs. Pariſ. xx. lib. j. nu. cvij. & cviij. & conſi. xcvij. xcviij. & xcix. eo. lib. & D. Maria. iun. xcviij. in ij. nume. vj. & ſacrum Conſilium Neap. deciſ. cccxxij. Dominus. & ſacra Rom. Rot. etiam in retractu uenditionis æquius id eſſe cenſuit, ut per Caſsiod. d. deciſ. vnica, de empt. & uend. & Cagnol. diffusè pertractat l. ij. C. de reſcinden. uendit. nume. xcj.

Poſtremò non urget ſuppoſitio in ampla Cameræ
35 forma: † quia ſublata promiſsionis ſubſtantia, cui cohæreat ſequela hæc non habens, corruit. l. cùm principalis. ff. de reg. iur. & c. acceſſorium, eod. titu. in vj. & l. j. & ij. de pecu. leg. & l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum pet. & l. ſi ſeruum. §. ſi modus. de act. empt. & pertractat Neguſ. in tracta. de pigno. & hypoth.

Quamobrem, quod ad hoc primum documentũ attinet, circumſpecto iudici conſtare poſſe cenſeo, hunc ipſum dominum electum à petitione ipſorum hęredum, uirtute promiſsionis ex cauſis penitus falſis extortæ, documento dolo & aſtu confecto, abſoluendum eſſe: quod lex facilius indulgere conſueuit. c. in literis, de probation. c. cùm ſint, de regul. iur. in vj. ubi Doctores. Laus Deo, Patauij, Nonis Aprilis, 1552.

Portius Imolenſis ex facto conſultus,
ſaluo tamen etc.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Fratres Diui Franciſci, Diuique Dominici ſucceſſionis incapaces eſſe.*
2 *Fratres prædictos nec in communi quidquàm proprium habere, ſtatutum extat.*
3 *Fratres eoſdem ne dum ab inteſtato, ſed nec quidem ex teſtamento capere poſſe.*
4 *Tex. in auth. ingreſſi. C. de Epiſco. & cler. nonnullaque alia iura declarantur.*
5 *Fratres mendicantes, qui ſint.*
6 *Fratres mendicantes (exceptis minoribus) ex priuilegio à ſede apoſtolica conceſſo hodie ſuccedunt.*
7 *Monaſterium ſuccedit monacho.*
8 *Filius deportatus patri non ſuccedit, ſed nepos, idem ſi eſſet excommunicatus, aliaſùe incapax. nume. ſeq. & 14. & 15.*
9 *Fœminas non ſuccedere extantibus maſculis ex ſtatuti diſpoſitione, intelligitur, ſi tamen ſtatus illæſi ſint, non autem deportati, excommunicati, aut aliàs incapaces.*
10 *Deportati, excommunicati aliјùe incapaces, non ſuccedunt.*
11 *Filij cæteriq; qui ſuccedere ualent, quot modis et cauſis à ſucceſſione repellantur.*
12 *Fratrum Prædicatorum, Eremitarum, Carmelitarum, & Sanctæ Mariæ ſeruorum, itemque Monachorum & Canonicorum regularium facultates & priuilegia in ſuccedendo.*
13 *Tex. l. uerbis. ff. de uerb. ſigni. & §. diſponat, in auth. de nupt. declarantur.*
14 *Teſtatus ritè ut quis dicatur, duo requiruntur.*
16 *Hæredes inſtitui non poſſunt damnati in metallum, deportati, læſæ maieſtatis rei, & id genus alij.*
17 *Excommunicatus hæres inſtitui nequaquàm poteſt.*
18 *Mors ciuilis naturali quòad ſuccedẽdum æquiparatur.*
19 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, per religionis ingreſſum euaneſcit.*
20 *Fratres minores teſtamentorum exequutores eſſe non poſſunt.*
21 *Fratres minores etiam eorum ſuperiore conſentiente, arbitri eſſe non poſſunt.*
22 *Monachus arbiter eſſe nequit, nec etiam arbitrator.*
23 *Pater inſtituens filios hæredes, intelligitur de habilibus tantùm.*
24 *Teſtamento ꝗ quis capere nequeat, uel non exiſtat, æquiparatur.*
25 *Filium inhabilem relinquens, dicitur ſine liberis deceſſiſſe.*
26 *Actus uitiatur, ſi rei uel perſonæ habilitas requiſita, ipſius confectionis tempore non interuenerit.*
27 *Ius quærendum facilius diſſolui ſolet, quàm quæſitum.*
28 *Canonici regulares ſuccedunt, eorum ſcilicet monaſterium.*
29 *Fratres minores poſſe ad Canonicorum regularium monaſteria tranſire eorumque habitum ſuſcipere, Pontificis tamen accedente authoritate.*
30 *Monachi, Canonicique regulares in communi acquirere poſſunt.*
31 *Monaſterium loco filij ſuccedit.*
32 *Monachi ſeu Canonici regulares fœminas excludunt, ſtante ſtatuto ꝗ ex maſculis exiſtentibus excludantur à ſucceſſione.*
33 *Hæreditatem parentum ad filios pertinere ratio ipſa naturalis dictat.*
34 *Animarum ſalus omnibus rebus eſt præferenda.*
35 *Interpretatio dicitur legitima, quæ in fauorem animæ fit.*
36 *Fratres minoritæ pro mortuis habentur.*
37 *Monachus ſeu frater minoritanus Diui Franciſci, qui ſuccedere non poteſt, ſi ille religione relicta aliam ingreſſus fuerit bonorum capacem, quòd ſuccedere poteſt.*
38 *Ius non dicitur quæſitum, licèt quis probabilem habeat ſpem.*
39 *Habilitas poſterior ſuperueniens potius attendenda, quàm prior inhabilitas.*
49 *Spem futuri euentus, uigilantium ſomnium Plato appellare ſolebat.*

CONSI-

CONSILIVM XXIII.

SPIRITVS PARACLETVS ſemper adſit.

QVIDAM filiusfam. pubes diui
Fráciſci religionem ingreſſus, ibi
profeſſus fuit: paulò poſt pęni-
tentia ductus cùm eius ordinis
duritiem ſufferre non poſſet, Pon-
tificij diplomatis auctoritate mu-
nitus ad Canonicorum regularium profeſsionẽ com
migrauit. Quare quæſitum eſt, an ex matris teſtamẽ-
to legitimam portionem conſequi poſsit, cùus illa
unumquemque filiorum eius inſtuerit. Itemque, an
pater illi legitimam portionem relinquere poſsit:
quaùe uerborum forma idipſum cauere debeat?
Reſpondi, primum quidem facie cenſendum uideri,
1 † quemlibet ipſo diui Franciſci religionis ingreſſu,
ſucceſsionis ipſius incapacem effici. c. exiit. §. porrò,
de uerb. ſig. in vj. & c. nimis, il j. & il ij. de exceſ. præ-
la. ibi, tàm Minores fratres, quàm Pręcatores in ar-
ctiſsima paupertate Chriſto famulantur. & Clem.
exiui. §. cùm enim ad ueritatẽ, uerſ. declarando di-
cimus, eos ſucceſsionum non eſſe capaces. & ibi
Card. aduertit. & in §. cęterùm. & §. denique, de uer-
bo. ſigu. ſtatuit Pontifex huiuſmodi ordinem in ar-
ctiſsima paupertate poſitum. & in §. proinde, decla-
rat, qualis illa ipſa paupertas eſſe debeat, nempè ſim-
plicem conſumptibilium rerum uſum habere. quod
Io. And. But. Anchar. & Abb. docuerunt in d. c. ni-
mis, in i. & ii. no. ſanctum enim Chriſti Euangelium
obſeruaturos profitentur. d. Clem. exiui. at ex euan-
gelicis præceptis conſtat, neque aurum neque argen
tum neque peram neque tunicas Apoſtolis repo-
nendas eſſe. Math. a. item & viii. Vulpes foueas ha-
bent, uolocres cœli nidos, filius autem hominis non
habet ubi caput reclinet. Et idcircò Apoſtoli quádo-
que domino diserunt: Ecce reliquimus omnia, &
2 ſequuti ſumus te. † Quamobrem traditum eſt, nihil
quidquam proprium fratres huiuſmodi, etiá in con-
muni habere poſſe. d. Clem. exiui, ubi Card. & Imol.
diſſerunt. d. §. proinde. Bar. & Bald. aucten. ingreſsi,
uerſ. nunc ad quartum, nu. xxi. & auct. ſi qua mulier.
nu. vi. & xvj. C. de ſac. ſanc. Eccleſ. & Bal. d. l. cũ acu-
tiſsimi. C. de fideicõ. nu. xii. & auct. niſi rogati. C. ad
Senatuſconſ. Treb. nu. v. ibi, quemadmodum fratres
minores, qui cęli auibus comparantur. Quamobrem
in propoſito caſu concludendum uidetur, hunc ip-
ſum puberem in hac religione profeſſum, ceu inca-
3 pacem excludendum eſſe. † Quæ ſanè concluſio adeò
uera eſſe cenſetur, ut ſiue agamus de ſucceſsione in-
teſtati ſiue teſtati, ſemper incapaces intelligantur. d.
Clem. exiui. d. §. cæterum, & d. c. nimis. Cùm enim
ſucceſsio hęc in ꝓprietate fieri ſoleat. l. nihil aliud,
de uerb. ſig. l. i. ff. de acqui. hære. l. ius noſtrum. ff. de
reg. iur. horumùe fructum profeſsio acquiſitioni hu-
iuſmodi repugnet. d. §. cæterùm. d. §. proinde. conſe-
quens eſt huiuſmodi facta profeſsione, uel eiuſdem
gradus perſonis, uel ſequentibus in gradu, ius hoc
quęſitum exiſtimari. Iacob. ab Are. & Cin. l. Deo no-
bis. in fine. C. de Epiſcopis & cleric. Bartol. Bald
Caſt. & Iaſ. d. auct. ingreſsi. nu. xx. & xxiiii. Bar. Bal.
d. auct. ſi qua mulier. & pertractat Bar. lib. iiii. mino-
ric. cap. j.
4 Nam, † quòd lex conſtituit, monaſteria ingredien
tes ſe ac ſua Deo dicare. §. ſed & hac præſenti, in au-
cten. de ſanct. Epiſc. & §. illud, in auct. de monach. &
d. auct. ingreſsi, & c. placuit, il ij. xvj. q. j. & c. quia
ingrediens. xix. q. j. & c. in pręſentia, de prob. locum
non habet in huiuſmodi, quorum profeſsio ipſi ac-
quiſitioni tàm ſingulari, quàm uniuerſali repugnat,
5 † quemadmodum mendicantium omnium profeſ
ſio exigit ut ſunt Minores. d. Clem. exiui. Item Præ-
dicatores, d. c. nimis. Item Eremitani & Carmelitę
atque Seruitæ. c. j. §. j. de religi. domib. ubi Docto.
Gloſſ. & Cardin. Clemen. j. de regul. & Bal. d. au-
cten. niſi, & d. l. cùm acutiſsimi. But. Imo. Cardin. &
6 Feli. d. c. in preſentia, nu. xxiiij. & 50. † quáuis ea ce-
ptit Minoribus iure ſingulari eis ab Apoſtolica ſe-
de conceſſo aliud obſeruari ſoleat, ut plures aduer-
tunt inferius allegandi, & reſpondit Abb. conſi. xx-
vii. in ij. par.
7 Sed † diſpoſitio illa in monachis potiſsimùm ip-
ſis procedit, qui mundo moriuntur, & Deo uiuere
exiſtimantur, quibuſque monaſteria ipſa ſuccedere
ſolent. c. non dicatis. xii. q. ii. & d. c. placuit. xvi. q. i.
& c. cum ad monaſterium, de ſtat. Mon. & Cano. reg.
Itemùe in Canonicis regularibus, quorum ſanè pro
feſsio laxiores gerit habenas. c. quod Dei timore, eo.
tit. ubi Docto. Glo. ul. c. ii. de poſtula. & Iaſ. d. auct.
ingreſsi. nu. xxiiii. At minores perinde ac ſi mortui
eſſent, prorſus habentur, ut nec monaſterio quid-
8 quam acquirant, † quemadmodum deportatus filius
intelligitur, ut nepos auo ſuccedat. l. i. §. quidam fi-
lium, de bon. poſſ. contra tab. ubi Bar. & l. iii. eo. tit.
in fin. & quemadmodum ipſo patrono deportato
eius ipſius filio bonorum poſſeſsionem competere
traditum eſt. l. ſi necem. §. ſi deportatus. ff. de bo. li-
9 bert. ubi Bart. aduertit. † unde, ſi municipali lege cau
tum eſſet, maſculis ſuperſtitibus fœminas ipſas ex-
cludi, interpretari debemus, ſi illæſi ſtatus adſint, nõ
autem huiuſmodi, quos lex mortuos interpretetur,
10 † ut deportati, in metallum damnati, excommunica-
tionis ſententiæ obnoxij, maieſtatis lęſę conſtituti
rei, minores fratres & huiuſmodi. Bar. d. l. ſi necẽ, &
l. i. §. filiũ, in l. j. uerſ. quo quid ſi, de bo. poſſ. cont. tab.
& Bar. in d. trac. minoric. & Bal. d. auct. ingreſsi. &
l. maximum uitium. C. de libe. præte. uerſ. quęro nũ-
quid ſtatutum. & d. l. cùm acutiſsimi. & Abb. c. quod
clericus, nu. xl. uerſ. religioſus, de reſt. in integ. nõ in
huiuſmodi quorũ conditio integra non eſt, perinde
lex conſtituit, ac ſi de medio ſublati eſſent: ueluti
cùm ſocietatem ipſorum, bonorum publicatione ſo-
lutam reſponſum eſt. l. actione. §. publi. ff. pro ſocio.
vñ cũ ſemel pubes huiuſmodi ꝓ mortuo habitus ſit,
ius aliis fratribus adeò quæſitum eſſe uidetur, ut ſe-
mel defuncti ratio nulla habenda uideatur. Bart. &
Bal. d. auct. ingreſsi, & ibi Albe. & Iaſ. Io. And. Bal.
Butr. Card. Imo. Abb. Feli. poſt Aret. Dec. & Bero.
d. c. in pręſentia, de prob. & ſæpius ueteres noſtri per
tractarunt. Bar. d. tract. minori. in iiii. par. Aug. Are.
in tract. de teſta. ſuper Glo. iiii. uerſ. nolens inteſta-
tus decedere, nu. j. & Roland. Paſſag. in tract. de ſuc-
ceſsio.

ceſsio.ab inteſt.nu.vij.& Ant.Roſel.tracta.eod.nu.
ccxliii.& Mathęſil.tract.eo.j.membro tertij articu-
li principalis nu.xxxvi.xxxvii.& xaxviii. & ibi Bo-
11 logni. adiicit,† quot modis & cauſis ab ipſa ſuc-
ceſsione repellatur. connumerãdo capitis ipſius ma
iorem diminutionẽ, maieſtatis lęſę crimen,hęreſim
principis ipſius ſententiam exilium uel legis infe-
rentem,item religionis huiuſmodi ingreſſum.& hęc
adeò ſuccedendi facultatem auferunt , ut nec Epi-
ſcopalis aut Cardinalatus dignitas eam ipſam reſti-
tuere poſsint.Glo.Io.And.& Arch. c. quorundam,
de elec.in vj.& Bal.auct.licentiam.C. de Epiſcopis
12 & cleri.† Et quid Prædicatores,Eremitani, Carme-
litę & fratres Sanctę Mariæ ſeruorum in hoc genere
facultatis habeant , itemque Monachi & Canonici
regulares diſcuſsit pertractando Nicolaus de Vbald.
Peruſ.tracta.eo.in prima par.nu.v.ubi ſubiicit ſin-
gulare iua reſcripta continentia huiuſmodi ordinis
ſubſtãtiam immutãtia , importunitate potius quàm
libera Pontificis uoluntate extorta præſumi.c. cùm
in iuuentute,ubi Docto.de purgat.cano.& auct.quę
ſupplicatio.C. de preci. Imperatori offer.ubi Bal.&
Sali.& l.fin.C.ſententiam reſcindi non poſſ. & cap.
cauſam quę,de reſcrip.& dixi rub.eo.tit. poſt omnes
alios.ex quibus concludendum cõſtat,minoris huius
fratris rationem in parentum ſucceſsione nullam
habendam eſſe. quod plures ex facto conſulti in non
abſimilibus caſibus reſponderunt. Feder.Senen. cõ-
ſil. xxvi.Caſus talis eſt,quidam eſt ingreſſus.Roma.
cclxviii. ubi reſpondit minorem fratrem , qui cine-
ritiam ueſtem abiecit,compelli poſſe,ut monaſteriũ
denuo ingrediatur: tñ abeſt,ut bona ipſa inter ger-
manos diuiſa uendicare poſsit. Cardi.Zab.conſ.cxii.
Alex.xiiii.Circa primum, in iii.& xcii.Viſo, in iiij.
Dec.cclix.nu.vii. &ccccxix. Viſo eleganti,in primo
dubio.nu.primo & ſecundo.& Reuerẽdiſsimus Car.
Pariſ.lxv.nu.vij.viij.& xviij.in ij.

Secundò & cõcluſioni huiuſmodi eò amplius lo-
cus eſſe uidetur,tametſi proponatur patrem uel ma-
13 trem incapacem filiam inſtituiſſe.† lata enim facul-
tas illa de rebus ſuis ex benignitate legis hominibus
diſponendi data facultas.l.uerbis legis. ff.de uerbo.
ſign.§.diſponat, in auct.de nup.& l.i.C.de ſacroſan.
Eccl.catenus prodeſſe ſolet,quatenus quia illũ ipſum
instituit, cum quo teſtamenti facto ſit. l. filiusfa. ff.
de teſta.ubi Bar.Alb.& Caſt.& §.teſtam.Inſti.de re.
14 qual.& diff.† Non enim ſolùm efficientis cauſæ ha-
bilitas requiritur , ut quis rite teſtatus dicatur. l. ſi
quæramus.ff.de teſtam.l.conficiuntur.ff.de iur.co-
15 di.§.codicilli,verſ.quoties,ubi Glo.& Bar. † Verùm
etiam ut is quem inſtituis habilis ſit,alioquin teſta-
toris uoluntas effectu caret.d.l.filiusfa.& d. §.teſta-
menti,ubi Docto.& uidit Spec.in tit.de teſta. §.i.in
16 iii.† Quare damnati in metallum inſtitutio pro non
ſcripta haberi ſolet.l.ſi metallum.ff.de his quę pro
non ſcrip.Itemque & deportati.d.l.ſi necem.§.ſi de-
portatus.& d.l.i.& l.iii.de bo.poſs.contra tab.& l.i.
C.de.hære.inſt.ubi aduertunt Albe.& Bal.deporta-
ti inſtitutionem ueluti incapacis pro non ſcripta
haberi:ueluti cùm quis alienum ſeruum inſtituiſſet
l.ſi alienum,in princ.ff.de hęred.inſti.ubi Bar.Imo.
& Caſt.item lęſę maieſtatis reum.d.l.quiſquis.C.ad
17 leg.Iuliam maieſt.† uel excommmunicationis uin-
culo obnoxium.c.excommunicamus.§.credentes.de
hæret.lex enim huiuſmodi pro mortuis habendos
ſtatuit.unde in Galli Aquillii conſilio interpretan-
18 do quod ad poſthumum inſtituendum attinet,† Scę-
la mortem ipſam ciuilem naturali æquipollere cen-
ſuit.l.Gallus. §.& quid ſi tantùm. ff. de lib.& poſt-
hu. ubi aduertunt Bar. Alex.Soci.Rui.& alii recen-
tiores.Bar.& Imo.in l.cùm pater. §.hæreditatem.ff.
de leg.ii.Qua ratione cùm in propoſito caſu mino-
rum religionis ingreſſus hunc ipſum filium ſecundũ
canonis & iuris interpretationem pro mortuo ha-
beri ſuadeat,conſequens eſt illius inſtitutionẽ pror-
ſus nullã cẽſeri.Bar.& Bal.d.auct.ingreſsi.& ibi Iaſ.
d.nu.xxiiii.plures deciſiones adducit . & d. auct. ſi
qua mulier.& colligunt omnes in d.c.in præſentia,
19 de probatio.† Qua ratione conditio illa,ſi ſine filiis
deceſſerit,religionis huius ingreſſu eueniſſe cenſet.
l.ex facto.§.ſi quis rogatus,il ii.ad Senat.conſ.Treb.
ubi Bar.Ang.& Imol.et Bar.et Imo.&Alex.l.inſulã.
§.ex ea parte.ff.de uerb.obl.& tradũt oẽs in d.§.& q.d
ſi tantùm,& in d.c.in prꝫſentia,de probat. & quan-
doque pertractatum atque ex facto reſponſum extat:
Nicol.de Vbal.& Mathęſil. & ibi Bologni. in locis
ſuperius adductis: & Alexand. dict. conſi. xiii. in
iii.& d.conſi.xcii. Viſo themate, in iiii.& Soc.conſ.
xcii.nu.ii.& iii.in ii.& Abb.conſi.xxvii.in ii. Quod
& eadem ratione in filiabus ipſis receptum exiſti-
matur,quibus ſubſtitutum fuerit , ſi ſine filiis &c.
Nam ſi monaſterium ingreſſæ ſint atque profeſſæ
ſubſtitutum illicò admitti reſponſum extat . Deci.
d.conſi.cclix.nu.vii.& conſ.ccccxix . Viſo eleganti.
in primo dubio.& Reuerendiſsimus Card. Pariſ. d.
conſi.lxv.in ii. Viſo teſtam.nume.vii.viii.x.& xviii.
20 † unde infertur , fratres huiuſmodi minores cùm
pro mortuis habeantur,nec quidem teſtamentorum
exequutores eſſe poſſe.Barto. l. i.col.iii.de leg.ii.&
d.auct.ingreſsi,ubi Bal.& Iaſ.& Bar.in d.tract. Mi-
noric.lib.iii.& Gemi.in c.religioſos , in ii. Glo. de
21 teſt.in vi.† Item nec arbitri etiam conſentiente Ge-
nerali , quemadmodum nec domino conſentiente
ſeruus ipſe muneris huius eſt capax.l.illa uerba, la i.
de uerb.ſign.quod Bal.ex facto conſultus quandoq;
reſpondit conſi. ccccxxxvii. Proponitur. in iiii. &
22 conſi.cccxiii.nu.i.in v.par.† Quod & de monacho
traditũ eſt. Glo.in uerſ.nullus,in l.Pędius.§.j.de ar-
bit.Item nec arbitratores eoſdem eſſe poſſe reſpon-
ſum extat: Ang.conſ.cclxxiii.& Deci.d.conſi.cccc-
xciiii.nu.vii.et viii.et d.conſ.ccccxix. nu.iiii. et v.

Quamobrem in propoſita ſpecie concludendum
uidetur,puberis huius in tali religione profeſsi in-
23 ſtitutionem pro nulla habendam.† et cùm mater fi-
lios inſtituerit,de habilibus intelligendum.l.qui te-
ſtamento.§.i.ff.de teſta.& c.i.de ętate & qual. et l.i.
§.nunciatio.ff.de noui operis nuncia.& l.i.§.lex au-
tem falcidia.ff.ad leg. Falci.ibi,et omnes.et d. l.i.C.
de ſacroſan.Eccl.ubi Bar.et Bal.in uerbo unusquiſ-
que,et dixi diffuſius in c.i.de conſtit. in Gloſ.ſuper
uerbo ab omnibus.et d.c.quoniam contrà,de proba.
ſuper uerbo uniuerſa.

Tertiò idem in propoſito caſu dicendum uide-
tur,licèt propoſitum fuerit hunc ipſum fratrem mi-

norem

norem ad Canonicorum regularium ordinem pon-
tificio diplomate ſuffultũ transmigraſſe. cùm enim
ex actu profeſsionis in minorum religione legitimè
factę ius aliis fratribus quæſitum eſſe uideatur, uix
eſt, ut facilè reuocari poſsit. arg. l. ſi poſt mortem. §.
24 hi qui. ff. de bonorum poſſ. coutra tab. † Neq; enim
quidquam referre uidetur, an quis non extet, an ex
teſtamento capere nequeat: ucluti quia aliquo nexu
obſtrictus pro extincto habeatur. l. i. §. pen. ff. quod
cuiuſque uniuerſ. nomine. & d. §. & quid ſi tantùm.
& d. l. ſi alienum. §. i. ff. de hær. inſti. ubi plurium tē-
porum capacitatem inſpici debere, Doct. aduertunt.
25 † Qua ratione ſiue liberis deceſsiſſe cenſetur, qui
inhabilem reliquit. l. filiusfami. §. cùm quis. ff. de
leg. j. ubi Docto. et filius deportatus nepoti nihil
obeſſe ſolet, quin bonorum poſſeſsionem petat. l. i.
§. quidam cum filium, de bon. poſſ. cont. tab. ubi Al-
be. & Bar. item deportato patrono, ſi libertus moria-
tur, filio in bonis illius bonorum poſſeſsio compe-
tit, quæ nec patroni reſtitutione reuocatur. d. l. ſi ne-
cem. §. ſi deportatus. ff. de bon. lib. nec filiifa. teſta-
mētum reuocari ſolet, tametſi pater ipſe qui depor-
26 tatus fuerat, reſtituatur. l. fin. C. de ſent. paſſ. † Rei
enim uel perſonæ habilitas, quæ actus ipſius confe-
ctionis tempore non interuenit, illum ipſum plerũ-
que uitiare conſueuit. l. cætera. l. Senat. de leg. i. l. i.
ff. de reg. Cato. & l. iii. eo. tit ubi Bart. & l. inter ſti-
pulantem. §. ſacram, & l. nemo, & l. exiſtimo, ff. de
uerb. obl. Quare, cùm pubes huiuſmodi profeſsione
extinctus intelligatur, conſequens eſt, ius uel in ſpe
conſiſtens aliis fratribus quęſitum fuiſſe uideri:
quę ſanè non improbabilis eſſe uidetur, ut potè ex
pręſenti cauſa competens. l. in ſuis. ff. de libe. & po-
ſthu. Bar. l. qui eum, de tranſac. & l. ii. de ſtat. lib. li-
cèt actu nondũ acquiſitio facta fuiſſet. Bar. Alex. Iaſ.
& Deci. poſt ueteres. l. j. C. de pact. & Bart. l. poſt. §. j.
27 ff. de lib. leg. † Nam & quęrendum ius facilius diſſol
ui ſolet & amitti, quàm actu ipſo quæſitum. l. qui au-
tem. in prin. de his quę in fraud. & l. i. §. confertur.
ff. de coll. bon. Inno. c. fraternitatis, de donat. & De-
ci. l. non fraudātur. ff. de reg. iur. Quare cùm lucrum
iam radicatum eſt, perinde haberi ſolet ac ſi de dāno
uitando ageretur. l. non amplius. §. i. ff. de leg. i. & Ia-
ſon l. quamuis. §. ſi putem, nu. ij. de cond. inde. & ex
facto ſæpius reſponſum extat. Soci. conſ. cxiiij. in ij.
Deci. cclx. Reuerendiſsimus Pariſ. cxxvii. lib. j. & cō-
ſil. v. nu. cxlx. & conſi. xlix. nu. xlii. in iiij. Quamobrē
in propoſito caſu concludendum uideretur, ius illud
in ſpe conſiſtens, d. l. in ſuis, quę legitima atque
probabilis exiſtimatur. l. cùm ratio. ff. de bonis dān.
& l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. &
dem. ubi Bar. aliis fratribus adeò quęſitum fuiſſe, ut
ſecundum monaſterium Canonicorum regularium
nihil quidquam conſtitutum reuocare poſſe uidea-
tor. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.
c. cùm dilectus. de ſponſ. & c. ad diſſolu. de ſponſ. im
pub. & docuit Innoc. in d. c. fraternitatis.

28 Quibus † tamen non obſtantibus oppoſitum ue-
rius eſſe conſtituendum cenſeo pluribus rationibus,
iuribus, & auctoritatibus: quòd immo pubes, qui in
minorum ordine profeſſus fuerat, Pontificia aucto-
ritate plenè ſit reſtitutus: & idcircò ex eius inſtitu-
tione Canonicorum regularium monaſterium aliàs
capax legitimè acquiſierit. c. conſultationi tuę, de
apoſta. & reitera. Baptiſ. in Glo. j. ubi Io. And. Card.
Butr. & Abb. aduertunt. Pontificia etenim facultas
longè grauiora diſponere poteſt. c. nemo, c. aliorũ
cuncta, il j. & il ij. q. iii. ubi Glo. & Archi. & c. quod
tranſlationem, de offi. leg. ubi Glo. in uerbo reſerua
ta. But. & Abb. & c. propoſuit, de conceſ. præb. cum
aliis à me adductis in d. c. j. de conſtit. in ult. notab.
29 † Quocirca aduerſus mendicantium incapacitatem
d. Clem. exiui, d. c. nimis. & c. unico de relig. dom.
in vj. & Cald. conſi. xii. de regu. eundem ad alium or-
dinem reſtituere poſſe, ambigendum non eſt. l. eius
eſt uelle. ff. de reg. iur. & c. i. eo. tit. in antiq. & l. fi. C.
de leg. cum aliis ſimilibus. Vnde ciuilis huius mortis
qualitas amplius perpendenda non ſit, reſtitutionis
ipſius uirtute conſiderata. l. tutelas. ff. de c. dimi. ubi
Bar. c. cũ ceſsāte, de app. & c. & ſi Chriſtus, de iureiu.
30 † Secundò dubium non eſt, quin Monachorum
& Canonicorum regularium monaſteria in com-
muni acquirere poſsint. d. c. cùm ad monaſterium,
& c. quod Dei timorem, de ſtatu monach. & cano.
reg. & c. ij. & c. ſuper quodam, eo. tit. ubi omnes Do-
cto. canonicos huiuſmodi in communi poſsidere
necnon eorum monaſteriis acquirere. c. nō dicatis,
xii. q. i. ubi Glo. ſuper uerbo nullus, & ibi Archi. &
d. c. placuit, & d. auct. ingreſsi, & d. §. illud, in auct.
de monach. & d. c. in præſentia, de prob. lex enim in-
quit, monaſteria hæc huiuſmodi ingredientes ſe ac
ſua illis ipſis acquirere. quod aduertit Spec. in tit. de
ſtat. monach. & Bar. in l. j. ff. de uulg. & pup. q. quin-
ta, ubi Alex. Iaſ. Ripa, & Alcia. aduertunt, & Bal. ui-
31 dit. l. j. C. qui admit. † Quocircà & monaſteria hu-
iuſmodi loco filiorum ſuccedere, atque ipſos ſubſti-
tutos excludere conſtitutum eſt. §. ſed & hęc pręſen-
ti, in auct. de ſanct. Epiſcopis. & d. c. in pręſentia, de
proba. & d. auct. ingreſsi, & d. auct. ſi qua mulier. C.
de ſac. ſanct. Eccleſ. & l. Deo nobis. C. de Epiſcop.
& clec. & auct. niſi rogati. C. ad Senatuſconſ. Treb.
ubi Bal. & idem d. l. cùm acutiſsimi, C. de fideicom-
miſ. & Panor. d. c. in pręſentia, uerſ. concludo. & ibi
Deci. uerſ. vii. iuxta ordinem. & Pariſ. num. clxxix. &
32 Alcia. rub. de lib. & poſthu. † Qua ratione & Floren-
tini ſtatuti auctoritate ſtantibus maſculis fœminas
ipſas excludere traditum eſt. Lapus alleg. cj. In Ciui-
tate Florentiæ. cui ſubſcribere uidetur Reuerendiſ-
ſimus Pariſ. conſi. xlvii. nu. lxii. in iii. et pertractat
Bru. in tract. ſtat. ſtantibus maſc. fœminas exclud. ij.
art. prin. q. xij.

Tertiò acquiſitionem hanc rite factam fuiſſe, et
hinc quoque colligi poſſe uidetur: quòd lex ſubie-
ctis ampliſsimam facultatem dediſſe cenſeatur de re-
bus ſuis, prout quiſque legaſſet, liberè diſponere. d.
l. verbis. d. §. diſponat, et d. l. i. C. de ſacroſanc. eccleſ.
33 et l. in conditionibus. ff. de condi. et dem. † Et quā-
uis naturalis ipſa ratio dictet, parentum bona ad fi-
lios ipſos pertinere. l. i. ff. de iuſt. et iur. ibi, filiorum
educatio. et l. i. ff. de bon. damna. et Bartol. d. §. Titio
genero, ſatis tamen ipſi filio ex monaſterij acquiſi-
tione fructus prodeſſe cenſetur. idque potiſsimùm
et parentum et filii animarum inſpecta ſalute, ex
hac ipſa acquiſitione profectura. c. uidentes, xij. q. j.
c. cùm

34 c.cùm venio,xxiij.q.viij.& c.fi.xvi.q.i.† Vnde,cùm
animarum ſalus omnibus aliis rebus pręfenda ſit. c.
pręcipimus.xii.q.i.c.cùm contingat,de iureiur.& c.
quamuis, de pact.in vi. & c. inter incorporalia, de
35 tranſl.pręla.† conſequens eſt,interpretationẽ hanc
legitimam cenſeri.c.conſilium,de obſerua.ieiun. &
c.iuuenis,de ſponſ.ubi Abb.in i.not.& c.ad audiẽtiã.
de homic.Glo.in c.unico.de ſeru.in ord.fac.cũ aliis
adductis à Feli.in c.fin.de pręſump.nu.x. & xiiij. &
Anchar.conſi.clxxix.Primæ facie.

36 Non mouet,† quòd is profeſsione inter minores
facta pro mortuo habitus ſit.d.Clem.ex ini, & d.c.
nimis,de excel.pręl.cum alis ſuperius adductis.quia
37 ratio huiuſmodi in propoſita ſpecie ceſſat,† quoniã
Pontificio diplomate, qui profeſſus fuerat, in in-
tegrum ſtatum reſtitutus ſit.d.c.quòd tranſlationẽ,
ubi Gloſ.in uerbo reſeruatæ, cum aliis ſuperius ad-
ductis,& poſtmodùm religionem illam ingreſſus.
ſit,quæ bonorum in communi ſit capax.d.c.cùm ad
monaſterium.& d.c.quod timore, de monach. &
cano. reg. & d.c.in prę ſentia,cum aliis ſuperius ad-
ductis.quæ ratione ceſſante & ſupradicta inhabilita-
te iura ſuperius adducta prorſus corruunt.d.l.filius-
fam.ff.de hær.inſtit.& l.ſi alienum.eo. tit. & d.§.te-
ſta.inſti.de re.qual.& differ.

Secundò nõ urget, quòd huiuſmodi in minorum
ordine factæ profeſsione, ius etiam in ſpe compe-
tens aliis fratribus quæſitum aſſeratur.d.l.i.§.quidẽ
filium habui, de bon.poſ.cont.tab.d.l.ſi necem.§.ſi
deportatus.d.l.actione.§.publicatione.ff.pro ſocio.
38 Nam reſpondeo in primis † nullum ius actu ipſo il-
lis quod ad parentum bona attinet, etiam reſpectu
portionis legitimæ, loco alimentorum ſubrogatę,
quęſitum cenſeri,licèt ſpem probabilem habeant,
Bal.& Sali.l.filium quem.C.famil.ercíſ. Alexan. l.in
quartam.xiiii.col.ff.ad leg.Falcid.Soci.l.ſi ex toto.
ff.de leg.i.Iaſ.l.omnimodò.C.de inoffi.teſt.Alcia.l.
i.in fin. de leg.i.& l.filiusfa.§.Dini,in prin. eo.titu.
& d.l.in quartam,iii.par.prin.

39 Præterea † ſuperueniens poſterioris monaſterii
habilitas potius attendenda uidetur prioris profeſ-
ſionis ſublatæ, uirtute ſummi Pontificis diſpenſatio-
nis.d.l.ſi ſeruum alienum,ubi Docto.aduertunt.tẽ-
pore enim quo filium hunc parentes inſtituunt,Ca-
nonicorum regularium capacitas in communi per-
pendenda eſt:& idcircò inſtitutio legitima eſt di-
iudicanda.d.§.inſtit.inſti.de rer.qual & diffe.& arg.
l.primæ.§.ſed uidendum.ff.de ſucceſ. edic.& l.i. C.
qui admit.ubi Docto.ius enim illud aliis fratribus
ſpe tãtùm quęſitum, licèt probabili,admodum tunc
fragile exiſtimatur, cum interim parentes ipſi ina-
nem hęreditatem relinquere poſsint.l.hęred.de bo.
auct.iud.poſsid.ubi Din.& Bar.Cùm enim inter os
& offam multa contingere poſsint,ut eſt in adagio.
40 † uigilantium ſomnium ſpem hanc Plato appellare
conſueuit: quippè quòd in primis alienum æs per-
ſoluendum ſit.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoff.te-
ſtam.ubi Docto. Quocircà cùm & tempore teſta-
menti & aditionis capax ſit huiuſmodi filius ex mo
naſterii organo, conſequens eſt inſtitutionem hu-
iuſmodi iuſtam cenſeri.d.l.ſi alienum, & l. interci-
dit,de cond.& demonſt.ubi Albe.& Barto.ubi inte-
rim non extinguitur legatum, quoniam deportatus
reſtitui poſsit.Res enim integra eſt tempore diſpẽ-
ſationis,& idcircò patris inſtitutio irrita eſſe non
debet.quod ex facto conſultus Feder. Senen.reſpon-
dit.d.conſ.xxvj.Quidam eſt ingreſſus.& ibi in ſub-
ſcriptionibus Iacobus de Piſtorio, & Franciſcus de
Monte altino q.ſeq.xxvii.incipien. Titio exiſtente.
Aliis ergo ſolemnibus obſeruatis teſtamento ſuo
huius canonici regularis pater quid uelit, caueat, &
erit uoluntas illius.lex.d.l.uerbis legis.& d.§.diſpo-
nat,& l.qui teſtamento.ff.de teſt.c.i.de ęta. & qual.
Laus Deo trino & vno,Patauii,Pridie Kal.Ian.1549

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Conſuetudo uim ſcriptæ legis habet.*
2 *Conſuetudo uim obtinet priuilegij, & multa de materia.*
3 *Præſcribitur actioni de dote ſpacio xl. annorum.*
4 *Præſcribitur remedio cap. Redintegranda. iij.q.i.lapſu temporis immemorialis.*
5 *Præſcribitur facultati excommunicandi, in carcerem detrudendi, & inſtallandi longiſſimo temporis curſu.*
6 *Cardinalibus conceſſa facultates & priuilegia ſtrictè interpretari debent.*
7 *Principum beneficia licèt latiſſimè interpretanda ſint, non tamen adeò ut alterius ius auferatur.*
8 *Cardinalis Epiſcopus in ſua eccleſia uacantia beneficia confert.*
9 *Beneficiorum collatio liberè conceſſa, quomodo interpretetur.*
10 *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere uidetur.*
11 *Proteſtatio ius proteſtantis in tuto collocat.*
12 *Electio purè facienda eſt, beneficiorumque collatio.*
13 *Beneficiorum in collationibus ampliſſima Summi Pontificis eſt poteſtas.*
14 *Pontifex ſolus uacatura beneficia reſeruat.*
15 *Pontifex ſummus iuri poſitiuo derogare poteſt.*
16 *Pontificis ſummi facultas adeò lata eſt, ut diuinæ legis præcepta declarare, diſtinguere, & aliquo pacto reſtringendo interpretari poſſit.*
17 *Inferior ſuperiori obedire debet.*
18 *Reſcripti ſiue indulti tenor in primis attendendus eſt.*
19 *Clauſulæ ex certa ſcientia, motu proprio, ac de poteſtatis plenitudine uirtus & efficacia.*
20 *Princeps ueluti ſcriptæ legi, ita & conſuetudini derogare ualet.*
21 *Conſuetudinis authoritas minimè negligenda.*
22 *Clauſula, irritans & c. quem habeat effectum.*
23 *Conceſſio, collatio, aut quoduis priuilegium nullius eſt roboris, quod à non habente poteſtatem emanauit.*
24 *Mandati fines ſeruandi ſunt.*
25 *Confirmatio facta, intelligi ſolet abſque alterius præiudicio.*
26 *Confirmatio iudicialis abſque præuia citatione nequaquam ualet.*
27 *Confirmatio ipſa præcedentis actus legitimam ſubſtantiam præſupponit.*

CONSI-

CONSILIVM XXIIII.

DOMINVS DIRIGAT ME in viam veritatis.

EX FACTO contigit, Reuerendũ Cathedralis Eccleſię Patauinę Capitulum vetuſtiſsimę cuiuſdam conſuetudinis uirtute Cuſtodiã presbytero Horatio Sorello clerico Patauino contuliſſe presbyteri Auconij Stipulæ obitu uacantem, atque illum Reuerendo Vicario generali ipſorum Epiſcopi confirmandum pręſentaſſe. qui quidem ſub hac uerborum formula illum ipſum inſtituit: Te presbytorum Horatium à Reuerendo Capitulo pręſentatum confirmamus, ſine tamen præiudicio Reuerendiſsimi Cardinalis Piſani huius Eccleſiæ adminiſtratoris perpetui, cuius ego uices gero. Quamobrem, cùm ipſi Reuerendiſsimo Cardinali Summus Pontifex indulſerit, ut quęcunque ſacerdotia in eius eccleſia uacantia, iis præſertim menſibus, in quibus ad Apoſtolicam ſedem collatio ipſa pertinet, ipſe conferre poſſet, qualibet alia facultate non obſtante. & cùm Reuerendiſsimus Cardinalis cuſtodiam hanc alteri illius familiari contulerit, quæſitum fuit, utra collatio præualere debeat, an Capituli non ſcriptę legis auctoritate nitentis, an Reuerendiſsimi Cardinalis ſingularis iuris ei à Pontificia ſede conceſsi proficiſcẽtis auctoritate, tamquam generalis illius Vicarii cõfirmatio, eius ipſius iura illęſa ſeruauerit?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie cenſendum uideri ipſius Reuerendi Capituli collationem longè potiorem eſſe, quippè quòd ex ipſius legis ex nõ ſcripto
1 uenięntis auctoritate nitatur, † cuius uirtus ſcriptæ legis ſupercilio eidẽ ęquipollere ſolet. l. de quibus. ff. de leg. ibi, factis an uerbis. l. i. & ii. C. quæ ſit longa cõſuet. c. i. c. cùm cõſuetudo, & c. fin. de conſue. ubi dixi poſt omnes. & c. cum conſuetudo. xi. diſtin. idque potiſsimum cùm ea temporis diuturnitate uigeat, cuius initij nulla prorſus memoria extet, qui uetuſtus uſus conſtituti loco habetur. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quoti. & æſti. ubi ueteres. & l. i. ff. de
2 aqua plu. arcen. in fin. † ſingularis uę concesſionis. c. ſuper quibuſdam. §. pręterea, de uerb. ſig. ubi Glo. in uerbo non extat. & Abb. antiq. uerſi. nota quòd etiã ea. & Panor. nu. ii. & ix. Cuias quidem diuturni uſus ius in ſacerdotiorum collationibus plurimùm attẽdi conſueuit. c. querelam, de elect. ibi, atque de antiqua conſuetudine. & c. cùm eccleſia Volaterrana. eo. tit. ibi, & maximè ſi notorium ſit, quod in Thuſcia generalis conſuetudo ſeruetur, ut in cathedralibus eccleſiis ſolum capitulum irrequiſito Epiſcopo Canonicos eligat. & ibi ueteres aduertunt, & maximè Card. Zab. verſ. ſextò quęro, ibi, & ſic ſeruatur in eccleſia Patauina. & c. auditis, & c. Maſſana, eodem tit. Quãobrẽ, cũ Reuerẽdũ hoc Capitulũ facultatẽ hãc diutiſsimè exercuerit, & in ipſo poſſeſſu cõſtet legitimis modis adeptam hanc diuturna conſuetudine facultatem, conſequens eſt, iudicandum uideri eius ipſius collationem pręualere debere. d. c. auditis, ubi Card. v. & vi. quæſt. & c. tranſmiſſam, eo. tit. & d. c. i. & c. fin. eo. tit. de conſue. ibi, ſi legitimè pręſcripta ſit. & ſępius pertractum à maioribus noſtris reſponſum atque deciſum extat. Balb. tract. præſcripti. in iiii. part. quartę part. prin. & in i. par. vi. & ult.
3 par. num. x. † Bal. nouel. tracta. de dote in vii. par. in prin. verſ. item eſt. & Manſue. in praxi. de præſc. fol. lvi. verſ. item et res dotalis pręſcribitur. & Bald. conſ. cxxv. Actioni de dote pręſcribitur. in iiii. Abb. conſi. xiiii. in ii. & Corn. conſi. xciii. in iiii. litera L. Alex. conſi. li. in v. & Boerius deciſ. cccxxviii. num. i. concludunt lapſu xl. annorũ oẽ ius competens mulier ad fundum dotalem auferri. & Caſsio. deciſ. vi. i.
4 de reſti. ſpol. uerius eſſe concludere uidetur † diſpoſitioni cap. reintegranda. iii. q. i. eius temporis lapſu cuius initii memoria non extet, præſcribi: quoniam
5 canon huiuſmodi præſcriptioni non reſiſtat. † Et facultas excommunicandi & in carcerem detrudẽdi & inſtallandi longiſsimo temporis curſu quæritur à Decano. & capitulo alicuius eccleſię collegiatę aduerſus clericos in ea ſacerdotia habentes: Inn. c. dilectus, de capel. mona. ſuper uer. poſſeſſorium. quod ẽt ex unico actu inſtallandi ſacra Roma. Rota cenſuit deci. ii. in nouis ſecundum uo. impreſ. de pręſcript. quemadmodũ alia ad merũ imperiũ. ptinẽtia huius epis curſu q̃runtur. d. §. præterea. ubi Abb. antiq. & mod. & But. & Alex. conſ. xvi. in v. cum aliis adductis infra. in conſi. inci. Reuerendiſsimus Apoſtolicus Nuncius. Idem concludendum uideretur non ſolùm capituli conferentis inſpecta facultate, quod quidem præcipuũ eſſe uidetur. l. ſi quęramus. ff. de teſta. & c. at ſi clerici, de iud. & c. ut animarum, de conſti. in vi. ſed etiam Reuerendiſsimi conferentis
6 facultate prorſus perpenſa. † Conſtat enim eam eſſe iurium ſingularium Reuerendiſsimis Cardinalibus ab Apoſtolica ſede conceſſorum naturam ac conditionem, ut perquàm ſtrictè fieri poſsit intelligantur, ne alterius iuri inde derogetur. l. ii. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. ubi Bar. & c. ſuper eo, de offic. deleg. ubi But. & Abb. & c. ex tuarum, de uſu & auct. pall. & c. i. & ii. de filiis presbyt. in vi. & c. quamuis de reſcrip. eo. lib. ubi Gemi. & Fran. poſt ueteres, & reſpondendo uidit Dec. conſi. dcxcv. nu. xxvii. & Reuerendiſsimus Pariſ. conſi. ix. in iiii. nume. ſexto.
7 Et † quamuis principis conceſsiones latiſsimè interpretari conſueuerint, idque præſertim cùm iuris communis obſeruationem reſpiciant. c. cum dilecti, de donatio. & l. fin. ff. de conſti. princip. ubi Docto.
8 quemadmodum † ut Cardinalis Epiſcopus in eius ipſius eccleſia vacantia beneficia conferat. Gloſſ. in uerbo ſiue ad nos. ad fi. Clem. ſi de beneficio, de pręben. & c. ſtatutum de officio deleg. et c. cum aliquibus, de reſcrip. in vj. ubi Gemi. id tamen interpretatione ita attemperari debet, ne alterius ius auferat. l. nec auus. C. de emancipationib. & c. audita, de reſtit. ſpo. Glo. c. præſenti, de officio legat. in vj. ſuper uerbo finitur, uerſ. ſed reſeruationes beneficiorum. Et in non abſimili caſu reſponſum uidetur, Calder

conſi.

conſi.vii.de reſcrip.uerſ.quia licèt contra concedẽ-
tem,atque deciſum,Caſsiod.deciſ.iii.de priui.num.
9 iiii.& v.ubi † concludit indulta hęc Cardinalibus ẽt
cõceſſa,ut liberè poſsint beneficia cõferre,ita inter-
pretanda,ut præſeruent ius remouendo obſtacula ,
non autem ut ordinariis,ad quos uel electio uel præ
ſentatio pertinet, derogatum ſit.quod maiorem do-
minorum partem pronunciaſſe atteſtatur . Ac cùm
ad Capitulũ in huiuſmodi cuſtodiis tãquã ordinariũ
ius præſentandi ſpectet,quippè quòd illas ipſa in-
ſtituerit atque dotauerit ſingulorum prębendas di-
minuendo,& atteſtatur Cardi. Zabarella ueruſtiſsi-
mam conſuetudinem uigere , ut eligat Capitulum
ipſum etiam Canonicos inconſulto Epiſcopo , huic
ipſi iuri, ſequenti indulto non facilè derogatum eſſe
intelligi debet.d.§.ſi quis à principe,& c.j.de reſcri.
ubi Doct.& d.c.ex tuarum,de uſu & auct. pall. & c.
ex multiplici,de decim.

Tertiò & ea quoque ratione Capituli collationẽ
potiorem exiſtimare debemus,cùm ultra longęui
uſus auctoritatem,generalis quoque Vicarij confir-
mationis uirtus accedat.is enim inquit;teipſum au-
10 ctoritate qua fungimur confirmamus.† Vnde Reue-
rendiſsimi Cardinalis auctoritate confirmatus uide-
ri poſsit.toto tit.de officio Vica.& c.qui per alium,
de reg.iur.in vj.& l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi arm.&
l.hoc iure.§.qui deiecit.ff.de reg.iur.idque potiſsi-
mùm,cum Reuerendiſsimus ipſe Cardinalis publi-
co documento mandauerit,ut Vicarius illius gene-
ralis ſuffraganeus omnia & quęcunque ſacerdotia
in eius diœceſi uacantia conferre poſsit ad eius ip-
ſius collationem ordinariam pertinentia,ſiue indul-
ti auctoritate ei ab Apoſtolica ſede conceſsi : cuius
ſanè ſpecialis mandati iuſsio plurimùm operari de-
bet.c.ii.de officio Vicar.in vj.ibi,ſine ſpeciali man-
dato.& c.generi , de reg.iur.in vj.& c.ſtuduiſti , de
officio leg.& d.c.j.de reſcrip.& l.in toto. ff. de reg.
iur.ubi Deci.& Cagn.poſt Alb. Vnde concludendũ
uidetur , collationem ab ipſo Reuerendo Capitulo
factam pręferendam eſſe,ueluti potiorem.

11 Et ſi quis diceret Reuerendi ſuffraganei † confir-
mationem proteſtationis temperamento conditam
confirmationis diſpoſitionẽ non ſuſpendiſſe , & id-
circò confirmantis iura in tuto collocaſſe. l.nõ ſolùm
§.morte.ff.de noui operis nunci. ubi Iaſ. poſt uete-
res nu.50.& Abb.c.cùm M.de conſtit.& Feli.nu.v.
& c.cùm venerabilis,de excep.reſponden uerius ui-
deri hunc ipſum confirmationis legitimum actum
ſuſpendi non poſſe.l.legitimi actus.ff.de reg.iur.ubi
12 Deci.nu.xiiii.Cùm † enim electio purè facienda ſit,
& horum ſacerdotiorum collatio ne in animarum
diſpendium ſuſpendantur.Gloſſ.& Docto. c. ij. de
elect.in vi.idcircò concludendum uidetur , confir-
mationis ipſius actum ualere omni ſuſpẽſione appo
ſita prorſus reiecta.d.l.actus,ubi Deci.in fin. & cap.
actus,eo.tit.de regu. iur.in vj.ubi Din.Butr.Abb.&
Deci.d.c.cùm M.nu.xxv.

Quibus tamen & ſimilibus non obſtantibus , ſe-
cundum ea quæ proponuntur more Scęuolę , aliud
13 in præſenti negotio conſtituendum cenſeo. † Con-
ſtat enim inter cætera Summi Pontif.facultatem in
ſacerdotiorum collationibus ampliſsimam eſſe.c.li-
cèt,ii j.de præben.in vj.ibi , plenaria diſpoſitio , &
14 omnes inde colligunt. † Qua ratione ſolus is uaca-
tura reſeruat.c.ii.de conceſſ.pręben.in vj.& idcircò
prærogatiua huiuſmodi pontificia collata legati col-
15 lationem ſuperat.c.dudum,col.j.in vi. † cùm enim
hæc iuris poſitiui eſſe cenſeantur , non eſt mirum,ſi
cuiuſcunque facultati Pontifex derogat.cap.ſignifi-
cauit, de elec.c.propoſuit, de conceſ.præb.ubi col-
16 ligunt oẽs.†Quin ẽt adeò latè patet Summi Pontif.
facultas , ut nãlis atque diuinæ legis præcepta de-
clarare atque diſtinguere , & aliquo pacto reſtrin-
gendo interpretari poſſe credatur: ut in iuramento,
voto,furto,homicidio.d.c. pen. de conſue. c. ſuper
his,de uoto,ca.& ſi Chriſtus,de iureiur.c.i.de homi.
c.ſi quis propter,de fur.ubi Doct.

Quocircà cùm agatur in pręſenti negocio de fa-
cultate Reuerendiſsimi Cardinalis Piſani Eccleſię
Patauinæ perpetui adminiſtratoris à nutu Pontifi-
ciæ ſedis proficiſcenti,illam ipſam non exilem exi-
ſtimare debemus.c.ſi gratioſa,de præb.in vj.& Do-
cto.d.c.ſignificauit..& c. quæ in eccleſiarum,de cõ-
ſtit.ubi Feli.nu.lxxviii & Deci.nume. iiii. & idem
Feli.c.j.de conſtit.nu.x.In his enim arbitratu ſuo ,
etiam nulla ſubſiſtẽte cauſa diſponere poteſt.Et nõ
ſemel tùm à ueteribus tùm recentioribus reſponſum
extat. Corne.conſi.xc.In cauſa, col.iii.& iiii. Alex.
xcii.nu.xxv.in vi.Soc.xxvii.num.viii.in iii. Reue-
rendiſsimus Pariſ.conſi.xi.in i. nu.lxxvii. & nume.
lxxxii.lxxxiii.& lxxxiiii.& lxxxii. nu.xx ii. in iiij.

Vnde & regulas Cancellarię promulgare poteſt,
quibus Capitulum atque Canonicos eligendi facul-
tate priuat in extrau. Benedicti xij. Ad Regimen.
Quoniam,licet aliquibus conferendi ſiue generalem
ſiue ſpecialem facultatem dederit , longè maiorem
ſibi ipſi retinuiſſe cenſetur.d.c.dudum,de præben.
in vj.& c.i.de conceſſ.præben. Quod ex facto re-
ſpondendo plures conſuluerunt.Deci. conſi. cxlvii.
Reuerendiſsimus Pariſ.conſi.lxxxiii.in iiii. nu. xv.
Quamobrem cùm ipſius Cardinalis collatio ſummi
Pontificis auctoritate nitatur , ſatis inſulſum ui-
17 detur, † ſi quis obduret contendatq́ue collationem
illi cedere non debere.c.cùm inferior , de maior. &
obed.Clem.ne Romani,de elect. & c.nouit,de iud.

Secundò inde clarius concluſio eadem probari
poſſe uidetur,quòd Pontifex ſupremam, quam po-
teſt in præſenti negotio facultatem exercuit, Re-
uerendiſsimo Cardinali Piſano in ſpecie concedẽs,
ut liberè poſsit quęcunq; ſacerdotia in eius ipſius
eccleſia uacantia conferre,ipſas etiam cuſtodias no-
18 minando,† ut ex indulti inſpectione conſtat , quæ
in primis attendenda eſt.c.porrò,de priuil. ubi Gl.
in uerb.ex inſpect.& c.recepimus, eodem titu.& c.
accepimus,de fid.inſtrum.& c.cùm in iure peritus,
de offic.deleg.

19 Amplius † inde conſtat ſummi Pontificis facul-
tatem hanc ex certa illius ſcientia,motu proprio, ac
de poteſtatis plenitudine ipſi Reuerendiſsimo Car-
dinali conceſsiſſe uel ab eodem mandatum haben-
te,non obſtante conſuetudine hac , qua aſſerebatur
ad dilectos Canonicos Patauinæ eccleſiæ(vt inquit)
filios Canonicos ipſius Cathedralis Patauinæ. Quæ
clauſulæ deliberatam ſummi Pontificis ſententiam
pręſeferunt.

præſeferunt.ut Innoc.docuit cap.ij.de confirm.util. uel inutil.& Ioan.And.c.fin.ut lit.penden. & Reuerendiſsimus Pariſ.aduertit conſi.cxlj.in iiij.nume. ij.Cuius facultas cùm maxima ſit, ut dictum fuit, & animata lex eſſe cenſeatur,in auct.de Cōſul. in prin.
20 & c.canonum, de conſti. ubi Anch. & alij. † quemadmodum ſcriptæ legi,ita & non ſcriptæ illum derogari potuiſſe cenſendum eſt.d.l.de quibus,ubi Bald. & Caſtr.l.eius eſt nolle,de reg.iur. Derogauit prætereà & facultati cuicunq; etiam Legato de latere cōceſſæ: unde iure optimo Reuerendiſsimi Piſani collationem potiorem exiſtimare debemus.& res nullā prorſus in præſenti caſu dubitationem habere uidetur:cùm proponatur, cuſtodiam hanc iis menſibus uacaſſe,in quibus ad ſummum Pontif.collatio pertinet. Qua ratione inſanus eſſet, qui nodum adhuc in ſcyrpo quæreret.d.c.inter cętera, de præb. Io. And. & Gemi.c.ſi poſtquam, & d.c.dudum,col.j.eo.titu. in vj.Et licèt Eugenij quarti conceſsio ipſi Capitulo
21 ſuffragetur,†ut uetuſtiſsimæ conſuetudinis non negligenda ſit auctoritas.d.c.j.d.c.cum conſuetudinis, d.c.ſuper quibuſdam.§.prætereà, tñ cùm conſtet omnibus Pontif.derogare,fruſtrà quis ulterius contendit: is enim(ut dixi)iura expreſſo legiſlatoris conſenſu nitentia corrigit.d.c.j.c.cùm omnes,de conſtit.c. j.eod.titu.in vj. Item conſuetudinibus auctoritatem aufert.d.c.j.d.c.ſi.ubi Doct.c.cùm ex officij,de pręſcript. meritò ambigendum ulterius non eſt,cùm de eius uoluntate conſtet,qui facultate non caret. l.pater Seuerinam.ff.de condi.& demonſtr.ubi Bar.& c. prudentiam.§.ſexto, de off.deleg. & l.j.§.uſus,de ꝓcur.ubi Bald.& Fel.d.c.quæ in eccleſiarum,col.iij & Reuerendiſs.Pariſ.cōſ.xxij.nu.lxxxiij.lib.j.ibi,quòd poſsit clauſula ex certa ſcientia. & conſ.xv.in ij. nu. lxiij.& conſ.xciij.in iiij.nu.xij.& nu.xxiiij.

Tertiò hanc ipſam concluſionem multò fortius
22 ueram eſſe ſuadet † clauſula illa decreti irritantis,vñ probatur Reuerendi Capituli collationem tanquam aduerſus animatæ legis præceptum factum,nihil omnino ualere.l.non dubium.C.de legib.ubi Bar.Bal. & Sali.Card.& Imol.c.ſi eo tempore, de elect.in vj. & clem.j.de conceſs.pb.ibi, irritum & inane. Imol. Alex.l.nemo poteſt,in prin.de leg.j et qualis ſit decreti irritantis uirtus,ſæpius reſponſum extat.Deci. conſi.clxiij.num.iiij.& v.Quæ cùm huiuſmodi ſint, concludendum omninò uidetur,facultatem ipſi Capitulo competentem, ab indulto Pontificio eliſam fuiſſe.d.c.cùm inferior, & c.ne Romani,de electio.
23 † et idcircò collationem ab eodem tanquam à nō habente facultatem,nullam cenſeri.d.l. ſi quęramus.ff. de teſta.d.c.Cumana,& c.Maſſana, de elect.& c.at ſi clerici,de iudic.ibi, à non ſuo iudice.

Non mouent ſuperius adducta pro Reuerendi Capituli collatione. et primò quaſi poſſeſsio diutiſsima eligendi & præſentandi.d.c.querelam, cum aliis ſuperius adductis. quia reſpondeo,cùm maior ſit facultas penès Pontif.d.c.dudum,ibi,nobis tùm maiorem etc. ni mirum ſi quod poterat Capitulum ipſum manifeſtè deſtruxit.l.nihil tam naturale,de regu.iur. ubi Deci. c.j.eod.tit.in antiq. l.j.& ij.C.quando lic. ab empt.diſced.

Secundò non urget indulta ſiue priuilegia eo tēperamento accipienda,ne alteri obſint.quia reſpondeo in præſenti negotio nullam ſubeſſe ambiguitatē, ꝙ hoc indulto conſuetudini huic derogare noluerit, quod nominatim expreſsit: ergo ſi aliter intelligeremus,iam eius diſpoſitio eluſoria redderetur:quod à mente legis diſsidet.l.ſi quando,de leg.capi. ſi Papa,de priuil.in vj.

Tertiò nihil urget confirmationem ab ipſo ſuffraganeo factam fuiſſe, legitimum mandatū ad ipſum habenti.quia reſpondeo,mandatum illud limitatum fuiſſe,& ad eos reſtrictum,qui ipſi Reuerendiſs.Cardinali familiares & grati erunt. quæ familiaritatis qualitas presbytero Horatio non cōuenit, ſed ei cui
24 Reuerendiſsimus ipſe contulit: † vnde confirmatio extra fines mandati nulla cenſetur. l. diligenter. ff. mand.c.cùm dilecta,de reſcript.

Secundò dico, Epiſcopum ipſum ſuffraganeum non ſimpliciter collationem factam confirmaſſe, ꝙ uerisimiliter ſciret manus liberas non habere: vnde eo caſu non intelleait confirmare, quo Reuerendiſſimus ipſe conferret: quocircà ſine præiudicio iuriū Reuerendiſsimi confirmans hoc caſu non conſenſit,
25 quo ille contulit. † ſolet enim alterius dici confirmationem intelligi ſine alterius præiudicio. c. quāuis,de reſcript.in vj. Io.And. in Specu.de ſucceſs. ab inteſt.§. ſic poteſt, uerſ.ea facto. Quæ concluſio, ſi in Principis confirmatione locum ſibi uendicat,multò fortius in hac ſuffraganei procedere debet,& maximè in forma cōi. Abb.& alij rubr.de confir.util.uel inutil.Soc.clxiiij.in ij.nu.xj.Abb.cxlij.in ſi.præſertim,cùm ex certa ſcientia facta confirmatio etiam à Principe facta,non acceſsit.Bal.l.j.in priu.ff.de conſtit.Princ.Alex.conſi.xix.Barb.ciij.in iiij.

26 Cæterùm,† quòd actui contraria uideatur proteſtatio hęc,dici poſſe uidetur in iudicialibus non ꝓcedere,in quibus ipſa citatio præuia eſſe debet. Feli. d.c. cùm M. Confirmatio enim iudicialis quidam actus exiſtimatur.c.cùm in confirmationibus, circa medium in uerſ.tamen in his, de confirma. util. uel inutil.& c.ſi.de elect.in vj.& reſponſum quandoque fuit:Oldrad.conſi.cxxiij.Caſtr.lj.

27 Poſtremò, † dici poſſet, confirmationem ipſam præcedentis actus legitimam quandam ſubſtantiam præſupponere.c.ex parte,de conſti.c.dudum,de decim.ubi Deci.poſt alios quos adducit d. rub.de cōfirm.util.uel inutil. Ex quibus clara concluſio elicitur, Reuerendi Capituli collationem tanquam imbecilliorem,immo nullam, cedere debere, & Reuerendiſsimi potiorem præualere; quemadmodum in præſumptionum iuriumuè ſingularium concurſu fieri conſueuit.l.diuus.ff.de reſti.in integ. c.non eſt uerisimile,de præſumpt.& c.literas,eod.tit.dixi poſt omnes in c.in præſentia,de prob. ubi Deci.nu.lj.Et hoc cenſerem,ſaluo ſemper etc. Laus Deo, Patauij, iiij. Nonas Aprilis, 1551.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Renuncians beneficio omne ius tàm proprietatis, quàm poſſeſſionis à ſe ipſo abdicare uidetur.*
2 *Fructus beneficij reſignati renuncians ipſe reſtituere tene-*

tenetur.

3 *Renuncians, ſi poſt factam reſignationem beneficij poſſideat, intruſus exiſtimatur.*

4 *Beneficium reſignatum perinde ac morte uacare cenſetur, niſi prouiſus infra ſex menſes extra curiam publicauerit etc.*

5 *Fraudibus obuiandum eſſe. & nu. 10.*

6 *Probatio dubia non releuat.*

7 *Supplicatio ſola perfectam gratiæ conceſſionem continet, intellige tamen ſanè ut in ſequentib.*

8 *Scriptura non requiritur ad Pontificiæ conceſſionis ualiditatem, quò ad eſſentiam ipſam.*

9 *Scriptura requiritur quò ad ualiditatem probationis cùm in contradictorio iudicio, de gratia ſine indulgentia Pontificis contenditur. fall. tamen.*

10 *Iudices non debere alicui ius dicere ſecundum ſupplicationis tenorem.*

11 *Scriptura, ut in actibus interueniat, tutius eſt.*

12 *Sententia requirit ſcripturam.*

13 *Scripturam requirentes multi caſus.*

14 *Memoria hominum labilis.*

15 *Priuilegia requirunt ſcripturam.*

16 *Prouerbium, græca fide mercari.*

17 *Clericorum bona excluſis agnatis, Eccleſia ſibi uindicat, quæ tamen intuitu ipſius parta fuerint.*

18 *Tex. cap. iniunctæ, de elect. in extrauag. declaratur.*

19 *Statutum correctorium perquàm ſtrictè interpretandũ eſt. fall. tamen. & nu. 21.*

20 *Clerici peregrinantes literis Ordinariorum carere non debent.*

21 *Statuta correctoria extendi poſſe, ſi contingat ſimilem aut maiorem ſubeſſe rationem.*

22 *Literæ Apoſtolicæ ſolemnem faciunt probationem.*

23 *Pontificis gratia, non teſtibus, ſed ſolemnium literarũ inſpectione probatur. & uide nu. 34.*

24 *Ius ex facto oriri.*

25 *Citatio eſt de iure diuino, ideò omitti non poteſt.*

26 *Poſſeſſione nemo de facto priuandus, etiam ſi prædo eſſet.*

27 *Iudex perperam factum reuocare omninò debet.*

28 *Exceptio iuris in proprietate non admittitur, quando recuperandæ aut adipiſcendæ poſſeſſionis interdicto agitur.*

29 *Poſſeſſio illa iuſta dicitur, quæ ex tituli probatione oſtenditur.*

30 *Poſſeſſio recuperandæ agenti obſtat proprietatis defectus.*

31 *Titulus coloratus in poſſeſſorio recuperandæ ſufficit.*

32 *Supplicationem ſolam ſufficere ad abſolutionem obtinendam ſi per eam conſtet de ноa iure actoris, etiam in ſecunda & tertia inſtantia.*

33 *Tex. in cap. quod in dubijs, de renun. declaratur.*

34 *Gratia Pontificis ſiue conceſſio literis in forma confectis, probanda eſt: fall. tamen, et uide ſupra nu 23.*

35 *Actori incumbit onus exactè ſuam intentionem probandi. & hæc eſt regula, fall. tamen.*

36 *Regula Cancellariæ, ut non dicatur ius ſecundum tenorem ſupplicationis, declaratur.*

37 *Tex. in clem. iniunctæ, de elect. exornatur.*

38 *Expreſſum ſpecialiter quod à lege noua non fuit, id ueterum legum regulis relictum eſſe cenſetur.*

CONSILIVM XXV.

IESV CHRISTI AVXILIO ex corde inuocato.

EX facto proponitur, Reuerendum D. Bernardinum Bonfilium, Eccleſiæ Patauinæ Decanũ, necnõ glorioſi laboris in Pontificij iuris profeſſione conſortem præſtantiſſimũ, Paulo illius ex fratre nepoti Decanatũ ipſum renunciaſſe, ut ex literis Illuſtriſs. Senatus Veneti conſtitit; quibus Clariſsimis Patauij Rectoribus præcipiebatur, Pontificio diplomati quàm primùm nullaue adhibita mora parendum eſſe. Quàobrem, cùm pluribus annis Reueren. D. Bernardinus in dignitatis huiuſmodi poſſeſsione inſteterit, eccleſiá ipſam frequentando, ac ſuffragia in ipſo Capitulo ubi opus fuit ferendo, perinde ac ſi huiuſmodi ſacerdotium non reſignaſſet, neq; tñ quidquam iuris ſibi reſeruaſſe docuiſſet, licèt id factum fuiſſe aſſereret. Quæſitum fuit, cùm ipſius Capituli nomine illi denunciatum eſſet, ut poſthac Decani iure non fungeretur, niſi reformati iuris plenam fidem faceret. an ipſa duntaxàt ſupplicis libelli exhibitione admittendus eſſet, ueluti Decanus ab ipſo Reueren. Capitulo, uel potius literas Pontificias (ut ſolet) legitimè cõfectas exhibere cõpellendas ſit, ſic, ut interim tanquã Decanus ab ipſo Capitulo non ſit recipiendus?

RESPONDI.

PRima quidem facie ſolam ſupplicationẽ, nulla ẽt
ſolẽnitate deſtitutam huic ipſi rei ſufficere nõ
uideri: ideóq; Collegam ipſum non admittendum
cenſeri, niſi Pontificij diplomatis auctoritate
1 inſtructus Capitulum ipſuoi adiret. † Ipſa enim reſi-
gnatione ius oẽ tã proprietatis q̃ poſſeſsionis à ſe ip-
ſo abdicaſſe uidetur. c. quod in dubiis. c. ſuper hoc.
c. niſi cùm pridem, de renun. ubi Doct. unde perin-
de eſt, ac ſi deceſſiſſet. c. ſicut. §. ecce, uerſ. cęterũ, vij.
2 q. j. ubi Arch. & Domin. † et idcircò fructus iam re-
ſignati ſacerdotij recipiens ueluti fur reſtituere com
pellitur. c. dudum, ibi, ipſo iure rem cõtrectauit alie-
3 nã. ubi Glo. in uer. furtũ. & Doct. tradiderunt. † Nec
non & poſſeſsionis ipſius, quam inſiſtit intuitu, in-
truſus exiſtimatur. c. cùm dilectus, de purgat. canon;
Iuris enim huius abdicatio à uolẽte proficiſcens fortior
intelligi debet, quàm ſi extorta fuiſſet. Io. And.
in Specu. de purgatione canonica in prin. quippè q
iura propria quilibet arbitratu ſuo transferre poteſt.
l. in re mãdata. C. mand. l. dudum. C. de cõtrah. emp.
l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. quod & Oldrad. ex
facto conſultus reſpondit conſi. ccxxvij. Vnde ab-
ſurdum uidetur, ut ipſe dominus Bernardinus, qui
ſemel Decanatũ ipſum reſignauerit, in eius negotiis
4 amplius ſeſe implicet. † extat enim Pontificia pro-
uiſio, ut reſignatum beneficium perinde ac morte ua
care intelligatur, niſi prouiſus infra ſex menſes extra
curiá publicauerit, ipſamùe poſſeſsionẽ petierit, etc.
regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus.
quod Pontificia ſedes conſtituiſſe cenſetur, ne ani-
mabus

niabus ipſis detrimentum adferetur.c.ut animarum,
5 de conſtitu.in vj. † tùm & deceptionibus & fraudi-
bus obuiam iret.c.ad noſtram,de emptione & uend.
c.quoniam contrà,de probation.c.eum qui, de præ-
bend.in vj. & c.nec captandæ, de conceſs.præben.in
vj.& l.conuenire.ff.de pact.dot. Quocircà,cùm con-
ſtet de reſignatione ipſa, Reuerendi Capituli inten-
tio legitimè oſtenſa uidetur. et idcircò Reuerendum
dominum Bernardinum non iniuria ueluti intruſum
expulſum fuiſſe diiudicandum uidetur, niſi ius legi-
timè reſidendi reſeruatum fuiſſe doceat. Quod quan
doque reſponſum atq; deciſum fuiſſe uidetur: Reue-
rendiſs. Pariſ.conſ.x.nu.ij.& cõſi.xxix.nu.iiij.& cõſ.
cxliij.nu.viij.in iiij. & ſacra Rom. Rota deciſ. xxix.
& lvij.in nouis.

Secundò, cùm Reuerendus D. Bonſilius ſibi ipſi
Pontificia auctoritate ius ſibi reſeruatum fuiſſe con-
tendat, ſanè legitimis documentis id ipſum probare
tenetur.l.ei qui.l.circà.ff.de prob. c.cùm Eccleſia Su
trina,de cauſ.poſſ.& proprie.l.actor.l.matrem.C.de
6 probation. † Quinimmo & quæ ambiguitatis uitio
laborat probatio,eum ipſum qui inde nititur iuuare
non ſolet.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtam. tut. l. neque
natales.C.de probation.& c.in præſentia, extrà eod.
7 ubi omnes aduertunt. † Et quamuis ſola ſupplicatio
perfectam gratiæ conceſſionem contineat, ante ta-
men literarum confectionem forma carere intelligi-
tur; quippè q ex illius tituli iuſtitia pendeat. Com-
poſtell.Butr.& Imol.c.conſtitutus,ad fi.de reſcript.
Io. Andr. c.vnico, de litis conteſt. in vj. Inde enim
exequutoris præcedens auctoritas colligi ſolet. arg.
l.cui.ff.de iuriſdict.om.iud.& c.præterea, de offic.
deleg.& ſacra Rom. Rota quandoque decidit deciſ.
cccclvij.in nouis.& ibi in ſecundo ſummario,item in
iiij. ſtatutum eſt, ut quis gratia uti non poſſit, niſi
poſt quàm literæ ſuper ea ſint confectæ.

8 Tertiò,quia † et ſi vulgò circumferatur,ad ipſius
Pontificię conceſſionis ualiditatem nullum ſcriptu-
ræ adminiculum requiri.clem.dudum.§.nos etenim,
de ſepult.ibi,priuilegia, gratias, indulgentias uerbo
ſeu ſcripto.& c.inſtitutionis, xxv. diſtinct. ibi, quæ
ſcripto decreuimus,ſiue quæ in noſtra præſentia etc.
& ibi Archid.Feli. & Barb. & Deci. Ripa & Alciat.
rub.de conſtitu.v.q.ubi quandoq; dixi. qua ratione
dici ſolet, Epiſcopatus dignitatem illicò conferri ac
Pontifex quem hoc munere decorari iubet. Bal.l.hu-
manum.C.de leg. Abb.c.noſti,de electio. in ultimo
9 nota. & c.in noſtra, de reſcript. † Concluſio tamen
hæc intelligi debet, quod ad conceſsionis eſſentiam
attinet ab ipſius iudicij contentione remotam; cæte-
rùm, ſi de illa probanda agatur, ſecus eſt: quoniam
literarũ ipſarum auctoritas ad id requiri cenſetur. Io.
Andr. & Archidi.in procemio ſexti libri decretat.&
Card.in proœmio clementinarum.§.poſtquàm.Fel.
Deci.& Bero.& nouiſsimi d.rubr. de conſtitu.q.v.
ubi diffuſius diſputaui.& Feli. c.ex diligenti, de ſi-
mo.in fi.& ſacra Rom.Rota quandoq; decidit deciſ.
cccxxxij. licèt. & deciſ.ccclviij. circa ſecundum du-
bium.rationi enim conuenit, literas huiuſmodi gra-
tiarum ipſarum exequutionem præire. Io.And.c.di-
lectus,in Gloſ.j.de præb.& Glo.ult.clem.fi.de reſcr.
& Milis in repertorio in uerbo Gratię Apoſtolicæ.

ſumma enim & gratiarum effectus ex illis pendere
uidetur.c.cùm aliquibus,de ſent.& re iud.l.& ſi non
ſint.§.perueniamus.ff.de aur.& arg.leg. cùm iudici-
bus ipſis interdictum ſit, ne iis non exhibitis ius di-
cant.in reg.Canc.ut non dicatur ius ſecũdum teno-
rẽ ſupplicationis, ſed ſecundum formam lrarum. &
ſacra Rom.Rota quandoque decidit deciſ.ccclvij.&
ccclviij.in nouis,ſecundum ueterem impreſsionem,
niſi ſingulari aliqua ratione Pontifex Max.ſupplicis
libelli eam eſſe iubeat auctoritatem, ut ſola ſignatu-
ra ſufficiat: vnde in aliis caſibus regula in oppoſitũ
conſtituenda ſit.l.nam quod liquidæ. ff.de penu leg.
l.ius ſingulare.ff.de legib.

Quartò aduerſus Reuerendum Decanum, Can-
10 cellariæ regula urgere uidetur,† qua cautum eſt,
ſecundum tenorem ſupplicationis iudices ipſos ali-
cui ius dicere non debere.cui iuris communis vir-
tus ineſſe cenſetur.in his præſertim; quę à Curiæ
Pontificiæ auctoritate proficiſcuntur.Fel.c.ij.de re-
ſcrip.col.pen.& adſtipulatur Gome.in procemio re-
gularum Cancell.& Caſsiod.reg.Canc. deciſ. xxxi.
nu.ii.& Cagn. rub.de reg.iur.nu.xxvj. interim.n.tũ
Pontificij tùm ſęcularis iuris hęc eſt intẽtio,ut frau-
des ipſę prorſus & falſitates à legitimis actibus re-
pellantur.c.quàm graui,de crim.falſ.c.ſuper literis,
in princ.de reſcrip.& d.c.quoniam contrà, & l.iu-
bemus.C.de teſtam.faciliuſue ſupplices ipſi libelli,
quàm ſolemnes literę adulterari poſſunt.§.j.in Spe-
cu.de reſcripti pręſentatione.& d.c.quàm graui, &
d.c.accedens.de cri.falſ.conſultius fuiſſet ipſum Re-
uerendum Bonſiliũ Cancellariæ reg.paruiſſe, & ſo-
lemnibus literis exactis reſeruationis illius gratiam
oſtendiſſe.

Quintò in non abſimilibus caſibus idem ſtatutum
ferè in qualibet diſpoſitione eſſe uidetur,ſiue à prin
cipis nutu, ſiue priuatorum conſenſu dependeat;
11 † ut tutius ſit ſcripturę adminiculum illis ipſis acce-
dere. in aucten.ut nouæ conſti.& Bald.docuit. d. l.
humanum, ad ſubſtantiam probationis legis ipſius
ſcripturam ipſam requiri. quod latius diſcuſsi poſt
alios d.rub. de conſtit.& ad municipiorum conſtitu
tiones hoc quoque pertinere uidetur. Bart.& Seuer.
l.omnes populi,de iuſtit.& iur.& Docto.§. conſtat.
12 Inſtit. de iure natu. gent. & ciui. † Idem in ſenten-
tiis.l.fi.C.de ſen.ex breuiculo recitan.& c.ultimo de
reg.iur.in vj.atque in iudiciarij progreſſus conficiẽ-
dis actis.d.c.quoniam contrà,vnde & conceſsionum
feudalium tenor inſpici ſolet.c.porrò,de priui.& ſi-
moniacę legi ſemel obnoxius, legitimè ſibi conſu-
luit,ſi abſolutionis documentum ſolẽne cuſtodiat.c.
13 ex diligenti,de ſimo. † Item in dimiſſoriis actionũ
editionibus,electionibus,appellationũ & recuſatio-
num libellis,& ferè in omnibus, q̃ diutius perdurare
ſolent.l.cenſus.ff.de prob.c.cùm cãm, eo.tit.c.audiẽ-
tiam,de p̃ſcri.c.ſignificauit,de teſti.c.qm frequẽter.
14 §.ſunt & alij caſus,ut lite non conteſt.† cùm hominũ
memoria labilis ſit.l.peregrè.ff.de acq.poſ.l.ij.§.ſed
quia diuinę.C.de uet.iur. enucl. tutius erat Bonſiliũ
ipſum à regulis nõ recedere.c.j.§.poſtq̃,de ſent.in vj.
ubi Gl.ſuper uerb.ĩ ſcriptis.& l.oĩs.ff.de reg.iur.Gl.
ibi,ſicut Bononienſes adhęrent Carrocio. Bart.Alb.
15 & Cagn.nu.xxxiij.plures deciſiones adducit. † quod

& in priuilegiis illi locus eſſe uidetur. d. c. porrò,
de priuil. quorum ſpeciem & ipſa quoque ſacerdo-
tiorum conceſsio repræſentare uidetor. Abb. Falin.
Bart. Deci. in rub. de reſcript. q. iij.

Poſtremò, ut Bonfilius ipſe ſolemnes, ut fieri ſo-
let, literas exigere debuerat, Apoſtolici fiſci commo
dum ſuadere uidetur, ne aliàs officiales Papæ eorum
16 mercede fraudarentur, qui officia ipſa † græca fide
mercati fuerunt. et idcircò fiſcus ipſe Apoſtolicus
ſiue Camera officia huiuſmodi amplius uel uendere
nõ poſſet, uel longè minori pretio diſtraheret: quod
abſurdum eſſet. l. properandum. C. de iudic. ibi, ex-
ceptis cauſis fiſcalibus. & toto titu. ff. de iure fiſc. &
17 Docto. l. j. ff. ſolu. matri. † vnde excluſis clericorum
agnatis parta ab ipſis ab eo uendicari ſolent. c. rela-
tum, c. officij. de teſtam. c. præſenti, de offic. ordin. in
vj. Doct. auct. licentiam, C. de Epiſco. & cleric. quod
reſpoſum atque deciſum extat: Corn. conſ. cccxiiij.
Videtur, in iij. Alex. cxvj. Viſo, in vij. Soci. xcj. in iij.
Reuerendiſs. Pariſ. xxxiij. In eccleſia, in iiij. & ſacra
Rom. Rota cenſuit deciſ. dccclvj. Cùm Camera Apo
ſtolica, in antiquis ſecundum ueterem impreſsionẽ.

Et ſi quis ea ratione oppoſitum uerius eſſe conten
18 deret, † quod Bonifacius viij. ſtatuerit, Epiſcopos
& alios prælatos ſuperiores, necnon Abbates, Prio-
res, & monaſteriorum regimina exercentes abſque
Apoſtolicæ ſedis literis ad eccleſiaſticam admini-
ſtrationem recipiendos non eſſe. c. iniunctæ, extra-
uag. d. Bonif. viij. de elect. quocirca in inferioribus
aliud concludendum uideri. l. cùm prętor. ff. de iudi.
c. nonne, de præſumpt. & c. qualis, xxv. diſtin. quam
ſanè interpretationem recentioris Rom. Rotæ aucto
ritas tueri uidetur, Caſsiod. deciſ. viij. nume. v. de
reſtitu. ſpol.

Reſpondeo, conſtitutionis illius mentem atten-
di conſultius exiſtimari, quæ ex præfatione colligi
ſolet, ibi, admodum graue ac periculoſum aliquem
ſeſe in officio, gradu ac dignitate conſtitutum aſſe-
rere, & pro tali haberi, niſi legitimis id documentis
probet. l. j. ff. de orig. iur. ubi Bald. & l. ut liberis. C.
de collationib. & l. ſi. ff. de hæred. inſtitu. & d. c. quo-
niam, ubi Lanfran. in ſecundo notab. In qua quidem,
cùm legis neruus conſiſtat, c. ſi. de regul. iur. in vj. l.
ſiue leges. ff. de legib. & l. non dubium. C. eod. titu.
conſtat illam ipſam potiſsimùm perpendendam cen
ſeri. c. intelligen. de uerb. ſign. & c. cùm ceſſante, de
appell. & c. et ſi Chriſtus, de iureiur.

19 Et quamuis † cõſtitutionis illius diſpoſitio uelu-
ti correctoria perquàm ſtrictè intelligenda uidea-
tur. l. præcipimus, C. de appella. l. ſi uerò. §. de uiro.
ff. ſolut. matrim. ubi Rom. & Imol. ob rationem ta-
men expreſſam hunc ipſum caſum ibi comprehen-
ſum intelligi debet. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff.
de lib. & poſthu. l. cùm mulier, la j. ff. ſol. matrim. ubi
Glo. & Docto. in uerbo ex mente. & Gloſ. & Docto.
auctẽ. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. plures
enim caſus recenſentur, in quibus longè minor exhi
bendæ ſcripturę ratio exigeat, uelnti, ne quis à Prin-
cipe mandatũ habere credatur. l. j. C. de mand. Princ.
20 & c. cùm in iure, de officio deleg. & † clericis pere-
grinantibus ordinariorum literæ deeſſe non debẽt. c.
poſſeſsionem, de probatio. l. ſi qua per calumniam. §.
prætereà. C. de Epiſcopis & cleric.

Prętereà & in ea conſtitutione dignitatis mentio
fit, ibi, dignitatis uel gradus. & uerſ. ſi quis prætereà.
d. extrauag. iniunctæ. vnde & generaliter ſiue in Ar-
chidiaconatu ſiue Archiepiſcopatu, Decano atque
Præpoſito locum ſibi uendicare uidetur. l. iiij. §. to-
ties. ff. de damno infect. c. ſi Romana. xix. diſt. & l. j. §.
& generaliter. ff. de leg. prętan.

21 Poſtremò † ambigendum non eſt, conſtitutiones
etiam correctorias in caſibus quibuſdã taxatiuè ex-
preſsis, ſi contingat ſimilem uel maiorem ſubeſſe ra-
tionem extẽdi ſolere. §. cauſas autem, in auct. ut cùm
de appell. cognoſc. ibi, tantummodo. Guil. Cunius,
Alex. & Iaſ. auct. non licet. C. de lib. præter. & l. ob ęs
tantùm. C. de pręd. minor. & l. properandum. C. de
iudic. Iaſ. & Alci. d. l. j. in ſi. ſolut. matri. in fine. Glo.
ſuper uerbo uoluerit. l. fin. C. de reuo. donat. & Alci.
diffusè pertractat lib. ij. char. xlvj. de uerbor. ſignific.
22 † Quocircà, cùm literarum Apoſtolicarum ſolem-
nis probatio maximè inſtructa eſſe conſueuerit. dict.
c. cùm in iure, de officio deleg. & in Spec. de reſcrip.
pręſentatione. §. j. concludendum uidetur, Bonfiliũ
23 ipſum collegam nulla ratione admittendum, † ne for
te teſtibus aut ſola ſupplicis libelli oblatione Apo-
ſtolicam gratiam probari poſſe cenſeremus: quod
abſurdum uideretur. Cardi. in d. proœ. clemen. d. §.
quoniam nulla, nu. xxx. & Curt. conſi. xlv. col. ij. niſi
ex ſolemniũ literarum inſpectione conſtiterit, qua-
le ius ſibi ipſi in reſignatione reſeruarit, cui res ſo-
lius libelli ſupplicis exhibitione illi conſultum non
uidetur.

Quibus tamen non obſtantibus ſecundum ea quę
proponuntur more Scęuolæ Iureconſulti oppoſitũ
24 uerius eſſe cenſeo: quippè † quòd ut Stagirita ſępius
tradidit το δικαιον τεμνεσθαι l. ſi ex plagis. §. in cli-
uo. ff. ad leg. Aquil. ibi, in cauſa ius poſitum eſt. Alb.
& Flor. in ſecundo ſummario, & pluribus rationibus
probari poſſe exiſtimo, Reuerendũ ipſum D. Bonfi-
lium indicta cauſa, & nulla prorſus interueniente co
gnitione, nec citatione quidem, de ipſa poſſeſsione
depelli potuiſſe. ſtatuit enim Pontifex pendente re-
ſtitutionis iudicio, canonicæ inſtitutionis quæſtio-
nem referri non poſſe. c. in literis, de reſtitu. ſpol. ubi
Butr. Card. & Abb. nu. iiij. uerſ. nota textum apertũ.
25 † Cùm enim Deus antequàm Adam ipſum damna-
ret, eum ipſum uocauerit, inquiens: Adam ubi es?
Gen. iij. conſtat nullam humanam facultatem ſuffi-
cientem cenſeri, ut citationis ipſius præambulum au
ferre poſsit. clem. paſtoralis. §. cęterum, de re iudic.
ubi aduertunt omnes. c. caueant, c. omnia, iij. q. ix.
dixi poſt Abba. & Lanfranc. Deci. & Bero. in d. cap.
quoniam contra, de probation. in uerbo citationes,
in tertio effectu. qua ratione Bonfilius ipſe reſiden-
tię commodo non uocatus, priuari non debuerat.
26 §. omnium, inſtitu. de pœn. temerè litig. † lex enim
etiam prædonem in eius poſſeſsionis defenſione le-
gitimè audiendum ſtatuit. l. j. ibi, qui ui à me. & l.
colonus. ff. de ui & ui arm. & l. j. §. ſi prædo, & §.
bona fides. ff. depoſ. At cùm nullus omninò iuris
27 ordo ſeruatus ſit, † conſtat perperam facta, illi-
cò reuocanda cenſeri. Gloſ. & Albe. l. minor. ff. de
euictionib. Caſtren. l. poſtulante, & Doctores dict.

l. ſi

l.ſi quis in tantam , & l.meminerint.C.unde ni.& c.
ſæpe,de reſtit.ſpol. & quandoqne reſponſum extat:
Soci.conſ.cxx.Difficultas.& Deci.cxcj. nn.ix.

Secuudò , Reuerendi Bonſilij cauſam potinrem
28 reddit, † quòd is adipiſcendæ aut recuperandæ poſ-
ſeſsionis interdicto experiatur:quibus caſibus exce-
ptio iuris in ipſa proprietate admitti non conſue-
nit.l.iij.§.ibidem.ff.ad exibend. Glo.c.j. & c.literas,
de reſtitu.ſpoliat.& dixi diffuſius in d.c.in literis,&
c.ſæpe,eo.titu.Et quamuis Reuerendum Capitulum
ex illuſtriſsimi Senatus literis contendst conſtare il
lum ipſum tenunciaſſe, vnde & poſſeſsionem quoq;
ipſam amiſiſſe uideri.d.c.niſi cum pridem,de renun-
ciat.Hoſti.& Butr.c.ad ultimum, de cauſa poſſeſ. &
propr. Abb.c.in literis, uu. xxvij. Reſpondeo , ſatis
ex ipſius ſupplicationis tenore atque uirtute culligi
poſſe,illum ipſum in poſſeſsione conſeruatum fuiſ-
ſe,perinde ac ſi non renunciſſet . Iu qua quidem cũ
diutius perſeuerauerit,eccleſiam frequentãdo,& ſuf-
fragia ipſa ferendo,cõſequens eſt, priusta inde eum
auctoritate depelli non potuiſſe.d.c.iu literis,de re-
ſti.ſpol.ubi omnes,& c. quod ad ſedem,eo.tit.Qua-
re agenti Bonſilio, ut retineat , exceptio hæc ; tu re-
nunciaſti, admittenda non uidetur , ne alioquin im-
pune quis poſſeſſorem uexaret.d.l.ſi quis, & Docto.
c.eum qni,de præben.in vj.Abb.c.paſtoralis, & c.cũ
dilectus, de cauſ. poſſeſs. & propr. & tradunt omnes
in l.naturaliter.§.uihil commnne.ff.de acqui.poſſ.

29 Tertiò nemini dubium eſſe debet , † quin in poſ-
ſeſſorio etiam recuperaudæ,poſſeſsio illa iuſta dica-
tur,quæ ex ipſius tituli probatione oſteuditur: quod
exhibita ſupplicatione perfectã conceſsionem oſtẽ-
dente factum intelligitur. Docto.d.procem.vj. & d.
rub.de conſtit.ubi dixi poſt Felin. Deci. Vincent.&
30 Bero.q.v.& reſpondit Gemi. conſ.x. † Quare , licèt
proprietatis defectus hoc interdicto ageuti obſtet .
d.c. in literis, ubi Docto. quòd Lapus cenſuiſſe ui .
detur alleg. xxiiij. & ſacra Rom. Rota decidiſſe de-
31 ciſ.xxj.in nouis ſecundum ueterem impreſs.† in pro-
poſito tamen noſtro titulus etiam ex ſupplicationis
inſpectione & productione colotatus ſufficere exiſti
matur,quemadmodum ex ſpoliautis confeſsione fie
ri ſolet.Doct.d.c.in literis,& Abb.c.cum noſtris , de
conceſs.præben.in fi.& reſponſum fuiſſe uidetut & à
ueteri & recentiori ſacra Rom.Rota deciſum. Cald.
conſ.xiij.de uerb.ſignifi.& Lapus alleg.xvj.Rota de-
ciſ.xix.iu nouis, ſecuudum ueterem impreſsionem,
Caſsiod.deci.vij.ſuper reg.Cancellariæ,& deci.viij.
de reſtitu. ſpoli. Quamuis ad canonizatinnem.quod
multò fortius hic fatendum uidetur , cùm Bonſilius
coutendat,ut quam inſiſtebat poſſeſsionem retineat.
arg.l.patte furioſo. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. &
c.cùm dilectus,de ſponſal.& Caſsiod. docuit deciſi.
j.& ij.ſuper reg.Cancellariæ.

Quartò & Bonſilij ius inde muniri poſſe exiſti-
matur; Pone duabus cõformibus obtinuit quis litera
rum Apoſtolicarum auctoritate ſacerdotium , quod
petebat,in tertia autem iuſtantia reus ſolemuem ſup-
plicationem exhibuit, qua conſtabat ſummum Pon-
tif. ſacerdotium illud ei conceſsiſſe : an hoc themate
pro literis Apoſtolicis iu hac quoque iuſtantia iudi-
candum eſſet ? & uidebatur tanq̃ maioris auctorita-
tis eſſent,d.c.accedeus,& c.quam graui,de crim.falſ.
idq; præſertim,cùm ipſius Cancellariæ auctoritas id
ipſum ſuadere uideatur in reg.ut non dicatur ius ſe-
cundum tenorem ſupplicationis,ſed literarum .

32 Oppoſitum † tamen ſacram Romanam Rotam de-
cidiſſe Caſsiodorus atteſtatur deciſ.ij.ritu.de re iud.
Cùm enim ex ſupplicationis exhibitione conſtet de
iure tertij agentis ipſius petitionem elidere,conſta-
priores ſententias non iuimeritò reuocatas fuiſſe .L.
loci corpus.§.fi.ff.ſi ſeruitus uend.Barr.l.ij.ff. de ex-
cept. rei iudi. Idque potiſsimùm in huiuſmodi poſ-
ſeſſoriis procedere non dubitatur,in quibus quilibet
titulus uel in ſpecie apparens ſufficit.Doct.d.c.in li-
tetis,cum aliis ſuperius adductis . Vnde ſola ſuppli-
cis libelli exhibitione Bonſilium ipſum in hoc reti-
nendę interdicto iuuandum cenſeri debet,tametſi li
teras,ut moris eſt , confectas non euaginauerit.

33 Non mouent ſuperius adducta in oppoſitũ . † Et
primò reſignantem ipſum, quod ad ſacerdotium re-
ſignatum attinet,perinde ac mortuum habendum.d.
c.quod in dubiis , de renunc. cum aliis ſuperius ad-
ductis.Quia rñdeo,illa non procedere cùm quis ſi-
bi ius aliquod reſeruat, ſine fructuum ipſorum con-
templatione uel reſidentiæ,prout nunc ex ſubſigna-
tæ ſupplicationis ſerie conſtat,ut ibi omnes tradunt.
quæ ſanè probatio in pręſenti negotio ſufficiens eſt,
tùm quia Decanus illicò ſpoliari non debuerat,ac de
ſua poſſeſsione depelli,d.c.cùm ad ſedem , tùm quia
agit,ut ius ſibi competens poſſidendi retineat:quo-
circà cuiuſcunq; tituli uel apparens probatio poſſeſ-
ſionis ipſius iuſtitiam infert.d.c.in literis,ubi Doct.
& Caſsiod.d.deciſ.ij.

34 Secundò † non urget Apoſtolicæ ſedis conceſsio-
nem literis in forma confectis eſſe probãdam. Cardi.
Io.And.Arch.& Gem.in d.procœ.vj.& Bal.d.l.huma
num.et Feli.& Deci.d.q.v.rub. de conſtit. & in reg.
Cancellariæ, ut non dicatur ius ſecundum formam
ſupplic. quia rñdeo , à regula illa præſentem excipi
caſum,in quo ſolùm agitur,an Bonſilius ipſe ex ſola
ſupplicationis exhibitione poſſeſsionem retinere ua
leat . in quo articulo uel apparentis tituli probatio
ſufficit.d.c.in literis.non enim nunc agitur de ſacer-
dotij proprietate, quam conſtat ex ipſa reſignatione
ad Paulum nepotem pertinere.d.c. quod in dubiis .
ſed de poſſeſsionis retentione,reſeruationis aucto-
ritate, quam ſola ſupplicatio probat.Capitulũ enim
ius aliquod in Decanatus dignitate non pręteudit,
& idcircò cùm de ea adiudicanda non agatur , Can-
cellariæ regulæ diſpoſitio ceſſat . Caſsiod. dict. de-
ciſ. ij.

35 Tertiò non mouet , † eum qui agit, intentionem
ſuam exactè probare debere.d.l.ei qui.d.c.in præſen
tia,d.l.neque natales.quia regula illa ex propoſiti ar
gumenti conditione intelligi debet,ut diffuſius do-
cui in d.c.in præſentia.nempè,ut eius norma infle-
ctatur,quoties negotium ipſum eiuſmodi eſt,ut ſum
marim lex probari debere decernat.l.j.ff.de Carbon.
edict.ibi,ſummatim.& l.fi.C.de edict.diui Adr.tol.
ubi Doct. Cæterùm,cùm ex ſupplicationis exhibi-
tione conſtet, Capitulum nullum ius in hac digni-
te ꝑtendere,mirum eſt,ut q̃ primùm non excludatur.
d.loci corpus.§.fi.& Bart.d.l.ij.ff.de excep.rei iudic.

36 Quartò non urget ipſius † regulę Cancellariæ di-
ſpoſitio, ut non dicatur ius ſecundum tenorem ſup-
plicationis, cuius quidem uariæ adducuntur rationes
in d.rub.de conſti. Reſpondeo enim illam ipſam in-
telligi, cùm de iure Eccleſiaſtici prædij agatur, non
autem cùm poſſeſsionis, præſertim retinendæ arti-
culus diſcutitur.

Quare diſpoſitio illius in pręſenti caſu inſulsè ad-
duci uidetur. c. cùm ceſſante, de appell. c. et ſi Chri-
ſtus, de iureiur. & Caſsiod. d. deciſ. ij. de re iudic.

Quintò non obſtat generalis regula, qua traditum
eſt, ſolemni documento ſcriptura confectu plenam
fieri probationem. d. c. j. §. poſtquam, de cenſib. in vj.
Quia reſpondeo, ſatis in propoſito caſu ea ſupplica-
tionis ſcriptura, apoſtolicæ gratiæ tenorem probari
poſſe: nec idcircò literarum confectio neceſſaria exi
ſtimatur, tametſi ad conceſsionis perpetuitatem cō-
ducere intelligatur. argu. l. fi. C. ad Senatuſcon. Sylla.
& l. peregrè. ff. de acquir. poſſeſ. quia quod ad hunc
effectum attinet, aliud cenſeri debet. d. c. in literis, &
Caſsiod. d. deciſ. ij.

Vltimò non urget Bonifacij viij. extrauagans cō-
ſti. incip. iniunctæ, ſuprà alleg. quia in præſenti ne-
gotio locum habere non uideatur, cùm iam diù Re-
uerendus Bonfilius in Decanatus dignitate fuerit
admiſſus, & Apoſtolicæ collationis ſolemnes literas
exhibuerit: vnde cuiuſcumque fraudis timor in ea
cōſideratus ceſſare uidetur. d. c. cùm ceſſante, de app.
legitimè enim facta, non facilè retractari conſueue-
runt. l. facta. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel
alie. iur. & l. ij. C. quando & quib. quar. pars. lib. xij.
C. & Alex. poſt ueteres. l. ueluti. §. hęc uox. ff. de edē.
& l. ſi cùm dotem. ff. ſolu. matri.

37 † Præterea & cōſtitutionis illius diſpoſitio in clau
ſtralibus dignitatibus loquitur, & maioribus admini-
ſtrationem habentibus, ut ea procemio colligitur. d.
c. quoniam, ubi Lanfran. in ij. not. & l. j ff. ad Senatus
conſ. Maced. ubi Bar. & d. l. fi. ff. de hæred. inſti. unde
in aliis, in quibus minor ineſt ratio, locum ſibi ipſi
uendicare non uideatur, arg. c. de multa, de pręb. ubi
38 Abb. nu. xxj. poſt alios ueteres. † Et idcircò intra ꝓ-
priæ diſpoſitionis cancellos conſtitutionis illius di-
ſpoſitio retinenda uideatur. d. l. pręcipimus. C. de ap-
pell. Quare in præſenti negotio cenſerem Reueren-
dum ipſum Collegam in ſua poſſeſsione reſtituen-
dum, atque ulterius non eſſe uexandum. quod eo li-
bentius diſcurſi, ut vniuerſis pateret, quàm honeſtum
exiſtimem neglectis affectibus iuſtitiam ipſam colē-
dam eſſe. Laus Deo, Patauij, iij. Kal. Febr. 1550.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Matrimonium diſſolui poſſe ex coeundi impoten-*
tia.
2 *Delictorum occaſio prorſus tollenda eſt.*
3 *Infinitas non toleratur a lege.*
4 *Diſpenſatiò contra ius Diuinum, non facilè homini per-*
miſſa exiſtimatur.
5 *Vxor antequàm de morte mariti certior facta ſit, ma-*
trimonium contrahere nequaquam poteſt. & e con-
trà.
6 *Sponſa de futuro annubere prohibeatur, quouſq; ab-*
ſentis ſponſi mors certa probetur.

CONSILIVM XXVI.

DIRIGAT ME DOMINVS IN VIAM
veritatis & iuſtitiæ, vt ab eius ſcopo minus
quàm patiatur humana facultas .n
aberrem.

AN alter coniugum matrimonium
ipſum legitimè contrahere poſſe
cenſeatur, altero ex cauſa captiui-
tatis uel cuiuſcunque alterius im-
pedimēti diutius abſente: vnde ue-
riſimilis ſit mortis ipſius ſuſpicio?
Et prima quidem facie uideretur, certi temporis
1 lapſu hoc ipſum permiſſum exiſtimari, † quemad-
modum triennij lapſu frigiditas ipſa ſeu coëundi im
potentia legitimum præſtat impedimentum, ut ali-
ter coniux iuſtè contrahat. c. laudabilem, de frigid. &
malefi. ubi Glo. j. & ij. Io. And. Butr. Cardin. & Abb.
& Goffre. & Hoſt. in ſumma eo. tit. aduertunt.

Secundò idem dicendum uideretur, præſertim ſi
proponatur diligentem inquiſitionem præceſsiſſe, an
qui diutius abfuit, uiuat, an obierit. quod Iuſtinia-
nus cauiſſe uidetur. auct. hodie quantiſcūq; annis. C.
2 de repud. † Suadet enim generalis ratio, delictorum
occaſionem prorſus auferendam. l. conuenire. ff. de
pact. dot. c. ne captandę, de conceſſ. ꝑben. in vj. Quod
potiſsimùm in fornicationis delicto canon ipſe pro
curat. ut ſecundum Pauli præceptum, qui non poteſt
abſtinere nubat. c. j. & ij. de cohabi. cleri. & mul. Quæ
quidem interpretatio animabus ipſis utilior prorſus
amplectenda uidetur. c. conſilium, de obſerua. ieiun.
& c. ad audientiam, de homici. uolu. uel caſua. ubi
Marianus nu. v. & vij.

Tertiò ſuadet generalis ipſius Canonis conſti-
3 tutio, qua traditum eſt, † in qualibet diſpoſitio-
ne legiſlatorem ipſum infinitatem abhorrere. c. li-
cet, ſl ij. de reſtit. & l. properandum, in princi. C. de
iudic. & l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod in-
tereſt profe. ubi Alex. Curt. & Deci. in ij. not. aduer-
tunt. quod quidem in præſenti themate eò fortius
exiſtimari debet, cùm abſentis ipſius culpa diuturnū
præiudicium præſenti adferri non debeat. c. non de-
bet quis, de reg. iur. in vj. & l. ſi quis in ſuo. §. legis au
tem Iuliæ. C. de inoff. teſtam.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus Ec-
cleſia ipſa oppoſitum decreuiſſe uidetur. cùm enim
ſcriptum ſit: Quos Deus coniunxit, hominem ſepa
rare non debere. c. quos Deus, xxxij. q. ij. & c. ex pu-
4 blico, de conuerſ. coniug. † Iuris huius diuini rela-
xatio humanæ facultati non facilè permiſſa exiſtima
tur. d. c. ex publico, de conuerſ. coniug. ubi Gloſ. in
uerb. conſummatum, & c. ſunt quidam, xxv. diſtin. &
c. ſi non licet. §. his exceptis, xxiij. q. v. & c. nobis. ubi
Glo. in uer. exemptis. Butr. & Abb. & omnes tradūt
in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. in primo memb.
theoricę Abbatis. alioquin diuini iuris tranſgreſsio
induceretur, quę ſecundam mortem operari conſue-
uit. c. fi. de conſue. & c. fi. de pręſcript. Gloſ. in prin.

in c.poſſeſſor,de reg.iur.in vj.ibi,in his autem. Cęterùm, cũ effectus hic ſpiritualis pluris fieri debeat .c. pręcipimus.xii.q.j.& c.cùm contingat, de iureiur. & c.licèt,eo.tit.in vj.conſequens eſt,nulla temporis diuturnitate tranſgreſsionem hanc legitimè inductam cenſeri.argumento cap.inter incorporalia, de tranſlat.pręla.c.nouit,de iud.& c. per uenecabilem qui filij ſint legitimi.

5 Secundò † in ſpecie Lucius iij.eius nominis Pontifex Max.id apertè conſtituit,nemini coniugum licere matrimonium contrahere antequàm de morte alterius abſentis ei conſtet.c.Dominus, de ſecundis nupt.ubi Glo.in uerbo conſtet,& ibi Abb. poſt ueteres omnes.& c.in præſentia,de ſponſ.ubi Clemẽs iij.à Cæſarauguſtenſi Epiſcopo interrogatus, nunquid lapſu ſeptennii cùm mulieres diligenter perſcrutatę eſſent, nec quidquã certi de uita uel morte uiri intelligere potuiſſent,concurrẽte iuuenili ętate & carnis ipſius pruritu alteri uiro coniungi poſſent? conſtituit quantocunque annorum numero ita remaneant,uiuentibus uiris ſuis ad alterius connubium canonicè conuolare non poſſe. Quare nec Eccleſię auctoritate permittendum ſtatuit,eas ipſas contrahere, donec certum nuncium de uiri morte recipiant.& ibi Innoc.Hoſtien.Aegid.But. Ancha. & Abb.& Alex.Neuus Viccn.aduertunt.Cum enim quis diutius uiuere præſumatur.l.fin.C.de ſacroſan. Eccleſ.conſultius fuit certum mortis nuncium habere,cùm de maximo ipſius animi præiudicio agatur.c.Iuuenis,ubi Abb.in i.not.de ſponſalib.& Bar. l.ii.§.i.ff.quibus modis teſtam.infirm.in fin.& Abb. poſt ueteres docuit d.c. in pręſentia,& c.de illis, de

6 ſponſalib.† ubi in ſponſalibus de futuro Pontificia ſedes aliud ſtatuit.quare,cùm carnis commixtio acceſſerit, aliud conſtituendum cenſeri debet. d.c.ex publico,ubi Gl. in uerbo cõſummatum. Qua ratione Leo Papa ſcribens Nicetę Epiſcopo Aquileienſi conſtituit,ſi caſus occurreret, ut aliqua mulier in propoſito themate contraheret, accepta uiri uita illam ipſam ab amplexibus adulterinis abſtinere debere.cap.cùm per bellicam.xxxiii.q.i.& ii.ubi Glo. & Archi.

Hanc canonum certam exiſtimo eſſe intentionẽ, quorum auctoritas in huiuſmodi ſpiritualibus longè potior exiſtimari debet.d.c.fin.de conſue.& d.c. fin.de pręſcrip.Gloſſ.& Anchar.in d.c.poſſeſſor,de reg.iur.in vj.d.uerſ.in his autem.& Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſanc.Eccleſ.Abb.Feli.Deci.& Bero. cap.Eccleſia Sanctę Marię, de conſtitu.in tertio caſu principali theoricæ Panormitani.

Laus Deo,Patauij.x.Kal.Feb.1553.

Hæc raptim Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis conſenſus in negotijs conficiendis requirendus eſt.*

2 *Maior pars,Canonicorum putà,quod efficit, præualere debet.*

3 *Fructus ſuperflui bonorum Eccleſiæ pauperibus erogandi ſunt.*

4 *Canonicos in præiudicium abſentium nihil quicquam legitimum facere poſſe.*

5 *Clericos fructus eccleſiæ conſanguineis erogantes,grauiter peccare.intellige,ut nu.12.*

6 *Teſtes conſanguineos ſuſpectos eſſe.*

7 *Fructus Eccleſiæ ab Abbate ſiue Abbatiſſa conſenſu monachorum aut monialium eſſe diſtribuendos.*

8 *Prælati inuitis religioſis nequaquam de bonis monaſterij eleemoſynam facere poſſunt.*

9 *Eleemoſyna non dicitur,quæ alienis de rebus fit.*

10 *Bona Eccleſiæ, Pauperum ſunt.*

11 *Eccleſiæ quod pertinet, quandoque diuinum appellatur, quandoq; Chriſti eſſe,aliquando pauperum.*

12 *Prælatos poſſe fructus bonorum Eccleſiæ conſanguineis modò egentibus elargiri.*

13 *Capituli conſenſum in arduis tantùm negotijs eſſe requirendum.*

14 *Prælatus ſolus in rebus non arduis adminiſtrare poteſt aliàs Capituli conſenſus requirendus eſt.*

15 *Abbas ſeu Abbatiſſa monaſterij adminiſtrationem habentes,& quorum induſtria redditus maiores effecti ſunt,uberiorem in erogando poteſtatem habent.*

16 *Benefacienti ut benefaciamus,ratio ipſius natura nos docuit.*

17 *Prælatos conſanguineis ſuis rem ſolitam in emphyteoſim dari,concedere poſſe.*

18 *Monachorum, monialiumq; uoluntas ab Abbate ſeu Abbatiſſa dependet.*

19 *Clerici in diſtribuendis eccleſiæ fructibus executores eſſe cenſentur.*

20 *Executores relicti ad diſtribuendum bona pauperibus, poſſunt eorum conſanguineos eligere, modò pauperes.*

21 *Prælati poſſunt conſanguineis ex cauſa remunerationis bona aliqua eccleſiæ donare.*

22 *Tex.in cap.i.c,nouit,& c.quanto, de his quæ fiunt à prǽl.exornantur.*

23 *Animæ immemor nemo præſumitur.*

24 *Præſumptio fortior debiliorem elidit.*

25 *Illatio ex diuerſis non fit.*

CONSILIVM. XXVII.

CRVCIS SERVATORIS Chriſti gratia mihi plenius adſit, vt pro iuſtitia & ueritate conſultus reſpondere valeam.

CASVS.

EX NOBILISSIMA Trinacrię Inſulę opulentiſsimæ, Ciuitate Panormo caſus huiuſmodi tranſmiſſus eſt,ſuper quo reſponſum pro iuſtitia & ueritate petitur.

Vna Abbadeſſa d'un monaſterio de l'ordine ciſtercienſe fu eletta in tempo nel quale il monaſtero à pena hauea da ſoſtentarſi; non dimeno lei con la induſtria ſua & di parenti, ha moltiplicato l'entrate piu del doppio che prima hauea, di modo che hora

non

non ſolo il monaſtero ha da uiuere,ma gli auanza
però accadendo ch'un nepote d'eſſa Abbadeſſa cioe
figliolo d'un ſuo frarello carnale per alcuni accidẽti
ha perſo i ſuoi beni,& ſtà in neceſsità con la moglie
& ſiglioli,ſi dubita ſe detta Abbadeſſa puote & doue
con buona conſcienza ſenza conſenſo delle mona-
che ſue ſouuenire il ſuo detto nepote beſognoſo,de-
dutto il uiuere & ueſtito neceſſario d'eſſe mona-
che.Tanto piu che tra gli altri acereſcimeti fatti d'eſ-
ſa Abbadeſſa al monaſtero l'ha ornato di molti io-
cali,ſi de ueſtimenti d'oro & di perle da meſſa, come
di lampieri, & altri uaſi d'argento.

RESPONDI.

PRIMA facie iudicandum uideri ſoli Abbatiſ-
ſę hãc ipſam non competere facultatem, quã-
uis enim monialibus illa pręſit,quemadmodũ
1 Abbas monachis,& Epiſcopus ipſi Capitulo, † eius
tamen in eccleſiarum negotiis conficiendis conſen-
ſus requiri debet.c.j.c.nouit.c.quanto, de his quæ
2 fiunt à præla.ſine conſen.capituli.Quamobrẽ † olim
in Concilio Lateranenſi deciſum fuit,à maiori & ſa-
niori parte capituli conſtitutum,præualere debere.
c.primo de his quę à maiori parte.& c.iij.eo.tit. ubi
3 Docto.aduertunt.† At,cùm fructuum ſuperfluorum
erogatio ex bonis eccleſiaſticis pauperibus aucto-
ritate Canonis fieri debeat. c. conuenior. xxiii. q.
viii.c.uidentes.xii.q.i,quæ res monaſterii ius reſpi-
cere uideatur, conſequens eſt, maiorẽ partẽ Monia-
lium requirendam uideri.l.quod maior. ff. ad mu-
nicipa.ubi Din.Alber.& Bart.& Alex.in additioni-
bus.& l.nominationis forma.C. de decurion.lib.x.
& l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.ubi Deci.nec enim
facilè conſueuit Canon alieni iuris exequutionem
alteri credere:unde quod omnes tangit,ab omnibus
probandum eſſe,cautum extat.c. cùm omnes,de cõ-
ſtitu.ubi Bal.Io.And.Aegid.Butri.Imo.& Abb. ubi
4 † eccleſię Canonicos in præiudiciũ abſentium nihil
quidquam legitimum conſtituere poſſe aduertunt
Bar.& Flor.de S.Petro in l.cum fundo. ff.de ſeruit.
ruſt.præd.& l.j.C.ſi communis rei pigno.data ſit,&
c.quod omnes.ubi Din.de reg.iur.in vj.& ibi Doct.
& Boer.in additio.

Secundò idem Gregorii Pontificis ſummi con-
5 ſtitutione diiudicandum uidebatur. † ſtatuit enim
is in c.peruenit.i.q.iii.grauiùs Pręlatum ipſum de-
linquere, qui eccleſię fructus conſanguineis ipſis
erogat. cùm enim ſanguinis affectus eccleſiarum
6 pręſules facilè poſsit obcœcare.† quemadmodum in
aliis quoque diſpoſitionibus lex eorum iudicia ſu-
ſpecta habet. l.in omnibus.C.de teſtib.c.quoties.c.
ſuper eo,& c.in literis,eo.tit.de teſt. & c. repellan-
tur.de accuſationibus,ubi Glo.& Docto. & c. inſi-
nuante,de offi.deleg.ubi familiaritas etiam ſuper-
ueniens legitima recuſandi iudicis cauſa cenſetur.
Quare delictum hoc grauius,Glo. quandoque cen-
ſuit.d.c.peruenit. uel quia cõmunius patet & latius.
c.quod in omnibus.xxxii.q.vii.unde,cùm ipſius cõ-
ſanguinitatis affectio iuſtam legiſlatori ſuſpicionẽ
prębeat,Fran.Peruſi.c.poſtremò,de appella.nu.xx.
7 uerſ. ultimò nota.† conſultius eſt,Abbatiſſam ipſam
Monialium accedente conſenſu fructus monaſterii
cui præſidet,diſtribuere debere.c.nulli,de rebus ec
cleſ.non alien.ubi But.& Abb.nu.v. & c.conſilium,
de obſer.ieiun.& c.iuuenis,de ſponſ.ubi Abb.nu.i.
& c.is qui fidem,eo.tit.& c.plerique,de iure immu.
Gloſſ. c.unico de ſeruit.in.in ord.faci. Gloſ. Abb.&
Feli.c.fin.de præſump.nu.xiiii.& reſpondit Ancha.
conſil.lxxix.Prima facie. Alciat.tracta.pręſumptio.
regu.iii.

Tertiò Clementis quinti conſtitutione in Vien-
nenſi Concilio edita,hoc ipſum prorſus expreſſum
8 eſſe cenſetur.cle.ii.de cenſib.† ſtatuit enim ille reli-
gioſis inuitis prælatos ex bonis monaſteriorũ elee-
9 moſynas pręſtari non debere. † quippè ſecundum
Glo.ibi in uerbo inuitis,quòd nomen eleemoſynæ
non conuenit cùm ex alieno extortum quid diſtri-
buitur. cap. eſt pudenda.j.q.i. & Cardi. ibi aduer-
tit.d.Cle.ii.not.vii.Qua ratione concludendum vi-
debatur huic ipſi Abbatiſſę libertatem conſanguineis
etiam ex ſuperfluis monaſterii fructibus elargiendi
facultatem non competere.d.c.nouit,& d.c.quanto
de his quę fiunt à pręla.aliàs in foro conſcientię il-
lam ipſam non ſatis tutam eſſe,cenſendum uidetur.
d.c.eſt pudenda,& c.eſt iniuſta,i.q.i.& c.nam con-
cupiſcentiam,& c.cognoſcentes, de conſti. ubi Gl.
i. Abb. But.Feli.& Deci.nu. vii. & c. peccatum non
remittitur,de reg.iur.in vi.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum, ſe-
cundum iuris noſtri rationem uerius eſſe cenſeo:
quòd immo Abbatiſſa ipſa monaſterii fructus, cui
peſt, deductis monialium expenſis,& aliis ipſi mo-
monaſterio neceſſariis,eleemoſynę intuitu nepo-
ti ex fratre egenti nullo monialium requiſito con-
10 ſenſu elargiri poſſe.† ſciendum enim eſt, eccleſiis
oblata bona,pauperum cauſa alendorum oblata cen
ſeri.d.c.conuenior.xxiii.q.viii.d.c.uidentes.xii.q.i.
& c.fin.xvi.q.i.& c.paſce.lxxxvi.diſti. Qua ratione
ſiue ius ſcriptum,ſiue uſu receptum eccleſiarum iu-
ra diminuat,ratione carere cenſetur.c.i.cap.fin.ubi
Abb. poſt ueteres nu.i.ii.& iii.de conſuet.& c.fi.de
11 reb.eccleſ.non alienan.† Quocircà & ius diuinum
quandoque dicitur,quod ad eccleſias pertinet, quan
doque Chriſti & pauperum bona.l.fin.C.de ſacro-
ſanc.eccleſ.ubi Bal.nu.ii.& iii.& Abb.d.c.i.de con-
ſuet.nu.i.ii.& iii.& d.c.conuenior.cum aliis ſupe-
rius adductis.Et idcircò,cùm Pontifex alicui pro-
uideri mandat certa ſumma expreſſa, illi mandato
renunciari non poteſt.c.cui de nun ſacer.de pręben.
12 in vi.Docto.l.i.§.ſi ſtipulanti.ff.de uerb.obl.† unde
diuus Ambroſ.hoc liberalitatis genus maximè pro-
bandum cenſuit, ut quis ſeminis ſui proximos non
deſpiciat,ſi expedire cognoſcat:ſatius enim eſſe in-
quit,ut quis ſuis ſubueniat,quibus pudor eſt ab aliis
ſumptum depoſcere.quod & in pręlatis intelligi po-
teſt.c.non ſatis. c. eſt probanda.lxxxvi.diſt.ibi, ne-
que enim pretereà te Deo dicaſti,ut illos diuites fa-
cias.ordinata enim hęc charitas eſſe cenſetur, ut qs
conſanguineo prius,deinde & extraneo ſubueniat.
cap.xxix.Eccleſ.d.c.non ſatis.& c.quieſcamus, xlii.
diſtinc. ubi Glo.in uer.poſtulat,in fin. & ibi Archi.
& Aegid. & Goffred. in ſumma de tempo.ordinan.
uerſ.ſed pone pater tuus.& Abb.aduertit.c.i.in Gl.
in uerb.

in nerb.ſubminiſtrent,nu. iiii.de cohabi.cler.& mu-
li.vbi deciſum extat.,clericos ipſos conſanguineis
mulieribus in domo ſeparata nictui neceſſaria ex-
hibere debere.
13 Secundò † regula iuris eſt,in arduis Capituli cō-
ſenſum requiri, ſecus autem in minoribus, etiam
in conferendis minoribus ſacerdotiis prælatus ipſe
nec illius conſilium requirere debet. Innoc. c.fin.de
maio.& obed.Panor.c.nouit,de his quę fiunt à prę-
la.nu.vj uerſ.ex hoc ego colligerem. & ideò ſolum
illum poſſe eccleſiæ poſſeſsionem alicui indigenti
dum uiuit concedere.Archid.c.j.de rebus eccle.non
alienand.in vj.& c.poſſeſsiones, xvj. q. j.& Panor.c.
continebatur,de his quæ fiunt,nu. vij.verſ. ſecundò
limita. Quare,cùm eleemoſynæ cauſa ſuperflua ex
eccleſiarum redditibus paupetibus erogari canonis
auctoritate iam ſępius decretum ſit.d.c.videntes.xij.
q.j.& d.c.fin.xvj.q.i.& d.c.conuenior. xxiii. q. viii.
& Abb.aduertit. c. i. & ii. de rebus eccleſ.non alie-
nand.conſequens eſt,facultatem huiuſmodi paupe-
ribus,etiam conſanguineis ex fructibus eccleſię ſub-
ueniendi,ſoli prælato competere uideri.arg.c.præ-
tereà,de officio delegat.& l.cui,de iuriſdic.om.iud.
14 † Quemadmodum in omnibus aliis eiuſmodi non
arduis ſolus ipſe prę latus adminiſtrare poteſt.c.edo-
ceri, de reſcript.ubi Abb.in iij.q.ibi,& tene menti
hanc regulam.& inferius nu. vii. uerſ.excipe.
15 Tertiò,† cùm Abbatiſſa hæc monaſterij admini-
ſtrationem habeat.d.c.continebatur,de his quę fiūt
à præla.ubi Abb.nu.iiii.idque quod ad cultum diui-
num attinet,& alia negocia monaſterij,Abb. d. cap.
edoceri.q.iii.ſanè conſequens eſſe uidetur,illam ip-
ſam uberius conſanguineo huic ſubuenire poſſe.id-
que præſertim, cùm ex illius induſtria monaſterij
redditus maiores redditi fuerint.c.conſenſus, de re-
bus eccleſ.non alienand.ubi Glo.But.& Abb.num.
iiii.in Gl.i.& quandoq; reſponſum extat.Old.conſ.
cclxxviii.& Alex.conſ.cj.lib.j.
16 Quinimmo,† cùm ipſius naturæ ratio nos ipſos
denunciat, ut iis benefaciamus, à quibus beneficia
acceperimus.l.ſed ſi lege.§.conſuluit,ubi Gloſ.ff.de
pet.hęred.l.ſi ſeruus ea lege.ff.de ſeruis exportand.
conſequens eſt, Abbatiſſam hanc omnino teneri ad
ſubueniendum conſanguineis eius,quorum ope mo-
naſterii redditus auxit.l.iura ſanguinis,de regul.iur.
§.fin.inſti.de iure nat.gent.& ciuil.c.ſunt quidam.
xxv.diſtin.& l.ii.ff.de uſufr.earum rer.quæ uſu con-
ſumun.nix enim poſitiuę conſtitutionis auctoritas
naturali rationi derogare poteſt.c.cùm inferior, de
maio.& obed.tradunt omnes in c.quę in eccleſiarū,
de conſti.in i.membro diſtinc.
17 Quartò Abbatiſſæ eādem concluſionē iuuat, † q
rem in emphyteoſim concedi ſolitam, prælatum ēt
conſanguineo ſuo concedere poſſe, traditum ſit.in
eo enim cùm ſit legitimus eccleſię ſponſus, omnis
fraudis ipſius ſuſpicio ceſſat.c.inter,de tranſlat.prę-
lato.& docuit Abb.poſt ueteres c.ut ſuper, de reb.
ecc.non alien.nu.xviii.& xix.unde multò fortius in
propoſito caſu idem dicendum ſit,in quo non agitur
de ullo dominio transferendo, ſed de ſubueniendo
pauperibus ipſis ex fructibus & monaſterii reddiii-
bus.arg.c.cùm in cunctis.de elec.& c. ex parte, de
decim.& c.per venerabilem,qui filii ſint legiti.
Quintò,ſi obedientiam ipſam conſideremus,quā
moniales Abbatiſſæ debent,idem fatendum uidere-
tur.c.cùm ad monaſteriorum,de ſtatu monacho. &
Canonic. reg. unde & ab eius ipſius iam edita conſti
tutione,etiam monachis non conſentientibus rece-
18 dere poteſt.† quippè quòd uoluntas earum ab ipſius
motu pendet.c.ſi religioſus,de elec.in vi.c.ii.de te-
ſtam.eo.lib.& c.non dicatis,xii.q.i. & Abb. uidit d.
c.cùm ad monaſteriū.nu.ii.uerſ.ſecundò noto.qua-
re in huiuſmodi ſolum Abbatem uel Abbatiſſam
eleemoſynam largiri poſſe concludendum uidetur.
quod & in ſpecie tradidit Abb.c.inquirendum, de
pecu.clericor.nu.iiii.uerſ.nota quòd prælatus com-
mittit ſacrilegium. idque potiſsimùm, cùm Abba-
tiſſa hæc induſtria propria & conſanguineorum au-
xilio & ope monaſterii redditus auxerit: & idcircò
facilius eos diſtribuere poſsit.d.c.conſenſus,de reb.
eccleſię non alienan.ubi But.Card.Imo.& Abb.nu.
ii.uerſ.tertiò nota.
Sextò concluſio hæc,ea quoque ratione probari
19 poſſe uidetur, † quia clericus ipſe fructuum eccleſiæ
in pauperes erogandorum exequutor eſſe cenſeatur.
d.c.uidentes.d.c.fin.xvi.q.i.& d.c.conuenior. At cū
ordinatæ charitatis ratio hoc ipſum dictet, conſan-
guineos eligere poteſt,quibus primùm ſubueniat.d.
c.non ſatis.d.c.paſce.lxxxvi.diſtin.cum aliis ſimili-
20 bus.quemadmodum, † ſi contingat quem conſtitui
ut bona aliqua pauperibus diſtribuat,eius ipſius cō-
ſanguineos eum eligere poſſe receptum eſt. Abb. in
d.cap.i.de cohabi.cleri.in fin.& ibi And. Falco. in
additionibus,& Barb.& Anchar. conſi. ccccxxxvi.
in primo dubio.quæ concluſio uidetur ad ungnem
probari in d.cap.i. de cohabita.cleric.& mulie.ubi
cautum,clericum poſſe matri & ſorori neceſſaria in
alia domo eccleſię propinqua exhibere, ut fornica-
tionis ipſius ſuſpicio euitetur.
Septimò uidetur caſus in c. ad hæc, de teſtam.ubi
deciſum eſt, clericum ipſum ſiue dum uiuit, ſiue in
ægritudinæ eleemoſynæ cauſa ex eccleſiæ bonis elar
giri poſſe.& ibi omnes aduertunt.& Abb.nu.iij.uer.
& ex hoc nota practicam.& cap.cùm in officiis, ubi
21 Panor.in primo notab.eod.titu. & num.vj. † ubi ex
cauſa remunerationis prælatum ipſum tàm conſan-
guineis, quàm extraneis aliqua ex eccleſiæ bonis do
nare poſſe concludit.c.relatum, eod.tit.il ij. ubi Pa-
normi.nume.viij.uerſ.noto, & in uerſ.licet, colligit
in pauperibus ipſis ſolam charitatem attendi, in di-
uitibus autem obligationem ipſam antidoralem. at
in caſu noſtro utraque qualitas adeſt,ergo multò fa-
cilius concludi poſſe uidetur, hanc ipſam Abbatiſ-
ſam abſque monialium conſenſu conſanguineis ex
eccleſiæ ſuperfluis redditibus ſubuenire poſſe. c. j.
de treg.& pac.& in auct.de conſangui.& uter.fratr.
& auct.itaque.C.commu.de ſucceſ.& l.Baliſta.ff.ad
Senatuſconſ. Treb.
22 Non obſtat primò, † quòd ſecundum regulam ca-
nonum,monialium conſenſus in hoc ipſo actu re-
quiri contendatur,cùm inde lædi poſsint. d.c.j. & c.
nouit, & d.capi.quanto,cum aliis ſuperius adductis.
Quia reſpondeo,iurium illorum diſpoſitionem in ar
duis procedere,ut Butr. Imol.& Abb. ibi declarant.
&idem

& idem Abb.in d.c.edoceri,de ceſcrip.

Prætereà ſpeciali prouiſione canonis in hoc ipſo argumento eleemoſynę concedendę iuribus illis derogatum eſſe intelligitur.d.c.ad hæc,& d.c.j.de cohabi.cleri.& muli.Quare ſequitur, prouiſionem ipſam ſpecialem longè potiorem eſſe.c.i.de reſcrip. c. ſtuduiſti, de officio legat.& cap.generi pec ſpeciem,de regu.iur.in vj.& l.in toto.ff.eod.& Bar.l.ſi hominem.ff.mand.

Secundò non urget conſanguinitatia catione, ipſius Abbatiſſę indicium corruptum cenſeri.d.c.peruenit,i.q.iii.quia reſpondeo, in pręſenti caſu pręſupponi cõſtare de modica erogatione ex fructibua monaſterii ſuperfluia: unde coniecturia opua non ſit.l.continuus.ff.de verb.ob.

23 Prętereà † propriam animę ſalutem ipſi Abbatiſ-
ſæ longè cariorem eſſe Canon pręſumit. c. pręcipi-
mus,xii.q.i.l.ſancimus,C.de ſacroſanc. eccleſ. unde
illius immemor nemo pręſumitur.l.fin.C.ad le.Iul.
24 repetun.& c.ſancimus.vii.q.i. † quę ſanè pręſum-
ptio cùm fortior ſit alteram elidere debet.c.literas,
de pręſump.l.diuus,de ceſti.in integ.

Tertiò non mouet d.clem.ii.de cenſib. quia lo-
quituc in diuerſia terminis,putà, quando prælatus
ſęcularis uiſitans monaſteria inuitis monachis ex re
25. liquia fructibua eleemoſynaa erogare uelit. † unde
ad hunc caſum legitima illinc argumentatio colligi
non poteſt.d.c.inter, de tranſla.pręla.& l.inter ſti-
pulantem.in fin.principij de verb.ob.& l. Papinia-
nus exuli.ff.de minori.& l.naturaliter.§.nihil com-
mune.ff.de acqui.poſſ.

Laus Deo,Patauij Pridie Kal.Ian.1553.

Portius Imolenſis hæc raptim ſaluo ſemper etc.

SVMMARIVM.

1 *Legatus uicem Summi Pontificis gerit.*
2 *Legatus à uinculo excommunicationis abſoluit inijcientes ſacrilegas manus in clericos.*
3 Legatus *ipſe ubi adeſt,cæteri inferioris legationis ſilent.*
4 *Legatus Proconſuli æquiparatur.*
5 *Legatus adeò eminentioris eſt conditionis,ut eorum cõſtitutiones,etiam finita legatione durent.*
6 *Legatus omnem habet facultatem, quam legatus ipſe de latere, præſertim Legatus apud Sereniſſimum* Venetorum *Ducem.nu.ſeq.*
7 *Legatus beneficia conferendi facultatem habet.*
8 *Papa ea quidem conditione beneficia cõferendi facultatem concedere intelligitur, ut longè maiorem ſibi ipſi retineat.*
9 *Beneficiorum in collationibus efficiens cauſa eſt, facultas ipſa conferendi, ideoq́ue ea potiſſimùm intuenda.*
10 *Geminatio ſeu plurium facultatum uel priuilegiorum concurſus plurimùm operatur.*
11 *Inferior ſuperiori cedere debet.*
12 *Prior in tempore,potior eſt in iure, & extenditur hæc regula in uniuerſis ferè diſpoſitionibus.*
13 *Dies ſiue data(ut dicitur)litterarum attenditur.*
14 *Horæ prioritas in beneficiorum collatione attenditur & eſt comm.opinio,nu.ſeq.*
15 *Collatio prior attendenda eſt, etiam ſi concurrat Ordinarius cum Pontifice, & eſt receptior opinio.*
16 *Legatus in conferendo concurrit cum Ordinario, & locus eſt præuentioni.*
17 *Collatio beneficiorum ad quem ſpectet, ille ordinarius interpretatur.*
18 *Priuilegiorum tenor inſpiciendus eſt.*
19 *Sententia in iudicatum tranſacta, facit ius.*
20 *Sententia inter alios lata, alijs non obeſt.*
21 *Sententia licèt alijs non noceat, quæ inter alios prolata fuerit, oritur tamen ex ea præſumptio quædam.*
22 *Vſus peruetuſtus legi ſcriptæ æquiparatur.*
23 *Conſuetudo eligendi prælatum ſeruanda eſt.*
24 *Conſuetudo diuturna in dubium reuocari non debet.*
25 *Conſuetudo uim habet priuilegij.*
26 *Iuriſdictionis fines extendi ſolere ex longiſſimi uſus authoritate.*
27 *Gabellæ impoſitio longiſſimo tempore præſcribitur.*
28 *Limites diæceſis præſcribi longiſſimo temporis ſpacio.*
29 *Præſcribitur facultati inſtituendi generale Gymnaſium & quanto tempore.*
30 *Præſcribuntur iura ſpiritualia longiſſimo tempore, & quæ iura.*
31 *Præſcribitur facultas Eccleſias uniendi.*
32 *Præſcribuntur iura parochialia.*
33 *Præſcribuntur iura eligendi, præſentandi,inſtituendi, beneficiaq́ue conferendi, longiſſimo tamen tempore.*
34 *Præſumptio immemorialis ſolidam producit præſumptionem.*
35 *Beneficia ſiue ſacerdotia idoneis uiris conferri debent.*
37 *Specialia à generalibus non elidi.*
38 *Prouiſio hominis ſiue legis., quæ magis ad ſpeciem refertur, atendi ſolet.*
39 *Princeps ius alteri conceſſum auferre non præſumitur.*
40 *Priuilegium generale à ſpeciali ſuperueniente tolli, quando ad rem ius in genere competit. & uide nume.42.*
41 *Priuilegio generali ſuperueniente, non derogari ius in tempore conceſſum. & eſt comm.opin.*
43 *Princeps licèt aliquid concedat, maiorem tamen ſemper ſibi reſeruat authoritatem. & nu.52.*
44 *Princeps promiſſiones & priuilegia obſeruare debet nec illa irrita facere. & nu.48.*
45 *Iuramentum & ſimplex loquela apud Deum non differunt.*
46 *Pactum nudum producit actionem de iure Pontificio.*
47 *Pontificem iura cuſtodire, præmaximè decet.*
48 *Principem præmaximè teneri ad promiſſorum gratiarumq; obſeruationem.*
49 *Facti quæ ſunt, probari debent.*
50 *Forma non ſeruata, actus redditur nullus.*
53 *Ius ſpeciale non derogatur à generali.*
54 *Conditiones duæ aut plures ſi ſint coniunctim adſcriptæ, omnibus parendum eſt.*

CONSILIVM XXVIII.

CASVS.

REVERENDISSIMVS Apoſtolicæ ſedis Nuncius ad Sereniſſimum Ducem Venetiarum Eccleſiam ſancti Martini in plebe Montis ſilicis Parochialem ad Patauinę Cathedralis diœceſim pertinentem, Matthęi Valigni obitu uacantem Ioanni Olerio Regienſi contulit. Qui quidem nullis literis confectis, nullaùe illius adepta poſſeſsione, omni iuri ſibi quacunque ratione in ea competenti, ſponte ac liberè ceſsit in manibus ipſius Reuerendiſsimi Nuncij in ampliſsima Ciuitate Venetiarum. Legatus ipſe reſignationem admittens, Eccleſiam illam ita uacantem domino Marcello Porphyrio Pontificia qua fungitur auctoritate ſexto nonas Octob. 1549. contulit.

Cæterùm, cùm huius ſacerdotii conferendi ius ad Abbatem Sanctę Iuſtinæ ſpectare dicatur, abſuturus Abbas Priorem in ſpecie ſubſtituit, ut ius hoc conferendi potiſsimùm in eccleſia Sancti Martini, Rectoris obitu uacantis exerceret. Quumque pridie nonas Octob. ſiue ſexta die ſubſtitutio hæc facta fuerit, & idcircò Prior ipſe ſubſtitutus domino Carolo Iuntæ eccleſiam illam contulerit; quęſitum fuit, utra collatio præferri debeat? an Reuerendiſsimi Nuncij pontificia quadam auctoritate fulgentis, necnon in ipſo collationis actu præuenientis, an potius ab ipſo Reuerendo Abbate ſubſtituti iure quodam ſingulari nitentis?

RESPONDI.

IN propoſito caſu prima quidem facie cēſendum
uideri ipſius Reuerendiſsimi Nuncij collatione
longè potiorem eſſe, Pontificio namque diplomate
ſiue bulla conſtat omnem ei facultatem fuiſſe attri-
butam, qua ipſis de latere Pont. Max. Legatis com-
petit. Illa autem maxima eſſe conſueuit: meritò ſa-
cerdotium hoc rite collatum eſſe cenſendum uide-
1 tur: † quia Paſtoris ſummi uicem Legatus gerere
exiſtimatur. c. j. de offi. leg. in fin. ibi, qui in prouin-
cia ſua uices noſtras gerere comprobatur. & c. ſanè,
de offi. deleg. ubi Doct. & rub. eo.
2 Vnde † ſacrilegas manus in clericos iniicientes
abſoluit. cap. quod tranſlationem, cap. excommuni-
catis, de officio leg. ubi Glo. & Abb. docuerunt. nu.
iii. uerſ. & circà intellectum. & idem Abb. c. ad eminentiam, de ſent. excommunicationis. & Lapus re-
3 ſpondit allegatione xiiij. de conceſſ. pręben. † Item
eius ipſius urgente pręſentia inferioris, legationis
executio ceſſat. c. uolentes, eo. ti. perinde ac ſolis ip-
ſius radiis inferiorum ſyderum lux abſcondi con-
ſueuit: c. antiqua. §. dominicæ, de priuileg. & c. deni-
4 que, xxi. diſtin. & c. presbyter. xcv. diſt. † quemad-
modū Proconſul ipſe urbem ingreſſus, imperium ip
ſum amittit. l. fi. ff. de offi. Proconſ.
5 Hinc † & legatorum huiuſmodi conditio adeò
eminens eſſe exiſtimatur, ut & eorum conſtitutio-
nes etiam finita legatione non aboleantur. c. fi. eod.
tit. ubi omnes Doct. aduertunt. Quocircà collatio-
nem ſacerdotiorum ab eo proficiſcentem longè po-
tiorem exiſtimare debemus. c. dilectus filius, de offi.
leg. ibi plus iuris. Glo. in uerbo eodem, & Io. ab Imo.
in j. not. & Abb.
6 † Conſtat prætereà in ſpecie maximas huic ipſi Le
gato admodum ſingulares à Summis Pontificibus
facultates eſſe conceſſas. Adrianus in primis Pont.
Max. Nuncio huic omnia ea conficiendi facultatem
dedit, quæ Legatus de latere poteſt. ibi in prin. di-
7 plomatis ſeu bullæ, Ac per te uel aliū ſeu alios. † Et
paulò inferius, ibi, Dictaque beneficia conferendi
tàm ſimpliciter, quàm ex cauſa. Clementis quoque
vii. cōceſsionis bulla extat, ut apoſtolicę ſedis Nun
cius ad Sereniſsimum Venetorum Ducem Legati
ex latere facultate fungatur. Paulus quoque tertius
eius nominis paſtor maximus huic ipſi Nuncio idē
ius conceſsit, ut ex inſcriptione diplomatis eius col-
ligitur, ibi, noſtro & apoſtolicę ſedis cum poteſtate
Cardinalis Legati de latere Nuncio. & paulò inferius
ibi, cum poteſtate Legati de latere in omnibus &
per omnia. unde ſatis colligitur, Reuerendiſsimi
domini Ioannis à Caſa eam cenſeri debere facul-
tatem, ut ab eo facta collatio ſingulari quodam iure
nitatur, ueluti à Legato de latere Summi Pontificis
uicem gerente proficiſcens. d. c. i. de officio lega. ibi
prærogatiua. & c. i. eo. tit. in vi. ibi, niſi hoc alicui
ſpecialiter. & Glo. ibi in uerbo poteſtatem. Gemin.
& Fran. & c. præſenti, & c. ſequenti eo. tit. & Cardin.
Clem. ii. q. ii. de officio ordin. & Gl. penu. q. i. q. ix. in
fi. de officio legat. Gloſſ. & Abb. in cap. ſi Abbatem,
de elect.
Secundò, idem ea quoque ratione exiſtimandum
8 eſſe uideretur, † quòd Pontifex ipſe maximus ea cō-
ditione ſacerdotia conferendi facultatem concede-
re intelligatur, ut longè tamen maiorem ſibi ipſi re-
tinuerit. c. dudum, de præben. in vj. & c. quamuis, eo.
titu. Quare, cùm ſupraſcriptis diplomatibus ſeu bul
lis Pontifex ipſe ea quoque beneficia conferendi fa-
cultatem ipſi Reuerendiſsimo Legato conceſſerit,
quorum collationis ius ad ſummum ipſum Pontifi-
cem deuolutum eſſet. c. uenerabilis, de præben. con-
ſequens eſſe uidetur, quemadmodum ſummus ipſe
Pontifex hanc ipſam Sancti Martini Eccleſiam con-
ferre potuiſſet, eundem quoque Reuerendiſsimum
Legatum facultatem hanc exercere potuiſſe, perin-
de ac ſacerdotij huius collatio ſingulari iure ad ſe-
dem Apoſtolicam deuoluta ſit. d. c. j. de off. lega. in
vj. & Docto. & maximè Gemin. num. xiiij. xvi. xvij. in
fi. & c. j. de appella. & pluribus quæſtionibus Specu-
lator ipſe complecti uidetur tit. de leg. §. j. & §. ſequi-
tur. nu. iiij. & v. & §. ſuperell. nu. vj. & nu. xiij. & xiiij.
& xxx. xxxj. & §. nūc tractemus, nu. j. iij. & iiij. Quod
ſanè eò magis fatendum eſſe uidetur, quia ſecundum
iuris communis regulas Legatus ipſe ſummi Pontifi-
cis uices gerere cenſeatur. d. c. j. de off. leg. & inſpecto
diplomate Pontificio, etiam iure ſingulari ad ſedem
Apoſtolicam deuoluta conferre ualeat: unde eius ip
ſius collatio optimo iure alteri præferenda intelliga-
tur. Bal. l. aliquando. ff. de offic. Proconſ. q. xiiij. & d.
clemen.

9 clemen.j.& ij.de præbend. † maxima eoim ſufficien-
tis cauſæ io huiuſmodi ſacerdotiorum collationibus
facultas eſſe exiſtimatur.c.propoſuit, de conceſſio.
præbeo.& d.c.dudum,& d.c.quamuis, & c.licet, de
præben. in vj. unde ſiue ſpecialem ſiue geoeralem
huic ipſi Legato competētem facultatem intueamur,
10 ſiue utramque coniunctam,† quarum concurſus plu
rimùm ſecundum iuris rationem operari ſolet. c.j.
de treg.&pace,& in auct.de conlang.& uter.fratrib.
ibi,duplici uinculo.& auct.itaque.C.commu.de ſuc
ceſſionib.quacumq; inſpecta ratione eius ipſius col
latio potior cenſeri debet. quod à maioribus noſtris
quandoque pertractatum, & in non abſimilibus ca-
ſibus reſponſum atque deciſum eſſe uidetur. Nico-
laus Boërius in tract.de poteſt.Card.Leg.à latere.q.
iiii.uerſ.quartò quid ad eius Legati.And.Sicu. tra-
cta.de Card.Leg.à latere,in prio.nu.ij.iij.& iiij.De-
ci.conſi.c alia.nu.vj.& conſi.dlaxij.nu.ii. & Reue-
rendiſsimus Card.Pari.conſ.xaviij.nu.axaj.& xluj.
& lj.& cooſi.xxxv.nu.xiii.& ſeq.& ſacra Rom. Rota
deciſione cxix.Legatus vel Nuncius Apoſtolicus,in
oouis ſecundum ueterem impreſsionem.& Caſaio-
do.deciſ.iii.de decre.in reſcr.nu.ii.ibi, quòd poſsit
11 clauſulam decreti irritantis apponere.† Quare mi-
rum uideri poſsit ipſius Abbatia ſanctæ Iuſtinæ oc-
luti longè inferioris facultati Reuerendiſsimi Lega-
ti non cedere. cap.cùm inferior, de maiori. & obe.
Clemen.ne Romani,de elect.& cap.oouit, de iudic.
Tertiò idem quoque ſuadetur, ſi collatiooem ip-
12 ſarum datam inſpiciamus. † uulgò etenim circum-
ferri ſolet,tempore priorem,iure quoque potiorem
cenſeri.l.qui balneum.§.i.l.potior.ff.qui potiores in
pig.& l.ſi fundum.C.eo.& c.qui prior,de reg.iur.in
vj.& l.quoties utriuſque.ff.eodem.Quę ſane cōclu-
ſio non ſolùm in iure pignoris adipiſcendo locum
habere exiſtimatur,ſed in uniuerſia alia ferè diſpo-
ſitionibus,putà operum locationibus.l.io operis.§.
locati,ubi Caſtrenſ.l.j.& ij.ff.de albo ſcribend.& §.
aliam,inſti.de bonorum poſſeſſ.ut diai diffuſius ad
Reuerendiſsimum Mignauellum pro Do. Anſuioo
Camerte. & in argumento hypothecarum pertra-
ctat Neguſ.in ii.membro quintæ partis principalia
tract.pignorum,ubi uiginti ampliationes & totidem
adiecit limitationes.Quocircà & in ipſis quoque ſa-
cerdotiorum collationibus concluſionem hāc pro-
cedere non ambigitur.c.tibi qui gratiam, ibi, alius
gratiam poſt tuam & ibi anteferri non debet.& c.ſi
13 pro te, de reſcri.io vj.& c.eam te,uerſ.† ſi datam li-
terarum,ubi Glo. in uer.datam.Ioan.Aod.Hoſtien.
But.Abb.& Feli.nu.xviij.uerſ.tempus datę.& c. ca-
pitulum S. Crucis, ibi, qui ad nos prius mandatum
apoſtolicum,eod.titu.de reſcrip. Et idcircò io ſup-
plicibus libellis attendi conſueuerunt ſacerdoria
ipſa,quę datę tempore exiſtunt.Clem.ſi.de reſcript.
& ao gratis ipſa conſummata ſit.& c.ſi ſuper, de off.
deleg.in vj.ipſęùe actiones ſupplicanti competunt.
c.ſi.de reſcrip.

Quamobrem cùm in propoſita ſpecie Reueren-
diſsimus ipſe Legatus ſeato nonas Octobris contu-
lerit, ſubſtitutus autem prior nonis eiuſdem menſis
facultatem ei competentem exercueris t abſurdum
eſſe uidetur,ut ſaltem temporis ipſius intuitu colla-
tio hæc prior poſteriori oon præferatur.d.c.eam te,
cum aliis ſuperius adductis.

14 Quinimmo † & ipſius quoque horę ratio haberi
ſolet,putà cùm ordinarij collatio decima hora facta
fuiſſet, licèt eadem die ſummus ipſe Pootifex contu
15 liſſet, regula tñ attendi debet.†ut prior collatio ꝑ-
feratur,etiam ab inferiori ordinario proficiſcens. c.
ſi à ſede,ubi Glo.in uerb.oon apparet. Archid. Ge-
mi.& Fran.& c.ſi duobus,de reſcrip.in vj.ubi Gloſſ.
ſuper uerbo non apparent.& Doct.concludunt, cō-
ferentis ipſius tunc quidem prærogatiuam non at-
tendi,cùm alterius,uel inferioris collatio ipſius ho-
rę expreſsiooe prius appareat. quod Abb. docuit c.
dilecto,de pręb.& d.c.paſtoralis,de reſcrip.in Glo.
i.& ibi Feli.nu.v.& Deci.ou.vii.io d.Glo.i.in ſi.ſe-
cundi intellectus.& Feli.d.c.capitulum Sanctæ cru-
cis,nu.xiii.& aiiii.& Iaſ.l.i.ff.ſo.mat.nu.xiii.& So-
ci.nu.vii.& Ripa vii.& viii.& Alcia. ſubſcribit. Et
quamuis Bartholomęus Socio. ex facto conſultus,
aliud reſponderit conſi. laa vii. Eadem die,in iii.cui
Alcia.ipſe potius adſtipulari uidetur,cùm non con-
ſtet Summi Pontiſ.collationem poſteriorem eſſe,
eius ſplendori & pręrogatiuæ omnino deferendum,
arg.d.c. propoſuit,de conceſſ.pręben. & d.c. quam-
uis,de præben.in vi.receptius tamen & uerius eſſe
quandoque oſtendi,ipſi regulę adhęrendum eſſe, ut
prior etiam inferioris collatio ex horę expreſsione
præferri debeat.Glo.l.ſi pluribus.§.fin.ff.de ſolu.&
Deci.d.c.paſtoralis,in d.Glo.i.io ſi.ſecundi intelle-
ctus plures adducit.& conſi.clxxix.nu.vi.& dclxxx-
ix.nu.iii,& Ripa.d.l.i.ſol.ma.nu.viii.

Quamobrem,cùm Nuncius hic Reuerēdiſsimus
16 Cardinalis de latere facultatem habeat, † & idcir-
cò cum quolibet ordinario pręuentioni locum eſſe
nemo negare poſſe uidetur.d.c.eam te,& d. c.capi-
tulum, ubi Gl.ult.io ſi. & d.c.i.de offi.leg. in vi.

Rurſus, quin Abbas ipſe ordinarius ſit, cuius au-
ctoritate poſterior eſt facta collatio, Glo.i.c.ſi ſoli,
17 de pręb.io vi.† eum ordinarium interpretatur, ad
quem collatio pertinet. & Glo.ii.io c.ordinarii, de
offi.ordin.& Glo.Clem.i.ut lite pen.ſuper uerbo or
dinarium,ubi Imol.& Card.xiiii.q.& Deci.d.con-
ſil.clxix.nu.vi.

18 Quartò † ipſius quoque Reuerendiſsimi Legati
collationem longè potiorem eſſe ſuadet indultorū
ei ab Apoſtolica conceſſorum tenor & uirtus, quę
inſpici ſolet.c.porrò, de priuileg.ibi,ex priuilegio-
rum inſpectione.Gl.io uerb.inſpect.& c.cū & plā-
tare,& c.petiſtis,eo.tit.ubi Abb.& l.i.C.de manda.
Princip.& Spec. docuit tit.de leg.§.qualiter autem.
Nam ſiue Adriani,ſiue Clementii vii.ſiue Pauli. iii.
conceſsionem inſpiciamus facilè cooſtabit quem-
admodum Pootifex ipſe Abbatis facultatem delere
noluerit,ex illis uerbis apertè colligitur, ut non ob-
ſtantibus quibuſcunq; priuilegiis tàm ſub plumbo
quàm io forma breuis,ſiue ab Adriano,ſiue Clemē-
te ſiue quocunque alio prædeceſſore conceſsis, etiā
mari magno,& deniq; cuiuſcunq; roboris priuilegio
& ſi de uerbo ad uerbum eius mentio facienda eſſet
pro hac tantùm uice derogatum intelligi iuſsit, atq;
pręſenti bulla mandauit.

Quocircà, cùm Reuerendiſsimus ipſe Nuncius
conferens,

couferens, clauſulam derogatoriam ſubiecerit in
fi. ibi, nou obſtantibua fœlicis recordationis Boni-
facij Papæ viij. & quibuſcunque aliis conſtitutioni-
bus ac ordinationibus Apoſtolicis, & monaſterij ſan
ctæ Iuſtinæ illiusque ordinis etiam iuramento uel
quacunque auctoritate munitis, & quocunque te-
nore, & quibuauia clauſulis, etiam reiteratis conceſ-
ſis priuilegiis, & ſi de uerbo ad uerbum ſpecialis eſ-
ſet mentio facienda; hac tantùm uice etc. Conſequẽ
eſt, collationem huiuſmodi ueluti à ſummo Pontifi-
ce factam, longè potiorem cenſeri debere ipſius Re-
uerendi Abbatis quacumque reuocata facultate. ad.
c. dudum, & d. c. cùm, de præben. ibi, maiorem tamen
nobis retinuimus. & Bal. l. ij. uerſ. item nota ꝙ ſi Pa-
pa. & d. c. propoſuit, de conceſs. præb. cum aliis ſu-
perius adductis.

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus,
aliud ſecundum es, quæ proponuntur more Sceuo-
læ Iuriſconſ. cenſendum in caſu præſenti exiſtimo.
Conſtat etenim 1355. pronunciatum fuiſſe Archi
presbytero plebis Montis Silicia contradicente hu-
ius ipſius Eccleſiæ collationem ad Reuerendum San
19 ctæ Iuſtinæ Abbatem pertinere. † quæ ſententia
lata pridem nullo reuocationis remedio ſuſpenſa,
Abbatis ius in ſimili collatione maximè tutum red-
didit. l. ingenuum. ff. de ſtatu hominum. l. res iudica
ta. ff. de regu. iur. l. eleganter. §. ſi poſt. ff. de condit.
indeb. l. j. §. reus autem. ff. ad Senatuſconſult. Turpil.
Glo. c. non ſolùm, uerſi. Inno. de appell. in ſexto, ubi
Gemi. & Fran. quod quidem conſultiſsimè legiſla-
tor induxit, ut tandem litis finem imponeret. c. fi-
nem litibus, de dolo & contum. cap. debitus honor,
de appellat. Quocircà Abbatis ipſius facultas legis
auctoritate munita eſſe uidetur. c. quod ad conſul-
tationem, de re iudi. & cap. dilecti, de electio. Barto.
rub. ff. de re iudic. & l. j. C. quando prouocare non
eſt neceſ.

Et ſi quis obiiceret, rationem hanc (vt aiunt)
20 ad Rombum non facere, † cùm inter alios lata ſen-
tentia aliis obeſſe non ſolet. toto titulo. C. res inter
alios act. & l. ſæpe. ff. de re iudic. & c. quamuis, eod.
21 titulo, ubi omnes aduertunt. Reſpondeo, † nega-
ri non poſſe, quin inde non mediocris pro con-
ferente Abbate oriatur præſumptio. l. ſi duo, in
princ. ubi Barto. & l. libert. in fine. ff. de peti. hære-
dit. & Iaſ. l. admonendi. ff. de iureiuran. quemadmo-
dum in atteſtationibus pro aliquo receptis dici ſo-
let. Abb. Imol. poſt Butri. in d. capi. quamuis, ubi
Feli. in primis uerbis. lis enim ſuper eiuſdem ſa-
cerdotij corpore uertitur, idemue conferendi ius
ad Abbatem non pertinere contenditur, diuerſa igi-
tur non omnino res eſſe cenſetur. l. cùm quæritur,
cum duab. ſequentib. ff. de except. rei iudi.

22 Secundò † & huius rei iudicatæ auctoritate ip-
ſe quoque uetuſtiſsimus uſus comprobare uidetur,
qui ſanè legis ſcriptæ ſupercilio æquipollet. l. de
quibus. ff. de legib. ibi, rebus an verbis. & Bald. ad-
uertit. & l. diutina. ff. eodem titulo. & capi. primo,
capi. cùm conſuet. & capi. ultimo, de conſuet. & c.
conſuet. vndecima diſtin. & l. j. & ij. C. quæ ſit lon-
ga conſuet. præſertim, cùm & Pontificia lex in ſpe-
cie conſuetudinem huiuſmodi probet. capi. cùm di-
23 lectus filius, eod. titu. † vnde Doctores colligunt,
conſuetudinem eligendi prælatum approbari. Quã
obrem. cùm Abbas ipſe conferendi actum tan diù
exercuerit, ut initij memoria non extet, & anno Do
mini enim Mcccclvj. Eccleſiam huiuſmodi uacan-
tem per ſex menſes cuidam presbytero Iacobino cõ-
24 mendaſſe probatur; ut mirum ſit uetuſtatis huius
tàm diuturnæ facultatem in dubium reuocari ad-
uerſus legiſlatoris ipſius diſpoſitionem. l. j. §. deni-
que, il ſecundo. & §. ſanè. ff. de aqua pluu. arcend.
& l. ij. ibi, natura & uetuſtas efficiunt, ut inferior
locus ſuperiori ſeruiat. & uerſic. Caſsius, ibi, quo-
rum memoriam uetuſtas excedat. & §. apud Alfe-
num. & §. item Varus. quod & in ducenda tum quo-
tidiana tum & æſtiua aqua conſtitutum eſt. l. hoc
iure. §. ductus. ff. de aqua quotidiana & æſti. ibi, iu-
25 re conſtituti loco habetur. † Quare & ſingularis
iuris conceſsionem habere uſum huiuſmodi quan-
doque ſtatutum eſt. d. capi. ſuper quibuſdam. §. præ-
tereà, de uerborum ſignification. ubi Glo. in uer-
bo non excedat. in vniuerſis enim negotiis receptũ
eſt, quòd ſingulari iure efficitur, idem quoque ue-
tuſtam conſuetudinem præſtare. Hinc libertas
tum Regibus, tum rebus publicis ſæpius adepta
fuit; Gallis, Hiſpanis, Luſitanis, Germanis,
Genuenſibus, Florentinis, Senenſibus, Lucen-
ſibus, & Eluetiis. Bartolus in lege infam. ff. de
public. iudic. & l. hoſtes, de capt. & poſtlimin. re-
uerſ. & l. prima. §. de qua re. ff. de poſtula. quod
Baldus reſpondit conſi. quadricenteſimotrigeſimo
nono, Amplius Caſtrum. in tertio, & plures alij.
Oldra. in terribili conſilio centeſimotrigeſimouno-
no, Ad habendam. Abbas, Cardi. & Felinus poſt
Calde. & plures alios commodius à me relatos in
rubrica de conſtitu. ubi ipſius Baldi auctoritate Pa-
norm. diſſentientis rationes confutaui in capi. cùm
26 non liceat, de præſcript. † Vnde, & uſus huius au-
ctoritate iuriſdictionis fines extendi ſolent. l. ui-
ros. C. de diuerſ. offi. libro duodecimo, & Baldus
27 in conſi. quadrageſimonono, lib. primo. † & prin-
cipi ad concedendum reſeruata ius acquiritur, putà
uectigalis imponendi & ſimilia. d. §. pretereà, ubi
Glo. & Docto. Barto. & Iaſ. l. quominus, de flum.
Bald. c. j. quę ſint regal. in uſib. feud. quod ſanè à ue-
teribus noſtris pertractatum extat, & ex facto re-
ſponſum. Firmian. in tractatu de gabellis in prima
parte, colum. vj. Rochus Curt. tract. iuris patron.
circa finem. Balb. in tractatu præſcript. ſexta quæſt.
quartę principalis, nu. xij. xiij. & xiiij. Card. conſi.
octuageſimooctauo, & Alexand. conſ. vj. Viſo, lib.
primo. & lxxiiij. Videtur quod, uerſi. et ſi dicatur,
in iiij. Barb. xxxv. in ii. Cur. lvi. col. xi. & conſ. xxiiii.
28 colum. ii. † ubi limitibus diœceſeos hoc tempore
perſcribi concludit. Deci. lxxxv. uerſ. his tamen non
obſtantibus. Cur. iuni. conſ. xx. Præſupponitur. poſt
tract. feudorum.

29. Hinc quoque Gymnaſij generalis inſtituendi ius
competit, quod de Ciuitate Mediolani, necnon &
Patauij ueteres tradiderunt. Cin. in proœmio. ff.
uerſic. quia. & Baldus conſil. ſeptuageſimoſepti-
mo in quinto, incipien. Verba Cini. Item & tam
diuturni temporis lapſus domini conſenſum infert,

ut uaſalli alienatio inconſulto domino facta non
rettactetur.d.l.ij.C.quæ ſit longa conſuet. ubi Do-
ctores, & Baldus tradidit conſi. quadtageſimoſe-
cundo, Antiqua quæſtio, in quinto, & cccxviij.
Quidam nobilis, in ſecundo, & capi.primo, quibus
30 modis feudũ amitt. † Iura quoque ſpiritualia eius
temporis curſu legitimè quæruntur, ueluti inſti-
tuendi.cap.cura, de iure patron. ubi Butri. Imol. &
Abb. Itemque deſtituendi. capi. primo & ſecundo
de capell. Monach. capi. cùm & plantare. §.in Eccle-
ſiis, de priuileg. Item clericos ordinandi, pœniten-
tiam iniungendi, & huiuſmodi. capi. cùm in eccle-
ſiis, de maiorit. & obedien. capi. ſicut, de ſimo. capi.
dudum, de decim. cap. primo, in uerbo ad menſam,
de exceſſib. prælat. & capi. audiſtis, de præſcript. ubi
Abbas octauo notabili, & capi. cùm ex officij, eod.
titu. uerſi. & ſi alius. ubi Abbas in ſecundo notabili.
& Felin. in iij. limit. & cap. cum inſtantia, de cen-
ſib. & capi. acced. eodem titulo. & Abbas conſil.
xciiij. libro primo, Videtur. & Balb. in dicto tract.
in quæſt. quarta quintæ principalis, nume. ix. & x. &
duodecima quæſti. quintæ partis principalis, nume.
31 j. & ij. † Item & Eccleſias vniendi facultas hinc cō-
petit. Ioan. And. capi. qui contrà, de regul. iur. in
ſexto. Hoſtien. in ſumma de ſupple. prælat. neglig.
§. quot modis. Felin. capi. cauſam quæ, uerſi. limita
dupliciter, de præſcrip. Oldra. conſi. ccxcvj. De iu-
re domini Gulelmi. Ancbara. conſi. clxj. Alexand.
lxx. circa principium, in tertio. & ſacra Rom. Ro-
32 ta quandoque decidit deciſ. ccix. Item nota. † Hinc
quoque iura parochialia non iniuſtè tanti temporis
lapſu quæſita uidentur, ut confeſsiones audiendi &
ſacramenta ipſa miniſtrandi. capi. conquerente, de
offic. ord. ubi Innocen. & Clemen. quia contingit.
§. fin. ubi Card. q. ij. de relig. domib. & Ioan. And. c.
quia nonnulli, de cleric. non reſiden. & Butr. capi. ex
tranſmiſſa, de præſcript. & Abb. cap. cùm contingat,
de decim.

33 Quamobrem † mirum non ſit, idem quoque in
iure eligendi, præſentandi, inſtituendi, ac ſacer-
dotia ipſa conferendi ſtatutum fuiſſe. d. capi. cùm
dilect. de conſuetu. & cap. Maſſana, & cap. cùm Ec-
cleſia, & cap. querelam, de elect. ubi Card. poſt uete-
res, & Abb. & c. ea noſcitur, de his quæ fiunt à ma-
iori parte capit. ibi, niſi ex antiqua. et idcircò, cùm
anno Domini M D X. ultra ſententiæ auctoritatem
& actum condemnationis longè antiquiorem, com
pertum ſit, non ſolùm ſemel, ſed ſæpius Abbatem
ipſum hoc conferendi iure uſum fuiſſe, ſatis diffici-
le cenſeri debet, eundum hoc quaſi poſſeſsionis iu-
re tam diuturno uſu quæſito exui poſſe. capi. cùm
olim, de conſuetu. ubi Abb. nume. iiij. uerſicu. tertiò
nota. & d. capi. querelam, nume. v. & c. conſult. de
iure patron. & Feli. in cap. cùm à nobis, de præſcrip.
34 & c. per uenerabilem, qui filij ſint legitimi. † ſolet
enim uſus illius auctoritas cuius initij memoria nō
extat ſolidam præſumptionem producere. Ange.
Rom. Albe. l. ſciendum. ff. de uerbo. oblig. & pertra-
ctat Balb. in d. tract. præſcript. d. q. vj. nu. xviij. xix. &
Iacob. de S. Georgio in tract. de Homag. col. iiij. in
fine. & Abb. conſ. lxxj. Clericus quidam, in ij. Socin.
conſ. cxxvij. quare iudicandum ſit, Abbatis collatio-
nem maximè iuſtam cenſeri.

Tertiò idem multò fortius concludendum uide-
tur, ſi iurium ſingularium conditionem intueamur
ipſi Abbati, & Sanctæ Iuſtinæ Monaſterio ab Apo-
ſtolica ſede conceſſorum. Eugenius enim eius nomi
35 nis quartus ſummus Ponti. ea ratione impulſus, ut
uiris idoneis ſacerdotia conferantur, quemadmodū
decet. c. niſi eſſent. c. in noſtra, de præb. & c. graue
nimis, eod. titu. & c. cùm in cunctis, de elect. ſingu-
lari iure huic Abbati conceſsit, ut ſacerdotia, quorū
collatio ad S. Iuſtinæ Monaſterium pertinet, ſint
prorſus ab aliorum facultate exempta, nec ab expe-
ctantibus Apoſtolicæ ſedis aut Legatorum eius poſ
ſent apprehendi. & inferius in ipſo diplomate Pon-
tificio huius monaſterij facultatem ea quoq; ratione
munit, ne animarum periculū induceretur, ſi Abbas
in conferendis huiuſmodi ſacerdotiis impediretur.
quæ ſanè ratio omnibus aliis præſtantior exiſtima-
tur. c. præcipimus, xvj. q. j. c. ubi periculum, de elect. in
vj. c. conſilium, de obſer. ieiu. quod uidit Anch. conſ.
36 clxix. Prima facie. † quare, cùm ex huiuſmodi priui-
legiorum non ſolùm exordio, uerùm etiam & vni-
uerſo tenore ob grauiſsimas ibidem cauſas expreſ-
ſas Pontificis Max. intentio colligatur, non facilè au-
ctoritas huiuſmodi impediri dēt. l. i. ff. de origi. Iur.
in prin. l. fi. ff. de reb. dub. ubi Bar. & Bal. & l. ut libe
ris. C. de collationib. ubi Bald. & Salice. & Iaſ. & di-
xi poſt Lanfranc. in c. quoniam contrà, in princ. de
proba. Quocircà in ipſo quoq; priuilegio uerba hęc
ſubiiciuntur; perpetuo conſtitutionis edicto Apo-
ſtolica auctoritate quęcunq; ſacerdotia ad Abbatē
& Monaſterium pertinentia, ab eodem poſſe con-
ferri concedimus abſq; ullo impedimento, ēt Apo-
ſtolicæ ſedis intuitu prouiſionis illius, niſi de uer-
bo ad uerbum etc.

Quod autem Eccleſia hęc S. Martini inter hęc ſa-
cerdotia connumeretur, quorum collatio ad Abba-
tē pertineat, ex indulto Alexādri eius nominis quar-
ti, ſatis conſtat, ibi; & Eccleſiam Sancti Martini de
Monte Silicis.

Superuenit pręterea & Clementis ſeptimi confir-
matio antiquorum priuilegiorum, & renouatio, cu-
ius auctoritate ius in ſpecie ipſi Monaſterio quæſi-
tum eſſe uidetur. cùm S. Martini Eccleſię mētio fiat,
quod ex inſpectione licuet. d. c. porrò, de priuil. & c.
37 cùm Marthæ, de celebra. miſſ. † & idcircò ſpecialis
hęc prouiſio ſuperueniente generali eludi nō poteſt.
l. in toto. ff. de reg. iur. ubi Deci. & Cagno. & c. ge-
neri, eod. tit. in vi. & c. i. de reſcript. ubi diffuſius di-
38 xi. † in concurſu enim diſpoſitionum ſiue legis ſi-
ue hominis, quæ magis ad ſpeciem refertur, potius
attendi ſolet. l. fi. C. de pact. conuen. l. aſsiduis. qui
potior. in pigno. l. ſanctio. ff. de pœnis. l. ſtipul. com-
mod. de uerborum obliga. quę concluſio potiſsimū
in reſcriptis Pontificus procedere ſolet. d. capi. pri-
mo de reſcript. ubi Abb. nume. xiiii. uerſicu. item
dic contrà. & Feli. numero xi. uerſi. fallit. Decius &
Cagnol. in dicta l. in toto, & Din. dicto capi. gene-
ri, & idcircò collationem in ſpecie factam potio-
rem eſſe, ſtatutum eſt. c. quamuis tibi, in fin. de prę-
bend. in ſexto. & dict. capi. dudum, eodem titulo,
ibi, generali prouiſioni. meritò hæc in ſpecie facta
conceſ-

conceſsio, Abbatis collationem inconcuſſam reddere uidetur.

Amplius Monaſterii ius inde fulciri uidetur, qđ
vulgò traditum ſit, generali priuilegio ius competẽs
ſuperueniente ſpeciali non auferri. Glo. d. c. generi,
& Glo. xxv. q. ij. in ſumma, & Abb. dict. capi. j. num.
39 vj. niſi de illo mentionem fecerit. nam, † cùm Princeps ius alteri conceſſum non facilè auferre uelle præſumatur. l. ij. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. & c. ſuper eo, de offic. deleg. ibi, intentionis noſtræ non eſt. & cap. ex tuarum, de uſu & auctoritate pallij. & cap. j. xxij. q. ij. & c. licet, de offic. ord. & c. ex multiplici, de decim. idcircò ſi quis aliud intendat, probare debet. cap. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpoli.

40 Et licèt † cùm ad rem ius in genere competit, propter maximam Pontificiæ ſedis prærogatiuam illius ſpeciali prouiſione ſuperueniente. d. c. quamuis, in primo & ſecundo reſponſo & d. c. dudum, illud tollatur. vnde Hoſtien. in d. c. j. de reſcript. cenſuit ius in vniuerſum generali in priuilegio per ſpeciale de-
41 rogatum intelligi; † receptius tamen in propoſito caſu Doct. ſentiunt, iuri in tempore conceſſo, generali priuilegio ſuperueniente non derogari. capi. ueniens, ubi Abb. poſt ueteres de præſcrip. vnde multò minus ipſi quod ſpeciale eſt poſteriori & generali derogatum intelligi debet. Bal. d. c. j. de reſcript. uerſ. pone Princeps. & l. iij. C. de ſilen. lib. xij. & Bal. l. j. de conſtitu. Princi. & l. j. & l. dotalem. de milit. teſtamen. & auctentica habita, C. ne filius pro patre, in quarto notabili. & Decius dict. capit. primo, uerſi. ſecunda concluſio, ibi, multò magis, numero xij.

42 Vnde † generaliter priori priuilegio ſiue ſpeciale ſiue generale ſit, ſubſequenti non derogari, reſponſum eſt. Ancbara. conſi. clxj. Viſo diligenter, uerſi. reſtitutio ergo Papæ. Aret. conſi. lxxvj uerſic. tamen hoc fallit. quam ſanè concluſionem Decius ueram intelligit, dummodo ex generali priuilegio ius in qualibet ſpecie quæſitum ſit. dict. capi. j. nume. xij. uerſicu. & per hoc aliàs. & conſi. cxlvij. numero iij. & quarto. ibi ponit differentiam inter iui in re & ad rem.

Et ſi contenderet quis de uerbo ad uerbum mentionem priuilegiorum monaſterij factam fuiſſe, & idcircò illis derogatam uideri, ut Doctores interpretari uidentur in d. c. j. de reſcript. & d. c. ueniens,
43 de præſcript. † quippè quòd maiorem ſemper auctoritatem ſummum Pontificem reſeruaſſe intelligatur. dict. cap. quamuis, & dict. cap. dudum, de præbend. in ſexto. Reſpondeo id fieri non potuiſſe ob maiorẽ prægnantium uerborum auctoritatem, quibus Abbatis ipſius priuilegium munitum eſt; ut mox oſtendam.

Quartò Paulus eius nominis iij. Pontif. Maxi. Eugenij, Alexandri, atque Clementis priuilegia huic monaſterio conceſſo confirmauit, & ulterius quod ad ſacerdotiorum ordinem attinet, adiecit, ut Abbas poſſet inter alia ſacerdotia Eccleſiam hanc ſingulari iuri conferre Apoſtolica auctoritate nullo impedimento obſtante, motu proprio, ex certa ſcientia & c. adiiciens priuilegium hoc nõ poſſe reuocari, niſi facta intimatione ſolemni per ſex menſes ante illius reuocationem. & ulterius ſpopõdit ſeſe priuilegium hoc nõ reuocaturum, niſi accederet ipſius Abbatis conſenſus uel Reuerendi Pręſidis ipſius Caſsinenſis Congregationis. quæ ſanè ſponſio cùm ipſi procuratori Ordinis præſenti & acceptanti facta ſit, ius inde Abbati quæſitum intel-
44 ligitur. † ſcriptum eſt enim. Quæ de labiis meis procedent, irrita non faciam; in pſalmo cxxxj. & c. et ſi
45 Chriſtus, de iureiur. † vnde inter ſimplicem loquelam & iuramentum præpotens Deus differentiam non conſtituit. capi. quicumque, duodecima quæſt. ſecunda, ubi Gloſ. in uerbo tranſmiſerint, & cap. iuramenti, vigeſimaprima quæſt. quinta, ubi Gloſ. in uerbo differentiam, & capi. quia Ioannes, duodecima quæſt. quinta. & Gloſſ. in capit. primo,
46 de pact. in uerbo pax ſeruetur. † ubi omnes aduertunt, ſacrorum canonum auctoritate pactionem etiam Cæſarei iuris adminiculis non ſuffultam, ef-
47 ficaciter obligare. † Cuius ſanè iuris tùm diuini, tùm naturalis cuſtodia præmaximè ad ſummum Pontificem pertineat, cap. ſunt quidam, vigeſimaquinta quæſt. prima. c. de cauſis de tranſact. & Clem. paſtoralis, de ſenten. & re iudi. Ancharanus, Abbas, Felinus, & Decius capi. primo de conſtitu. &
48 in dicto capi. primo de pact. † conſequens eſt, uix decere ſummum Pontificem ab huiuſmodi promiſſione recedere. capi. primo de probation. ubi omnes in primo notabili, & Cinus uerſicu. ultimò ſcias. Albe. Baldus & Salice. dict. l. digna uox. C. de leg. & Bald. dict. l. prima in principio. ff. de pact. & plures alij, quos adducit Decius in dicto capit. primo de probation. numero primo & ſecundo, & non ſemel reſponſum extat: Rom. conſi. ccclij. circa finem. Ange. conſi. cclxxxix. in reuocatione priuilegij à Principe conceſſi cum huiuſmodi promiſſione, ut nec directè nec indirectè reuocari poſſit. & Collegium Bononienſe inter conſilia Ancha. conſi. duodecimo. & ipſe Anchara in ſequenti. & Barba. conſi. primo, libro primo, & Decius conſ. xlviij. numero ſecundo, uerſi. quartò iſta conſultatio. Quocircà, cùm Pontifex ipſe priuilegium hoc non reuocare ſpoponderit, niſi ipſa intimatione præce-
49 dente, quæ nullibi facta proponitur, † illa probari debuerat cùm facti ſit. l. denique. ff. ex quibus cauſis. l. bello. §. facti autem, de capt. & poſtlimi. & dict. capit. cùm ad ſedem, uerſ. nos autem prioris iudicij. Et idcircò ſingularis huius iuris reuocatio, non facilè præſumenda eſt in Abbatis ipſius detrimentum. dict. §. ſi quis à Principe, dict. capi. ſuper eo, de offic. deleg & capi. ex tuarum, de uſu & auctoritate pall.
50 † Quinimmo, cùm intimationis ipſius forma ſeruata non ſit, Bald. capi. primo de nou. form. fidelit. & capi. primo de nat. ſeud. & idem l. ſi aquam, uerſicu. decimooctauo. C. de ſeruitut. & aqua, ſequitur reuocationem ipſam, ſi de ea conſtaret, nullius eſſe auctoritatis, capit. cùm dilecta, de reſcript. ubi Felinus uerſi. nunc de forma. & l. Iulianus. ff. ad exhibendum, & l. mulieri. §. res abeſſe. ff. de uerborum ſignification. & docuit Decius conſi. quadrageſimooctauo, conſ. dxxviij. nu. vj. & conſ. dc. & conſil. dclvij.

Et ſi quis diceret interpretationem huiuſmodi
ualde abſurdam cenſeri, & à iuris noſtri ratione
alienam: quippè quòd Pontificiæ ſedis auctoritatē
imminuere uideatur, quæ in conceſsionibus ipſis
maiorem ſibi ſemper poteſtatem retinere exiſtima-
51 tur. d.c. dudum, de præb. in vj. † Quare ſponſio hu-
iuſmodi inanis uideri poſsit. c. uenientes, & c. dilect.
de iureiuran. ubi Bald. aduertit, & tradidit Barto. in
l. prohibere. §. planè. ff. quod ui aut clam. & Bald. l.
penul. C. de bon. quę lib. & in proœmio feud. colum.
ix. uerſi. expedita diffinitione, & Decius d. capi. j.
numero v.

Reſpondeo in propoſito negotio nullam Ponti-
ficiæ auctoritatis ex hac interpretatione diminutio-
nem inferri: quia Pontifex ſibi ipſi legem non impo-
nit, quominus priuilegium hoc reuocari non poſ-
ſit, ſed formam quandam apponit, qua non ſeruata
nullam intelligi factam reuocationem ſtatuit: meri-
tò illam ſeruari oportet. d. c. cùm dilecta, cum aliis
ſuperius adductis, & d. c. j. de probation. alioquin ui-
get ſingularis facultas Abbati atque Monaſterio San
ctę Iuſtinæ conferendi, cui generale ſubſequente li-
cèt ampliſsima derogari non potuit. d. cap. ueniens,
ubi Abb. & alij, & d. c. cùm dilectus filius, de con-
ſuetu. cum aliis ſuperius adductis. ex quibus conclu-
dendum uideretur Abbati collationem ſingularis
prouiſionis auctoritate nitentem omninò præferen-
dam eſſe.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum. Et
primò, quòd Legati de latere auctoritas ſiue iuris
communis regulas inſpiciamus, dicto cap. j. de offic.
Lega. in vj. ſiue priuilegia Venetiarum Nuntio con-
ceſſa, nempè illum omnia poſſe, quæ Pontifex ipſe
poteſt. quia reſpondeo, Pontificem ipſum in præſen-
ti caſu ſacerdotium hoc conferre nō poſſet, quia eius
conferendi facultatem à ſe ipſo abdicauit, & in Ab-
batem tranſtulerit, niſi forma reuocationis ipſius ad
vnguem obſeruata: ergo neque Legatus ipſe id poſ-
ſe cenſeri debet. capi. poteſt quis, de reg. iur. in vj.
ubi Din. & Mantua. cur autem non poſſet, ſuperius
ſatis oſtendi.

Secundò non urget auctoritate Pontificia reuo-
cationem factam intelligi debere; quippè, ꝙ maiorē
ſibi facultatem retinuerit, quàm Abbati conceſſerit.
52 d. c. dudum, & d. cap. quamuis. † Quia reſpondeo, id
uerum eſſe reſpectu vniuerſalium; at huius ſacerdo-
tij contemplatione nequaquam, niſi ſeruata forma
intimationis, quam ſeſe facturum ſpopondit. cui
obligationi cùm nequeat contraueniri, d. c. j. de pro-
batio. ubi omnes in primo notabili. & d. c. iuramen-
ti, conſequens eſt, oppoſitionem huiuſmodi confu-
tatam intelligi.

Tertiò non urget priorem Nuntij collationem
potiorem exiſtimandam. d. c. qui prior, & d. l. quo-
ties, cum aliis deductis. Quia reſpondeo, deciſiones
53 illas non poſſe in præſenti ſpecie obſeruari, † quo-
niam ius conferendi ad ipſum Abbatem in ſpecie &
nominatim pertinet; vnde à generali ſiue Pontificis
ſiue Legati facultate exemptum uidetur. d. c. gene-
ri; d. c. j. de reſcrip. & d. c. ueniens. & d. c. ſtuduiſti, de
offic. Legati. Vnde quod ipſe (niſi certa forma ſer-
uata) facere non ſpopondit, cur Legatum illius ea-
dem forma neglecta attentare non potuiſſe cenſen-
dum ſit?

Quartò non urget ampliſsimam ipſi Reuerendiſ-
ſimo Legato facultatem conceſſam fuiſſe, ut priui-
legia illa etiam reuocari poſsit, quorum mentio de
uerbo ad uerbum facienda eſſet: et idcireò ueluti for
rius priuilegium hoc Abbatis indultum infringere
uideatur. l. j. & ij. ff. de priuileg. cred. Doct. c. in præ
ſentia, de prob. ubi poſt Abb. Feli. Dec. & Beroium
dixi in concurſu priuilegiorum.

Reſpondeo, non ſufficit ut priuilegium hoc de
uerbo ad uerbum reuocetur, ſed cauit ulterius Pon-
tifex ipſe atque ſpopondit, illud non reuocare, niſi
intimationem faceret per ſex menſes ante reuoca-
54 tionem huiuſmodi, & præſul ipſe conſentiret; † cō-
ſequens eſt, cùm neutrum ſit factum, reuocationem
inductam non cenſeri. l. ſi hæredi plures. ff. de cond.
inſtit. l. ſi quis ſtipulatus. de uerborum obliga. c. inter
cæteras, de reſcript. ubi Glo. Hoſtien. Butr. Aegid. &
Abb. nec dubium eſt promiſsioni vtrunque conti-
nenti ab ipſo Apoſtolicæ ſedis Antiſtite parendum
eſſe. d. c. ſunt quidam, xxv. q. j. d. c. j. de probat. Qua-
re ſequitur huic priuilegio à Reuerendiſsimo Lega-
to derogari non potuiſſe, tanquàm à cauſa inhabi-
li, ſaltem niſi ſeruata forma ab ipſo Pontifice adie-
cta. Bal. l. comparationes. C. de fide inſtrum. d. c. cū
dilecta. vnde actus derogationis nullus exiſtimari
debet. l. ſi quæramus. ff. de teſtam. ubi Alb. l. confi-
ciūtur. §. codicilli. ff. de iure codicil. & c. prudētiam.
§. vj. de offic. deleg. & l. pater Seuerinam, de condit.
& demonſtr. ubi Bar. & Imol. & clem. j. de ſequeſtr.
poſſeſ. & fruct. in Glo. in fi. cum ſimilibus.

Quamobrem Abbatis collationem, licèt poſte-
rius factam, eam tamen potiorem exiſtimandam
puto, quàm illa quæ ab ipſius Reuerendiſsimi Le-
gati fonte profecta fuit. Laus Deo, Patauij,
Kal. Septembr. 1550.

Pottius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtes ad futuram rei memoriam examinari poſ-ſe. & nu. 3.*
2 *Legis authoritate geſtum, legitimum cenſeri.*
3 *Teſtes examinari poſſe ad futuram rei memoriam, in-telligendum eſt, quando aduerſarius ſuper principa-li negotio conueniri non poteſt, & eſt communis ſen-tentia.*
4 *Citatio eſt de iure naturali.*
5 *Teſtium ad futuram rei memoriam receptio ut ualida ſit, citatio requiritur.*
6 *Teſtes ad futuram rei memoriam recipiuntur ubi ali-quis timor eſt, putà, ne pereant probationes & hu-iuſmodi, aliàs inualidum eſt examen.*
7 *Teſtium in receptione ad futuram rei memoriam, quæ iudicis partes eſſe debeant.*
8 *Teſtes recepti ad futuram rei memoriam non probant, ſi infra annum illis, quorum intererat, denunciatum non fuerit.*

Factum

9 *Factum illegitimè pro non facto haberi.*
10 *Forma ſi fuerit neglecta, actus redditur nullus.*
11 *Coniecturis non eſt opus in claris.*
12 *Teſtium admiſſio ad futuram rei memoriam, decreti diffinitiui robur habere cenſetur.*
13 *Poſſeßorij in cauſa leues probationes admittuntur.*
14 *Poſſeſſionis commodum non parum exiſtimatur.*
15 *Probationes quando ſunt obſcuræ in proprietatis negotio, iudicandum eſt pro poſſeſſione.*
16 *Clauſula ſi & in quantum etc. operatur, ut ſi teſtes ſic fuerint recepti, quod neceße ſit, aduerſarium, etiam perſonaliter citari.*
17 *Nullitas quando coram ipſo ordinario iudice, uel ſuperiore proponi poſſit. & nu. ſeq.*
18 *Iudex ordinarius ſolùm interloquutoriam nullam renouare poteſt, uel eius ſucceſſor, fallit tamen ſi principaliter ipſa deducatur, quia tunc ne dum ipſi, ſed eorum ſuperior cognoſcere poteſt.*

CONSILIVM XXVIIII.

INDIVIDVAE TRINITATIS lux mihi ad veritatis fontem digitum intendat, ne in tenebris ambulem.

CASVS.

CONTINGIT inſtantiæ patrono cuiuſdam mulieris, Reuerendum Suffraganeum Patauinum teſtes ad perpetuam rei memoriam recepiſſe, ac interrogaſſe ſuper fœdere coniugij inter eã contracti, & defunctum quendam nob. Patauinum vnico filio ſuperſtite.

Quæſitum eſt, an teſtium huiuſmodi receptio legitimè facta cenſeri debeat?

Secundò, utrum coram eodem Suffraganeo de nullitate receptionis huiuſmodi cognoſci poſſit & debeat?

RESPONDI.

1 QVOD ad primum attinet, † prima facie
cenſendum uideretur, teſtium horum interrogationem
iuſtè factam fuiſſe. c. quoniam frequenter. §. ſunt, ut lit. non conteſt. ubi Glo.
& Docto. & capi. ſignificauit, ubi Glo. in uerbo deperire,
& uerb. teſtes idoneos. & Hoſtien. Io. And.
Butri. & Abb. colligunt, timore periturarum probationum,
canonis auctoritate teſtes recipi ſolere.
2 † quod cùm in pñti negotio obſeruatum fuit, factum
hoc iuſtum cenſeri debere uidetur. capi. Abbate, de
uerborum ſignifi. & l. quoties, de reb. dub. ubi Soci.
& l. quoties. ff. de uerborum obliga. ubi Iaſon, & l.
quoties idem. ff. de regul. iur. ubi Deci. & Cagnolus
nume. j. & ij. & Alcia. pertractat regula iij. præſumptione
xxxiiij. & ſequenti, & in uariis factorum
ſpeciebus non abſimilibus reſponſum extat, Ponta.
conſi. dix. & Ancha. clxxix. Prima facie: & Alexand.
cviij. & cxx. in tertio, & xl. in quarto. & Areti. clx.
in tertio dubio, & Decius cxx. & clx. & clxiiij. &
dlxxxix.

Quibus tamen non obſtantibus, aliud diiudicandum
cenſeo pluribus rationibus, iuribus, & auctoritatibus.
et primò, quòd conſtet Magnificam dominam
Angelam eo tempore potuiſſe uel ſuper cõiugij
proprietate uel filij legitimitate Excellentiſſimum
dominum Frigimelicam & fratres conuenire,
vnde receptionem hanc nullam prorſus eſſe concludendum
uideatur c. Albericus, de teſtib. & d. capi.
ſignificauit. Hoſti. Ioan. Andr. Butri. Imol. & Abb.
& d. c. quoniam frequenter. & l. lege Aquilia. ff. ad
3 legem Aquil. ubi Barto. Albe. & Flor. † ita demum
teſtes legitimè timore periturarum probationum
admitti tradunt, quando aduerſarius ſuper principali
negotio conueniri non poteſt. quod ex facto
ſæpius reſponſum extat: Corne. conſi. cxix. Circa
primum, uerſic. deueniendo ad ſecundum. & conſi.
clxxij. in ſecundo, & atteſtando hanc communem
ſententiam Reuerendiſſimus Pariſ. ita reſpondit
conſi. xxiiij. lib. tertio, nume. j. uerſ. ita communiter
concludunt.

4 Secundò † teſtium huiuſmodi interrogationem
nullam reddit citationis ipſius naturalis quidam
præambuli defectus. Clemen. Paſtoralis, uer. cęterũ,
de re iud. & c. caueant, & c. omnia, ix. q. iij. & Lanfran.
c. quoniam contrà, in uerbo citationes, de pro-
5 bat. ubi dixi poſt alios. † cùm enim quis teſtes ad
perpetuam rei memoriam interrogari inſtat, quos
publicari uelit, perſonalis citationis præambulum
ſequiri concludunt omnes in auctentico de teſtib. §.
pen. ubi Bart. & Ange. & aucten. ſi quis. C. de teſtib.
ubi Bald. Ange. Fulgo. & Salice. quod Alexand. ex
facto conſultus reſpondit conſi. cciij. lib. ij. numero
x. & xj.

6 Tertiò † quòd neceſſe ſit quoties teſtes huiuſmodi
recipiuntur, timorem difficultatis probationum
ſubeſſe, uel ob inſtantis obitus periculum, putâ,
quia ſint uel ſenio confecti, uel ualetudinarij, uel abfuturi,
receptum eſt. d. c. quoniam frequenter, §. ſunt.
& d. c. ſignificauit, ubi Glo. & Butri. poſt ueteres. at
cùm in pręſenti caſu iuuenes robuſti, & minimè abfuturi
recepti fuerint, iam conſtat canonis rationi locum
non eſſe: & idcircò nullam hanc receptionem
exiſtimari. c. cum ceſſante, de appel. l. tutela, ubi Bar.
ff. de capit. diminut. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. quod
& Deci. ipſe eruditè reſpondit conſi. cccii. Et pro
tenui.

7 Quartò † in primis iudicantem ipſum interrogandorum
hoc caſu teſtium conditionem perſcrutari
omninò debuerat, deinde interloqui teſtes
eſſe ſenio confectos, uel aduerſa ualetudine impeditos,
uel diutius abfuturos, cuiuſmodi canon in
hac ſpecie requirit. quod Specul. aduertit titulo de
offi. iudi. §. poſtremò, uerſic. item ſi teſtes petantur.
& Glo. in d. l. in lege Aquilia, quam Barto. ibi ſingularem
appellat. & quandoque pro eius ſententia reſponſum
atque deciſum extat, Barto. Soci. conſi. ccxliiii.
uerſi. ulteriùs & quintò. & Marianus iunior
conſi. lxxxvi. nu. xiiii. uerſ. quartò etiam requiritur,
in ii. & Guido Papæ deciſ. cxxxi. Abſolui debent,
uerſ. ſic etiam in ſimili.

8 Poſtremò † infra annum depoſitiones huiuſmodi
illis ipſis quorum intererat denuntiari debuerant:
quod cùm factum non ſit, conſtat interrogationis
huius, & depoſitionis uirtutem omnem corruere. d.
c. quoniam frequenter. ubi atteſtationes ſic receptæ
non ualent. Hoſtien. Io. And. Butr. Imol. & Abb. ad-
uertunt.

Non obſtat actum uideri factum in caſu à lege
permiſſo, & ideò legitimum cenſeri. d. cap. quoniam
frequenter, & d. l. quoties. cum aliis ſuperius addu-
9 ctis, † nam reſpondeo: illegitimè geſtum pro non
facto haberi debere. d. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan.
10 † Vnde, cùm ex his quæ adducta ſint, conſtet cau-
tionis formam neglectam fuiſſe, conſequens eſt, actû
nullum omninò pronunciandum eſſe. d. c. cùm dile-
cti, de reſcript. ubi omnes, & Feli. uerſi. nunc, nu.
vj. & c. Piſanis, de reſti. ſpol. & Brunus de tract. form.
11 poſt Bal. in d. c. j. de nou. form. fidel. † Quare in cla-
ris præſumptionibus auctoritas nemini ſuffragatur.
cap. cùm Marthæ, de celebr. miſſ. & l. continuus. ff.
de uerbor. oblig. & ex his primum quæſitum abſo-
lutum ſit.

Secundò quæritur, an teſtium huiuſmodi rece-
ptionem nullam declarare poſſit Reuerendus ipſe
Suffraganeus, an uerò Reuerendiſſimus Legatus
tantùm? et uideretur Legatum ipſum huius rei le-
12 gitimum cognitorem eſſe. † cùm enim admiſſio
hæc teſtium nullam aliam ſententiam in hoc actu
exigere uideatur, & decreti cuiuſdam diffinitiui uim
habere cenſetur. Barto. l. Titia. ff. de accuſa. & Doct.
rubr. de ſententia & re iudic. & Aret. conſ. xx. & cv.

Itemque & inde maximum non vocatę parti prę-
iudicium afferre poſſet, reſpectu poſſeſſorij obti-
13 nendi, † in quo quidem articulo leues admodum
probationes admittuntur. Barto. l. i. C. quorum bo-
norum, & l. fin. C. de edicto diui Adr. tollen. & uidit
14 Cępol. conſ. lix. in primo dubio in fine. † quocircà
maximum poſſeſsionis commodum exiſtimatur. l.
is qui deſtinauit. ff. de rei uend. & c. ſępe, de reſtit.
ſpolia. ibi, commodum. & §. commodum, inſtitu. de
15 interdic. quippè, † quòd pro eo ipſo qui poſſidet, ſi
partium iura in proprietatis ipſius negotio ſint ob
ſcura, pronuntiari ſolet. c. ex his, de probat. & c. cû
partium, de reg. iur. in vj. ob quem effectum, etiam
parte non uocata diffinitiui decreti admiſsio hæc
habere uideretur. Bart. d. l. Titia. Aret. d. conſ. xx. &
cv. & Guido Pap. deciſ. x. & xij. & Maranta in Spec.
Aduoc. in iij. parte vj. principalis. nu xxxiiij.

Sed conteſtium huiuſmodi admiſsio nulla eſt ob
plures cauſas ſuperius expreſſas, & potiſsimùm, quia
Do. Angela eo tempore iudicium ordinariè inſti-
tuere poterat. But. & Abb. d. capi. Albericus, de te-
ſtib. Alex. d. conſ. cviij. num. vij. in ij. & Reuerendiſ-
ſimus Pariſ. d. conſi. xxiiij. nu. ij. uerſ. ita communi-
16 ter. in iij. † & ēt quia atteſtationes huiuſmodi ipſo
ordinario authorante ſub hac conditione, ſi & in
quantum receptæ fuerũt: quo caſu aduerſam partẽ,
etiam perſonaliter citari oportere receptũ eſt. Alex.
d. conſ. ciij. nu. xj. in ij. vnde puto Frigimelicos eli-
17 gere poſſe † an nullitatem hanc coram eodem ordi-
nario, an Reuerendiſsimo Legato ſuperiore dedu-
cere uelint. quippè, quòd actus nullitatis principa-
liter deducitur. Inno. Bot. Abb. c. in literis, de offic.
deleg. ubi Deci. plures adducit nu. xj. uerſ. ſed ſi nul-
litas principaliter. & Felin. ibi nu. iiij. & Fran. Peruſ.
in c. dilecto, de appel. nu. lxv. uerſ. ſed ſi principali-
ter dicto ſententiam nullam, & Ange. conſi. cclxviij.
Statuto, in fin. & ſac. Rom. Rot. decidit deciſ. xxvj.
dubitatur. in titulo de re iudic. in nouis ſecundum
18 nouam impreſsionem. † Et quamuis Franc. in d. c.
dilecto, poſt Inno. & alios quos adducit. q. xix. num.
liiij. uerſi. ſi ergo interlocutoria eſt nulla, & nu. lx-
viij. uerſ. tertiò limita, ſolùm ordinarium uel eius ſuc
ceſſorem interlocutoriam ipſam reuocare poſſe cõ-
cludat, tamen ſecus eſt, quando principaliter nulli-
tas eius deducitur; quia tunc non ſolùm ordinarius
uel eius ſucceſſor, ſed & ſuperior adiri poteſt. l. j. ff.
quæ ſententiæ ſine appell. reſcin. & Franc. d. c. dile-
cto, nu. lxv. uerſ. ſed ſi principaliter. & Ang. d. conſi.
clxxxvj. In Dei nomine, uerſ. omnibus ſtatutis, in fi.
Idq; potiſsimùm Pontificia æquitate inſpecta, quæ
grauato cuilibet ſuccurri ſuadet. c. à collatione, de
appellation. in vj. ne aliàs defenſionis naturale bene-
ficium ſublatum uideretur. d. clem. Paſtoralis. §. cæ-
terùm, de re iud.

Rurſus eſto interlocutoriam hanc ipſam ſenten-
tiam cenſeri, ſuperiorem tamen adiri potuiſſe con-
cludendum eſt: quippè, q nullitas ipſa pro cauſa gra
uaminis exprimat. quod Inno. docuit d. c. dilecto, &
Franc. nu. liiij. uerſi. ſecundò intellige. uel quia nul-
litas ipſi appellationi adnexa eſt. quocircà rite Reue
rendiſsimum Legatum adiri potuiſſe, reſpondeo,
tametſi Reuerendiſsimus Suffraganeus ordinarius
quoque cognoſcere poterit. & ita nullam teſtium ho
rum receptionem fuiſſe iudicauit Reuerendiſsimus
Archinta in vrbe Venetiarum Legatus. Laus Deo,
Patauij, Kal. Febr. 1555.

Portius Forocornelienſis raptim.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Vſura eſt, res uendere maiori pretio quàm in præ-
ſentiarum ualent, ratione dilatæ ſolutionis. fall.
tamen. nu. 17.*
2 *Vſurariæ prauitatis ſuſpitio ceſſat ratione dubij euen-
tus.*
3 *Venditio facta pro maiori pretio ad tempus, non repro-
bari uidetur, quando uenditor tunc non erat uendi-
turus, ſed ad aliud tempus, puta menſe Maio erat di-
ſtracturus.*
4 *Incertitudo incommodum afferre ſolet.*
5 *Emens frumentum, ut eo abundet, eiusque familia, uel
ne Ciuitas fame laboret, licèt poſtea carius uendat,
non tamen uſurariæ obnoxius eſt prauitati.*
6 *Mercatura illa prohibita eſt, quæ ſolùm quæſtus cauſa
fit, non quæ publici commodi intuitu.*
7 *Pœna non meretur, quod lege permittente fit.*
8 *Contractus an ſit uſurarius, ſi quis centum ea lege nu-
merauit, ut triticum daretur habita ratione pretij
temporis, quo ſolutio deſtinata fuerat, licèt minori
pretio eo tempore uendatur?*
*Amor erga proximum à parente natura homini inſitus
eſt.*

Fratres

9 *Fratres appellari poſſunt omnes Chriſtiani ob Baptiſmatis ſacramentum.*
10 *Bonus quilibet præſumitur.*
11 *Inſtrumentum præſumitur iuſtum eſſe, prout apparet.*
12 *Præſumptiones iuris non attendi conſultius eſſe, quotiens animæ utilitas id ipſum ſuadeat.*
13 *Lex poſitiua non iudicat occulta.*
14 *Vſurarum ſuſpicio difficilius cadit in uenditione, quàm mutuo.*
15 *Ementes annonam, ut carius uendant, legibus ſunt exoſi.*
16 *Animus declaratur ex factis.*
18 *Vſurarij manifeſti teſtamentum non ualet.*
19 *Lex ad ea, quæ frequentius, adaptatur, non ad quæ rarò accidunt.*
20 *Vendens rem maiori pretio ob dilatatam ſolutionem, ut ab uſura excuſetur, duo requiruntur.*
21 *Aequalitatem ſeruari lex iubet, & e regione inæqualitatem abhorret.*
22 *Præſumptio eſt contra ſolitum delinquere.*
23 *Vſurariæ prauitatis uitium iuri diuino repugnat.*
24 *Vſura eſt, quicquid ultra ſortem accipitur.*
25 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*
26 *Qualitates duæ ubi requiruntur, vna deficiente nihil actum eſt.*
27 *Illatio ex diuerſis non fit.*
28 *Nemini licere cum aliena iactura locupletari.*
29 *Tex. in cap. dudum, de præſumpt. n. o. nullaque alia iura elucidantur.*
30 *Dolus ex coniecturis probatur.*

CONSILIVM XXX.

SPIRITVS PARACLETI mihi lux adſit, ut ueritatis ſcopum attingere poſſim.

FACTI ſpecies einſmodi incidit. Nobilis quidam pauper ac filiorũ numero oneratus, ſulitus erat pluribus annis tritici, ordei, ac fabæ mercimonium exercere, & ipſas quidem ſegetes menſis ipſius tempore emebat, ut interim in horreo reponens lucrãdi animo commodiori tempore, putà in menſe Maij illas carius diſtraheret. quod cum notorium eſſet, cõtigit plures pauperes huius nobilis iuriſdictioni ſubiectos, inopia ac neceſsitate compulſos, ſępius ab eo efflagitaſſe menſibus potiſsimùm Octobris, Ianuarij ac Martij, ut triticum eis nobilis uendere uellet; at ille recuſabat, ea ratione quòd ſegetes huiuſmodi repoſuiſſet, ut uenditionem earum in menſe Maij, etiam uſque ad Idus Iunij faceret precibus deuictus annuit, ea tamen lege, ut pretium ipſum conſtitueretur quanti plurimi triticum ipſum ſeu ordeum uel faba uenundabitur ultimis nundinis Maij ſeu prioribus menſibus Iunij, iuxta illud quod prius animo ſtatuerat: & ita pactum fuit.

Prętereà, & altera alia pactio ipſi uenditioni adiecta fuit, ut loco pretij, tritici quantitas reddatur: cuius ęſtimatio iniri debeat ſecundum communem curſum priorum nundinarum Auguſti.

Deinde & tertia lex contractibus huiuſmodi uẽditionum adiecta fuit, ut tritici, ordei & fabę quãtitas tempore ſolutionis omnibus ruſticorum expenſis in nobilis horreo reponerentur. Quamobrem cùm huiuſmodi contractus inæqualitatis uitio laborare uideantur, quæſitum eſt an nobilis huiuſmodi prauitatis uſurarię reus conſtitui poſsit? & idcircò iurium ipſorum cenſuræ ſubiaceat, quibus tam impium facinoris genus aborrent.

1 Et prima facie uideretur dicendum ꝙ non. † cùm enim nobilis iſte eo tempore non eſſet uenditurus, dubiumùe eſſet, an pluris, an uerò minoris, tempore ſolutionis ſegetes ipſæ ualiturę eſſent, & incertitudinis huius contemplatione animi integritas huius ipſius uendentis deprehendi poſſe vr: oisq; uſurarię labis ſuſpicio diſſolui. c. in ciuitate, de uſur. ibi, decreuit Alex. iii. mercatoribus non licere piper, cinnamomũ & crocum cariori pretio uendere ſolutionis dilatatæ intuitu, niſi tamen dubium ſolutionis tempore pluris uel minoris merces ualituras eſſe. Gl. ibi uerbo in uenditores, & Abb. in iii. & iiij. no-

2 tabili poſt Hoſt. & alios † colligunt, ratione dubij euentus quẽ à prauitatis uſurarię ſuſpicione eximi. Item in c. nauiganti, eodem titulo ſtatutum eſt, mutuantem pecuniam euntibus ad nundinas, licèt onus ac periculum ſuſcipiat, ſi tamen ultra ſortem quid recipere pactus ſit, uſurariæ notæ maculam ſubire; ſecus ſi pecuniam det, ut merces ſit recepturus, triticum putà, uinum uel oleum: cùm enim tunc ꝑtiũ incertũ ſit, ab huius criminis ſuſpitione prorſus ille ſolutus exiſtimatur. Gl. ibi in uer. dubitatur. cui ſubſcribunt Io. And. But. Imo. & Abb. & d. c. in ciuitate. cum enim pactio huiuſmodi utriuſque partis tàm actiuè quàm paſsiuè commodum reſpicere uideatur, conſequens eſt, nobilem ipſum ab omni facinoris huius ſuſpicione immunem eſſe, diiudicandum uideri. Abb. d. c. nauiganti, pen. & ult. not. num. vi. & ſępius tractatum extat. Rodulph. tracta. uſurarum xl. q. num. vii. Archiep. Florent. tractat. eodem. §. xiii. nu. xxv.

3 Secundò, † & hũc nobilẽ iuuare uidetur quòd eo tempore uenditurus non eſſet: unde ruſticorum ꝑcibus adductus, uix ullam ſuſpicionem incurrere poteſt. Abb. d. c. nauiganti, in ii. nota. & plures alios adducit Dec. conſ. cxi. nu. iii. ad finem. quod multò

4 fortius dicendum uidetur, † cùm incertitudinis effectus ipſi uenditori incõmodum ferri poſsit. l. hominẽ. §. quoties. ff. depoſiti. l. ſi uentri. §. ſi in bonis. ff. de priuil. cred. unde & lucrum inde quuque legitimè conſequi poſſe uidetur. l. ſecundum naturam, de reg. iur. & c. cum inſtantia. de cenſ. exact. & procur. & l. cum oportet, in principio C. de bonis quæ liber. Qua ratione paſsim uidemus, & mari & terra merces adportantes carius ea diſtrahere ſolere, ut laboris pręmium conſequãtur: quod rationis naturalis diſpoſitione non abhorrere legiſlator ipſe ſæpius conſtituit. c. cùm ſecundum Apoſtolum, de pręb. & l. nil tam naturale, de reg. iur. quemadmodum, qui emptas merces in aliam ſpeciem tranſmutant, putà ex lana pannos texunt, ex ſpicis triticũ excutiunt, ex oliuis oleum exprimunt. Cùm enim laboris huius atq; induſtriæ effectus ad publicum cõ-

modum

modum pertineat,iuſtum inde lucrum cõſequi poſ-
ſe,diiudicandum uidetur.c.eiiciens.xviij. diſtin. §.
5 quicunq;.& c.q. ſentit, de reg.iur.in vj.† Quocircà,
ſi quis tritici copiam cõgreget, ut ipſe cum familia
abundet,uel ne Ciuitas inedia laboret , idq́ue præ-
ſertim ne ab aliis extrahatur , ſanè licèt carius poſt-
modum illud diſtrahat, nón idcircò prauitati uſu-
rariæ abnoxius eſſe cenſetur.d.c.nauiganti,Io. Cal-
de.Hoſtienſ. Anchar.& Abb.nu. xviii. uerſ. ulterius
quæritur.& Inno.c.j.ne clerici uel monach.& Ro-
6 dulph.in d.trac.de uſuris.q.xliii.† lex enim merca-
turam ipſam,quæ ſola quæſtos gratia exercetur,im-
probare uidetur,non ſi id publici commodi contẽ-
platione fiat.d.§.quicunqoe,à contrario ſenſu. x. q.
iiij.& Goffred.in ſumma de uſuris in fin. uerſ. quid
de his,qui tempore meſsis.& Vgo,& Laur. c. ſi quis
clericus, xiiij.q.iij. & Rodulph. d.q.xliij. nu. ix. &
7 Beatus Thom.ij.ſecundæ.q.lxxvij.art.iiij.† Quare,
cùm nobilis huiuſmodi quod lex permittit,exercuit
fruſtrà de pœnæ effectu diſcutiendum eſt.argum.l.
Gracchus.C.ad l.Iuliam de adult.quòd et Deci. ad-
uertit in d.conſ.iii.uerſ.& ita conſultus.

Tertiò idem & eo quoque exemplo probari poſ-
8 ſe uidetur : † pone aliquis uidens ipſius rei frumen-
tarię penuriam,centum aureos,ea lege , qua licuit ,
numerauit , ut ſolutionis nomine triticum deme-
tiretur habita ratione precij ipſius temporis , in quo
ſolutio deſtinata fuit,licèt minori precio eo tem-
pore uendatur : ueteres non idcircò uitium cõtra-
ctum huiuſmodi exiſtimarunt. Lauren. & Vgo d.c.
ſi quis clericus, xiiij.q.iii.uidetur enim potius pe-
cuniã gratis mutuaſſe, ut cõcludit Rodulp.in d.tra-
ctat.de uſur.q.xxvii.& xxviii.quemadmodum, ſi qs
ſpeciem aliquam mutuet pondere , numero atque
menſura conſiſtente,tempore ſolutionis precioſio-
rem factam accipere licet,quæ interna mutui natura
eſſe uidetur.l.cum quid,ſi cert.pet.ubi Alci.in uer-
bo pro cauto, poſt Riminald.Cur.& alios ueteres.

Quartò, cùm erga proximũ amoris qualitas à pa
rente natura huiuſmodi inſita ſit.l.iij.ff. de iuſtitia
& iure,& l.ſi ſeruus ea lege. ff. de ſeruis exportan.
9 † quod potiſsimùm inter coniunctos Baptiſmatis
ſacramento credendum eſt, quos diuus Chryſoſto.
idcircò fratres appellare tradidit . ſanè naturalis
huiuſmodi conditio uix immutata eſſe credi poteſt.
Glo.in c.ſi forte,de elec.in vj.ubi Io.And. Gemi. &
Frac.in uerbo ſcientia.& Glo.in l. ſciendum. §. qui
pro rei.ff.qui ſatiſda.cog.ubi Bar.& Ang.l.ſciendũ.
10 ff.de uerb.obl.† unde & lex bonum quemcunque
exiſtimat.l.merito.ff.pro ſocio, & c.eſtote,de regu.
iur.in antiquis. vñ in huiuſmodi exactiſsimam pro-
bationem requirit.l.fin.C.de probat.c.ſciant. vij.q.
11 i.† Quare & Bal.inferebat, contractum,prout appa-
ret iuſtum eſſe exiſtimandũ,in l.rogaſti.§.ſi tibi,ff.ſi
certum pet.& c.j.in prin.de feudo dato in uim leg.
commiſ.tantum abeſt,ut ſuſpicari non debeat illum
ipſum aliqua prauitatis uſurariæ macula inſperſum
eſſe. Idem Bald.rub.de offi.iud.ord.uerſ.ad off.iud.
& Deci.d.§.ſi tibi,nu.vj.& uerſ. ſed prædictis. Ale-
xand.conſi.ccxxi.Super titu.quęſtionis lib.ii.& De-
ci.clxvii.

12 Et licèt † quandoque conſtitutum ſit , conſultius
eſſe præſumptionem hanc non attendi , cùm animę
utilitas id ipſum ſuadeat.c. iuuenis,de ſponſal. & d.
c.conſilium,de obſer.ieiunij. ubi Abb.& in c.ad au-
dientiam,il ſecundo, de homicid. uolu. uel caſuali ,
ubi Mari.nu.v. Quod in eleganti ſpecie Ancha.eru-
ditè reſpondit conſi.clxxia. Prima facie . et plures
adducit Feli. in c. illud, de clerico exco. adminiſt.
in iij.fall. & in c.dudum,de pręſump.nu.xiiij in fo-
13 ro tamen contentioſo aliud fortè uideri pōt. † poſi-
tiua.n.lex,occulta nõ diſcernit.c.nouit ille,de iudi.
ibi,nos.n.& Abb.in d.c.conſuluit,nu.vi.& d.c. na-
uiganti,nume.ix.in Gloſſ.ij. & cap.ad noſtram, de
14 emp.& uend.† quod potiſsimùm in propoſito caſu
locum ſibi uendicare uidetur , cum uenditio cele-
brata ſit,in qua difficilius prauitatis uſurarię ſuſpi-
cio , quàm in ipſo mutuo cadit. Barto. Alex. Iaſ. &
Dec.d.§.ſi tibi, nu.iiii.Hoſtien.in ſumma de uſuris
§.in aliis autem caſibus,uerſ.de his qui emerunt.Io.
And.in Spec.tit.de uſuris in rub.&Alex. l.fideicom-
miſſo. C.de tranſact. & reſponſum quandoque fuit.
Dec. conſ.xxiij. ex quibus iudicandum uideretur ,
nobilem hunc abſolui debere.

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum uerius eſſe cenſeo , & pronunciandum om-
nino concludo contractum huiuſmodi uſurarię pra-
uitati obnoxium eſſe.quod pluribus rationibus , iu-
ribus, & auctoritatibus probari clarius luce oſten-
15 dam.& † primò quòd conſtet hoc hominum genus
maximè deteſtandum eſſe,& ipſi legi inuiſum , quos
ueteres Dardanarios , & Gręci Propolas nominant
eosq́; lex mulctare cõſueuit, quia annonam uexant.
l.annonam.ff.de extr.crim. Nam cùm profeſsio eorũ
potiſsimum in ipſius tritici ſuppreſsione cõſiſtat, vt
inde lucrum in miſerorum perniciem recipiant,vix
pōt elabi quin prauitatis uſurarię macula inurãtur.
Calde.Hoſtien.& Abb.d.c.fin.de uſu.nu.xviii. & li-
cèt humana lex cordis perſcrutationem ſummo Deo
relinquat. d.c.nouit.& Doct.l.illicitas,§. ueritas,de
16 offic.præſid. † Cùm tamen qualis ſit illius intentio
ex factis & iis quidem apertis colligitur, aliud eſſe
conſueuit.Doct.d.c.ad noſtram,de empt.& uendi.
& cap.illo uos, de pign. Vnde ſępius traditum fuit
ad animũ declarandum facta uerbis ipſis eſſe potio-
ra.cap.dilecti,il ii.de appel.cap.ueſtra, & c.ſi.de co-
ha.cle.& mu.Dec.l.non uult,de reg.iur.At cùm ex
ipſa mercimonij negotiatione qualis fuerit ipſius in
tentio colligatur,in lucrum ſolum affixa,conſequẽs
eſt prauitatis uſurarię & uitio illum ipſum obnoxiũ
æſtimandum eſſe.

Secundò multò magis idem concludendum cen-
ſeri dēt, ſi pactionum poſitarum in ipſis cõtractibus
17 inſpiciamus.† uendit.n. Comes miſeris ac pauperi-
bus ruſticis menſe Octobris ac Feb.tritici ſolutione
in finem Maii uel Iunii initium collata : ergo , cùm
temporis ad ſoluendum appoſiti dilatio emptoris
conditionem deteriorem reddat, & Comitis ipſius,
qui uendit longè meliorem, conſequens eſt contra-
ctus huiuſmodi illegitimos eſſe cenſendos.d.c.con-
ſuluit,ubi Hoſti.& Abb.in prin.& d.c. in ciuitate ,
colum.i.de uſur.ubi idem Abb.nu.v.uerſ.nota ex fi.
literæ. & Abb.d.c.ad noſtram,in i.notab.verſi.& ex
hoc . ubi infert , eos ipſos qui merces cariori precio
uendunt

uendunt propter temporis dilationem manifeſtos
18 vſurarios exiſtimari.† Et idcircò eorum teſtamen-
ta, Pontificia conſtitutione non ualere. c. quam-
quam, de uſuris in vj. & idem quoque conſultus ex
facto reſpondit conſi.axii.lib.j.uerſ.his tamen non
obſtantibus.

Et licèt excuſationẽ illam nobilis ipſe adducat,
quod quandoque eo tempore minori precio uendi-
19 tum fuerit, & ita fuiſſe dicat, † ſufficit tamen cõtra-
rium frequentius euenire ſolere. l.nam ad ea. ff. de
legib. & c.literas, de deſponſat.impub. & l.ſuus quo-
20 que.§.& generaliter.ff.de hęredi. inſtit. † Canon
enim duo coniunctim requirit, ut Comes ipſe ex-
euſetur, nempe, ut tunc non fuiſſet uenditurus, cùm
uendidit: item ut dubium ſit, an minori ſeu maiori
precio ſolutionis ipſius tempore ſit ualiturum. d. c.
nauiganti, ubi Abb. poſt alios. at cum ex huiuſmodi
coniunctis deficiat alterum ſecundum frequentio-
rem uſum, concludunt omnes in d.c.nauiganti. & d.
c.in ciuitate, Canoni hæc duo extrema requirenti,
ſatisfactum non intelligi. l.ſi hæredi plures, de con-
dit.iuſti. & l. ſi quis ita ſtipulatus, de uerb.obl.c.in-
ter cæteras, de reſcript. ubi Doct.

Tertiò urget & alia conditio uenditionibus ipſis
appoſita, empti tritici ſolutionem faciendã eſſe to-
tidem compenſato tritico, ea quidem æſtimatione,
qua uendetur prioribus Auguſti nundinis: quo ſa-
nè tempore frequentius cõtingit, meliori precio ſe-
21 getes ipſas diſtrahi: † Vnde ſequitur maximam inę-
qualitatem contractus huiuſmodi afficere, à qua lex
abhorrere conſueuit. l.ut liberis. l. illa. C. de colla-
tionib. & potiſsimùm naturali ratione repugnante,
ut precium rei emptæ non æquipolleat. l.j.ff. de con
trah.emp.ibi, æqualitate quantitatis permutationũ
facultatibus ſubueniret. at, cum omnia pacta uen-
ditionibus adiecta miſerorum ruſticorum detrimẽ-
tum reſpiciunt, uſurariam prauitatem redolere ui-
dentur. Gui.de Monte Laudano, Card. & Imo. Clem.
ex graui, de uſur. & Hoſt. in ſumma. §. qualiter, eodẽ
tit. qua quidem concluſio à Theologorum diffinitio
ne non diſsidet, Diuus Thomas ſecunda ſecundæ
queſt.lxxvij.

Et eò facilius id in præſenti negotio exiſtiman-
22 dum eſt, † cùm nobilis hic pluribus annis hoc
mercimonij genus exercuiſſe fateatur. capi. illo uos
de pignor. & c.ad noſtram, de empt. & uend. ibi, ab
eo qui ſolitus erat fęnerari. & Doctores. l. per diuer-
ſas, & l.ab Anaſtaſio.C.mand. & Cæpol. tractatu de
23 ſimulat.contract.præſumpt.xix. † Vnde cùm vſura-
rię prauitatis uitium diuino iure repugnet. c. ſuper
eo, eodem titulo, & c.quanquã, eodem in vj. & con-
cluſionem huiuſmodi in omni foro procedere do-
cet in c.fin.de conſuetudine.in j.notabili, ibi, quanto
diutius. & c.omnis utriuſque ſexus, de pęnit. & re-
miſs. ibi, circunſtantias. & l.aut facta.ff.de pęnis.

Poſtremò & nobilis huius caliditas illinc quoque
colligitur; quòd ea lege adiecta miſeris ruſticis uẽ-
diderit, ut eorum ſumptibus triticum ipſum ſolutio-
nis nomine dandum ad Comitis horreum portare
24 teneantur. † Quocircà, cum ex hac conditione ipſi
nobili aliquid ultra ſortem refundi uideatur, nempe
uecturæ expenſas, uſurariæ prauitatis uinculo ob-
noxius exiſtimari debet. c.pleriq;.xiij.q.xiij. & d.c.
conſuluit, & c.finali de uſur.ubi Docto. colligunt,
quem uitio uſurarum laborare, qui ultra ſortem ali-
quid recipit. & Guffred. & Hoſt.in ſumma eod.titu.
& Glo.in l.ſed ſi quis.ff.ſi quis cautionib.ubi Bar. &
d.l.rogaſti.d.§. ſi tibi.ff.ſi cert.pet. & Abb. d. c.na-
uiganti, uerſ.ult.hîc quæro, & uerſ.ſequenti, & per-
tractat Rodulph.in d.tracta.uſurarum.q.xxxviij. &
25 ſequenti. † Quare extorſionis huius macula aſpergi
non poteſt, niſi exactum ipſum reſtituatur.cap. non
dimittitur, de regulis iuris in vj.ubi Din. & Auchar.
& c.peccati uenia, eodem tit. & d.c.quamquam, de
uſur.in vj.nam cum pactio hæc uẽditioni inſit, pars
illius eſſe exiſtimatur. l.lecta.ff.ſi cert.pet.l.iuris gẽ-
tium.§.quinimmo.ff.de pact. Quare ſequitur inte-
gras huiuſmodi uenditiones hac labe infectas cenſe-
ri.d.l.iuris gẽtium.§.adeò.ff.de pact.ubi Iaſ. & l.quę
de tota.ff.de rei uend. & Bart.l.qui uſumfructum. ff.
de uerbo.obl.ex quibus iudicandum exiſtimarem,
contractus huiuſmodi uſurarios eſſe; & idcircò no-
bilem hunc canonis pœnæ obnoxium eſſe.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum. Et
primò quòd Comes ipſe eo tempore uendiderit,
quo uenditurus non erat, & incertum eſſet tempore
ſolutionis precium ipſum. quia reſpondeo, ſatis eſſe
in præſenti negotio ſecundum frequẽtiorem uſum.
26 d.l.nam ad ea.ff.de legib. † quare, cum altera ex cõ-
iunctis qualitatibus deficiat excuſari non poteſt.d.c.
in ciuitate, ubi Glo.in uerb.uenditores. Butr. Imol.
& Abb.in iii.no. & Doct.d.c.nauiganti.cõſtat enim
nobilis huius animum in certa lucri ſpe collocatum
fuiſſe: quod lex inde colligit, quia ſolutionis condi-
tionem in id tempus contulerit, quo frequentius ca-
riori pretio uenundari ſolet.l.gerit, & l.pro hærede.
ff.de acqui. hęr. & l.naturalem.ff.de acquir.rer. do-
min. & d.l.ſuus quoque.ff.de hæred.inſtit. §. & ge-
neraliter puto.

Secundò non obſtat, quod cum uiliori pretio ue-
nundari potuerit, incommodum quoque uenden-
tis dilatio ipſa reſpicere poſsit, quippe quòd & Cãp-
ſores ipſi quandoque cedant foro. d. l. hominem.§.
quoties.ff.depoſ.cum aliis ſuprà alleg. Quia reſpon-
deo, caſum hunc legiſlatorem non perpendere, qui
raró contingat: unde ſatis eſt uenditoris cõmodum
ex frequentiori uſu dimetiendum.d.l.nam ad ea. &
d.c.nauiganti, ubi Doct.

Tertiò non urget, mercaturam ipſam permiſſam
eſſe, ut inde quis honeſtè lucretur: quia reſpondeo
in propoſita ſpecie nullum periculum uenditor ipſe
ſubit, nec naufragium aliquod aut latronum inuaſio
nes pati poteſt. emit enim domi ſuæ, & etiam rece-
pta fideiuſsione in horreum triticum ipſum nullis
27 eius ſumptibus reponi debere. † Quare ex ſupra-
dictis exemplis ueluti ſeparatam cauſam habentibus
non rectè quis colligit. l.Papinianus exuli.ff.de mi-
norib.nec hoc colore nobilis defendi poteſt, dum
ea ratione emiſſe contendit, ut ſibi & familiæ exhi-
28 beret. † quia id cum miſerorum ruſticorum pernicie
ac detrimento fieri non debet. l.nam hoc natura. ff.
de condict.indeb. & c.locupletari, de regu.iur.in vj.
Et quamuis emere potuiſſet, ut ſubiecti à ſterilitatis
caſu liberarentur. d.c.nauiganti, ubi Abb.nume.viij.

poſt ueteres, quod quidem prudentes Principes exẽplo Ioſeph curare ſolent: reſpondeo tamen pactionum ipſarum inæqualitatem aliud oſtendere. cur enim tot ſarcinę ruſticis imponantur, ſi eius profuturus nobilis triticum corrogauit. l. quod ſauore. ff. de legib. & l. legata inutiliter. ff. de adimend. lega. ut optimo iure ſanus eſſe exiſtimẽ, contractus huiuſmodi uſurarios eſſe decerni. d. c. iuuenis, ubi Abb. in primo notabili de ſponſalib. & d. c. conſilium, de obſer. ieiun.

29 Quartò & ultimò † non mouet ex naturali præ-
ſumptione iudicandum contractus ipſos in caſu nõ
prohibito celebratos fuiſſe. d. c. dudum, & d. c. ſecũ-
do, de reg. iuris in antiquis, & Bal. d. l. rogaſti. d. §. ſi
tibi. quia iura huiuſmodi & illinc niſẽtes theoricas,
tunc quidem locum habere reſpondeo, cum ſubeſt
ambiguitas: at in præſenti negotio res clara uidetur
unde ad præſumptiones confugiendum non eſt. l. cõ
30 tinuus, de uerb. obl. & idcircò † ex coniecturis per-
ſpicuis dolus probari ſolet. l. dolum. C. de dolo, &
d. l. iuriſgentium. §. fraudandi. ff. de pact. ubi Caſt. &
docuit Bart. & Bal. in d. l. per diuerſas. C. mandat. &
Abb. d. c. ad noſtram. quæ cùm huiuſmodi ſint, no-
bilem hunc omnibus pœnis ſubiectum eſſe decernẽ-
dum exiſtimo, quibus Canon prauitatis uſurarię
reos plectit.

Laus Deo, Patauij. Kal. Aprilis. 1551.

Portius ſaluo ſemper ete.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Diſpoſitio qualibet perſonalis cenſeri ſolet, ſiue in contractibus ſiue principum priuilegijs.*
2 *Diſpoſitio an realis ſit uel perſonalis ab ipſa argumenti ratione ſuaderi poteſt. & uide nu. 23. & 25.*
3 *Renunciatione beneficij facta, illud dicitur uacare.*
4 *Diſpoſitio realis ſucceſſoribus omnibus prodeſt.*
5 *Conceſſio facta ſub nomine dignitatis, uel ſacreſtorum, per mortem perſonæ non expirat.*
6 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
7 *Eccleſiæ bona pauperum ſunt.*
8 *Eccleſiæ inſtaurari à prælatis debent & reparari.*
9 *Pontifex ſummus beneficiorum dominus eſt.*
10 *Clerici de altari uiuere debent, qui tamen illi ſeruiunt.*
11 *Donatio ſiue renunciatio non præſumitur.*
12 *Verba ita debent intelligi, ut aliquid operentur.*
24 *Verborum à conceptione non eſt recedendum.*
26 *Hæredi prodeſt, quod defuncto cautum extitit.*
27 *Interpretatio illa facienda eſt, qua Eccleſia ſit fauorabiliar.*
28 *Propoſitum in mente retentum, nihil operari.*
29 *Proteſtationi conſentire uidetur, qui aliter animum ſuũ non declarauit.*
30 *Ignorantia iuris non excuſat.*
31 *Iuramentum non firmat contractum dolo initum, licèt ex propoſito non contingat. & eſt comm. opinio.*
32 *Obligatio, quæ ex ſtipulatione proficiſcitur, non facilè eliditur.*
33 *Eccleſia non facilè miniſter præiudicat.*

CONSILIVM XXXI.

ADSIT MIHI TRINItatis indiuiduę lux, ut minus quàm fieri poſsit à ueritatis ſcopo aberrem.

CASVS.

CONTIGIT Reuerendum Dominum Gottardum Menardinum Bellunenſis Eccleſię Sacriſtam cõſenſum præſtitiſſe, ut penſio ſexdecim ducatorum ſingulis annis ſoluendorum Reuerendo D. Hieronymo Nigro Patauinę Eccleſiæ Canonico ex fructibus Sacriſtię illius cõſtitueretur. idque ut obſequeretur Do. Proſdocimo Salcis. cuius Eccleſię fructus integri Pontificis auctoritate ipſi Reuerẽdo D. Hieronymo Nigro reſeruati fuerunt. cui reſeruationi cũ renuntiaſſet Reuerendus ipſe Niger, penſione ei conſtituta ſuper fructibus ipſius Sacriſtię Bellunenſis, accedente conſenſu ipſius D. Gottardi, ſpopondit ei publico documento D. Proſdocimus, quòd eũ prorſus indemnem conſeruaret his ſanè uerbis: Et ne Reuerendus D. Gottardus propter reſeruationem huiuſmodi de ſui conſenſu factam antedictæ annuæ penſionis aliqua damna, expenſas & intereſſe pateretur, ſpopondit releuare & conſeruare ipſum Do. Gottardum & ſuos ſucceſſores in Sacriſtia indemnes à ſolutione; ut diffuſius conſtat in inſtrumento exhibito. Defuncto autem D. Gottardo illius obitu uacans Sacriſtia, Bellunen. Capituli authoritate collata eſt D. Aegidio, & bullis ei intimatis (ut ſolet) conuenit cum ipſo D. Proſdocimo, ut is penſionem integram ſexdecim ducatorum Reuerendo Nigro ſingulis annis perſolueret, ea lege, ut permitteret D. Aegidius ipſum dominum Proſdocimum fructus clericatus ad Sacriſtiam huiuſmodi pertinentes colligere, ut ex chirographo ipſius domini Proſdocimi conſtat ab utraque parte ſubſcripto. Cæterùm cùm huiuſmodi conuentio executioni aliquot annis mãdata fuerit, nuper ipſe D. Aegidius reperit documẽtum inter eius prædeceſſorem & D. Proſdocimum confectum, in quo cùm ſpoponderit eius etiam ſucceſſores in Sacriſtia indemnes conſeruare, non ſolũ reluctatur chirographi conuentionẽ non eſſe exequendam, uerum etiam contendit fructus ex eius clericatu perceptos ſibi reſtituendos eſſe. At, cùm D. Proſdocimus contendat pactionem huiuſmodi in ſtipulatum deductam, perſonalem fuiſſe, & idcircò Do. Gottardi ſubiectum non egredi, quęſitum eſt, utra pars meliorem cauſam foueat?

Secundò, an ſaltem exceptionis ope D. Aegidius poſſet repelli?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, ſtipulationis huiuſmodi uirtutem ueluti perſonalis domino Aegidio nihil quidquam prodeſſe pri-

ma

ma facio diludicandum uideretur, cùm D.Gottardi
1 nomen in ea expreſſum ſit; † vnde qualibet diſpo-
ſitio perſonalis cenſeri ſolet, ſiue in humanis con-
uentionibus.l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pact.
& l.centeſimis.§.j.ff.de uerb.obl.ubi Bar.uerſ.ſolu-
tio.& Alex.nu.iij.verſ. nota ex §.j.ſiue in conceſsio-
nibus ab ipſo Principe factis,cap. ſi gratioſè, de re-
ſcript.in vj.c.quoniam Abbas,de off.deleg.ubi Abb.
poſt ueteres in iii.notab.& ibi Feli.& Deci.& l.quia
perſonale.ff.ſol.mat.ubi Alex.cum adductis à recē-
tioribus in c.priuilegium,de reg.iur.in vj.

2 Secundò † propoſiti argumenti ratio idem ſua-
dere uidetur, unde diſpoſitionis conditio elici ſolet
an ſit realis an autem perſonalis.cap.requiſiuiſti,de
teſtam.ubi Abb.in v.not.aduertit.& c.mandata, de
præſumpt.ubi Abb.uerſ.ergo dico.& idem poſt ue-
teres in d.c.quoniam Abbas.nu.viij.uerſ. ſed con-
cludo,ubi Decius & Bero. At cùm uerisſimile ſit, co-
rum ſucceſſorum commodè D.Gottardum perpen-
diſſe,qui ex eius uoluntate legitima auctoritate ſub-
ſtituendi in Bellunēſi Sacriſtia fuiſſent, arg. l. ſtipu-
latio iſta.§.alteri, ubi Docto.ff.de uerb.obl.& §.al-
3 ter.i.inſt.de inuti.ſtipul.† uacationis modus perpē-
ſus uidetur, qui ex reſignantis conſenſu legitimus
exiſtimatur.cap.ex tranſmiſſa, cap.admonet,& cap.
ſuper hoc, de renunc. ubi Docto. unde, cùm obitu
Sacriſtia uacauerit,aliud dicendum uideri poſſet.l.
commodiſsimè.ff.de libe.& poſthu. & l. cùm dotē.
ff.ſol.mat.& c.ſuſcep.de reſcrip.in vj.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum uerius eſſe cenſeo: quod immo promiſsio-
nis huiuſmodi uirtus tandiù D.Proſdocimum obli-
get,quandiù penſio ipſa ſuper fructibus Bellunenſis
eccleſiæ conſentiente ipſo Do. Gottardo, legitima
auctoritate conſtituta, extincta ſit. Cùm enim ob
conſenſum huiuſmodi præſtitum ipſe D.Proſdoci-
mus Reuerendum D.Guttardum atque eius in Bel-
lunenſi Sacriſtia ſucceſſores indemnem conſeruare
4 ſpoponderit,† conſtat promiſsionis huiuſmodi di-
ſpoſitionem ueluti realem ſucceſſoribus omnibus
prodeſſe.d.c.ſi gratioſè,de reſcrip. in vj. conceptio
enim huiuſmodi ſub nomine loci Sacriſtiæ Bellu-
nenſis facta,item & per appellatiuum nomen, ſcili-
cèt ſucceſſores,ut ibi,& ſuos ſucceſſores in dicta Sa-
criſtia ſubſtituendos, idipſum omnino ſuadet. d. c.
quoniam Abbas,de offi.delega.vbi Abb.in iij.nota.
Deci.& Bero.& Gemi.egregiè docuit, & Fran. d.c.
ſi gratioſè,& Ioan.And.& Anch. d. c.priuilegium,
5 de reg.iur.in vj.† cùm enim loci ſeu dignitatis uel
ſucceſſorum in ea obligatio facta ſit,perſona mor-
tua,non facilè expirat.c.liberti, xij.q.ij.& c. puden-
da.xxiiij.q.j.uerſ.quid ſi nullo modo.d.l.formam.§.
quanquam,de cenſib.quod ex facto ſæpius reſpon-
ſum extat.Ang.conſ.ccxvii.nu.ix.Anchar.conſ.ccc-
xxvij.uerſ.ſed habere.Alex.conſ.clxxv.num. v.in v.
Gemi.lxiiij.nu.ix.

Secundò,cùm cauſa ob quam conſenſit Do.Got
tardus conſtitutioni penſionis huiuſmodi, nempè
fuerit,ut rem gratam ipſi Do. Proſdocimo faceret,
adhuc quoque uigeat,ne Sacriſtia & ſucceſſores in
capitulo damnum aliquod pateretur, ut ex uerbis
6 documenti conſtat, † ſequitur,effectum promiſsio-
nis non poſſe etiam obitu Do. Gottardi expirare.c.
cum ceſſante,de appel.l.tutelas, ff.de caput.dimi.&
Rimi.Dec.& Curt.iuni.l.j.ff.de offi.eius.in Gloſ.ſi
proficiſcatur.

Tertiò Canonis interna ratio hoc ipſum ſuadet,
ut miniſter in Sacriſtia inſtitutus, & Eccleſia præ-
7 ſertim tenuis,minus oneretur,† quod pauperum in-
tereſſe reſpicit.c.uidentes.xij.q.j.c.ult.xvij.q.i. cap.
8 conuenior,xxiij. q.viij.† Itemque ut Eccleſiarum
inſtaurationi inde poſsit ſuccurri.c.j.& ij.de Eccle-
9 ſiis ædific.& repar.ubi Glo.& Archidiac.† Et quan-
uis ſummus Pontifex beneficialium bonorum do-
minus habeatur.c.propoſuit,de conceſſ.præbend. &
c.quanuis,& c.dudum,de præben.in vj.unde ex fru-
ctibus eorum illius auctoritate penſionum conſti-
tutio legitima creditur.c.ad audientiam, il ij.de re-
ſcrip.ubi But.Fel.& Dec.& plures adducit Gigas in
tracta.penſionum.q.vj.nu.xv.non repugnat tamen
ipſius canoni rationi quin Do.Gottardus in Bellu-
nenſi Sacriſtia inſtitutus particulari conuentionis
prouiſione ſibi & ſucceſſoribus indemnitatē procu-
rare potuerit,ne præſtiti conſenſus nomine quicquā
ſoluere tenerentur, ſed eis communis iuris benefi-
10 cium ſaluum maneret,† ut unde uiuerent, unde mi-
niſtrarentur.c.cùm ſecundum,de præbend. & Hoſt.in
ſumma de clericis non reſidentib.& in c.quia, eodē.
tit.ubi Io.ab Imo.in prin.

11 Quartò,† cùm iuris quæſiti abdicatio, canonis &
legis auctoritate non facilè induci conſueuerit. d.c.
ſuper hoc,de renuntiatione,ibi,quia uerisſimile non
eſt.& l.Campanus.ff.de oper.libert.& l.cùm de in-
debito.ff.de probat.Gloſ. Bart.Imo.& Roma.l.quæ
dotis.ff.ſol.mat.ſanè hominis proteſtantis ſe ſe non
fuiſſe conſenſurum ſine legitima indemnitatis pro-
miſsione longè arctioris nexus prouiſionem inter-
pretari debemus: tum quòd ſpecialis ſit.l.in toto.
ff.de reg.iur.& c.ſtuduiſti,de offi.leg.tum quòd cū
legis ipſius diſpoſitione concurrat. d. c. ſuper hoc:
unde uberius conſulere cenſeri debet.c.i.de treg. &
pac.ubi Ioan.And.Hoſt.Butr.& Abb.& auctentica
itaque.C.communia de ſucceſſ.ubi Alberi. Bald.&
Fulg.quæ ſanè ratio & ſucceſſorum contemplatio-
ne locum habere uidetur,unde eorum intuitu diuer
ſum ius conſtitui non debet.c.& ſi Chriſtus, de iure
12 iur.d.l.tutelas. ubi Bart.† ne aliàs modicum ſeu ni-
hil operaretur, in caſu in quo obitu ſtipulatoris Sa-
criſtia uacaret.quod à iuris ipſius ratione plurimū
diſsidet.l.ſi quando.ff.de leg.j.& c.ſi Papa,de priui-
leg.in vj.& Bal.rub.C.de contrah.emp.q.is.& An-
ge.l.eadem.C.locati.& Alex.d.l ſi cum dotem.ff.ſo-
luto matrimo.nu.viii.& Deci. cap. licèt cauſam,de
probatio.nume.ix.uerſ.his tamen non obſtantibus.
& c.paſtoralis.nu.j.de appel.

Quintò eandem fuiſſe ipſius domini Proſdoci-
23 mi mentem ea ratione oſtendi poteſt,† quòd is in-
demnitatem huiuſmodi pro ſe & hæredibus eius
ſpoponderit,atque eo nomine tum præſentia tum
& futura bona obligauerit:unde promiſsionem rea-
lē potius fuiſſe diſcerni poteſt.l.ij.§.in his.ff.de uer-
bo.obl.& l.ueteris.C.de contrahenda ſtipul.& l.qui
24 per ſucceſsionem.ff.de reg.iur.† Quocircà à docu-
menti conceptione & uerbis recedendum non ſit,
quibus

qnibus ſuccesſoribus in Sacriſtia generaliter prouiſum fuit.d.c.ſi Romanorum.xix.diſt.d.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.preſt.& l.ille aut ille.ff.de hæred.inſtit.c.Marchion.q.j.

Non obſtat prima ratio,quòd immo domini Gottardi nominis expresſio diſpoſitionem hãc promisſionis perſonalem reddere uideatur. d. c. quoniam,
25 ibi,expresſis nominibus propriis.quia †reſpondeo, nominatum quidem fuiſſe Do.Gottardum, ſed in Sacriſtia Bellunenſi miniſtrum:quare & realis promisſio exiſtimari dẽt.d.c.ſi gratiosè. quinimmo, cũ ſuccesſoribus in huiuſmodi Sacriſtia Do. ipſe Gottardus ſtipulatus fuerit,abſq; dubio conſtat realem diſpoſitionem cenſeri.d.c.quoniam,ibi, nominibus
26 locorum.& d.l.centeſimis.† Vnde cùm Do. Aegidius legitima auctoritate ei ſucceſſor obtigerit, ſequitur,hoc nomine ei quoque indemnitatem pręſtandam cenſeri.l.ſi hæredi plures.ff.de hęred.inſti.l.ſi ita ſtipulatus,de uerb.obl.l.ſæpe,de uerb.ſig.ubi Alci.& c.inter cæteras, de reſcrip. ubi Butr.Abb.& Dec.in notabilibus.

Secundò non urget promisſionem hanc ad eos referendam uideri, qui ex Domini Gottardi uoluntate reſignantis ſucceſſuri fuiſſent.d.c.ex tranſmiſſa.& c.admonet,&d.c.ſuper hoc.& illos indẽnes conſeruari, domini Gottardi potisſimùm intereſſe uidetur; quare de his intelligendum uideri. d. l.ſtipulatio.§.alteri,cum aliis ſuperius adductis.

Reſpondeo terminum illum ſucceſſoris ab ipſo Do.Gottardo prolatum de quocunque in Sacriſtia Bellunenſi ſubſtituendo intelligendum,quomodocunque contingat eam uacare.nam Canon prædeceſſores & ſucceſſores indiſtinctè nominat in Eccleſiis inſtitutos ſiue ex modo reſignationis uacent, ſiue obitus,ſiue alterius aſſecutione.d.c.j.de ſolution.ubi Glo.in uerbo prædeceſſoris ſui.& c.cùm uenisſent,de inſtit.ibi,quidam prædeceſſores.& cap. j.de
27 conceſſ.præb.†Idq; potisſimùm cùm interpretatio hæc Eccleſię commodior ſit.d.c.uidentes.xij. q.j.& d.c.conuenior. xxiij. q. viij. unde aliis præferenda
28 ſit.in l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.fun.† Nec ſufficit D. Proſdocimum hoc ſentiſſe,cùm non expreſſerit.l.quidam cùm filium.ff.de here.inſtitu.ubi Bal.& Imo.in humanis enim actionibus non ſufficit diſponentẽ aliquid ſenſiſſe,niſi uerbis expreſſerit.l.non omnis. ff. ſi certum peta. & l. ſi non repetendi. C.de condit.ob cauſam. & capi. ad audientiam,
29 de decimis. † Quinimmo, cùm non declarauerit ſeſe de ſucceſſore per modum renuntiationis intelligere, ipſius D. Gottardi proteſtationi acquieuiſſe cenſetur.l.non ſolum.§.morte.ff.de nou.oper.nunc.ubi Alex.& Iaſ.poſt ueteres nume. xlviij.& c.cùm M.de conſtit.ubi Dec.nu.xvj.alios adducit.

Quod ad ſecundum attinet,puto ſiue canonis, ſiue legis diſpoſitionem intueamur, D. Aegidium nõ
30 poſſe repelli.† cùm enim D.ipſe Proſdocimus uerisſimiliter ſcire debuerat ſtipulationis uinculo ſeſe obſtrictum. l. regula.ff. de iuris & facti ignoran. & l.error. C. eodem. idque potisſimùm cùm naturalis iuris ratio propter conſenſum id ſuadeat. l. j.ff. de pact. & l.j. ff. depoſi.§.ſi conueniat. itemque & ciuilis ob formę acceſsionem.l.i.ff.de uerb.obli.Bar.l.ii.C.de cond.ob cauſ. ſequitur, aduerſus eum conuenti pacti nomine excipientem, doli replicari poſſe, tanquam inde chirographarię obligationi ſit cauſa præſtita.l.eleganter.ff.de dolo.c.j.& c.cùm
31 cauſa,de emp.& uend.† Quocircà, & ſi obiter dolus ipſe contingat,non autem ex propoſito, nec iuramenti uinculo illum ſuſtineri, receptius eſt. l.ſi quis cùm aliter.ff.de uerb.obl.ubi Bar.& Alex.But.& Abb.c.cùm contingat, uerſ.octauus caſus. extrà de iureiu.Nam,cùm ſido iuſtitię Achate iuramentũ ipſum deſtituatur,Canonis auctoritate diſſolui receptius extat. c. & iurabunt. xxij. q. j.& c. animaduertendum.xxij.q.ij.& c.& ſi. de iureiur. ibi,dummodo tres illos comites etc.& Dec.conſi. clxxx. & ſequenti aduerſum Imo.& Alex.plures adducit, cui adſtipulor.in c.in præſentia,de prob.in ult.notabili poſt Areti. & Bero.

32 Præterea † obligatio ipſa firmior ex ſtipulatione profecta,non facilè eludi poſſe uidetur ex chirographaria ipſa conuentione.l.generaliter.C.de non nume.pec.& c.ſi cautio,de fid.inſtru.† idque ad honorandam Eccleſiam ipſam,cui miniſter non facilè
33 pręiudicat.c.ſi diligenti,de foro compet & d.c. j.de ſolutionib.Ex quibus ſatisfactum uideri poſſit eorũ petitioni,qui iuris diſpoſitionem in hac facti ſpecie percunctati fuerunt.

Laus Deo,Patauij.Pridie Kal.Auguſti.1556.

Portius Forocorn.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Venditor tenetur rei uendita internam conditionem exprimere,aliàs emptori quãto pluris emerit,tenetur.*
2 *Venditor ad intereſſe tenetur, ſi ſciens rei uitium,illud retinerit aut onus.nu.6.*
3 *Pacta ſeruanda ſunt,præſertim emphyteuticis contractibus.*
4 *Euictio uenit de natura contractus uenditionis, licèt nihil de ea dictum fuerit.*
5 *Euictio debetur,etiam ſi res tota euicta non fuerit.*
7 *Interpretatio facienda eſt in dubijs contra uenditorẽ.*
8 *Verbis contractus inhærendum eſſe.*
9 *Venditor legitima traditione facta liberatur.*
10 *Dominium transfertur per rei uenditæ traditionem.*
11 *Legem, quam contrahentes dixerunt, ſeruari oportere.*
12 *Emphyteuta ad onus publicarum functionum tenetur.*
13 *Diſpoſitio hominis ita intelligenda eſt,ut à iuris cenſura explicitè recedere non uideatur.*
14 *Caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris.*
15 *Vigilantibus iura ſubueniunt & non dormientibus.*
16 *Notario referenti partium aſſertionem plena fides adhibenda eſt.*
17 *Relatio facta ad aliquod documentum cum ſuis qualitatibus intelligitur.*
18 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet.*
19 *Confeſſio uim omnium excedit probationum.*

CONSI-

CONSILIVM XXXII.

PRAEVENIAT CORDIS MEI COgitationes ſummi Dei gratia, ne à iuſtitiæ ſcopo aberrem.

CONTIGIT, D. Nicolaum Bonfilium omnia iura utilia in quadam domo ei competētia Magnifico D. Petro Marcello nobili Veneto uendidiſſe, ea lege, ut ipſe emptor teneretur uiginti quatuor ducatos auri ſingulis annis Magnificæ dominæ directæ perſoluere. quod documenti uerbis ad vnguem hoc pacto conceptis conſtat. Ceſſit, uendidit Magnifico D. Petro omnia ſua iura utilia & liuellaria, omneſq; eius actiones, quæ & quas habet, habebat, ſeu quomodolibet habere poterat in dicta domo etc. Verùm, cùm penſio hæc libera ab omni angariarum onere ipſi dominæ directæ ex uenditoris acquiſitione perſoluenda eſſet. lapſis aliquot annis, cùm Magnificus emptor ex penſionis ſumma deducere cuperet, quod collectarum nomine perſoluerat; exciperet autem Magnifica domina directa integram ſibi ipſi penſionem perſoluendam eſſe, ut ex documenti uerbis clarè conſtat, ibi, qui quidem D. Nicolaus conductor & liuellarius teneatur ad ſolutionem angariarum pro dicta domo perſoluendarum, ita quòd ipſi liuellatores habeant & conſequantur liuellum ſuum prædictum liberum & expeditum ſine aliquo onere & grauamine tàm publico quàm priuato. Quæſitum eſt, utram Magnificus dominus Petrus aduerſus Bonfilium uenditorem agere poſſit, ut ab eo quatenus onera collectarū ſoluit, indemnis ſeruari debeat?

1 Et prima facie uideretur quòd ſic. † uenditor enim rei quam uendit internam conditionem exprimere debet, alioquin ueluti dolo emptorem ad emēdum induxerit, quanto pluris uendiderit illi ipſi teneri ſolet. l. Iulianus. §. ſi uenditor. ff. de act. empti, ibi, ut præſtet emptori. ubi Barto. & Alber. aduer-
2 tunt. † quinimmo propter rei uitium, ſi ſciens illud reticuit, etiam ad intereſſe extrà rem condemnari ſolet. d. l. Iulianus, in princ. uerſ. ſi uerò ſciens. & uidit Bald. l. iij. C. de peric. & com. rei uend. uerſi. quintò, ubi ait quoties emptor ab eo qui uendit, illa non cōſequitur de quibus ibi, illum ipſum ex empto teneri, & quia callidè ſe geſſit, condemnari debet. quod comprobat poſt Nicolaum & alios ueteres & Azo. in ſumma. C. eodem, nu. ij. uerſ. item ſi nihil dixerit. qua ratione, ſi quis fundū uel domum Kal. Maij uendat, cuius iam locati integri anni penſionem exegerat, adempta re ipſi emptori teneri non ambigitur. l. ſi mercedem. §. fi. ff. de act. empt. ubi Bal. & idem l. fructus. C. eod. quod Fabi. de Monte latius pertractat de empt. & uend. q. vj. nume. xxiij. quamobrem aduerſus uenditorem domus Magnifico emptori ſuccurrendum videremus, ne aliâs aduerſus iuris rationem ex dolo quis commodum conſequatur. c. ſedes, de reſcript. & c. eum qui, de præb. in vj.

Secundò, ſiue emptionis internam naturam intueamur, ſiue ſingularem partium prouiſionem perpendamus, idem concludi oportere uidetur. Cōſtat etenim Bonfiliū ipſum dn̄is directis xxiiij. ducatos auri annuos ab oī angariarum onere liberos perſol-
3 uere ſpopondiſſe: † vn̄ à cōuentis recedere nefas ſit. l. j. ff. de pact. & l. legem. C. eodē. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſ. & plures adducunt Doct. in c. j. de pact. idq; præſertim in emphyteoticis contractibus receptum extat. l. j. C. de iure emphyteo. & l. ij. ubi Alb. Bal. Salic. & Iaſ. in j. not. nu. i. colligunt, & uidit Bald. in l. fi. §. fi. in fi. C. cōia de leg. ſanè quatenus Magnificus Marcellus penſionē diminutè perſoluat, ambigendū nō vr̄, quin dn̄a directa poſſeſſionem domus apprehendere ualeat, & in ea legitimè inſiſtere. d. l. ij. & c. potuit, locati. ubi But. Imol. & Abb. in not. † vn̄, cùm
4 is qui uendidit in caſu euictionis ex interna cōtractus na͂, quāuis nihil dictum ſit, teneatur. l. non dubitatur. C. de euict. ubi Bal. & Sali. colligunt, & Caſtr. aduertit in cōſ. xlix. Viſis omnibus, in prin. idq; etiā partis tm̄ euictæ contemplatione. l. j. ff. de euict. & in Spec. eod. titu. in prin. quocircà pro iure patronatus agi conſueuit. l. Titius. ff. de act. empt. & docuit Bal. l. j. in fin. C. de pericu. & commo. rei uendi. & Deci. conſ. cccclxxxiii. nu. iii. concludendum uidetur, uēditorem ipſum emptori hoc nomine obnoxiū eſſe.

Quod multò fortius fateri oportere uidetur, cùm in ſpecie in caſu euictionis in ampla forma ſpopon-
5 derit. † Quo ꝓmittente de euictione & legitima defenſione, etiam portiuncula euicta ſtipulationē ipſā commiſſam uideri cenſetur. d. l. i. ff. de euict. & d. l. i. §. uenditor. ff. de act. empt. & l. iuriſgentium. §. adeò. ff. de pact. ubi Iaſ. & l. quæ de tota. ff. de rei uendi. & Deci. d. conſ. cccclxxxiii. num. xviii. conſultius enim ipſi emptori & legis & hominis prouiſione cautum eſſe exiſtimatur. l. fi. C. de pact. conuent. & c. generi, de reg. iur. in vj. auct. itaque. C. commu. de ſucceſſ.

6 Tertiò, † cùm dominus ipſe uenditor angariarum perſoluendarum onus ad ipſum pertinere ſciret, nec expreſſerit, ueluti id, quod ad eum non ſpectabat, uendiderit, ex dolo conueniri poſſe uidetur. l. hoc autem ſic. ff. de hæred. & act. uend. ubi Bart. & Caſtr. & Bart. l. emptor. ff. pro empt. Ange. & Imol. in l. ſi ſic. ff. de leg. j. & plures adducit Alexan. in l. locus. ff. de acquir. poſſeſ. in princ. & diffuſius pertractat Fabia. de empt. & uend. q. vj. principali, uerſ. circa ſextum membrum, num. xxx. ubi concludit uendentem ius, quod ſciebat nullum in re, quam uendit habere, doli ſui commodum aliquod conſequi non poſſe.

7 Quartò, † cùm Bonfilij uenditoris ſilentium, negotium hoc emptionis obſcurum atq; ambiguum reddat, aduerſus eundem interpretationem faciendam ueteribus placuiſſe, Papin. reſpondit, quippè quòd clarius rem ipſam exprimere potuerat. l. ueteribus. ff. de pact. & l. Labeo ſcribit, ff. de contrahen. empt. & l. in contrahenda. ff. de reg. iur. ubi Deci. declarat, & Cagn. uerſ. nota ergo, & idem l. ſemper in obſcuris, eodem titu. & c. contra eum, eodem titu. in vj. debebat enim uenditor, ut poterat, clarius exprimere penſionis ſummam ab omni onere liberam perſoluendam eſſe. quod cùm non fecerit, æquo animo ferat negligentiæ pœnas ſubire, & aduerſus eum interpretationem fieri. quod in non abſimilibus factorum ſpeciebus ueteres noſtri conſulti ſæpius reſponderunt:

runt ; Old.conſi.xcv. Ex forma. Imol.xxj. In caſu.
Anan.xcviij. Viſis, in fine. Areti. liiij. In cauſa ma-
giſtri, in fine, & lxxxiiij. Diligenter. Deci. cccxiij.
nume.iiij. Ex quibus uideretur concludendum ad-
uerſus dominum Nicolaum, ipſum Magnificum em
ptorem rite egiſſe.

Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum ue-
rius eſſe cenſeo: quod primùm ea ratione probari
poſſe uidetur; quia dominus ipſe Nicolaus expreſ-
sè ius quod in domo habebat, tantùm uendidiſſe
protellatus ſit: idq́ue emptore ipſo uolente & pror-
ſus acquieſcente, ut ex documento conſtat, ibi; om-
8 nia ſua iura utilia & liuellaria, † vnde à uerbis con-
tractus recedendum non ſit. l. ille aut ille. ff. de hære.
inſti. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitoria. Quare,
cùm emptori nulla uexatio inferatur, quod ad utilia
hæc attinet, quinimmo domum ipſam quietè poſsi-
9 deat, † conſequens eſt, legitima traditione uendi-
torem ipſum liberatum cenſeri. l. ex empto. ff. de
act. empt. in princ. nec enim in dubio refricari po-
teſt, quin dominium huiuſmodi ad uenditorem
10 pertinuerit, † vnde & emptorem ipſum dominum
conſtituerit. §. per traditionem, inſtitu. de rerum di-
uiſ. & c. cùm Ioannes, propè principium de fide in-
ſtrumen. & in Specul. de empt. & uend. §. j. nume. vj.
idq́ue potiſsimùm cùm in ipſo uenditionis inſtru
mento ſubiiciatur, omneſque ſuas actiones, & ra-
tiones. quod cùm de utili dominio intelligi debeat,
mirum eſt, ut emptor ipſe legitima traditione fa-
cta, conqueri poſſe credatur. l. traditio. ff. acquiren.
rer. domi. & d. §. per traditionem. & §. j. inſt. de act. &
c. Dalbertum, vij. q. j.

Item ſubiicitur in ipſo documento, quas habet
uel quomodolibet uel quomodocunque habere po-
terat. at, cùm uenditionis tempore ius iam radica-
tum ipſi competeret, fruſtrà regreſſum aduerſus eũ
emptor implorare uidetur, qui iam plenè ex parte
ſua adimpleuerit. d. l. traditio. & Bart. l. j. C. de pact.
in diſtinctione, & l. qui cum tutoribus. ff. de tranſac.
& l. poſt emancipationem. §. j. ff. de libe. lega. & l. qui
Romę. §. duo fratres. ff. de uerbor. oblig.

Secundò, cùm uenditor ipſe certam pretij atque
penſionis ſummam dominæ Dardanæ Corbellæ ſin
gulis annis perſoluendæ expreſſerit, ibi; & pro qua
domo ſoluuntur ſingulo anno iure liuelli nobili D.
Dardanæ Corbellæ & filiis ducati uigintiquatuor
ad rationem librarum ſex, & ſolidorum quatuor.
11 † cui ſanè pactioni cùm emptor ipſe acquieuerit, cõ
ſequẽs eſt, illũ ipſum nulla rõne detractare poſſe an-
gariarum prætextu, quin integram ſummam perſol-
uat. d. l. j. §. ſi conueniat. & l. lęgem. C. de pact. & l. j.
ff. de conſtit. pecu. cùm enim tabellionis opera ius
ipſi directæ dominæ quęſitum fuerit, ſolo Magnifici
Marcelli conſenſu auferri non poteſt. l. id quod, de
reg. iur. l. j. ij. & iij. ff. rem pup. ſaluam fore. Minusq́;
aduerſus uenditorem conqueri poteſt, cùm iam cer-
tæ penſionis ſummæ perſoluendæ acquieuerit. l. ſi-
cut. C. de act. & obl. l. ab emptione. ff. de pact. & an-
gariarum perſoluendarum oneri acquieuiſſe uidea-
tur, ueluti connexo. c. tranſlato. de conſtitu. & l. cum
actum. ff. de nego. geſt.

Tertiò, huic emptori aduerſus uenditorem nullũ
ius competere uidetur, ſi communis iuris rationem
12 intueamur. † conſtat etenim emphyteutam ipſum,
qui poſsidet, publicarum functionum ſoluendarum
onus ſubire compelli. d. l. ij. C. de iure emphyt. ibi,
ſi ſolitam penſionem, uel publicarum functionum
apochas domino non præſtiterit. ubi Accurſius in
uerbo præſtiterit, Albericus & Salic. ad uerſum nu.
j. uerſ. item nota quòd emphyteuta tenetur. & Iaſ.
nume. iij. in tertio not. & Bald. in l. j. eod. titu. nume.
iiij uerſ. ſextò in munere ſoluendo. & l. ſi pẽdentes.
§. ſi quid cloacarij. ff. de uſufruct. & tradit diffusè
Ruinus plures adducens conſ. lxxvij. nu. j. At, cùm di
ſpoſitioni huic ſingulari partium prouiſione dero-
gatum non ſit, conſequens eſt ea interna iuris ratio-
ne contrahentes illi ipſi acquieſcere uoluiſſe intelli-
gi. l. ſi cùm dotem. ff. ſolut. matrimo. ubi Alex. & l.
ſi extraneus. ff. de condi. ob cauſam. & l. commodiſ-
13 ſimè. ff. de lib. & poſthu. † quocircà, vulgò circum-
ferri ſolet, humanas diſpoſitiones ita intelligendas
eſſe, ut iuris ipſius cenſuram imitentur, cùm expli-
citè ab ea non receſſerint. l. ſi duo. ff. de acqui. hæred.
ubi Cin. & Bald. nu. iij. & l. hæredes mei. §. cùm ita.
ff. ad Senatusconſul. Trebell. ubi Barto. & Alexand.
nume. viij. & Soci. nu. xxxv. & Ripa nu. lxxviij. & c.
cauſam quæ, de reſcript. ubi Barb. & Abb. nume. iij.
vnde, cùm in præſenti negotio propria prouiſione
contrahentes ipſi à iuris diſpoſitione non receſſe-
14 rint, † quinimmo caſum hunc omittendo, iuris cen
ſuræ illum reliquiſſe intelligatur, conſequens eſt,
actorem hunc reiiciendum uideri, qui ſi aliud ſenſit
reticere non debuerat. d. l. ueteribus, & l. vnica. §. ſin
15 autem. C. de cadue. tollend. † lex enim uigilantibus
ſuccurrere ſolet. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit.
l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberan. & c. dam-
num, de reg. iur. in vj.

Quartò & ultimò ea quoq; ratione iudicandum
uideretur, emptorem utilia iura & actiones omnes,
quas uenditor in re habebat, acquirentem & præta-
xatam penſionem uiginti quatuor ducatorum ſolue-
re conſentientẽ in uenditoris ius ſuccedere omnino
intellexiſſe, ut quemadmodum etiam ex conuentio-
ne is onera & angarias ſoluere tenebatur, eidem
quoq; obligationi ſit ſubiectus. d. l. traditio, & l. ne-
mo plus iuris, & l. qui in alterius, de reg. iur. quod ſa
nè ex certa emptoris ipſius ſcientia pertractatum at-
que concluſum eſſe uidetur, ibi; prout conſtare di-
xerunt inſtrumento Venetiis celebrato per dominũ
Bñdictũ de Morinis ſub anno 1529. ſuſcepit enim
emptor onus penſionem ſoluendi, prout dixerunt, id
eſt iiſdẽ modis & cõditionibus, quibus ex priori do
cumẽto facta fuerat acquiſitio. c. Abbate, de verb. ſig.
& l. edita. C. de edẽ. ubi Bart. uerſ. expedita mã. & in
extrauag. ad reprimend. in uerſ. prout, & Bal. in d. l.
edita, uerſ. poſt hæc dicamus. & plures adducit Ale-
16 xan. conſ. iij. in ij. nu. i. ii. & iij. † Nec dubium eſt,
quin tabellioni ipſi partium aſſertionem referenti
plena fides adhiberi debeat. c. ad audientiam, de p̄-
ſcript. c. illud, de fid. inſtru. c. quoniam contrà, de
probat. ubi dixi in uerbo Tabellionem. & plures ad-
ducit Alexand. l. ſciendum. ff. de uerbo. obligation.
17 poſt Ro. & Ang. nu. xxxiij. † Quare cũ relatio ipſa ad
documentũ prioris acquiſitionis facta, cũ ſuis quali-
tatibus

tatibus intelligi debeat. l.j.§.fin.ubi Barto.circa fin. ff.ſi famil.furt.fec.dic.& l.j.ff. de aleat. & l. qui ſeruum.§.fin. uerſi.ſed quæro teſtator, de leg.ſecundo. quod Docto.non ſemel ex facto conſulti reſponderunt: Deci. conſi.ii.nume.xviij. & xlvii.nume.i. & ccxcii.nu.ii.& ccccxlix.nu.iii.& dxxxix.nu. ix. cõcludendum uidetur, Magnificum dominum Petrũ ſolutis fiſco collectis, & angariis integram uiginti quatuor ducatorum auri penſionem directæ Dominę perſoluere teneri,nec ullum aduerſus uenditorẽ eo nomine regreſſum habere poſſe.

Non obſtãt adducta in oppoſitum: & primò uẽditorem ipſum,onus hoc exprimere debuiſſe, alioquin tanquam uenditorem deceperit, iuris laqueos euadere non poſſe.d.l.ſi mercedem. §. fin. ff. de act. empt.& Bal.d.l.iij.C.de periculo & commodo rei uend.cum aliis ſuperius adductis. nam reſpondeo, & ſi nihil quod ad collectarum perſoluendarũ onera attinet,actum uideatur,actiuam tamen & paſſiuã contractus partem iuris diſpoſitioni acquieſcere uoluiſſe cenſendum eſt.d.l.ſi duo.ff.de acquir.hære.ubi Bald.cum aliis adductis. unde iuris diſpoſitio non facilè immutata pręſumitur. d.l.ſi cùm dotem. & d. l.unica.§.ſin autem.quare dolt allegatio hîc prorſus inepta uideri poſsit.

Secundò (ut dixi) ulterius ſuaderi poteſt, onus hoc ſoluendarum collectarum ab ipſo emptore ſilentio inuolutum non fuiſſe, propterca quòd tabellio ipſe aſſerat partium confeſsionem nõ defuiſſe ad prioris acquiſitionis documentum ſeſe referẽtium: quę quidem relatio cum uniuerſis qualitatibus & conditionibus prioris acquiſitionis intelligẽda eſt.d.l.j.ff.de aleat.ubi Bart.unde conſequens eſt, fruſtra nunc emptorem ſolùm quę mutuo conſenſu geſta fuerunt, retractare uelle: quod à iuris ratione alienum eſt.d.l.ab emptione.ff.de pac. l.i.ii.C.quãdo liceat ab emp.diſced.

Secundò nõ urget uenditorem ipſum teneri emptorem indemnem ſeruare,etiam in caſu portiunculæ euictæ.d.l.i.ff.de euict.idq; pręſertim cùm in ſpecie cautum id ſit.d.l.j.§.ſi conueniat. Quia reſpondeo, emptorem ipſum nullum intereſſe idcircò prętendere poſſe, qui collectarum onus in ſe ſuſcepiſſe cenſeatur,iuris diſpoſitionem non immutando, uel id etiam expreſſo conſenſu acceptando,ut ſupe-
18 rius oſtẽdi. Quod † n. ſemel probauit,non facilè diſ-
ſoluere poteſt.d.l.ab emptione.& l.ſicut.C.de act.& oblig. vnde cùm onus hoc ſciuerit, & contrahendo probauerit,euictionis nomine uenditorem uexare non poteſt.l.ſi fundum.C.de euict. & inde colligũt Docto. & Azo in ſumma eod.titu.num.ij. uerſ.quis agat.

Tertiò non urget, conditionem onus hoc perſoluendarum angariarum ad ipſum pertinere exprimere debuiſſe, ne aliâs dolosè reticuiſſe uideatur. d. l.hoc autem ſit.ff. de hęred.uel act.uendita.Quia reſpondeo,ſatis eum expreſsiſſe acquiſitionis illius documentum indicando,ut ex inſtrumento de confeſ-
19 ſione ipſa conſtat, † quæ ſanè confeſsio cùm omniũ
probationum uim excedat.l.proinde,la ij.§.illud.ff. ad leg.Aquil.& l.unica.C.de confeſs.& c. ult.extrà eodem. conſequens eſt, emptorem ipſum uenditionis ſilentium nunc fruſtra allegare,idque præſertim cùm et ſi nihil dictum fuiſſet, iuris diſpoſitionem ei ignorare non licuerit.c.j.de poſtulat.prælat. & c.j. de conſtit.in vj.ubi Gloſ. & Docto.& l.regula.ff.de iuris & facti ignoran.illum ipſum, huic oneri ſubijcientis.d.l. ij. C. de iure emphyt. quare ſibi imputet, ſi negligens fuit.d.l.pupillus.ff.quæ in fraudem credit.& d.§.et ſi præfatam. C.de iure deliberan.

Quartò & ultimò non urget contractus ipſius adducta ambiguitas. d.c.contra eum,de regul.iur.in vj. quia reſpondeo, nullam ſubeſſe ambiguitatem, ſiue iuris diſpoſitionem perpendamus interpretantis partes ab ea non recedere, cùm in ſpecie non exprimant.d. l. ſi extraneus. quinimmo in dubio ſeſe cum ea conformare uoluiſſe diiudicantis. d.l.hæredes mei. ſiue tractatum ipſarum intueamur, & ad prioris acquiſitionis inſtrumentum relationem factam: vnde Marcellus ipſe deprehendere potuerit angariarum perſoluẽdarum onus illi ipſi ex pactione incumbere.d.l.j.§.fi.ſi familia furtum fecil.dica. ubi Bart. quamobrem dominum uenditorem omninò abſoluendum cenſerem. Laus Deo, Patauij, pridie Kal. Octobris, 1555.

Portius Forocornelienſis.

SVBSCRIPTIONES.

VERAM & prorſus indubitatã arbitror eſſe cõcluſionẽ ſuprà firmatã per Excellentiſſ. Iuriſcõſ. mihi uti fratrem honorandiſſ. D. Iacobum Portium, Ego Hieronymus Torniellus Iuriconſul. Iur. Ciuil. interpres in fœliciſsimo Patauino Gymnaſio.in cuius fidem abſque aliqua additione, cùm dicta concluſio nullam uideatur habere difficultatem, & de ſola ſubſcriptione fuerim requiſitus, manu propria me ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum apponi iuſsi.

IDEM quod ſuprà concluſum fuit per Excellentiſſ. dominum Iacobum, dico ego quoq; Tiberius Decianus I. V. D. Vtinenſis, ac Iuris Ciuilis ordinarius profeſſor in hoc almo Patauino Gymnaſio, iuris eſſe,ſecundum ea quæ in facto propoſita ſunt;ideò in fidem de ſola ſubſcriptione rogatus, me manu propria ſubſcripſi, & ſigillo muniui, ſaluo ſemper etc.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Statuta maximam habere ſolent auctoritatem.*
2 *Antiquior præferendus eſt.*
3 *Statuta ſiue conſtitutiones ita legitimæ cenſentur,ſi canonicis non repugnant inſtitutionibus,*
4 *Priuilegij antecedentis expreſſa derogatio,facienda eſt in Principis reſcripto.& num.ſequen. aliàs derogatum minimè intelligitur.& uide nu. 41. cum multis ſeq. et num. 53.*
5 *Citari non debet quis, ſiue trahi ultra duas dietas ſuæ diœceſis.*
6 *Principis reſcripto non derogatur iuri communi, niſi ſpecialiter et clarè conſtet derogare uoluiſſe.*
7 *Reſcriptorum eſſentia ad ius commune ſpectat, etiam uerbis impropriè acceptis.*
8 *Statuta muniuntur communis iuris authoritate.*

9 *Princeps non præſumit iuris diſpoſitionē auferre uelle.*
10 *Diſpoſitio ſpecialis nominatimque facta efficacius diſponentis mentem declarat.*
11 *Clauſulæ derogatoriæ quando diſpoſitionem antecedentem abrogent.*
12 *Priuilegia ſpecialia, ſtatuta, uel conſuetudines non tolli per Principis conſtitutionem, et generales clauſulas derogatorias. ſed uide nu. 40.*
13 *Clauſulæ derogatoriæ & generales ad tollendum obreptionem tantùm tendunt, non autem ad ſingularia iura perimendum, niſi expreſſè derogatum fuerit. & nu. 15. & 24. ſed uide omninò 25. & ſeq. & 32. de communi opin. & nu. 56.*
14 *Reſcriptum minus deliberatè conceſſum fuiſſe exiſtimatur.*
15 *Clauſula non obſtantibus, quando præcedentibus priuilegijs præiudicet. & uide nu. 25. cum ſeq. & 46.*
16 *Princeps non poteſt auferre ius ex teſtamento alicui quæſitum, etiam cum clauſula non obſtante.*
17 *Clauſula, ſine alicuius præiudicio, ſubintelligitur in Principum reſcriptis, quæ ex interna iuris ratione ineſſe ſolet. & nu. 57.*
18 *Geminatio clauſulæ operatur, ut relaxatio difficilius exiſtimetur.*
19 *Iudicandum eſt pro poſſeſſore in dubijs.*
20 *Pontifex Maxi. in beneficiorum collationibus, Eccleſiarumq́; iuribus ſupremam habet ptātē, & nu. 51.*
21 *Pontifex licèt alicui conferendi facultatem conceſſerit, non ob id maiorem ſibi retinuiſſe, ambigendum eſt.*
22 *Legatus, ſiue Nuncius Apoſtolicæ ſedis, qui poteſtatem habet uacantia beneficia conferendi, à quibus abſtinere debeat.*
23 *Voluntas ſimul cum potentia ad humanos actus perficiendos requiritur.*
25 *Clauſula non obſtantibus etc. cuius ſit uirtutis, latius explicatur. & nu. 32. de communi opinione. & uide nu. 42. 43. 44. 45. cum ſeq.*
26 *Teſtamentum prius in quo erat clauſula derogatoria ſecundi, quo nam pacto quibusuè uerbis reuocandum ſit.*
27 *Princeps ſimplici ſuo reſcripto legem tollit, quæ tamen clauſulam non habeat derogatoriam, alias requiritur ſpecialis clauſula non obſtantibus etc. & uide nu. 46.*
28 *Legitimatio à Pontifice facta, ut ualeat, ſufficit, ꝙ ſubſit clauſula non obſtante lege in oppoſitū. et nu. 55.*
29 *Clauſula non obſtantibus conuentionibus mitis etc. nō ſe extendit ad conuentiones iudiciali decreto, uel iuramento confirmatas. & nu. 49.*
30 *Clauſula non obſtantibus, diſponentis mētem declarat, ut quod concedit, irritum eſſe nolit.*
31 *Reſcriptum prius à poſteriori derogatur ex clauſula certa ſcientia, etiam abſq; clauſula non obſtante. et uide nu. 46.*
33 *Subreptionis uitium & obreptionis tollitur per clauſulam non obſtantibus.*
34 *Mens ex uerbis colligitur.*
35 *Coniecturis non eſt opus in claris.*
36 *Inferior ſuperiori cedere debet.*
37 *Prouiſiones Apoſtolicas ultra xx. dies uigore conſuetudinis in aliqua Eccleſia uigentis de optanda pinguiori præbenda, differendas non eſſe.*
38 *Statutum tollitur ab clauſulam non obſtante.*
39 *Conſuetudo an & quando per clauſulam non obſtantibus etc. tollatur.*
41 *Clauſula derogatoria ſiue non obſtātibus, an indiuidua æquipolleat. & nu. 43.*
42 *Clauſula non obſtantibus, in reſcripto gratioſo omne oppoſitum tollit. & nu. ſequentibus.*
47 *Iuramenti uirtus maxima eſt.*
48 *Iuramentum diſſolui non debet, niſi ſolius æternæ ſalutis intuitu.*
50 *Prouerbium, Nodum in ſcirpo quærere.*
52 *Maiori ſublato, & id quod minus eſt, ſublatum eſſe intelligitur.*
54 *Derogatio ubi requiritur, ſufficit ꝙ per æquipollentem derogationem fiat. & nu. ſeq.*
55 *Clauſula generalis non obſtantibus quibuſcunq; legibus, ſufficit in legitimatione, licèt non dicatur, non obſtante tali lege. & uide ſuprà nu. 28.*
58 *Conceſſio ſiue priuilegium ita intelligi debet, ut aliquid operetur.*
59 *Conſenſus ubi interuenit & ſcientia, ibi ceſſat iniuria & præiudicium.*
60 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*
61 *Conſentiens legitimè, ſibi præiudicat.*

CONSILIVM XXXIII.

QVI VNVS VERITAS EST, MIHI ad lucis fontem digitum intendat, ne in tenebris ambulem.

EX FACTO proponitur, Leonē eius nominis decimū Ponti. ſummum in Eccleſia Bellunenſi, Io. Petri Piarij ſupplici libello annuentem, quòad is uiueret nouam Archipresbyteratus dignitatem inſtituiſſe, his propemodum uerbis: Nos igitur qui diuini cultus augmentum deſideramus etc. dictiq́ue Ioannis Petri propoſitum pium à dño commendādo huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, in dicta Eccleſia Bellunenſi vnam aliam dignitatem Archipresbyteratus nuncupandam pro vno Archipresbytero nuncupādo, qui inibi ſecunda dignitas poſt ipſum Decanum exiſtat, & illam obtinens ſtallum in choro, ac locū & uocem in Capitulo dictę Eccleſię Bellunenſis, & alijs actibus publicis & proceſsionibus immediatè poſt Decanum habere. Et in abſentia alicuius ex Canonicis dictæ Eccleſiæ Bellunēſis duntaxàt diſtributiones quotidianas eiſdem Canonicis in eadem Eccleſia diuinis officiis intereſſendo, & inibi reſidendo, debitas cum ea integritate, cum qua Canonici in dicta Eccleſia Bellunenſi reſidentes percipere de conſenſu dilectorum filiorum Capituli dictæ Eccleſiæ Bellunenſis debeat, ad ipſius Io. Petri uitam duntaxàt, ſiue alicuius præiudicio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, ac inſtituimus, ac illi ꝓ eius dote dictā Parochialem Eccleſiam quamdiù idem Io. Petrus Archipresbyteratum ꝓdictum obtinuerit, auctoritate & tenore prædictis vnimus, annectimus, & incorporamus etc. Quo circà

circà venerabilibus fratribus etc. non obſtantibus
uoluntate noſtra p̃dicta, ac F.R. Bonifacij Papę viij.
prędeceſſoris nr̃i, & aliis Apoſtolicis conſtitutioni-
bus & ordinationibus, ac dictæ Eccleſię Bellunenſis
& iuramento, confirmatione Apoſtolica, uel quauis
firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus
contrariis quibuſcumq;. Item à Clemente nominis
eius vij. Pont. Max. dignitatem eiuſmodi ultra Petri
ipſius uitam prorogatam fuiſſe, his quidem uerbis
concepto diplomate: Nos, qui dudum inter alia uo-
lumus etc. huiuſmodi nobis porrectis ſupplicationi-
bus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore p̃ntium
erectionem, institutionem, annexionem & incorpo
rationem p̃dictas in perpetuum prorogamus & extẽ-
dimus, illiusq; inſtitutionem perpetuò durare ac ua
lere in oĩbus & per omnia, perinde ac ſi per dictum
Leonem prędeceſſorem non ad uitam ipſius Io. Petri
duntaxát, ſed ad perpetuã rei memoriam factæ fuiſ-
ſent. necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper
his à quoq; quavis auctoritate, ſcienter uel ignoran-
ter contigerit attemptari decernimus, non obſtanti-
bus auctoritate nr̃a prędicta, & conſtitutionibus, &
ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſię Bellu-
nẽſis ſtatutis, & conſuetúdinibus, etiam iuramento,
confirmatione Apoſtolica, uel quavis firmitate alia
roboratis, necnon omnibus illis quæ dictus præde-
ceſſor in dictis literis uoluit non obſtare: cæterisq;
contrariis quibuſcunque.

Cæterùm, cum ſingulari eiuſdem Eccleſiæ conſti
tutione cautum ſit, abſente Decano, Canonico anti-
quiori ius competere Capitulum ipſum cõuocandi,
uſusq; eiuſdem Eccleſiæ uigeat, ut antiquior Cano-
nicus abſente Decano oĩa poſſit, q̃ pręſens ille confi
cit. cui conſtitutioni cũ nominatim Pontificiis lr̃is
derogatum non uideatur, antiquior ipſe Canonicus
nunc quoq; contendit ius Decani abſentis ſibi com
petere. Archipresbyter uerò munus illud ad ſe ipſum
pertinere aſſerit, ueluti qui in dignitate ipſa imme-
diatè poſt Decanum conſtitutus ſit, adiecta deroga-
toria clauſula reſpectu conſtitutionum generalium,
& eiuſdem Eccleſiæ Bellunenſis ſingularium. Cano-
nicus autem replicando aſſeuerat, id quidẽ uerũ eſſe,
ius tamen antiquitati competens clauſulæ illius uir
tute ſublatum non fuiſſe: cùm Pont. Max. ſine pręiu-
dicio alicuius dignitatis huius eſſentiam inductam
fuiſſe teſtetur. Quãobrem quæſitum eſt, uter potio
rem cãm foueat? Et prima quidem facie cenſendum
uideretur ipſi antiquiori Canonico, abſente Decano
ius ad eum pręſentem pertinens omninò cõpetere.
Bellunenſis enim Eccleſiæ ſingulari conſtitutione
cautũ eſt, ipſi Decano abſẽte, niſi vicesgerentem cõſti
tuerit, antiquiorem Canonicũ ea q̃ ad Decanũ p̃tinẽ
pertinent, cõficere debere. Et ſub rubr. de capitulo
Bellunenſe cõgreg. & de pœn. nõ uenientium. ita dr̃.

Statuimus quoque pro bono Eccleſiæ & Capitu-
li Bellunenſis, quòd vno & ſingulo menſe ad minus
in prima hebdomada menſis, uel ante quàm tran-
ſeant octo dies menſis, debeant oẽs reſidentes Cano
nici citati per Nuntium iuratum ad Capitulum con
uenire, ut Eccleſię prouideant de utilibus & neceſ-
ſariis; & ad hoc teneatur Decanus uel eius Vicege-
rens, ſiue ipſis ceſſantibus uel abſentibus antiquior
Canonicus reſidens, niſi fortè, etc.

Statuimus etiam q̃ abſente Decano uel non reſi-
dente eius Vicegerens percipiat & habere debeat
duos cãdelottos, prout de Decano dictum eſt, quod
idem ſeruetur in antiquiori Canonico præſente, ſi
non fuerit Decanus uel etiam Vicegerens, ipſo uerò
Decano præſente & reſidente, non debeat Vicege-
rens eius, uel antiquior Canonicus, niſi ſolum vnum
candelottum recipere, prout de aliis obſeruatur.

1 Cuius quidem † ſingularis iuris cùm maxima eſ-
ſe ſoleat auctoritas. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.
ibi, partim iure ſuo proprio utuntur. Barto. Seuer. &
Iaſ. pluribus quęſtionibus tradunt, & §. ius autem,
inſti. de iure nat. gent. & ciu. ibi, quod ſibi quoque
conſtituit ciuitas. & c. ius ciuile cit. diſt. j. & D. Aug.
lib. de fid. chriſt. ſcriptum reliquit, priuatis conſti-
tutionibus & propriis informationibus unam quãq;
Eccleſiam pro locorum uarietate, prout cuique ui-
ſum eſt, ſubſiſtere & regi. c. Catholica. x. diſtinct. ubi
Archi. aduertit. idq; potiſsimùm in præſenti nego-
2 tio conſtituendum uidetur, † cùm ſingulis huius
conſtitutionis deciſio iuris communis diſpoſitioni
antiquiorem præferentis conuenire uideatur. c. j. de
maiorit. & obed. ibi, qui prius. & Bernar. in uer. fue-
rit. Hoſti. & Io. And. aduertunt. & c. vltimo, xxviij.
diſt. & tradunt omnes in l. cùm quid. ff. ſi cert. peta.
3 † ea enim lege ſingularis alicuius conſtitutio legiti-
ma cenſeri ſolet, ſi canonicis non repugnet inſtitu-
tionibus. c. quod ſuper iis, eo. tit. de maiorit. & obe.
ibi, dummodo in ipſa Synodo. Abb. in ij. not. num. j.
poſt ueteres, & c. inſtitutionis, xxv. q. ij. & uidit Io.
And. c. ult. de offic. Archi. & c. ult. de appell. in vj. &
Fede. Senen. ex facto conſultus reſpondit conſ. xvij.
Quare concludendum uidetur, etiam hodie in ipſa
Bellunenſi Eccleſia antiquiori Canonico ius com-
petere ea conficiendi, quę ad præſentem Decanum
pertinere ſolent.

Secundò idem, poſtquàm Leonis decimi aucto
ritate Archipresbyteratus dignitas in Eccleſia Bellu
nenſi inſtituta eſt, ſiue Clementis ipſius facultate
prorogata diiudicandum uideretur. nam, licèt ſum
mus ipſe Pontifex Archipresbyteratus dignitatem
in Eccleſia illa ſecundam poſt Epiſcopum inſtitue-
rit, & immediatè primam poſt Decanum; non id-
circò inferri uidetur generalis illius clauſulæ uirtu-
te non obſtantibus etc. eiuſdem Eccleſiæ particula-
res conſtitutiones abſtuliſſe, quibus in ſpecie cau-
tum eſt, ut abſente ipſo Decano antiquior Cano-
4 nicus uices eius gerere debeat. † derogationẽ enim
antecedentis diſpoſitionis in reſcripto Principis in
ſpecie atq; expreſsè fieri oportere, traditum eſt. c.
nonnulli, de reſcript. in fin. prin. uerſ. niſi de aſſenſu
5 partiũ. ubi Glo. in uerbo fecerint mentionem. † Cũ
enim in generali Concilio Innocentius tertius con-
ſtituiſſet, neminem ultra duas dietas illius diœceſis
literarum Apoſtolicarum auctoritate trahẽdum, niſi
communi partium conſenſu impetratæ ſint, uel ex-
preſsè fecerint conſtitutionis illius mentionem.
Bernard. gloſſator in uerſ. fecerint, inde colligi cẽ-
ſuit in reſcriptis ipſis ſpecialem conſtitutionis il-
lius mentionem faciendam, alioquin ei derogatum
nõ cenſeri. quod Hoſt. intelligit, dũmodò in reſcri-

pio ſubſit clauſula non obſtante cōſtitutione de dua
bus dietis,& Io.And.ibi,in uer.fecerint.poſt Franc.
concludit, legatorum literis illi conſtitutioni de-
rogari non poſſe. Clemen. per literas, in fine, de
præb.& Bal.ibi num.is.uerſ.capio Gloſ.ut ſi ita. &
uerſi.& ſic patet.concludit in ipſo reſcripto obſtan-
tis conſtitutionis mentionem faciendam, alioquin
uirtutem illius communis iuris auctoritate elidi. &
6 †But.nu.xxiij.uerſ.dic.cenſuit reſcripti Principis au
ctoritate communis iuris diſpoſitioni, niſi id clarè
conſtet, derogatum non intelligi. c.ex tuarum, de
auct.& uſu pall.c.ſuper eo, de off.& pot.iud.deleg.
7 †cùm enim reſcriptorum eſſentia ad iuris commu-
nis cuſtodiam pertineat, etiam uerbis impropriè ac-
ceptis.c. cauſam quæ, de reſcript. ubi omnes colli-
gunt.& auct.quę ſupplicatio. C.de precib. Imp.off.
Io.And.But.Abb.& Deci.in rub. eo. tit.de reſcript.
aduertunt: conſequens eſſe uidetur ſingularibus ſu-
prà dictis ſtatutis ſufficienter derogatum non cen-
ſeri.

Tertò tandem concluſionem munire uidetur,
8 quòd dici ſolet, † iura ipſa ſingularis in qualibet
vniuerſitate communis diſpoſitionis auctoritate ni-
ti.d.l.omnes populi.& d.§.ius autem ciuile.& c.cùm
9 omnes,de conſti. †& cùm Princeps ipſe diſpoſitio-
nem huiuſmodi auferre uelle, haud facilè credatur.
d.c.cauſam quæ.& l.falsò.C.de diuerſ. reſcrip. in-
ferri poſſe uidetur, clauſulas quaſcunq; obſtan-
tiarum generales in ſpecie ac nominatim anteceden
tem conſtitutionem non tollere. Quippè quòd de-
ſtruens facultas non minus certa eſſe debeat illa, quę
conſtruxit.c.j.de reg.iur.in antiq.& c.propoſuit, de
conceſs.præbend.& l.nihil tam naturale. ff.de regu.
10 iur. † ſpecialis etenim & nominatim facta diſpoſi-
tio efficacius eius, qui diſponit mentem declarare
cenſetur.l.item apud Labeonem. §. hoc autem edi-
ctum.& l.item prætor dixit, in prin.ff.de iniur. & l.
in toto iure.ff.de reg.iur. ubi pluribus exēplis Dec.
11 † & Cagn. † Qua ratione non defuerunt, qui in ſcri
ptis Principum clauſulas huiuſmodi derogatorias
diſpoſitionem antecedentem in ſpecie & nomina-
tim abrogare oportere tradiderint, Guliel.de Mon-
te Laudu.in extrauag.ſedes Apoſtolica.Io xxij.in-
ter extrauag.communes ſub tit. de off.deleg.in ver.
12 immutari. † inde enim argumentum elici cenſuit,
etiam in Principis conſtitutione, quod fortius ui-
detur, tametſi & ſolemniter & publicè edita, licèt etiā
omnes non obſtantiarum clauſulas contineat, ſpe-
cialia tamen priuilegia, ſtatuta uel conſuetudines nō
tolli. cuius quidem concluſionis hanc ille rationem
13 ſubiicit; † quia non obſtantiæ huiuſmodi ad tollē-
dam obreptionem tantùm tendant, nō autem ad hu-
iuſmodi ſingularia iura perimenda. quam ſanè con-
cluſionem plures ſequi uidentur in c.ei qui, de pręb.
in vj ubi Archi.Gemi.& Franc.& Robertus & Gal-
lab. olim inter ſacros dominos Rom. Rotæ cenſuiſ-
ſe, deciſum extat deciſ. j. ſecundum nouam impreſ-
ſionem titu.de præb.in no.& plures adducit Feli. in
d.c.nonnulli, de reſcript.nu. xxiij. uerſ. octaua con-
cluſio. Et idcircò Rui.conſ.xxix.nu.v.in j.& lxxxiij.
nu.ij.eod.lib.& lxxj.nu xxvj.in ij.& clviij.num.ij.in
j.clauſulam huiuſmodi uitium ſurreptionis & obre-
ptionis tollere reſpondit. quam ſententiam fulcire
uidetur conditio ſingularium conſtitutionum, quæ
in facto cōſiſtunt, & idcircò Canon expreſsè eis de-
rogandum decernit, c.j.de conſtit.in vj.ibi, niſi ex-
preſsè. & Gloſ. in uerſ. noſcatur.uerſ.& potuit, ra-
14 tionem reddit, † quòd reſcriptum minus delibera-
tè conceſſum exiſtimetur: & ſuperius dixi, reſcri-
ptorū ſubſtantiam inter aliquos iuris communis di-
ſpoſitionem ex propria conditione tueri. d. c. cau-
ſam quæ. Io. And.& alij rub.eo.titu. de reſcript. vn-
de à ueteribus noſtris clauſulam huiuſmodi per quā
ſtrictè intelligendam eſſe in uariis factorum ſpecie-
bus traditum eſt. Lauren. de Rodul. in conſ. poſito
in libro report. D.Antonij Butrij ſuper quarto lib.
Decret.& Corn.conſi.cccxlij.in j.litera L. uerſi.re-
15 ſtat. † reſcripto Apoſtolico, ut nullus à charitatiui
ſubſidij ſolutione ſit exemptus, non obſtantibus qui
buſcunque etc. cenſuit non præiudicari Monachis
Sancti Laurentij,& in ſpecie & in genere exemptis.
& ideò, cùm in decreto Princeps caniſſet, nulla eius
conceſſione iuri alteri quæſito derogatum intelli-
gi, niſi adiectum eſſet, non obſtante, quòd alteri ius
quæſitum ſit, Alexand. reſpondit generali clauſula
non obſtante eiuſdem decreti uirtutem non eſſe ſu-
blatam.conſi.lxxxvij.nume.iij. in iij. Cùm enim re-
ſcriptorum natura ad iuris cōmunis cuſtodiam per-
tineat.d.c.cauſam quæ, de reſcript.& d.l.falsò. C.de
diuerſ.reſcrip.conſtat, ſi contingat ius alterius pror
ſus abſorberi, omninò reiici ſolere.l.quoties.& l.re-
ſcripta.C.de preci.Impe.offer. vnde clauſulæ huius
non obſtante, in reſcripto gratioſo appoſitæ, eius
auctoritate particularia ſtatuta ſublata intelligun-
tur, quibus non ſublatis gratiæ effectus perpetuò
extingueretur.Gloſ.c.cum aliquibus, de reſcript.in
vj.ſecus ſi differatur.c.ſi propter, eod.titu.in vj. &
Calder.reſpondit conſi. xiij. de reb.Eccleſ.non alie.
& conſ.j.de reſcript.& Corn. conſ.lxvij. litera I. in
16 tertio. † Et idcircò, ſi contingat teſtamenti aucto-
ritate ius alicui competere, uix eſt, ut Principis re-
ſcripto, etiam clauſula non obſtante munito, poſsit
auferri.l.ſi teſtamentum.C.de teſtamen.quod Fulg.
reſpondit conſi.lxj.uerſ.quartò quia.vnde cùm Prin
ceps Comiti Palatino indulſiſſet, ut baſtardos abſq;
legitimorum hæredum præiudicio natalibus reſti-
tuere poſſet, idem Fulg.conſ.lxij. uerſ.nec ex clauſu-
la non obſtante, legitimis filiis pręiudicatum fuiſſe
dicit. Quamobrem in propoſita ſpecie cùm Bellu-
nenſis Eccleſiæ ſtatuta non uideantur expreſſa, con-
ſequens eſſe uidetur illis derogatum non cenſeri. d.
c.j.de conſtit.in vj.ubi Glo. in uer.noſcatur.& Glo.
in auten.in medio litis non fieri ſac.in uerb.expreſ-
ſim,& Corn.conſi.xvij.in ij. litera K.

Quartò & antiquioris canonici ius fouere uide-
tur, quòd Pontifex ipſe ſummus in eius gratioſo re-
ſcripto clarè uideatur expreſsiſſe Bellunenſis Eccle-
ſię cum alterius præiudicio conſtitutiones immuta-
re noluiſſe: ibi, huiuſmodi ſupplicationibus incli-
nati. & ibi inferius de conſenſu dictorum filiorum
Capituli dictę Eccleſię Bellunenſis percipere debeat
17 ad ipſius Ioan.Petri uitam dumtaxàt † ſine alicuius
pręiudicio etc. quæ ſanè clauſula cùm ex interna iu-
ris ratione reſcriptis ineſſe ſoleat.c.ſuper eo, de offi.
deleg.

deleg.c.ex tuarum,de uſu & auct.pallij.& c.ex mul-
tiplici.de decim.& l.ii.§.ſi quia.ff.ne quid in loco
publ.ſanè inferri uidetur, huiuſmodi clauſulę in-
18 ternam hanc eſſe uirtutem,† ut propter reiterationě
eius,relaxationem difficiliorem exiſtimemus. c.j.&
ii.de treg.& pace.ubi Abb.& aucten.itaque.C.com-
munia de ſucceſſ.& l.Baliſta.ff.ad S.C.T.& l.in toto
de reg.iur.& c.ſtuduiſti,de off.leg.& c.j.de reſcr.vbi
omnes diſpoſitionis ſpecialis vim efficatiorē aduer-
tunt.Vnde concludendum uideatur,etiam dignita-
tis nouę inſtitutione & prorogatione ius Decani ab
ſentis antiquiori Canonico cōpetēs auctoritate pro-
prij iuris Bellunēſis Eccleſiæ ſublatū non intelligi.
19 † Idque potiſsimùm cū ij Capitulum ipſum in huius
iuris quaſi poſſeſsione perſtiterit,unde pro eo diiu-
dicandum ſit.c.ſępe,de reſtit.ſpol.ibi,commodum,
& c.cùm partium iura,de reg.iur.in vj.& l.ijs qui ff.
de rei uendic.cùm ſimilib.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum ſecū-
dum iuris noſtri rationem uerius eſſe diiudicandum
cenſeo.quod immo huiuſmodi reſcripti auctoritate
cuique Bellunenſis Eccleſiæ ſingulari iuri derogatū
fuerit clauſulæ illius non obſtantibus etc. virtute.&
idcircò Reuerendū ipſum Archipresbyterum abſen-
te Decano primas ferre, & Capitulum conuocandi
atque alia ad Decanum pręſentem pertinentia exer-
cendi,ius habere,non autem antiquiorem ipſum Ca-
nonicum: quod pluribus rationibus probari poſſe
20 oſtendo. Et † primò,quin Pont.Max.id ipſum po-
tuerit nephas aſſeuerare exiſtimo; quippè quòd in
ſacerdotiorum collationibus & Eccleſiarum iuribus
pertractandis ſupremam habeat facultatem.c.pro-
poſuit, de conceſsione præbendę,ibi,qui ſecundum
plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius
diſpenſare.ubi Glo.in uerb.ſupra ius.& But.nu.vij.
verſic.& ad hoc quotidie allegatur.& Imo.& Abb.
nu.vi.uerſ.ſed nota ex iſto textu,& nu.xij.verſic.ſed
Papa poteſt.Inno.& Hoſt.in c.quanto, de iureiur.
& c.quanto,de tranſlat.prælatorum.c.ſolitę,de ma-
21 ior.& obed.† Quocircà.cùm executori conferendi
facultatem ſacerdos ſummus conceſsiſſet, maiorem
tamen ſibi retinuiſſe non ambigitur.c.dudum.§.ſi
igitur,ibi,nobis tamen maiorem,de præb.in vj.ubi
Gemi.nu.v.uerſ.nota ex ij.parte.& reſponſum atq;
deciſum extat:Cald.conſ.v.tit.de præb.& ſacra Ro.
Rota ult.deciſ.tit.de offi.delegati in antiquis decre-
22 uit,† Legatum ſeu Nuncium Apoſtolicæ ſedis facul-
tatem habentem ſacerdotia qualitercunque uacan-
tia conferendi,ab ijs tamen abſtinere debere; quæ
conſtitutionis execrabilis auctoritate uacent,uel ge-
nerali Pontificiæ ſedis diſpoſitione affecta ſint.idem
deciſ.j.eo.tit.ſecundum nouam impreſsionem eadē
Ro.Rota decreuit.Caſsiod.deciſ.v.de conceſſ.pręb.
nu.ij.& iij.concludit, Summi Pont.eam eſſe facul-
tatem,ut expectantes præuenire ualeat,quod in Le-
gato ſecus eſt.
23 † Ceterùm,cùm uoluntas unà cum facultate hu-
manos actus conficiendi coniuncta requiratur.l.j.
§.uſus.ff.de procurat.ibi, qui nolunt uel non poſ-
ſunt.Abb.& Bal.aduertunt.& l.nepos Proculo.ff.de
uerb.ſig.ubi Alci.& c.paſtoralis.§.adiicimus.de off.
deleg.ibi,ſi aliquis ex ipſis cùm poſſit, noluerit. ubi
Glo.in uerb.cùm poſsit.& in §.ſexta,ibi, ſi reus no-
lit ſtatim uel non poſsit.ubi But.Ancb.Abb.& De-
ci.animaduertunt.& ſummum ipſum Pōtificem cu-
iuſcunque iuri ſiue communi ſiue ſingulari Bellu-
nenſis Eccleſiæ derogare uoluiſſe, pluribus ſignis
& certis coniecturis oſtendi poſſe non ambigo.
24 Et † primò.ſi clauſulæ illius uim intueamur,non
abſentibus,uoluntate noſtra prædicta.& F.R.Boni-
facij Papæ viij.prædeceſſoris noſtri,& aliis Apoſto-
licis conſtitutionibus etc.unde infertur, communis
iuris quibuſcunque contrariis diſpoſitionibus dero
gatum intelligi.d.c.propoſuit.& c.cuncta.ix.q.iii.
c.nemo.c.alius,ex cauſa.viij.q.Nihil enim tam pro-
prium eſt legiſlatoris,quàm ut is poſsit deſtruere,
qui conſtruendi facultatem habuit.l.eius eſt uelle.ff.
de reg.iur.l.nihil tam,eo.tit.& c.j.de reg.iur.in an-
25 tiquis.nec dubium eſt,† quin huius clauſulæ nō ob-
ſtantibus legibus contrarium diſponentibus, ea ſit
uirtus, ut iuri communi etiam derogatoriam clau-
ſulam habenti derogatum intelligatur. quod docuit
Bart.in l.fin.C.ſi contra ius uel util.publ.uerſic.ſed
de hoc eſt dubium.ubi poſt ueteres concludit, legi
clauſulam derogatoriam habenti derogatum exiſti-
mari,tam & ſi nominatim & in indiuiduo lex ipſa
expreſſa non ſit.& ei aſtipulantur Bal.Fulg.Salı.&
Iaſ.& idem Bar.in l.ſi quis in principio.ff.de legat.
iij.uerſ.dico ergo quod debemus inſpicere, conclu-
26 dit in ſpecie† prius teſtamentum reuocatum intelli-
gi in quo clauſula derogatoria erat,cum quis poſte-
riori prius factum reuocat,& cauit ſeſe uelle poſte-
rius ualere.& ibi plures in add.adduxit Alex.& idem
Bar.in extrauag.ad reprim.in uerb.non obſtantibus
uerſ.ſed puto quòd ſufficiat, egregiè loquitur.But.
& Abb.nu.x.in d.c.nonnulli,de reſcrip.ubi Fel.nu.
xxi.xxxix.& lxxix.pro qua concluſione paſsim à
ueteribus noſtris reſponſum extat in non abſimili-
bus factorum ſpeciebus.Old.conſi.cccxxij.Attento
themate,reſpondit, cùm Pontifex ſtudenti indulliſ-
ſet,ut non obſtantibus quibuſcunque ſtatuti abſens
fructus perciperet,ſublatam ſtatuti primæ reſiden-
tiæ diſpoſitionem,quo cauebatur, ut tanto tempore
quis reſidere teneatur, aliàs nihil habeat. cum enim
generaliter huiuſmodi clauſula quamlibet iuris ſpe-
ciem Pontifex abrogarit; aliter interpretari nō de-
bet,ne aliàs gratia nihil operaretur.c.quia ſępe.&c.
cùm non deceat,de elect.in vj.Caſt.conſi.xxviij.idē
reſpondit lib.j.nu.vj.uerſ.ſecundò eſt uidendum.&
idem Caſtr.conſi.xij.in ij.uerſ.dubitatur.nu.iij.ſe-
27 quendo Bar.† ſimplici reſcripto Principis legem tol
li, concludit, clauſulam derogatoriam non haben-
tem,abſque clauſula non obſtante.at ſi derogatoria
clauſula ſubſit,ſpecialem hanc clauſulam non obſtā-
tibus legibus in contrarium &c.ſufficere,cum Bart.
concludit.quod & Dy.in c.quod ſemel, de regu.iur.
in vj.uerſ.ſed ſi ſpecialiter reuocaret.& idem Anch.
conſi.ccca.iuris communis mentio non fieri opor-
tere principis reſcripto reſpondit.nu.vij.uerſic.non
obſt.quòd Papa.ſatis enim expreſſa hęc derogatio
& ſpecialis eſſe cenſetur,ut clauſula hęc iuris ante-
cedentis oppoſiti diſpoſitionem tollat.d.c.j.in ij.re-
ſponſo de conſtit.in vj.ubi Glo.in uerb.expreſsè in
28 fin.† idem Cuma.in conſi.clxviij.in fin.uerſic. quod

autem

autem concludit legitimationemab ipſo Pontifice
factam ſufficere,ſi ſubſit clauſula non obſtante lege
29 in oppoſitum.† Quocircà Rom.conſi.ccccıiij.verſ.
cæterùm,reſpondit,conſtitutionem ſuperuenićtem
uigore clauſulæ derogatoriæ nõ obſtantibus cõuen-
tionibus initis,nõ intelligi de illis, quę iudiciali de
creto uel iuramento ſunt confirmatæ. Vnde uidetur
innuere clauſulæ effectum liberum eſſe impedimẽtis
illis ſublatis & ceſſantibus.Quamobrem,cùm ante-
rior diſpoſitio derogatoria ſit,& poſterior illam ip-
ſam elidit , ſi de mente diſponentis ab ea recedere
nolentis ſaltem in gemere uel in ſpecie non appareat
d.l.ſi quis in principio, deleg.iij.& l.ſi mihi & tibi.
30 §.in leg.eo.tit.ubi Glo.& Docto. † clauſulam enim
hanc diſponentis intentionem declarare non ambi-
gitur,ut id quod concedit,irritum eſſe nolit.Bald.l.
eam quam.C.de fideicommiſ.uer.ſed pone quidam.
& Fulg.conſi.cliii.uerſ.nam prior diſpoſitio.& Are.
conſi.cv.in tertio dubio uerſ.nam clauſula nõ ob-
ſtante.& Curt.ſenior cooſ.lav.nu.xiii. & Rui.conſ.
ccix.nu.j.& clix.nu.ij.in j.& lxxi.nu. xxvi.lib.ij.mul
tò fortius in prȩſenti propoſito ſingularibus iuribus
Bellunenſis Eccleſiæ derogatum cenſeri debet , ne
aliàs gratiæ huius effectus illuderetur.& idem Fulg.
31 in conſ.clv.reſpõdit,† reſcriptum à Martino quin-
to Iudęis conceſſum,ut ſecundum antiquas conſue-
tudines locorũ ubi habitant etc. ex certa ſcientia,ẽt
abſque clauſula non obſtante , conſtitutioni ab In-
nocent.iij.in Concilio Lateranenſi ædiæ derogatũ
intelligi. cap. in non nullis , de iudic. Vnde fortius
cùm prior diſpoſitio derogationem nullam habeat
poſteriorem clauſulam non obſtante, operari, idem
Fulg.reſpondit,niſi defectus poteſtatis in ſecundo
actu ſubſit,in conſi.clxx. & Io.ab Imola conſil.clxx.
nu.ii.concludit, derogatorię clauſulæ non obſtan-
te,eam eſſe uirtutem,ut oppoſitas deroget diſpoſi-
ſitiones prȩcedentes,dũmodò de uolũtate reſcriben
tis ad id legitimam facultatem habentis appareat .
32 † & hanc ſententiam communem atteſtatur. Alexã.
conſi.claxvii.in v.nu.xvij. poſt Io. And.in cap. j.de
poſtu. prælato. in qualibet materia ſpecialem hanc
clauſulam non obſtantibus legibus in contrarium
facientibus quibuſcunque,tam & ſi nominatim non
exprimentur.quod ex mente Iacob.Rau.Bar.& Bal.
eſſe teſtatur in d.l.fin.C.ſi contra ius uel uti. publ.
& Albe.in d.l.quoties.C.de precib.Impe.offe.hanc
ipſam ſententiam communem teſtatur. & Butr. l.
præſcriptione.C.ſi contra ius. & Deci. plures refert
conſi.x.nu.viij. verſ.ſed quando dicitur non obſtan-
te. ubi ex mente Bar.concludit, clauſulam hanc nõ
obſtante lege,quæ oppoſitum diſponeret derogato-
riæ legi priori derogare.& Reuerendiſſimus Card.
33 Pariſ.conſi.i.nu.xxa.lib.iiii. † uitium ſubreptionis
& obreptionis auferri & rei iudicatæ auctoritatem
huius ipſius clauſulæ generalis non obſtantibus qui-
buſcunque legibus contrarium diſponentibus con-
cludit. Quare cùm Leonis decimi & Clementis ſe-
ptimi,ſummorum Pontificum in propoſito caſu ſit
perſpicua intentio,uolentium huic ipſi conceſſioni
nullã legẽ cuiuſcunq; prædeceſſoris ei repugnãtem
obſtare poſſe,conſequens eſſe multò fortius eos ip-
ſos cenſeri particularibus Bellunenſis Eccleſiæ Sta-
tutis nullam derogatoriam clauſulam habentibus
derogare uoluiſſe.d.c.j.de conſti.in vj.d.c.non nul-
li, de reſcri.cum aliis ſuperius adductis.

Secundò uoluiſſe Pontificem ſummum huius gra-
tioſi reſcripti auctoritate ſingulari Eccleſiæ Bellu-
nenſis iuri derogare, ea ratione probatur, qua tra-
34 ditum eſt,† mentem ex uerbis ipſis clarè colligi. c.
intelligentia,de uerb.ſign.c.Marchion.j.q.j.& l.ille
aut ille.ff.de hæred.inſti.& l.j.§.ſi is qui nauem.ff.de
exercit. ibi , in re igitur ambigua uerbis edicti &c.
ſubijcitur in ipſa clauſula derogatoria, ac dictæ Ec-
cleſię Bellunenſis etiam iuramento confirmatione
apoſtolica , uel quauis firmitate alia roboratis ſta-
35 tutis & conſuetudinibus.† Vnde, cùm diſpoſitionis
ipſius uerba ſint clara,coniecturarum ſubſidio opus
non eſt.l. continuus.ff.de uerb.obli.c.ueſtra,de co-
hab.cler.& mulier.Et idcircò prorſus reſcripti hu-
ius auctoritate propriis Bellunenſis Eccleſię iuribus
derogatum intelligi debet.l.quod conſtitutum.ff.ad
municip.& c.ſignificante,ubi Bal.de appell. l.Gal-
lus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſth.in ij.not.& l.iu fraudẽ.
36 §.fin.ff.de teſtam.milit.nam iuris ratio dictat , † in-
ferioris diſpoſitionẽ ſuperiori cedere dẽre. c. inno-
tuit.de elect.ibi nobis tamen.& c.inferior ſedes.xxj.
diſt.& c.cùm inferior,de maior.& obed.& Clemẽne
37 Romani, de elect.† Qua rõne Bonifa.viij.ſtatuit apo
ſtolicas prouiſiones ultra xx. dies uigore conſuetu-
dinis in aliqua Eccleſia uigentis de optãda pinguio-
ri prȩbenda differendas non eſſe.c.fin.in fin.de con-
ſu.in vj.& ibi Glo.in verb.duntaxàt,& verb.manda-
ta,aduertit . & Archid.in fi.nu.iii. uerſ. nam Capi-
tulum.& Io.And.uerſ.quod allegat contra Papam.
& Ancha.uerſ.quęro Papa.& Gemin.in i.& ii. not.
& inferius nu.vii.uerſ.quęro quid operetur hęc clau
38 ſula non obſtante , † ubi concludit tolli ſtatutum,
quando eo obſeruato gratioſi reſcripti effectus ex-
tingueretur;ut in prȩſenti negotio reſpectu digni-
tatis Archipresbyteratus immediatè poſt Decanum
inſtitutę contingeret.& ibi Francus Peruſ. nu. vi.§.
in præbendis.uerſ.aut reſeruario fit,omnino cõclu-
39 dit,† etiam in reſcripto ad inſtantiam partis cõceſ-
ſo conſuetudinem de optanda tolli quando eius ex-
preſſa mentio facta proponitur.& in c.quia ſæpe.&
d.c.cum non deceat.ubi omnes aduertunt de elect.
in vi.& Bart.Fulg.& Sali.in d.l.fin. C. ſi contra ius
uel util.publ.& aliis locis ſuprà adductis . quæ ſanè
concluſio ex pluribus ueterum reſponſis in non diſ-
ſimilibus caſibus probari poſſe uidetur. Anto. Butr.
40 conſi.ii.nu.iii.& iiii.† clauſulam hanc non obſtan-
tibus quibuſcunque etc.ſingularium iurium diſpo-
ſitionem auferre reſpondit: quibus non ſublatis gra
tię effectus eluderetur.Gl.c.cum aliquibus , de re-
ſcrip.in vi.ſecus ſi differatur.c.ſi propter,eo. titu.in
vi.& Calde.reſpondit conſi.aiii.de reb. Eccleſ. non
alie.& conſi.i.de reſc.& Corn.conſi.lxvii. litera D.
41 in iii.† ubi concludit clauſulam derogatoriam æqui
pollentem indiuiduæ nominationi ſufficere . Card.
42 Zab.conſi.xav.nu.xiii.† clauſulam non obſtantibus
in reſcripto gratioſo omne oppoſitum euellere cẽ-
ſuit, unde gratiæ effectus impediri poſſit. & Domi-
ni.de Sancto Gemini.conſi.xaxia.num.v.uerſic. ſed
quò ad caſum noſtrum , concludit , optionem præ-

bendæ tunc fieri non poſſe, cùm reſcriptum eſt à
ſummo Pontifice non obſtantibus quibuſcunque
conſuetudinibus uel ſtatutis: quo ſanè caſu optan-
di conſuetudo ſublata cenſetur.c.ſi perpetus, de re-
ſcrip.in vj.& c.quanuis,eo.tit.ubi Lapus, & Abb.
& d.c.fin.de conſuetud.eo.lib. & Reuerendiſsimus
43 Card.Pariſ.conſi.x.nu.viij.in iiij.† hanc ipſam ſpe-
cialem derogationem affirmat,ſi in reſcripto ſubii-
ciatur aliqua lege uel ſtatuto in contrarium facien-
tibus non obſtantibus, prout ante illum reſpondit
Iaſ.conſ.lvj.in prin.nu.iii.uerſ.iij.& iiij.moueor.&
conſi.lxxv.eo.uol.& clvii.in ii.niſi diſpoſitio præce-
dens in contractum tranſiſſet,uel derogatoriam re-
ſpectu ſequentium haberet maximè prægnantem.
44 quod idem diſcuſſit conſi.cv.in j.† Et idcircò ſacra
Ro.Rota quandoque decidit deciſ.v.in nou. ſecun-
dum nouam impreſs.tit.de conſuet.cùm mandatum
ſit alicui de maiori præbenda prouideri nõ obſtanti-
bus ſtatutis& cõſuetudinibus quibuſcũq;,& maximè
illis quibus cauetur, neminẽ poſſe hẽre maiorẽ,niſi
prius minorẽ habuerit,cõſuetudinẽ optandi,ſublatã
cenſeri.& in antiquis deciſ.xlj.de conceſſ.præb.de-
ciſum extat, derogatoriarum clauſularum auctorita
te cenſeri Eccleſiarum ſtatutis derogatum requiren
tibus ipſo actu ſacerdotium,dummodò quis uel ꝓ-
ximis tẽporibus promoueri ualeat. quod docuit Io.
And.c.ſi pro clericis pauperibus.& c.ſi cui,de præb.
in vi.& plures adducit Feli.hoc ipſum probantes in
d.c.nonnulli,de reſcri.uerſ.octaua concluſio.c.Ro-
manorum.xix.diſt.& l.qui iure,de teſta.mili.& do-
cuit Bal.in auct.omnes.C.comm.de ſucceſſ.circa fi.
& in auct.nauigia.C.de furt.in i.not. & plures ad-
ducit Feli.in d.c.nonnulli,uerſ.ſexta concluſio, nu.
lxxiii.etiam reſpectu futurorum ſtatutorum factam
his uerbis conceſsionem non poſſe elidi.Bal.Ang &
45 Caſtr. in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis,de legat. j.† &
contemplatione ſtatutorum & etiam priuilegiorum
anteriorum clauſulam hanc quibuſcunque non ob-
ſtantibus effectum ſuũ operari, uariis factorum ſpe-
ciebus ea facto conſulti ueteres noſtri rñderunt. Fed.
Senenſ. conſi. ccix. ubi priuilegium illud monialiũ
Sanctæ Claræ non cenſeri ſublatum auctoritate clau
ſularum derogatoriarum, niſi certius de mente re-
ſcribentis conſtet,quàm in reſcripto gratioſo appa-
reat.& Bal.conſ.ccccix.in v.nu.ii.reſpondit in pri-
uilegio ciuilitatis à Rep.florentina conceſſo,in ſpe-
cie derogatum intelligi particulæ ſtatuti, qua caue-
batur ſatiſdari debere,per clauſulas æquipollentes,
putà,non obſtantibus ſtatutis,etc.& idem conſi. cv.
eo.uol.nu.v.ꝑ clauſulã nõ obſtantibus literis ac de-
cretis à Duce Mediolani.contrarium etc. reſcripto
permiſſorio adiectam in ſpecie cẽſeri ſublatum mã-
46 datum prius.& Ang.Peruſ.conſi.ccclxv.nu.iii.† etiã
antecedenti diſpoſitioni ſiue legis priuatæ ſiue pu-
blicæ habenti clauſulas derogatorias in indiuiduo
derogatum intelligi poſteriori derogationis conce-
ptione,quæ ex relatione ad aliud certam diſponen-
tis mentem enuntiat.l.certum.ff.ſi cert.pet.& l. ubi
autem,de uerb.ob.& Glo.uidit in auth.de non elig.
ſecũdo nub.in uerb.nequaquam.& Alex. conſ.cxlv.
nu.v.in vi.& Curt.conſi.xxxv.in fin.& ccxxxv. Sta-
tuta,uerſ.& iſtud procedit,& Deci. d.conſ.x.nu.vi.

Quamobrem,cùm in præſenti negotio conſtet qua-
lis fuerit Leonis decimi Pont. ſummi uoluntas, &
Clementis.vii.hanc ipſam presbyteratus dignitatẽ
prorogantis,& immediatam poſt Decanum præro-
gatiuam habere uolentis,mirum eſt nunc antiquio-
rem Canonicum auctoritate ſtatutorum gratiam hãc
& ſuperioris mentem impedire poſſe aduerſum Ca-
nonum rationem & receptas ueterum traditiones.c.
cum inferior,de maior.& obed.Clemẽ. ne Romani,
de elec.& Reuerendiſsimus Pariſ.docuit in non ab-
ſimili caſu conſ.xxiiii.nu.xiii. xiiii.& xv.& con.xlvj.
nu.xxxv.xxxvj.& ſeq.in iij.

Tertiò & illinc omnibus Bellunenſis Eccleſiæ
ſtatutis Pontificem ſummum derogare noluiſſe, fa-
cilè colligi poteſt,quòd in reſcripto ſubiecit, ſemet
ipſum decernere, conſtitutiones qualcumque Bel-
lunenſis Eccleſiæ etiam iuramento & qualitercunq;
etiam Apoſtolica firmitate nitentes huic ipſi ere-
47 ctioni & inſtitutioni dignitatis non obſtare.† un-
de cùm maxima ſit iuſiurandi uirtus, etiam à di-
uinæ legis auctoritate proficiſcens.c. iiij.Hieremiæ,
& c.iurabunt, xxiij.q.iij.& c.et ſi Chriſtus, de iure-
48 iuran.† vnde & ſolius æternæ ſalutis intuitu, illius
uinculum diſſolui Pontificia ſedes decreuit.c.cùm
contingat,de iureiur.c.licet, eodem titu. in vj.& c.
quamuis,de pact.eod.lib.& nihilominus huiuſmo-
di confirmationis auctoritate huius reſcripti effectũ
impediri Pontifex ipſe nolit;ſanè Bellunenſis Eccle
ſiæ ſtatutis nullo iuramento ſuffultis in ſpecie dero-
gatum intelligi debet.d.capi.fi.de conſuet. in ſexto.
49 † in quo quidem caſu aliud cenſendum eſſet,ſi ſingu
lari conſtitutioni iuſiurandi uirtus accederet, illa
quidem clauſula huius auctoritate non obſtantibus
ſtatutis ſublata non cenſeretur.c.cùm non decet, de
elect.in vj.ubi Gloſ.in uer.effectus, uerſ.non credo
quod iuramentum. & Abb.poſt ueteres.c.conſtitu-
tus,de reſcript.in ult.notabi.& ibi Feli.& Deci.nu.v.
& Rom.aduertit ſing.vij. & conſ.cccxiij. & ccclxix.
& Alexand.xxxvij.in primo.& ccliii. Viſis his,in ſe-
cundo.& xxxviij.in iij. Quamobrem cùm in propo
ſito caſu nec Bellunenſis Eccleſiæ conſtitutiones,
etiam iuramenti uinculo munitas, quicquam ob-
ſtare Principis reſcripto cautum ſit,conſequens eſt,
50 † nodum in ſcirpo (quod aiunt) illum quærere in-
telligendum,qui multò certius de eiuſdem Pontifi-
cis mente non conſtare contendit; multò fortius iu
ramenti uinculo roborata ſtatuta nullo pacto obſta-
re reſcripto huic uolentis.arg. c.cùm in cunctis, de
elect.& c.ex parte,il iij.de decim.cum aliis adductis
à Decio, & Cagno.in l.non debet.ff.de reg. iur.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum; &
primò, quòd ſingularis ipſius Bellunenſis Eccleſiæ
conſtitutionis diſpoſitio ſuadeat abſente Decano
antiquiori Canonico ius Capitulum ipſum conuo-
candi competere,& alia conficiendi, quæ ad ipſum
Decanum ſpectant: quæ ſanè cùm iuri cõi conue-
niat,maximæ auctoritatis cenſeri debet.d.c.ius ciui-
le.d.c.j.de maior.& obed.& d.l.omnes populi, cum
aliis adductis.Quis reſpondeo, in hoc quidem caſu
conſtitutionis Eccleſiæ Bellunenſis auctoritate põ-
51 tificia facultatẽ ſublatam fuiſſe.† Is enim in huiuſ-
modi ampliſsimam facultatem habet. d.c.propoſuit,
de

de conceſſ.præb.d.c.quamuis, il ii. de præb. in vj.&
idcircò inferioris cõſtitutionem extinguere potuit.
c.inferior,xxj.diſt.& d.c.cùm inferior,de maiori.&
obed.& ideò cùm ex uerbis ipſis conſtet Paſtorem
ſummum uoluiſſe huius Eccleſię Bellunenſis ſingu-
lares conſtitutiones gratioſi huius reſcripti effectum
impedire.etiam iuramenti auctoritate ſuffultas,cõ-
ſequẽs eſt ipſi Archibresbyteratus dignitati vniuer-
ſa iura abſente Decano competere, quæ is præſens
exercere poteſt.d.c.fin.de conſuetud.& d.c.cùm nõ
deceat.in fi.de elect.in vj.& d.c.nonnulli,de reſcrip.
cum aliis ſuperius adductis. Quamobrem , cùm ſa-
cerdos ipſe ſummus firmiſsimum iuramenti propu-
gnaculum non obſtare reſcripſerit,conſequens eſt,
52 † multò facilius concludendum eſſe horum ſtatu-
torum nullo iuramenti uinculo nitentium diſpoſi-
tionem ſublatam intelligi.d.c.conſtitutus,ubi Abb.
& Dec.num.v.& d.c.cùm non liceat,& argum.tex.
in d.c.cùm in cunctis,de elect.& c.ex parte,il iii. de
decim.& l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.& l.nec in ea.
ff.de adul.& c.cui quod plus,de reg.iur. in vj.

53 † Secundò non urget contendi ſtatutorum ipſorũ
ſpecialem in reſcripto mentionem faciendam fuiſ-
ſe oportere,d.c.nonnulli,de reſcrip.ubi Gl. & Do-
cto.plura alia iura adducunt; quippè,quòd in ſpe-
cie uigens diſpoſitio niſi alia ſimili auferri nõ poſ-
ſe uideatur.c.i.de reg.iur.in antiq.& l.nihil tam na-
turale.ff.eo.certior.n.in ſpecie diſponentis intentio
exiſtimatur,c.i.de reſcrip.c.ſtuduiſti,de offic.legat.
l.ſi hominem.ff.mandat.& l.In toto.ff.de regu. iur.

Reſpondeo,in ſpecie ſtatutis huiuſmodi deroga-
tum intelligi , cùm Pontificio reſcripto conſter , il-
lum ipſum Archipresbyteratus huius dignitatem
erigere uoluiſſe , & immediate poſt Decanum pri-
mas habeat;& idcircò ea exequatur,quę pręſens De-
canus ſolet. cùm ſubiecerit clauſulam illam in ſpecie
derogãtẽ, nõ obſtãtibus ſtatutis,conſtitutionibus,&
ordinationibus Eccleſię Bellunenſis. q̃ ſnĩa receptiſ-
ſima eſt.d.extrauag.ad reprimendum , in uerb. qui-
buſcunque.& d.l.ſi quis,in principio.& d.l. fin. C.ſi
contra ius uel util.pub.cùm enim lex expreſſam de-
rogationem requirat,d.c.j.de conſtit.in vj.non am-
bigitur,id expreſſum intelligi,quod & in ſpecie de-
claratum eſt.l.j.ff.de vulg.& pup.ubi Barto.Alex.&
54 Iaſ.& Caſt.& alij conſiliis ſuperius adductis. † quin
immo & ęquipollentem derogationem ſufficere,ſę-
pius reſponſum extat. Bal.conſ.cccclx.in v.num. ij.
ſpecialem clauſulam non obſtante,etiam teſtamento
derogatoriam habenti derogare, licet in indiuiduo
diſpoſitionem non nominauerit,receptiſsimum eſt.
Feder. Senen. conſi.xlvi.Alex.conſi. cxxxiiij.in j. &
Ruin.conſi.xxii.in iii.nu.ii.uerſ.nec eſt neceſſe ſin-
55 gulariter. † vnde Corn.concludebat,ſi in legitima-
tione ſubiiciatur clauſula non obſtantibus qui-
buſcunque, ſufficere.conſ.lxxxiii.litera T.in iiij. li-
cèt non dicatur, non obſtante tali lege. quinimmo
per æquipollentia uerba diſpoſitioni derogari rece-
ptum eſt.Iaſ.conſil.xxii. & liij. in iij. ex hac clauſula
plenitudinem poteſtatis Principem uti uoluiſſe con
cludit. & conſ.xlvij. nu.xlvij. in iiij. & Gratus xxxj.
nu. xix.in j.& conſ.xcij.nu.xx.in ij.

56 Tertiò † non urget deciſio Gulielmi de Monte
Lauduno in d.extrauag.ſedes Apoſtolica,de offi.de-
leg.in uerbo immutari , quod immo conſtitutiones
ſolemniter æditę cum clauſula non obſtante, ſpecia-
lia ſtatuta & priuilegia ſublata non uideantur ; quia
huius clauſulę effectus ſubreptionis & obreptionis
uitia tãtùm extirpet, ne aliàs nihil operari uideatur:
quod de iuris ratione diſsidet.c.ſi Papa de priuil.in
vj.& d.c.j.de reſcrip.quod ſacra Rom.Rota decidiſ-
ſe uidetur deciſ.xiiij.de præbend. in nou. ſecundum
nouam impreſsionem in additionibus. & Gemin.in
d.c.cum aliquibus.q.j.num.vij.ubi tamen obſtacula
tolli per hanc clauſulam concludit,quę tollerẽt gra-
tiam. Vnde, cùm in hoc caſu non uideatur extingui,
licèt antiquior Canonicus abſentis Decani vice fun
gatur,huic ipſi ſtatuto derogatum nõ fuiſſe uidetur.
d.c.ex tuarum,de uſu,& auct.pallij.

Nam reſpondeo,cùm Pont.hanc ipſam dignita-
tem inſtituerit,ut immediatè poſt Decanum ſit , ſa-
nè ſi Decano abſente ipſum Archipresbyterum eius
iuriſdictionẽ exercere non poſſe concludamus, gra-
tia ipſa fruſtrabitur.d.c.præterea , de offi.deleg.& l.
ſecunda,de iuriſdict.omnium iudicum.quare, cùm
huic inſtitutioni ita qualificatæ neque conſuetudi-
nem neque ſtatuta, etiam iurata obſtare diſpoſuerit
ſatis ſequitur, illa omino ſublata intelligi d.c.cũ ali-
quibus, ubi Franc.& Gemin.in §.nor.& Franc. nu.
ij.uerſ.quando tamen ſtatuta ſunt iurata.& Alexan.
conſi. xxvii. Viſo libello , in j.quod quidem ſi quis
negare auſit,temeritatis vitio notari poteſt. c.cuncta,
ix.q.iii.& d.c.propoſuit,de conceſſ.præb. & Reue-
rendiſsimus Pariſ.conſ.ſuperius alleg.

57 Quartò † non urget nouæ huius dignitatis inſtitu
tionem abſq; alicuius præiudicio conſtitutã fuiſſe,
quod cùm ex reſcripti natura ſubintelligatur.d.c.ii.
de reſcip.& d.l.ij.§.ſi quis.ff.ne quid in loco publ.
maiorem uirtutem clauſula illa habere uideatur.c.j.
de treg.& pace.& auct.itaque. C.communia de ſuc-
ceſſ. quare,cùm in ſupplicatione ſtatutorum huiuſ-
modi nulla ſit ſacta mentio , eorum diſpoſitionem
non fuiſſe ſublatam uideri debeat.c.ſuper literis , de
reſcr.& c.ad aures, eo.tit.& c.ſi motu,de præben.in
vj.& d.c.ſuper eo,de offi.deleg.

Reſpondeo,præiuditium illud intelligi debere re
ſpectu diſtributionum quotidianarum , non autem
quò ad iura antiquiori Canonico abſente Deca-
no competentia , putà Capitulum conuocandi , &
eiuſmodi.cùm enim Archipresbyteratus dignitatem
immediatè poſt Decanum Pontifex ipſe inſtituerit ,
prærogatiuę huius præiudicium nullum conſidera-
bile exiſtimatur , quod Summi Pontificis mentem
impedire ualeat.d.c.cum aliquibus,de reſcrip.in vj.
& d.c.conſtitutus,& c.nonnulli,de reſcrip.& d.c.ſi.
58 de conſuetud.† ne aliàs conceſsio ſutilis eſſet, quod
iuris rationi repugnat.d.c.ſi Papa, de priuileg.in vj.
& l.ſi quando de leg.i.& Dec.In c.paſtoralis,de ap-
59 pell.nu.j. Præterea,† cùm Capitulũ ipſum legitimè
conſenſum præſtiterit huius ipſius dignitatis inſti-
tutioni,conſequens eſt inde ſibi preiudicium infer-
ri contendi non poſſe.l.ſi quis.C. de Epiſcop.& cle-
ricis.l.ſi quis.C.de pact.l.in re.C.mand.& c.ſcienti ,
60 de reg.iur.in vj.† Quinimmo,cum Capitulũ ipſum
lubens ac uolẽs in Archipresbyteratus poſſeſsionem

inſtitutum

inſtitutum admiſerit, conſequens eſt iam illud detractare non poſſe, quominus iura ſua exerceat. l. ſicut. C. de act. & oblig. c. quod ſemel, de regul. iur. in vj. id autem conſtat ex literis Bellunenſis Capituli ad Reuerendiſſimum & Illuſtriſsimum Sancti Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem Sanctæ R.E. Cancellarium: itaque in inſtrumento receptionis & adeptæ poſſeſsionis ibi, prælertim omnibus & ſingulis iuribus, emolumentis & preheminentiis tàm in dicta Eccleſia, & proceſsionibus, quàm alibi immediatè poſt Decanum uoluerunt & mandarunt in omni & per omnia, prout in dictis literis apoſtoli-
61 cis. Cui † ſane actui cùm legitimus Capituli conſenſus acceſſerit, c. cum omnes, ubi Glo. & Doct. de cõſtit. & Archipresbyter ipſe ea conditione poſſeſsionem ipſam adeptus fuerit, conſequens eſt antiquiori Canonico nullum contendendi ius competere uideri. l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nunc. ubi Bar. Alex. & Iaſ. nu. xlviij. & c. cùm M. de conſtit. ubi Dec. nu. xvj. & docuit Bal. in conſ. cccxxxvij. in iiij. nu. iij. idque potiſsimùm fateri oportere uidetur, quòd Capitulũ ipſum in hac admiſsione excepeit ius quoddam percipiendi emolumentum ex hæredibus cuiuſdam Montis ipſi Archipresbytero non cõpetere. vnde in aliis omnibus iuribus Capituli cõſenſus legitimè interpoſitus hunc ipſum antiquiorẽ Canonicum excludere uidetur. d. l. ſi cũ, & l. emptor. ff. de pact. & l. cùm prætor. ff. de iudic. & c. nonne, de præſump. cum aliis ſimilibus. ex quibus omnino iudicandum cenſeo ipſius Archipresbyteri cauſam lõgè potiorem eſſe.

Laus Deo, Patauij, Kal. Octobris. 1555.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *☞ Clerici, quia de bonis Eccleſiæ acquiſiuiſſe præſumuntur, ideo liberè eorum diſpoſitioni dicta bona non ſubiacent.*
2 *Clerici de bonis Eccleſiæ teſtari haud quaquã ualent tametſi uiuentes aliquid modicum elargiri poſſint. & nu. 6. & 21.*
3 *Clerici parcè uiuere debent.*
4 *Clerici eccleſiæ bona nec uiui, nec morientes alienare ualent.*
5 *Clerici beneficiati uſuarijs comparantur. & uide numero 18.*
7 *Succeſſor in eccleſia uendicare poteſt legatum de bonis eccleſiæ à ſuo prædeceſſore factum.*
8 *Qui ſentit onus, ſentire debet commodum & è contrà.*
9 *Operarius dignus eſt mercede ſua. & nu. 24.*
10 *Epiſcopo uiſitanti debetur procuratio.*
11 *Clerici ex beneficij fructibus uiuere debent. & numero 28.*
12 *Præſumptio non eſt, quempiam de uento uiuere.*
13 *Veritati optimus quisque iudex inniti debet.*
14 *Clerici non præſumuntur ex bonis Eccleſiæ acquiſiuiſſe quando redditus ſunt tenues, vixque ad uictus ſufficientes. & nu. 17.*
15 *Notorium inficiari nequit.*
16 *Clerici præterquam de bonis eccleſiæ ad libitum teſtari poſſunt, putà de bonis hæreditarijs, induſtriaue quæſitis.*
19 *Eccleſia tenetur ad clericorum uictum atque ueſtitum.*
20 *Obligatio ad antidora, ſiue remuneratoria à naturali ratione deſcendit.*
21 *Clerici ex fructibus eccleſiæ remunerationis cauſa, etiã extraneis aliquid donare poſſunt.*
22 *Tex. in cap. cùm in officijs, & cap. ad hæc. extrà de teſtam. declarantur.*
23 *Teſtatoris uoluntas quæ cum iure communi concurrit, multò fortius ſeruanda eſt.*
25 *Dominus agri inferioris tenetur defluentis aquæ ex ſuperiori agro incommodum pati, & quæ nam ſit ratio.*
26 *Fidelium Chriſti duo ſunt genera, clerici ſcilicèt & laici.*
27 *Altari, qui ſeruit, de altare uiuere debet.*
29 *Clericorum bona aduentitia atque ex induſtria quæſita ad hæredes pertinere.*
30 *Probatio per rei euidentiam nunquam excluditur.*
31 *Veritati non poteſt humana diſpoſitio præiudicare.*
32 *Verba ſunt animi paſſionum notæ.*
33 *Fraus legi uarijs modis fit.*
34 *Simulatio coniecturis probatur.*
35 *Contractus ſimulatus quot modis intelligatur, quibuſque coniecturis deprehendatur.*

CONSILIVM XXXIIII.

EX FACTO proponitur, Reuerendum D. Antonium à Fino reſignaſſe Archipræbendam Reuerẽdo D. Marco Saluiano ſibique regreſſum ad eam reſeruaſſe. Is pluribus annis ſacerdotium illud poſſedit, & onera illius nomine perſoluit. inter alia Illuſtriſsimo Dño Veneto ſummam quãdam (uulgò appellant impreſti) numerauit. quocircà cùm extremis ageret, ſororem illius uniuerſalem in bonis tẽporalibus hæredem reliquit, ipſi autem D. Antonio ſucceſſori in ſacerdotio legauit capſolam quandam cum pecuniis, & chirographis nominum eius, & in ſpecie nomen ſeu creditum impreſtitorum, quæ ex Eccleſiæ fructibus dicto Illuſtriſsimo Dominio ſoluerat.

Verùm ipſe legatis aliis conſequutis, nunquam exegit ſummam dicti crediti ab Illuſtriſsimis Dominis, quinimmo idem perſoluit, eadem ratione nempe ipſius Eccleſiæ cõtemplatione non minorem ſummam, quam Reuerendus D. M. fecerat, & tandem cũ ſacerdotium illud liberè reſignaſſet cuidam presbytero Donato, is è medio ſignata ſupplicatione ſublatus eſt: vnde illius obitu uacans ſacerdotium D. Michaëli à Fino collatum fuit.

Contigit nunc D. Iacobum fratrem ipſius D. Antonij, ut proximiorem hæredem nomen huiuſmodi ab Illuſtriſsimo dominio Veneto exigere uelle, tã legati auctoritate, quã quia ab ipſo fratre ſoluta fuit pecunia. At presbyter Michaël in Eccleſia ſucceſſor id fieri poſſe negat. Quæritur quis potior uideatur?

Quo

Quocircà prius uidendū eſt an presbyter Marcus
nomen huiuſmodi ipſi Reuerendo D. Antonio le-
gitimè legare potuerit? Item, licèt inteſtatns D. An-
tonius deceſſerit, cui ſumma hæc ſit perſoluēda? an
ſucceſſori in Eccleſia, an ipſi proximiori conſangui-
neo fratri?

Quod ad primum attinet, prima facie dicendum
uideretur, legatum huiuſmodi nullum cenſeri. con-
ſtat enim Canonum tàm ueterum, quàm poſteriorū
auctoritate, à clericis poſt ordinationem quæſita ſi-
ue inſtitutionem, Eccleſię ipſi adepta fuiſſe: &
ideircò liberæ eorum diſpoſitioni non ſubiacere. c.
placuit, & c. quicunque. xij. q. iij. & c. j. xij. q. v. ubi
Glo. in uerb. reſta. & Archid. nu. i. & ii. Quod & po-
ſterius in Lateranenſi Concilio conſtitutum fuit:
1 nempe bona à clericis † quęſita eorum Eccleſijs eſſe
relinquenda, & non extraneis. c. cum in officiis, c.
ad hæc, de teſtam. ibi, teſtari non poſſunt. & Gl. ibi
in uerb. non poſſunt, & Butr. Card. Ancha. Inno. &
2 Abb. nu. iii. colligunt: † teſtando facultatem diſpo-
nendi clericos ipſos non habere, tam & ſi viui ali-
quid modicum elargiri poſsint. quæ quidem deci-
3 ſio manifeſtam rationem habere cenſetur, † cùm
enim clericis ipſis Eccleſiarum cuſtodia demande-
tur, ut inde parcè uiuētes, Deo optimo fructificent.
c. duo ſunt. xij. q. j. conſequens eſt Eccleſiæ bona ab
4 eis eſſe pauperibus reſeruanda. † vnde nec uiui, nec
morientes illa ipſa alienare poſſunt. c. j. xii. q. v. ubi
5 Archid. poſt Lau. & Hug. † clericos uſuarijs videtur.
comparare. cap. j. de his quæ fiunt à maio. part. cap.
ubi Abb. & c. nulli, de reb. Eccleſ. non alie. nume. v.
& Clem. j. eo. tit. ubi Card. & Inno. & diffusè tracta-
tum extat per Fabia. de Monte in tract. de emptio. &
uend. nu. cviij.

Quocircà uideretur concludēdum, hanc Domini
Marci diſpoſitionem illegitimam exiſtimari. c. quia
nos, & c. j. de teſtam. ibi, moderatis expenſis. ubi Ab-
bas poſt ueteres. & idem in rep. c. cum eſſes, col. i. q.
ii. nu. xxj. & xxij. ubi concludit, Clericos de bonis
Eccleſiæ diſponere non poſſe, ſed moderatis expē-
ſis contentos eſſe debere.

Et in propoſito mihi non uidetur ambigendum,
quin legatum nominis factum ſit de pecuniis ſiue
fructibus Eccleſię, cùm in ſpecie & nomen ſit acce-
ptolatum ſiue ſcriptum in libris Sereniſsimi Do-
6 minij huic Archiprębendæ, † meritò conſequens eſt
abſque ſummmi Pontificis facultate illum diſpone-
re non potuiſſę. quod ſępius à maioribus noſtris tū
ex ueteribus, tum recentioribus reſponſum extat.
Card. conſi. lxxix. ubi Franciſcum Petrarcham in p-
fecticio peculio hæredē habere nō poſſe cenſuit, id-
eſt in bonis Eccleſiæ fructibus q̄ſitis. c. i. ii. & iii. de
pecul. cler. Ancha. conſi. lxxxvii. ubi Bologni. plura
addidit. Pariſ. conſi. xxxiii. in iiii. ubi reſpondit, ſu-
pradictam concluſionem non procedere ex diſtri-
butionibus quotidianis labore clericorum quęſitis
c. i. de cler. non reſi. & Soc. iun. conſil. lxxxix. nu. xi.
7 ubi ſuadet, ut Pontificis facultatem obtineat. † am-
plius in ſpecie legatum alicui relictum quòd à ſuc-
ceſſore in Eccleſia poſſe & debere uendicari, ſtatutū
eſt. c. filius uidetur, eod. titu. de teſtam. ubi Docto.
Quocircà nomen hoc ex Eccleſia redditibus con-
ſtitutum ab ipſo ſucceſſore in ſacerdotio exigen-
dum eſſe potius uideretur, excluſis quibuſcunque
aliis.

Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum huma
nius & uerius eſſe cenſendum uidetur pluribus ra-
8 tionibus. † Et primò, quòd naturalia apud omnes le
giſlatores dictet ratio, quemlibet alicuius actus onus
ſeu ſarcinam ſubeuntem inde ali debere. l. ſecundum
naturam. ff. de reg. iur. c. qui ſentit, eod. libro ſexto.
9 † & Saluator noſter tradidit, operarium mercede
ſua dignum eſſe. & D. Paul. Corinthios monuit. j. ad
Corinth. cap. ij. qui non laborat, manducare non de-
bere, & ideirco ſeruientem altari de altari uiuere de-
bere. c. ex his autem. & c. Epiſcopus, xij. q. j c. cùm ſe
10 cundum, de præb. † qua ratione uiſitanti Epiſcopo
procurationes conſtiturę fuerunt. c. cùm ſecundum,
c. cum inſtantia, de cenſ. exact. & procur. & xij. q. ij.
c. charitatem.

11 Quamobrem † receptiſsimum eſt apud omnes ex
proprij ſacerdotij fructibus uiuere debere. d. cap. j. &
ij. de pecul. cler. D. Abb. c. cùm eſſes, nu. ij. Innoc. &
Butr. c. cùm in officiis.

At quoniam huius ſacerdotij redditus adeò te-
nues & exiles ſunt, ut cuiuſcunque bene ſentientis
iudicio D. Marcus vnà cum dictis uiuere non po-
tuerit; conſequens eſt, uideri impoſsibile nominis
huius ſummam non ea ſuo potius peculio ſolutam
12 fuiſſe. † neque enim aëris et nutrimentum ſufficiſſe
dicendum eſt, quemadmodum fabuloſè de quibuſ-
dam Orientalibus gentibus relatum eſt. l. alimenta.
13 C. de nego. geſt. ubi Docto. ergo † inſpecta ueritate
quam optimus quiſque iudex affectare debet. c. cùm
æterni, de re iud. in vj. concludi debet, ea fructibus
huius tam tenuis ſacerdotij nihil rectorem potuiſſe
ſuperlucrari: cùm illos uiuendo lex conſumpſiſſe
præſumat: idcircò quicquid ſcriptura nominis can-
tet, rei ueritas potius attendenda eſſe cenſetur. c. ad
noſtram, de emp. & uend. toto titu. plus ualere quod
agitur.

14 Ceſſat † enim hoc caſu pręſumptionis cuiuſcunq;
fomentū, ut ex Eccleſiæ fructibus & redditibus no-
men hoc conſtitutum fuerit, dict. c. primo & ſecū-
do & tertio, de pecu. cler. & d. c. cùm in officiis. &
d. c. cùm eſſes, ubi Abb. & Gemi. c. præſente, de offi.
ord. lib. vi. nu. xv.

Secundò idem multò fortius cenſendum uidetur
quoniam ipſe Reuerendus D. Marcus ſatis amplum
patrimonium habebat, pluraque ex induſtia ſua lu-
crari erat ſolitus. quo caſu multò fortius ceſſat præ-
ſumptio ex fructibus Eccleſiæ nomen hoc conſtitu-
tum eſſe. immo manifeſta ratione oſtenditur, id fie-
15 ri non potuiſſe, quicquid ſcriptura cantet. † noto-
rium enim hoc & euidens eſt, ut inficiari nequeat.
16 c. ueſtra. c. fin. de cohabi. cleri. & muli. † Quocircà,
Doctores omnes concludunt, clericum de huiuſmo-
di re uel ex patrimonij fructibus uel induſtria quæ-
ſitis poſſe teſtari. d. c. i. ii. & iii. & c. fin. de pecu. cler.
c. quia nos, & c. cùm in officiis, de teſtam. & reſpon-
dit Card. d. conſi. lxxix. Bal. Sali. auct. licentia. C. de
epiſ. & cler. & Alex. conſi. cxvi. nu. v. in vii. & in d. c.
relatum, ii. de teſtam. verſ. cæterùm, & conſi. cccxiii.
17 in iii. lect. ubi † Alex. & Corn. cenſuerunt, cum fru-
ctus

ctus ſacerdotij tenues & exiles fuerint, neceſſaria
uictui & ueſtitui pro conditione presbyteri detra-
henda eſſe,& ſi uerisimiliter nihil ex bonis Eccle-
ſiæ ſupereſſe potuit,eis tàm teſtatis,quàm inteſta-
tis poſſe ſuccedi. vnde,cùm ſimuain caſu elaro prę
ſumptionum auctoritas eedit.vulg.l.continnus,de
nerbo.oblig. Inno.Butr.Imol.d.c.cùm in offiriis.
Corn.conſ.lxxxviij.in ij.le j.& Rui.d.conſ.lxxxvij.
& Pariſ.conſ.xxxiij.in iiij.inferens ad quotidianas
18 diſtributiones.† nam ſiue clericum uſuario ſeu uſu
fructuario enmparemus, ut Glo.uarię fuerunt.Gl.
c.ſi quis Epiſcopus.x.q.iij.& Glo.mag.in d.c.prę-
ſente,de off.ord.lib.vj.& Glo.c.fi.de pig.& d.c.ſi
quis, ubi Abb. maluit uſuario comparari. & in
19 repet.d.c.cùm eſſes. q. ij. † quòd ſemper Eccleſia
tenebitur ad expenſas uictus atq; ueſtitua, ut Soci.
diſcuſsit conſi.xxxij.in j.nu.ij.

Tertiò demus nomen ſiue mutuum ex pecunia
Eccleſię conſtitutum fuiſſe,quod tamen impoſsi-
bile fuiſſe uidetur,adhuc concludendum,legatum
hoc legitimum fuiſſe, & ad D.Autonium in Eccle-
ſia ſucceſſorem pertinuiſſe. d.c.relatum,il ij.uerſi.
ubi autem in locum defuncti tantùm vnus ſucce-
dit, uendicat etc. & omnes inde colligunt, quod
multò fortius nunc fatendum eſt, quia teſtatoris
diſpoſitum iuris communis decisionem iuuat. c.j.
de treg.& pac.auct.itaq;.C.de ſucreſs.

20 Accedit † & remunerandi obligatio à naturali ra
tione diſcedens,quæ & Leonem erga Androgeum
mitem redddit.l.item ueniunt. §. conſuluit. ff. de
peti.hæred.& Doct.in rub.de uerb.obli.quā quidē
poſitiua lex potuiſſet.l.ij.de uſufru.ear.rer.quę uſu
21 conſum.l.iura ſanguinis,de reg.iur. † vnde Ponti-
ficia benignitas aliquid ex fructibus Eccleſię re-
munerationis cauſa etiā extraneis donari poſſe ſta
tuit.d.c.relatum,el ij.ibi, etiam extraneis pro eorū
arbitrio.& not.Doct.communiter ex eo text.quā-
obrem in iſto caſu difficultas omnis ceſſare uide-
tur.d.c.j.ij.& iij.de pecul.cler.& c.fi.eod.titu.ubi
Card.& Feli.& Corn.d.conſ.lxxxix.

22 † Non obſt.adducta in contrarium, & primò
clericos de rebus Eccleſiæ diſponere non poſſe,iu
ribus ſuperius adductis. quia illa debent intelligi,
cùm deductis expenſis uictus & ueſtitus uerisimi-
liter aliquid clericus ſuperlucrari potuerit. d.c.re-
latum,ſed cùm huius ſacerdotij fructus ita tenues
fuerint, ut inde neceſſaria clerico non potuerint
exhiberi, quę nunquàm lex Pontificia denegare
conſueuit,etiam ex damnato coitu natis.c.cùm ha
beret,de eo qui duxit quā per adul. poll. unde cre-
ditum hoc ex Eccleſię fructibus conſtitutum ueri-
tati repugnat,quę potius quàm ſcriptum attenden-
da cenſetur.d.c.ad noſtram,de empt.& uend.

Secundò, dato (ſed non conceſſo) ex profecti-
tio Eccleſiæ peculio fuiſſe legatum, adhuc tamen
ualuiſſe dicendum uidetur. nam Reuerendo D.An
tonio factum proponitur ſucceſſori in Eccleſia,cui
inteſtato quoque D. Marcus ſucceſſurus erat. d.c.
23 relatum.d.c.fin.de pecul.cleri. † vnde multò for-
tius teſtatoris uoluntas cum iuris communi diſpo-
ſitione concurrens ſeruari debeat. l.hęredes mei.
§. cùm ita, ad Trebel. ubi Barto.Alex.Ripa & alij.

Et hoc quò ad primum attinet ſufficit.

Quantum uerò ad ſecundum, res maiorem dif-
ficultatem habere uidetur, cùm ſucceſsionem do-
mini Antonij frater illius in hoc credito præten-
dat,ſucceſſorē in Eccleſia ſe potiorem contendētē.
24 Cùm naturalis & inconcuſſa ratio ſit, † quem-
cunque alicui miniſterio addictum in eius fun-
ctione laborantem inde ali debere. l. ſecūdū nām.
ff.de regul.iur.capit.qui ſentit, eod. titu. in ſexto.
vnde ſeruis non tenuem cibum exhibendum Ariſt.
monuit, & Chriſtus ſaluator humani generis ope-
rarium omnem ſua mercede non fraudandum do-
cuit. & Diuus Paulus j. Corint.cap.ij.eos monuit
25 non laborantes paſcendos non eſſe. † Et ideò Vl-
pianus reſpondit, huic naturali rationi conuenire,
quemadmodum ex ſuperiori agro omnis terrę pin
guendo ad inferiorem agrum decurrit, ita & illius
dominum defluentis aquæ incommodum pati de-
bere.l.j.§.denique ait.ff.de aqua plu.arcend. Qua-
26 re, † cùm omnipotētis Dei nutu duo inter Chriſti
fideles hominum genera inſtituta ſint,clericorum
ſcilicèt & laicorum, atque illud ſacris & diuino
mancipio addictum prorſus,capi.duo ſunt,& cap.
clericus, & capi.futurum, uigeſimaſecunda quæſt.
prima, ab humanis negotiis prorſus ſegregatum,
& ſacerdotio ſubiectum.dict.capi.duo ſunt, & c.
Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitu. ubi dixi poſt
27 Barba. Deci. & Beroium in præludiis. † Eccleſia
ſumma quidem ratione conſtituit, hos iam altari
ſeruientes inde uictui neceſſaria recipere debere.
capi. primo, de cleric.non reſiden. ubi Goffred.&
Hoſtien. in ſumma, & capi.cùm ſuum,de præben.
& capit.cum inſtantia,de cenſib.exact.& proc.ubi
colligunt omnes, & capit.charitatem, duodecima
28 quæſti. ſecunda. † Quocircà receptiſsimum eſt,
clericum in aliquo ſacerdotio inſtitutum, ex fru-
ctibus eius uiuere poſſe. capit. primo, ſecundo, &
tertio, de pecul.cleri. ubi Ioan.Andr.Hoſtienſis,
Butrius, & Abbas. & idem Panormita. in capitu.
cùm eſſes, numero uigeſimo. et Innoc. & Butri.
in capit.cùm in officiis, de teſtament. vnde, cùm
proponatur Archipręhendam, cui præfuit legiti-
ma auctoritate Reuerendus dominus Antonius à
Fino quandoque trigintatribus aureis, quandoque
quinquaginta & ad ſummam quoque à Reuerendo
presbytero Marco, cui Finius ſucceſsit, octuagin-
ta locatam fuiſſe, concludo ex euidentia facti cō-
ſtare inde ſolutis decimis & lampadum, & eiuſ-
modi expenſis Reuerendos hoſce onere non po-
tuiſſe. Quocircà ſummam pecuniæ nomine mu-
tui numeratam ut ſuprà Illuſtriſsimo & Excel-
lentiſsimo Venetiarum Dominio ex patrimonio
extractam iudicandum debere, quod ille amplè
29 habebat. † Vnde ad hæredes & legitimos ſucceſ-
ſores pertinere, quemadmodum aduentitia cleri-
corum omnia; putà ex induſtria uel ſucceſsione
conſanguineorum, uel quocunq; alio modo quę-
ſita, dummodò ex Eccleſiæ peculio non profecta.
d.capi.j.ij.& iij.de pecul.cler.& Docto.& c.cùm in
officiis,& c.cùm eſſes,de teſtam.& Albe.Bal.Caſt.
& Salice.auctten.licentia. C. de Epiſcop. & cleric.
quod in non abſimilibus caſibus à ueteribus no-

ſtris ſæpius ex facto conſultis reſponſum extat, Cardi. Zabarel. conſil. ſeptuageſimonono, Anch. conſi. octuageſimoſeptimo, & cccxiiij. in tertio, et Alexand. iuj. nume. quinto, uolumi. ſeptimo. & Soci. trigeſimoſecundo in primo, nume. ſecundo. & Reuerendiſsimus Pariſ. trigeſimotertio in quarto. & ſacra Rom. Rota quandoque decidit in antiquis iuxta ueterem impreſsionem deciſ. decclv. cum Camera, & ſecundum nouam impreſsionem deciſ. xlj. in j. de proba. nu. ij. ibi, quia in aliis bonis patrimonialibus.

Non urget nomen huiuſmodi in libris Excellẽtiſsimi Dominij Archiprębendæ huic deſcriptum ferri, unde iuſta probatio legiſlatoris auctoritate elidi nullo pacto poſſe uideatur. capi. ſi cautio, ubi Innocen. de fide inſtrumen. l. penultima, ubi Bald.

30 C. dę probatio. † Reſpondeo, rei euidentiam nunquàm excludi. capi. ueſtra, de cohabita. cleric. & mulie. capi. euidentia, de accuſation. Barto. l. pri.

31 ma, quæſti. prima. ff. de nou. oper. nunt. † & facti ueritas naturali ratione ueluti commentitia longè potior proſus eſt attendenda, cui humana diſpoſitio non poteſt præiudicare. l. ij. ff. de uſufruct. ear. rer. & §. miniam, inſtit. de adopt. & clemen. paſtoralis, de re iudic. inferior enim ſuperioris facultatis diſpoſitionem non elidit. capi. cùm inferior, de maiori. & obedien. & clemen. ne Romani, de ele-

32 ction. † quamuis uerba ſint humani animi paſsionum notę, ut Ariſtot. tradidit, & Iuriſconſult. in lege Labeo. ff. de ſuppell. leg. & ſcripturæ teſtimonium legitimum cenſeatur, ut inde enuntiationes humanæ probent. Doct. rubri. de teſti. tamen uerba & ſcriptura quandoque aliter, quàm ſe res habeat, enunciant. & legiſlator nomen & rei ſubiectum protinus aduertendum ſtatuit. c. Marchiun. prima, quæſti. prima. capi. exiſtimatur, undecima, quæſti. prima. capit. intelligentia, de uerborum ſignificatio. l. ſcire. ff. de leg. & id quod agitur, quàm id, quod ſimulatè concipitur. toto titu. plus uale-

33 re quod agitur, quàm quod ſimul. concip. † unde uariis modis fit fraus legi & Canoni. capit. quia in tantum, de ſimo. capit. ultimo, de regul. iur. ubi Din. & Anchara. Barto. Alber. Bald. & Caſtren. l. contra, & l. fraus. ff. de leg. & l. non dubium, C. eo.

34 titu. † vnde ad ſimulationem detegendam plures coniecturas perpendi legiſlator decreuit. c. ad noſtram, de empt. & uendi. capi. iſto nos, de pigno. & l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio. ff. manda. ubi Fulgoſ. Ange. & Barto. Alexand. Iaſ. in l. eum te, C. de tranſact. & Barto. conſi. incipien. Petrus Nicolę,

35 & Cæpol. diffuſè in tractatu de ſimulat. contr. † et Rom. Rota decidit quot modis contractus ſimulatus intelligatur, & quibus coniecturis id deprehendatur. decil. xj. de dona. ſecundum nouam impreſsionem in nouis.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens filiam propter fratrem, an ſit intelligendum de fratre ipſius filiæ, an de fratre ipſius patris, & ſic de filia patruo? & nu. 16. & per totum conſi.*
2 *Ceſſante ratione & cauſa, ceſſat diſpoſitio.*
3 *Filia excluſa ab hæreditate patris, non cenſetur excluſa à fratris hæreditate, tametſi hæreditas paterna ad fratrem peruenerit.*
4 *Oratio quando eſt implicita, ſingula ſingulis referenda ſunt.*
5 *Relatiui natura eſt, perſonaliter aliquem, putà fratrem referre.*
6 *Perſonæ quando ſunt omninò diſtinctæ, una ſub altera non comprehenduntur.*
7 *Legis præſuppoſitum ubi deficit, & ibi etiam ipſius legis deciſio.*
8 *Statutum excludens filias ob maſculos eſt fauorabile. & uide nu. 27.*
9 *Diſpoſitio extendi non debet ad caſum, in quo minor eſt ratio. & nu. 11.*
10 *Statutum priuilegians patruum, non comprehendit patruum magnum.*
11 *Extenſio quando eſt facienda. & uide ſuprà nu. nono.*
12 *Ratio unica quando militat, omnes caſus comprehendi intelligumur.*
13 *Oratio indefinita, non æquipollet uniuerſali quoties ſubſit aliquo caſu diſpar ratio. & uide nu. 22.*
14 *Sermo generalis omnes comprehendit ſpecies ſub genere contentas.*
15 *Verba generalia debent intelligi in ſpecie ſimpliciter tali.*
17 *Doctores in conſiliis maturius factum & rem examinant, quàm in lecturis: ideóque potius conſilys, quàm lecturis ſtandum eſt.*
18 *Sermonis à proprietate recedere non debemus, quãuis mens diſponentis aliud quandoque ſuadeat.*
19 *Rubrica generalis nigrum extendit ad caſus in ea non comprehenſos, etiam in correctorijs. & eſt commu. opin.*
20 *Fratris appellatione quis propriè ueniat.*
21 *Species qualibet ſub generali appellatione comprehenſa, etiam in odioſis propriè continetur.*
23 *Rationem finalem ex multis urgere ſufficit.*
24 *Mens potentius ex uerbis, quàm ex ratione colligi poteſt.*
25 *Statuta etiam fauorabilia non extendi.*
26 *Statuta propriè ſunt intelligenda.*

CONSILIVM XXXV.

INDIVIDVAE TRINITatis mihi lux adſit, ut perplexum caſum ſecundum ueritatem & iuſtitiam diffinire ualeam.

1 Vm in ciuitate Imolenſi deceſſiſſet Magiſter Andreas Ferreus Medicinę Doctor relictis filiabus & fratre ipſo cõiuncto, quęſitum eſt, an ſingularis iuris illius ciuitatis inſpecta diſpoſitione

tione quatenus ſtante fratre filias ipſas excludit, ſit
intelligendum de fratre ipſius filiæ excludendæ, an
autem de fratre patris ipſius, & ſic ipſius fi-
liæ patruo? In qua quidem ſpecie non me latet
adduci ipſius Romani reſponſum xvj. aduerſus
quem Iaſon ipſe diſputat in lege prima. C. de
ſucceſſ. edict. ubi quamuis Decius Iaſonis ipſius
rationes aduerſus Roma. refellere uideatur, ta-
men adducta ex eius promptuario ſola ratione ab
opinione Iaſonis contra Roma. non cedit. & Brun.
in tract. ſtat. fœm. exclud. ſtantibus maſcu. articulo
duodecimo, quæſti. decimaſeptima ab hac Iaſonis
opinione, quam in puncto iuris ueriorem teſtatur,
non recedit. & in ſpecie ex facto conſultus hanc ip-
ſam ſententiam Iaſonis defendit Pariſ. conſil. cx. in
ſecundo uolu. verius eſſe probans fratris appella-
tionem in huiuſmodi caſu referendam ad filiam ip-
ſam excludendam, non autem reſpectu defuncti, &
ſic de patruo non eſſe intelligendum. & inter conſi-
lia Iaſonis in primo uolum. conſi. uigeſimoquarto.
idem reſponſum fuerit, fortè in caſu cremonenſi,
cuius meminit Iaſon in dicta lege prima. C. de ſuc-
ceſſ. edict.

Qua quidem re Mariani auctoritas accedit in cō-
ſilio trigeſimo, in primo uolum. & Socin. in conſilio
nono, in tertio uolum. & Cornei in conſilio octua-
geſimoquinto, Plura, in tertio uolum. & in conſilio
cxxv. quarto uol. quos Brunus adducit in dicta quę-
ſtione decimaſeptima. licèt ſuperius adductæ au-
ctoritates præciſè in hac ipſa facti ſpecie uigere ui-
deantur: cùm poſteriores loquantur de fratribus
in potiore gradu uel poſteriore; vnde in hoc caſu
non ſat conuenire uidentur, ut declarat Decius in
dicta lege prima. quamobrem quàmplurimis urgen-
tibus rationibus ſatis prima facie, ardua uiſa fuit
præſens conſultatio; vnde & exactius diſcutiendum
pro ueritate indaganda cenſui.

In primis ergo quatenus dictum reſponſum Ro-
mani xvj. aduerſus filias pro patruo quantùm perti-
net ad Imolenſis iuris terminos ad rem facere non
uidetur, tametſi aduerſus Iaſonis tela defendi poſ-
ſit, ut probat Decius in d. lege prima. Namque in
caſu Roma. duo militabant maximè, quorum neutrū
hîc urget, ratio ex ipſo procemio collecta, & in
ipſo expreſſa, quæ tam fratres filiæ excluſæ, quàm
defuncti comprehendebat: ut clarè Roma. docuit.
2 † quæ conſideratio cùm hîc non uigeat, reſponſi
illius deciſio locum habere non poſſe uidetur. l. tu-
telas. ff. de capit. dimin. ubi Bar. & in c. cum ceſſante,
de appellationib.

Alterum quòd in illius ſtatuti parte ſubſequen-
te filiæ excludantur à petendo ſupplemento legiti-
mæ ſtantibus eorum fratribus ac filiis patris: vnde
niſi ſequens para ſtatuti de fratribus defuncti locu-
ta fuiſſet, ſuperflua remanſiſſet: quod hîc conſide-
rari non poteſt. quæ ſanè duo inter cætera ab ipſo
Romano conſiderata fuiſſe perpendit Brun. in d. q.
xvij. in princ.

Nec ſatis exacta uidetur cuiuſdam Neoterici
conſideratio perpendentis ſtatutum ipſum Imolen-
ſe in ea parte, in qua de fratre conſanguineo loqui-
tur, ſuperfluum reddi; propterea quòd prius exclu-
ſerat mulierem ſuperſtitibus deſcendentibus ma-
ſculis, & ſic fratribus eius: ergo nunc de fratre de-
functi debet intelligi locutum fuiſſe. quia hunc ip-
ſum æquiuocare cenſeo: cùm in priori parte exclu-
dat mulierem ab hæreditate aſcendentis alicuius ſu-
perſtitibus deſcendentibus, etiam fratribus excluſæ:
ſed in ſequenti parte excludit mulierem à fratris ſuc-
ceſſione, ibi, nec fratri etc. & ibi, uel frater ipſius
fratris conſangoineo. dum ergo in ſequenti parte
excludit ſtante fratre, intelligendo, ut excludat à
ſucceſſione fratris, ſtatutum ipſum nullo pacto ſu-
perfluum redditur. l. prima. §. ueteres. ff. de acquir.
3 poſſeſ. † ubi concludunt omnes, excluſam ab hære-
ditate patris, non cenſeri à fratris ſucceſſione repul-
ſam: tametſi portio paterna ad vnum ex fratribus
peruenerit: quia poſt aditam hæreditatem ſit no-
uum patrimonium. lege fina. C. de inofficioſ. teſta-
mento.

Et quamuis iidem recentiores conſiderent duo
hæc determinabilia ſub eadem determinatione po-
ni, ſcilicèt, quòd non ſuccedat alicui ex aſcen-
dentibus ſtantibus deſcendentibus, uel fratre: ta-
men ego puto in hoc ſtatuto oppoſitum uerius eſ-
ſe: quia immo reddendo ſingula ſingulis excludi à
ſucceſſione alicuius ex aſcendentibus ſtantibus de-
ſcendentibus, non fratre. Item excludit à ſucceſ-
ſione fratris ſtante fratre; & ſic ſub diuerſa deter-
4 minatione, † quia in implicitis orationibus ſingu-
la ſingulis referenda ſunt. l. falſa. §. fina. ff. de condit.
& demonſtration. & capit. indemnitatibus, ubi Ge-
mini. de electon. in ſexto. & Gloſſ. in lege ſi nego-
tium. ff. de negot. geſt. cum aliis adductis per De-
cium in conſilio centeſimooctuageſimoſexto, co-
lumna penultima. nec illa uerba uel fratre ipſius
fratris conſanguineo, ullo pacto referuntur ad illa,
5 alicui ex aſcendentibus: † quia loquuntur per rela-
tiuum ipſius fratris: quod perſonaliter ipſum fra-
trem refert, de cuius ſucceſſione prius dixerat. Bar.
l. Gallus. §. inſtituens, ſecunda columna, ad finem.
ff. de libe. & poſthum. & ponit Socinus ibi, dum de-
fendit Imolam contra Roma. in interpretatione. §.
hæreditatem. l. cùm pater. ff. de legat. ſecundo. &
Corn. in conſilio ducenteſimooctuageſimo, in
tertio. & conſi. ducenteſimoquadrageſimooctauo,
in primo. & Curtius iunior in conſilio centeſimo-
uigeſimoprimo, numero nono. & Gozadi. conſil.
uigeſimonono, numero quarto. & Ruinus centeſi-
motrigeſimoſexto, numero ſeptimo, in tertio. &
Marianus iunior cxj. numero uigeſimooctauo, in
primo. Et ex hac etiam conſideratione infero, quòd
nec dictum ipſum reſponſum Roma. nec caſus cō-
ſiderati à Bruno in dicta quæſtione decimaſeptima
ad præſentem ſpeciem pertinere uidentur: quia in
caſibus illis dicebatur, uel ſimpliciter, quòd mu-
lier non ſuccederet ſtantibus fratribus, unde non
uidebatur abſurdum ſub ea generalitate tàm de
fratre filiæ excludendæ, quàm defuncti intelli-
gendum: cùm omnes in eodem ſignificatu ſint
fratres: ut innuit Decius in dicta lega prima.
Sed Imolenſis iuris diſpoſitio aliter concepta
eſt: quia poſita ſucceſſione aſcendentium, dein-
ceps ponit ſucceſſionem fratris: à qua exclu-

dit ſtaute fratre ipſius fratris . hîc autem non tra-
ctatur de excludenda muliere à ſucceſsione fratris ,
ſed patris Andreæ : uel filiis ipſarum filiarum ab aui
ſucceſsione; quæ ſecundum iuris rationem ualdè
differunt.d.§.ueteres.

Item alia quoque ratione, quia ſibi ſtantibus fra-
tribus fit eacluſio eapreſsè à ſucceſsione patris : hîc
6 fit eacluſio à ſucceſsione fratris . † vnde , cùm alia
ſit perſona fratris: & alia fratris in huiuſmodi ap-
pellatinis nominibus omninò diſtinctis alterum
ſub altero non comprehenditur . Baldus in l. quod
ucrò.ff.de legib. & Cinus in l. prima , ad finem . C.
quæ ſit longa conſuetu. & per Brunum in dicto tra-
ctatu in ſexto articulo princi. tertio membro , co-
lumna tertiadecima , uerſic. item dicit Baldus in l.
7 quod meo . Nam, † & ubi legis præſuppoſitum de-
ficit,iuris deciſio , ibi locum non habet . quod de-
clarat Accurſ. in l.mancipia.C.de ſeru.fugi.cui ſub-
ſcribunt Iacob. Butrig.Fulgoſius & Caſtren. & So-
cinus in conſil. ſexageſimotertio , columna quarta
ad finem in primo . Sed in illis deciſionibus diſpu-
tatur : an fratres filiæ excluſæ uel defuncti compre-
hendantur , hîc aût nõ põt tractari de fratre defun-
cti , quia lex loquitur (ut dixi) de fratre, & non de
patre . Item quia hîc ſtatutum loquitur , quòd ſtan-
te fratre ipſius fratris etc. vnde non poteſt intelligi
de fratre fratris ; quia hic eſt ipſemet defunctus , de
cuius hæreditate agitur, non frater fratris de cuius
hæreditate tractatur : vnde theoricæ illę ad præſen-
tem caſum pertinere non uidentur.

Præterea , nec rationes ipſæ pro fratre defuncti
ad excludendam filiam in hæreditate patris addu-
8 ctæ admodum urgent : † quia ſtatutum huiuſmodi
fauorabile ſit . nam quòd ſimpliciter & abſolutè id
uerum ſit , tradit Brunus in dicto tractatu , quarto
articulo princip. quòd ſi magis communem ſenten-
tiam ſequi uolumus, ſaltem in capite incluſiuo agna
torum fauorabile cenſendum eſt; ut tradunt Doct.
in l.uenia. C.de in ius uocand. & Curtius iunior in
conſi. quinto, & Iaſ.in dicto conſil.uigeſimoquar-
9 to in primo . † vt enim id uerum ſit , diſpoſitio ta-
lis eatendi non debet ad caſum in quo minor eſt
ratio.l.cui pacto. ff. de ſeruis export. & Bald. in d.l.
10 quod uerò . ff. de legib. † vnde receptiſsimum eſt ,
ſtatutum priuilegians patruum, non cenſetur com-
prehendere patruum magnum , in quo minor uiget
ratio, quàm in patruo ſimpliciter . Docto. in d. l.j.
C.de ſucceſs.edict. & per Brunum in dicto tractatu
duodecimo articulo, quæſti. xvj. uerſicu.tertius ca-
ſus. & potiſsimùm in uerſicu.incidenter etiam quę-
ritur, & per Alexandr. in l.dotis. ff. ſolut. matrim.
& ubi eſt maior ratio, etiam in materia catenſionem
patiente, illa fieri non ſolet.l.lege Iulia.§.hoc capi-
te.ff.de ritu nupt. & in capit.fin.de tranſlat. prælat.
& declarat Soci. in dicto conſil. nono , in tertio . &
Pariſ.in dicto conſilio centeſimodecimo , quod ad
huius ſtatuti terminos attinet. & Docto. in l. illam.
C.de collation. quamobrem non ſat ſolidè in huius
ipſius ſtatuti interpretatione fauorem inde conſi-
derari : quod utroque caſu uigeat ratio conſeruan-
11 dæ agnationis ; † quia cùm vnica ſit , ſemper exten-
ſio eſſet facienda , ut latè diſcuſsit Brunus in dicto
tractatu in quinto articulo princip. ubi concludit
iuris huius ſingularis hanc unicam eſſe rationem.vn-
de ceſſarent plures communes deciſiones , in qui-
bus apparet , quòd non fit extenſio, adductæ ab ip-
ſo Bruno in dicto tractatu ſexto articulo princip.in
prima,ſecunda, tertia quæſtione , & in dicto duode-
cimo articulo in pluribus quæſtionibus . At Docto.
ipſi concludere ſolent minorem eſſe excluſionis ra-
tionem in patruo, & ſic fratre defuncti , quàm in
fratribus ipſius filiæ : & ideò de fratribus filiæ ad
fratres defuncti non eſt facienda extenſio: quæ ſem-
per facienda eſſet , conſiderata hac ratione . vnde
etiam fieret in ſtatuto loquente de fratribus ad fra-
tres patrueles ob eandem rationem : quod tamen nõ
admittitur,ut Brunus diſcuſsit in d. xij. articulo, q.
v.uerſi.an autem quod concluſum eſt.& Soci.d.cõſ.
ix.& Roma.d.conſi.xvij.

Poſtremò & alia quoque conſideratio ſatis leuis
12 uideri poteſt, quòd † huius iuris municipalis vnica
ratio excogitari ualeat ; ut Brunus docuit in dicto
tertio articulo . vnde omnes caſus comprehendi in-
telligantur , quibus eiuſmodi ratio conuenire poſ-
ſit.l.quamuis.C. de fideicommiſſ.ubi Docto. & Iaſ.
in auten.quas actiones. C. de ſacroſanct.Eccleſ. &
diffusè Brun.in dicto quinto articulo princip.& vj.
in tertio membro, uerſicu.tertiò dubitatur.& uerſi.
ſed prædictis obſtat . Namque hoc caſu dicitur
comprehenſio , non autem extenſio , etiam in ma-
teria correctoria. Nam ſecundum huiuſmodi inter-
pretationẽ in hoc ipſo ſtatuto diſceptationes om-
nes eſſent ſublatæ , quæ fieri ſolent , an incluſio
vnius perſonę trahatur ad aliam : quod integro tra-
ctatu illo & maximè in ſexto articulo , & xij. Bru-
nus ipſe pertractat, & Docto.in d.l.illam. C.de col-
lation. vnde concludi debeat in huius iuris ſingula-
ris interpretatione rationem huiuſmodi ſatis fragi-
lem cenſeri : quemadmodum & tunc quoque ceſſat,
ubi alia ſuaderi poteſt, extenſionem huiuſmodi non
fieri : ut eſt Glo in c.conſtitutio, de electíon. in vj.
cui Imol. & Geminia. ſubſcribit . & adſtipulatur
Alexand.In lege ſi conſtante , ſecunda columna . ff.
ſolut.matrimo. & tradit Brunus in dicto tractatu in
ſexto articulo, in tertio membro , uerſicu. ſecundo
caſu, ad finem . & non ocioſè hoc ipſum perpendit
Socinus in dicto conſilio nono, ad finem. licèt Iaſon
non ſat explicet in dict.l.j.C.de ſucceſs.edict. vnde,
cùm hîc alia ratio ſuadere uideatur, ne illa vnica mi
litet , uel quin minor eſt ratio excludendi filiam à
ſucceſsione patris in fratre patris , quàm in fratre
filiæ ; cùm ſit remotior : uel quia ut tradit Deci. in
d.l.j. magis conſentaneum eſt , ut portio filiæ , qua
priuatur, applicetur proprio fratri , quàm patruo ,
meritò hæc vnica ratio parum facere uidetur .
13 Accedat † quòd hæc uideatur indefinita quædam
locutio , quòd excludantur extante fratre.Bartolus
l.ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in l.ſi
ita, in principio.ff.de legat.ſecundo.& in lege ſi ita.
ff.de auro & argento legat. ponitur enim terminus
communis pluribus ueluti frater ſine ſigno vniuer-
ſali : & ſic fit indefinita locutio , quæ non æquipol-
let vniuerſali , ſi ſubſit aliquo caſu diſpar ratio:
ut docuit Bartolus in dicta lege ſi pluribus. ff. de
legat.

legat.ſecundo.& l.omnes populi, in tertia quæſtio.
acceſſ.iij.princ.ff.de iuſtit. & iur. & in l.j. de regul.
iur. ſed hic uiget eadem ratio in aliquo caſu, & po-
tiſsimùm in hoc, in quo uidetuc eſſe minoc ra-
tio, igitur etc.

Et ſi diceretur, orationem hanc generalem eſſe,
14 & ideò ſpecies omnes † ſub genere contentas com-
prehendere.l.ſemper in generalibus.ff. de regu.iur.
ubi Deci. & Cagno. & Bald. docuit. l. ij. C. de iure
aur. annul. Deci.poſt Abb. in rubr.de conſtitut.&
idem conſi.quinto, adhuc interpretatio hæc ambi-
gua eſſet:quia frater patris reſpectu filię non ſimpli
citer dicitur frater,ſed cùm qualitate,quod non eſt
in fratre mulieris excluſæ, qui abſolutè dicitur fra-
15 ter: † vnde uerba generalia debeant intelligi in ſpe-
cie ſimpliciter tali.Barto.l.Lucius.§. quæſitum.ff.de
legat.iij.& l.hoc legatum,eodem titu.& Bulga.do-
cuit in rubr.ff.ſolu.matri.ad fin.vbi concludit,quòd
uerbum generale in ſpecie potius accipi debeat,quã
do genus huiuſmodi magis accommodatur ipſi ſpe-
ciei,ſed cum aliqua qualitate: putà, ut in ædifican-
te & reficiente, & in adoptione,& in uerbo peto: &
maximè ubi ſumus in materia ſtricta atq; odioſa in
qua non eſt eadem & par ratio in omni ſpecie con-
tenta ſub generé. Ex quibus plurimùm anceps in
huius thematis diffinitione ueluti perplexa hæſi-
tatui.

16 Maturius † tamen eiuſmodiq; omnibus non ob-
ſtãtibus conſideranti, uerius uiſum fuit huius ipſius
ſingularis et Imolenſis iuris diſpoſitione inſpecta,
fratres non ſolùm filiarum ipſarum excluſarum in-
telligi, uerùm etiam & ipſius defuncti, putà patruũ
ipſum. Pro qua ſanè concluſione extat ipſius Ro-
mani reſponſum in dicto conſil. ſextodecimo, cuius
opinionem ſecutus eſt Camp.in tract.de dot.mulie.
in ultima parte quæſt.iiij.incipien.Sed cadit.& Ge-
org.Natta in eodem tract.in quinta quęſtione tertię
principalis, ubi teſtatur auum eius paternum ante il
lum pro hac ſententia reſpondiſſe. & ſequitur Cur-
tius iun.in conſi.quinto, columna iiij.& ſententiam
huiuſmodi & legendo & ex facto reſpondendo Cur
tius antiq.ſecutus fuit, ut idem refert in dicta l.j. C.
de ſucceſs.edict. & Curtius iunior in dicto conſilio
quinto. & idem Iaſ. in dicto conſil. uigeſimoquar-
to, in primo, & conſi. lxvij. Quare ſententia hæc
magis communis uideri poſsit, à qua nec Decius
ipſe prorſus abhorret in d. l. j. dum Romanum de-
fendit aduerſus tela Iaſ.licèt poſteà indiſcuſſum ne-
gotium relinquat. & ipſius Iaſonis authoritas uelu-
ti inutilis reiicienda uidetur, cùm ex facto conſul-
17 tus aliud ſenſerit. † Quod, ueluti maturius factum
exiſtimari debet. in ſylua nuptiali fol. cxiiij. co-
lumna quarta, uerſi.ſed quæro, ubi plures deciſio-
nes adducuntur.

Hanc autem ſententiam iuuat ipſius rubricæ ge-
neralitas orationem perfectam habentis, ibi, quòd
mulier non ſuccedat aſcendentibus, uel tranſuerſa-
libus. Conſidero enim generalitatem illius ſermo-
nis nullam admitere diſtinctionem fratris à patre,ut
in nigro,ſed indifferenter concludit,fœminam do-
tatam etiam tranſuerſalibus non ſuccedere. Quod
ſanè ad commodum aliorum tranſuerſalium factum
cenſeri debet. At cùm pater huius filiæ, quod ad
fratrem attinet, illius ſit tranſuerſalis, diſpoſitio hu-
iuſmodi iuris municipalis adaptari uidetur; quòd
filia ipſa non poſsit ſuccedere patri ſtante fratre ip-
ſius patris: quia & ipſe pater eius fratri,& frater pa-
tris ipſi tranſuerſalis ſit, vnde ob tranſuerſales filia
hæc à patris ſucceſsione excluſa remanet, l. iiij. §.
coties.ff.de dam. infect.ubi Barto. nec hìc cadit di-
ſtinctio,quæ fit inter fratrem & fratrem,quaſi frater
mulieris ſit ſimpliciter frater; patris autem frater
ſecundum quid ſit tale. quia reſpondeo, qualitatem
hanc tranſuerſalium omnibus competere,& nullam
potius in vno quàm alio uigere. Quamobrem hu-
ius rubricæ conceptio generalis tranſuerſales om-
nes generaliter comprehendit,etiam in materia per-
18 quàm ſtricta & odioſa,† quia à proprietate ſermo-
nis generaliter comprehendentis non facilè recedi
ſolet. Baldus d. l.ij. Abbas, Decius, Rip. & Be-
roius dict.rubr.de conſtitutio. & Calderi.conſ.pri-
mo in titu.de conſangui.& affinit.& Angelus conſi.
ducenteſimo octuageſimo tertio, Inaduertentiam
ſtatuentium, uerſi. pro hac parte. & Decius dicto
conſil. quinto. & quamuis mens diſponentis aliud
quandoque ſuadeat,ut declarat Ange. in dicto con-
ſilio cclxxxiij. tamen hic nec mens nec intentio
ne e ratio ſtatuentium oppoſitum dictant; quinim-
mo, cùm eorum intentio fuerit, bona in ipſa agna-
tione conſeruare,in quacunque ſpecie ſub generali
ſermone concepta & comprehenſa uerificatur: ut
Brunus declarat in dicto articu. iij. princi. nam id-
circò diſpoſuerunt, quòd mulier ſua dote contenta
19 eſſet, aliis tranſuerſalibus relinquendo. † Quamob-
rem rubrica generalis, etiam in correctoriis nigrum
extendit ad caſus in eo non comprehenſos: ut Paul.
Caſtren.reſpondit in conſi.cccxxiiij.aliàs cccxxx-
vij.cui ſubſcripſit Alexand.in rubri.ff.de offic.eius,
in princi.& Curtius iunior in dicto conſilio quinto
columna ſeptima.& Brun.aduerſus Iaſ.in dicto tra-
ctatu articu.octauo, nono, & xx. & Socinus in con-
ſilio cxxviij. Videtur, in quarto, & Corneus conſi.
ſexageſimoſeptimo, Plenè, in primo. & communem
ſententiam atteſtatur Purpurat.in l.j.ff. ſi cert.peta.
nu.xxj.& ibi Deci.declarat.

Secundò pro hac ſententia huius iuris diſpoſi-
tionem in nigro poſitam conſidero, quia, ut omnes
fatentur in locis ſuperius adductis, Roma.Campeg.
Natta, Curt.iuni. à quibus nec Decius receſsiſſe
20 uidetur in d.l.j.† appellatione fratris uenit propriè
tam frater eius, cui ſucceditur, quàm eius mulie-
ris, quæ excluditur,nec vnus altero mãgis frater exi
ſtimatur:nec prius & poſterius inter has ſpecies cõ-
ſiderabile eſt: ut declarat Decius in dicta l. prima,
de ſucceſs.edict. Quare, cùm ſtatutum hoc genera-
liter & propriè loquatur de fratre, ut mulier non
ſuccedat fratri ſtante fratre,generaliter etiam com-
prehendetur tam mulieris frater, quàm defuncti;
21 quia uterque propriè frater: † vnde etiam in odio-
ſis quęlibet ſpecies generali appellatione compre-
henſa propriè continetur. l.cum lege. ff. de teſtam.
ubi Areti.& declarat Decius in l.ſemper in genera-
libus.& ibi Cagno. plures adducit,& Alciat.lib.j.de
uerborum ſignifi.in j.chac. & Calder. dicto conſi.j.

de conſang. & affinit. & Ange. l. fi. colum. pen. uerſi. tertiò quæritur. ff. de conſtitu. Princip. & l. j. §. j. ff. de aleæ luſ. & aleator. & l. in fraudem. §. fi. ff. de milit. teſtamen. & Deci. d. conſi. v. Cùm ergo ſtatutum diſponat, quòd filia non ſuccedat fratri uel patri ſtante fratre ipſius fratris, vtique pater huius filiæ dicitur frater reſpectu fratris ipſius extantis; vnde licèt excludatur filia à ſucceſsione patris, in effectu tamen dicitur excludi à ſucceſsione fratris, reſpectu fratris extantis, qui eſt frater ipſius patris propriè, licèt reſpectu filię pr̄, & ſic meritò ſtatuti diſpoſitio in eo uerificatur. d. l. cum lege. ff. de teſtam. idque potiſsimùm in fauorabilibus, in quibus latior fit interpretatio. Ponta. & Imol. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matrimo.

22 Comprobatur † & eadem concluſio, quia licèt conceptio hæc indefinita eſſet, cùm tamen eadem omninò uigeat ratio, in omni caſu uerificari debet, quod Bart. docuit d. q. iij. acceſſ. d. vj. princ. d. l. omnes populi. Nam, ſi cùm eadem uel vnica ſubeſt ratio, fit extenſio ad caſum, qui ſub lata ſignificatione uocabuli comprehenditur, etiam in odioſis. Gloſ. clemen. j. de elect. & in auct. minoris debitor. C. quando mul. tutelę off. & per Imol. in d. clemen. j. & in d. §. de uiro. & Soci. in d. conſi. ix. ad fi. multò magis ex identitate uel vnitate rationis ſtatutum debet extendi ad caſum, qui ſub propria uocabuli ſignificatione comprehenditur: ut tradit Areti. in dict. l. cum lege. & Barto. in l. filium habeo. ff. ad Senatuſconſul. Macedo. cum aliis ſuperius adductis à Decio in dict. l. ſemper in generalibus, & d. rubri. de conſtitu.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, & primò, quòd dictum Romani reſponſum xvj. pro hac ſententia non faciat: quia immo præſentem caſum decidit: quatenus perpendit ultimam rationem ex generalitate ſermonis nitentem ac proprietate, dum adducit. c. ſi Romanorum, decima nona di-
23 ſtinct. & l. de pretio. ff. de publician. † ſufficit enim ex multis rationibus uigere finalem. vulgato §. affinitatis. inſtitu. de nupt. & tantò magis quia in caſu Romani ratio prooemialis uigebat, & hìc rubricæ
24 generaliter cócepta diſpoſitio plus operatur, † quia potentius mens ex uerbis, quàm ex ratione colligi uidetur, quia illa fit expreſſa comprehenſio, hæc uerò ex his, quæ ueniunt ad expreſſa: ut per Bald. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab.

Nec urget, quòd in caſu Romani uerba poterant adaptari etiam fratri defuncti, hìc uerò non, quia ibi tractabatur de ſuccedendo patri uel ſimpliciter: hîc uerò fratri, ut ſuperius dictum eſt, & ſucceſsio fratris diuerſa ſit à ſucceſsione patris, quia & hìc ſtante generalitate ſermonis tractari poteſt de ſucceſsione fratris. nam ſi loquamur reſpectu filiæ, proculdubio defunctus eſt pater: ſi loquamur reſpectu defuncti & fratris extantis uerè frater eſt; & ideo agitur de ſucceſsione fratris: quod ad extantem fratrem & excludentem attinet. & quamuis nó poſsit dici frater fratris ipſemet defunctus, ut dicebam ponderando gloſſam in dict. l. mancipia, attamen aduerti debet, quòd ſtatutum non ſe aſtringit ad fratrem defuncti, nec ad fratrem fratris, ſed generaliter ad fratrem extante fratre. Quæ uerba poſſunt uerificari ponderando fratrem reſpectu alterius fratris, non filiæ, & hoc modo conſiderando, non eſt uerum, quòd vnum appellatiuum ſit diſtinctum ab alio, ſed vnum generale comprehendit omnia ſpecialia ſub eodem contenta.

25 Minus urget, ſtatutum etiam fauorabile non extendi, ut declarat Soci. in d. conſi. ix. quia ad hoc reſpondetur, hanc non eſſe extenſionem, ſed comprehenſionem ex ui uerbi deſcendentem: vnde, quælibet ſpecies propriè ſub generali appellatione comprehenditur. Bald. d. l. ij. & Areti. d. l. cum lege. Præterea, ſiue conſideremus quòd in vnoquoque caſu dicitur propriè frater, ſiue quòd omnes ſiot propriè collaterales, ſiue quòd vnus non ſit frater per prius, & alter per poſterius, ſed in ſuo caſu ambo ſunt propriè fratres: ſiue conſideremus unitátem rationis & identitatem ob conſeruandam agnatioẽ eadem diſpoſitio conſtitui debet. l. tutelas. ff. de cap. dimin. ubi Barto. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Qua ratione refellitur id quod obiiciebatur, vnicam rationem non attendi, ſi aliud ſuadeat, quia cùm in omnium caſu ex prædictis conſtet eandem uigere rationem, quod non erat in caſu Socini & aliorum, quia aliud eſt in patruo, aliud in pátruo magno, aliud in fratre carnali, aliud in fratre patruele. illa enim etiam reſpectu eiuſdem ſubiecti ſe habent per prius & poſterius, ſed hìc ſemper ſe habent eodem modo ſiue reſpicias fratrem defunctum, ſemper alter eſt ei collateralis uel frater; ſiue reſpicias mulierem illi propriè frater eſt; vnde utrumq; per prius, ut egregiè docuit Deci. in dict. l. prima. C. de ſucceſſ. edict.

Minus urget indiffinitæ orationis ratio, quia uerius uidetur hanc eſſe generalem conceptionem; ut
26 tradit Bulgar. in dicta l. prima. ſolu. matrimo. † vnde ab huiuſmodi generali & propria ſignificatione, etiam in ſtatutis non facilè recedi debet. Bart. d. l. omnes populi, d. iij. q. acceſſ. ſextæ princ. Vel & ſecundò, quòd cùm in omni caſu ſit eadem ratio, indefinita comprehenditur, ideò vniuerſali æquipollere ſolet: ut declarat Ioannes Andr. Archid. & Gemin. in c. ut circà, de electio. in ſexto. & Barto. d. l. ſi pluribus.

Nec urget propriè fratrem non eſſe contendi mulieris patruum: quia reſpondeo, reſpectu ipſius fratris de quo agitur, nullam patruitatis qualitatem conſiderari, quia propriè frater eſt, ut omnes concludunt: nam qualitas illa quòd ſit patruus, conſiderabilis eſt tantùm reſpectu mulieris excluſæ uel excludendæ. Vel & ſecundò reſponderi poteſt, illud procedere, quando vna ſpecies diſtinguitur ab alia; quia qualitas quæ eſt in vna, facit uideri eam eſſe diuerſam ab altera. d. §. quęſitum. exemplú in fratre, & fratre patuele, in patruo, & patruo magno. Hic autem vnum eſt genus, quod comprehendit plures ſpecies inter ſe differentes, propriè tamen. d. l. cum lege, ubi inteſtabilis dicitur, qui teſtari non poteſt. itemque inſtitui atque in eo teſtis adhiberi. at in d. §. quæſitum, ſpecies fratris à fratre patruele prorſus eſt diſtincta, & frater in genere non comprehendit patruelem: in caſu autem noſtro ſecus eſt, quia gene

ralis

ralis appellatio fratris æquè propriè fratrem filię cō-
plectitur ac fratrem ipſius defuncti.d.l.cum lege, cū
aliis ſuperius adductis.
Ex quibus hanc ſententiam ueluti ueriorem ſe-
27 quor, non diſcutiendo, † an ſtatutum hoc ualeat,
uel ſit irreuocabile excludendo ſucceſsionem ex teſta-
mēto, cùm id ſit receptiſsimū.Brun.in d.tract.in j.art.
q.iij.Nec diſcutio,an idem iudicandum ſit de filiis
filiarum,quod de filiabus propter radicem infectam.
l.ſi uiua matre.C.de bon.mat.idque potiſsimùm cū
ipſę filiæ dotatæ fuerint:& quia deciſum extat.Bru.
in d.tract.vj.art.in iij.membro in j.q.Ex quibus cō-
ſtat poſt alios ueteres hanc ueram eſſe Imolenſis ſta-
tuti interpretationem.

Laus Deo,Patauij Kal.Maij, 1551.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Donatio continens futuræ ſucceſſionis ſpem, non ualet.*
2 *Pactum inualidum eſt, quod futuræ ſucceſſionis ſpem contineat,etiam iuramento uallatum, & eſt communis opin.*
3 *Beneficia antequàm uacent, nemini ſunt concedenda.*
4 *Pactum inualidum eſt,etiam factum ſuper re particulari uiuentis.*
5 *Filius paciſci non poteſt,ne à patris debitore exigat.*
6 *Donatio facta matrimonij contemplatione cenſetur legitima.& nu.ſequentib.& 33.*
7 *Matrimonij ſacramētum à Deo inſtitutum, & quando.*
8 *Priuilegia propè innumera lex concedit matrimonio.*
9 *Obligatio ex cauſæ ipſius uirtute robur aſſumit.*
10 *Promiſſio cum cauſa,efficax eſt.*
11 *Donatio partis bonorum poſt eius mortem habendorum,ualida eſt.*
11 *Donatio omnium bonorum ualida eſt, quippè quòd futura non comprehendit.& eſt com.opi.*
12 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum reſeruata certa quantitate,de qua teſtari quis poſſit ualida eſt.& opin.hæc communiter approbatur.numero ſeq.*
13 *Pactum ualere cùm quis ſpondet bona ſua poſt mortem ad ſuperſtites alterius prædefuncti filios peruenire, dummodò certam ſibi reſeruauerit ſubſtantiam, ut inde teſtari queat.*
14 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter*
15 *Filius uiuente patre nil certi iuris in eius bonis habere cenſetur,& ſi quaſi dominus dicatur.*
16 *Argumentum ex diuerſis fieri non debere.*
17 *Donatio,ubi ſit mentio mortis,cenſetur cauſa mortis facta; & ideò reuocabilis.*
18 *Finis prout ſuadet, ita diſpoſitionis actum intelligere debemus.*
19 *Digniori à qualitate ſeu nobiliori ſubiectum ipſum denominari debet.*
20 *Donatio cauſa mortis inſinuationem non exigit.*
21 *Clauſula omni meliori modo, uirtus.& nu.ſequentibus.*
22 *Teſtamentum ſuſtinetur, ſaltem codicillorum iure ob uirtutem clauſulæ omni meliori modo.*
23 *Clauſula omni meliori modo, ſupplet titulum inſtitutionis,ne teſtamentum corruat.*
24 *Statuta condere poſſunt Principes ſiue Barones in eorum iuriſdictione.*
25 *Laici quando ſuper iuramento ſtatuere poſſint. & nume. 65.*
26 *Iuramentum tollit inſinuationis defectum.eſtq́; comm. opin.& nu.ſeq.*
27 *Donatio ultra quingentos aureos licèt non inſinuata, ualida eſt cum iuramento,& eſt comm.ſententia,& nu.præcedenti.& ſeq.*
28 *Doctoribus Canoniſtis in materia ſpirituali potius ſtandum eſt,quàm Legiſtis.*
30 *Mulier renuncians beneficio Velleiani,illo prorſus deſtituitur.*
31 *Donatio ob cauſam inſinuatione non eget. & nume. ſequen.*
32 *Donatio ob cauſam non eſt ſimplex donatio.*
33 *Donatio propter nuptias non requirit inſinuationem. & uide.nu.69.*
34 *Legis prouiſio contra ius commune non extenditur ultra illud,quod lex exprimit.*
35 *Lex ſuperueniens ſtrictè intelligenda eſt.*
36 *Mentem ex uerbis colligi.*
37 *Verba ſi non conueniunt,nec diſpoſitio conuenit.*
38 *Appellatione filiorum ueniunt poſteri.*
39 *Conſtituti uirtute ius in re acquiritur.*
40 *Clauſula ex nunc prout ex tunc,uirtus.*
41 *Donatio inter uiuos dicitur,licèt mentio mortis facta fuerit,quando in donatione ſunt illa uerba: promittens perpetuò & omni tempore attendere etc.& nume.62.*
42 *Dictiones,perpetuò,ſemper,& quandocunque, quam habeant uim.*
43 *Donatio cauſa mortis quinque requirit teſtes.*
44 *Donatio inter uiuos exiſtimatur,quotieſcunque nō affuerint quinq; teſtes, ad hoc ne diſpoſitio corruat, ſi cauſa mortis diceretur. in qua quinque requiruntur teſtes.*
45 *Donationes excedentes ſummam 500. aureorum, ut inſinuentur, cur conſtitutum fuerit?*
46 *Fraus facilius inter coniunctos præſumitur.*
47 *Inſinuationis ſolennitas renunciari non poteſt. & eſt commu.opinio.& quid ſi cum iuramento.nu. ſeq.*
48 *Iuramentum non tollit ſolennitatem inſinuationis faciendæ in donatione excedente ſummam 500. aureorum:& nu.ſequentibus de commun.ſed nu. 52. de contraria comm.opin.*
49 *Principi,qui non paruerit,morte dignus eſt.*
50 *Inſinuationis renunciatio debet fieri cum iuramento, ad hoc,ut illius defectus tollatur.& uide nu.ſequ. & nume.54.*
51 *Iuramentum accedens actui ficto nihil operari.*
53 *Doctoris authoritas eatenus probat,quatenus lex docet,quam allegat.*
55 *Omiſſum, quod à diſponentibus fuit, non facilè lex ſupplet.*
56 *Donatio excedens aureorum 500.ſummam inſinuanda eſt.*
57 *Forma à lege data,& neglecta,actus redditur nullus,*

licèt

licèt iuramento firmatus. & nu.60.
58 *Iuramentum perſonale eſt, ideóque hæredes non afficit.*
59 *Inſinuationis forma ſecundum Mantuæ ſtatutum.*
61 *Donatio inter uiuos cenſetur, quotiens uinculum hæredibus inijcitur.*
63 *Inſinuationi renunciari non poteſt.*
64 *Renunciari his non poteſt, quæ publicum ius ſiue utilitatem reſpiciunt.*
65 *Princeps laicus iuramentum in ſpecie probibere haud quaquam poteſt*
66 *Iuramenti ratione laicus foro ſubeſt eccleſiaſtico.*
67 *Iuramentum tactis ſcripturis præſtari ſolet.*
68 *Mandatum non præſumitur.*
69 *Tex.l. Attilius Regulus.ff.de don. nonnullaq; alia infra declarantur. & uide ſuprà nu.33.*
70 *Rationem legis uerbis potiorem eſſe.*
71 *Ceſſio ſiue remiſſio ex defectu inſinuationis non facta corruit. & eſt comm.opin. & nu.37.*
72 *Renuntiatio abſque cauſa, cenſetur donatio.*
73 *Pactum reciprocum inter fratres factum, quòd bona eorum ad ſuperſtites perueniant, indiget inſinuatione ſi bona excedant 500. aureos.*

CONSILIVM XXXVI.

ADSIT MIHI TRINITAtis indiuiduæ lux, vt quod iuſtum & uerum ſit, diffinire ualeam.

CONTIGIT dominum Baptiſtã Piperariũ liberalitate huiuſmodi erga dñm Alexandrum eius ex fratre nepotẽ, ijs uerbis uſum fuiſſe: Quibus omnibus continuè præſens dominus Baptiſta, qui pro parte ſua uolens oſtendere quo amore eius nepotem proſequeretur, & quàm ſibi gratum fuerit quòd præſens connubium celebratum ſit: per ſe & hæredes ſuos etc. promiſit domino Alexandro pro ſe & hæredibus, quod is uel filij & deſcendentes maſculi in effectu ex bonis eius conſequentur tot prædia poſt ipſius Domini Baptiſtæ mortem, quorum æſtimatio aſcendat ad ſummam decem mille aureorum. Cæterùm ab ipſius Domini Baptiſtæ obitu orta eſt inter dominum Hieronymum eius fratrem & dominum Alexandrum, & Iulium ex fratre nepotes controuerſia: quippè quòd ipſi contendant ex patris perſona patruo inteſtato pro dimidia ſuccedere: dominus tamẽ Hieronymus ex aſſe hęredem ſeſe iuſtinum aſſeueret, qua contentione uigente, quamuis nepotes ipſi in poſſeſsione hęreditatis patrui exiſtãt dominus tamen Alexander quinque mille aureos ab ipſo domino Hieronymo patruo ueluti certo hærede dimidię partis ipſius fraternę hæreditatis petit. Quamobrem quæſitum eſt, utrũ promiſsio hęc nulla ſit, ueluti futuæ ſucceſsionis ſpem quandam contineat?

Secundò, an hac exceptione ceſſante ueluti donationem inter uiuos inferat, inſinuationis defectu corruat?

Quod ad primum attinet, prima facie reſpon-
1 dendum uideretur, † inde nullam cenſeri, quòd ſuc-
ceſsionis ſpeciem continere uideatur: cùm effectus
illius poſt ipſius promittentis mortem collatus ſit.
ibi, quòd dominus Alexander poſt domini Bapti-
ſtę mortẽ in effectu conſequetur. & c. vnde ab vtriuſ-
que iuris ratione ſponſio hæc prorſus diſsidere ui-
deatur. l. ſi quis. §. ſed utrum. ff. de acqui. hære. verſ.
ſed ego nõ puto. & l. ſtipulatio hoc modo. ff. de ver-
bo. obli. ubi Alex. poſt veteres nu. xx. xxi. & xxij. & l.
fin. C. de pact. ubi Iaſ. & Cagno. in v. not. poſt alios
2 aduertunt, † futuræ ſucceſsionis ſpeciem continen-
tes pactiones idcircò à lege improbari, quia captã-
dæ mortis uotum inducant. quòd & Lateranen. Cõ-
3 cilij decretum deteſtatur, † dum prohibet, ſacerdotia
antequàm uacent, nemini concedenda. c. ii. de con-
ceſs. præbend. ubi Glo. in uerbo antequam. Io. And.
But. Imo. & Abb. in v. no. & c. ij. & iij. eo. tit. in vj. vbi
Archi. Gem. & Fran. colligunt. nec in genere pactio-
nem ſuperuiuentis ſacerdotio iuſtam cenſeri, ne quis
inde ſaluti alienę inſidietur. quod cum bonis mori-
bus repugnet, nec iuramenti adminiculo ſuſtineri
poſſe receptius creditur. cap. non eſt oblig. iuratorium.
de reg. iur. in vj. c. quanto. de iureiur. Alex. Iaſ. Curt.
d. l. fin. in v. notab. & ibi Cagn. nu. xxx iiij. uerſi. am-
pliatur, communem ſententiam atteſtatur. pro qua
quandoq; reſpõſum extat. Anch. ccccxiij. Vil o, Fulg.
xxiij. Pater, Soci. lxiiij. in iij.
4 Secundò † & legis rationi tunc quoque locus eſſe
videtur, cùm ſuper re particulari uiuẽtis pactio ini-
tur. Bart. l. cùm dominus. §. fi. ff. de peculio leg. in fi.
ubi, licèt hoc faciendo fortè eſſet indignus, conclu-
5 dit, † filium non poſſe paciſci, ne à patris debitore
exigat. l. quidem, in fin. ubi Alberi. & l. ſeq. de dona.
& l. ij. in fin. C. de his quib. ut indig. ſubſcribunt Ca-
ſtren. Iaſ. ac Aquen. nu. xiiij. & Curt. nu. lxv. Deci. &
Cagno. nu. aliij. uerſ. ultimò in d. l. fin. C. de pact.
Quare concludendum uidetetur, ſpõſionem huiuſ-
modi ueluti futuræ ſucceſsionis pactionem conti-
neat, nullam exiſtimari. d. l. fi. ubi Dec. poſt alios in
ij. not. & d. l. ſi quis. §. ſed vtrum, & d. l. quid em. §. fin.
ff. de donat.
Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum ue-
6 rius eſſe cenſeo. † cùm promiſsio hæc ob honeſtam
coniugij cauſam facta ſit, & idcircò legitima cenſe-
ri debeat: ut colligitur ex uerbis documenti, ibi,
quàm fuerit ſibi gratum, quod præſens connu-
7 bium celebratum ſit. Inſtituit † enim ſacramen-
tum hoc præpotens Deus, cùm accepta coſta
ex Adam mulierem effinxit: vnde ſcriptum eſt: hoc
nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Gen.
ij. Matth. xix. Mar. x. & primæ Corinth. ſecundo. &
c. deinde opponitur, uigeſimaſexta diſtinct. in fine.
& uidit Goffred. & Hoſtien. in ſumma de ſponſali.
in principio, & Glo. in uerbo conſummatum, de
conuerſione coniugat. in c. ex publico, in de enim
ſingularis ille animarum producendarum effectus
oritur, quarum ſalus inæſtimabilis creditur. c. capit.
præcipimus, duodecima quæſti. prima. l. iuſtiſsimè.
ff. de ædilitio edict. Gloſ. & Abb. c. cùm contingat,
8 de iureiuran. ibi, uerſi. ſed canon. † Quocirca & hu-
mana lex coniugia quoque frequentari innumeris
ſingu-

ſingularibus iuribus eis conceſsis ſuadet.l.j.ff. ſolu.
matrimo. ubi poſt Bart. aduertunt recentiores om-
nes,& l.aſsiduis.C.qui poio.in pigno.& Bald. No-
uel.& Io. Camp.diffuſè pertractarunt. quamobrem
inſpecta ſponſionis huius cauſa ſatis legitimæ cenſe-
ri debet.l.iurisgentium.§.ut generaliter.ff.de pact.
in l.generaliter nouimus. l.ſequenti.l.ſi plagij.l. ſti-
9 pulatio hoc modo.ff.de uerbo.oblig.† Cauſæ enim
uirtus cautionibus ipſis & promiſsionibus fidem ad-
hibere conſueuit.l.cùm de indebito.§.j.ff.de pro-
bat.l.nuda ratio.ff.de donat.l.generaliter,C.de non
nume.pecu.ubi Glo.in verb.tanquàm,uerſ.item no-
ta.& Albe. poſt Simo.Vicen.& Oldra.uerſ.ſi autem
quæratur.& Sali.ij.not.& q.ij.nu.iij.& Fulg.v.nota.
hac ratione aduertunt,ſponſiones ipſas effectu non
carere,& Pontificio iure decretum extat.c.ſi cautio,
de fide inſtrumen.ubi Gloſſ. in uerb.confeſsioni.&
Hoſtien.& Io.And.& Abb.q.j.nu.j.& ij.& Feli.nu.
iij.& ueteres ac recentiores in non abſimilibus caſi-
10 bus ex facto conſulti ſæpius riſerunt, † cùm quis
non indiſcretè & abſq; cauſa ſpopondit uinculis iu-
ris cõpelli,ut promiſſa adimpleat. Pont.cõſ.ccxc.In
caſu.uerſ.& quauis.Alex.iiij.uerſi. modò capio.nu.
xv.& conſi.xiij.nu.ij & iij.& conſi.lxxxiij.nu. v.in j.
& conſ.xviij.nu.vj.in ij.& xciiij.in iiij.& ix. nu.xii.
in v.& cxlj.in fin.& cxcv.lib.vj.Grat.cxx.num.ij.&
iij.in j.
11 Secundò † in ſpecie receptum extat, poſſe quem
certam bonorum ſuorum partem poſt eius mortem
alteri ſtipulanti tradendam promittere, quippè, quod
promiſsio huiuſmodi uniuerſalem hæreditatis ob-
uentionem non tribuat.l.ſi ſeruum. §.fin. cum lege.
ſeq.de leg.ij.ibi,manumiſſorum pretia.Accur.diffe-
rentiam agnouit,an quis uiuens certam partem bo-
norum aut hęreditatis, uel contrahendo,uel ultimę
uoluntatis auctoritate diſponat.& ſubſcribunt Bart.
Alberi. & alij. ceſſat enim eo caſu ratio liberam te-
ſtandi facultatem impediẽdi.d.l.ſtipulatio hoc mo-
do,nec alienæ mortis captandæ uotum inducit. d.l.
fin.C.de pactis.d.§.& generaliter.d.l.ſi quis mihi.&
Imol. in rubrica de teſtam. nu.v.in fi.quamuis An-
chara.ibi oppoſitum ſentire videatur.quare, cùm in
pręſenti negotio dominus Baptiſta ſpondeat ipſi
nepoti,quòd ex bonis illius immobilibus poſt eius
mortem portio decem mille aureorum cum effectu
ad eum perueniet:conſequẽs eſt,cùm de multo ma-
iori ſumma teſtari poſsit, ſponſionem huiuſmodi à
lege non improbari. l. ex eo.C.de inutilibus ſtipu-
lationib.l.ſi quis.§.ſed ſi quis.C.de donat.d.l.fin.C.
21 de pact.† hinc bonorum omnium donationem ua-
lere receptum eſt, quippè quòd futura non com-
prehendere intelligatur.l.ſi ita.ff.de aur.& arg. leg.
l.fin.C.quæ res pignori obligari poſſ.l.fin.§.qui in-
diuiſam.de leg.j.Bart.d.l.ſi ita. uerſ.ſecundò uiden-
dum.Moderni Bonon.c.in præſentia, de probation.
12 nu.lxxxv.& xcij.† & cùm quis præſentia & futura
bona donet,certa ſibi quantitate reſeruata, de qua
teſtari poſsit: diſpoſitionem huiuſmodi iuſtam cẽ-
ſeri.l.Lucius.§.omnes.ff.quę in fraudem creditorũ.
ibi,uniuerſas res ſuas tradidit. & Bar.docuit d.l.fin.
C.de pact.ubi Deci.poſt Alex.nu.xxx.& Barto. d.l.
ſtipulatio.uerſ.quato aliquis.ubi Alex.Iaſ.Claud.&
alij poſteriores ſequuntur.Bal. Butr.Abb.c.in præ-
ſentia,de probatio.ubi Dec.nu.viij.uerſ.vij.nota,&
Beroius.nu.lxxxviij.&xcij.&xciiij.& ex facto ſępius
reſponſum extat.Pont.conſi.xxvi. Pro deciſione, in
princip.& Ang.v.nu.iii.Alex.lix.Viſo, num.ii.verſ.
nec dicitur impedire.Soc.conſ.ci.Viſis, in ii.& plu-
res adducit Deci.conſi.xxxi.& conſi.ccli.nu. i. & ii.
13 † Inde quoque pactionem eam legitimam Doctores
concludunt,cùm quis ſpondet bona illius poſt mor-
tem ad ſuperſtites alterius prędefuncti poſteros ma-
ſculos peruenire,dummodo certam ſibi ſubſtantiam
reſeruet: in qua teſtari poſsit. pactio enim huiuſmo-
di uniuerſalis ſucceſsionis obuentionem non conti-
net,ſed particularis: cuius exequutio poſt mortem
promittentis confertur.l.unica.C.ut ab hęrede & in
hæredem.Abb.d.l.fin.C.de pact.uerſi.ſed quęro de
pulchra.& Sali.ibi, & Oldr.conſi.cxxxix. Ad habẽ-
dam.nu.iii.concluſionis huius rationem hãc addu-
cit,quòd promiſsio hæc ob cauſam honeſtam,obli-
gationem producat ſtatim efficacem,licèt exequtio
uſque ad mortem ſuſpendatur. & in non diſsimili-
bus caſibus ueteres ex facto conſulti quandoque re-
ſponderunt:Bar.conſ.lxxii.Deci.ccxciii.Pręſuppo-
ſito,nu.iii.& lvi. nume.iii. Rui.conſi.xl.nu.i.in j.&
aliàs poſt dominum Mariã.iuniorem conſi.lxv.in i.
nu.xlvii. hac quoque ratione inter Principes Saxo-
niæ & Haſsiæ Lantgrauios reciprocam pactionem
idcircò ualere reſpondi,quòd decem mille floreno-
rum ſummam utraque pars reſeruaſſet,de qua teſta-
ri poſſet.Quocircà domini Baptiſtæ promiſsio le-
gitima cenſeri debet,cùm nullam futurę ſucceſsio-
nis ſpem contineat, atque teſtandi libertatem non
impediat.Iaſ.inter conſ.Bruni conſ.ix.nu.x.verſ.eò
quia communis & uera.& Bartholomę.Socin.conſ.
ſequ.nume.xvii.& xviii. uerſi. pręterea quòd com-
munis.& Bru.ibi in additionibus nu.i.& ſecundo &
D.Marianus Iunior cxliii.nu.xxvi. xxvii. in primo
concludunt pactionem particularis ſucceſsionis ef-
fectum continentem prorſus exequendam eſſe.

Non obſtat prima ratio unde promiſsio hæc ue-
luti captandæ mortis uotum induceret, elidi poſſe
uidebatur.d.l.fin.C.de pact.d.l.quidam.§.donatio-
ne.ff.de donat.Quia reſpondeo,iurium illorum ra-
tionem non procedere,ubi quis ex bonis ſuis partẽ
aliquam donat; ut in caſu propoſito contigit. d. l.
unica.C.ut actio ab hæred.promiſsio enim hæc ex
pręſenti conuentione iuris uinculum accipit:ut de-
clarat Io.And.in Speculo de inſtru.editione.§.por-
rò,uerſ.fuit etiam alia quæſtio.& Albe. Sali.& Iaſ.
d.l.fin.C.de pact.nume.vii.uerſ.iiii.limita.& Oldr.
d.conſi.cxxxix.Ad habendam.& Deci.conſ.ccxciii.
nu.iii.& D.Maria.iunior d.conſi. lxv. in i.nu.xlvii.
14 † Cùm enim lex priuatis quibuſque liberam conce-
dat de rebus ſuis eorum arbitratu diſponendi facul-
tatem.l.in re mandata.C. mand.l.altius.C.de ſeruit.
& aqua.l.inuitũ.C.de contrah.emp.l.nec emere. C.
de iur.delib.mirũ eſt,ut lex ſuſpicetur,& inde malũ
præſumat,quòd priuatus eius ſaluti naturali ratio-
ne inſpecta non repugnans probat.l.fin. C.de pact.
conuen.& id Iuſtinianus ſanxit d. l. fin. C.de pact.
uerſ.niſi ipſe fortè,ubi Iaſ.aduertit.uerſ.vii. limita.
Curt.& Aquena.

Secundò

Secundò non urget deciſ.Bar.in d. l.cùm domi-
15 nus.§.fin.de peculio leg.† quia filius uiuente patre
nil certi iuris in eius bonis habere cenſetur., licèt
quaſi dominus dicatur.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. &
ei patris ſucceſsio debita.l.ſcripto. ff. unde liberi,
quia remiſsio illa à lege reiicitur, quippè quòd ius
remittendi ex cauſa præſenti radicatum non ſit.Bar.
l.i.C.de pact.& l.poſt emancipationem.§.i.de libe-
ratione lega.quare,cùm eo caſu uigeat ratio legis,
mirum non eſt, ſi pactio remiſsionis à lege reiicitur
ut Curt.Deci.& Cagn.poſt alios ueteres declarant
in d.l.fin.C.de pact.At,cùm in propoſito caſu do-
minus Baptiſta uolens ac lubens ſpoponderit, & de
16 proprio iure diſpoſuerit,† conſequens eſt ex huiuſ-
modi terminis ſeu diſsimilibus ratiocinari nõ poſſe
l.Papinianus exuli.ff.de minori.l.generaliter. §. ni-
hil commune.ff.de acqui.poſſeſſ.in l.inter ſtipulan-
tem.§.ſacram,ibi,ſed hæc diſsimilia ſunt.ff.de uerb.
oblig.Quocircà quòd ad primum problema attinet
conſtat promiſsionem huiuſmodi efficacem,& om-
ni iure ſubnixam uideri.

Quod ad ſecundum attinet,prima facie concludẽ
dum uideretur, promiſsionem hanc ueluti cauſam
mortis donationem contineat, inſinuationis ipſius
defectu non corruere.ſpopondit enim dominus Ba-
ptiſta ipſi nepoti, quòd in effectu poſt ipſius mor-
17 tem conſequetur &c. †quare cùm mortis mentio fa-
cta ſit, cauſam mortis donationem continere di-
iudicandum uidetur.l.ij.ff.de donation. cauſ. mort.
ubi Barto. poſt Placent. & Dinum in principio.
cùm mortis mentio facta ſit cauſam mortis donatio-
nem inductam cenſeri concludit,& idcircò reuoca-
bilem.& l.Seia.eod.tit.§.cùm pater.in fin.ubi Bart.
uerſ.& ſi ubicunque.& l.Seia.ff.de dote prælega. ubi
Glo.in uerb.unum caſum.& ibi Barto.& in l. quæ
dotis.ff.ſolut.mat.in Glo.matr.uerſ. ſi uerò proba-
tur,quicquid ſentiat Accur.Bar.ibi, Roma.Alex.&
Iaſ.num.xxvj.& ſequen.concludunt mortis cauſa in
diſpoſitione donatum cenſeri, cùm mortis ipſius
18 mentio facta ſit. † Cùm enim eo caſu diſponens ob
mortis finem ſpopondiſſe uideatur, ipſius diſpoſi-
tionis actum huiuſmodi cenſere debemus, qualem
finis ratio ſuadet.l.& ſi.§. perueniamus.ff.de auro &
arg.leg. c.cùm aliquibus.de exequutione rei iudic.
l.ſi uoluntate.C.de reſcin.uend.ubi Bald.nu.j.uidie
19 Dec.conſ.ccccciiij.nu.xij. † Solet enim uulgò circũ-
ferri,à qualitate nobiliori ſubiectum ipſum deno-
minari.l.cùm quæritur.ff.de ſtatu homi.l.imperiũ.
ff.de iuriſd.om.iud.c.quod in dubiis,de cõſecratio-
ne Eccleſ. uel alta.l. cùm in diuerſis. ff. de relig.&
20 ſumpti.fun.At † cùm donatio huiuſmodi inſinua-
tionis ipſius formam Iuſtiniani legiſlatoris auctori-
tate non exigat.l.fi.C.de donationib. cauſa mortis.
vbi Accurſ. in verb.indigere.Bar.Bal.Ange.Fulgo.
Sali.& Caſtren.aduertunt: conſequens eſſe uidetur
eius defectu diſpoſitionem hanc non uitiari. Bart.
d.l.fin.C.de donation. cauſa mortis,& Antonius de
Canario in tractatu inſinuationis in ii. part. q. iii.
nume.iiij.

Secundò promiſsionis huius contractum fulcire
21 uidetur † clauſulæ illius uirtus,omni meliori modo
uia,iure,forma & cauſa,quibus melius & ualidius de
iure fieri poteſt & debet,promiſit etc.inde enim pa-
trui mens enixè colligitur quomodocunque poſsit
liberalitatem erga nepotem ipſum ualere cupientis.
arg.leg.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij. ibi,
obuiæ uoluntatis preces ad omnẽ ſucceſsionis ſpe-
22 ciem porrectę uidentur.† unde Bart. Io. ab Imola
huius clauſulæ uirtute ſaltem codicillorum iure te-
ſtamentum ipſum ſuſtineri affirmant. quemadmo-
dum ſi coram ordinario ceu delegato omni quis me-
liori modo progreſſum iudicij inſtituere proteſta-
tus fuiſſet.Card.cap.ex literis, de offic. deleg.& Io.
23 ab Imo.c.cùm ex officiis, de præſcriptionib. † in-
ſtitutionis quoq; titulum ſupplet,ne teſtm̃ corruat:
ut cõſtitutionis Iuſtiniani diſpoſitio ſuadet.§. aliud
quoque, in auct.ut cum de app. cogn.& auct.nouiſ-
ſima.C.de inofficioſo teſta.& docuit Bald.in l.quo-
ties.C.de hæred.inſtituen.in fin.& Fulgo. conſi.ac.
in q.io.& Caſtr.ccccxlv.Super puncto. aditionem
quoque prioris teſtamenti auctoritate factam ab eo
qui in poſteriori quoque inſtitutus fuerat,dummo-
dò ſe id omni meliori modo facere atteſtetur, ſu-
ſtineri reſponſum extat.Ancha.conſi.cciiij.Ex the-
mate.Ange.clxxxiiij.ſubſcribit Dec. conſi.xiiij.nu.
iij.& iiij. & conſi.lxxvii.Viſo, nume.iiij. unde di-
ſponentis enixa uoluntate perſpecta promiſsionem
hanc legitimam eſſe diiudicandum uideatur: præ-
ſertim, ut actus ipſe ualeat.l.quoties.ff.de reb.dub.
& l.quoties.ff.de uerb. obl. c.cùm dilecti.de donat.
c.Abbate,de uerb.ſign.

Tertiò Illuſtriſsimi Marchionis Fœderici Man-
tuæ Principis decreti auctoritas idem ſuadet. ſanxit
enim ille uerbis huiuſmodi: Sancimus & ordina-
mus,quòd ſi in fine contractus & inſtrumenti poſt
alias clauſulas apponatur hæc: Et prædicta omnia
dictæ partes promiſerunt ad inuicem ſyncerè, fide-
liter, & prorſus inuiolabiliter obſeruare: talis clauſu
la eaſdem uires habeat,eaſdem utilitates adferat, &
iuris effectus ſortiatur,quos haberet, adferet & ſorti
24 retur iuramentum, ſi interpoſitum fuiſſet.† quare,
cùm in eius ditione ſtatuere potuerit. l.omnes po-
puli,de iuſtitia & iure.§.ius autem, inſti.de iu.nat.
gen.& ciui,c.ut animarum, de conſtit.in vj.capi.ad
hæc,de officio Archidiaco.l.fin.de iuriſd. omn.iud.
Felin.poſt ueteres c.quòd ſuper his,de uoto.conſe-
quens eſt inter ſubiectos clauſulam hanc ipſi iura-
25 mento ęquipollere cenſeri. † Nec nouum eſt quan-
doque & laicos ſtatuendo ſuper iuramento diſpo-
nere poſſe, ueluti cùm decernunt contractum
aliquem certa forma neglecta geſtum,dolo initum
præſumi,tametſi ei iuramenti uirtus accedat. quod
Bart.docuit.d.l.omnes,iij.q.princi.& ibi Seuerinâs
poſt ueteres num.lvij.uerſ.circa primum, adſtipula
tur.& Abb.d.c.cùm contingat.nu.xij.uerſ. ſecundo
caſu,& ibi à Neotericis plura reſponſa adducuntur.
26 † Cæterùm, cùm à Pontificij iuris interpretibus
frequentius receptum ſit, iuriſiurandi uirtute inſi-
nuationis ipſius defectum fulciri,Io.And. in addi.
Spec.tit.de inſtrumentorum editione.§.porrò,verſ.
ſed quid ſi. ubi concludit, iuramenti auctoritatem
longè potiorem quàm humanæ legis formæ negle-
ctæ ratio.c.quamuis,de pactis in ſexto,& c.licèt, de
iureiuran.eodem libro, & d.c.cùm contingat,num.

xc.

xc.uerſicu. ſed dubium eſt, ibi, tu potes tenere. &
Panormit.nu.xvij.uerſ.ex prædictis, & Alex.plures
adducit.& inter recentiores Ripa l.nemo poteſt. ff.
de leg.j.nume.lviij.& Corſe.rub.de iureiur. priui-
leg. vigeſimoſexto, & paſsim tàm à ueteribus, quàm
recentioribus rumſum extat. Fede. Sen.conſ.ducenteſ.
octuageſ.primo. Caſus talis eſt, licèt non loquatur
(ut infrà oſtendam) in ſimplici iuramento. & Cald.
conſi.primo in fin.tit.de donatio. Ponta. vigeſimo-
ſexto, uerſic.ad tertium. Alexand.quarto, num. de-
cimooctauo uerſicu.quinimmo, ubi plures ueterum
ex facto conſultos Ioan. And. ſententiam ſequutos
atteſtatur: ueluti dominũ Pacem de Aquila, domi-
num Iuannem de Anania, Zechum Ferrarienſem &
Ange. Peruſi. idem conſil.duodecimo. Viſo, & cxxv.
Viſis in principio. & conſi. vigeſimo primo nume.
undecimo. & conſi. clvij. numero decimo ſeptimo
uerſicu.poſtremò.in ſecundo. & conſi. vigeſimo in
tertio. & conſi.ccxvij. Ponderatis.uerſi.poſſet etiam
dici.in ſexto.& cxxxiij.numero decimo in ſeptimo,
ubi concludit Alexand.præſertim io dicto conſilio
27 quarto.† ſaltem iuramentum, eum qui donauit, etiã
abſque inſinuatione obligare, ſi iuratus non contra-
uenire ſpoponderit. Abbas conſi. nonageſimo quin-
to in ſecundo, nume.tertio. Aret.conſ.ſecundo. In-
tellecta.& quadrageſimoſeptimo. Viſis, & ad finem,
& ſeptuageſimoſeptimo. Ratio. Corne.conſ.cxxj.li-
tera E. concludit ueriorem eſſe ſententiam Ioann.
And. ut iuraméti uirture inſinuationis defectus ſup-
pleatur & litera H.verſi.& hęc opinio, ſubiicit ſal-
tem procedere cùm donans iurando inſinuationis
exceptioni renuntiauerit. Idem conſil. ſexageſimo-
nono litera K.uerſic.his tamen, in ſecundo, ubi de-
clarat Fœderici ſententiam in dicto conſil.cclxxxj.
Butr.& Imol.in dicto cap.cùm contingat.idem cõ-
ſil.clxxvj.litera H.uerſicu.his tamen, & verſicu.ſed
ubi donans expreſsè iuraſſet donationem exequi nõ
28 obſtante defectu inſinuationis.† & idem conſil. tri-
geſimoſexto litera E. in tertio atteſtatur Pontificij
iuris doctorum opinionem in materia ſpirituali at-
tendendam eſſe. idem conſi.quinquageſimoquarto.
in quarto litera D.uerſicu.quod defectus: ubi atte-
ſtatur pro ſententia Canoniſtarum ſępius reſpondiſ-
ſe, ſaltem cum quis iurando inſinuationis defectui
renuntiauit.& Iaſ.conſil.quinquageſimoprimo. in
primo, numero tertio, ab hac ſententia in iudicando
non recedendum aſſerit.& conſi.clix. in quarto, ubi
ponit formam iuramenti, quòd donatrix iurauit ad
Sacra Dei euangelia manibus tactis ſcripturis præ-
dicta omnia & ſingula uera eſſe, & ea perpetuò at-
tendere, ſub uirtute tamen iuramenti. & Feli.conſil.
clxxxi. Caſus, & Soci.lxxvii.in ſecundo. & Dec. cc-
xxxix.uerſicu.præterea in caſu iſto. & conſil. cccc-
xxiij.uerſicu.tertiò non obſtat.& ccccxxxij. numero
decimoquinto uerſicu.ſed tamen prædictis.ubi ſen-
tentiam communem Canoniſtarum atteſtatur ad-
uerſus And.Sicu.conſ.decimoſexto, numero uige-
ſimo in ſecundo: quando concurrit renuntiatio cum
iuramento. idem conſi.cccclxxxviij. numero ſexto
& ſeptimo. & conſi.dxxxvi. numero decimoquarto
in ſpecie reſpondit in donatione facta in ciuitate
Mantuę iuramenti uirtutem inſinuationis defectum
ſupplere: quod intelligendum uidetur, ut idem de-
clarat in d.conſi.ccccxxxij.numero decimoquinto.
ſecundum mentem Fed. Are.& Corn.in conſiliis ſu-
29 perius adductis.† Vel quia donatio illa facta fuerat
in præſentia Prioris collegii Doctorum, quibus à
Principe hoc indultum eſt: unde inſinuationis for-
ma non deſit: ut declarat Barto.in l.Modeſtinus. ff.
de donation.& l.data.C.eodem.& Rui.quoque ſub-
ſcribit conſil.clxxii. numero uigeſimotertio in pri-
mo. & clxxx. numero quarto, & decimoquarto,
eod.lib. Reuerendiſsimus Cardinalis Pariſius conſi.
ſexageſimonono, numero nonageſimoquinto in ter
tio à communi ſententia non recedit. Gozad. conſi.
octuageſimoſeptimo, numero decimotertio uerſic.
quinimmo inclinat in ſententiam Ioan. And. ſubii-
ciendo Bal. ſententiam non procedere. cùm renun-
ciatum eſt exceptioni inſinuationis cum iuramento,
ut declarant Alexan.Corn. Areti & Soc.in reſponſis
ſuperius adductis. Grat.& ipſe aliis ſubſcribit conſi.
lxx.numero uigeſimooctauo, in primo. & nouiſsi-
mè Crauetta conſil. cxviii. numero primo in primo
ſupradictis omnibus adſtipulatur. Quare, cùm
clauſula illa, & inuiolabiliter prorſus obſeruare pro
miſerunt, efficientis cauſę habilis auctoritate effe-
ctus omnes pariat, quos iuramentum ipſum & ſinguli
ea partes in præſenti caſu uſæ: ut in fin. documenti
conſtat: ibi, & prædicta omnia prædicti dominus
Hieronymus Gablonneta & dominus Hieronymus
& dominus Baptiſta fratres de Piperariis promiſe-
runt etc.necnon & monitę fuerint, ut decreti ratio
exigit, qualis ſit illius uirtus, ſanè ex conſenſu earũ
obligationis uinculum productum eſſe uidetur.
30 † ueluti, cùm mulier intercedens & monita Sena-
tuſconſ. Velleiani beneficio renunciat & eius auxilio
prorſus deſtituitur.l.fin.§.fin. ff. ad Senatuſconſul.
Velleian.ubi Glo.in uerbo uſurum.& Glo.in l.ſcië-
dum.ff.de uerbo.obligat.ibi, ſecus ergo in muliere.
Bartol. Alexand.uerſicu.in ea, numero uigeſimono-
no, & Iaſ.numero trigeſimo, uerſic.tertiò noto. cõ-
cludendum ergo uidetur hanc ipſam donationem
abſolutam cenſeri, tametſi ei inſinuationis formà
non acceſſerit.

Quartò, hinc quoque inſinuationis formam non
fuiſſe in præſenti negotio adhibendam probati ui-
detur, quòd ob cauſam donatum ſeu promiſſum eſſe
uideatur, ut ex uerbis illis diſpoſitionis exordium
implentibus colligi uidetur.l.fin.ff.de hæred. inſti.
ubi Bart.& Bald. Alexand.& Deci. in l. j. ff. ſi cert.
petat.in ſecunda lect.& ſecundo not.& Lanfran. de
Oriano in c.quoniam contrà, de probationi.in pri-
31 mo notab.† dominus enim Baptiſta uolens oſten-
dere quo eius nepotem proſequeretur amore, & quã
ſibi gratum fuerit præſens coniugium fuiſſe cele-
bratum, per ſe & ſuos hęredes etc. inſinuationis igi-
tur atteſtatio hęc requiri non uidetur. l. Attilius Re
gulus.ff.de donation. ibi non meram donationem
eſſe. Accur. uidit in uerbo ob præcedentem, & Bar.
32 uerſ.quæro an egeat. Roma.& Caſtren. † non enim
33 eſt ſimplex donatio.l.j.ff.eo. quia ratione † in dona-
tione propter nuptias inductum creditur, inſinua-
tionis formam non requiri.l.fin.C.de donatio. ante
nuptias, & authen.ſeq.& l.fin.C.de iure dotium.un-
de

de Bart. tradidit in d.l. Attilius, & ibi Alexand. in
additionibus inſinuationem non requiri, cùm ob
cauſam donatur ſiue præteritam ſiue futuram: quod
ex facto quandoque maiores noſtri reſponderunt:
Oldrad. conſ. cxxsix. Ad habendum. nume. xiiij. ibi,
cùm quis tantumdem erogat, quantùm recepturus
eſt. & Angel. conſil. clxxix. & clsxxj. & Rui. clxxxij.
nume. xiij. in primo. & nouiſsimè Crauetta cxxxvj.
nume. ij. & dominus Marianus iunior cxliij. nume.
xlvij. in primo, concludit, cùm ob cauſam reciproci
commodi donatio ſit, inſinuationis adminiculum nō
requiri.

Quintò, cùm Iuſtiniani lex monumentorum pu-
blicorum atteſtationem requirens in donatione lo-
quatur. l. ſancimus, & l. penultima. C. de donation.
nullumúe adſit in hoc caſu donationis uerbum; mi-
rum eſt, ut Iuſtiniani legem extendere uelimus;
34 † cùm priuatorum libertatem aliâs legiſlatoris per-
miſſu euagantem d.l. in re mandata. C. mandati. d.l.
altius. C. de ſeruitutib. & aqua. l. uerbis legis. ff. de
uerbo. ſignifi. l. j. C. de ſacroſan. Eccle. ad fines huius
actus, nempè donationis reſtringat, & intra illos po-
tius coërcenda uideatur. l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut.
35 mat. † ſuperuenientia enim conſtitutionis ea eſt cō-
ditio, ut quàm ſtrictius fieri poſsit intelligi debeat.
l. ij. C. de noxalib. Barto. & Alex. l. ſecunda, de lega.
36 primo. ubi Ripa nume. vigeſimo. † inde enim diſpo-
nentis intentio colligitur, quòd eam uerbis declara-
uerit. l. Labeo. ff. de ſuppell. leg. §. id Tubero. uerſicu.
equidem non arbitrur. vnde ſermo humani animi
imago quædam creditur, ut Plato, Ariſt. Cicero, Fa-
bius, Hermolaus, Longolius quandoque aduerterūt:
37 † vnde; cùm uerba legis Iuſtiniani huic ipſi diſpo-
ſitioni non conueniant: eius quoque deciſionem in
ea locum non habere cenſendum uidetur. l. quarta.
§. quoties, ubi Barto. ff. de damno infecto. & l. ita au-
tem, in princip. ubi Barto. ff. de adminiſt. tutorum,
& l. accuſare. §. omnibus. ff. de accuſationib. & c. in-
demnitatibus. §. penul. de elect. in ſesto. & aduertit
Deci. conſi. cccclxvj. nume. ſextodecimo. quamobrē
ex his concludendum uideretur domini Alexandri
petitionem legitimam eſſe aduerſus D. Hieronymū
eius patruum editam.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum uerius
eſſe cenſeo: & pluribus rationibus oſtēdi poſſe mox
probo. Et primò, quia dominus Baptiſta per ſe &
ſuos hæredes promittit & conuenit domino Alexā-
dro præſenti & pro ſe & hæredibus ſuis recipienti
quòd prædictus dominus Alexander etc. vnde ius ex
promiſsione huiuſmodi ſolidum & irreuocabili-
ter ex hac ſponſione quæſitum intelligi debet, ut cō-
tractuum natura exigit. l. ſicut. C. de actio & obligat.
l. ab emptione. ff. de pact. l. ij. §. in his. ff. de uerb. obl.
38 † ſtipulatus eſt enim ipſe nepos ſibi & filiis atque
deſcendentibus, unde ſucceſsiuè poſteri uocati in-
telliguntur. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. ubi Gloſ.
in uerb. proderit Titio. verſ. ut autem. Bartol. Caſt.
& alij. & l. Gallus. §. primo. ff. de lib. & poſth. & in l.
quod dicitur. ff. de uerbo. oblig. & docuit Bald. in l.
ij. C. de iure dotium. & Alexan. conſi. xiiii. in primo.
unde conſtat huius pactionis internam eſſentiam
donationi cauſę mortis prorſus repugnare: unde
donationem quandam inter uiuos effectu ipſi infer-
re dicendum ſit. dicta l. quoties. ff. de reb. dub. et ff.
de reg. iur.

Præterea, ut cautum nepotem redderet ipſe do-
39 minus Baptiſta omnia illius bona ei ſuppoſuit, † quę
conſtituit ſe tenere & poſsidere nomine ipſius do-
mini Aleſandri & hęredum: vnde poſſeſſor conſti-
tutus uideatur. l. quod meo. ff. de acquirend. poſſeſs.
ubi Bartolus & Aleſander poſt alios nume. tertio,
uerſi. ex iſto textu nota. unde colligi uidetur ipſius
domini Baptiſtæ eam fuiſſe mentem, ut conſtituti
uirtute ius in re ipſi nepoti acquireretur. Docto. l.
quoties. C. de rei uendi. ubi Guilelm. & Ioan. Andr.
in Specu. de empt. & uendi. §. ſciendum. §. quid ſi res
uendita non eſt. & Butri. capi. cùm uenissent, de re-
ſtit. ſpoli. & Bald. conſi. ccclxix. Venditor conſti-
tuit, in quinto. Ange. xc. Quædam mulier, in fine.
Abb. xcj. quod primum, in primo. Alexand. xxv. in
tertio, idque potiſsimùm concludendum uidetur,
40 † cùm ſubiecta fuerit clauſula illa, ex nunc, prout ex
tunc hypothecauit etc. ut Alexander declarat conſi.
lxxxiij. uerſi. confirmatur, in ſecundo. cuius ſenten-
tiam aduerſus Deci. Neguſan. ueriorem oſtendit in
tractatu pignorum ſecunda parte principali, ſecun-
do membro, nume. quarto & quinto. vnde conclu-
di uidetur promiſsionem hanc effectu ipſo inter ui-
uos donationem, non autem cauſa mortis contine-
re: poſt ipſius qui ſpopondit, mortem exequen-
dam.

41 Accedit † ipſum dominum promiſſorem ſub pœ
na dupli nihil innouare ſpopondiſſe, ſed perpetuò
& omni tempore attendere: unde inter uiuos do-
natum exiſtimatur; quamuis mortis ipſius mentio
facta fuiſſet. l. ubi autem. ff. de donation. cauſa mor-
tis. ubi Bartolus. & ex facto non pauci reſponde-
runt. Ange. dicto conſi. clxxix. Vilis. Alexand. dict.
conſi. quartodecimo, in primo. Areti. lxxiiii. Dili-
genter. quam quidem interpretationem uerba illa
perpetuò & omni tempore, omninò ſuadent. l. Bali-
ſta. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. capi. primo, de tre-
gua, & pace. vnde non poſſunt intelligi donec re-
uocetur, ut natura actus dictat, ut in caſu Rui. di-
cto conſi. quinquageſimoprimo, in primo, numero
xiiii. qui aliàs nihil operarentur: quod in hominum
& legum diſpoſitionibus perquàm abſurdum eſt. l. ſi
quando, de legat. primo. Bald. rubri. C. de contra-
hend. emptione, quæſti. nona. Ange. l. ędem. C. loca.
Deci. capit. paſtoralis, de appellatio. nume. primo, &
conſi. cxxv. numero tertio, & ccxxxii. numero octa-
42 uo. † dictiones enim huiuſmodi perpetuò, ſemper,
& quandocunque in contractibus ad certi temporis
præfinitionem non facilè reſtringi Reuerendiſsimus
Cardi. Pariſ. poſt plures, quos adducit, egregiè do-
43 cuit conſi. xlii. nume. xlii. in tertio. Demum † non
omitto ad ſubſtantiam donationis cauſa mortis quin
que teſtium præſentiam requiri. l. fin. C. de donatio.
cauſa mortis. Cin. & Petr. l. licet. C. de pactis, Ale-
xand. l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio in ultima
fallentia, in l. ſtipulatio, de uerborum obligation.
44 † vnde Soci. conſi. cxxxvii. Multùm eleganter, in
primo, concludit cùm quinque teſtium præſentia nō
adfuerit, inter uiuos donatum exiſtimari, ne aliàs di-

ſpoſitio

ſpoſitio corrueret. & Ruinus d. conſi.ij.nume.v.vj.
& vij. in primo, licèt in eo caſu ſingulari ratione
aliud diſputando concludat: quæ cùm huiuſmodi
ſint, certa concluſio ſequi uidetur, hanc ipſam pro-
miſsionis diſpoſitionem effectu ipſo inter uiuos do-
nationem continentem, inſinuationis defectu pror-
ſus corruere. dicta l.ſancimus.d.l.penult. C.de do-
nation.ubi Gloſſ.ultima, & Alberi.in principio, &
Gloſſ.in dicta lege ſancimus, in uerbo tercentos. &
Baldus nume.ſecundo, uerſic.nota quòd lex.& Ful-
goſ.in compendio aliquot caſus excipit: & Salicet.
d.l.penult.uerſic. item nota quòd, & uerſicu. cæte-
ris.& l.illud.C.de ſacroſanct. Eccleſ.numero tertio.
45 & Caſtrenſ.ibi, poſt Cin. Bald.& alios. † conſtituit
enim id Iuſtinianus, ne fraudes & deceptiones in-
ter priuatos inducerentur. l. data. C. de donation.
ibi, ſi quidem clandeſtinis & l. in hac. & l.in dona-
tionibus. & d.l.ſancimus, & d.l.penul. & dict. l. il-
46 lud, † colligunt Docto. facilius inter coniunctos
fraudem præſumi, & Barto.d.l. Modeſtinus, de do-
nation.uerſicu.iſta enim ſolennitas. Ioannes Andr.
in dicto §.porrò, nume.ſeptimo, uerſicu.item nota.
Abb.& Imol.in dicto capi.cùm contingat, numero
nonageſimo, uerſic. ſed dubium eſt. & uidit Anto.
de Canar.in tractatu de inſinuation. q.j. nume.pri-
mo, uerſi.ut fraus, & paſsim reſponſum extat: Oldr.
conſ.liij.nume.iij.Bald.cccel.nume. iij. & ccclj.nu.
ſexto, in prima parte. & conſi. xviij. nume. quarto,
uerſicu.tertiò dubitatur, in tertio. & cv.nume.pri-
mo, eodem lib.& clxiiij.nume.iij. in quarto. Roma.
xxvj.Pro deciſione, uerſicu.is tamen. Alexand.xij.in
primo, nume.vij.Corneus vij. in ſecundo. & cxxvij.
litera K.in ſecundo. Ruinus clxxx.nume.iiij.& xiiij.
in primo, & conſi.clix.nume.vj. & xv. in quarto. &
dominus Marianus iunior lxix. nume.xxxvij.& lxx-
vij.nume.lvj.in primo.& lxvij.nume.xviij. & cxviij.
nume.ij.& nume.ix. in ſecundo. ubi ratione publici
commodi inſinuationis formam adhiberi aduertit,
vnde eius defectu nulla cenſeatur. Quocircà in præ
ſenti promiſsione, quæ in effectu donationem inter
uiuos continet, poſt mortem tamen re ipſa exequē-
dam; quatenus legitimam ſummam quingentorum
legaliū excedit, nullā exiſtimari cēſendū uideretur.

Secunda eſt ratio principalis, unde ſententia hæc
47 uerior poſsit uideri. † conſtat enim nulla partium
ſimplici conuentione huius ipſius ſolennitatis for-
mæ renunciari poſſe: prohibet enim lex donationes
aliter fieri, ne fraudes committantur.d.l.data.dict.l.
penul.quemadmodum ne bona minorum niſi certa
forma adhibita alienentur.l.magis.§.ne paſsim.ff.de
rebus eorum. Item & dotalia, toto titu.ff.de fundo
dotali. qua ratione Simon, Vincentius, Cinus, &
Barto.d.l.ſancimus. §. ſi quis autem. & Ioan.Andr.
d.§.porrò, uerſicu.Item nota quòd, & Iacobus Bel-
uiſius in quæſtione ab eo diſputata.& Salic.d.l.pen.
C.de donation.nume.iiij.uerſi.quæro, & Barto.d.l.
ſancimus, in fi. Alex.& Ripa l.nemo poteſt, de lega.
j.num. lvij. qui communem ſententiam atteſtatur,
ut priuata conuentione ſolennitas huius formæ non
derogetur, tanquàm publicum ius reſpiciat.l.ius pu
blicum.ff.de pact.& l.iij.ff.de teſtamē. & pertractat
Canarius in dicto tractatu de inſinuatione, in ſecū-
da parte princip. q.xxix.nu. xxvij. & ex facto maio-
res noſtri quandoq; reſponderunt. Corn.conſ.ccxxj.
in primo, litera G. communem hanc ſententiam at-
teſtatur. idem lxix. in ij. ſumpto loco à ſpeciali. &
clxxxvj.uerſ.his tamen, litera H.in ij. Quare.cùm ob
publici iuris commodum non liceat partibus huic
formæ renunciare, idem dicendum uideretur, nec
decreti auctoritate id eis permiſſum cenſeri: aliàs
effectus iuris eluderetur. idque potiſsimùm cùm nec
decretum hoc in ſpecie aliud ſtatuere uideatur: vnde
commodius ſit à ueteris legis diſpoſitione potius il-
lud reſtringi.d.l.ij.C.de noxalib. Barto. l.conſtitu-
tiones.ff.ad municip. vnde cùm mulier ſecundo ui-
ro plus relinquere nequeat leoninæ conſtitutionis
auctoritate, quàm vni ex filiis prioris matrimonij.l.
hac edictali.C.de ſecun.nupt.nec municipalis con-
ſtitutionis uirtute ſimpliciter cauentis, utrum certā
partē dotis pdecedente uxore lucrari, id ipſum poſſe
receptum eſt. Bar.d.l.hac edictali in prin.uerſ. & p
hoc.& Bal.ibi, uerſ.pone, & Sali.q.vj & Bal.c.j.uerſ.
quo dicit, & l.j.q.iij.C.de inoff.teſta. & Deci.plures
adducit auctē.præterea.C.vnde uir.nume.vij.
48 Tertiò † non defuerūt clariſsimi inter ueteres Iu-
riſconſulti, qui ſentirent, etiam iuramenti uerè & cor
poraliter pſtiti auctoritate hunc ipſum inſinuatio
nis defectum adhuc nō ſuſtineri: quippè, quod tres illos
inſeparabiles comites habere non uideatur, iudiciū,
iuſtitiā, & ueritatē.nā, cùm aduerſus conſti. Cæſaris
contrahatur.d.l.pen.ubi iuſtitia eſt? c.ſolitę, de ma
49 iorit.& obed.Scriptum eſt enim, † qui Principi nō
paruerit, morte morietur. Doct.c.nam concupiſcen-
tiam, de conſtit.in Glo.j.Bar.ſi quis pro eo.ff.de fi-
deiuſſorib. & ſi forma ad excludendas exceptiones
excogitata negligatur, ubi ueritas? c.j.de emp.& uē-
ditio.d.c.quoniam contrà, in prin.de proba.legitur enim
Hieremiæ quarto, Et iurabunt in ueritate, iudicio,
atq; iuſtitia.c.animaduertendum, xxij.q.ij.c.quanto,
de iureiur.c.et ſi Chriſtus, eod.titu.vnde ſententiam
hanc plures ſequuti fuerunt.Glo.in §.item ſacramē-
ta.c.j.de pace Conſtan. Guilel. Cunius, Alb. d.l.il-
lud.uerſ.fuit enim.& Bald.ibid.q.v. Rom. Ang.d.l.
50 ſancimus. Salice. d.l.pen.uerſ.& ultrà quæritur. † &
ſententiam hanc plures ex Federici reſponſo iouari
intelligunt.cclxxxj.dum ea lege iuſiurandi uirtutem
inſinuationis defectum ſuſtinere tradit, dummodò
renunciatum ſit cum iuramento defectui illius.idem
quoq; Cald.cenſuit conſ.ij.An donans. tit.de iure-
iur.Bal.clarè locutus eſt in conſ.cxiij.in j. adducen-
do Bar.in l.cùm lex.ff.de fideiuſſorib.idem Bal.cōſ.
ccclxxv.in iij.nu.ij. cōcludit liberationem gratuitā
inſinuationis fomento ſuſtinendam quemadmodū
ipſa donatio, aliàs & ſi iuramentum acceſſerit, pror-
ſus nullam eſſe. idem Caſtrenſ.exiſtimauit conſi.xc.
nu.iiij.& v.in ij.Bal.ſententiam ueriorem affirmās.
idem conſi.xcv.in ſecundo, uerſ.ſupereſt tertium &
ultimum, numero duodecimo, aſſerit Ioan.And. ſa-
tis frigidè ſententiā illam affirmare. & pro Bal.duas
fortiſsimas rationes excogitat. prima, quòd lex do-
nationem inſinuatione carentē ueluti fictam pro non
51 ſcripta haberi iubet. d.l.ſancimus. † vnde iuramen-
tum actui huiuſmodi accedens, nihil operat. Bal.l.ne
profuus.C.de oper.lib. ſecunda ratio, cùm iſq; dona-

nit, obiit, iuramentũ non officit hæredi, ut actus in odium recipientis illud à lege reiectus intelligatur. idem conſi.ccxlv. in primo, nume.xviij. uerſi. vnum omiſerim.ubi in ſinuationis defectum iuramenti uirtute non ſuppleri docuit, cui nec canon aduerſus publicam utilitatem defert.c.ſi diligenti,de foro competenti. Ang. quoq; conſ. clxxix. Viſis, in fin.uerſicu.quia igitur.& Roma.xij. uerſicu. ſecundò quia, iuramentum hoc caſu nihil operari tradunt, quia ſubiectum confirmabile non inuenit. idem cenſuit Andr.Sicu.inter conſi.Cur.lxvj.nume.uigeſimotertio,uerſ.& ſi quis.& conſi.lxvij.idem reſpondit Anto.Placen.cui plures ibi relati ſubſcribunt, & in additión.nume.iij.uerſi.ego dico tribus modis probatur. idem Barto.ſenſit in dicta l.Modeſtinus, & d.l. ſi quis pro eo,in ſecundo,iij.iiij.vj.& viij.membro. & Anto.Cana.in dicto tract.inſinuation.q.xxviij.in ſecunda par.&Croi.d.l.nemo poteſt.diſputando hãc ſententiam tuetur, & ibi Ripa nume. lvij. & ſequen. Curtij ſenioris diſtinctionem probat.d.conſi.lxvij. & ſententiam hanc Andreas Sicul.conſi.xv.Præclarè ſcripſit,in ſecundo.num.xx.& xxj.uerſi. & ſi quis iſtã opin. ſententiam hanc tùm ueram tùm communem atteſtatur, quam nouiſſimè dominus Marianus iunior acerrimi iudicij uir non improbat conſi.lxix. nume. lxxxix. uerſi. quoniam primò poſſet tentari: & clarius conſi.lxxvij.nume.lix. in primo, uerſi.uel poſitio.ubi reſpondendo ſubiicit inſinuationis defectum iuramenti uirtute non tolli,ſententiam illam communem ex Siculi relatione atteſtando.d.conſi. xvj.idem D.Marianus conſi.lxvij.num.xx.in ſecundo, in dubium refricari poſſe affirmat inſinuationis defectum iuramenti uirtute non ſuſtineri propter urgentes rationes & auctoritatem id ſentientium: idem dominus Marianus cxviij.in ij.nu.xj. quamuis ex mente Alexã. & Decij iuramentum donationem inſinuationis ope carentem fulcire concludat,in caſu ei tamen propoſito defectum illum inſpici oſtendit,aliàs ſubſiſtendum fuiſſe aſſerit.Quocirca,ſi horum ſententiam ueram eſſe fatemur, ut rationes ab eis urgentes adductæ ſuadent. l.i. §. ſed neque.C.de ueteri iure enuclean. Docto.cap.primo de conſtitu. confiteri oportet in propoſito noſtro,& ſi iuramẽtum uerè acceſſiſſet, inſinuationis defectu promiſſionem hanc uitiari.dict.l.data,dict.l.ſancimus, d.l. pen. C. eod. vnde multò fortius in caſu pñti id fatendum uidetur, in quo Mantuani decreti auctoritate clauſula illa,Et promiſerunt inuiolabiliter etc. ipſi iuramento æquipollet.argumen. capi. ex parte, de decimis.& capi.per uenerabilem.qui filij ſint legitimi. Canon enim iſte quod eſt potius inſpicit, quàm quòd humana lex diſponendo præſumat.Glo. c.fraternitas.xii.q.i.in fin.Innoc. Io.Andr. & Abb. capi.plerique,de iure immunitat. & c. is qui fidem, de ſponſalib.

52 Cæterùm, † ſi aliorum Doctorum ſententiam intueamur: quàmplures communem atteſtantur,ut iuramenti uirtus ſufficiat huic defectui ſuſtinendo, cùm poſſit illud exequi abſque ſalutis æternæ interitu.dict.capi.cùm contingat,dict.cap.licèt.de iureiur.in vj.quam Io.Andr.ſentire uidetur. d.§. porrò. But.d.c.cùm contingat.nume.xvj.uerſicu.ſeptimus caſus.& Imol.nu.lxxxx.uerſi.ſed dubium eſt, ibi, tu potes tenere. & Abb. nume.xvij. uerſicu. ex prædictis. & poſt Alexandrum Ripa communem atteſtatur nume.lviij.d.l. nemo poteſt. cum aliis ſuperius copioſè deductis.& Cald.conſi.j.& ij.& Deci.d.cõſi.cccxiiij.nume.xv.uerſicu.tertiò non obſtat.& d. conſ.ccccclxxxviij.nume.vj.& vij.& d.conſ.dxxxvj. nume.xiiij.quibus ſubſcribunt Rnin. Parif.Cozadi. Grat.& Crauetta,ambigendum non uidetur,quin & in præſenti negotio inſinuationis defectus, promiſſionis hunc actum nullum reddat: quippè quòd receptior hæc ſententia intelligi debeat; cùm iuramentum uerè acceſſit, non autem ſingularis iuris auctoritate aliquam clauſulam illi æquipollere ſtatuentis. dictat enim id canonis diſpoſitio, quo neterum ſententia nititur.d.c.cùm contingat,d.cap.li-

53 cet,d.c.quamuis. † Doctoris enim auctoritas eatenus probare cenſetur, quatenus ius ab eo adductum ſuadet.au&ten. ſi quis in aliquo. C.de eden. Barto.l. Iulianus,in principio.ff.de conditione indebit. & in ſpecie docuit in lege non ſolùm.§.liberationis.ff.de libera. lega. cum aliis adductis à Decio in conſilio dcxxii. nume. quinto. Præterea non defuerunt, qui huiuſmodi ueterum receptiorem ſententiam cõſtituentium, hãc intentionẽ fuiſſe,euidenter declararent. nam Iaſ.in dicto conſi.clxix.nume.nono, uerſi.ſecundò principaliter, in quarto, dum ponit exemplum, quòd donatrix iurauit ad ſancta Dei Euangelia manibus tactis ſcripturis. & Goadin.d. conſi.octuageſimoſeptimo,nume.nono,uerſicu.pro quibus omnibus & ſingulis, ibi, & pro maiori ſecuritate partes iuraſſe aſſerit ad ſancta Dei euangelia manibus tactis ſcripturis. & Decius dict. conſil. dxxxvi. nume. xiiii. dum concludit donationem in ciuitate Mantuæ factam tametſi inſinuationis forma careat, ſuſtineri: quia iuramentum adfuerat: uel quia in præſentia Prioris Collegii facta fuerat; ut ſingulari iure ciuitatis illius cautum proponitur: intelligi debet de iuramento uero & naturaliter præſtito, ut canon intelligit: & ſupraſcripti patres egregiè declarant. at cùm hîc nullum adſit huiuſmodi, ſententia hæc, quam receptiorem ueteres & recentiores appellant, Alexan. conſi.lix. nu.ſecundo,uerſi.præmiſſis, in præſenti negotio procedere non poſſe uidetur; vnde conſtat ex utroque complexionis ſeu dilemmatis capite Magnificum actorem reiici.

Quartò & hinc quoq; D. Hieronymi cauſa po-

54 tior ſuaderi poteſt; † quòd ueteres ita demum inſinuationis defectum iuramenti uirtute tolli declarant, cùm iuratus quis illius exceptioni renunciat. Io.And.d.§.porrò.d.uerſ.quid ſi renuntiauit. & Fede.Senen. d. conſi.cclxxxj.uerſi. ſi autem in inſtrumento.& But.d.c.cùm contingat, uerſi.octauus caſus.nu.xvj.& ex ueteribus in reſponſis plures declarare uidentur:Alex.d.conſi.iiii.uerſ. quinimmo. & d.conſi.xii.nu.vii.ibi, ſi iurando renunciatum ſit. & cxxj.nu.xvij.in j.& Corn.lxxix.in ij.uerſi.is tamen. & liiij.in iij.& Aret.d.conſi.ij. & Deci.d.conſi.ccxxxix.uerſ.præterea.&d.conſi.cccccxxxj.uerſ.præterea. & ante hos Cald.dict.conſi.ij.de iureiuran.& Soci.d.conſi.ſeptuageſimoſeptimo,& lxxx.nu.xiiij. in j.

in j.uerſi.nel pro concordia, ubi ſubtiliter aduertit,
Bart.in d.l.Modeſtinus, cum miniſterio q̃ſiuiſſe,an
renunciatio inſinuationis iuramento firmetur. eandem
decisionem probant Curt.And.Sicu.Præpoſit.
Mediol. Tortus, Puteus, & Nazar. in d.conſi. lxvj.
nu.xxiij.inter conſi.Curtij,& Ripa d.l.nemo,de leg.
j.nu.lviij.& Gozad.d.conſ.lxxxvij.nu.xiij.uerſ.prę-
tereà,& ſi uolumus. Cæterùm,cùm in decreto Mantuani
Principis ſimpliciter conſtitutum ſit,iuramēti
uirtutes & effectus ex clauſula expreſſa in fine contractus
& inuiolabiliter promiſerunt etc.oriri, ſanè
rationi repugnare uidetur,ut quod pars omittere nō
debuerat, ideſt talis defectus exceptioni renuncia-
55 re, huius clauſulæ authoritate ſuppleri. † tùm,
quòd à diſponentibus omiſſum, non facilè lex ipſa
ſuppleat.l.ſi cùm dotem.ff. ſolu.matrimo.l.commodiſſimè.ff.de
liberis & poſthum.l.ſi extraneus. ff.de
condit.ob cauſ. tùm quia æquipollendo ipſi iuramento,
& uirtutes illius unà cum partis renunciatione
continendo,plura ſingularia operaretur aduer
ſus iamdiu uniuerſi iuris receptam rationem. l.j. ff.
dotis permiſs.l.j.§.lex autem.ff.ad leg.Falc.ubi Bar.
Alex.& Iaſ.& d.l.ij.C.de noxalib.
56 Quintò, † cùm Cæſareæ legis hæc clara intentio
ſit,donationibus ipſis quingentos legales aureos excedentibus
publicum teſtimonium adhiberi; ne inde
quis circumueniatur. d.l.data, ubi Barto.& alij,
& Canar.d.q.xxviij.in ſecunda par. Bal.d.l.illud. q.
57 iij.uerſi.iij.Caſtren.d.conſi.cxcv.nu.xiij.in ij.† uerùm,cùm
lex in odium recipientis aliqua forma neglecta
actum irritat; licèt iuramentum ei accedat,
actua tamen non ſuſtinetur.quod Bart.docuit d. l. ſi
quis pro eo.ff.de fideiuſſorib.uerſic. quartò dixi.&
ibi Ange.nu.vij.& Caſtren.uerſi.vnde non petitur.
ubi concludunt his caſibus iuramento non confirmari:
quinimmo eum qui iurauit abſoluendum eſſe.c.ſignificante,de
pignorib.& c.debitores,de iure
iur.ubi Doct.& Io.ab Imola in d.c.cùm contingat,
nu.xj.uerſ.& in ea Glo. & quarto membro princip.
nu.lxvj.unde Caſtren.in d.conſi.viij.in ij. num.xvj.
uerſicu. & huius inueſtigationis magnus effectus.&
uerſi.quarta ratio in caſu donationis adminiculo inſinuationis
non munitæ, quamuis donans iuraſſet
eo defuncto hæredem poſſe excipere concludit, con
tractum odio eius,qui recepit, nullum eſſe,nec iura
58 mentum ſufficit,†cuius effectus hæredem nō aſtrin
git.c.ueritatis,de iureiur.ubi Inno. ex parte iurantis
uinculum inde oriens perſonale eſſe aduertit.
quare,cùm iuris communis diſpoſitione inſpecta,li
cèt iuratum eſſet,propter tamen inſinuationis defectum
actus in odium recipientis irritatur. Vnde potiſsimùm
defuncto D.Baptiſta,qui decreti auctoritate
cùm inuiolabiliter promiſerit, & idcircò iuraſſe
cenſeatur,multò fortius concludendum idem uideri
debeat, quippè quòd ultrà iuris communis diſpoſitionem
decretum ipſi iuramento uinculum nul
lum addit; vnde intra ſuos fines coërceri debet.
d.l. ſi ſerui ueſtri.d.l.conſtitutionibus.ubi Barto.ad
municipal. quinimmo., cùm periurij effectus excipiatur,
tutò ipſius promittentis hæres aduerſus eum
qui recepit,excipere poſſe uidetur.d.c. ueritatis, de
iureiur.cùm aliis ſuperius adductis..

Sextò & ultimò luce clarius oſtendo domini Hieronymi
cauſam longè potiorem eſſe: Illuſtriſsimi
enim Marchionis diſpoſitione decretum eſt,his uer
59 bis: † Volumus etiam quòd in contractibus in quibus
ex forma ſtatutorum noſtrorum & ordinum D.
Prioris Collegij Doctorum decretum interponi debet
de ipſius D. Prioris expreſſo mandato, & non
aliter clauſulam illam apponi: ex quibus uerbis forma
inducta eſſe cenſetur.l.fi.C.de uenden.reb.ciuitat.ubi
Barto.lib.xj.& l.de his,de tranſactio.at cùm
in facto præſupponatur in ciuitate Mantuæ Prioris
Collegij præſentiam in inſinuationibus faciendis
requiri,ut Deci.etiam innuere uidetur in dict.conſi.
dxxxvj.nu.xiiij.nullumúe Prioris mādatum expreſ-
60 ſum præiuerit; † conſequens eſt clauſulæ huius appoſitionem
neglecta decreti forma nihil operari.
Bal.l.j.ff.de liber. & poſth. & Ange. uerſi. prædicta
autem.& Soci.& Bald.c.j.uerſ. & ideò ſi ſtatutum,
de mil.uaſ.qui cont.eſt & Fel.in c.cùm dilect.de reſcript.uerſ.nunc
de formę,& Bru.in tract.de forma,
& paſsim formę neglectu tùm à lege communi tùm
ſingulari præfixæ actum uiriari reſponſum extat:
Bald.conſi.xij. in primo, & ccxxiiij.in ij. Anchara.
xxxv.in fi.& ccxlij. Ex tenore. Alex.cxxxvij. in iiij.
& xij.in vj.Deci.xj.nu.no.& ccxxix.n.iiij.& dxxxij.
nu.v.& dcxij.nu.iij. & Rui.lxiiij.nu.xiiij. in primo,
& clxxxv.num.j.eodem lib.& cxv.nume.ſextodecimo,
in tertio. Et ex his inconcuſſam concluſionem
cenſeo, promiſsionem hanc etiam ob honeſtiſſimam
coniugij cauſam in ſtipulationem deductam
cùm effectu ipſo inter uiuos donationem contineat
quatenus 500. legales aureos excedit inſinuationis
defectu corruere, & nullam exiſtimari: et idcircò
D. Alexandrum actorem reiiciendum, cùm nullam
petendi iuſtam cauſam foueat.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum. &
primò,quòd in actu promiſsionis mortis ipſius mētio
facta dicatur: & idcircò inde cauſam mortis do-
61 natum uideri. † Reſpondeo, ſubſtantiam promiſſionis
in ſtipulationem deductæ promiſſoris hęredibus
uinculum iniicientem inter uiuos potius diſpoſitionem
inferre.d.l.ſicut.C.de act. & obli.d.l. ſi tibi.§.ſi
pactus.ff.de pact.ubi Glo. in uerbo proderit
Titio,uerſ.ut autem omnia.& Alex.d.conſi. xiiii.in
62 primo. † Prætereà,cùm adſit ſponſio illa,quòd promiſſor
nihil attētabit,quod obligations exequutionem
impediat: ſanè irreuocabiliter inter uiuos cōtractum
eſſe cenſetur.d.l.ubi ita donatur, cum aliis
ſuperius adductis: uerbaque illa poſt mortem etc.
exequutionem & dilationem actus iam perfecti importare
uidentur, ut declarant Cin.& Bal.in l.ii.C.
de iure dot. & Cinus in l. Scia.§.fin.ff. de donation.
& Baldus in Speculo de inſtrumentorum æditione.
d.§. porrò.& Iaſ.dict.conſi.quinto,in iij.in ſecundo
dubio,nu.ij.uerſicu.tertiò facit.& conſi.vi.uerſicu.
item prædicta.& conſi.vii.nume.vi.& Corn.ccxxiii.
in j. Ex quibus, & pluribus aliis ſuperius adductis,
conſtat primam hanc rationem prorſus diſſolui;
potiſsimùm,cùm tres teſtes tātùm adhibiti fuerint,
quod à donatione cauſa mortis prorſus alienum eſt.
d.l.fin.C.de donatio. cauſa mortis.declarat Decius
l.non omnis,ſi certum petatur.num.ix. uerſ.ex quo.

& conſi.cccv.uerſ.accedit.& ccccl xx.nume.ix.uerſ.
tertiò quia.

Secundò non urget uirtus clauſulæ adiectæ omni
63 meliori modo etc.† quia cùm lex inſinuationis for-
mam exigat ob publici commiſſi tationem; iam ſe-
quitur, huius clauſulæ uirtute D.promiſſorem huic
ſolemnitati renuntiare non potuiſſe. d. l. iij. de te-
ſtamen. & ſuperius oſtendi, receptiſſimum eſſe, re-
nuntiationem hanc explicitè fieri non poſſe. Ripa
d.l.nemo,nume.lvij.& Cana.d.q.xxix. nume.xxvij.
& Corn. dict.conſi.cxxj. vnde multò minus impli-
citè id permiſſum cenſeri oportet.d.cap.ex parte,de
decimis.dict.cap.per uenerabilem,qui filij ſint legit.
64 Præterea, † cùm lex inſinuationis formam exigat:
non ſolùm, ut liberet eum qui ius ſuum remittit à
captionibus recipientium,uerùm etiam actum ſpon
ſionis & donationis in odium eorum irritet. d. l. da-
ta,conſequens eſt priuato conſenſu quòd ſuum com
modum non ſimpliciter reſpicit, ſed publicum & ſti
pulatoria remittere minimè potuiſſe. d. l. ſi quis
in conſcribendo.C.de pact. & l. cùm quis.ff. de ad-
miniſtra. tutorum. & dict. capi. ſi diligenti, de foro
competenti.

Tertiò non urget quòd clauſula illa & promiſe-
runt fideliter ac inuiolabiliter obſeruare etc.decreti
mantuani auctoritate iuramenti uirtutem produ-
65 cat, quia non inſiſtam nunc † principem laicum in
ſpecie iuramentum prohibere non potuiſſe, tanquã
argumentum hoc merè ſpirituale ſit,in quo nec Cę-
ſar nec regia facultas quidquam diſponere poteſt.c.
tua,il primo,de decimis.c.bene quidem.xcvj.diſtin.
et idcircò Taruiſinę ciuitatis ſtatutum quandoque
nullum declaratum eſt. capi. quæ in eccleſiarum,de
conſtitut. & electio temporali auctoritate nitens
aboletur. c. quiſquis, de electione. & eadem ratione
Canon laicorum conſtitutiones hæreſim reſpicien-
tes improbat,cap.ſtatutũ,de hæreticis, in vj.& diffu
sè docuit Abb. poſt ueteres capit. Eccleſia Sanctæ
Mariæ,de conſtitutio.nume.xxviij.uerſi. prima cõ-
cluſ. & Deci. nu.xlvj.

Illud quoque ſilentio non inuoluam, cùm diui-
næ legis auctoritate Canon pro re licita & honeſta
iurari permittat.d.c.& ſi Chriſtus.temporali facul-
tati aliud conſtituere permiſſum non uideri. c. cùm
inferior,de maioritate & obedient. d.c.per uenera-
bilem.& c.nouit,de iudiciis.idque potiſſimùm,cùm
Eccleſiæ ſiue vniuerſalis ſiue ſingularis mantuanæ
66 ius hinc diminui uideatur: † ad cuius forum,iura-
menti acceſſione quilibet etiam laicus pertinet.c.ſi.
de foro compet. in vj. quare temporalis conſtitu-
tionis diſpoſitio non facilè procedere poteſt. c.tuã,
de ordine cogni.& d.c.cùm in Eccleſiarum.

Reſpondebo tamen de iuramento uerè & natu-
raliter ſuſcepto in hac materia intelligendum. d. c.
67 cùm contingat.d.c.quamuis, † tactis enim ſcriptu-
ris iurari conſueuit. c. ego enim, de iureiur. c.j.de
noua for.fid.Glo.clemen.j.de uſur.Bald.l.generali-
ter.§.in omnibus.C.de rebus creditis.Iaſ.auct.ſacra-
mẽta.C.ſi aduer.uend. nu.xiiij. & in ſpecie declarãt
Caſtr.Iaſ.Deci.ubi ſuprà & Goza. d. conſi. lxxxvij.
Cæterùm, cùm clauſula hæc à temporali cauſa pro-
ficiſcatur, uix eſt, ut ſpirituales effectus producere
ualeat.d.c.tua,il j.de decim.d.c.tuarum,de ord.cog.
ſecus autem cùm uerè quis iurat; tunc canon rectè
decidit incorruptibile intereſſe ſalutis æternæ po-
tius inſpiciendum.d.c.licèt,de iureiur.in vj. & cap.
inter,de tranſla.Epiſ.& d.c.nouit,de iudic.

Secundò reſpondeo huius clauſulæ eam uim eſſe
non poſſe,ut quod pars omiſit, putà nõ renuntiauit
inſinuationis defectui cum iuramẽto ipſa ſuppleat.
d.l.ſi cùm dotem.d.l.ſi ſerui ueſtri.C.de noxali. nã,
ſi potuit decreti facultas clauſulę huic iuramenti uir
tutes attribuere;mirum eſt, ut & partis quoque uo-
luntatem eius uerbis deficientibus ſupplere poſſit,
etiam actum ſuſtinendo ex cauſa publici commodi
in odium recipientis reprobatum. d.l.data, & d.l.i.
C.de dotis promiſſ.

Tertiò attentari poſſe uideretur, clauſulam hanc
reſpectu nominatorum tantùm operari,putà domi-
ni Hieronymi Gablonetæ, & Do·Hieronymi, & D.
Baptiſtæ fratrum ratione eorum, quæ inuicem ipſis
ſpoponderant: at cùm Alexandri nulla mentio fa-
cta ſit,eum includi uoluiſſe cenſetur.l.vnica.§.ſin au
tem.C.de cadu.tollen.& d.l.ſi repetendi.C.de cõd.
ob cauſ. & ſi aliud D. actor ſentit, probet. l.ueteri-
bus.ff.de pactis.l.in contrahenda.ff.de regu.iur.c.in
præſentia,de probationib.

Quartò reſponden, clauſulam hanc aduerſus de-
creti formam adiectam nihil operari.ibi,& non ali-
ter.Bar.d.l.ſi.C.de uend.reb. lib.xj. & l.de his.ff.de
68 tranſactio. † mandatum enim Prioris Collegij non
facilè præſumi poteſt.Bald.l.ij.C. ſi ex falſ.inſtrum.
Alex.& Iaſ.l.ſciendum.ff.de uerbor. oblig. nu.ix.&
x a.unde conſtat tertiam hanc rationem, quam do-
minus actor tutiſſimam ſibi putabat arcem, pluri-
bus modis refelli.

69 Quartò † principaliter non urget, hanc donatio-
nem ex cauſa coniugij honeſtiſſima inſinuationis
ope non indigere. d. l. Attilius, cum aliis ſuperius
adductis. Nam reſpondeò,deciſiones illas intelligi,
quando ob cauſam meritorum acceptorum donatio
ſequuta eſt, quæ neceſſariò probari debent. Imol.
& Caſtren.d.l.Attilius, vnde cauſam huiuſmodi nõ
minoris ponderis eſſe debere,quàm donatio, Olde.
reſpondit d.conſ.cxxxix. Ad habendam,cum aliis ſu
perius adductis.

Vltimò non urget,promiſſionem hanc in ſtipu-
latum deductam, non autem donationem intelligi;
vnde Iuſtiniani prouiſio in ea ſibi locum non uen-
70 dicare.d.l.penul. Reſponden,† rationem legis uer-
bis eſſe potiorem.l.ſcire.ff.de legib. l.non dubium.
C.eodem.c.Marchion.j.q.j.c.intelligentia, de uerb.
ſigni.c.ſi.de reg.iur.in vj. vnde in ea legiſlatoria ef-
fectus atque prouiſio exequutionem accipere cen-
ſetur.l.non dubium.C.de legib.c.fin. de regu.iur.in
71 vj.c.in tantùm, de ſimo. † Quapropter remiſſionis
actum inſinuationis defectu corruere cenſetur.Glo.
in l.ſi quis obligatione.de regul.iur. Alexand.l.cre-
ditori. C.de pact. communem hanc ſententiam at-
teſtatur.& Deci.d.l.ſi quis,nu.x. lex enim donari id
interpretatur, quod nullo impulſu cogente conce-
ditur.l.donari.ff.de donatio.l.donari.ff.de regu.iur.
ibi,libero iure donari. Albe. Deci. & Cagno. inter
pretantur, cùm quis cauſa liberalitatis adducitur.
hinc

hinc quoque Bald.formam dictæ legis penul.& rationem dictę legis data, in qualibet gratuita pactione locum ſibi uendicare reſpondit, conſi.ccxxxj.nu. viij. uerſ. concluditur ex his, in j. & conſi. clxxxiij.
72 nu.j.in iiij. † concludit, refutationem abſque cauſa donationem cenſeri: vnde iiſdem uitiis corruere, quibus ipſa donatio.idem conſi.ccclij.nu.i.in v.concludit, pactum gratuitum eſſe donationem ueram non fictam: quia liberalitas eſt: vnde inſinuationis formam exigere tradit, atteſtando eſſe caſum in l. in ædibus.uerſic. poteſt enim & citrà. ff.de donation.
73 Ange.quoque in conſi.clxxix.nume.vij. † conuentionem in ſtipulationem deductam inſinuandam tradit ibi in pulchro caſu, cùm fratres pepigiſſent, bona eorum ad ſuperſtites maſculos pertinere, & eo nomine ſtipulati fuiſſent, pactionem huiuſmodi in ſtipulatum deductam, tametſi vna donatio cauſa alterius facta proponatur, inſinuandam concludit nu. vj.uerſi.in contrarium,& nu.vij. & in eodem conſi. v.uerſi.concludo igitur, tradit ex conſtitutione precarij quaſi traditionem interueniſſe cenſeri. & Alex. conſi.cxxxvij.in ij.nu.xv.uerſi.immo etiam, concludit in actu renũtiationis ſiue titulus donationis expreſſus ſiue tacitus ſubſit, inſinuationis formam requiri.& Barb.conſi.xlj.in j.num.xvj.ſubſcribere uidetur: & Do. Matthæus Gribal. ætate noſtra. I. C. non incelebris in præſenti caſu conſultus idem reſpondit, adducendo text.in d.l.penul. C.de dona.in princ.ibi, ſi pecunias dederit uel per cautionem dari promiſerit.ubi Bald.in ſummario, uerſi.quinta, ibi, in cæteris etiam.

Quamobrem ex his concludendum arbitror, promiſsionem hanc in ſtipulationem deductam quatenus quingentorum aureorum legalium ſummam excedit, cùm donationis inter uiuos effectum inferat, inſinuationis defectu ex Iuſtiniani conſtitutione corruere, & prorſus nullam cenſeri: ſaluo ſemper ſaniori iudicio etc. Laus Deo, Patauij, Kal. Octobr. 1554.

Portius Imolenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Gradu proximior remotiorem excludit.*
2 *Regulæ inhærere debemus, ſicuti Bononienſes Carrotio.*
3 *Nepos ex fratre ex perſona patris ad patrui ſucceſſionem unà cũ patruo ſuperſtite ſiue amita admittitur.*
4 *Correctio legum uitanda eſt.*
5 *Caſus omiſſus cenſetur ſub diſpoſitione iuris relictus.*
6 *Leges poſteriores à prioribus interpretari.*
7 *Nepos ſiue neptis ex fratre eſt de linea collaterali.*
8 *Verba legis cui conueniunt, eius quoq; diſpoſitio adaptatur.*
9 *Legi parẽdum eſt, quamuis durum contineat diſpõnem.*
10 *Verba debent operari in diſpoſitionibus, aliàs quidem abſurdum eſſet.*
11 *Filij maſculi agnationem conſeruant.*
12 *Lex poſterior priori derogat.*
13 *Ius municipale longè potius eſſe in ciuitate, quàm ius commune.*
14 *Statutorum diſpoſitioni prorſus inhærendum.*

CONSILIVM XXXVII.

ADSIT MIHI TRINITATIS LVX, ut iuſta ueraque pandam.

C A S V S.

CONTIGIT in oppido Baſſani D.Bartholomęũ Bonamicum inteſtatum deceſsiſſe, D.Iſabella ſorore atque D. Lucretia nepte ex domino Lazaro Cratore clariſsimo patre ſuperſtitibus.

Quæſitum fuit, an Iſabella ueluti proximior defuncto fratri inteſtato D.Lucretiam neptem excludere debeat? an uerò æquis portionibus admitti debeant, ſiue potius neptis ex fratre iuris municipalis illius oppidi inſpecta diſpoſitione amitam ipſam omninò repellat?

R E S P O N D I.

1 PRIMA quidem facie cenſendum uideri, † ſororem ipſam ceu proximiorem, neptẽ in gradu remotiorem excludere.l.j.& §.ſecundo gradu.ff.de grad.cõſan.l.cõſanguinitatis.C.de leg.Bar. l.ij.C.de ſucceſs.edict.& l.auunculo.C.cõia de ſucceſs.& §. ſi plures.inſti.de leg.agn.ſucceſs.ubi Docto.conſtitutum fuiſſe aduertunt, nepotem ex fratre ueluti remotiorem ab ipſis fratribus uel ſororibus ab alterius ꝑdefuncti fratris inteſtati ſucceſsione re-
2 pelli: vnde D.Iſabellę intentio fundata vr̃.†arg.l.omnis diffinitio.ff.de regul.iur.ubi Gloſ.ibi, quemadmodum Bononiẽſes adhęrent Carratio. Alb.Deci. & Cagno.nu.xxxiij.cum aliis adductis à Deci.conſ. cij. & cxciij. & dxvij.nu.x.

Secundò, ſaltem non uideretur ambigẽdum quin ex diſpoſitione Iuſtiniani legiſlatoris utraque por-
3 tionibus ęquis ſuccedere debeat. † ſanxit enim ille, neptem ex fratre ex perſona patris ad patrui inteſtati ſucceſsionem vnà cum patruo ſuperſtite ſeu amita admitti.§.reliquum.in auct.de hæredi. quæ ab inteſta.uerſ.ſi autem defuncto.ibi, tantùm ex hæreditate portionẽ accipiat.& ibi Ang.in iiij.notab.& in auct.ceſſante.col.pen.poſt Cin.uerſi. ſed & quia.& ibidem Bald.nu.j.& iij.& Sali.& Caſt.nu.ij.& Ang. uerſ.idem eſt & qñ.& Fulg.d.auct.poſt fratres, la ij. nu.iij.uerſi.uidebis.& Ang.& Corn. nu.ij. Quod ex facto ſæpius à ueteribus & recentioribus reſponſum extat. Bal.conſ.lxxvj.nu.ij.& conſ.cxxx.nu.j.& cxlv. nu.v.& cccxxxix.nu.j.in iiij. Alex.lxxxviij.nu.j. & conſ.cxxxvij.Præclarè, nu.j.in j.& cõſ.xxvj.nu.xj.in iij.& cõſ.xliiij.in v.nu.xv.uer.quia reſpondeo. Dec. cõſ.j.n.ij.uerſ.nã in duobus.& cõ.dxxvij.nu.8.& 9.

Tertiò, hinc quoque D.Iſabella ius muniri poſſe
4 uideretur, quòd dici cõſueuit, † legum ipſarum correctionem, niſi aliud conſtet uoluiſſe legiſlatorem, euitandã.l.pręcipimus.C.de appel.l.ſancimus, uerſi. quod enim.C.de teſta.c.cùm expediat, de elec.in vj. ubi Gem.& Fran.Qua ratione, cùm ſtatuentes clarè diſpoſuerint in ſucceſsione fratris inteſtati nullis deſcendẽtibus relictis fratrem ipſam ſororẽ excludere, item ne deſcẽdentes ex fratre ijs ipſis, qui ex ſorori-

5 bus deſcendũt eſſe potiores : † cæterùm præſentem
c ſum omiſiſſe uideatur, quid decernendum ſit, cùm
nepsis ex ipſo fratre cum amita ipſa cõcurrat, ſub iu-
ris cõis cenſura relictus uideretur. l. commodiſsimè.
ff. de lib. & poſth. l. ſi cùm dotem. ff. ſol. matr. & do-
cuit Rui. conſ. lxxviij. in j. nume. ij. cùm municipalis
cõſtitutio ſimplicem caſum cõprehendens ad mix-
6 tum minimè extẽdit. † Vulgò enim circunfertur, po-
ſteriorem legem à priori interpretata ſinem recipe-
re. l. ſi ſerui. C. de noxal. ubi aduertunt Bald. Ange. &
Sali. & l. conſtitutionis. ff. ad munic. ubi Bar. & idem
l. ii. ff. de leg. j. uerſ. quæro ſtatutũ. ubi Alex. Iaſ. in §.
lex autẽ. ff. ad l. Falc. Quocircà, cùm Do. Lucretia ex
municipalis iuris non ſat clara diſpoſitione uiti ui-
deatur, aduerſus eã pronunciandum uideretur. l. ve-
teribus. ff. de pact. l. in contrahenda. ff. de reg. iur. &
plures adducit Deci. conſi. xlj. num. xxx. & conſi. cc-
xvj. nume. vij. Et ex his D. Lucretię cauſa dubitabilis
reddi uideretur.

Quibus tamen nõ obſtantibus oppoſitum uerius
eſſe cenſeo: quòd immo D. Lucretia in patrui ſucceſ
ſione amita ipſa ſit potior: idq́; ſingularis iuris illius
oppidi diſpoſitione inſpecta. quo cautũ eſt ſub Ru-
bri. de modo ſuccedẽdi inter collaterales ſuis colla-
teralibus; ut ſi quis uel ſi qua deceſſerit non relictis
ex ſe deſcendentibus alicuius gradus uel ſexus, ſed re
lictis ſolummodò fratribus ex ſororibus uel alijs ſibi
deſcẽdẽtibus ex pdictis fribus & ſororibus, uel aliis
ſibi cõiunctis ex collateralibus p lineã maſculinã &
per lineam fœmininã, quòd ipſæ ſorores uel alij ex
eis deſcendentes coniuncti per lineam fœmininam
cuiuſcunq; ſexus ſint, nõ ſuccedant prædicto defun-
cto inſimul cùm fratre uel cùm aliis collateralibus
eiuſdem defuncti cõiunctis per lineam maſculinã in
7 quocunq; gradu uel ſexu exiſtenti. Quare, † cùm D.
Lucretia ſit collateralis nempè ex fratre neptis. d. l. j.
& §. ſecundo autem, & inſt. de leg. agn. tut. quod ad-
uertit Card. Pariſ. conſi. lxxxv. nu. iij. in ii. idemq́; &
deſcendens per lineam maſculinã, nempe filij erudi-
tiſsimi olim D. Lazari ipſis defuncti fratris. d. l. j. &
§. primo gradu. & Inſt. eo. §. j. & de hære. quæ ab inte.
§. j. conſtat, ſororem ipſam ab ea excludi. à uerbis. n.
legis clarè diſponentibus recedi non licèt. l. non ali-
ter. ff. de leg. iij. l. ille aut ille. ff. de hæred. inſt. & Bal.
8 docuit. c. j. de feu. unde dici conſueuit † cui uerba
legis conueniunt eius quoque diſpoſitionẽ adaptari
l. iiii. §. toties. ff. de dam. inf. ubi Bar. & l. ita autẽ, in
prin. ff. de admi. tut. & l. hos accuſare. §. omnibus. ff.
de accuſa. & cap. indemnitatibus. §. pen. de elec. in vj.
& docuit Deci. conſ. cccclxvj. nu. xvi. cùm. n. ſtatuẽ-
tes ipſi facultate huiuſmodi non caruerint. l. omnes.
ff. de iuſt. & iur. ubi Bar. & Seuer. q. j. & §. ius autem,
inſtit. de iure natu. gen. & ciu. iam conſequens eſt,
9 † legi indiſtinctè loquenti omnino parendũ, quãuis
duram contineat diſpoſitionem. l. proſpexit. ff. qui
& à qui. l. i. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. & aduer-
tit Soc. conſi. clxxxviii. In hac conſult. & Maria. iun.
conſi. iii. nu. xxxii. xxxiii. & xxxix. & cõſ. iiii. nu. vi.
& ix. conſ. xv. nume. xix. in j.

10 Secũdò, † ſi aliter municipalem hãc conſtitutionẽ
interpretaremur, uerba illa quocunq; gradu & ſexu
exiſtant, generalia, l. quicunq;. C. de ſeruis fugi. ubi
Bal. & Bar. l. hoc art. uerſ. quędam ſunt. ff. de hęred.
inſti. & l. i. ff. de condi. & demonſt. q. v. nihil opera-
rentur, quod abſurdiſsimũ in diſpoſitione legis &
hominis exiſtimari ſolet. l. quoties. ff. qui ſatiſdare
cog. c. ſi Papa, de priuil. in vi. l. ſi quando. ff. de leg. i.
Ang. l. ędem. C. locati. Alex. l. ſi cùm dotem. ff. ſolut.
mat. nu. ix. & Deci. c. paſtoralis, nu. i. de appell. & de-
clarat Corn. conſ. lxxxvii. in ii. & D. Maria. iun. cõſi.
11 ii. nu. xx. & xxiii. in i. Nec † obſcura conſtitutionis
huius ratio eſſe uidetur, ut lineę maſculorum potius
conſulatur, unde facilius agnationis conſeruatio
proficiſcitur. §. cæterùm. inſtit. de leg. agna. ſucceſs.
& plures adducit Brun. deciſione a conſultò omiſſas
in tract. de ſtat. ſtãtibus maſc. fęminas exclud. q. i. &
Cãpeg. tract. eo. & Geor. Natta q. i. & Laur. de Palat.

Non urget prima ratio unde ſecundum iuris cõ-
munis diſpoſitionẽ ſororis intentio fundata uidebat
d. l. auunculo. d. §. ſi plures. inſt. de leg. agna. ſucceſs.
quia reſpondeo hodie Iuſtinianum aliter diſpoſuiſ-
ſe. d. §. reliquũ. d. auct. poſt fratres. C. de ſuis & legit.
ut uidit Dec. d. cõſ. j. n. ij. & Bru. d. q. j. art. princ. ad fi.
12 † Quare, cùm poſterior legiſlatoris uoluntas priori
deroget. l. ſed & ſi poſteriores. ff. de legib. c. j. de cõ-
ſtit. in vj. legum illarum diſpoſitionem hodie fruſtrà
adduci nõ ambigit. l. pacta nouiſsima. C. de pact. ubi
Alci. & l. ſi quis cũ pcuratorio. ff. de pcu. ubi Caſt.

Secundò non urget ſaltem ex Iuſtiniani diſpõne
ipſi D. Iſabellæ ſuccurendũ uideri. d. §. reliquum, &
13 d. auct. poſt fratres, cũ aliis ſuperius adductis. † quia
clarum eſt, iuris ſingularis in oppido Baſſani uigen-
tis diſpõnem longè potiorẽ eſſe. d. l. oẽs. ff. de iuſti. &
iur. & d. §. ius autem ciuile. inſti. de iure nat. gent. &
ciuil. ubi Doct. & Io. Andr. But. Abb. & Feli. c. quod
ſuper his, de uoto. fortius enim eſſe conſueuit ſpe-
ciali prouiſione nitens. c. j. de reſcr. & c. ſtuduiſti, de
off. leg. & l. ſi hominem. ff. mand. ubi Bart. & l. in to-
to. ff. de reg. iur. ubi Deci. & Cagn. aduertunt.

Tertiò non urget caſum hunc comprehenſum nõ
uideri, vnde ad iuris cõis limites municipalis huius
iuris conſtitutionem reſtringendam cenſeri. d. §. cũ
ita. d. l. hęredes mei. & d. l. ueteribus, cum aliis ſupe-
rius adductis, & d. l. ij. C. de noxa. quia rñdeo, uerba
ſatis clara eſſe, quibus defunctis ſoror à cõiũctis col-
lateralibus per lineã maſculinã deſcẽdẽtibus cuiuſ-
14 cũq; gradus & ſexus excludi intelligatur: † vñ ſtatuti
diſpõ prorſus exequenda ſit. d. l. iiij. §. toties, cũ aliis
ſuperius adductis à D. Maria. in d. conſ. ij. nu. xx. &
d. conſ. xv. in j. Quare iudici, probatis his, q̃ in facto
conſiſtunt, incumbit D. Lucretiam in poſſeſsionem
q̃primùm mittere, ueluti proximiorem à iure ſingu-
lari uocatã. Laus Deo, Patauij, vj. Kal. Nouẽb. 1554.

Iacobus Philippus Portius Imolenſis.

F I N I S P R I M I V O L V M I N I S.

CONSILIORVM PRAESTANTISSIMI IVRISCONSVLTI IACOBI PHILIPPI PORTII IMOLENSIS,

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filius reſtituere grauatus duas poteſt deducere quartas, legitimam ſcilicèt & trebellianicam. & eſt commu. opinio. & nu. ſequentib.*

2 *Legitima nullum onus adijci poteſt.*

3 *Filius reſtituere grauatus, uel prohibitus alienare, q nihilominus poteſt quò ad legitima portionem attinet, alienare. & nu. 12.*

4 *Legitimam & trebellianicam, & ſic ſemiſſem filius reſtituere grauatus deducere poteſt, & de illis ſuo arbitratu diſponere.*

5 *Legitima & trebellianica tranſmittitur ad hæredes. & nu. 12.*

6 *Filius grauatus reſtituere, poteſt ante omnia æs alienum, quod diſponens contraxerit, deducere.*

7 *Legitima debetur ære alieno prius deducto, atque funeris impenſa.*

8 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem, æs alienum, quod diſſoluit, & maternam etiam hæredinatem percipere poteſt, & diſponere.*

9 *Filius grauatus ut ſuprà poteſt meliorationes ab ipſo factas percipere.*

10 *Hæres grauatus reſtituere deducit expenſas ab ipſo factas. & nu. præced. & ſeq.*

11 *Poſſeſſor iuſtus deducit expenſas in re reſtituenda factas.*

13 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, ex cauſa dotis alienari poſſe, ſi legitima portio non ſufficiat. & nu. ſeq.*

14 *Dotis cauſa poſſe alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, intellige tamen ſanè, ut inibi.*

15 *Dotis quantitas, pro modo facultatum, & dignitate natalium arbitrio iudicis conſtituenda eſt.*

16 *Lege permittente quod fit, obeſſe non debet.*

17 *Emptione ſeu uẽditione prohibita, cenſetur omnis alienationis ſpecies ſiue contractus, quo dominium trãſfertur, prohibitus.*

18 *Verba clara non admittunt ueritatis quæſtionem.*

19 *Clauſula prægnantis uirtus & effectus.*

20 *Alienatione prohibita, non comprehenditur ea, quæ ex cauſa fit neceſſaria. & nu. 35.*

21 *Prohibitio de non alienando non obeſt creditoribus.*

22 *Neceſſitatis uinculum diſſoluit legem. et nu. 34.*

23 *Ius priuatum facilius diſſoluitur, quàm publicum.*

24 *Bona Eccleſiæ quo caſu alienari queunt.*

25 *Bona alienari prohibita quo caſu iurè permutari poſſint.*

26 *Loci conditio iuſtam præbet à regulis iuris recedendi cauſam.*

27 *Loci qualitas ſimiliter.*

28 *Natura ius eſt, appetere eſſe, ſiue ſui conſeruationem.*

29 *Ratio eſt neruus legis.*

30 *Experientia rerum magiſtra.*

31 *Amor nullus uincit paternum.*

32 *Argumentum à ueriſimili ualidum eſſe.*

33 *Teſtatoris diſpoſitionem iuri conformem eſſe, exiſtimandum eſt.*

36 *Rationi omnia cedere debent.*

37 *Pœnæ ad excluſionẽ ſequenda eſt humanior ſententia.*

CONSILIVM XXXVIII.

CHRISTVS IPSE SERVATOR PRAEpotentis Dei myſterium, quod Apoſtolus prædicat, & Sadoletus aduertit, mihi ipſi ſedulò adſit, vt in præſenti negotio, quod verum ſit, explicare poſsim.

MAGNIFICVS Do. Andreas de Capitibus Vaccę nobilis Patauinus moriens teſtamẽto eius ita cauit: In omnibus autem eius bonis hęredes vniuerſales inſtituit nobiles D. Obizzonem, Franciſcũ & Aloiſium eius filios legitimos & naturales dilectos æquis portionibus: quibus quidem eorum filios & deſcendentes in perpetuum maſculos legitimos & naturales dilectos ſubſtituit, ſalua gradus prærogatiua in ſtirpes & non in capita, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: prohibens & uetans alienationem, permutationem, uel quouis modo, uel colore in alios tranſlationem dictorum bonorum ſuorum, aut partis. Deinde cauſam prohibitionis huiuſmodi ſubiecit; quia ſemper & in perpetuum ea ſua bona conſeruari in ipſos filios ſuos, & filios & deſcendentes ex eis. Demum aduerſus præceptum huiuſmodi facienti priuationis ipſius pœnam iniunxiſſe, his uerbis: Et ſi per aliquem filiorum prędictorum, & filiorum uel deſcendentium eorum aliquo tempore aliquid fuerit uenditum, alienatum, uel trãſlatum erit, ut ille uendens, alienans & transferens, illico ſit priuatus ſua hęreditate & bonis tanquam indignus; & ſic eum priuauit omnibus bonis ſuis, & parte ſua.

Cæterùm, cùm dominus Obizzo quatuor filiabus ſuperſtitibus diem ſuum obiit: demum & D. Aloiſius; ex ipſius defuncti ordinatione utrique ſucceſſit Magnificus D. Franciſcus Eques frater. qui cùm

aliquot

aliquot ex huiuſmodi hæreditate prædia alienanerit, Magnifici D. Cardinus Frigetinus, & Cóſtantius coram Excelentiſsimis D. Antonio Catero, & Do. Fabiano Sebaſtiano arbitris ex forma Patauini Iuris delectis petierunt eorum ſententia declarari ipſum Magnificum Equitem, ueluti partem elogij cótemptorem quatenus alienationem prohibuit, necnon & permutationem, declarari paternæ ſucceſsionis indignum; & idcircò priuationis pœnam aduerſus eum commiſſam intelligi. excipit autem Magnificus ipſe Eques, hoc ipſum fieri non debere; quinimmo alienationes huiuſmodi in caſu à iure permiſſo factas fuiſſe ſecundum cuius diſpoſitionem teſtatoris ordinatio intelligi debet. Quamobrem quæſitum fuit utra pars potiora iura habere intelligatur?

Qua in re de pluribus dubitari contingit, & primò, quid, & quantum filius ipſo reſtitutionis onere grauatus es bonis paternis deducere poſsit?

Secundò, an Magnificus Eques ex perſona fratrum aliquas portiones liberas conſequi ualeat?

Tertiò, an aliquid aliud filius ex bonis paternis deducere poſsit, ueluti nullo reſtitutionis oneri ſubiectum?

Quartò, an poſito quòd legitima portio ſpectans ad ipſum D Obizonem non fuerit ſufficiés cóſtitutioni dotis filiarum, an eo nomine bona fideicommiſſo ſubiecta alienari potuerint?

Quintò an permutationis in ſpecie facta prohibitio hác ipſam comprehendat, quæ in cauſis iuſtis & neceſſarijs facta proponitur?

1 Quod † ad primú attinet, receptiſsimum eſſe conſtat, filium ipſum reſtitutionis onere grauatú, duas quartas deducere poſſe, legitimam imprimis portio-
2 nem, † in qua pater nullum onus adiicere poteſt. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. ibi, uel quodcunque onus introducens tollatur, omnes aduertunt, & l. cùm patronus. ff. de legat. ij. & in auct. de trien. & ſemiſſ. §. j. & l. cohæredi. §. filiæ. ff. de uulg. & pupil. ubi omnes aduertunt. Hoſt. Io. And. Aegi. But. Card. Anchar. Imo. Abba. & Henric. Boych. & Beroius nu. cxc. in c. Raynaldus. §. dilectus autem fi-
3 lius. & c. Raynutius, de teſtam. concludunt † filium ipſum reſtituere grauatú ſi ſine filius obierit, quod ad portionem legitimæ attinet ei in bonis paternis naturali ratione competêtem liberè diſponere poſſe. Itemque & quadrantem Senatuſcon. Treb. autoritate filius in huiuſmodi caſu ueluti extraneus quilibet deducere poteſt. d. c. Raynaldus, ubi Glo. in uerbo legitimam. Hoſtienſis, Butrius, Imo. & Abb. nu. xv. uerſ. & in effectu, & l. Papinianus. §. meminiſſe, in ult. Glo. ff. de inoffi. teſtam. ubi Bart. Ange. & Caſt. interpretationem huiuſmodi communi uſu receptam affirmát. & quanuis olim controuerſi iuris inter Cæſareos interpretes id habitum ſit, Aleſá. d. §. cùm filiæ. Bal. Fulg. poſt Glo. in l. quanquam. C. ad leg. Faleid. ipſe tamen Ang. receptiſsimam hanc ſententiam teſtatur eſſe iudiciali autoritate probatam. d. c. Raynu. & c. ſi pater, de teſtam. in vi. ubi Anchar. & Gemin. §. teſtatore nu. ii. & Franc. Peruſinus poſt
4 Glo. ibi, in uer. Trebellianicæ. † Quáobrem conſtat filios huiuſmodi reſtituere grauatos ſemiſſem deducere poſſe, atq; de eo arbitratu ſuo diſponere, quod à veteribus noſtris & recétioribus in facto ſæpius reſponſum extat. Oldra. conſi. cxxxj. Quidam. Bar. cóſ. ij. Factum ſic ſe habet, in fine. & uerſ. ſuper pdictis in primo dubio. & Bald. conſil. xxxj. Proponitur. in fin. & conſi. ccclxxvij. nume. primo. & ccccxxxi. in tertio. Ang. cxxxi. Cums. & Caſt. cxj. ſubſtitutio, uerſic. nunc ergo uidendum. Fulg. xix. uerſ. tertiò principaliter. & lxxviii. Proponitur. in ſecundo dubio, Anchar. cli. ad fi. Rom. ccvj. & ccxxxix. In hac cauſa, Alex. cxxxix. in primo. & ciij. & ccxc. num. ix. in tertio. & lxviii. Circa præmiſſam, in iiij. & lxxviij. Attétatis, in quinto. & Cor. ccexvii. Licèt de iure, in quarto. & Socin. xxxiij. & lxxxii. in quarto. Curtius ſenior lxxv. D. Ludouicus. Dec. lv. & li. nu. primo. & ſecundo. & dcxiii. nume. quinto. & Rui. lviii. & cliii. num. xii. in ſecundo. Grat. Bonon. xvii. in primo. nu. ii. & lx. eod. lib. & clxv. & Maria. iun. cxxxi. nu. lix. & num. lxv. in primo. & cxv. nu. xii. in tertio. & Do. Mantua ciij. In prædictis, num. primo & ſecundo. vii. & viii. & cccxv. num. xiii. & Cranetta conſ. ſecundo, in j. & ſecundú hanc ſententiam deciſum extat. Guid. Papæ deciſ. lj. Caſsiod. deciſ. ii. tit. de teſtam. num. ii. & Boër. deciſ. lxxxvii. nu. ii. & lii. ex quibus clarè conſtat ipſius Magnifici D. Andreæ filios ſemiſſem hæreditatis pater arbitratu ſuo alienare potuiſſet.

5 Ad ſecundum reſpondeo, † cùm Magnificus Obizo, & D. Aloiſius ipſi Equiti prædeceſſerint, quancunque portionem liberam legis ipſius autoritate deducere potuerunt, ad Magnificum Do. Equitem tranſmiſerunt. d. l. quanquam. ad leg. Falci. ubi Bart. Bald. Salic. Fulgoſ. & Corn. nu. primo & ſecundo. & l. irritum, eo. tit. quod & ex facto reſponſum extat. Bald. conſi. ccxc. Has quæſtiones, in tertio, & Alexá. conſi. xliii. nu. ix. in ſecundo, & Dec. d. conſil. lxxxi. nu. primo. & Ruin. conſi. cxliii. in ſecundo. num. xii. & Reuerendiſsimus Pariſius conſil. xxv. nu. xxix. & conſi. ſequenti num. xxiiii. in primo. & Grat. d. conſil. xvii. nu. ſecundo in primo. & d. conſi. lxv. nu. tertio, & clx. nu. ſecundo. eo. lib. & plures alij ſuperius adducti concludút, tùm docendo, tùm ex facto rñdendo, onere reſtitutionis grauatum filium portionem, quam legis autoritate deducere poſſet ad hæredem ſiue teſtatum, ſiue inteſtatum tranſmittere.

6 Ad tertium reſpódeo, imprimis † ipſi filio grauato omne æs alienum in hæreditate repertum deducendi facultatem competere, quod ipſe diſponens contraxerat. l. in quantitate. ff. ad leg. Faleid. in fi. ibi ante enim detrahendum eſt, & ibi Doctores, & l. non amplius. ff. de leg. primo. & Reuerendiſſ. Pariſ. plures adducit conſi. lxxxvi. nu. x. & xi. in tertio. In cuius ſanè æris alieni ſumma, materna quoque dos continetur: cùm enim filius matri ſuccedat, legiſlatoris ipſius auctoritate. §. aliud quoq;. in auct. ut cú de appel. cognoſ. & auth. ex cá. C. de lib. præter. conſequés eſt, teſtatoris ipſius præceptum in his bonis intelligi non poſſe, in quibus nullam ipſe facultatem habet. l. iii. ff. de teſtam. & l. nemo poteſt. ff. de lega. primo.
7 c. ſi diligenti, de foro comp. † Vnde & legitimæ portionis ratio iniri conſueuit, alieno ære prius deducto, & funeris ipſius impenſa. d. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. teſta. & auth. nouiſsima. C. eo. & d. §. i. in auth. de trien. & ſem. ubi Ange. et tradunt

omnes

omnes auct.res quę.C.comm.de legat.& Bertrand.
conſi.viii.nu.i.in primo.& nu. vi. & Pariſ. d.conſil.
lxxxvi.nu.x.& xi.et Grat.d.conſi.lxv.nu.iii.in i. ubi
8 concludit, † filium grauatnm onere reſtitutionis æs
alienum,quod diſſoluit,itemq́ue & maternam dotē
percipere poſſe,atque de huiuſmodi ſumma eius ar-
bitratu diſponere.d.l.in ratione.§.quod uulgò. ff. ad
leg.Falc.& Doct.in d.§.cùm filiæ.& d.c. Rainaldus,
& c.Rainutius,de teſtam.
9 Itemq́; † & meliorationes ab ipſo factas percipere
poteſt,atq; de eis proprio nutu diſponere. l.mulier.
§.ſedenim, uerſ.ſed & ipſe , ſi quem ſumptum fecit
in res hęreditarias detrahat.Glo.ibi,& Doct. & l.vbi
purè.§.fi.ff.ad Senat.conſ.Treb. & l.fi. C.comm. de
10 legat.vbi Gl.in uerb.obligationem.†quare,& expē-
ſarum huiuſmodi commodum ad ipſius grauati hæ-
redē pertinere ſolet.l.domos, cuius ſequen.ff.de leg.
primo, ubi Bart.Ang.& Imo.Bal.& Ange.in l. em-
11 ptor.C.comm.de leg.nu.v.† Quę ſanè concluſio in
quocunque iuſto poſſeſſore procedit.l.ii.C.de allu-
uio.& paludib. & l. intra utile.§.uendentibus. ff.co.
titu. Cùm enim ſubſtantia meliorationum ſit hæ
reditarium quoddã,ut æs alienũ cenſeri debet, quod
Bart.docuit l.j.§.pen.ff.de ſuperficieb.& Bal. l. Se-
natus, ubi Ang.ff.de legat.j.& l.penul. C.de ſolutio.
Quod quidem non ſolùm in ſumptibus neceſſariis,
uerùm etiam in utilibus intelligi debet.l.domum,ad
finem.C.de rei vend. & l.fin. ff.de impenſ. in rebus
dotalib.factis.& Bertran.conſi.xv.nu.v.in i. & Boë.
q.xix.nu.iii.& q.xcv.ibi loquitur in eo qui rogatus
eſt reſtituere.& Doct.in d.l.domum.& Caſt.in cõſ.
cclxx.in primo, nu.x.uerſ.ad unum tamen aduertē-
12 dum. Ex quibus † conſtat & certa concluſio reddi-
tur,Magnificum D. Equitem reũ conuentum ex hac
hæreditate,quã ſub conditione ſi ſine filiis deceſſe-
rit,reſtituere rogatus eſt,in primis deducto ęre alie-
no & funeris ipſius impenſa , necnon & expenſis fa-
ctis in ipſis corporibus hęreditariis melioribus red-
dendis,atque ipſa dote materna liberè alienare po-
tuiſſe portionē ei naturali iure obuenientem : itemq́;
& quadrantem Trebelliani Senatuſconſ. auctoritate
deductum, non ſolùm ſuæ portionis intuitu , ſed &
ex perſonæ fratrum ad eum tranſmiſſum, ut ſuperius
oſtendi. d.l.cohęredi.§.cum filię.& Beltrand.aduer-
tit conſ.ci.in i.nu.ii.
13 Ad quartum reſpondeo , poſito † quòd legitima
portio ad ipſum D.Obizzonem ſpectans non fuerit
ſufficiens conſtitutioni dotis filiarum ipſarum eo
nomine bona fideicommiſſo ſubiecta alienari po-
tuiſſe,in auth.de reſtitutio.& ea quæ paris. §. quam-
obrem,ubi Bar.& Ang.& d.auth.res quæ. C.comm.
de leg.ubi ſanxit legiſlator,ſi liberis portio legitima
non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias
conſtitutionem reſtitutionis oneri ſubiecta alienari
poſſe.& ibi Iacob.ab Are.Bart.Bald.Fulgo.Ange.&
Iaſ.nume. xxvi.xxix.& xxxij.& Pariſ.conſi.lij.num.
xxxiij. teſtatur communem. Quod intelligi debet
quoties congrua dos pro familiæ conditione con-
ſtitui non poteſt: tunc enim alienationis prohibitio
diſſolui ſolet.d.auth.res quæ. Iacob.ab Are.& Salic.
in l.uoluntas.C.de fideicom.& Sali.d.l.fi.C.de reb.
14 alie.non alien.& Alex.d.conſil.lvj.nu.iij.in j.†con-
cludit bona ſubiecta fideicommiſſo pro dote con-
ſtituenda alienari poſſe, dummodò non extent alia
bona illi oneri ſuficientia.& idem Alex.conſil.xxiii.
in ii.& conſ.ciii.in fin.uerſ.non obſtat ſextum,num.
iii.& xiii.in ſecundo.& conſi.lix. Attentis,in iii.uer-
ſic.de materia ſecundi dubij.& Deci.conſ.cccxxi. In
cauſa,& cccxxiii.in fin. Quamobrem, cùm dos con-
grua ex bonis liberis,ipſis filiabus domini Obizonis
conſtitui nõ potuerit , inſpecta diſponentis condi-
tione & Magnificorum de Dotis, conſequens eſt fi-
15 deicommiſſum ipſum diminui potuiſſe:†quod qui-
libet bonus uir, ideſt iudex. cēſere debet.l.cùm poſt.
§.gener.ff.de iure dot.ibi,dotis quantitas pro modo
facultatum & dignitate natalium conſtitui debet.&
l.q̃ro,eo.tit.ibi modus ex facultate mulieris atq; ma
riti ſtatuendus & quouſq; rõ patitur. Quod & ipſe
Cęſar decernit,collata in alterius arbitriũ cõſtituen
dę dotis facultate,ut de boni uiri arbitrio intelligat̃.
l.iii.C. de dotis promiſ. ubi Fulg.& Salic.Roman.&
Alex.in l.ſtipulatus,magna.ff.de uerbo.oblig. uerſ.
ſecundò fallit,nu.xi.& l.ſi filiæ.ff.de lega. iii.& ſæ-
pius ex facto reſponſum extat : Bal.conſ. cv. nu.iiii.
in i.& cccxxiii.in iii.nu.xxx.& cccxxviii. nu.iii.uer-
ſicu. quæritur, in v. & Bald. Nouell. in tractat. dot.
ſexta parte prin. priuileg.xvii.uerſ. uode. Quod po-
tiſsimùm in præſenti ſpecie fateri oportet, ſingulari
Patauinæ legis concurrente diſpoſitione ſub rubri-
ca de ſucceſsio. mulie.xxxv. & rub. lxxvii. in refor-
matione. Quocirca,ſi Magnificus dominus Eques ,vt
congruam neptibus eius dotem conſtituerit , liberã
16 facultatem exceſsit † id quidem legis auctoritate fa-
ctum ei obeſſe non debet.l.Gracchus. ff.ad leg. Iul.
de adult.& d.auct.res quę,& d.l.mulier.§.cùm pro-
poneretur,ad Senatuſconſ.Trebell. Quinimmo qua-
tenus liberam patris portionem dotis huius con-
ſtitutio exceſsit , eatenus fideicommiſsi ſumma di-
minuta uidetur.d.auct.res quæ , ibi, pro modo ho-
neſtati perſonarum congruo , cum aliis ſuperius
adductis.
Ad quintũ rñdeo . cũ nõ ſolũ in ſpecie Magnifi-
cus ipſe teſtator alienationem ipſam prohibeat , ſed
ipſam quoq; permutationem,uel quouis modo uel
colore in alios tranſlationem : prima facie dicendũ
uideretur, Magnificum ipſum Equitē,qui permuta-
uit,ueluti indignum priuationis pœnam incurriſſe :
prohibita enim alienatione quęlibet ſpecies illius in
terdicta cenſetur.l.ſtatu liber à cæteris. §. Quintus.
ff.de ſtatu lib,ubi legiſlator inquit : legis xii.tabula-
17 rum auctoritate † emptionis uerbum omnem alie-
nationis ſpeciem continere ſiue contractum,ex quo
dominium ipſum transferatur. Quod Bald.aduertit
in l. ii. ff.de uſucap.pro empt.& in prohibitione le-
gis decreuit Concilium in c.nulli, de reb. eccl. non
alien.& Cæſar.l.fi.C.de rebus alie.non alien.& Bar.
in d.l.filiusfamiliàs.§.Diui,poſt Glo.& Guiliel.d.l.
ii.C.de uſucap.pro empt.& in l.uoluntas.C.de fidei
commiſſ.& plura adducit Ripa d.§.Diui, nu. cix.&
Fabian. de monte in tracta.de emp.ii.q.princi.uer-
ſic.ſecundò quæro,nu.i.ii.& iii.
Idq́ue potiſsimùm cùm in ſpecie permutationis
titulũ inhibuerit, ut nullo colore fieri poſsit. Vnde
18 cùm diſpoſitionis † uerba clara ſint, ueritatis quæ-
ſtionem

ſtionem non admittendam conſtat.l.ille aut ille. ff.
de leg.iii.ubi omnes aduertunt. & l.non aliter, eod.
tit.& plures adducit Soci.iun.conſi.lavj. num.xij.&
conſ.laia.nu.v.in iij.

19 Vrget † prętereà prægnantis clauſulæ uirtus, ibi,
quacunq; ratione ſeu colore: unde quilibet modus
cõprehenſus intelligi poteſt, unde ſequi poſſet alie-
nationis effectus.c.olt.de reg.iur.in vj.ubi Din. An-
char.& recentiores. Bar. Bal.& Caſt.in l.fraus. ff. de
legib & in l.non dubium.C.eo.ex quibus concludé-
dum uideretur, priuationis pœnam aduerſus huiuſ-
modi permutantem commiſſam uideri.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum verius
eſſe cenſeri debet, ſiue diſpoſitionem legis intuea-
20 mur, ſiue hominis. † Conſtat etenim prohibita alie-
natione ab ipſo teſtatore, eam non comprehendi,
quæ ex neceſſaria cauſa facta proponitur. d.l.filius-
familiàs.§.Diui, ubi Bar. Alea. Iaſ.& Ripa nu.xxiiij.
uerſ.quartò nota.& l.petn.§.prędium. ff.de legat.tj.
ubi Bar.& l.pater filium, in princ.ff.de leg.iij. Quæ-
libet enim prohibitio de non alienando de uolun-
taria intelligi debet.l.alienationis. ff.fam. erciſ. l.j.
de fun.dota.& l.Senatus, in princi.& l.j.C.de pręd.
21 min.& plures adducit Ripa d.§.Diui, num. xxv. † &
ideircò prohibitio huiuſmodi creditoribus nõ obeſt
d.§.Diui,& d.l.petn.§.prædium, nec ſucceſsionem
impedit.l.cùm pater.§.cùm inter, de leg.ij. Iaſ. d.§.
Diui, in vij.& ult.notab.& Alcia.ibi, in prin.in d.§.
22 Diui.† neceſsitatis enim nexus publicę legis uincu-
lum diſſoluit.c.conſilium, de obſeru.ieiun.& c.ult.
de fer.& c.iii.de furt.& l.j.de offi.eius cui.ubi Glo.
in uerſ.proficiſcatur, unde multò fortius id ipſum in
legis priuatę diſpoſitione cenſeri debet. §. diſponat,
23 auct.de nup.& l.uerbis legis.ff.de uerb.ſig. † Priua-
ti enim iuris diſſolutio facilior haberi ſolet, quàm
publici. c.ſi diligenti, de for.comp.& d. l.iij.de te-
ſtam.d.l.nemo poteſt, de legat.j.cum aliis ſuperius
adductis.

24 Effectum † autem neceſsitatis, longinquitatis, lo-
ci conditio ſecundum iuris rationem inducere cen-
ſetur.§.ſin autem annale, in auct.de eccl.titul. uerſ.ſi
uerò. Hinc ſanxit Iuſtinia. legatũ rei immobilis ec-
cleſiæ factum, ſi longius abſit, alienari poſſe. unde
Bald.in l.uoluntas.C.de fideicomm.hanc ipſam cõ-
cluſionem probat, poſſe ab huiuſmodi cauſa inſti-
tutũ grauatum alienare, ſi prædium quod alienat ſit
ita longinquos, ut grauatus non poſſit eo uti frui.
quæ cõcluſio probari uidetur in c.ſine exceptione,
& c.terrulas.xii.q.ii. ubi in dicto c. ſine exceptione
decernit Canon prohibitionum alienationis bono-
rum eccleſiæ relaxari, cùm alienans meliora proſpi-
ciat.& in Concilio Agathenſi in d.c.terrulas, utilita-
tem minorem propter longinqui loci conditionem
colligi decernitur, ut prohibitionis ipſius norma
ob hanc ipſam cauſam inflecti debeat, quod ibi om-
nes aduertunt,& in d.c.nulli, de reb.eccl.non alien.
ubi Ioan. And. Ancha. Imo.& Abb. num.v. & per-
tractat Fabian.in prędicto tract.de emp.& uend. ſe-
25 cunda parte princ.† At cùm huiuſmodi fideicom-
miſſo ſubiecta, quæ permutata fuerunt in remotiori
loco Patauini agri poſita ſint, iam conſtat cauſam
huiuſmodi ſufficientem uideri, ut hęc ipſa permuta-
26 tio fieri potuerit †: loci enim cõditio iuſtã præbet à
regulis iuris recedendi cauſam.l.ſi longius.§.ſi filius.
ff.de iudic.& l.aut facta.ff.de pęn.ibi, locùm, pertra
ctat Alci.lib.j.de verb.ſig.char.xxvj.

27 Secundò † loci qualitas propter iuriſdictionum
fines iuſtam præbuit Magnifico Equiti permutandi
cauſam: nuper enim in finibus illis Magnifici Do.
Pauli Dotti homicidium contigit, unde iuſtus me-
tus incuti ſolet.l.interpoſitas.C.de tranſactioo. & c.
j.de eo quod met.cau.& c.cauſam matrimonij.de of
28 fic.de leg.ubi Doct.† Natura enim duce impellimur
ut omne, quod eſt, illius conſeruationem appetat.
c.iij.§.uim ui, de ſent.excomm.& c.cùm dilecto, eo.
tit.in vj.& l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.cuius iuris uir-
tus poſitiuæ legis uirtutem omnem elidit. l.ſecunda
ff.de uſufr.ear.rer.quæ uſu conſu. & l. iura ſangui-
nis, ff.de reg.iur.& c.ſi quis propter.ff.de fur. & cle-
men.paſtoralis.§.cæterùm, de ſent.& re iud.& quan-
uis Ripa in d.§.Diui, nu.vj.uerſ.ego autem, textus il-
lius diſpoſitionem euitare conetur in d.§.ſi uerò an-
nale legatum, loci diſtantiam iuſtam alienationis
cãm prębere, quia actus alienationis ipſi eccleſię cõ-
modum afferebat; ſecus in caſu in quo prohibitum
prędium alienaretur: quia alienatio non ſit pro fu-
tura fideicommiſſario. Reſpõdeo, immo in pręſenti
caſu oppoſitum uerius eſſe, quia prædium acceptum
loco prędii permutati ab ipſo hærede ad fideicom-
miſſariũ cedente die & eueniente conditione ſit per-
uenturum, & ei longè maius commodum allaturum
ut ex his quæ in facto probantur, apertè liquet. Vn-
de Ripę intentio fundamentum hoc potius fouet,
29 † cùm ratio uigeat, propter quam à Baldo diſſentit,
à qua legis ipſius conſiſtit neruus.l.ſcire.ff.de legib.
& d.l.non dubium.C.eo.& l.cùm mulier.ff.ſol.mat.
la j.ibi, niſi ex mente ſumat quis.

Tertiò actum tunc permutationis neceſſarium
quoque probat onerum quantitas ipſi prędio permu
tato inhęrens, nempe maiora tributa ſoluendi. li-
bera enim eſt ruſticorum ibi poſsidentium colle-
30 ctas taxandi facultas, † ut experientia docet rerum
magiſtra.c.cùm ſit, de electio.in vi..& l. minimè. ff.
de legib. quæ hãc cauſam legiſlatoris Iuſtiniani mẽti
cõformis exiſtimari debet.d.§. ſin autem annale, ibi,
& neque plurimis tributis fiſcalibus prægrauatos.
Cùm enim pater diſponat, non ſolùm fideicommiſ-
ſorum, ſed & filii commodum cordi habuiſſe cen-
ſetur.l.fin.C.de cura.furio.& c.afferte, de præſump.
31 † nullus enim cum patris affectu erga filium amor
conferri poteſt.l.cùm acutiſsimi, in fin. C. de fidei-
commiſſ.ubi Bald.Salicet.Fulg.& Corn.num. i.& l.
cùm auus.ff.de cond. & demon.ibi, coniectum pie-
tatis uidetur. Quamobrem, cùm huius prędij per-
mutati paulò minor ſit impenſa, redditus quippè ma
ior, conſequens eſt permutationem huiuſmodi iuris
attenta ratione legitimè factam uideri, ſiue graua-
ti commodum intueamur, ſiue fideicommiſſarii. c.
non liceat prędium eccleſiæ.xii.q.ii.niſi tantummo-
dò domus, quæ in quibuſlibet urbibus non modica
impenſa ſuſtentantur.manifeſta teſtatoris uoluntas
colligi vr, huiuſmodi neceſſariam permutationem
nõ prohibuiſſe, ea qua non ſolùm filii, uerùm etiam
& fideicommiſſarii maximum commodum ſequitur

d.l.

d.l.fin.C.de cura.furio.c.afferte , de præſump.& d.
§.Diui,& d.l.uoluntas.C.de fideicom.cum aliis ſu-
perius adductis.
32 Quartò † à ueriſimili diſponentis mente hanc ip-
ſam concluſionem probari non ambigitur.ſi enim te
ſtator ſuper hoc caſu interrogatus fuiſſet , naturalis
ſuadet rõ,eum reſponſurum fuiſſe de hac permuta-
tione non intellexiſſe,ex qua filius omni reſpectu ſi-
bi conſuluit , uerùm etiam & proximioribus de fa-
milia eueniente reſtitutionis caſu prouiſum uidetur:
vnde pro expreſſa uoluntas huiuſmodi haberi debet.
l.tale pactum.ff.de pact.ubi Glo.in uerſic. per exce-
ptionem.§.fin.uerſ.Item nota,in fin.cui ſubſcribunt
Bart. Bald.Alex.& Iaſ.& Alex.conſi. lv.nu.iij.in iii.
& Soci.iun.conſil.lxvii.nu.xxxvj.in iij.& conſi. liij.
nu.iij.& xxxij.eo.lib.
Quintò & concluſionem eãdem probare uidetur,
33 quòd uulgò traditum eſt, † teſtatoris diſpoſitionem
iuri conformem exiſtimari.l.ſi duo.ff.de acquir.hæ-
red.ubi Glo.in uerbo ſcire potuit. Cyn.Bart.& Bal.
nume.iii.& Barto.Cuma.Caſtr.Alex.nu.viij.& Soc.
xxxv.& Ripa lxxvii.l.hæredes mei.§.cùm ita, ad Se-
natuſconſ.Trebell.& Alex.conſ.iiii.nu.xii.in iiii.&
34 conſi.lv.num.ii.& iiii.in iiii. At , † cùm neceſſitatis
caſus in qualibet diſpoſitione ſemper exceptus in-
telligatur.d.c.fin.de fer.& c.conſilium, de obſer. ie-
iun.& l.diuus.ff.de pet.hęre. & d.l.peto.§.prędium,
& l.fin.C.de litigio.& Alex.conſi.lv.num.ij. in ter-
tio, ſequitur,hanc ipſam concluſionem legitimam
eſſe uideri.
Non urgent ſuperius adducta in oppoſitum . &
primò,quòd in ſpecie ipſa permutatio prohibita fue
35 rit.quia † huiuſmodi prohibitio referri debeat ad il-
lam,quæ ex cauſa uoluntaria, non autem neceſſaria
facta proponitur,d.l.alienationes.ff.fam. erciſ. d. l.
filiusfamiliàs.§.Diui,& ibi Iaſ.in iiii.notab.plura ad
ducit.Nam,cùm ipſi filio grauato & eueniente caſu
reſtitutionis maximum commodum ipſorum fidei-
commiſſariorum permutationem huiuſmodi factã
fuiſſe,cõſequens eſt ſiue legis diſpoſitionem intuea-
mur,ſiue diſponentis mentem perpendamus, proxi-
mioribus de familia proſpicientis omninò cenſendũ
uideri contractum huiuſmodi legitimum factũ fuiſ-
ſe,& nullam contumaciam ſeu priuationis pœnam
grauatum hęredem incurriſſe.d.l.peto. §. prædium.
& d.l.Diuus.ff.de petitio.hæredi.cum aliis ſuperius
adductis.
Secundò nõ urget prægnantis ipſius clauſulę vir-
36 tus,ibi quoquo modo uel colore.quippe,† quòd q-
libet uerborum congeries atque ſtructura rationi
cedere debet.c.intelligentia,de uerbo.ſig.& d.l.non
aliter.ff.de leg.iij. debet ergo referri uerbum illud
quoquo colore,ad permutationem doloſè factam &
in fraudem fideicommiſſariorum: ad quam excludẽ-
dam teſtator ipſe neglectum modò effectum conſi-
derauit.d.§.fin.de reg.iur.in vi.& d.l.fraus.ff. de le-
gib.ubi Bart.Bal.Caſt. At,cùm in præſenti caſu om-
nis doli ceſſet ratio,cùm ex prædio in hęreditate cõ-
prehenſo ipſum permutatum repręſentante, maxi-
mum commodum fideicommiſſariorum ſequa-
tur , alienationis ratione ceſſante, debet omnis di-
ſpoſitio teſtatoris ceſſare.l.cùm mulier,la ii.ff.ſolut.
37 matri.& c.cùm ceſſante, de appellatio. quam † ſanè
concluſionem æquiſsimi iudices ueluti humaniorẽ
omnino ſequi debent ad pœnę ipſius excluſionem.
l.ſi pręſes.ff.de pœn.& c.extote,de regu.iur. in an-
tiq.& c.ult.de iure patr.ubi Gl.in uerſ. ex ui. & om-
nes illi ſubſcribunt. Laus Deo.

Patauii Pridie Idus Nouemb.1558.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Matrimonium probatur duobus teſtibus etiam fœminis.& nu.ſeq.*

2 *Fœminæ admittuntur ad probandum matrimonium & duæ ſufficiunt.*

3 *Probatio qualibet duorum aut trium ſuffulta teſtimonio,præualet.*

4 *Notarius honeſta dicitur perſona.& nu.7.*

5 *Teſtes de auditu in factis antiquis recipiuntur. & nu. 8.præſertim in cauſa matrimoniali.nu.12.*

6 *Frater Prior ſiue Prioratus officio fungens, grauis cẽſetur perſona.*

8 *Antiquis in factis teſtes de auditu recipiuntur .*

9 *Memoriam alicuius rei non extare , quo nam pacto p̲bandum ſit.*

10 *Probationes minus integræ in factis antiquis recipiuntur .*

11 *Antiquum factum ſit,uel ne, iudicis arbitrio relinquitur , licèt non nulli centum annorum metam requirant .*

13 *Fines qualiter probentur.*

14 *Confeſſio patris filios eſſe legitimos & naturales , & qualiter eorum mater erat eius uxor, quòd ſit efficax .*

15 *Confeſſio etiam abſente parte in actibus,ex quibus ſpirituale uinculum oritur , ut in matrimonio legitimam inducit probationem, eſtq́; communis opi.*

16 *Filiatio quomodo probetur.& nu.ſequentibus .*

17 *Matrimonium,ſiue quòd B.ſit uxor T.ex quibus probetur.*

18 *Filius quòd ſit alicuius probatur per actum alendi.item & inſtituendi eum in bonis artibus. & nu.ſeq.*

19 *Filiationis poſſeſſio quibus conſtituatur.*

20 *Articuli in cauſa probationis filiationis.*

21 *Probationes leniores exiguntur,cùm de probando aliquem filium legitimum agitur,& uide num. 28.& ſeq.& nu.54.& 55.*

22 *Teſtes deponentes publicè audiuiſſe , probant. & nu. ſequen.*

23 *Fama publica qualiter probanda.& nu.ſeq.*

24 *Teſtes etiam non interrogati deponere debent à quibus perſonis audiuerint , ut fama legitimè probetur .*

25 *Fama publica plenam facit fidem , cùm de matrimonio iam diu contracto agatur. Item cùm de morte alicuius,aut iuriſdictione,ſiue dominio antiquo. & uide nu.54.& ſeq.*

26 *Antiquum factum ex fama probari.*

28 *Matrimoniali in cauſa ſufficiunt probationes quamuis minus exactæ.*

29 *Matrimonium ſi probetur per communem opinionem viciniæ,*

vicinia, quòd filius aſſerens ſe legitimum obtinere debet.& uide nu.54.& ſeq.

30 *Probatio idonea eſt, quæ iudicis animum impellere poteſt ad ita credendum uel ne.*

31 *Probationes ſemiplenæ ſæpe coniunguntur, & quare.*

32 *Probationes, earumq; uirtutem à iudicis arbitrio pendere.*

33 *Probationes leniores recipiuntur in factis antiquis, & in his, quæ difficilis ſunt probationis. & nu.40.*

34 *Antiquum factum quando dicatur, & quot annos decurriſſe oporteat: ubi de communi opinione.*

35 *Senſus eſt miniſter naturæ, & ideo ei authoritas quæcunque cedere debet.*

36 *Teſtium inhabilitatis tempus deduci debet.*

37 *Teſtis impubes eſſe non poteſt.*

37 *Aetas in præficiendis ſacerdotibus annorum 25. eſſe debet.*

38 *Clericorum teſtimonium maximi eſt ponderis.*

39 *Notarij ſiue tabelliones poſſunt eſſe puberes.*

41 *Notoria quæ ſunt, non debent in dubium refricari.*

42 *Matrimonium ſecundum non ualere, etiam ſi primum fuerit præſumptum*

43 *Matrimonij uinculum indiſſolubile eſſe. & nu.47.*

44 *Metus mulieris purgatur ex uoluntaria cohabitatione, & ex carnali copula.*

45 *Matrimonia libera eſſe debere.*

46 *Renunciationes liberæ eſſe debent.*

48 *Inſtrumentum confectum ſuper actu à lege probibito, nullam prorſus inducit præſumptionem.*

49 *Verbis potior eſt res ipſa & factum.*

50 *Tractatus potior eſt ipſa nominatione.*

51 *Filius licèt à patre nominetur naturalis, non tamen ei ſit præiudicium, ſi iuſtus probetur filius.*

52 *Matris aſſertioni non eſt ſtandum, quòd filius ex marito non ſit conceptus.*

53 *Actor debet exactè ipſius intentionem probare.*

55 *Confeſſio coniugum, tractatus, & publica fama probant matrimonium. & eſt communis opinio.*

56 *Filij de legitimitate ubi agitur, etiam ad ſignorum probationem confugere receptum eſt.*

57 *Matrimonium clandeſtinè contractum quando cenſeatur, & quando non.*

58 *Matrimonia non denunciata ſecundum formam canonis, quando Eccleſia recipiat.*

59 *Præſumi non poteſt, pro eo, qui operam rei illicitæ præbuit.*

60 *Patris conſenſus in matrimonio filij non requiritur.*

CONSILIVM XXXIX.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduę lux, vt iuſta ueraque pandam.

VIſo dubio ea progreſſu iudiciario coram ſacra Romana Rota diſcuſſo partium conſenſu elicito, omninò iudicandum cenſerē dominam Claram legitimam & naturalem filiā eſſe ea domina Dia-
1 na & Petro Franciſco iuſtis cōiugibus editam. † cōſtat etenim inter eos matrimonium ipſum contractū fuiſſe: quòd duorum teſtium fide probari poſſe ea-
non ipſe decreuit. c. ſuper eo, de teſti. il ii. ſumpto argum. à ſingulari ratione deciſionis illius. Gloſ. 1. ibi, verſ. aliàs ubi æqualitas eſt. Tancre. & Innocē. reddit rationem, & Abb. antiq. verſ. ſed quid ſi unus. & Hoſtien. in verb. Teſtimonium. & Io. And. in Glo. 1. ibi, quare tunc ceſſat ſuſpicio. & Bal. nume. iiii. uerſ. uel dic. & Aegid. in Glo. i. & Butr. in ii. not. nu. iiii, & ix. & Card. in iiii. not. nu. iiii. imo. nu. ii. uerſ. item nota
2 quòd mater. & Panor. in ſecundo & iii. nota. † duorum teſtium etiam fœminarum depoſitione ceſſante illius deciſionis ratione matrimonium probari poſſe inde colligunt. Diuini enim iuris diſpoſitione cau-
cit : quia teſtator cenſetur uoluiſſe bona in maſculis
deſcendentibus conſeruari : quę uoluntas impleri nō
poteſt , niſi in neceſſarium antecedens , perpetuum
inter ipſos deſcendentes fideicommiſſum inductum
cenſeatur.arg.tex.in l.denique.§.interdum,de pecu.
lega.l.ad rem mobilem,& l.ad legatum, de procura.
& quamuis multi hanc coniecturam reprobare co-
nentur , in effectu tamen magis communis opinio
eſt , quòd procedat,& fideicommiſſum in fauorem
maſculorum inducat,per ea quæ not.Bartol.in l. li-
berorum,de uerbo.ſig.& ita tenuerunt Guid. Papæ
maximæ apud Gallos authoritatis in deciſionibus
ſuis.q.clxxiiii.incip.In illa.ſequitur Deci.in conſ.
cclxx.cccxiii.dxvi.dxlv.dxlvi.dlxxiiii.dlxxviii.dclv.
& in l.i.de pact. C.Soci.in d.l.cùm auus, de cond.&
demonſt.& in conſi.cxvi.In cauſa filiorum, vol. iii.
Corn.in conſi.lxxiiii.uol.ii.& in conſi.xx. uol. iiii.
& Iaſ.conſi.iiii.ad fin.uol.iiii.Curt.iun.conſi. xliii.
xlviii.lxix.lxxvii.xcvi.& cxiii.Alexā.conſil.xxviii.
xxxi.cxx.& cxliii.Gozad.in conſ.xxvi.lxiiii.& lxxx-
vii.Soci.iuni.latiſſimè in conſi.cxix.& cxxvi.uol. i.
Rui.conſi.iii.uol.ii. Pariſ.conſi.xxxvii.nu.xxxiiii. &
xxxv.uol.ii.& pro hac opinione pleniſſimè conſul-
luit Crauetta conſi.lxii.in fi. & Cagnolus in d.l.i.C.
de pact.nu.xlix.dicit ſe pro ea ſepiſſimè in cauſis ar-
duis conſuluiſſe & obtinuiſſe.& Cur.iun. in d.l.i.&
d.conſi.lxxxvii.dicit pro hac opinione fuiſſe Brixiæ
iudicatum,& ſententiam ab Illuſtriſſimo Senatu Ve
neto comprobatam. quæ opinio tunc maximè ſine
ulla difficultate procedit , quando cum dicta quali-
tate maſculinitatis,quęlibet alia coniectura concur-
rit : ut per Doct.omnes in locis pręallegatis , & per
Corne.in l.i.C.de conditio.inſert. & Rui.in d. con-
ſil.iii.uolum.ii.ſed in caſu iſto multæ concurrunt ut
ſuprà , ergo etc.

11 Secunda † igitur coniectura colligitur, quoniam
excludit fœminas omnium deſcendentium , iubens
illas competenter dotari.quæ coniectura eſt ualidiſ-
ſima in fauorē dictorum maſculorum , ut ipſi per-
petuò uocati intelligantur ſecundum Docto. in d.§.
cùm ita.& in d,l.Centurio,ubi Rip.col.iii.uerſi.ſe-
cunda coniectura,de uulga. Docto.in l.i.C. de pact.
ubi Curt.in vltimo not.& Rip.col.iii.uerſ.iſta con-
iectura ſaluari poteſt. Anch.conſ.lxxiiii.cōtra Phi-
lippum. Aleſan.conſ.lxiiij.Difficultas. col.fin.uol.
v.Pariſ.d.conſi.xxxvii.nu.xxxii.uol. ii. & Rui. in d.
conſi.iii.nu.xvi.uol.ii.

Tertia coniectura fideicommiſſariæ uoluntatis
colligitur,quia teſtator ultra filios nominatos inui-
cem

cem ſubſtitutos, alios gradus ſubſtitutionum fecit
in perſonis extraneorum: quia ſubſtituit eaſdem fœ-
minas, & D. Aluarotum, & Eccleſiam Sancti Anto-
nii: quo caſu non eſt dubium, quin cenſeatur ipſos
deſcẽdentes maſculos ueriſimiliter prædilectos ſub-
ſtituiſſe. Nam, ſi & fœminas & extraneos, quos con-
templatione maſculorum excludi uoluit, diſpoſitiuè
ſubſtituit, & ad fideicommiſſum inuitauit, quantò
magis ipſos maſculos inuitaſſe cenſebitur? auct. mul-
12 tò magis. C. de ſacroſ. eccl. † & facit regula l. Clau-
dius fœlix, de pign. ſi vnico vincentem te, longè ma
gis uinco te. nec enim deterioris conditionis in ho-
nore accipiendo cenſeri debent maſculi liberi ma-
gis dilecti & propinquiores, quàm minus dilecti &
remotiores. l. ſi uiua matre. C. de bonis maternis. l.
Publius. §. i. de cond. & demonſt. cum ſimil. & hanc
coniecturam approbant communiter Docto. in l. i.
C. de pact. & in d. l. Centurio, & in conſiliis præallc-
gatis, præſertim Ancha. in d. conſ. lxxiiii. Contra
Philippum. Alex. d. conſ. lxiiii. col. fin. uol. v. Pariſ.
d. conſ. xxxvii. nu. xxxvii. & xxxviii. uol. it.

Quarta coniectura quidem fortiſsima ſumitur
ex eo, quòd teſtator uoluit per hæredes ſuos perpe-
tuum anniuerſarium fieri in eccleſia Sãcti Antonii:
& ſic ex prædictis uerbis conſtat eum uoluiſſe per-
petuum onus ſuis deſcendentibus maſculis iniunge-
13 re, quos hæredum nomine uocauit. † Nam iſtud ver
bum hęredes, in teſtamento aſcendẽtis poſitum, pro
deſcendentibus accipitur, ac ſi expreſsè de eis dictũ
fuiſſet, ut probatur in l. ex facto. §. fin. cum Gloſ. ibi,
quam Doct. communiter ſequuntur ad Trebel. no-
tant expreſsè Bart. & Iaſ. in l. Gallus. §. etiam ſi parẽ-
te, col. vi. nu. xxvii. cum ſeq. de lib. & poſth. latè Pa-
riſ. ubi dicit eſſe communem in conſi. xxxi. Conſide-
rato, nu. xlv. cũ ſeq. uol. it. Cùm igitur teſtator aſcẽ-
dens omnibus deſcendentibus ſuis. ſ. maſculis, ut ex
qualitate maſculinitatis in conditione poſita colli-
gitur, perpetuum anniuerſarii grauamen iniunxerit
proculdubio in neceſſarium antecedens ad perpetuũ
fideicommiſſum eos uocaſſe cenſetur: ut eſt caſus in
d. l. denique. §. interdum, de pecul. lega. ubi ex onere
iniuncto honor legati colligitur. & in his terminis
procedit opi. Bar. in d. l. Centurio, de uulga. quę cõ-
currentibus tribus cõiecturis omnino procedit, ſci-
licet, quòd liberi ſint poſiti in conditione & graua-
ti, & alia qualibet coniectura muniti, uelut per di-
ctionem maſculos, uel per excluſionem fœminarum
uel per digreſsionem ad alios gradus ſubſtitutionũ:
quæ tamen omnes coniecturæ in caſu iſto ſimul &
copulatiuè concurrunt. & ita hanc cõiecturam gra-
uiminis notab. declarat Rui. in d. cõſ. cxi. Viſo ac ple
cto, col. fi. uol. ii. ubi dicit, quod opi. Bar. in d. l. Cẽturio,
quod liberi in condõne poſiti & grauati intelligãtur ex
teſtõ uocati concurrente aliqua alia coniectura ex
prædictis æquior & uerior eſt, & non habet contra-
14 dicentem. † Et licèt illa dictio perpetuum, uario mo-
do in iure accipiatur, tamen in fideicommiſsis acci-
pitur pro ſemper, & ſine temporis pręfinitione, &
perpetuum inter omnes deſcendentes fideicommiſ-
ſum inducit, vt per Soci. in conſi. lxxxiiii. nu. v. uolu.
iii. Rui. conſi. cviii. nu. xiii. & xiiii. uol. ii. Pariſ. d. cõ-
15 ſil. xxxvii. nu. xxiii. cum ſeq. uol. ii. † Cùm igitur ho-
nor ab onere reguletur. l. utrum. §. quæſitum, de reb.
dub. & perpetuum onus ipſis hæredibus ſeu deſcen-
dentibus maſculis iniunctum fuerit, neceſſariò fatẽ-
dum eſt, eoſdem ad perpetuum fideicõmiſſum fuiſſe
uocatos per ſupradicta.

Quinta coniectura colligitur ex eo, quòd teſta-
tor illud perpetuum grauamẽ geminata clauſula re-
plicauit, videlicet in illis ultimis uerbis: & ita dictus
teſtator fieri & obſeruari mandauit in perpetuum.
16 † Nam geminatio diſpoſitionis magis enixam uo-
luntatem diſponentis oſtendit, ſecundum Barto. &
Docto. in l. Baliſta, ad Trebel. & in l. cùm virum. C.
de fideicomm. & in l. cùm ſcimus. C. de agri. lib. xi.
Corn. in terminis fideicõmiſsi in conſ. lix. Diu poſt.
col. i. nu. v. cum ſeq. uolu. ii. Pariſ. in conſ. xxxi. num.
xvii. uol. it. Deci. conſi. dclxvi. Viſa. nu. iiii. ex præ-
dicta eius perpetuitate ſic enixè & deliberatè gemi-
nata conſtat teſtatorem non ſolùm ipſos filios inſti-
tutos, ſed etiam omnes deſcendentes tanquàm hæ-
redes ſuos mediatos tàm directos quàm indire-
ctos perpetuò grauare uoluiſſe: ex quo perpetuò
grauamine neceſſariò uocati intelliguntur, concur-
rentibus ſcilicèt aliis coniecturis, de quibus ſuprà,
ut tradunt omnes ſcribentes, pręſertim Corn. in l.
ab eo. limitando illum text. C. de fideicomm. Bar. &
Docto. in d. l. Centurio, ad fin. de uulga. & in d. l. i.
C. de pact.

17 Sexta † & vltima cõiectura multùm notanda, ex eo
quòd teſtator etiam Eccleſiam diui Antonij, & ſic
piam cauſam ſubſtituit; quo caſu liberos in condi-
tione poſitos ex teſtamento vocaſſe cenſetur: ita no-
tabiliter uoluit Anch. in d. conſ. lxxiiii. Contra Phi-
lippum, circa finem. ubi dicit, quòd teſtator uidetur
uoluiſſe præferre liberos ſuos in conditione poſitos
animæ & piæ cauſę. ſequuntur Iaſ. in conſi. ccxxxii.
Super teſtamento, circa prin. uol. j. Alexã. in conſil.
lxiiii. Difficultas, circa fin. uol. v. & expreſsius ponit
Rui. in conſi. clxxxii. In facto, col. i. uerſi. ſecundò,
uol. ii. Ex quibus omnibus patet omninò de euidẽ-
tiſsima uoluntate teſtatoris, quòd oẽs ſuos deſcen-
dentes maſculos ad bona ſua per ſucceſsiuum fi-
deicommiſſum admitti uoluerit. Et licèt quæli-
libet pręddictarum coniecturarum per ſe ſufficiens
eſſet ad tale fideicommiſſum inducendum, quia iu-
ra de fideicommiſſo loquentia coniecturam uolun-
tatis duntaxàt in ſingulari requirunt, ut in d. l. cùm
proponebatur, in fin. de legat. ſecundo. l. cùm auus,
ibi, coniectura pietatis, de cond. & demonſt. conie-
ctura efficaciſsima eſt, ne uideatur teſtator alienas
ſucceſsiones propriis liberis anteponere, ut inquit
tex. in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicomm. tamen in
caſu iſto res omninò redditur clara & indubitata at-
tentis tot urgentibus coniecturis ſimul concurren-
18 tibus. † Nam ex pluribus adminiculis ſimul cõcurrẽ
tibus augetur effectus diſpoſitionis. l. j. ubi Docto.
C. de fideicomm. l. Procula, de prob. l. re coniuncti,
de leg. iij. c. innotuit, uerſ. multa enim cõcurrebant,
de electio. facit illud uulgatum, & quę non proſunt
19 ſingula, † multa iuuant. l. ii. §. fin. de excuſa. tuto. l. i.
C. qui mune. tutel. d. l. cùm ſcimus. C. de agric.
cum ſimilibus.

Non obſtant modò in contrarium, quæ licèt ex
præce-

præcedentibus ſatis ſuperque ſublata uideantur,
attamen ſpecialius ſingulis reſpondendo, non ob-
ſtat primùm, quòd maſculi fuerint tãtùm in condi-
tione poſiti, quo caſu ſecundum communem opi-
nionem non cenſentur ex teſtamento uocati: quia
reſpondetur dupliciter. & primò quòd cõtraria opi-
nio eſt magis communis, ſi conſiderentur Doct. pro
hac limitatione tenentes, ut plenè per Crauettam in
d. conſi. lxii. & Cur. in d. conſi. lxxxvii. & in l. j. C. de
pac. ubi dicit ſic fuiſſe Brixiæ iudicatum, & Venetiis
obtẽtum. Item etiam computatis omnibus antiquis
Doct. magnæ authoritatis, qui tenuerunt ſimplici-
ter filios poſitos in conditione cenſeri uocatos, cõ-
tra Glo. in d. l. Lucius, quos latè refert Corne. in d. l.
i. C. de cond. inſert. Preterea & ſecundò reſpondetur
quòd illa communis opi. poſſet procedere, quando
ſola coniectura maſculinitatis haberetur, nulla alia
ſimul concurrente & coadiuuante: quo caſu fatendũ
eſt, articulum eſſe dubium propter uarias ſcribentiũ
ſententias & inductiones, ſecus quando cum prædi-
cta coniectura multæ aliæ coadiuuatiuæ concurrũt,
quæ magis apertam uoluntatem teſtatoris oſtendũt,
20 † & faciunt uerba enunciatiua & conditionalia trã-
ſire in diſpoſitionem, ut in d. l. denique. §. interdum,
de pecul. lega. l. ſi ita, de opc. liber. l. pen. de coll. bo-
no. not. Bar. in l. ii. §. uidendũ, ad Tertul. & per Alex.
in l. Gallus, in princ. de libe. & poſthu. & quòd filij
in conditione poſiti cenſeantur ex teſtamento uoca-
ti aliquibus coniecturis concurrentibus, firmat Soc.
in l. cùm auus, circa fin. de cond. & demonſt. & quot
& quales coniecturę requirantur circunſpecti iudi-
cis arbitrio relinquitur, ſecundum eundem ibi. In
hoc igitur caſu tot & tantis coniecturis munito, ali-
ter iudicari nõ poteſt; nec reperitur aliquis qui cõ-
tradicat, ſecundum Rui. in d. conſi. iij. Viſo ac perle-
cto, nu. xiij. xiiij. & xvj. & per totum conſi. qui lo-
quitur in terminis, ubi omnino uideatur, uol. ij. &
Pariſ. in conſi. xxxvij. uol. ij. Nam in caſu iſto ſex aut
ſeptem coniecturę concurrunt. Prima, quia filios in-
ſtitutos, immo filium & nepotem inuicem ſubſtituit
unde, iam conſtat de animo ipſius quòd fideicom-
21 miſſum inter liberos relinquere uoluerit: † ex præ-
cedentibus enim ſequentia colligũtur. l. ſeruus plu-
rium. §. fin. de lega. j. Secunda, quia liberos ſeu deſcẽ-
dentes poſuit in conditione, quæ ſola ſecundum
multos Doct. ſufficit ad fideicommiſſum, ponderã-
do tex. in d. l. Lucius, in uerbo prætulit, ut refert latè
Corn. in d. l. j. C. de cond. inſer. Tertia, quia poſuit
eos in conditione cum qualitate maſculinitatis, quæ
coniectura hodie ſecundum magis communem opi-
nionem eſt potentiſſima, ut conſtat ex ſupradictis,
pro qua fuit iudicatum. Quarta, quia filias mediante
dote excluſit, & illas ſemper dotari uoluit: ut uo-
lunt Doct. in locis præallegatis. Quinta, quia deſcẽ-
dentes perpetuò anniuerſarij onere bis grauauit, quę
eſt fortiſſima coniectura ſecũdum opinionem Bar.
in d. l. Centurio. & Rui. poſt Soc. in d. conſ. cxj. uol. ii.
nu. xiii. dicit eſſe canonizatã. Sexta, quia de maſculis
ſępe mẽtionem fecit, & illam qualitatem ſępius ex-
preſſit, quo caſu cenſetur omninò uoluiſſe familię &
agnationi ſuæ conſulere, ſecũdum omnes. Septima,
quia piam cauſam ſubſtituit, quę coniectura etiã per
multos admittitur, ut per Soci. in d. l. cùm auus, poſt
Ancha. in d. conſi. lxxiiij. Contra Philippum. Alex.
in d. conſi. lxiiij. ad fin. uol. v. Iaſ. in d. conſi. ccxxxii.
in princ. & Rui. in d. conſi. clxxxii. col. j. uol. ij. licèt
poſteà illam approbare non uideatur. Vnde ſtanti-
bus tot coniecturis & probabilibus, nullus eſt do-
ctorum, qui contradicere reperiatur: ut patet ex di-
ſcurſu omnium conſiliorum in hac materia reddito-
rum: nec memini legiſſe reſponſum, in quo tot con-
iecturæ concurrerent.

Non obſtat ſecundò quòd fideicommiſſum dici-
tur onus & grauamen, & citra verborum diſpoſitio-
22 nem induci non debet. † quia reſpondetur, quòd li-
cèt fideicommiſſum cenſeatur onus reſpectu hære-
dis grauati, tamen reſpectu uocati, & ipſius teſtato-
ris, de cuius uoluntate & hæreditate agitur, dicitur
fauorabile, & eſt adiuuandum. d. §. cùm ità, ad Treb.
d. l. pen. de leg. i. d. l. cùm proponebatur. de leg. i. l. d.
l. fideicommiſſa. §. item ſi quis. de leg. iii. d. l. qui ſo-
lidum. §. i. de leg. ii. ubi una ſola coniectura uolun-
23 tatis ſufficit ad fideicommiſſum, † quinimmo in tã-
tùm fauetur fideicommiſſariæ uoluntati, ut pro ea
ſuſtinenda fiat uerbòrum impropriatio. l. Titia. §.
24 Lucius, de leg. ii. l. Scęuola, ad Trebel. † & ubi uerba
ipſa deficiunt, ex cõiectura ſupplentur, & pro diſpo-
ſito habetur, quod uoce omiſſum fuit. l. vnum ex fa-
milia. §. fin. de leg. ii. & eſt Glo. notabilis & commu-
nis in l. pater filium. §. pater filios, in fin. per illum
25 tex. de leg. iii. Item † fideicommiſſum quibuſcunq;
uerbis inducitur, etiam enunciatiuis & conditiona-
libus, & aliàs nihil diſponentibus. l. Pamphilo, in
prin. & l. fideicommiſſa. §. cum eſſet, de lega. iii. cum
aliis allegatis per Soci. conſi. ccli. Quoniam. & conſ.
ccxxvii. Præſens. & conſi. ccxlix. uol. ii. poſt Bald. &
26 Paul. in l. fi. C. de impube. & ibi dicunt Doct. † q̄ ex
coniecturata mente receditur à ui & natura uerborũ
latè Corne. in conſi. ccxxxix. Videtur, uol. ii. Pariſ.
27 conſ. xli. Viſa, nu. xviii. cum ſeq. uol. ii. † Item fidei-
commiſſa ab omni iuris ſolemnitate ſunt exempta.
Inſti. de codicil. §. fi. Docto. omnes in rub. de leg. i.
& in l. ii. per illum tex. C. communia de leg. & ideo
ſolo nutu relinqui poſſunt. l. nutu, de leg. iii. Contra-
rium ergo procedit in dubio quando nec uerborum
expreſſio, nec ulla prorſus probabilis coniectura uo-
luntatis habetur; quia tunc ſine ullo uoluntatis ſaltẽ
coniecturatæ fundamento tanquàm oneroſa facilè
induci uel præſumi non debent. l. uxorem. §. i. de le-
gat. iii. & latè per Doct. in locis præallegatis, & præ
ſertim in l. Gallus. §. i. per illum tex. ibi, q̄ ex uerbis
concipi poſſit. de libe. & poſth.

Non obſtat tertiò, quòd Petrus diſtat à teſtatore
ultra quatuor gradus: quia dupliciter reſpondetur.
28 Primò, quòd aſſumptum nõ eſt uerum, † quia quar-
tus gradus debet computari à perſona primùm gra-
uata, non à perſona grauantis, ut loquitur text. & ibi
Iaco. & Angel. in d. §. nos igitur, in auth. de reſtitu.
fideicom. latè Rip. in l. filius fami. §. Diui, circa fi. de
lega. i. dictus autem Petrus nonagens reperitur in-
tra quartum gradum, aut ſaltem in quarto quòad
perſonam primò grauatam, ut ex arbore claré per-
penditur, eſt enim pronepos Io. Gabrielis primò
grauati, de cuius ſucceſſione agitur, & ſic omnino

babilis

habilis reperitur.Prætereà & ſecundò reſpondetur,
dato etiã q̃ eſſet ultra quartũ gradũ, tamẽ quia mẽs
teſtatoris fuit prouidere omnibus deſcendentibus
maſculis in perpetuũ excluſis fœminis, ut colligitur
ex uerbis teſtamẽti, quibus perpetuum grauamẽ in-
iunxit, etiam geminato præcepto, non procedit di-
ſpoſitio dicti §. nos igitur, qui duntaxat locum ha-
bet in fideicommiſſo ſimpliciter familiæ uel liberis
relicto, ceſſante omni coniectura perpetuitatis, ut
declarãt notabiliter ibi Iacob. & Ange. Alex. in cõ-
ſil. lvi. uol. j. & conſi. lix. uol. iij. Corne. conſi. lix. uol.
ii. & conſi. ccxxx. uol. iii. Soc. conſi. xii. & conſ. xliij.
& conſi. lxxxiiii. uol. iii. Deci. conſi. xxxviii. uol. i. &
conſi. cccclxxxi. & conſi. dxvi. un. xvi. Cur. conſ. iiii.
& conſi. xl. uol. i. Pariſ. conſi. xxxvii. nu. xxiii. uol. ii.
29 & conſi. liii. nu. xxii. uol. iii. † in quibus locis pro-
batur fideicommiſſum ultra quartam generationem
extendi quando teſtator vel ad conſeruandam agna-
tionem reſpexit, uel aliquod uerbum perpetuitatis
expreſsit, quæ omnia in caſu iſto copulariuè con-
currunt.
30 Vltimò non obſtat, quòd † dictus Petrus fuerit
hæres Gaſparis ſui patris alienantis, unde eius facto
contrauenire non debet, iuribus uulgaribus. quo-
niam reſpondetur, quòd fuit heres cum beneficio le
gis & inuentarii, ut in facto proponitur, & de bonis
paternis nihil omninò ad eum peruenit. quibus ſic
ſtantibus ex perſona patris non tenetur, nec prohi-
betur ex perſona propria bona fideicommiſſo ſubie
cta, & per patrem alienata reuocare; ut eſt tex. in l.
fin §. & ſi præfatam. C. de iure delibe. ubi dicitur,
31 † quòd adiens cum beneficio inuentrii intantùm hæ
reditariis creditoribus tenetur, inquantùm res &
ſubſtantiæ teſtatoris ad eum deuolutæ ualent, ita ut
hęres de ſubſtãtia propria nihil amittat. ponit Dec.
conſ. dcxxxiii. in fin. & latè in conſi. clxxxv. In cau-
ſa. in princ. & conſi. cccclxv. In caſu ad me tranſmiſ-
ſo. nu. lvi. poſt Bal. in l. qui ſe patris, col. x. uerſ. item
quæritur. C. unde libe. & Alexan. conſi. cxxii. Super
primo, col. pen. uol. iiii. & conſi. xviii. Attentis. col.
32 pen. & cõſ. xix. Super, col. iii. uol. v. † & ita limitatur
diſpoſitio d. l. cùm à matre. C. de rei uend. quę vult,
hæredem non poſſe alienata per defunctum reuo-
care; ut non procedat, quando aditio facta fuit cum
beneficio inuentarii per ſupradicta. Et præſertim in
eo, qui nulla bona reliquit, quo caſu tale beneficium
ipſo iure ſatis competere uidetur. l. ſi uniuerſę. C. de
lega. Et ex his remanet fundata de iure intentio dicti
Petri agentis, ut domum per patrem alienatam re-
uocare poſsit. & ita concludendum puto, ſaluo ſem-
per ſaniori iuditio etc.

Matthæus Gribaldus I. V. D. Paduę legens.

SVBSCRIPTIO D. AND. LYDII I. C.

ITA, vt ſuprà concluſum fuit per Excellentiſs.
ac clariſsimum Iureconſ. D. Matthæum Gribaldum,
iuris eſſe arbitror ego And. Lydius Iur. vtr. doct. In
quorum fidem manu propria ſubſcripſi, ac meo ſi-
gillo muniri iuſsi.

SVBSCRIPTIO D. MAR. MANTVAE I. C. Clariſſimi.

ET ita ẽt ſentio ego M. Mantua Bonauitis, Pata-
uinus Iur. conſ. Comesq; Palatinus, & legum inter-
pres minimus, prout ſuprà & infrà concluſum eſt per
hos Excellentiſsimos Docto. & ita iuris eſſe dico,
nec ſecus his diebus tenui legendo legem primam.
C. de pact. ubi de materia latè, ſaniori iudicio tamen
ſemper ſaluo, & in præmiſſorum fidem me ſubſcripſi
& ſigillo paruo ſubſignaui. Laus Deo opt. max.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Conditio regulatur à teſtatoris uoluntate.*
2 *Subſtitutio reciproca inducitur ex coniecturata mente teſtatoris.*
3 *Voluntas dicitur manifeſta, licèt colligatur ex coniecturis.*
4 *Voluntas magis attenditur, quàm verba in fideicommiſſis.*
5 *Plus quòd ſit dictum, & minus ſcriptum, non inconuenit.*
6 *Subſtitutio uidetur facta ultimò morienti.*
7 *Gloſſ. in l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. declaratur.*
8 *Teſtatorem uoluiſſe alienas ſucceſsiones proprijs ante ponere, non eſt credibile.*

CONSILIVM XLI.

EXCEL. D. M. ANTONII ZABA-
rellę I.C. ſiue eius ſubſcriptio.

SENTENTIAM Clariſsimi con-
ſultoris laudo, uehementiſsimeq;
comprobo ego Marcus Antonius
Zabarella Iur. Vtr. Doct. olim or-
dinariè legens Canonicum ius in
hac ampliſsima Patauina ciuitate.
Et in huius ſententiæ teſtimonium nomen meum
adſcribendum, ſignumq́ue meum apponendum cen
ſui, ſaluo tamen ſemper ſaniori iudicio veriorię;. Et
ad hoc quidẽ motus pluribus rationibus: In primis
enim negari non poteſt, quòd hi filii non ſint poſiti
1 in conditione ad excluſionem ſubſtitutorum: † con-
ditio .n. regulatur à uoluntate teſtatoris. l. in cõditio-
nibus primum locum. ff. de cond. & demonſt. ſed de
ipſa conſtat, ex quo eos prædilexit omnibus ſubſti-
tutis, meritò intelliguntur uocati. Deinde pondera-
ri poteſt text. in l. cùm proponebatur. ff. de legat. ii.
2 † ubi ex coniecturata uoluntate teſtatoris inducitur
3 reciproca ſubſtitutio, & dicitur † manifeſta volũtas,
licèt colligatur ex coniecturis, cùm ſimus in fideicõ-
4 miſsis, ubi † uoluntas magis attenditur, quàm uer-
ba. l. cùm virum, de fideicom. Præterea ſi interro-
gatus fuiſſet teſtator nunquid uellet eos uocare ex
teſtamento, proculdubio reſpondiſſet uoluiſſe. l. tale
pactum. §. fin. ff. de pact. tum maximè cùm alteratur
etiam fideicommiſſum poſt mortem teſtatoris, &
reuocatur, ergo poteſt ſuppleri. l. fideicommiſſum.
5 C. de fideicomm. † Nec inconuenit quòd ſit plus di-
ctum, & minus ſcriptum. l. i. ff. de hæredi. inſti. De-
mum,

mum,ſi uoluit teſtator ultimo loco bona ſua perue-
nire ad pias cauſas deficientibus omnibus liberis,er-
go uidetur uoluiſſe eos ad inuicem ſubſtituere,& ſic
6 uocare,† cùm ſubſtitutio uideatur facta ultimo mo-
rienti.l. Titia.§.Scia libertis.ff.de leg.ii.& ſic ſint vo-
7 cati ex teſtamento. † non obſtat Gl.in l.Lucius.ff.de
here.inſti.quoniam habet locum, quando non ap-
8 paret de uoluntate,ut in caſu noſtro, † ubi non eſt
credibile,quòd uoluerit teſtator alienas ſucceſſio-
nes propriis anteponere.l.cùm acutiſſimi. C.de fi-
deicom.Vnde tandem in hãc ſententiam deueni ri-
gore legum ſublato,ſaluo tantùm etc. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filij poſiti in conditione an ſint uocati ex teſta-
mento uel ab inteſtato, ubi de communi & magis
communi opin.& maximè hodie. & nu. ſeq. & 6.*
2 *Opinione olim quæ fuerat communis, quòd hodie con-
traria ſit communior, illique præferatur, nouum
eſſe non debet.*
3 *Opinio æquior in iudicando eſt ſequenda, etiam ſi con-
traria eſſet magis communis.*
4 *Opinio illa ſequenda eſt,quãdo Doctores uariant,quæ
conſuetudine in iudicijs approbatur, licèt contraria
ſit communior.*
5 *Doctori aſſerenti de conſuetudine credendum eſt.*
7 *Maſculi conſeruant agnationem, familiarumq; digni-
tatem,non autem fœminæ.*
8 *Bona & diuitiæ conſeruant familiarum honorem &
dignitatem,ſine quibus illæ ſordeſcunt, atque de-
creſcunt.*
9 *Via illa ſequenda eſt, quæ magis teſtatoris intentioni
fauet.*

CONSILIVM XLII.

EXCELLENTISSIMI I. C. TIBERII Deciani Paduæ legentis,ſiue eius ſubſcriptio.

IVRI & æquitati conſonum eſſe arbitror,ſententiam ſuprà per clariſſimos Iuriſconſultos firmatam atque eorum authoritate corroboratam, ego quoque Tiberius Decianus Iuriſconſultus Vtinenſis ordinarius iuris ciuilis interpres in hoc florentiſſimo Patauino Gymnaſio. In quam ſententiam adducor ex copioſiſſimis ſuprà deductis,ac etiam,
1 † quia quanquam plures dixerint communem opinionem eſſe, quòd filij poſiti in conditione cenſeãtur uocati ab inteſtato, tamen hodie poteſt audacter contrariũ concludi, quòd immo contraria opinio ſit communior, ut per plura ultra ſuprà deducta per Dominũ conſulentem, concludit dominus meus Soc.iunior conſi.clviij. Abundè & multùm ſubtiliter, nu.lxx.& lxxi.& ſeq.& conſi.clxxiiij. Viſa prædicta,nu.xxi.ii. uol.ubi enumerat infinitos antiquos & modernos tenentes hanc opinionem: concludens, hanc, quòd filij poſiti in conditione cenſeantur uocati ex teſtamento ſiue per fideicommiſſum,etiam crebrioribus
2 calculis doctorum comprobatam eſſe. † neque nouũ eſt,quòd una opinio aliàs fuerit communis, nunc autem contraria ſit communior,ut per Iaſ.in l. uenditore.ff.de uerb.obl.

Accedat quòd omnes dicunt hanc opinionem, ꝙ poſiti in conditione cenſentur uocati ex teſtamento eſſe æquiorem.hoc dixit Cin.& Alberic. in l.i.C.de cond.inſert.& ibi etiam Salic.idem dixit Paul. conſil.cclxiii.Quæſitum.ij.uol.Barba.in l. cùm acutiſſimi,col.lxxviij.cum ſequen.C.de fideicomm. & conſil.xxvii.col.xiii.i.uol.& cõſ.lv.iiij col.ii.uol.& in-
3 finiti alij, quos citat Soci.in locis prææallegatis.† Sed quando uariant Doct.in opinionibus,illa proculdubio eſt in iudicando ſequenda,quę æquior eſt,etiam ſi contraria foret magis communis,ut notant omnes in l.placuit.C.de iudic.in l.ſi ubi.ff.ſi cert.peta.Iaſ. in l.cùm ſtipulati ſumus.§.ſequitur,de uerbo.oblig. in iiij.nu.Canoniſtæ latè in c.ſi.de tranſ.Feli. in c.ex parte,j.col.de off.delega.& in c.ii.de re iud. in prin. Et in materia interpretationis uoluntatis teſtatorũ, ſequitur Cur. ſenior conſi.lj.Super teſtamentis,col. x.verſ.ecce ergo,cum pluribus ſimilibus,quę omitto breuitatis cauſa.

4 Item † in dubio quando in aliqua opinione uariant Doctores,certum eſt,quòd illa opinio eſt amplectenda,quę conſuetudine illius regionis in iudicijs fuit communiter approbata, immo etiam ſi contraria eſſet communior de iure, iuxta l.minimè, & l.ſi de interpretatione.ff.de legi.c.cùm dilectus, de conſuet.ita dixit Alexã.conſi.xix. circa princi.col.j. vij.uol.Iaſ.in l.poſt dotem.nu.x.ff.ſol.mat. Deci. in c.at ſi clerici,col.xvij.de iudi.& conſi.cxxxi. Barba. conſ.xxvi.Sapienter, col.iiii.iii.uol.Soci.conſ.ccix. Licèt nulla,col.fin.ii.uol.ſed ſub inclyto & Sereniſſimo hoc Dominio noſtro conſuetudine approbata eſt iſta opinio in excellentiſſimis conſiliis de xl. ut poſiti in conditione deſcendentes uocati cenſeantur, ergo etc.quòd autem talis ſit conſuetudo, apertè teſtatur Curt.in l.j.C.de pact.nu.xiiii.in fin.& in
5 ſpecie Soci.iuni.d.conſ.clviii.num.lxxii.ii.uol.† & Doctori aſſerẽti talem eſſe conſuetudinem & vſum, credendum eſt,ut dicit Bar.in l.de quibus, col. viii. verſ.quartò principaliter quęritur.ff.de legib.ſequitur Paul.conſi.clxii.In præſenti cauſa, col. i. Cuma. conſi.lvii.Monaſterium, in fi. cum multis ſimilibus adductis per Deci.conſi.dlix.In caſu uenerabilis,iij. uol.nu.vj.ubi probat hanc eſſe communem, & ego quoque uidi hanc opinionem paſsim ſeruari in ipſis excellentiſsimis Conſiliis Venetiarum. Cùm igitur in ipſis ſit terminanda pręſens cauſa, iuxta ipſorum conſuetudinem iudicandum eſt per prędicta.
6 † Sed difficultatem omnem tollunt coniecturæ ſuprà conſideratæ,quibus ſtantibus communis opinio eſt omniũ ſcribentium,ꝙ uera ſit opinio, quòd filii poſiti in conditione cenſeantur uocati omninò ex teſtamento;in quam,etiam eorum qui tenent cõtrariam,concurrũt. immo Corn.conſ.lxxiii. Viſo prolixo,ii.col.ii.uol.dicit, quòd ex qualibet minima cõiectura,ita facilè tenendum eſt.& quòd etiam quælibet leuis coniectura ſufficiat, & pręponderet, tenuit quoq; Curt.iun.cõſ. lxxxvii.Præſupponitur,in fin.uerbis.& idem dicit Soci. iun.in conſil.clxxiiii.

Viſa

Viſa prædicta, nu. xxiiij. in fi. ij. uol. quātò ergo magis erit cooentrentibus tot coniecturis? quæ omues uerißimæ ſunt & cōmuniter approbatæ. Vltra qusa me mouet & iſta: nam ratio omnium teuentium opinionem Glo. in l. Lucius, la ij. ff. de hæred. inſtit. quòd ſcilicèt filij poſiti in cōditione cenſeantue nocati ab inteſtato, eſt, quia conditio nil ponit in eſſe, & qnia uidetur teſtator noluiſſe omnes ſuccedere eo iure, quo ab inteſtato ſuccedere debent, prout hanc rationem conſiderat Glo. & omnes in d. l. Lucius, & in locis ſuprà latè adductis: ergo ubicunque appsret, quòd teſtatoe noluit fœminas eo ordine luccedere, qno ſucceſſuræ fuiſſent ab inteſtato, ceſſat illa ſola ratio, ergo & iuris diſpoſitio, iuribus vulgaribus.

Item qnòd noluerit teſtator ſuccedi eo ordine, quo ab inteſtato ſuccedendum eſſet, apparet euidenter ex nltima ſubſtitutione, in qua uoluit fœminas, quæ deficientibus maſculis in totum ab inteſtato ſneceſſuræ fuiſſent, in dimidia tantùm ſuccedere. priuatis etism illis à domo, in qua extraneos inſtituit, & in slia dimidia pauperes. ecce uoluntatem apertam teſtantis, quòd noluit conſiderare modum ſuccedendi ab inteſtato, ſed ex teſtamento, & diuerſimodè qnàm ab inteſtato ſuccedendum foret; ergo neceſſe eſt interpretari, quòd ex teſtamento poſiti in conditione cenſeantur uocati, non ab inteſtato. & hanc rationem uidetur conſideraee Soci. conſi. centeſimoſextodecimo, tertio. uolu. in quinta colnm. & ſimiliter Soci. iun. conſil. cxj. Ex themate, nu. trigeſimoſecundo, dum loquitur de illa coniectura maſculinitatis, quòd locum habeat quando ab inteſtato eſſent ſucceſſuri æqnaliter, ſecus ſi inæqualiter. eam clseius firmat Corne. conſi. lxxiiij. ij. uolu. ſecunda col. uerſiculo ſecundò induco. Debet ergo conſiderari qnòd uoluerit uocare omnes ex teſtamento, cùm nouam formam ſuccedendi tradiderit, quàm ab inteſtato luceeſſuræ fuiſſent fœminæ.

Item conſidero illud, quod dictum eſt de qualitate maſculinitatis, alia ratione deducendo. nam certum eſt, quòd cùm teſtator prætulerit omnes deſcendentes maſculos, etiam ulteriores in gradu, fœminis etiam proximioribus, neceſſe eſt fateri, qnòd illos prætolerit ſola ratione conſeruandæ agnationis ſuæ; iuxta notat. per Bald. & alios in l. maximum

7 uitinm. C. de libe. præter. † quia per maſculos ſolos conſeruatur honor & dignitas familiarum, non per fœminas. l. pronuntiatio, in fi. de uerborum ſignific. ubi Barto. ita pulchrè declarat. Baldus inter conſilia Angel. conſil. lxviij. prima & ſecunda colum. incip. Martinus. ſequitur Barba. conſi. lvij. Clementiſſimum Deum, colum. xj. uerſic. facit etiam qnòd iſte. quarto nolu. ſed talis dignitas conſeruatur conſer-

8 nādo bona in familia, † quia ſine diuitiis ſordeſcunt & decreſcunt familiæ, ut experientia docet: & traditur in l. quiſquis. C. ad legem Iuli. maieſta. Socinns conſi. xxx. Quamuis ex his, tertia colum. uerſic. quia ad hoc reſpondetur. Barba. conſi. xliij. Præclarè ſcribit, in tertia colum. primo nolu. ergo cum hæc vnica fuerit ratio teſtatoris, qua prædilexit maſculos, debet ſuper ea coniectueari, talem fuiſſe ipſius uoluntatem, cùm vnica ſit; iuxta l. quamuis. C. de fideicommiſ. et ſic neceſſe ſit dicere, quòd omnes deſcendentes maſculi cenſeantur uocati per fideicommiſſum. nam omnes potuiſſent alienare & diſponere pro libito, ſi nullum extaret fideicommiſſum; quod eſſet omnino contra meutem teſtatoris:

9 † ideo amplectenda illa uia, quæ magis fauet, & conſeruat hanc teſtatoris intentionem. & ita reperio quòd in terminis hanc rationem hoc modo conſidersuit Curtius iunior conſil. ſeptuageſimoquinto. Dominus Ludouicus, quarta colum. & Iaſ. conſil. cliiij. Teſtator habens, tertia & quarta colum. quarto uolu.

Et its tàm ex ſuprâſcriptis, quàm ex deductis per Excellentiſsimum Conſultorem concurro ego ſuprâſcriptus Tiberius in eandem ſententiam: ſaluo tamen ſemper ſaniori iudicio: & de ſubſcriptione rogatus, manu propria ſubſcripſi, & ſolito maiori ſigillo muniui.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filij poſiti in conditione an ſint uocati ex teſtamento uel ab inteſtato, et latius per totum conſ. diſſeritur: & de commun & magis communi opin. & maximè nu. 5. 11.*

2 *Glo. in l. Lucius. ff. de hæred. inſti. limitatur. & nume. ſequen.*

3 *Coniectura ex quibus præſumendum uidetur, filios in conditione poſitos, eſſe uocatos ex teſtamento, non autem ab inteſtato. ſed uide nu. 11.*

4 *Mens ſola coniecturata, licèt non adſit uerborum ſignificatio, ſufficit ad inducendum, quòd quis tacitè ad fideicommißum uocatus intelligatur.*

6 *Fideicommiſſum non inducitur ex ſola uoluntatis coniectura, niſi illa ſit neceſſaria, admodumq; probabilis. & nu. ſeq. & 12.*

7 *Teſtatoris coniecturata uoluntas ut ſumi poſſit ad inducendum fideicommiſſum, neceſſe eſt quòd ex his colligatur, quæ ſunt expreſſa in teſtamento. & eſt commu. concluſio. & nu. 14.*

8 *Subſtitutio vulgaris quando habeat effectum.*

9 *Subſtitutio directa non inducitur ex coniecturis.*

10 *Communis opinio ſeruanda eſt.*

11 *Filij poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis an cenſeantur uocati, maximè ubi extat ſtatutum q. ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. ubi de magis communi opin.*

13 *Conditio non diſponit.*

15 *Teſtatoris uoluntas, ut tranſeat in diſpoſitionem, quod requiratur.*

16 *Voluntas magis quàm uerba attendi ſolet in fideicommiſſis: & quomodo hoc procedat.*

17 *Fideicommiſſum ut inducatur, ſufficere quaslibet coniecturas etſi leues, ſed quomodo intelligendum ſit, enucleatur.*

18 *Conditio, ſi ſine liberis maſculis deceſſerit etc. quando cenſeatur adiecta ad differendum fideicommiſſum.*

19 *Soci.conſi.ciiij.& Rip.l.Centurio.ff.de vulg.quomodo procedant.*

20 *Legato ex particulari non infertur ad fideicommiſſum vniuerſale.*

21 *Legata & obligationes ſui natura ſunt perpetuæ.*

22 *Fideicommiſſum an ſit perpetuum, quando ex aliquibus coniecturis filij & deſcendentes maſculi poſiti in conditione cenſeantur ſubſtituti?*

24 *Subſtituti deſcendentes intelliguntur ordine ſucceſſiuo ad fideicommiſſum uocati.*

25 *Familia & agnatio per maſculos conſeruatur.*

26 *Conſequens, qui vult, vult etiam & antecedens.*

27 *Teſtamenti pars vna ſiue vnum capitulum declaratur per aliud.*

28 *Subſtitutio facta de extraneis poſt mortem plurium deſcendentium intelligitur ad inuicem facta. & eſt communis opinio.*

29 *Conditio ubi eſt de eo, quod eſt in diſpoſitione, regulatur ſecundum naturam ipſius diſpõnis, & econtrà.*

30 *Qualitas adiuncta uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi.*

31 *Conditio ſimplex quæ dicatur, & quæ non, & de illius effectu.*

32 *Fideicommiſſo ceſſante, neceſſe eſt, quòd ceſſet ipſius conditio.*

33 *Poſiti in conditione, quando adinuicem cenſeantur ſubſtituti, & quod requiratur.*

34 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*

35 *Tacitum non debet inducere aliud tacitum.*

36 *Legatum in annos ſingulos cùm fuerit factum, cenſentur plura eſſe legata, & tot quot ſunt anni.*

37 *Extenſio de perſona ad perſonam non eſt facienda,*

38 *Docto. in l.Titia Seio.§. Titia libertis.ff.de leg.ij. nec non Ripa & Pariſ.in locis ibi citatis declarantur.*

CONSILIVM XLIII.

EXCELLENTISS. I.C. HIERONYMI Torniclli Paduæ legentis, pro Nobilibus dominis de Piis, contra Do. Petrum Gabrielem.

SPIRITVS SANCTI GRATIA ſit mecum.

AD HOC vt intelligatur factum fideicommiſſum, & D. Petrus ſit uocatus, duo requiruntur.

Primum, ꝙ filij & deſcendentes maſculi hęredumꝙ inſtitutorum poſiti in cõdõne intelligãtur uocati.

Secundum, ꝙ nedum uocati ſint filij & deſcendentes hæredum, qui extarent tempore eorum mortis, ſed omnes eorum deſcendentes in infinitum gradatim & ordine ſucceſsiuo.

1 Quò ad primum, † uideretur prima facie dicendum, quòd eſſent uocati: licèt enim Gloſ.& Docto. in l.Lucius, la ij.ff.de hæred.inſtit. uelint ꝙ non ſint uocati ex teſtõ, tñ contraria opi.vř uerior: quia in d. l.Lucius, dř, ꝙ teſtõr non ſolùm inſtitutum, ſed eius filios prætulit ſubſtituto: ſed ſicut inſtitutus eſt prętlatus ex teſtamento, ita etiam cenſendum eſt prętuliſſe eius filios, ut ſit bona comparatio. Item ſecũdò, ſi ſeruata eſſet legitima ſucceſsio, prælatio fieret per legem, non autem per teſtatorem. Et per iſta plures Docto. tenuerunt hanc opin. Anch.conſi.lxxiiij. Corn.conſi.cxlvj.ij.uol. & in aliis conſiliis. Curtius conſi.lj.col.x. Barb.in l.cùm acutiſsimi, col.lxxviij. C.de impub. & conſi.xxvij.col.xiij.j.uol.& conſi.lv. in ij.Caſſanę.conſ.xiiij.col.v.Soci.iun.conſi.iiij.nu. vij.in primo, & conſi.clxxiiij.in ij.

Alia etiam ratione comprobatur, ex quo teſtator excludit ſubſtitutum fauore filiorum poſitorum in condõne, nõ uelle ꝙ fideicommiſſum illis applicet; quia ubi quis remouetur à lucro alicuius fauore, applicari debet lucrum illi cuius fauore etc. l. poſt legatum.§.amittere, de his quib.ut indign. l.pen.C.de lega.Bar.in l.ij.§. uidendum, ad Turpil.

2 Secundò † admiſſa opi.Glo.in d.l.Lucius, limitãda eſſet concluſio dictæ Gloſ.quando filij & deſcendentes in conditione poſiti eſſent cum hac qualitate maſculinitatis.Guid.Pap.q.cclxxxiiij. cum aliis adductis per Soci.iun.in conſi.lxv.nu.lxv. conſi.cxiiij. nu.xvj.conſ.cxix.nu.xxix.& conſ.cxxvj.nu.xxix. in j.in conſi.cviij.nu.vj.in ij.Gramma.in conſ.lxij.nu. xv.& cõſi.clv.Et licèt mihi non dicant limitationem prædictam procedere in terminis iuris communis, non autem ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ extãtibus maſculis, tñ procedit etiam in terminis ſtatuti: quia ſi pręſupponimus ꝙ teſtator iudicio ſuo voluerit pręferre maſculos filiabus, & ẽt ſubſtituto, neceſſe eſt dicere ipſos maſculos eſſe tacitè ſubſtitutos, aliàs ſi uocati eſſent ab inteſtato, non præferrentur ex iudicio teſtatoris, ſed ex iudicio hæredis grauati. l.ſed & ſi ſic, & ibi not.de lega.iii.

3 Tertiò, † quòd ſint uocati, comprobatur ex pluribus coniecturis, quo caſu receditur ab opi.Gloſ.in d.l.Lucius. Prima eſt, ꝙ teſtõr diſpoſuit filiaſ fœminas in oĩ caſu dotari debere: ſi ergo fœminas minus dilectas honorauit, multò magis cenſendum eſt, quod uoluerit maſculos ex teſtamento uocare. Rip. in l.Centurio, nu.clxiij.de vulg.& pup. Soci.iuni.in conſ.cxiiij.nu.xvj.j.uolu. Item ex quo onus dotandi fœminas uidetur iniunctum maſculis poſitis in conditione, in neceſſariam conſequentiam cenſentur uocati.in d.conſ.cxiiij.

Secunda eſt cõiectura, ꝙ teſtõr filium & nepotẽ inſtitutos inuicẽ ſubſtituit; deinde fecit aliam ſubſtitutionem vniuerſalem, ſi ambo deceſſerint ſine filiis maſculis & deſcendentibus: quo caſu ſumitur præſumptio, quòd filios & deſcendentes maſculos uocare uoluerit. Anch.conſ.lxxiiij.col.ij.in v. Pariſ. cõſ.lxxvij.nu.xxv.in ij.Soci.iun.conſ.cxix.nu.xxvij. in j. quæ cõiectura licèt per ſe non ſufficeret, iuncta cum aliis ſatis operatur. Alex.in conſ.lxiij.Soc.in l. cùm anus, col.pen.de cond.& demonſtr.

Tertia coniectura, teſtator grauauit hęredes ſuos in perpetuum ad faciendũ anniuerſarium & ad mittendum cereos, ergo uocauit deſcendentes in perpetuum; quia quotiens filij & deſcendentes in conditione poſiti grauantur, colligitur ꝙ teſtõr illos honorauit. Bar.in d.l. Centurio, cũ concord. adductis per Galia.ibi, & Rip.nu.clxvj. Cur.cõſ.lxxxvij. col. ſi.Deci.in l.j.C. de pact. Craue.d.conſ.clv.nume.v.

Accedat

Accedat quartò, quòd colligitur mens teſtatoris
fuiſſe conſeruare bona in agnatione. nam ob iſtam
ſolam rationem cenſetur limitaſſe ſubſtitutionem
de deſcendentibus fœminis & eccleſia, ad caſum in
quo non extarent deſcendentea maſculi. xrg. §. cęte-
rùm. & §. media, inſt. de legit. agna. ſucceſa. l. j. §. pen.
de uent. inſpic.

Quæ coniecturæ nedum ſimul iunctæ, ſed etiam
4 per ſe conſideratę, nidentnr ſufficere, † ex quo ſo-
la mens coniecturata, licèt non adſit uerborum ſi-
gnificatio, ſufficit ad inducendum quòd quia taci-
tè intelligatur ad fideicommiſſum uocatus: ut habe-
tnr in l. hæredes mei. §. cùm ita. in l. cùm uirum, & in
l. cùm proponebatur, & in l. qui ſolidum, ubi Bart.
de legat. ij.

Quibus non obſtantibus, contrarium eſt ueriua.
5 † ſuni enim poſiti ſimpliciter in conditione, nec cen
ſentur uocati ex teſtamento ſecundum magis com-
munem. Bar. & alij in d. l. Lucius. Alex. in l. ex facto.
§. fi. ad Trebel. in conſ. clxxxv. in ij. Corn. in l. j. C. de
cond. inſert. Iaſ. in d. l. Centurio, & Rip. nu. clix. Soc.
iun. conſ. clxxvij. nn. viij. ix. in ij.

Pro qua ultra rationem, quòd conditio nihil po-
nit in eſſe, & ultra tex. alleg. per Doct. adducitur alia
concludens ratio. Nam iſtx conditio eſt adiecta ad
extinguendum onus fideicommiſsi iniunctum filio
inſtituto & grauato in caſu, quo deficiat dicta con-
ditio; propterea ſequitur, quòd iſti poſiti in con-
ditione non poſsint cenſeri ſubſtitui patri ſuo in-
ſtituto & grauato: nam ſi cenſerentur ſubſtituti, de-
fectua huius conditionis non extingueret onus fidei
commiſsi, nec filina inſtitutns cenſeretur grauatus
ſub conditione; aut in eo caſu tantùm, quando non
haberet filios, ſed in omnem caſum ſiue habeat fi-
lios, ſiue non habeat. ſed cùm iſta interpretatio
repugnet ſignificationi uerborum, quæ expreſsè ſi-
gnificauit, ne ſit grauatus, niſi caſu ſolùm quãdo nõ
haberet liberos, igitur non eſt admittenda. l. nõ ali-
ter, de leg. iij. cum aliis concord.

Præterea, ex quo defectua fideicommiſsi, quod
relinquitur ſubſtituto, pertinet ad commodum &
utilitatem illius grauati, ſequitur quòd illa condi-
tio ſi ſine filiis, cenſeri poteſt adiectx in commo-
dum ipſius filij grauati, ita quòd non conſtabit,
quòd fuerit appnſita ad extinguendum fideicõmiſ-
ſum præcisè in commodum tantummodò filiorum
poſitorum in conditione. et poſtn quòd poſsit prę-
ſumi, dictam conditionem adiectam eſſe ad commo-
dum filinrum, qui poſiti ſnnt in conditione, quix
tamen dicta coniectura non eſſet neceſſaria & con-
cludena, propterea non poſſet dici efficax ad facien-
dum quòd poſiti in conditione cenſeantur ſubſti-
6 tuti: qnia † non poteſt per ſnlam coniecturam no-
luntatia induci diſpoſitio fideicommiſsi, niſi illa cõ-
iectura ſit neceſſaria & admodum probabilis. l. Lu-
cius. §. trea hæredes, uerſi. non proponi rogatum, ad
Trebel. Iaſ. in l. poteſt, col. iij. ff. de vulg. Paul. in cõſ.
lij. In cauſa quę uertitur inter Petrum, col. ij. in prin.
Rip. in d. §. cùm ita, nu. xvij. Soc. in conſ. ciiij. in iij. &
eſt de mente oĩum Doctorum in l. uel ſingulia, de
vulga. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. ij.
7 Accedat, † quòd communis & indubitata eſt cõ-
cluſio, quòd ad hoc, nt ſumi poſsit coniectura xd in-
ducendum fideicommiſſum, neceſſe elt, quòd colli-
gatnr ex his, quæ ſunt expreſſa in teſtamento: ut elt
caſus in l. quidam cùm filium, de hære. inſtit. cũ con-
cord. quos refert Pariſ. cõſ. lxxxvj. nu. xx. in ij. & Soc.
in d. conſ. ciiij. in iij.

Et prædicta concluſio quòd filij ex eo ſolo quòd
poſiti fuerint in conditione, non cenſeantur uocati,
procedit, etiam ſi dictum fuerit ſine filiis maſculis;
ut concludunt Soci. conſi. lxxij. & conſ. cxvj. in iij.
Alcia. in l. j. C. de pact. & Cagnol. ibi. Rip. in l. Cen-
turio, nu. clxij. Alexand. conſi. xxiiij. in iij. Pariſ. in d.
conſi. lxxxvj. in ij. nu. xvj. & conſ. lxxxvij. nu. vij. So-
cin. iun. conſi. iij. nu. xxx. in conſ. cxviij. num. xiij. &
xix. in j. conſi. clxxvij. nu. x. in ij.

Quemadmodum enim in caſu quo teſtator vult
ſubſtitutum excludi per quoſcunque filios, non col-
ligitur coniectura, quæ ſufficiat ad faciendum quòd
filij cenſentur ſubſtitnti, ita etiam non debet colli-
gi, quòd filij maſculi cenſeantur ex teſtamento uo-
cati, quando teſtator uoluit ſolùm per filios maſcu-
los ſubſtitutum excludi.

Non obſtát adducta in contrarinm: et primò ad
l. Lucius, ultra ex quæ dicuntur per Docto. ibi, con-
ditio ſi ſine liberis etc. fuit adiecta ad extinguendnm
vulgarem ſubſtitutionem, & ſic non commodum in-
8 ſtituti, † qnia vulgaris nnn poteſt habere effectum,
niſi in caſu quo hæres aut nolit aut non poſsit con-
ſequi hæreditatem: ſed ad commodum filiorum hę
redis inſtitnti, qui eueniente caſu vulgaria, erunt ꝑ-
lati ſubſtituto ſuccedendo ab inteſtato: meritò Iu-
riſconſ. dicit non ſnlùm patrem, ſed etiam eius libe-
ros prætulit ſubſtituto: non tamen ſunt prælati ex
9 teſtamento, † quia ſubſtitutio directa non induci-
tur ex coniecturis. l. hæredes pàlàm, de teſta. l. iube-
mus. C. eod. Alex. Iaſ. & alij in l. iij. C. de lib. præt. &
Doctorea in l. Gallus, in prin. ff. de libe. & poſthum.
Si uerò conditio prædicta ſi ſine filiia etc. adiiciatur
fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, tunc non poteſt di-
ci qnòd teſtator ita filios in conditione poſitos prę-
tulerit ſubſtituto, ſicut prætulit inſtitutum, ex quo
defectus dictæ ſubſtitutionis pertinet ad commodũ
ipſius inſtituti. Ethinc colligitur concluſio, quòd
ubi conſtat, dictam conditionem fuiſſe adiectam
ſolùm ad commodum & utilitatem filiorum poſito-
rum in conditione in ſubſtitutinne fideicommiſſa-
ria, qnòd tunc cenſerentnr uocati ex teſtõ, quia ex ſo
la nolnntate præter ſignificationem uerborum iodu
citnr fideicommiſſum. l. pen. de leg. j. l. cùm propone
batur, de leg. ij. l. hæredes mei. §. cùm ita, cum cõcor.
nec vnquàm in iure reperietur, ꝙ ubi dicta conditio
eſt adiecta fidicõmiſſariæ ſubſtitntioni colligatur
cnniectura, quòd teſtator ita uoluerit præferri filins
inſtituti ſubſtituto, ſicut ipſum inſtitutum pręfert,
ut reperitur determinatum in vulgari in dicta l. Lu-
cius.

Ad auctoritatem tenentium quòd poſiti in con-
10 ditione cenſeantur uocati, reſpondetur, † quòd cõis
opi. eſt in contrarium, quæ ſeruari debet. c. j. & fi. cũ
ibi not. de his quæ fiunt à maio. par. capi. & l. prima,
de offic. quæſt. & confunditur opi. contraria per ſu-
prádicta.

11 Non obſtat, † quòd adiecta ſit qualitas maſculi-
nitatis: primò, quia illa opinio non eſt nera, & ma-
gis communis eſt in contrarium, maximè, ubi eatat
ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis fœminæ nõ ſuc-
cedant, ut extat hîc Paduæ. Soci. in dict. conſi. ciiij.
Ripa in d. l. Centurio. Socin. iuni. in d. conſi. cxviij.
ij. in d. conſi. clxxvij. Cagn. in l. j. C. de pact. Nec ra-
tio adducta pro aliá opinione ſubſiſtit, uidelicèt,
quòd ſicut in ſtatuto excludente fœminas ſtantibus
maſculis, maſculi cenſentur uocati. Barto. in l. ij. §.
uidendum, ad Tertull. cum aliis concord. ita etiam
in caſu huius teſtamenti, filij maſculi poſiti in con-
ditione cenſeantur uocati. Nam in caſu ſtatuti ex-
cluſio fœminarum fit ad commodum maſculorum,
ſed in caſu teſtamenti prædicti illa conditio eſt po-
ſita ad excluſionem ſubſtituti, nec conſtat quòd fiat
ſolùm ad fauorem poſitorum in conditione, cùm ēt
pertineat ad fauorem hęredis grauati. Item in ſtatu-
to maſculi ſunt poſiti in conditione ad excluſionem
fœminarum, ſed in caſu noſtro maſculi ſunt poſiti in
conditione, non ideò ut excludant fœminas, ſed in
fauorem ſubſtituti, ut non excludantur à fœminis.
Prætereà ſtatutum intelligitur de ſolis maſculis ſuc-
cedentibus, alioquin ipſis non ſuccedentibus fœmi-
næ non intelliguntur excluſæ. l. j. §. ſed et ſi ſint, ad
Trebell. l. ſiue. §. fi. de iure patr. l. j. §. ſi filius, de cõtra
tab. Quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, quia etiã quòd
maſculi nollent, uel non poſſent ſuccedere, dummo-
dò extent, excluditur ſubſtitutus. l. filiusfamiliàs. §.
cùm quis, de leg. j.

Illa etiam ratio quòd uidetur teſtator uelle con-
ſeruare bona in familia, quia dixit ſine filiis & de-
ſcendentibus maſculis, eſt ſatis friuola, & tollitur ex
his, quæ dixit Soci. in d. conſ. ciiij. & Soci. iuni. in d.
conſil. cxviij. & clxxvij.

Ad tertium principale, quòd intelligantur uocati
12 attentis coniecturis. † Pro reſolutione præmitto,
quòd nullæ coniecturæ poſſunt eſſe efficaces, niſi
ſint neceſſariæ & probabiles, & ex expreſsis in teſta-
13 mento inferantur. † Ratio eſt, quia uerba condi-
tionis non ſunt apta ad ſignificandum diſpoſitionẽ.
l. ſi ſub conditione dandorum decem, ſi quis omiſſ.
cauſ. teſta. & quia conditio eſt ſolùm de exiſtentia
filiorum, de quo actu non poteſt diſponere: nõ enim
eſt in poteſtate ipſius facere, ut exiſtant filij. & in di-
cta conditione non eſt appoſitum uerbum ſuccedẽ-
tibus, nec enim ſubintelligitur. d. l. filiusfamiliàs. §.
14 cùm quis. † In ſumma communem habemus & in-
dubitatam opinionem, quòd non aliàs voluntas te-
ſtantis, quando non eſt ſignificata per uerba, eſt ef-
ficax ad inducendam diſpoſitionem fideicommiſsi,
niſi de illa legitimè conſtet, & in neceſſariam conſe-
quentiam expreſſorum in teſtõ inferatur. l. quidam
cùm filium, de hære. inſti. l. in ambiguo, de reb. dub.
l. ſi quis in fundi uocabulo, de leg. j. Soci. in d. l. in am
biguo, & traditur in d. §. cùm ita. et ratio prædicto-
15 rum eſt, † quia ad hoc ut uoluntas teſtantis tranſeat
in diſpoſitionem, requiritur, quòd ſit uel ſaltem cen
ſeatur dicta uel ſcripta. d. l. j. §. ſin autẽ ſub conditio-
ne. & l. quoties. §. j. de hære. inſt. l. unum ex familia. §.
penul. & l. cùm poſt. §. cùm imperfecta, de legat. ij.
l. cùm auus, de condit. & demonſtra. aliter cenſetur
penitus omiſſa, & in mente retenta; propterea non
poteſt tranſire in diſpoſitionem. l. ſi repetendi. C. de
16 cond. ob cauſ. & d. l. quidam cùm filium. † Illud au-
tem quod dici ſolet, in fideicommiſsis attendi ma-
gis uoluntatem quàm uerba. l. cùm quæſtio, ad fi. C.
de legat. l. ſecunda ad finem. C. communia de le-
gat. l. in conditionibus primum locum, de condi. &
demonſtra. cum concord. procedit in ea uoluntate,
quæ ſit per uerba teſtamenti ſignificata, & in caſu
d. l. cùm qõ, & d. l. ij. uel in ea, quæ colligitur in con-
ſequentiam aliorum uerborum, quæ fuerunt expreſ-
ſa in teſtamento; ut in legato tacito, de quo in lege
ſi fideiuſſor, in l. ſeruum filij. §. fi. de leg. j. in l. Titia
Seio. §. Seia libertis, de lega. ij.

17 Illud uerò quod dicitur, † ſufficere quaſlibet le-
ues coniecturas, ut per Corn. in d. conſ. cxlvj. in ij. cũ
concord. procedit, quando dictæ coniecturæ ſuffi-
ciunt ad demonſtrandum quòd illa conditio, ſi ſine
filiis, ſit adiecta ſolùm in fauorem filiorum poſito-
rum in conditione, non autem in commodum hære
dis grauati. hoc autem poteſt exemplificari, quando
illa conditio, ſi ſine filiis, non fuit adiecta ad extin-
guendum fideicommiſſum relictum ſubſtituto, ſed
ſolùm ad differendum ipſum fideicommiſſum poſt
mortem filiorum & deſcendentium poſitorum in cõ
ditione; prout contingit in caſu, quo fideicõmiſſum
relictum ſit, non ſolùm in caſu quo hæres inſtitutus
deceſſerit ſine filiis, uerũ ēt in caſu quo deceſſerint
filij & deſcendentes poſiti in conditione: nam in ca-
ſu iſto apparet, quòd filij non ſunt poſiti in condõne
ad extinguendum fideicommiſſum, ſed ad differen-
dum poſt mortem ſuam; & per conſequens ꝙ dicta
conditio ſit ſolùm adiecta in fauorem filiorum. In
quibus terminis procedit opin. Bart. in d. l. Centu-
rio, & coniectura relata per Rip. ibi nu. clxv. uideli-
cèt quòd teſtator fecit plures gradus inſtitutionum
ſub illa conditione, ſi ſine liberis, grauando filios in
conditione poſitos in ultimo gradu. nam in caſu p̃-
dictæ coniecturę illa conditio, ſi ſine filiis, fuit adie-
cta ſolùm ad differendum fideicõmiſſum poſt mor-
18 tem filiorum poſitorum in conditione. † Exempli-
ficatur etiam in caſu quo teſtator filio inſtituto ſub
conditione, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, ſubſti-
tuiſſet proximiores de familia ſeu agnatione. nã di-
cta conditio cenſetur adiecta ad differendum fidei-
commiſſum in perſona aliorum de agnatione in fa-
uorem filiorum, qui ſunt poſiti in conditione. & in
eo propoſito, ut in eo fideicommiſſo, in quo proxi-
miores de agnatione uocantur ſub nomine collecti-
uo & admittuntur gradatim & ordine ſucceſsiuo. l.
fin. C. de uerb. ſignif. l. cùm ita. §. in fideicom. de leg.
ij. filij poſiti in conditione tanquàm proximiores
non gradu, prout eſt de natura dictę ſubſtitutionis,
prius pręferantur, ut aliàs declaraui in d. l. Centurio,
et ſæpe conſului: quamuis in hoc caſu Soci. in conſi.
lxij. in iij. & Galiau. in d. l. Centurio, n. ccclxxxviij.
tenuerint quòd necdum iſto caſu filij poſiti in con-
ditione cenſeri poſsint ſubſtituti.

Sed cùm coniecturæ in caſu noſtro non perti-
neant ad demonſtrandum, ꝙ dicta conditio ſi ſine
filiis, fuerit adiecta ſolùm ad commodum filiorum &
deſcendentium, qui ſunt poſiti in conditione, ex
quo

quo etiam non obſtantibus dictis coniecturis cen-
ſeri poteſt adiecta in fauorem filiorum inſtitutorũ,
cùm expreſsè ſit adiecta ad extinguendum fideicom
miſſum iniunctum ipſis filiis inſtitutis; propterea ſe
quitur, quòd dictæ coniecturæ non poſſunt eſſe effi-
caces ad faciendum quòd filii, et deſcendentes in
conditione poſiti intelligantur ſubſtituti.

Et primò quòad illam cõiecturam quòd filiæ fœ
minę debent in omni caſu dotari; aduertendum eſt,
quòd hæc diſpoſitio fuit ſolùm facta in caſu quo nõ
extarent filii, & deſcendentes maſculi, ut apertè col
ligitur ex uerbis teſtamenti. et illud uerbum in om-
ni caſu, exponitur, ut non ſolùm in caſu quo ambo
ſubſtituti decederent ſine filiis maſculis, quo caſu
facta fuit ſubſtitutio de extraneis, ſed etiam in caſu,
quo alter ipſorum hæredum decederet ſine filiis ma-
ſculis, quo caſu ſubſtitutus fuit ſuperſtes. Non au-
tem exponitur omni caſu, uidelicet ſiue extent ma-
ſculi, ſiue non extent: ergo talis coniectura non po-
teſt haberi in conſideratione. Socin. iuni. in conſilio
19 cxviij. nu. xxiij. in j. † Illud autem quod dixit Soc. in
d. conſ. ciij. & Rip. in d. l. Centurio, poteſt ſolùm
procedere in caſu, quo relictum dotis collatum in
filias, factum etiam fuiſſet in caſu exiſtentium ma-
ſculorum. qui nimmo quod fortius eſt in d. l. Cen-
turio, ego reiicio hanc coniecturam, etiam in caſu
iſto, hac ratione, quia ſi hoc diceremus in caſu reli-
cti facti filiabus, idem eſſet dicendum in caſu cuiuſli
bet alterius relicti facti poſt mortem filij inſtituti
cuilibet alteri remotiori in gradu, etiam in caſu quo
extarent filij maſculi, quod tamen minimè dicẽdum
eſt. Nam, cùm illud relictum dotis pertineat ſolùm
ad commodum filiarum, & grauamen filij inſtituti,
impoſsibile eſt, quòd ex ea poſsit inferri alia diſpo-
ſitio fideicommiſsi uniuerſalis, quæ pertineat ad cõ-
modum filiorum maſculorum; & ſic quæ reſpiciat
alias perſonas & alias res, contra regulam. l. ſi vnus.
§. ante omnia. de pact. & de hoc eſt in terminis deci-
ſio Pariſ. conſi. lxxxvij. nu. xl. & ſeq. in ſecundo, ubi
20 expreſsè determinat, † quòd ex legato particulari
non poſsit inferri ad fideicommiſſum uniuerſale. Et
ego ſaluabam in d. l. Centurio, deciſ. Rip. ut in uno
caſu tantùm procedere poſsit, ſi relictum dotis eſſet
conceptum ſub ea forma, ut pertineret magis ad cõ
modum maſculorum, quàm ipſarum filiarum, prout
quando expreſsè dictum fuiſſet, ꝙ filiæ in bonis te-
ſtatoris nihil habeant præter dotem.

Quò uerò ad aliam coniecturam, quòd teſtator
filium & nepotem inſtitutos inuicem ſubſtituit: de-
inde fecit iſtam ſubſtitutionem uniuerſalem ſub cõ
ditione prædicta: clara eſt ſolutio, quòd talis cõ-
iectura non eſt efficax, niſi aliæ concurrant. Alex. in
d. conſ. lxiiij. Soci. in d. l. cùm auus, col. pen. Pariſ. in
d. conſ. lxxxvj. nu. xxviij. in ij. & Rip. in d. l. Centu-
rio, nu. clxv. ubi expreſsè dicit eam communiter re-
probari, & vult eam habere locum in caſu tantùm,
quando teſtator diuertit ad plures gradus ſubſtitu-
tionum inter ipſos deſcendentes, ſub conditione, ſi
deceſſerint ſine liberis, & poſtremò grauauit ultimũ
ex ipſis deſcendentibus poſitis in conditione reſti-
tuere hæreditatem extraneo.

Minus eſt habenda in conſideratione illa de an-
niuerſario perpetuo faciendo; quia uanum & erro-
neum eſt, ex eo uelle inferre, teſtatorem uoluiſſe fa-
cere fideicommiſſum uniuerſale de tota ſua hæredi-
tate, quod ſit perpetuũ inter deſcendentes ſuos ma
21 ſculos. Nam ſciendum eſt, † quòd iſtud legatum
quòad ipſum hęredem inſtitutum de ſui natura eſt
perpetuum, prout etiam regulariter ſunt omnia le-
gata & obligationes. l. obligationum ferè. §. placuit,
de actio. & obliga. & not. in l. fin. C. de lega. ex parte
etiam cauſæ ſimiliter eſt perpetuum, quoniam cau-
ſa ipſa perpetuò durat, adeò quòd onus dicti legati
quamuis ſit iniunctum ſolùm hæredibus inſtitutis,
attamen eſt perpetuum; quoniam ex perſona hære-
dis inſtituti tranſit in quoſcunque ſucceſſores, prout
etiam tranſeunt cæteræ omnes obligationes ipſius
hæredis. l. j. & ij. C. de hęred. act. l. j. C. ſi cert. pet. cũ
aliis concord. Nam omnes ſucceſſores inſtituti cen-
ſentur hæredes teſtatoris. l. ſi. C. de hęred. inſti. ita ꝙ
dictum legatum permanet in perpetuum, abſq; eo ꝙ
deſcendentes ab ipſis hæredibus inſtitutis intelli-
gantur ſubſtituti, & abſq; eo ꝙ illi deſcendentes po
ſiti in conditione ex propria perſona uideantur gra
uati. Poſito etiam ꝙ ipſi maſculi in conditione po-
ſiti expreſsè ex propria perſona forent grauati, non
tñ infertur, ꝙ cenſeantur honorati. tùm quia com-
munis cõcluſio eſt, ꝙ ex eo ꝙ filij poſiti in cõditione
expreſsè grauati ſunt reſtituere hæreditatem, ut ſ. di-
ctum eſt, non cenſeantur honorati: tùm ẽt poſito ꝙ
uera eſſet contraria opi. non tñ procedere poſſet in
caſu, quando forent grauati ſolùm in aliquo legato
particulari, ut per Pariſ. in d. conſ. lxxxvij. ſunt enim
legatum particulare & fideicommiſſum uniuerſale
in his terminis ſeparata & diuerſa, ita ꝙ non põt de
uno ad aliud inferri. l. Papinianus exuli ff. de minor.

Nec etiam haberi poteſt in conſideratione illa
cõiectura, ꝙ teſtator uoluerit conſeruare bona in
agnatione maſculina, ex eo quia cõditio ſolùm con
cepta fuit de filiis & deſcendẽtibus maſculis, per ea q̃
inferius dicentur in ſequenti articulo.

Stat igitur firma concluſio, ꝙ filij & deſcenden-
tes maſculi poſiti in conditione in pñti caſu nõ pñt
cenſeri ſubſtituti & uocati ad fideicõmiſſum. ex quo
patet etiam reſolutio ſequentis articuli, cùm enim
non ſint uocati, clarum eſt, quòd inter eos non po-
teſt intelligi factum aliquod fideicommiſſum per-
petuum, per quod cenſeantur inuicem ſubſtituti, ut
firmat Soci. poſt alios in d. l. hęredes mei. §. cùm ita.
Rip. ibi, & Soci. iuni. conſi. clxxvj. in ij. attamen quia
fortaſſe aliqui per aliquas coniecturas, quas per ſe co
gitarent, quæ tamen de iure non eſſent conſideran-
dæ, poſſet in dubium reuocare concluſionem ſuprà
firmatam, propterea ad tollẽdum omne dubium, ex
22 plicandus eſt alius articulus, uidelicèt, † an præſup
poſito ꝙ ex aliquibus coniecturis filij & deſcendẽ-
tes maſculi poſiti in conditione cẽſeãtur ſubſtituti,
intelligeretur fideicommiſſum eſſe perpetuum inter
ipſos deſcendentes maſculos, & ipſi oẽs intelligan-
tur ad inuicem ſubſtituti & gradatim?

Circa quem articulum pro parte affirmatiua pri-
mò uidetur facere, quia omnes deſcendentes ma-
ſculi ſunt poſiti in conditione cum illa qualitate ma
23 ſculinitatis, † ita ſicut oẽs deſcendentes maſculi in-

telliguntur ſubſtituti, etiam intelligi debent grada-
tim & ordine ſucceſsiuo ad huiuſmodi fideicōmiſ-
ſum uocati, prout intelligerentur uocati quū ſub no-
mine collectiuo teſtator expreſsè ſubſtituiſſet de-
ſcendentes maſculos.l.fin.C.de uerbor.ſignif.l.cùm
ita.§.in fideicommiſſo, de leg.ij.Nam idem dēt ope-
rari iſtud tacitum fideicommiſſum collatum ſub no-
mine collectiuo, prout ſi fuiſſet factū expreſsè, quia
taciti & expreſsi eadem eſt uirtus.l.ſi quid.ſi cer.pe.
cum concord.

Secundò, quia propter dictam qualitatem maſcu-
linitatis apparet mentem teſtatoris fuiſſe, quòd bo-
na conſeruentur in familia & agnatione, quia dicta
qualitas non uidetur conſiderata ob aliam cauſam:
25 † nam familia, agnatio & dignitas ipſius conſerua-
tur per maſculos. l. lege.C.de legi.hære.l. ſi ſeruus,
de uent.inſpic.§.cæterum.& §.media.Inſtit.de legi.
26 agna. ſucceſs. † ſi ergo teſtator uoluit conſequens,
ut bona conſeruentur in eius agnatione, uoluit etiā
antecedens, ut fideicommiſſum intelligatur eſſe per-
petuum inter eius deſcendentes.l.illud, de acquiren.
hæredit.l.ad legatum.l.ad rem mobilem, de procur.

Tertiò, ſicut uoluit teſtator eſſe perpetuum lega-
tum anniuerſarij, ita etiam colligitur, quòd uolue-
rit fideicommiſſum eſſe perpetuum inter deſcendē-
27 tes: † vnum enim capitulum & vna pars teſtamenti
declaratur per aliud capitulum, & aliam partem.l.
utrum, de peti.hære.l.ſeruum filij.§.fi.l.qui filiabus,
in prin.ubi Bar.& alij de leg.j.

28 Quartò † ſtat communis concluſio, quòd ubi poſt
mortem plurium deſcendentium teſtator ſubſtituit
extraneos, colligitur quòd illos deſcendentes inui-
cem uoluerit ſubſtituere: ut per Bar.& alios in l.Ti-
tia Seio.§.Seia libertis, de leg.ij.& per Bar.& alios in
l.uel ſingulis.ff.de vulg.& Alex.in l.pater filium, in
fi.ad leg.Falcid.& per Docto.in l.pen.C.de impub.
& latius dixi in d. l.hæredes mei.§.cùm ita. Et licèt
dicta concluſio non procedat in pluribus, qui non
ſunt honorati, ſed ſolùm poſiti in conditione, ut p
Soci.poſt alios in d.§. cùm ita. & in conſi. cexlix. &
conſi.ciiij.in iij.& per Soci.iun.in d. conſ.clxxvj.in
ij.& per Rip.in d.§. cùm ita. tamen quando ipſi fi-
lij ſeu deſcendentes, qui ſunt poſiti in conditione,
intelliguntur ſubſtituti, cenſeri poſſunt ad inuicem
ſubſtituti, ut per Soci.in d.conſi.ciiij. & Rip. in d.§.
cùm ita, & per Pariſ.conſi.vij.nu.xxxix.in j.& cōſi.
xxxvij.n.xxxviij.in ij. vnde cùm in caſu iſto facta ſit
ſubſtitutio de extraneo, uidelicèt de Eccleſia pro di
midia, & pro alia dimidia de deſcendentibus fœmi-
nis, pro ſuppoſito quòd poſiti in conditione ſint uo-
cati, colligitur quòd iidem cenſeantur ad inuicem
ſubſtituti, & fideicommiſſum inter eos ſit perpetuū,
ita ut gradatim vnus poſt alium admittatur. Acce-
dit, quia ſicut conditio comprehendit omnes deſcē-
dentes maſculos, ita etiam fideicommiſſum, quod ex
ipſa conditione colligitur, cenſeri debet ut compre
29 hendat omnes deſcendentes maſculos, † quia regu-
la eſt, quòd ubi conditio eſt de eo, de quo eſt diſpo-
ſitio. regulatur ſecundum naturam diſpoſitionis &
è contrà l.diem proferre, ubi Glo.Barto.& Docto.
ff.de arbitr.& l.qui Romæ.§.Flauius, de uerborum
obligat.Bart.& Doct.in l.ſi decem cùm petiero, eo.
titu.idem Bart.in l.qui fundus, de cond.& demonſt.
Cin.Bal.Salic.& Corn.in l.ſi plures.C.de cond.in-
ſert.& aliàs declaraui in d. §.cùm ita.

His tamen non obſtantibus uera eſt & indubita-
ta opinio contraria, uidelicèt, quòd etiam poſito ꝙ
iſti filij & deſcendentes maſculi in conditione poſi-
ti intelligerentur ſubſtituti, non tamen in præſenti
caſu tale fideicommiſſum cenſetur perpetuum, ita
ut extēdatur ad D.Petrū actorē uel ad alios deſcēdē
tes ulteriores. Ad cuius concluſionis cōprobationē
ꝑmitto duas cōcluſiones ueras & īdubitatas. Prima
eſt, ꝙ conditio de qua in præſenti ſubſtitutione nō
comprehendit niſi filios & deſcendentes maſculos,
qui extarent tempore mortis hæredum inſtitutorū,
qui ſunt grauati, & de his ſolum intelligi poteſt, nō
autem comprehendit alios deſcendentes, qui poſt
mortem ipſorum hæredum, quibus facta fuit ſubſti-
tutio forent concepti & non nati, nec de illis intelli-
gi poteſt. Hæc concluſio non poteſt habere dubita-
tionē, tum quia conditio fuit relata ad tempus mor-
tis ipſorum hæredum, qui fuerunt grauati, igitur in-
telligi debet de filiis & deſcēdētibus, qui tunc tem-
30 poris extarent. † nam qualitas adiuncta uerbo intel-
ligitur ſecundum tempus uerbi.l.in delictis.§.ſi ex-
traneus, de noxal.tum quia per exiſtentiam illorum
filiorum, qui extarent tempore mortis ipſorum hæ-
redum omnino extincta foret, & euanuiſſet ſubſti-
tutio ipſa fideicommiſſaria collata in Eccleſiam &
fœminas deſcendentes, ita ut nunquàm poſteà poſ-
ſit habere effectum, quamuis contingeret, quòd illi
filij qui extarent tempore mortis hæredum, qui fue-
31 runt grauati, decederent ſine filiis, † attento quòd
hîc ſolùm fuit ſimplex conditio, uidelicèt, ſi ambo
decederent ſine filiis & deſcendentibus, & non fuit
additum; & ſi ipſi filij uel deſcendentes decederent
ſine filiis, ut eſt indubitata concluſio doctorum om-
nium, uidelicèt, Oldr.Paul.Abb.Alex. & aliorum,
quos referunt & ſequuntur Deci.conſi.lxvij.Galia.
& Rip.in d.l.Centurio, nume.clxviij.Soci.in conſi.
lxij.in iij.& idem Deci.in conſ.ccxviij. & cclxix. &
in pluribus aliis.pro qua etiam concluſione eſt caſus
in l.j.C.de cond.inſert.in l.hæredibus, ad Trebell.in
l.uxori.C.quando di.lega.ced. vnde ſequitur, quòd
dicta conditio non poſſit extendi ad illos deſcendē-
tes, qui ſuperuenirent in rerum naturam poſt mor-
tem hæredum, quibus facta eſt ſubſtitutio, & poſt
32 extinctam ipſam ſubſtitutionem. † Nam, cùm ceſ-
ſante & extincto fideicommiſſo, neceſſe ſit, quòd ēt
ceſſet ipſius fideicommiſsi conditio, quia non entis
nullæ ſunt qualitates.l.eius qui in prouinciis. ſi cert.
pet.cum aliis concord. ſequitur, quòd dicta condi-
tio non ſe extendat ad tempus, in quo per exiſtentiā
filiorum ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit extincta. ex
hac concluſione, quæ eſt indubitata, & patet ad ſen-
ſum, ſequitur, quòd ſicut conditio intelligi ſolùm
poteſt de illis filiis & deſcendentibus, qui extarent
tempore mortis hæredum, qui fuerant grauati, non
autem de ulterioribus, quòd ſimiliter illud fideicō-
miſſum quod poſſet colligi de ipſis filiis & deſcen-
dentibus poſitis in conditione, intelligi ſolùm po-
teſt de illis, qui extarent tempore mortis grauati,
non autem de ulterioribus. quomodo enim ad ipſos
ulte-

ulteriores extendi poteſt, ſi ad eos non extenditur
ipſa conditio? & ipſi non poſsint cenſeri poſiti ne-
que comprehenſi in conditione, & dictum fideicom
miſſum ſolùm ſumi poteſt de filiis & deſcendenti-
bus poſitis in conditione.
33 Secunda † concluſio eſt, quòd ad hoc, ut plures
poſiti in conditione ſub qua fuit facta ſubſtitutio,
cenſeri poſsint ad inuicem ſubſtituti, requiritur, ꝙ
dicta ſubſtitutio ſit expreſsè facta ultimo decedenti,
uel ſaltem poſt mortem omnium, qui ſunt poſiti in
conditione, ita ut cenſeri poſsit facta poſt mortem
ultimi, ut pro indubitato concludunt Bart. & alii in
d.l. Titia Seio. §. Seia libertis. & in d.l. uel ſingulis. &
omnes Doctu. in d. l. pen. C. de impub. Soc, Rip. &
alii in d. §. cùm ita. idem Soci. in d. conſi. ccslix. & in
pluribus aliis. ſed cùm in præſenti caſu ſubſti-
tutio collata in eccleſiam & fœminas deſcenden-
tes nō ſit facta poſt mortem filiorum & deſcenden-
tium maſculorum, qui fuerunt poſiti in conditio-
ne, ſed ſolùm poſt mortem hęredum, qui fue-
rint inſtituti, quia per ſolam exiſtentiam filiorum
uel deſcendentium dictorum hæredum ſubſtitutio
extinguebatur, ita ut non poſsit cenſeri dilata poſt
mortem ipſorum filiorum & deſcendentium poſito-
tum in conditione, impoſsibile eſt, quòd ipſi filii &
deſcendentes maſculi cenſeri ex eo poſsint inuicem
ſubſtituti unus poſt mortem alterius, & quòd dictū
fideicommiſſum intelligatur perpetuum inter ip-
ſos deſcendentes, ad quod gradatim & ordine ſuc-
ceſsiuo dicti deſcendentes admittuntur. Et ex præ-
dictis patet clara ſolutio ad contraria.

Ad primum reſpondetur, quòd procederet, ſi di-
cta conditio, ſi ſine filiis & deſcendentibus maſculis
intelligeretur non ſolùm de illis maſculis, qui exta-
bant tempore mortis hæredum inſtitutorum, ſed ēt
de quibuſcunq; ulterioribus in infinitum. nam tūc
argui poſſet, quòd dictum tacitum fideicommiſſum
intelligatur de quibuſcunque deſcendentibus in in-
finitum: ſed quia hoc aſſumptum eſt falſum, ex quo
dicta conditio non poteſt intelligi, niſi de extanti-
bus tempore mortis dictorum hæredum, quo tem-
pore facta fuit ſubſtitutio, & relictum fideicom-
miſſum eccleſię, ut dictum fuit, argumentum non
procedit, uerùm potius procedit argumētum cōtra-
rium, quòd dictum fideicommiſſum nō intelligatur
de ulterioribus deſcendentibus, ſicut non intelligi-
tur dicta conditio, ut ſatis ſuprà

Ad ſecundum de qualitate maſculinitatis etc. ul-
tra ea, quæ dicit Soci. in d. conſi. ciiii. in iii. & Socin.
iuni. in conſi. cxviii, in primo, & clxxvii. in ii. eſt cla-
ra ſolutio, quòd in caſu noſtro illa qualitas deſcen-
dentium maſculorum cenſeri quidem poteſt poſita
in conditione ad impediendum ne propter ſubſti-
tutionem collatam in eccleſiam & deſcendentes fœ-
minas bona alienentur extra agnationem; ſed non
poteſt dici adiecta ad effectum, ut bona in perpetuū
in agnatione conſeruentur, & ad impediendum ne
ullo unquam tempore, & nullo unquam caſu bona
poſsint transferri in extraneos. Cùm dicta conditio
de filiis & deſcendentibus maſculis ſit limitata di
rectò ſolùm ad exclusionem dictę ſubſtitutionis fi-
deicomiſſarię collatæ in eccleſiam & deſcendentes
34 fœminas, non autem ad alium effectum: † & limitata
cauſa limitatum parit effectum. l. in agris, de acqui.
rer. domi. vnde non poteſt inferri quòd teſtator uo-
luerit inducere perpetuum fideicommiſſum inter ip
ſos deſcendētes. Accedit, quia etiam poſito ꝙ præ-
ſumptio ſumi poſsit, quòd teſtator uoluerit bona
in perpetuum in agnatione conſeruari, quia tamen
iſtud nō fuit expreſſum in teſtamento, non poſsit ex
eo inferri iſtud fideicommiſſum perpetuum inter de
35 ſcendentes, † quia ex tacito non debet induci aliud
tacitum, ut not. in l. ſeruum filii. §. fin. de legat. j. ſed
ſolùm ex expreſſo, ut per Bald. in l. i. C. de his qui
ante aper. tab. & per Soci. in d. §. cùm ita, cum aliis
concord. de quibus dictum fuit ſuprà in præceden-
ti articulo.

Ad tertium de legato anniuerſarii, reſpondetur
pluribus rationibus nō poſſe inferri de uno ad aliud.
Prima ratio eſt, quia ex legato particulari non po-
teſt inferri ad fideicommiſſum uniuerſale, ut ſuprà
dictum fuit. Secunda, quia illud legatum anniuer-
ſarii eſt expreſſum, illud uerò fideicōmiſſum, quod
poſsit colligi per coniecturas factum filiis & deſcē-
dentibus poſitis in conditione, non poteſt eſſe ex-
preſſum, ſed tacitum, igitur non poteſt intelligi te-
ſtatorem uoluiſſe facere diſpoſitionem eiuſdem ge-
36 neris in utroque relicto. Tertia, † quia illud lega-
tum de ſui natura eſt reiterabile, & dicitur contine-
re tot legata, quot ſunt anni. l. cùm in annos. ff. quā-
do dies lega. ced. & poteſt permanere perpetuum
abſq; eo quod extendatur de perſona in perſonam,
quia fuit collatum in eccleſiam; ut eſt caſus in l. an
nuum. §. fin. & in l. pen. ff. de annu. lega. Quę ratio-
nes ceſſant in fideicommiſſo, ad quod cenſeri poſ-
ſent uocati filii deſcendentes poſiti in conditione
quia huiuſmodi fideicommiſſum ſui natura eſt uni-
cum, & non poteſt extendi ſeu colligi in perpetuum
ad quoſcunque deſcendentes maſculos, niſi cenſea-
tur iteratum & reuocatum in quocunque gradu, ut
deſcendentes unius gradus uideantur grauati reſti-
tuere deſcendentibus ulterioris gradus, & ſic ſucceſ-
37 ſiuè, † ita quòd extendatur de una perſona ad aliam
contra. l. ſcimus. §. ante omnia, de pactis, cum aliis
concord. Ita quòd attentis prædictis uidetur abſo-
num & admodum erroneum uelle inferre de ipſo
legato annuo ad iſtud fideicommiſſum uniuerſale,
ut etiam dixit Pariſ. in d. conſi. lxxxvii. in ii.

Non obſtat ultimum fundamentum, quòd iſti
deſcendentes cenſeantur inuicem ſubſtituti etc. eſt
enim clara & aperta ſolutio, quòd obiectum proce-
deret, quando hęc ſubſtitutio collata in eccleſiam &
fœminas deſcendentes, eſſet facta poſt mortem filio
rum & deſcēdentium, qui ſunt poſiti in cōditione,
nam tunc cùm cenſeretur facta ultimo ex ipſis, cen-
38 ſeri poſſent inuicem ſubſtituti, † quia in iſtis termi-
nis propriè procedit deciſio doctorum in d. §. Seia.
in d. l. uel ſingulis. & in d. l. pen. & d. §. cū ita. & Soci.
Pariſ. & Rip. in locis præallegatis. ſed cùm in caſu
noſtro hæc ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit ſolùm fa-
cta poſt mortem illorum hæredum, qui fuerint in-
ſtituti, non autem filiorum & deſcendentium, qui
fuerint poſiti in conditione: ſolùm argui poteſt, ꝙ
illi hæredes ſint ad inuicem ſubſtituti, nō autem eo

rum

rum filii & deſcendentes poſiti in conditione. & re nera impoſsibile eſt, quòd ex eo quia filii & deſcendentes ſint poſiti in conditione, ad extinguendum hãc fideicommiſſariam ſubſtitutionem collatam in eccleſiam & deſcendentes fœminas, inferri poſſit, ꝙ ipſi filii & deſcendentes ſint inuicem ſubſtituti: cùm per eorum exiſtẽtiam penitus & omnino extinguatur dicta expreſſa ſubſtitutio. Nec penès aliquam legem, nec penès aliquem doctorem reperitur, quòd filii & deſcendentes poſiti in conditione cenſeantur ad inuicem ſubſtituti, quando per eorum exiſtentiã penitus & omnino extingunt ipſam fideicommiſſariam ſubſtitutionem expreſſam, & expreſſa ſubſtitutio nõ fuerit facta poſt mortem filiorum, qui ſunt poſiti in conditione, ut patet ex his, quę dicta ſunt ſuprà in ſecunda concluſione. Ita quòd non ſolùm dictus Petrus modernus actor, & D. Gaſpar eius pr̄, de quibus nõ põr intelligi pñs conditio, nec præſens fideicõmiſſum, ꝙ tacitè poſsit intelligi in filiis & deſcẽdentibus poſitis in cõditione, non poſſunt cenſeri inuicem ſubſtituti cum cæteris anteceſſoribus ſuis, ſed nec etiam Antonius, Io. Frãciſcus & Petrus filii dicti Io. Gabrielis nepotis & hæredis teſtatoris, de quibus poteſt intelligi dicta conditio, & qui etiam poſſent cenſeri uocati ex teſtamento, præſuppoſito quòd in caſu noſtro extarent coniecturę efficaces ad inducendum, quòd deſcendentes poſiti in conditione cenſeantur uocati ex teſtamento, non poſſent inter ſe cenſeri inuicem ſubſtituti ex quo poſt eorum mortem non fuit facta ſubſtitutio fideicommiſſaria collata in eccleſiam, ſed per eorum exiſtentiam omnino extinguitur. Apparet igitur quòd omni caſu, ſiue teneamus illam opinionem, quòd filii & deſcẽdentes maſculi poſiti in conditione in caſu noſtro non intelligantur ſubſtituti, ſiue teneamus contrariam, quòd intelligantur ſubſtituti, uera & indubitata ſit concluſio ſuprà facta, quòd nullum ius competat dicto Do. Petro actori agendi ad domum uigore teſtamenti dicti teſtatoris. Laus Deo.

Hieronymus Torniellus Paduæ legens.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Opinio quanam ſit uerior & cõior, utrum filij poſiti in conditione ſint uocati uel ne, demonſtratur, & ſi relatiuè ad priora ſcripta procedatur per totũ conſilium.*

2 *Oldradus conſ. xxi. declaratur.*

3 *Deſcendentes quando comprehenſi uideantur in infinitum.*

4 *Qualitas adiuncta uerbo, quòd debet intelligi ſecundũ tempus uerbi, quomodò procedat.*

5 *Subſtitutio reciproca facta intelligitur quotieſcunque ſupereſt perſona, quæ ex ueriſimili mente teſtatoris excluderet ſubſtitutum poſt mortem plurium.*

CONSILIVM XLIIII.

EXCELLENTISSIMI I. C. TIBERII Deciani Paduę legentis.

Chriſtus adſit.

QVANQVAM putem ſatis abundè & iuridicè reſponſum fuiſſe nouiter traditis pro dubiis contra Magnificum D. Petrum Gabrielem ex latiſsimèq; deductis in conſiliis & additionibus aliàs factis ad ipſius fauorem: & ideò uideatur ſuperfluum iam dicta ſępe repetere, nam hoc modo daretur proceſſus in infinitum; attamen, ut morem geram requirentĩ, breuiſsimè ſingulis propoſitis in contrariũ iuxta eorũ ordinem reſpondebo.

1 Primò igitur ad illud, quod dicitur, ueriorem eſſe concluſionem, quòd filii poſiti in conditione nõ cenſeantur uocati, ſatis ſuperq; fuit & per D. Gribaldum, & per nos aliàs oſtenſum, communiorem opinionem eſſe contrariam, quòd immo cenſeantur uocati, ut dixi aliàs in prima ſubſcriptione mea ad conſilium excellentiſsimi Gribaldi, & latè concludit Soci. iuni. conſi. clviij. Abundè, nu. lxx. & ſeq. ii. uol. ut ibi dixi. et hæc quoq; æquior eſt, & ſeruatur, maximè ſub iſto inclyto Dominio Venetorum, ut dicit ibi Soci. nu. lxxii. & Cur. iuni. in locis aliàs allegatis.

Neque obſtat, quòd iſta conditio uideatur adiecta ad extinguẽdum onus fideicommiſsi iniunctum filio inſtituto, quia hoc expreſsè negatũ, immo apparet contrarium, ex quo piam cauſam ſubſtituit, ut per Pet. de Anch. conſi. lxxiiii. Contra Philippum, & plura deducta fuerunt per D. Gribaldũ in ultima cõiectura. Item ſtãtibus uerbis illis teſtõris, quibus mãdauit fieri perpetuũ anniuerſarium. Item ſtantibus aliis uerbis geminatis in fine, ibi; Et ita dominus teſtator fieri & obſeruari mandauit in perpetuum. q̃ uerba uerificari non poſſent, niſi cenſeretur inductum fideicommiſſum, ut per plura concluditur per primum conſultorem in iij. & v. coniectura.

Secundò non obſtat, quòd illa conditio, & uno prædecedente ſine filiis maſculis, uideatur in fauorem filii grauati etiam appoſita: quia hoc longè omnium abſurdiſsimum eſt, cùm immo fauore filiorum maſculorum in conditione poſitorum appoſita cenſeatur, ut ex coniecturis latiſsimè fuit ſuprà in conſilio & ſubſcriptionibus deductum.

Neque obſtat quòd tales coniecturæ debent eſſe probabiles, & quòd colligantur ex his, quæ ſunt expreſſa in teſtamento: quia hoc admittitur, & reſpondetur, quòd omnes coniecturę ſuprà deductæ ſunt probabiliſsimæ, & ex uerbis expreſsis ipſius teſtatoris collectę, tùm ſi ſingulę conſiderentur, tùm etiam ſi coniunctim. et ſi ſingulæ de per ſe ſufficiunt, ut ſuprà deductum fuit, à fortiori coniunctæ & unitæ. uerbum enim illud maſculis, certum eſt, quòd expreſſum eſt in teſtamento, ex quo colligitur mens quòd eos uocare uoluerit, ut dictum eſt. Item excluſio fœminarum, & diſpoſitio quòd dotentur, expreſſa

preſſa eſt in ipſo teſtamẽto: ex quo colligitur ſecun-
da couiectura. Et demum illa verba in perpetuum, &
omnes coniecturæ conſideratæ, ſunt expreſsis uerbis
deſcriptæ in ipſo teſtamento. Videtur ergo ex men-
te etiam domini iu contrarium conſulentis, quòd
ſi tales coniecturę colligantur ex uerbis expreſſę in
teſtamento, quòd admittendæ ſint; hoc autem luce
clarius apparet, quòd ſcilicèt ſint expreſſę, ergo ad-
mittendæ ſunt, & ſuper eas concludendum.

Neq; obſtat quòd expreſsio maſculinitatis non
uideatur fideicommiſſum inducere, ut aliqui uiden
tur tenuiſſe; quia ſatis abundè probatum fuit ſuprà,
ueriorem & cõmuniorem opinionem ac æquiorem
eſſe in contrarium: ideo ulterius in hoc iuſiſtere eſ
ſet membranas fruſtrà occupare.

Et ſimiliter ad illud quod dicitur, hanc qualitatẽ
maſculinitatis non conſiderari, ſtante ſtatuto quòd
extantibus maſculis fœminę non ſuccedant, quoniá
ad hoc iu ſpecie clarè reſpõdi ego in ultima mea ad-
ditione, ideo nou repeto.

Neq; obſtant reſponſiones datæ ad coniecturas
deductas, quia ſunt nimium ſubtiles, & contra om-
nes ueras ac reales concluſiones ſcribẽtium, qui ip-
ſas ſiugulas coniecturas conſiderant & admittunt:
ideo, cùm communioribus opiuionibus ſit ſtãdum,
iuribus uulgaribus: non eſt ab his in iudicando di-
ſcedendum.

Neq; obſtat modò alia conſideratio facta, quòd
præſuppoſito, quòd illi filii poſiti in conditione cen-
ſeautur uocati, non tamen ſequitur, quòd cæteri de-
ſcendentes non uati aut concepti eo tempore, quo
mortui fuerunt hæredes inſtituti, cenſeautur uo-
cati, ex duabus rationibus per coutrarium conſu-
lentem conſideratis.

Et quò ad primam, dum dicitur, quòd illa condi-
tio, & ſi ambo deceſſerint ſine filiis, non poteſt com-
prehendere alios deſcendentes, quàm eos qui erant
tempore, quo mortui ſunt hęredes: tùm quia quali-
tas adiuncta uerbo debet regulari ſecundum tempus
uerbi, tùm quia per exiſtentiam filiorum poſitorum
in conditioue extincta fuiſſet omninò ſubſtitutio
facta extraneis & piis locis, quanquàm poſteà illi fi-
lij poſiti in conditione deceſsiſſent ſine filiis, iuxta
2 uulgatum conſ. Oldra. xxi. Thema tale eſt. † Reſpõ-
detur ad hoc facillimè, quòd omnia in contrarium
deducta procedunt, quando ſimpliciter dictum fuiſ-
ſet in teſtamento de quo agimus de filiis uel liberis,
& uno decedente ſiue filiis, uel & ſi ambo deceſſerint
ſine filiis, non autem addita fuiſſet illa qualitas, ma-
ſculis. nam quaudo appoſita eſt iſta qualitas, & ex-
preſsè excluſæ fœminæ, cenſentur omnes filij di-
ſpoſitiuè uocati, neq; hoc caſu procedit conſi. Oldr.
xxi. Thema tale eſt. ſuper quo ſe fundat aduerſarius,
Ita in ſpecie & in terminis reſpoudẽdo ad illud cõſ.
Oldra. tenuit & reſpondet Dec. conſ. cclxx. Domi-
nus Raynaldus, col. pen. uerſ. uenio ad ſecundam, &
in ſpecie in col. fin. uerſ. non obſt. quòd ſubſtitutio
inuicem facta.

Accedat quòd in iſta conditione non tantùm filii
ſed & deſcendentes ſunt poſiti: quia dicitur iu con-
ditione, & ſi ambo deceſſerint ſine filiis & deſcendẽ
3 tibus maſculis. † quo caſu uerbum illud deſcenden-
tibus, iunctum copulatiuè cum illo uerbo filiis in-
telligitur de omnibus deſcendentibus in infinitum.
§. j. in auct. de hęre. quę ab inteſta. deſer. & ita in ter-
minis etiam hoc conſiderat Curt. iun. conſil. lxxxvij.
nu. ij. i. uol. maximè, dum excludit expreſsè fœminas
& uult eas dotari, ut hoc idem cõſiderat ibi Cur. Cõ-
cluditur ergo, quòd conditio, de qua agimus, non
extenditur tantùm ad filios, ſed ad omnes deſcenden
tes in perpetuum. Et ideo, cùm in conditione iſta
poſiti omnes uocati intelligantur, ſequitur neceſſa-
riò quòd inter eos fideicõmiſſum fuerit inductum,
quòd ex coniecturis & tacita quoque uoluntate iu-
4 duci poteſt, ut in conſilio latè fuit concluſum. † Et
regula illa, quòd qualitas adiecta uerbo etc. debet
intelligi quando ſumus iu actu momentaneo, ſecus
autem in actu ſucceſsiuo, prout in caſu noſtro, dum
dicitur de deſcendentibus, ut per omnes poſt Cyn.
in l. generaliter. C. de ſacroſanc. Eccle. & in l. ex fa-
cto, in prin. de uulga. & pupil. & per Henr. Boich. &
Bellamer. iu c. & ſi Chriſtus, de iureiur. cùm igitur
deſcendentiũ uerbum reſpiriat tractũ temporis ſuc-
ceſsiuum, cùm plures poſsint eſſe & diuerſis tempo-
ribus, ergo ratio iſta hoc caſu nou militat.

Non obſtat demum ultima conſideratio, quòd
iſti liberi poſiti in conditione non poſſunt cenſeri
iuuicem ſubſtituti, ex quo ſubſtitutio iſta fideicom-
miſſaria non eſt facta expreſsè ultimo deſcendenti,
uel ſaltem poſt mortem omniũ, allegando ſcriben-
tes omnes iu l. pen. C. de impub. & iu l. hæredes mei.
§. cùm ita, ad Trebel.

5 Quia reſpondetur, † quòd immo Doctores in lo-
cis præallegatis omnes concludunt, quòd ubicunq;
ſupereſt talis perſona, quæ ex uериſimili mente teſta-
toris excluderet ſubſtitutum poſt mortem plurĩũ
quòd tunc intelligitur inter illos, qui ex uerìſimili
mente uocati cenſentur, facta ſubſtitutio reciproca
ut per Fulg. Alex. & Deci. in d. l. peu. C. de impub. &
Roma. conſi. cxxj. Prima dubitatio, in fin. latius An-
dre. Sicul. conſi. lv. col. vij. ij. uol. Sorin. conſil. xciiij.
col. iiij. & tũc cenſetur ſupereſſe pſona, ut ex ueriſi-
mili meute excludat ſubſtitutum, quando extat ali-
quis de liberis & deſcendentibus ipſius teſtatoris,
maximè, ſi fuerint poſiti in conditione, ex quo re-
ſultat præſumptio quòd uocati ſint, ut ſuprà conclu
ſum fuit: & in ſpecie tenet Bar. in d. §. cùm ita, col. ij.
dum allegat. l. cùm acutiſsimi, & ibidem quoq; Ale-
xan. col. antepen. & conſ. xxxviij. j. vol.

Prætereà & ſecundò, ex quo ſubſtitutio facta eſt
poſt mortem amborum, & ſic plurium, & in reſiduo
omnium bonorum, & per conſequens totius hære-
ditatis, & plures gradus ſubſtitutionum ſint facti,
cenſentur omnes uocati & grauati, & poſiti in con-
ditione, & ſubſtituti, propter illam ſubſtitutionem
factam de omnibus ſiue reſiduo bonorum, ut con-
cludunt omnes iu d. §. cùm ita, & concludit ibi Rip.
nu. xvij. & ſeq. & Alex. & Deci. iu d. l. peu. nu. vj. uer-
ſic. ſecundò limitatur.

Item & tertiò, dum dicitur, quòd non cenſetur fa
cta reciproca ſubſtitutio inter poſitos in conditio-
ne, ne ex tacito aliud tacitum reſultet, allegando Ri-
pam in d. §. cùm ita. Dico quòd immo Ripa ibi, &
eſt nu. xxix. ſi rectè inſpiciatur, tenet contrarium,
quòd

quòd immo ſcilicèt,ubicunque poſiti in couditione videntur uocati,in omuibua caſibus ceuſeantue reciprocè ſubſtituti,in quibus cenſereutur, ſi expreſsè uocati fuiſſent.& allegat Soci.conſ.ciiij.hoc expreſsè teuentem.Et quauquam idem Ripa dicat poſteà quòd boc nou uidetur expeditum,quia ex uuo tacito nou debet aliud tacitum reſultaee, tamen ſtatim reſpondet & perſiſtit iu prima opiuioue per hęc uerba formalia: Couſidera tamen quòd ſicut ſi ſubſtitutio ſit ab ultimo,& iu toto reſultat tacitum fideicommiſſum ex diſpoſitis expreſsè & ex ueceſſaria conſequentia,ita ſiue ultimus fuit tacitè bonoratus ſiue expreſsè,cùm vtroque caſu couſequentia ſit neceſſaria.patet ergo quòd immo etiam inter poſitos in couditione,quando ſumus in caſu iu quo cenſentur ex conieċturata mente teſtatoris uocati, uidetue reciprocum induċtum fuiſſe fideicommiſſum, perinde ac ſi expreſsè uoeati fuiſſent: quia poſt moetem omnium tacitè in couditione nocatorum eenſentur ſubſtituti Do. Aluacottua & fabrica eccleſiæ ſauċti Antonij,& filiæ fœminæ teſtatoris,ergo cenſetur faċta ſubſtitutio ab ultimo,ut coucluduut omnes iu d.§.cùm ita,& pee conſequens neceſſariò cẽſentur tacitè,reciprocè atque inuicem ſubſtituti.

Et æquiuocum ac decipula fundamenti per aduerſarium faċti,ſtat in hoc,quia ipſe putat,quòd per ſolam exiſtentiam filiorum uel deſcendentium ſubſtitutio extingueretur,ita, ut uon poſsit eenſeri delata poſt mortem ipſorum filiorum & deſcendentiũ poſitorum in conditione: ideo impoſsibile,etiam ꝙ ipſi inuicem cenſeantur ſubſtituti, & tameu præſuppoſitum quòd per ſolam exiſtentiam filiorum & deſcendentium extinguatur ſubſtitutio, falſum eſſe ſuprà latè probatum ſuit: ergo ſublato hoc fundamento & prēſupppoſito corruit totũ argumentum, quo ſublato,prout clarè ſublatum elt,patet euidentiſsimè ſublata fuiſſe omuia iu contrarium deduċta.Et ſucceſsiuè reſponſioues per eum datas ad cõtraria nõ ꝓcedere,quia tota difficultas eſt iu boc,ꝙ filii & deſcendentes poſiti iu conditione omues cẽſentur uocati ex conieċturis efficaciſsimis latè ſuprà deduċtis.& ſi omnea uocati ſiut ſub nomiue collectiuo,ergo ordine ſucceſsiuo, & per conſequens inuicem ſubſtituti.ita in ſpecie Bart.& Doċto. iu l. Gallus.§.quidam reċtè.ff.de libe.& poſth.& probatùr in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.& iu l.peto.§.fratre.de lega.ii.& in l.fin.C.de uerbo.ſignif. et per Ange.conſi.iii.Quidam Ioannes. Et bæc ſufficientia eſſe ad dubiorum dilutionem,nemo eſt,mea quidem ſenteutia,qui non uideat.

Tiberius Decianus I. C. Paduæ legens.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione an cenſeantur uocati uel ne extante ſtatuto exeludente fœminas à ſucceſſione.*

2 *Soci.in l.haredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.& in conſil.ccxlix.uolum.iij.atque Soc.iun.conſ.clxxvi.lib.ij.declarantur.*

3 *Diċtio ambo,eſt colleċtiua,& diċtio uterque.*

4 *Subſtitutio faċta duobus per uerba colleċtiua,intelligitur facta ab ultimo moriente.*

5 *Exceptio,quam proponere exeipientis nõ intereſt,puta de iure tertij, non eſt admittenda.*

CONSILIVM XLV.

EIVSDEM D. TIBERII DECIANI in eadem cauſa.

NON obſtantibus dubitationibus propoſitis, puto cõcluſionem primo loco ſirmatam in fauorem D.
1 Petri uerã ac iuridicam eſſe. † Nã & ſi extet ſtatutum excludeua fœminas à ſucceſsioue, & uera eſſet & indubitata illa concluſio,quòd filii poſiti in conditione uon cenſeantur uocati, quando extat tale ſtatutum,ex quo ceſſat ratio præſumpta teſtatoris, quòd ſcilicèt uoluerit maſculos nominatos ex teſtamento per fideicommiſſum ſuccedere, ex quo ab inteſtato non poterant,ut uidetur ſentire Soci.conſ. cxvj.col. iiii. uerſ. pro certo iſta ratio, iij. uol. cum concord. tamen adhuc remanent aliæ conieċturæ plures adduċtę & per primum Do. Conſulentem & & ultimò per me,cùm ad prēſumendam talem mentem & fideicommiſſum quęlibet leuia couieċtura ſufficit,ut per Corn.adduċtum in conſi.xxxvii. Viſo prolixo.ii.col.ii.uol.cum aliis ſuprà adduċtis.Quare,cùm adhuc ſuperſint quinque aut ſex conieċturæ clariſsimæ & ex communibua ſcribentium doċtrinis aſſumptæ,uou uideo quomodò debeat uia fieri iu iſto obieċto,quod tendit tantummodò ad elidẽdam unam conieċturam,& tamen cùm plures extẽt & quælibet ſit de per ſe ſufficiens,ceſſante una, non ceſſant aliæ.arg.§.affinitatis.iuſti.de uup. et boc ſolum ſufficeret pro reſponſione diċti obieċti.

Sed & aliter reſpondetur,quòd prędiċta limitatio,quando ſcilicèt extat ſtatutum, procedit quando appareret uel credendum eſſet,quòd teſtator voluiſſet fœminas ſuccedere eo ordine,quo ab inteſtato ex forma ſtatuti ſucceſſurę fuiſſent; quia uerè ceſſat ratio conieċturæ maſculinitatis. ſed ubicunq; apparet teſtatorem noluiſſe fœminas ſuccedere alio ordine & modo, quàm ab inteſtato, etiam ex forma ſtatuti ſucceſſuræ fuiſſent,& tune contrariũ eſſe dicendum: quia ceſſat ratio,quę conſideratur pro iſta limitatione, boc conſiderat ipſemet Soci.iu coutrarium allegatus iu d.conſi. cxvi.iii.uol .iu v. colũ.& Soc.iuni.conſi.cxi.Ex themate. nu.xxxii. & clarè ẽt Corne.conſil.lxxiiii.incip.Viſo prolixo.col.i.in fin. uerſ.ſecundò induco, in litera G.ſed in caſu noſtro teſtator aliam & uouam formam induxit ſuccedendi fœminas,quàm à iure communi ſucceſſurę fuiſſent.nam deficieute maſculo in totum fuiſſent ſucceſſuræ de iure communi & ſtatutario, & tamen in ultima ſubſtitutione uoluit fœmiuas in dimidia tãtùm ſuccedere,& in alia dimidia quoſdã extraneos, priuatis etiam aliis de domo ſua, & iu alia dimidia pauperes: ergo euidenter apparet, quòd noluit teſtator ſeruare in totum iura commuue,aut municipale in

le in ſucceſsionibus ab inteſtato,ſed uoluntatē ſuam:
ergo ceſſat ratio oppoſitionis adducta.& hęc eſt cla-
ra & efficaciſsima reſolutio,quia teſtôr noluit ſe cō-
formare cum diſpoſitione ſtatuti admittendo fœmi-
nas in caſibus,in quibus ſtatutum admittit uel non
admittit,ſed aliam tradidit formam, ergo,ut ultima
ſubſtitutio locum habeat,neceſſe eſt, quòd recipro-
cum fideicommiſſum cenſeatur inductum,etiam in-
ter uocatos & poſitos in conditione: nam aliàs non
haberet locum ultima ſubſtitutio.

Non obſtat ſecunda conſideratio, quòd teſtator
in caſu deficienti inſtitutorum ſine maſculis ſubſti-
tuit in quadam domo D. Aluarotum de Aluarotis,
qui præſupponitur fuiſſe natu grandęuus, ergo non
eſt uerisſimile, ꝙ teſtator uoluerit ipſos poſitos in
conditione uocaſſe: quia cùm iuxta curſum naturæ
potuiſſet ultra unam uel duas deſcendentias uiuere,
uidetur quòd inutilis fuiſſet ſubſtitutio. Quia re-
ſpondetur,quòd immò magis inutilis fuiſſet, ſi po-
ſiti in conditione nō cenſerentur uocati.nam ſtatim
quod extarent,euaneſceret ſubſtitutio D. Aluaroti,
ut per Oldra.conſi.xxi.Thema tale eſt.& per Ioan.
And.in addi.ad Spec.in tit. de teſta. §. in primis. in
ult.quęſti.incip.prima qō. refert & ſequitur Paul.de
Caſt. in l.ex facto.§.fin.ad Trebell.& conſil.clxx.Ne
in propriis.& Alexan.conſi.xxxi.Ponderatis his, in
princip.iij.uol.

Item iſta coniectura tendit ad excludendum ſub-
ſtitutum tantummodò, qui uidetur ſecundum eum
uocatus in unum caſum tantùm, ſcilicèt quo inſti-
tuti decederent ſine filiis,nō autem in alio caſu,quo
filij decederent etiam ſine filiis;non autem tendit ad
excludendum fideicommiſſum inter ipſos filios in
conditione poſitos,qui ex pluribus coniecturis cen-
ſentur uocati,ut dictum eſt.

Non obſtat tertia ratio,quòd dato quòd iſti filij
poſiti in conditione forent uocati, tamen inter eos
non uideatur fideicommiſſum reciprocum inductū,
ſecundum Soci.in l.hęredes mei.§.cùm ita,ad Treb.
& conſi.ccxlix.iij.uolum.& Socin.iuni.conſi.clxx-
vj.nu.xiiii.uol.ii.cum aliis adductis in dubio.

2 Quia † reſpondetur, primò, quòd illa concluſio
fallit,quando extant coniecturæ, per quas apparet
teſtatorem uoluiſſe,quòd poſiti in conditione cen-
ſerentur uocati.nam eo caſu in caſibus quibus inter
expreſsè honoratos inducitur fideicommiſſum, in
eiſdem inducitur etiam inter uocatos ſub conditio-
ne. ita Soci.conſi.ciiii.Quoniam præſens, in penul.
col.iij.uol.ſed hîc apparent tales coniecturę,ut pro-
batum fuit,ergo etc.

Item limitatur, quando ſubſtitutio facta fuiſſet
ab ultimo ex pluribus moriente, ut in caſu noſtro,
in quo ſubſtitutio facta fuit, ſi omnes inſtituti de-
cederent: nam tali caſu cenſetur inductum fideicō-
miſſum, quia aliàs non poſſet habere locum ſub-
ſtitutio,ut declarat Rip.in d.§.cùm ita.nu.xxix.

Poſtremò clariſsimè reſpondeo,& iſtud eſt nouū
fundamentum ad fundandam intentionem D.Petri
ultra ſuprà deducta.nam teſtator in ſubſtitutione
facta in caſu noſtro uſus eſt his uerbis: Et ſi ambo de
3 ceſſerint ſine filiis & deſcendentibus. † dictio iſta
ambo, eſt collectiua, ut eſt text.in l.qui duos. ff.de
uulga.& pup.& in l.pen. C.de impub.& aliis ſubſt.
et de dictione vterque, not.omnes poſt Bart. in d.§.
4 cùm ita,in prin.† ſed facta ſubſtitutione duobus per
uerba collectiua intelligitur facta ab ultimo moriē-
te,& ſucceſsiuè inter eos cenſetur tacitum fideicō-
miſſum inductum. ita not.omnes in d. l. pen. C. de
impub.Ang.conſ.cix.In dicto teſtamēto.& cccxxx.
Præmitto primò. Et Cardi. conſi.lx. Pro examina-
tione puncti.col.iij.verſ.confirmatur niſi in contra-
rium appareat de expreſſa uoluntate teſtatoris,ut ibi
dicitur.

Non obſtat etiam illud quod dicitur, quòd Do.
Petrus admittatur tantùm ad dimidiam domus, ex
quo pater & auus habuerunt fratres, quorum por-
tiones non uidentur ſpectare ipſi D.Petro. nam re-
ſpondetur,quòd cùm probatum ſit inter ipſos filios
in conditione poſitos tacitum inductum fuiſſe fi-
deicommiſſum,ſequitur quòd cùm Do.Petrus ſolus
nunc reperiatur de illa deſcendentia teſtatoris, ad
ipſum totum fideicommiſſum pleno iure ſpectet.

5 † Item iſta exceptio tanquàm de iure tertij,non eſt
admittenda.l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſeruit.uē-
dic.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Treb. l. i. in
prin.ff.de appel.recip.Ang.& Alex.in l.exitus.ff.de
acquir.poſſ.cum ſimilib.

Et ita uidētur reſoluta omnia obiecta,potiſsimū
concurrentibus tot coniecturis, quæ in caſu noſtro
concurrunt.Ex quibus ſatis clara redditur concluſio
ſuprà firmata in fauorem D.Petri.

Idem qui ſuprà Tiberius Decianus I. C. Vtinēſis,
& Ordinarius Iur.Ciuil.Interpres ſentio iuris eſſe,
& in fidem manu propria ſubſcripſi.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filios in conditione poſitos non eſſe uocatos, ex communi ſententia demonſtratur. qua de re latius per totum conſilium, ſed de magis communi.quòd immo ij uocati intelligantur, vide num. viij.& ix. cum ſeq.*

2 *Conditionis uirtus non eſt diſponere.*

3 *Conditionem illam ſi ſine filijs quis deceſſerit,etiā unius filij ſuperexiſtentia deficere.*

4 *Qualitas uerbo adiecta ſecundum eiuſdem tempus intelligitur.*

5 *Hæreditatem uiuentis non eſſe anhelandam.*

6 *Legati dies illicò cedit, cùm uir uxori uſumfructum reliquerit, ſi filios ſuſtulerit, filio ex ea edito, quamuis poſtmodum decedat.*

7 *Conditio ſi ſine liberis etc.omnem elidit fideicommiſſariam diſpoſitionem,uno etiam edito filio.*

8 *Fideicommiſſum reciprocum iniunctum uideri ſi plures ſub conditione uocentur,putà ſi ſine filijs deceſſerint, etc.*

11 *Teſtatoris uoluntas quanti ſit momenti demonſtratur. & nu.ſequentib.& nu.21.*

12 *Mens diſponentis regina dicitur.*

13 *Mens ſola in fideicommiſſis attenditur.*

14 *Mens potius,quàm uerba attendenda.*

15 *Maſculinitatis ſimplex coniectura an ſit ſufficiens, ut*

filij

filij poſiti in conditione cenſcantur uocati: ubi pro & contra,& de communi opin.& magis communi.

16 *Coniectura nonnulla deſcribuntur, quibus filij poſiti in conditione cenſeantur uocati.& nu.ſeq.*

17 *Media ex antecedentibus et ſubſequentibus declarari.*

18 *Verba indicium ſunt cordis humani.*

19 *Singula qua non proſunt, ſimul iuncta iuuant.*

20 *Coniectura plurimum lucis iudicibus afferre ſolent.*

22 *Promiſſio ſpecialis generali derogat.*

23 *Argumentum ab antecedenti deſtructo.*

24 *Tex.in l.i.C.de condit.inſer.exornatur.*

25 *Verbum deſcendentes, omnes poſteros complectitur.*

26. *Oldradus reſponſo 21.declaratur.*

27 *Fideicommiſſum facilius induci inter deſcendentes eius qui teſtatur.*

28 *Pronomina hac, meorum haredum, ſuorum, tuorum, dictorum & infraſcriptorum, intelliguntur de nominatis in teſtamento.*

29. *Tex.in l.Titia.§. Scia, de leg.ij.& l.uel ſingulis, ibidē, alleg. declarantur.*

30 *Subſtitutio indefinitè facta perinde haberi debet, ac ſi in tota hareditate facta fuiſſet.*

31 *Subſtitutionem fieri ſufficit in bonis & hareditate, licèt ſignum uniuerſale omiſſum fuerit.*

CONSILIVM XLVI.

QVI SEDET AD DEXTERAM DEI Patris Aduocatus nunc, & humani generis futurus iudex; quod poſt Paulum diuus Auguſtinus docuit Omelia xlij. mihi ad ueritatis fontem digitum intendat.

DECREVERAM poſt tot prudentum reddita reſponſa negotium hoc non attingere, quippe, quòd indecorum mihi uideretur bonis laſsi diligentiā ſupplere; idq́; præſertim, cū nihil intactum uideatur: non potui tamen quin ueritatis ipſius ſtudio faſces ſubmitterem, atque quid pro ea tuenda ſentiam, non explicarem: nam & Stagyrita ipſe iuniorum acumen non contemnendum quandoque tradidit.

Videretur ergo in propoſito caſu prima facie cōcludendum, dominum Petrum actorem ab hoc ipſo iudicio repellendum. quippè quòd Ioannes ipſe teſtator Antonio filio & Ioanni ex altero prædefuncto nepoti Inſtitutis ſub hac condirione ſubſtituerit: & ſi ambo ſine filijs, & deſcendentibus maſculis
1 legitimis & naturalibus etc. † filios enim conditionali enunciatione nominatos teſtatoris ipſius indicio non eſſe uocatos, Accurſij authoritate uariis rationibus receptum eſſe cenſetur. Gloſ. l. Lucius, la ij. ff. de hære. inſti. dum Scęuola prudens teſtatoris cōſilium interpretatur, quod non ſolùm hæredē ſubſtitutis prætulit, ſed etiam liberos eius. intellexit Accurſius in uerbo liberos, idipſum tacitè ab inteſtato factū exiſtimari. cui adſtipulatur Iac. ab Are. in fine concludens, iccircò filios huiuſmodi caſu ex teſtamento hæreditatem uendicare non poſſe: & Barto. uerſ. & facit iſta Gloſ. expreſsè. & Bald. uerſicu. quærit Glo. & Cuma. nume. vi. uerſi. nota eam Glo. quoniam illius concluſio maximi ponderis ſit: & ſententiam huiuſmodi communem atteſtatur Io. ab Imo. in l. filiusfamiliàs. §. cùm quis, de legat. ii. & Corne. l. j. C. de cond. inſer. uerſ. ſed licèt ex ſententis. & Iaſ. l. j. C. de pact. nu. x. uerſic. ſed quicquid. & Curt. ibi nu. xiii. & Deci. nu. xix. ibi communem atteſtantur, pro qua paſſim à ueteribus, & recentio-
2 ribus reſponſum extat: quippè † quòd conditionalis enunciationis non ſit uirtus, ut diſponat. l. ſi quis heres ita. l. ex facto. ff. de hæred. inſtitu. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. & ultra adductos à domino Gribaldo Antonius Rubeus, & plures alij recentiores ſecundum hanc ſententiam reſponderunt, ut patet dicti Rubei conſi. xx. nu. iii. & cxx. nu. iij. & per Gratum Bononien. conſi. iii. in i. nu. xxix. & conſ. iiij. nu. xvii. in i. & conſil. cj. nu. xii. & conſi. cvj. nu. xliii. in ii. & Do. Marian. iuni. conſil. i. nu. xx. & conſil. lxxv. nume. xvii. & conſil. cxlv. nume. xxxvi. & conſil. cxiiii. nume. xxviii. in iii. uol. nuper edito.

Secundò & aduerſus D. actorem urgere uidetur,
3 quod uulgò traditum ſit, † conditionem illam, ſi ſine filiis uel liberis deceſſerit, uel unius filii ſuperexiſtentia defectam intelligi, cùm inſtitutus ipſe decedit. l. ex facto tractatum. §. ſi quis autem ſuſceperit ad Senat. conſul. Trebel. Iureconſultus ibi reſpondit conditionem illam ſi ſine liberis, defeciſſe intelligi, ſi filios ſuperſtites inſtitutus ipſe relinquat; ſecus ſi uiuo patre decedant: tunc enim reſtitutionē faciendam Doctores inde colligunt Bar. Imo. Alex. & Rip. uerſ. ratio decidendi fuit. quia cùm conditio hæc, ſi deceſſerit, mortis ipſius termino concludatur, ſanè illius inſtanti terminari debet. l. ex facto.
4 ff. de uulgs. & pup. quare & circunferri ſolet, † qualitatem uerbo adiectam ſecundum eiuſdem tempus intelligendam eſſe. l. ſi extraneus. §. in delictis. ff. de noxal. quod rite Imo. & Alex. in ii. not. in d. §. ſi quis autem, colligi exiſtimarunt. quamuis Rip. nu. iii. à contrario ſenſu id fieri fateatur: nam cùm filiū adi-
5 uiſſe oporteat, ut ſubſtitutus excludatur, † qui ad uiuentis hæreditatem anhelare non debet. l. ſi quis. §. utrum. ff. de acquir. hæred. l. ex eo. C. de inut. ſtip. l. fi. C. de pact. neceſſariò oportet, hunc ipſum filium grauato ſuperſtitem eſſe, quamuis ſolo momento ſuperuixerit. quod Bal. docuit in c. i. Epiſco. uel Abba. §. cum eſſet. & probatur in d. §. ſi quis autem, verſ. aut igitur, ſuperuixit. & in l. ſed & in illo. ibi, nec appa-
6 reat quis ante ſpiritum amiſerit. ff. de reb. dub. † Et iccircò cùm uir uxori uſumfructum reliquiſſet, ſi filios ſuſtulerit, ſanxit Cæſar legati diem illicò cedere filio ex ea edito, quamuis poſtmodum decedat. l. cùm uxori. C. quando dies lega. ced. necnon & cùm quis Trallianum ſi ſine liberis decederet inſtituiſſet, ac ſubſtituiſſet, nepote ex filia edito ſubſtitutum ipſum prorſus excludi. l. i. C. de cond. inſert. ubi Fulg. uerſ. in Glo. i. aduertit, contingenter fieri mentionē inſtitutionis in eo caſu nepotis ex ipſa filia: unde iuris diſpoſitionem inde non alterari. d. l. ex facto tractatum. d. §. ſi quis autem, & l. filiusfamiliàs. §. cùm quis, de legs. i. Quamobrem Ioan. And. in additione Specul. in tit. de teſta. §. in primis, in uerſicu. item emphytheoſim. quæſt, v. concludebat, in ſubſtitutionibus,

bus fideicommiſſariis conditionem illam, ſi ſine li-
beris deceſſerit, defeciſſe uideri, liberis quàprimùm
grauato morienti ſuperſtitibus: quicquid poſteà cõ
tingat.l.hæredibus.ff.ad Senatuſconſ.Treb. ubi filij
grauati reſtituere donec binos filios educauerint,
duobus ſtatim ſuſceptis,eo onere ſolnti, Scęuolæ ip-
7 ſius auctoritate intelliguntur. †quare non defuerũt,
qui in uariis factorum ſpeciebus concluſionem hu-
iuſmodi ſecuti, filios inſtitutorum ſub hac cõditio-
ne ſi ſine liberis, oẽm fideicommiſſariam diſpoſitio-
nem elidere, cõſulti reſponderunt: Oldr.in cõſ.xxj.
Thema tale eſt: cùm quis fratrẽ inſtituiſſet, & ex frẽ
præmortuo tres nepotes pro uirili, & portionibus
æquis,eosq; his uerbis ſubſtituiſſet: Si aliquis hæ-
redum meorum ſine filiis aut nepotibus,aut deſcen-
dentibus, & maſculis mori contigerit eius portionẽ
deuolui ad cohæredes ſuperſtites uel eorũ hæredes,
dum tñ ſint maſculi, & ex maſculis ſecundũ rectam
lineam deſcendentibus;mulieres aũt dotari iuſſiſſet:
demũ deficiẽtibus maſculis oĩbus Eccleſiam Roma.
nam ſubſtituiſſet.mortuo teſtõre vnicũ nepotem ex
ꝓmortuo fratre quatuor filiis inſtitutis deceſſiſſe cõ-
tingit,ex quibus duo abſq; prole deceſſerunt, deinde
tertius vnica filia inſtituta obiit,mox & quartus nul-
lis relictis filiis,ſed prædicta nepte hærede inſtituta;
at cùm maſculi ex deſcendẽtibus cohæredibus inſti-
tuti s fideicommiſſariç ſubſtitutionis uirtute ſeſe ad-
mitti contenderent ad portionem illam, in qua pa-
ter filiam inſtituerat, & patruus neptẽ, ueluti oneri
reſtitutionis ſubiectam,ſanè reſpondit Oldra.fidei-
cõmiſſum liberis relictis expiraſſe; quicquid poſteà
cauſam habentibus, ratiocinari nō debet. l. Papinia-
nus, de minori. l. inter. §. ſacram. ibi, ſed hæc ſimilia
ſunt. de uerb. oblig.

Quartò nō urget Emanuelios ipſos anno Domi-
ni 1532. xxvj. ſeptembris acquirentes probabiliter
ignoraſſe acquiſitionem atq; ceſsionem factam ip-
ſis de Veritate. quia reſpondeo eorū iuri in rem con
ſtituto eodem anno in menſe Februarij ſuperue-
nienti conuentione non derogari. d. l. in operis. d. l.
quoties, & l. potior, qui potio. in pign. tradunt om-
nes in l. cum quid, ſi cert. peta. & Neguſ. in dict. tra-
cta. de pig. & hypoth. & quanuis ante denūciatiatio-
nem Guagnini ipſi aliquid deberent, non tamen ſe-
quitur, ceſsionem huiuſmodi ad incommodum eo-
rū de Veritate elidi: quia, ut in facto pręſupponitur,
etiam compenſando id in quo creditores ſunt Ema-
nuelij, adhuc ſupereſt ſumma eis debita, in qua Ex-
cellentis Domini Allegri relatione ſunt condemna-
ti. Quare æquius ſit et iuſtitię cōuenientius unicuiq;
quod ſuum eſt reddi. l. iuſtitia eſt. ff. de iuſt. & iure.
29 † Idque præſertim, cùm Emanuelij mercaturā exer-
ceant, in cuius foro iuris apices negligi ſolent. Bart.
l. Quintus. ff. mandati. Ruin. & Soci. rubr. ff. de uer-
bo. oblig.

Nec obeſt factum Guagninorum non debere at-
tendi in remouenda compenſationis exceptione, ea
ratione quòd debiti cauſa de pręterito ſit. quia re-
ſpondeo in hac ceſsione ob commodum ceſsionarii
facta, ſola ſcientia debitoris efficit, ut nihil uel cedē-
tis cōſenſu ceſsionario noceri poſsit, tametſi renun-
ciatio ipſa legitimè facta nomine eorum de Verita-
te ſufficiat, ut interim nihil Guagninis rectè ſolui
potuerit, & idcircò nec compenſari. d. l. iii. C. de no-
uat. cum aliis ſuperius adductis. Quamobrem ex his
puto, partes domini Excellentis Relatoris eſſe, ut
iudici ad quem referar bene fuiſſe ad relationem
Excellentis domini Allegri iudicatum, & malè
appellatum. Laus Deo.

Patauij nonis Nouembris 1556.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Banniti poſſunt teſtari attenta iuris communis di-ſpoſitione. & eſt communis ſententia. nu. ſeq.*
2 *Banniti noſtri temporis non amittunt iuris communis beneficium. & eſt comm. opi.*
3 *Banniti non amittunt ſucceſſionis beneficium de iure communi. & eſt communis concluſio, & nume. 21. fallit, ut nu. 23.*
4 *Banniti habent teſtamenti factionem actiuè & paſſiuè de iure communi. & num. 20. cum ſeq. ubi excipiuntur quidam caſus nu. 23.*
5 *Statuta ſiue iura municipalia iuris communis habent authoritatem.*
6 *Teſtandi facultas iurisgentium authoritate conſtat.*
7 *Banniti quando reſtituuntur in forma de qua ibi, alienationes interim factæ reuocantur.*
8 *Principis indulgentia, ſiue remiſſio bannito facta ex cauſa publicæ quietis plenius interpretanda.*
9 *Princeps quod ſingulari ratione ſubdito conceſſit, ad eius nutum reuocare poteſt. fallit tamen.*
10 *Pacis cauſa à regulis iuris recedi ſolet.*
11 *Clerici ſtatutis laicorum non ſubiacent.*
12 *Bannitus illegitimè non pōt auctoritate ſtatuti offendi.*
13 *Clerici bannum à iudice ſæculari prolatum, nullius roboris eſt.*

Metu

14 *Metu geſta, irrita eſſe.*
15 *Princeps priuando aliquem dominio rei ſuæ ex cauſa publica utilitatis, quod facere poteſt, debet tamen illi pretium refundere, ſiue ſoluere.*
16 *Bona emphyteotica, quæ ab eccleſia tenentur, non poſſunt à fiſco ſæculari publicari ſeu confiſcari. idem de bonis feudalibus nu. ſeq. ubi de cōi opin.*
17 *Bona emphyteotica eccleſiaſtica extraneum non admittunt hæredem. Item & bona feudalia. nu. ſeq.*
18 *Confiſcatione in generali non cōprehendi ius nō tranſmiſſibile ad hæredem extraneum. & eſt cōis opi.*
19 *Succeſſoris appellatio ad uniuerſalem referenda eſt. fallit tamen.*
20 *Banniti ſuccedunt ab inteſtato.*
21 *Deportati an ſuccedant.*

CONSILIVM XLVIII.

ADSIT MIHI DIVINAE LVCIS gratia, ut minus quàm fieri poſsit ab ipſius ueritatis ſcopo aberrem.

EX FACTO contigit Reuer. Do.
Aloyſium Luraſcum Rauennatem
anno Domini 1530. die xxix. De-
cembris in ciuitate Venetiarum
rogato presbytero Antonio Spithi
Eccleſię Sancti Barnabę titulato &
duobus teſtibus teſtamentum ipſum condidiſſe, atq;
in eo Mag. D. Hieronymum Aloyſium peditū Du-
cem ſtrennuum hæredem inſtituiſſe. Verùm cùm is
tempore conditi teſtamenti ob homicidium ban-
nitus eſſet, & eius bona fiſco apoſtolico applicata
eſſent, Clemens vii. eius nominis Pont. Max. bona
huiuſmodi omnia cuidam tubicini donaſſet, is ſanè
compulſus (ut palàm fatetur) ea D. Fabio Tiberto
longè minori ꝑtio vēdidit, quàm dimidii eſſet, immo
ner (ut audio) decimam iuſti pretij partem accepit.
quamobrem, cùm demum Pauli iii. ſucceſſori Lura-
ſcus ipſe ampliſsimo diplomate reſtitutus fuerit, q̄-
ſitum eſt quo pacto ipſi Magnifico hæredi ſuccurri
debeat, nō ſolùm aduerſus bonorum huiuſmodi de-
tentores, ſed etiam alios poſt confiſcationem inue-
ſtitos ab ipſo Reuer. Priore Sancti Ioannis Euange-
liſtæ in ciuitatis Rauennæ in bonis olim conceſsis
in emphyteoſim ipſi Luraſco & hæredibus? Item
quod ad ſummam trecentorum aureorum nomine
dotis ipſius Reuer. teſtatoris ſorori legatorum eo
bannito defuncto?

Ex hoc igitur themate plura diſcutienda eliciun-
tur. & primò, utrum iure qui exulat, teſtari potue-
rit ac de bonis illius diſponere.

Secundò, utrum bona huiuſmodi donata am-
pliſsimæ reſtitutionis beneficio, hęredi ſaltem ſint
reſtituenda?

Tertiò utrū inueſtiri debuerit potius hæres em-
phyteotę damnati uigore concordię initę inter cle-
rum Rauennatem & ipſos laicos.

Quartò, an inteſtatę ſorori potuerit ſuccedere
exul, & de bonis illis diſponere?

Quod ergo ad primum attinet, ueram concluſio-
1 nem exiſtimo, † potuiſſe Reuer. D. Luraſcum, ſecū-
dum communes iuris regulas teſtari, quamuis ſingu-
laris iuris diſpoſitio ei teſtamento nil prodeſſe po-
tuit. quod Iacob. ab Aren. docuit. in l. ex facto. §. ea
facto. ff. ad Senat. conſ. Trebell. num. vi. uerſ. ſed cō-
2 tra uidetur. ubi concludit, † bannitum noſtri tempo
ris, communis iuris beneficium non amittere: & id-
circò paſsim eos poſſe teſtari concluſum extat. Bar.
l. eius qui. §. j. uerſ. quæro an exbanniti noſtri tem-
poris. & l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dim.
& idem Bart. in q. incip. Statuto Lucanæ ciuitatis,
uerſ. ecce quęritur, ad fi. & Bal. l. j. C. de hęr. inſt. nu.
xxiiii. concludit ſecus eſſe in captis. unde ſatis in-
nuit, non captos ſecundum cōis iuris regul. teſta-
ri poſſe. & ibi ſubſcribunt omnes. Angel. Fulg. Salic.
Alexan. & Iaſ. & paſsim reſponſum extat: Feder. Sen.
q. inci. Talis eſt, Titius filiusfamiliàs. & Ang. q. inci.
Duo adinuicem. Et pertractando concludit Nel-
lus de Sancto Geminiano hanc eſſe communem ſen-
tentiam in tractatu bannitorum in prima parte ſe-
cundi temporis q. lii. nu. lii. & Alex conſi. xxvi. num.
3 iii. & iiii. † hanc communem atteſtatur, nempe ban-
nitum non amittere ſucceſsionis beneficium iuris
communis authoritate ei delatum. Et idē conſ. lxxv.
nu. v. in primo, & Ruin. conſi. cxxiii. n. primo, in iiii.
hanc communem affirmat, ut bannitus non amittat
quę ſecundum iuris communis diſpoſitionem ei cō-
4 petunt. † & icirco ea inſpecta actiuè & paſsiuè te-
ſtamenti eum habere factionem. & Reuerendiſsimus
Pariſ. conſil. li. nu. iiii. in primo. Quocircà, cùm Re-
uer. D. teſtator in ampliſsima Venetiarum ciuitate
5 teſtatus fuerit, † prout ſingularis iuris illius ratio
ſuadet, quod authoritas cōmunis iuris tuetur. l. om-
nes populi, ff. de iuſt. & iur. ubi Bar. q. i. & §. ius autē
ciuile. Inſti. de iure nat. gen. & ciui. & cap. ius autem
ciuile, j. diſtin. ubi Archid. in c. quæ in Eccleſiarum,
in Glo. j. de conſt. & tradūt Butr. Cardi. & Abb. in c.
quod ſuper his, de maio. & obed. conſequens eſt, hu-
iuſmodi hęredes inſtitutionē legitimè factam cēſeri.
c. quod ꝑcipit. xiiii. q. i. & l. Gracchus. C. ad leg. Iul.
6 de adulter. † nec enim ambigi ſolet, quin teſtandi fa-
cultas iuris gentium authoritate conſtet. quod Bart.
ſępius docuit. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. ad finē.
idem l. interdum. ff. de cond. indeb. & Caſt. l. teſtan-
di. C. eo. & ex facto nō ſemel Decius reſpondit cō-
ſil. cccxiii. nu. xiiii. & cccclv. nume. iii. & dxvi. nu-
mero vii. & dlvii. numero v. & dcviii. num. ix. Quo-
circà cùm præſupponatur Reuer. teſtatorem muni-
cipalis iuris authoritate bannitum fuiſſe, iuris gentiū
beneficia eū non amiſiſſe, uerius eſſe uidetur. c. cùm
inferior, de maior. & obed. Clementina ne Romani,
de electione. tradunt omnes in cap. quæ in eccleſia-
rum, de conſtit. in primo membro ſecundę diſtinct.
principalis Panormitani Abbatis. Cyn. Bart. Fulg. &
alii in. l. fin. C. ſi contra ius uel util. pub.

Ad ſecundum uideretur concludendum, reſtitu-
tionem ipſam à Paulo iii. factam in ampliſsima for-
ma Fabianis donationem infringere, dum in gratiā
abſolutionis & reſtitutionis Pont. pleniſsimè eos
reſtituit, ac in oībus & per omnia reponit, perinde
ac ſi nullum facinus commiſiſſent: vn̄ ex ratione ſub-
iecti plenius interpretandū vſ. e. cùm dilecti, de do-
natio. & l. fi. ff. de cōſtit. Princ. & c. decet, de reg. iur.
in

in vj. ſuadent & illins conceptionis verba latiſsima,
ibi,plenſſaimã, & ibi,in oĩbua & per oĩa.l.j.de leg.j.
7 ubi Docto. in regula ęquiparatorũ. † et cũ cõtingit
quem ſub hac forma reſtitui,& alienationes interim
factas reuocari, Card. cenſuiſſe vř.c.quia diligẽtia,de
elect.q.iii.& ibi Imol.& d.c.quæ in eccleſiarum. q.
vii. concludunt ſaltim confiſcationis nullum poſſe
allegari effectum. et Ruin.ſequi uidetur conſil. xxi.
nu.ix.in v.Nec enim dubium eſt, quin cauſa efficiẽs
habilis fuerit,ut pleniua reſtituere potuerit. c. propoſuit,de conceſſ.præb.l.eius eſt uelle.ff.de reg.iur.
& l.pater Seuerinam.ff.de condit.& demonſt. & iccirco authoritate ſingularia ciuitatis magiſtratibus
inhiberi poſſe traditũ eſt, ne pleniſsimę reſtitutionis effectus impediatur. Bart.conſ.cclxxvii. Domini Priores,in ſecundo dubio.& Anchar.cap.canonũ
ſtatuta,uerſ.quæro etiam de quæſtione.& Abb.cap.
Eccleſia S.Mariæ, de conſt. uerſ.ſecnoda quęſtio,in
qua conſului:licet hoc Iaſ.durũ exiſtimet in l. Gallua.§.Et quid ſi tantùm.ff.de liber.& poſthu. nume.
lxxviii.

8 †Et ſanè reſtitutionem huinſmodi plenius interpretandã ea ratione ſuaderi poſſe uidetur,quia Princeps eam ex cauſa pacis & publicæ quietis,& iccircò
publici commodi gratia feciſſe aſſerat. l. inter uerberatum.§.i.ff.de rei uend.& l.Lucius.ff.de euictio.
& tradunt oẽs in d.l.fi.C.ſi cont.iua uel mil. et d.c.
quę in Eccleſiarum, in ſecundo membro ſecundæ
diſtinctionis. et Butr.in c.cùm M. de conſtit.& Bal.
in l.quęcunque.C.de iur.haſt.fiſc.l.x. et Pontan.cõſil.cclxii.Pro deciſione.& ccclii.& Lap. allega. cencenteſima ad fin.& Cardin.conſi.lxxxix.Proreſponſione: & Ancha.conſi.cclii.Pro intelligentia, in fin.
& Ruin.d.conſi.xxi.nu.vii.

9 Non omitto,† & Principem ipſum,quod ſingulari ratione ſubdito conceſsit,ad eius nutum reuocare
poſſe.c.nouit,de iudic.ubi Innoc.aliud aduertit,cũ
Eccleſię,& iccircò non ſubdito Cæſar aliquod priuilegium concedit.quod Ioan.And.ibi But.& Abb.
nu.xii.xxiiij.& xxv.fatentur,& Dec.d.c.quæ in Eccleſiarum,plura reſponſa ſuperiua adducta allegat.
Quamobrem cùm reſtitutionis huius cauſa maximè
iuſta fuerit,nempe, ne abſẽtes de parte Eccleſiaſtica
pace inita cũ Bibellinis Cluſini Epiſcopi fruſtrẽtur,
auctori iuſtam ſubeſſe cauſam interim, etiam alienationem reuocandi.d.l.Lucius.d.l.item uerberatũ.
§.j.& Barto.d.l.quęcunque,ad fi. C.de fiſc. inſtrum.
lib.x.& Bal.c.j.de pace Cõſtan. uerſ.priuilegia omnia.Pont.l.ſed ſi hac.§.liberos. ff. de in ius.uocan. &
Abb.c.i.per illum tex.de paroch.& plura poſt Aret.
adducit Iaſ.d.l.Gallus.§.qudi ſi tantùm, nu.lxxviij.
10 ff.de lib.& poſthu.Nec † enim mirum eſt ob pacem
ſubditorum ſtabiliendam à regulis iuris recedi ſolere, quod Bal.& Angel. docuerunt l. conuentionum.
ff.de pactis,& Iaſ.d.§.quid ſi tãtùm.nu.lxxx.& lxxxi.
& Alex.conſi.xciiii.in v. Viſis.

Rurſus illud ſilentio non inuoluam, bannimentũ
huiuſmodi quod ad hunc presbyterũ attinet,nullum
uideri,ueluti ſtatuti laicorum auctoritate prolatum,
11 † cui clericorum ordo non ſubiacet.c.futurum.cap.
clericos.xii.q.i.& c.bene quidem. c. cùm ad uerum.
xcvi.diſtinc.& c.Eccleſia S.Mariæ, de conſtit. unde
lex pro iudicato nõ habet, quod non rite iudicatum
eſt.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cog.l.ius.§.condemnatũ.
12 ff.de re iud.† quare receptiſsimum eſt,ſi quis illegitimè ſit bannitus auctoritate ſtatuti non poſſe impune offendi.Bart.l.iii.§.ſi ſeruus,in fin. ff.de acqui.
poſſeſſ.& l.pen.ff.ad leg.Iuliam de adult.& Bal.l.ij.
13 ff.ſi quis in ius uoc.non ierit.† ubi in ſpecie loquitur de clerico à ſęculari iudice bannito.& Ang. d.l.
ius.§.condemnatum.& Felin.plurea adducit, & ibi
Dec.nu.xa.uerſ.tertiua caſua.& Alex.ex facto conſultus reſpondit conſi.lxxvii.Viſis,in iij.quam tamẽ
concluſionem pro ſolida affirmare nõ poſſum, cùm
ſtatuti formam nõ uiderim,nec ſciam, an Pont.ſedis auctoritate confirmatum ſit, minusque ipſius
bannimenti tenor in ipſa informatione tranſmiſſus
fuerit ſed tãdẽ cũ Magnif.D.hęres (ut in facto narratur) paratus ſit pecuniæ ſummam ab ipſo Magnifico
Fabio Tiberto numeratam ipſe tibicini refundere,
14 † & Ioanne conſentiente, & confitente metu compulſum alienationem huiuſmodi feciſſe, quã lex ab
inuito geſta non tuetur.l.metum autem pręſentem.
§.ſed ex facto ſcio.ff.de eo quod met. cauſa,retractari poſſe iure canonum uidetur.cap.cùm dilectus, de
his quæ ui metusùe cauſa. c.cum uirum, de ſponſal.
uel quia ultra dimidiam iuſti pretii longo interuallo
ſit deceptus.l.ii.& l.ſi uoluntate.C.de reſcind.vend.
Et c.cum cauſa.c.cùm dilecti.de emp.& uend.quare
& pleniſsima reſtitutione attenta,necnon pretij reſtitutione, & conſenſu Tubiani hæredia, cùm poſſeſſorum cauſa potior haberi debeat,idq; attenta reſtitutione publicę utilitatis.d.l. Lucius.ff.de euicti.
& l.ſerui.C.pro quib.cau.ſerui. lib. accip. ubi Bald.
15 Fulg.& Salic.aduertunt,† cùm princeps cauſa publicę utilitatis quem rei ſuę dominio priuat, pretiũ
ei refundendum eſſe.l.uenditor.§.ſi conſtet. ff.commun.pręd.ubi Bal.in fin. et glo. in l.Barbarius. ff.de
offic.prætor.& Archidia.c.principalem. q. xcviii.&
Dec.in d.l.quæ in Eccleſiarum,nu.xxvi.uerſ. & iſta
concluſio.

16 Ad tertium reſpondeo,† fiſcum ipſum nõ potuiſſe attingere bona, quę Luraſcua ipſe ĩ emphyteoſim
obtinebat ab Eccleſia ipſa.§.i.in authen.de embhyteo.quod Specu.aduertit in tit.locati, uerſ.neque,&
ibi Bal.uerſ.emphyteoſis:& docuit Bar. l.ſi finita.§.
17 ſi de uectigalibus.de dam.inf.† bonorum enim huiuſmodi conditio extraneum nõ admittit hæredem
Glo.l.j.ff.de bo.dãn.et l.j.C.de fund.patr.lib.xj.Alber.& Iaſ.in l.fin.C.de iure emphyt.& Bald.l.j.C.de
18 bonis liber. ubi † concludit, ius non tranſmiſsibile
ad extraneum hęredem generali confiſcatione bonorum non comprehendi,prout in feudo,& emphyteoſi.& Card. docuit Clem. ii. §.i.q.vii.de hæretic.
pertractat Ange.tractatu maleficiorum uerſ. publicanna,in fin.& Nellua de Sancto Geminiano in tractatu bannitorum in prima parte ſecundi temporia.
q.xxiii.& xxiiii.nu.xxiii.& xxiiii.& Card.cõſi.clxxvi.& Alex.conſi.lxx.incipiente.Verum emphyteoſis
in iiii.qui hanc communem ſententiam atteſtatur.
et Soci.cclxix.In cauſa quę uertitur.in ſecũdo.quãobrem,cùm facta fuerit ſeu inita conuentio inter
clerum & populum Rauennatenſem, ut quilibet inueſtitus ab eccleſia tranſmittat ius in emphyteoſim
ad

ad quemcunque hæredem ſeu ſucceſſorem, conſtat
Magnificum D. Hieronymum hæredem inueſtien-
dum cenſeri. l.j.§. ſi conueniat.ff.depoſiti. l.legem.
C.de pact.in huiuſmodi enim conceſsione initas cō-
uentiones omnes cuſtodiendas, traditum eſt.l.j.C.de
iure emphyt.ubi Bald.Salicę,& Iſſ.in princ. aduer-
19 tunt,& cap.potuit,locati, ubi Abb.& Imol.† ſucceſ-
ſoris enim appellatio ad vniuerſalem referri debet.
quod Bar.docuit l.pr.§.mater, in prima oppoſitione
uerſ.alij dicunt.ff.de leg.iij.& l.quædam.§.is autem.
ff.de eden.ubi Caſtrenſis & Bald. l.emptor, uerſ.In-
ſtrumentum.C.locati. & Florian. l.arbores. §. quic-
quid.ff.de uſufruct. & Imol. in l. quod dicitur.ff.de
uerbor.oblig.colum.penul.in fi.& Alex.l.ſtipulatio
iſta.§.hoc autem,eo.tit.de uerbo.obli.& Capra cap.
ſi pater, in vj. & Felin. c.quia, de iudic.niſi dictum
eſſet hæredibus & ſucceſſoribus.Alexā.conſi.cxciij.
nu.j.& ij.in ij.uel quibuſcumque ſucceſſoribus, quo
caſu de ſingulari intelligendum, Decius reſpondit
conſi.cclxxxj.in fi.

20 Ad quartum reſpondeo,† receptiſsimum eſſe.ban
nitum ab inteſtato ſuccedere poſſe,quippè quòd be-
neficium huiuſmodi á iure communi ei obueniat:
bannite autem ſit extra bannientis beneficia cum
ponere.Cin.l.eos.C.de acenſ. cui adſtipulatur Nel-
lus in d.tract.bannitorum in prima parte ſecundi tē
poris, q.iij.& iccirco Bar. concludit in d.q. incipiē.
Statuto Lucanæ ciuitatis, ex mente Iacobi de Arena
21 in d.l.ex facto,† bannitum iuris communis benefi-
cia non amittere. quam ſententiam communem at-
teſtatur Nellus in d. tracta. bannitorum, in prima
parte ſecundi temporis, q. v. quippè quòd inferior
facultas ſuperioris diſpoſitionem tollere non poſ-
ſit.d.cap.cùm inferior,& clemen.ne Romani, quo-
circà ſequitur Reueren. Luraſcum ſorori illius ſuc-
cedere potuiſſe, ſecundum iuris communis diſpoſi-
tionem.quod Bar.cenſuiſſe uidetur in quæſt.Statu-
to Lucanæ ciuitatis.& Cin.& Alber. in l.ſi qua pœ-
na.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. & communem hanc
ſententiam atteſtatur Nellus in dicto tractatu ban-
22 nit.in prima parte ſecundi temporis, q.xxxvij. † Et
quamuis non ignorem, Bal.aliud ſentire in eo exu-
le,qui ſententiam deportationis paſſus ſit. d.l. eius
qui.§. j.ff.de teſtam. quod Nellus aduertit in d. q.v.
prima parte ſecundi temporis, & Alexā.conſi.lxxv.
nu.viij.in primo, & conſil.cxvj.nu.iiij.in primo, ſe-
23 quutus Caſtrenſem,† declaret communem hanc cō-
cluſionem non eſſe ueram, quando bona ſunt ſita in
territorio ciuitatis à qua quis bānitus eſt,ut nec in il
lis ex iuris communis beneficio poſsit ſuccedere.
quia puto hoc quoque caſu communem ſententiam
procedere,cùm effectus banni reddit bannitum in-
habilem,quòd ad iuris ſingularis beneficia attinet:at
cùm ſucceſsio hæc à iuris communis beneficio per-
ueniat,conſequens eſſe uidetur,eius cōmodo Lura-
ſcum, ſecundum regu. carere non debere.Iacob. ab
Arena.d.l.ex facto.§.ex facto.Bart.& Bald. d. l.j.C.
de hære.inſtit.cum aliis ſuperius adductis, idq; po-
tiſsimùm ſtāte pleniſsima reſtitutione ex cauſa pu-
blicæ utilitatis, cuius effectus non facilè impediri
poteſt.Card.& Imol.d.c.quia diligentis, & Ruin.
in d.conſi.xxj.

Cùm tamen non uiderim formam banni,nec do-
nationis ipſius priuilegium ipſi Tibicini factę, nec
inſtrumenta uenditionis ſeu ceſsionis factę Do. Fa-
bio Tiberto ab ipſo Tubicine, nec inſtrumentum
concordiæ inter Clerum & Populum Rauennatem,
reſponſum certum omninò reddere non poſſum. l.
precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.l.ut reſponſum.
& l.interpoſitas.C.de tranſact.ubi Docto. vnde tu-
tius fortè eſſet gratiæ uiam experiri,facta oblatione
ſummę pecuniarum ſolutę ipſi Tubicini ab ipſis poſ
ſeſſoribus, uel earum auctori oblato eis iuramen-
to ſuper uera quantitate. Ex Patauio, prid.
Idus Iun. 1556.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Banniti noſtri temporis habent teſtamenti factio nem de iure, niſi iure municipali aliud caueatur.*
2 *Banniti noſtri temporis non æquiparantur deportatis.*
3 *Deportati factionem teſtamenti non habent, nec ea, quæ ſunt iuris ciuilis.*
4 *Banniti habent teſtamenti factionem paſſiuam.*
5 *Bona emphyteotica Eccleſię nō ueniunt in confiſcatione bonorum.*
6 *Bannito reſtituto à Principe, an bona donata reſtitui debeant.*
7 *Princeps nunquam præſumitur uelle iuribus tertij præiudicare.*
8 *Banni remiſſio ſiue gratia facta ob publicam utilitatem extenditur ad bona etiam alienata, ut illa reſtitui ſit neceſſe.*

CONSILIVM XLIX.

EXCELL. D. MARCI MANTVAE,
ſiue eius ſubſcriptio.

1 QVòD † banniti noſtri temporis
habeant teſtamenti factionē acti-
uam de iure communi,niſi ſtatuta
propria ciuitatis reſiſtant, & con-
ſequenter in caſu iſto dicti domini
Aloyſij Luraſchi, nō eſt dubitādū,
ut inquit Bartol. in l. eius qui, in §.j.& eſt uulgata
theorica.ff.de teſtam.& Bald. in l.fin. col.iij. C. ſi à
non competen.iud.& omnes in l. j.C.de hęredi.in-
2 ſtituen.† & noſtri temporis dixi, quia non æquipa-
3 rantur deportatis,aliàs † nec patriam poteſtatem re-
tinerent,nec teſtamenti factionem,nec ea, quæ iuris
Ciuilis ſunt,ut not.in l.illicitas,in §. qui uniuerſas.
pręſertim per eundem Bal.ibi in j.lectura.ff.de offic.
præſi. tradit Pau.Caſtrenſis conſil.lvj.in princ.uol.j.
poſt Iacob. de Arena & Barto. in l.ex facto.in §.ex
facto.ff. ad Trebel.& in q.Lucanæ Ciuitatis. non ni-
hil Glo.in §. relegati,reputata ſing.inſti.quib. mod.
ius pat.poteſtat.ſolu.

4 Et minus † quò ad teſtamenti factionem paſsiuã,
id eſt, quò ad ſucceſsiones: quoniam admitti pari-
ter poſſunt. Et potuit tunc dictua quondam D. Alo-
yſius, ut in auct. defuncto. C. ad Tertul. & in l. ſi necé,
in §. ſi deportatua. ff. deb. lib. Bar. in l. ſi qua pœna. ff.
de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Paul. Caſtren. in loco
præalleg. & Curt. iun. conſi. clxxxij. col. ij.
5 Quòd † uerò in confiſcatione bonorum non ne-
niant emphyteotica Eccleſiæ traditur plenè per Do-
cto. in l. ſi finita, in §. ſi de uectigalibus. ff. de damno
infect. in fi. & in §. j. in auct. de alie. & emphy. not. in
l. j. C. de iure emphy. & in l. fi. C. de fun. pat. lib. x. la-
tè Nell. Bartoli theoricam declarando in dicto §.
ſi de uectigalibua, in tracta. bann. prima parte xxj. tẽ-
poria, q. xxiiij. Capel. Tholoſa. deciſi. xxxiiij. Lam-
bert. per iura & auctoritates prædictas in tracta. iu-
ris patr. lib. iij. articu. viij. octauæ quæſtiouis prin-
cipalis, nume. vij viij. q. ita, ut ſtante conuentione
facta inter Clerum & Populum, ut ſuprà magnificua
dominus Hieronymus hæres præfati quondam D.
Aloyſij Luraſchi omninò ſit inueſtiendus: ſed nõ ſi-
6 ne aliquali difficultate, † an facta reſtitutione in
ampliſsima forma, bona iam donata reſtitui pariter
debeant. quia prima facie dubium faciebat reſtitui
7 non debere, † ex quo Princeps hoc caſu nunquam
præſumitur uoluiſſe uelleq́ue præiudicare iuri iam
acquiſito alteri. l. nec auus. C. de emancipa. lib. l. ij. §.
merito. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. l.
reſcripta. C. de preci. Imper. offer. l. ex facto. ff. de
vulg. & pupil. ſubſtitu. Bald. conſ. cccxxvij. colum. ij.
uolum. j. & conſi. ccclxiij. in j. col. ſed reſtitutionem
facere potiua cum iuſtitia, & ſemper ſaluo iure ter-
tij. l. j. ff. de conſtitu. Princ. l. meminerint. c. vnde ui.
Alexand. conſi. cxxj. colum. ij. uolu. quarto, & ma-
ximè dictorum bonorum mentione facta, ut idem
Alexand. dicit conſi. xv. in fine, eod. lib. aliàs reſtitu-
tio ex indulgentia Principis, ut iſta, quæ gratia etiã
appellatur, ab illa quam dicimus fieri uia iuſtitiæ, ut
in tit. de In integrum reſtitu. non differret: & tamen
longo differunt interuallo, ut pulcherrimè declarat
Barto. in l. cùm quis, in §. ſi quia pro reo, in princi. ff.
de ſolut. quia vno caſu ius tertij lædi poteſt, altero
autem non; & not. in l. Gallus, in §. & quid ſi tantùm.
ff. de liber. & poſthum. Verùm pro reſolutione dici
poteſt, ut etiam & fortius quò ad iſtud, & quò ad
alia quoq;, ut dictum fuit per Excellentiſsimum do-
8 minum conſulentem, † cùm facta ſit ob publicam
utilitatem pro bono pacis & quietis, quò ad bona
etiam alienata extendatur, ut ſentit Baldus in titu.
de pace conſtan. in uer. priuilegia. & Abb. in c. j. de
paroch. citati in dicto §. & quid ſi tantùm. quamuis
aliqui tenuerint contrarium per Gloſ. in l. ſecunda.
C. de in ius uoc. quam etiam ibi Barto. not. Bald. in
l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrba. prædi. Archidia. in capi.
peccatum, col. xxx. de regul. iur. in ſexto. Et ita fini-
to bello inter Ianuenſea & Venetoa, reſpondiſſe re-
fert, & malè, ut Moderni dicunt in dicto §. & quid
ſi tantùm. quoniam hoc ipſum quod dicitur in dicta
l. ſecunda, & aliis locis ad idem allegatis, procedit
& eſt uerum in reſtitutione bonorum qua nũquam
fuerunt reſtituti, non in hia quæ aliquo tempore ſua
propria & hæreditaria fuiſſe dignoſcuntur: & ſic
quod agatur hoc caſu, ut res redeat ad ſui propriam
naturam, quod etiam fauorabile ſolet reputari. l. ſi
vnus. §. pactus. uerſi. quod in ſpecie. ff. de pactis. cap.
ſtatutum, ubi Gloſ. celebrata à ſcribentibus in uerbo
numerandum, de præben. in ſexto. & conſequenter
extendendum. l. cùm quidam. ff. de libe. & poſthum.
& ut idem dominus conſulens dicit, quia ſcripturæ
non oſtenduntur, ut certum reſponſum reddi ua-
leat, ideo aliud dici nõ põt, niſi ut ſuprà concluſum
eſt. & tutius fore uiam gratiæ experiri cum obla-
tione ſoluendi ſummam poſſeſſoribus bonorum,
quam pro dictis bonia Tubicini donatario ſolue-
runt. Et ita quoque ego iuria eſſe dico, & ut in his
quatuor dubiis concluſum eſt de iure, ſaniori iu-
dicio ſemper ſaluo; inq́ue præmiſſorum fidem me
propria ſubſcripſi manu, & ſigillo meo etiam ſub-
ſignaui.

Marcus Mantua Benauidius,
Patauinua.

SVMMARIVM.

1 ☞ Pœnarum irrogandarum diſpoſitio, mitius quàm fieri poſſit, intelligi debet.

2 Hæredes inſolidum tenentur in indiuiduis, non tamen quò ad pœnas.

3 Hæres celans ſiue non deſcribens res hæreditarias in inuentario falcidia priuatur. & uide nu. 6. & 7. ubi de communi opinione, & nume. 13. de magis communi.

4 Pœna duplici quem puniri, ſatis durum eſſe lex dictat.

5 Pœna delicto conuenire debet.

6 Hæres omittens in inuentario prædij hæreditarij deſcriptionem, ſaltem in duplum condemnari debet. & uide nume. ſequen. quod etiam falcidiam perdit, & de communi opin. & nu. 13. & nu. 16.

7 Creditores aduerſus inuentarij confectionem ab hærede factam, habent probandi facultatem, quòd omnia bona non fuiſſe deſcripta.

8 Legis interna uirtus eſt honeſtas.

9 Dolum in contractibus abeſſe debere.

10 Lucrum conſequi ex proprio dolo, à iuris ratione prorſus diſſidet.

11 Pœnas quiſque luere debet in quo deliquit.

12 Beneficio legis potiri non debet, qui in eam delinquit.

14 Hæres doloſè aliquid in inuentario omittens deſcribere, inſolidum tenetur omnibus creditoribus.

15 Hæres omittens aliquid deſcribere in inuentario, quòd doloſè fuerit uerſatus, quæ coniecturæ ſufficiant.

16 Hæres omittens etiam unam rem in inuentario deſcribere, non ſolùm duplici pœna punitur, ſed omni iuris beneficio exuitur. & de communi opin.

17 Pœna mitior ut irrogetur, quomodo intelligendum ſit.

18 Iudex ipſa lege clementior eſſe non debet.

19 Legum correctio non facilè præſumitur.

CONSI-

CONSILIVM L.

ADSIT MIHI INDIVIDVAE TRInitatis lux, vt minus quàm fieri poſsit aberrem.

ILLVSTRISSIME & Reuerendiſsime Præſul, in cauſa appella-
tionis interpoſitę ad ampliſsimum
Tribunal ueſtrum ex parte Ioſeph
Portij Imolenſis aduerſus hæredes
Ser Vincentij Riccij Imolenſis à
ſententia lata à Magnifico Prætore Imolenſi, uide-
retur prima facie iudicandum eam ipſam in audito-
rio neſtro confirmandam, tameiſi hæredes huiuſ-
modi in duplum non condemnauerit: quòd omiſe-
rint doloſè prædium quoddam in ipſo inuentario
1 deſcribendum curare. † Nam utriuſque legiſlatoris
cenſura ita interpretari ſolet, ut pœnarum irrogan-
darum diſpoſitio mitius quàm fieri poſsit intelliga-
tur. c. eſtote, de regul. iur. in antiq. c. in pœnis, eod.
titu. in vj. l. Præſes, l. ſi de interpretatione, & l. abſen-
2 tem. ff. de pœnis. † Vnde licèt hæredes in indiuiduis
inſolidum teneantur, pœnæ tamen ipſius nomine
quemlibet pro hæreditaria parte teneri receptum
eſt. Bart. l. iiij. §. Cato, colum. ij. ff. de uerborum obli.
ubi Alexand. Claudi. & Moder. quibus adſtipulatur
dominus Marcus Mantua Patauinus dict. cap. in pę-
nis, nu. l. de regul. iur. in vj.
3 Secundò † idem ſuadere uidetur poſterior Iu-
ſtiniani conſtitutio in §. ſancimus, in auctentica de
hæred. & falcid. priuans hæredem ipſum aliquam
rem hæreditariam celantem falcidia, quod ad om-
nes atinet, quare Raineriùs Foroliu. cenſuit diſpo-
ſitionem. l. fin. §. licentia creditoribus, uerſiculo illo
uidelicet. C. de iure deliberan. poſterioris anctori-
tate correctam fuiſſe: & ita intellexit ſentire Accur-
ſium in dicto §. ſancimus, & in §. ſi uerò non feceris,
in eod. aucten. de hære. & falcid. in uerbo lucri, ibi,
ſed maiori pœna. quam ſanè ſententiam ſecutus ui-
detur Bal. conſi. ccxix. in primo, numero tertio, uer-
ſicu. tertiò quæritur. & Ange. in dicto uerſiculo il-
lo, in fine. nec ratione carere uidetur, quippè quòd
poſterioris legis hæc ſit conditio. l. non eſt nouum.
l. ſed & poſteriores. ff. de legib. quemadmodum &
in priuatis quoque diſpoſitionibus. l. pacta. C. de
pact. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis. C. de teſtamen.
4 tùm quòd pœnalis argumenti ratio id ſuadeat, † ne
aliâs hæres duplici pœna afficiatur: quod ſatis du-
rum uideri ſolet. d. l. abſentem, & l. ſi cui. §. iiſdem. ff.
5 de accuſa. † legis etenim honeſtas tunc demum cō-
ſpicua eſt, cùm pœnam delicti modo conuenientem
derogat. cap. non afferamus, xxiiij. q. j. cap. quæſiuit,
de his quæ fiunt à maiori parte. l. aut facta. ff. de
pœnis.
6 Oppoſitum tamen uerius eſſe exiſtimo, † quòd
immo ob prædij dolo omiſſam in inuentario deſcri-
ptionem, ut in ipſo proceſſu conſtat, Magnificus
ipſe Prætor hæredes huiuſmodi ſaltem in duplum
condemnare debuerit, quod cùm non fecerit, am-
pliſsimam præſtantiam ueſtram benè appellatum
& malè iudicatum diffinire debere: ſanxit enim Iu-
ſtinianus in dicto §. licentia creditoribus, uerſiculo
illo uidelicet, hæredem ipſum qui dolo aliquid
omittit, quod in inuentario non deſcribatur, duplū
hæreditati ad creditorum commodum refundere cō-
pelli. quod Bartolus ibi aduertit uerſicu. ultimo no-
to. & inferius uerſicu. ſecundum, & Alberi. poſt
Butri. concludit illius §. diſpoſitionem ad credito-
7 rum ipſorum commodum tendere; † quocircà Bal-
dus ibi colligebat ipſis facultatem competere pro-
bandi contra inuentarij tenorem, quamuis coram
eis ſit confectum. & Salice. nume. xxv. conuinctum
hæredem ad duplum eius teneri, inde colligebat,
quod dolo omiſit uel celauit quominus in inuenta-
rio deſcriberetur. quinimmo & Caſtren. numero
quinto non ſolùm pœnam dupli ad commodum cre
ditorum, hæredem hunc plecti docuit, ſed & falci-
diam, quod ad omnium legatariorum commodum
pertinet, amittere exiſtimauit; ut Alexander ibi
numero quarto receptius eſſe concludit per dict. §.
ſancimus, ponderando Gloſſ. in uerbo ne forte; &
Gloſ. in uerbo lucrari, in dict. §. ſi uerò non. & Iaſ.
ibi numero tertio, poſt Fulgoſ. nu. iij. & Corn. num.
iiij. uerſi. nota pœnam, receptiſsimum fatetur dupli
pœnam huiuſmodi caſibus commiſſam intelligi.
8 Cùm † enim internum ſit legis condimentum ho-
neſtas. l. prima. ff. de legib. cap. erit autem. quarta di-
ſtinct. l. prima. ff. de uari. & extraord. cogn. ibi, ſan-
cta quidem res eſt ciuilis etc. conſequens eſt,
9 vtriuſque cenſurę legiſlatorem † dolum in legitimis
actibus omnino abhorrere. cap. j. cap. ad noſtram, de
empt. l. eleganter. ff. de dolo. & cap. ſuper literis, cap.
ſedes, de reſcript. & l. ſecunda, in fine. ff. de except.
doli. ibi, quanquam in legibus, ut Bartolus aduer-
tit l. omnes populi, quinta quæſtione principali. ff.
de iuſti. & iure. ubi Seueri. & Iaſ. adſtipulantur. &
10 docuit Abbas rubri. de conſtitu. in fine. † quocircà
& ne hęres ex proprio dolo lucrum conſequeretur,
quod à iuris ratione prorſus diſsidet. capi. cum qui,
de prębend. in ſexto, & d. c. ſedes. & l. ſiue hæredita-
ria. ff. de nego. geſt. ubi Accurſius, & l. ſi ab hoſti-
bus. §. ſi uir. ff. ſoluto matrimo. legiſlator Iuſtinia-
nus optima ratione conſtituit, hęredem ipſum hæ-
reditarium corpus doloſè celantem dupli pœna ple-
11 ctendum, † ut in quo deliquit, pœnas luat, capi. lite-
ras, de tempo. ordina. & c. paſtoralis, de iure patro.
& cap. ultimo, de immu. Eccleſi. uerſ. cùm autem in
eo. & l. ſi operis. ff. de pœn. & l. ſi fugitiui, cum Glo.
in uerbo amputato. C. de ſeru. fug. quam ſanè ratio-
nem ipſe expreſsit in dicto §. ſancimus. ibi, mali-
gnitate etc. & paſsim Doctores aduertunt; Baldus
conſi. cclxv. in tertio, nume. primo. Cuman. conſilio
lxxiij. uerſicu. nam iſta ratione hæres. & Corneus
conſi. clxviij. In hac, in tertio. qua quidem ratione
12 † ceſſante ex legis contemptu, eius beneficio hære-
dem indignum, Alexand. exiſtimauit dicta l. vltima
in §. & ſi præfatam. C. de iure delib. Alex. conſi. lxx.
nume. j. in iiij.
13 Quæ † cùm eiuſmodi ſint, mirum uideri poteſt,
cur magnificus ipſe Prætor hæredibus hiſce parcen-
dum duxerit, quos tamen Iuſtinianus ad commo-
dum creditorum in duplum damnati ſanxit, uel om
ni beneficio inuentarij carere, ut plures exiſtimarūt.

Angel.de Gambilionibus in tract.de teſtamentis,in Glo.cxij.nume.xvj.& xvij.poſt Speculatorem in titulo de inſtrumentorum edit.§.fina. uerſicu. quid ſi aliquæ res,concludit hæredem celantem aliquam ré hæreditariam ad ſolum duplum teneri,& Odoffred. Cinus, Fulgoſiua, & Caſtrenſis rectius ſentire atteſtatur, quàm Barto. & Bald. quatenus omni commodo hæreditatis,idcircò hæredem priuari malunt, licèt nume.xviij.uerſicu.tu teneas, uideatur atteſtari Bartoli ſententiam in praxi ſeruari,quam & Alexander magis communem fatetur in dicto §. licentia, num iiij. & Guido Papæ in tractatu inuentarij,
14 nume.v. † concludit, hæredem hunc in inuentario aliquid doloſè omittentem tanquam legis formam contempſerit,inſolidum omnibus creditoribus hæreditariis teneri. & atteſtatur Accurſium idem cenſiſſe in dicto §. ſi uerò non, & Iacobum Beluiſium, Dinum, Rainer. & Bartolum in l.reſcriptum. ff. de his quib. ut indign. nec Salicetus diſſentire uidetur in aucten.ſed cùm teſtator.C.ad legem falci.qui ſa-
15 nè Guido Pap.num.vj.eod.tract.ſubiicit, † hæredis ſcientiam, itemque & formæ omiſsionem legitimas eſſe coniecturas deprehendendi dolum ipſorum hæredum.& pro utraque ſentẽtia,ſiue ut ſola pœna dupli commiſſa intelligatur,ut Salicetus in dicto uerſi. illo uidelicet,num.xxv.acriter contendit,& Franciſcus Porcellinus in tractatu de inuentario, q.iij. nu. vj. poſt plures quos adducit;ſiue ut omni commodo inuentarij priuetur tanquàm doloſus, & legis ipſius contemptor, à maioribus noſtris ex facto quandoq; reſponſum extat. Bald.dicto conſi.ccxix. in primo,
16 nume.iij.uerſic.tertiò quæritur,† concludens etiam vnius rei omiſsionem omni commodo ipſius inuentarij hæredem ipſum exuere,quia mala fide ſit confectum ab hærede malignante, licèt inquit de iure Codicis aliter prouiſum eſſe, dicto uerſic.illo uidelicet.pro qua ſententia adducit Bald. dictum §. ſancimus.& Fulgo.conſi xxiiij.uerſic.iure uero authenticorum,concludit,creditorum ſeu legatariorum eſſe electionem,an hæres dupli pœna plectatur,an omni beneficio inuentarij exuatur. & Ludouicus Pontanus conſi.cclxxvj.uerſ.quod ad decimum,reſpondit,eum ipſum,qui vnam rem celat in inuentarij cõfectione, non ſolùm duplicatam eam hæreditati refundere teneri.d.§.licentia creditoribus, dicto uerſ. illo uidelicet,ſed etiam ſi contingat ex legis falcidiæ diſpoſitione deductionem competere eius beneficio priuari,necnon & commodo quadrantis,Senatuſcõſulti auctoritate deducendi. & Panor. conſili.lxxiij. nume.viij.in ſecundo,idem concludit,ſecutus Bart. in l.Paulus & l.ratione.§.quod vulgò.ff.ad leg.falc. idem reſpondit Guido Papæ conſi.xlij. nume.iiij.& v.atteſtando hanc eſſe cõmunem ſententiam. & nuper Gratus Bononienſis conſi.xxv.num.iij,& iiij.in ſecundo,concludit omittentem vnam rem in inuentario apponere,non ſolùm ad duplum teneri,ſed omni illius beneficio exui. quam ſententiam communem atteſtatur, & ſubſcribit dominus Marianus iunior in conſi.cviij.in ij.nume.xliij. quamobrem cõſtat, hæredes huiuſmodi impune abire non poſſe,ſiue eorum ſententiam amplectamur, qui dupli pœnã tantùm commiſſam ſentiũt in dicto §.licentiam creditoribus.Fulgo.in dicto conſi.xxiiij.ſiue Bal.Bart. & Angeli de Gambilionibus,cõcludentium diſpoſitionem dicti §.ſancimus,eſſe attendendam,ut omnibus creditoribus hæreditariis hæres huiuſmodi obnoxius ſit,ſiue Pontani,Abbatis,Grati concludẽtium, omiſſam rem, duplicatam ob doloſam omiſſionem hæreditati refundendam,& rurſus omni beneficio inuentarij eundem priuari; ſanè à receptiſſima ſententia recedere nefas exiſtimatur. c. capellanus,de feriis,ubi Abb.nu.iij.& l.j.ff.de off.Quæſt. ibi,ſanè crebrior.& & Deci.conſi.ccccxij.nu.xiij.

17 Non † urget pœnarum irrogandarum conditionem ſuadere mitiorem interpretationem. d.c.eſtote. d. l. abſentem. ff. de pœnis, cum aliis ſuperius adductis.quia reſpondeo,huic rationi locum eſſe,cũ aliqua ſubeſt ambiguitas,cæterùm,cùm legis diſpoſitio clara ſit, ſecus.d.c.eſtote, in ſecundo reſponſo, & c. j.de præſump.& l.j.C.ad legem Corn. de ſicar. quod Bar.& Alex.dixerunt in l.non ſolùm. §. ſed & probari.ff.de noui oper.nunc.& Deci.c.in præſentia,de probat.nu.xvij.& idcircò cùm in præſenti negotio clara ſit legiſlatoris intentio, hunc ipſum hæredem, qui ſcienter,& ſi doloſè aliquid in inuentario deſcribere omiſit, dupli pœna plectendũ.d.§.illo uidelicet.Vel quod fortius eſt, ut plures ſuperius relati ſentiunt,nullum ex ipſo beneficium conſequi poſſe. d.§.ſancimus.ubi Gloſ.Nicol.de Neapoli, &
18 Beluiſius, & Gratus in dicto conſil. xxv. † ſanè non decet iudicem ipſum legiſlatoris auctoritate & prudentia elementioré eſſe.l.proſpexit.ff.qui & à quib. & §.oportet,in aucten.de iudicib.& d.c.erit autem, iiij.diſtinct.ibi,ſecundum eas iudicare oportet, nõ de eis. quod D. Marcus Mantua ex facto conſultus reſpondit conſi.xiiij.nume.xliij.& nu.xciiij.& conſil.lxxv. nume.v. & conſil.xcv. nume.xvij. & conſil. cccxxxviij.nu.vj.

Secundò non urget diſpoſitionem dicti §. licentia, dicto uerſic.illo uidelicet, correctam contendi ex diſpoſitione dicti §.ſancimus, quod Rainer.Forliui & Bald.dicto conſi.ccxix. in j. itemq; & Angelen ſiſſe uidentur; quia reſpondeo, immo oppoſitum
19 uerius uideri: † non enim legum correctio facilè ſolet induci.l.præcipimus.C.de appel.l.iubemus.C. de teſta.c.cùm expediat, de elect.in vj. idque potiſſimùm, cùm Iuſtinianus in dicto §.ſancimus,& d.§. ſi uerò non fecerit,omninò conſtituerit ea lege cõſtitutionem illam promulgaſſe, ut prius editam muniat. quod Gloſſ. ibi in uerbo minuentes, aduertit. Prætereà & in dicto §.ſancimus,& dict.§.ſi uerò non fecerit,loquitur legiſlator quãdo hæres prorſus nullum inuentarium confecit,uel neglecta ab eo præfixa forma confecit: quo caſu omni commodo illius hæredem ipſum exuit. At in d.§.licentia creditoribus, dicto uerſ. illo uidelicet, cùm rite quidem ex ſolemni adhibita forma celebratum ſit, ſed tamen aliquid doloſè celatum uel omiſſum quominus in inuentario deſcriberetur,tunc dupli pœnam aduerſus hæredem committi Iuſtinianus ſanxit. quod Salice. egregiè diſſerit in d.uerſic. illo uidelicet,num. xxv.& xxvj.ubi atteſtatur ſeſe in cauſa ardua ita Bononiæ pluribus adſtipulantibus iudicaſſe. & Roma. Abb.& Guido Pap.idem ſenſiſſe uidentur, dũ concludunt

eludunt ex ſuperius adductis dupli pęnam hodie uigere ad uerſus hæredem celantem; ſatis ſanè intellexiſſe uideatur diſpoſitionem dicti §. ille uidelicet, non eſſe correctam.

Quamobrem ſatis conſtat Magnifici Prętoris ſententiam iuris ratione non ſubnixam, in melius reformandam eſſe, ne aliàs cum alterius iactura hæredi liceret doloſè ſeſe in hoc legitimo actu gerere: quod à iuris candore prorſus alienum eſt. l.i.ff. de appella.ibi, melius. & d.c.eum qui, de præbend.in vj.& c.locupletari, de regul.iur.eo.lib. & l.nam hoc natura.ff.de cond.indeb.

Cęptis tuis adſit Seruatoris noſtri gratia Præſul ampliſsime, cui me ſemper deditiſsimum profitebor. Vale, Patauij, xij. Kal.Iulij 1556.

Portius Imolenſis.

SVBSCRIPTIO EXCELLENTISSIMI D. Marci Mantuæ. I. C.

CASVS iſte ex copioſiſsimè allegatis & deductis in præſenti conſultatione, deciſus iam ex nor.in l.fi.in §.licentiam.C.de iure delib. & in §.ſancimus, in aucten.de hære.& ſalci.non nihil Anch.in conſi. ccccxj.colum.iij.& Rom.conſi.cclxxvj.ad finem, ſanè dubitationem habere non uidetur. conſiderantes quoque quòd inuentarium legitimum, & non doloſum eſſe debet, nempè ꝙ omnia contineat clarè & diſtinctè.l.ſi quis intra, & ibi Bald.C.de bon.damn. & in ſimili ſi tutor malè ac ſtudioſè ipſum confeciſſet, quòd grauiter punireaut.l.j.§.ſolent.ff. de offic. præfect.vrb.l.in eos, & utrobique idem Baldus.ff.de tut.& ration.& ſic in ſententiam concurro Excellẽtiſsimi D.conſulentis mihi uti fratris honorandi, & ſicut ut in ea concluſum eſt, ita iuris eſſe dico, ſaniori iudicio ſemper ſaluo, & in fidem manu propria me ſubſcripſi, ſigilloque etiam ſubſignaui.

Laus Deo.

M. Mantua Benauidius Patauinus Iuriſconſ.
Comes Palatinus, & legum interpres minimus.

SVBSCRIPTIO EXCELLENTISSIMI D. Hieronymi Tornielli I. C.

SI ex proceſſu liquidò conſtare poteſt, quòd iſte hæres per dolum omiſerit illud prædium hæreditarium in inuentario deſcribere, abſque dubio iuxta aptam deciſionem.l.fina.in §. licentia. C.de iure delib.& communem ſententiam Doctorum ibi, iudex à quo debuiſſet iſtum hæredem ad reſtituendum, ſeu hæreditati quantitatem computandum in fauorem creditorum in duplum dicti prædij condemnare. Et cùm id per dictum iudicem factum nõ fuerit, nullam dubitationem habere poteſt concluſio ſuprà affirmata per Excellentiſsimum dominum Iacobum Philippum Portium mihi uti fratrem honorandum, uidelicèt per Iudicem ad quem pronuntiãdum eſſe bene appellatum, & malè in ea parte iudicatum. & dictam ſententiam reformando, prædictum hæredem condemnare duplum reſtituere. & propterea Ipſius domini conſulentis ſentẽtiam omninò probo abſque alia iurium allegatione, quia præſens caſus nullum dubium habere uideatur.

Ego Hieronymus Torniellus Iuriſconſul.& Iuris Cæſarei interpres in fœliciſsimo Patauino Gymnaſio, ſaluo tamen ſaniori iudicio, in cuius fidem manu propria me ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſubſignaui.

SVBSCRIPTIO EXCELL. FEDERICI Rogerij I. V. D.

CVM conſtet hæredem iſtum doloſè omiſiſſe prædium in inuentario deſcribere, prout apertè dicitur per Excellentem dominum Iacobum Philippum Portium dominum meum in conſilio ſuo, meritò omnibus dictis per excellentiam ſuam quò ad præſentis caſus deciſionem acquieſco; & ita de iure iudicandum cenſeo, ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

Ego Federicus Rogerius in Patauino Gymnaſio Iuris Cæſarei minimus interpres.

SVBSCRIPTIO EXCELL. ANTONII Cathari I. V. D.

CVM circa caſum præſentis conſultationis nullam uidetur eſſe probabilem dubitationem, niſi quatenus in ipſo inuentario, ut moris eſt, in fine clauſula illa appoſita fuiſſet, quòd proteſtentur cõficientes inuentarium reponere uelle ea, quæ ponenda eſſent in ipſo inuentario, ſi appoſita non fuiſſent, ut tradit Specul.in titu.de inſtru.edit.§.fin.uerſicu.quid ſi tutor.& Angelus in l.j.ff.ſi cui plus, & in l.fin.§.ſin autem ubi Bartolus & Baldus. C. de iure delibet. & idem Barto. conſil. cxciiij. exordiente Exiſtens.& ob id ſtante dicta clauſula uideretur recedendum à ſententia Excellentiſsimi conſultoris. nihilominus dico, quòd quando etiam dicta clauſula in ipſo inuentario appoſita fuiſſet, hæredes ipſi ea iuuari non poſſent, quin in duplum condemnarentur, cùm omiſsio prædij ſcienter facta proponatur, ut Speculator concludit præallegato §. fina. uerſicu.iiij. uerſicu. ſi omnia, & Barto. in lege prima, §. item ſolent, de officio Præſidis, & Pariſius in conſil.duodecimo, uolu.ſecundo, nume.xxviij.allegant textum in dicta lege fina. C. de iure deliber. & ob id eo pedibus in ſententiã domini Iacobi Philippi Portij Imolenſis, nec aliter iudicari poſſe cenſeo, quàm per eius Excellentiam concluſum fuit.

Antonius Chatarus I. V. D. & in florentiſsimo Patauino Gymnaſio Iuris ciuilis interpres.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Gradus prerogatiua non attenditur, quando deſcendentes ſubſtituti, ſunt in ſtirpes uocati, non autem in capita.*
2 *Marianus Soci. iunior conſ. cxxxv. in primo. & cxliij. in ij. reprehenditur.*
3 *Teſtamenti pars vna per aliam declaratur.*
4 *Clauſula apposita in uno capitulo an porrigatū ad aliud.*
5 *Subſtitutio uulgaris non ſolùm fit in inſtitutionibus, ſed in legatis etiam & fideicommiſſis.*

CONSILIVM LI.

EXCELLENTISS. D. HIERONYMI Tornielli I.C. Paduæ legentis.

IESVS CHRISTVS
inuocatus adſit.

DICET Dominus Hieronymus ſit
in gradu remotiori, quàm dominus Syluius, non ſolùm attenta ꝓximitate domini Ludouici, uerùm
etiam proximitate ipſius teſtatoris; attamē uidentur militare omnes rationes, & omnis urgentia fundamenta, ex quibus concludendum eſſe uidetur, quòd eo reſpectu ꝙ
ſit remotior in gradu, non ſit ullo modo excludendus: uerùm quòd admitti dēat, prout admiſſus fuiſ-
1 ſet Alexander eius pater. Et primò, † quia teſtator
deſcendentes ſubſtitutos uocauit in ſtirpes, non autem in capita, quo caſu non attenditur gradus prærogatiua, uerùm filius admittitur in locum patris, ut
poſt Fulgoſium, Paulum & Corneum in auct. defuncto C. ad Tertullianum, & alios quos refert, conclu
dit Pariſ. in conſi. xcviij. per totum conſilium, & in
in conſ. xxxvj. nu. v. & conſi. xl. nu. viij. & num. xxxv.
in ij. Soci. conſi. ciiij. nu. v. in iij. & dicit Fulgoſ. in d.
auct. defuncto. quod in iure nunquàm reperitur caſus, in quo attendatur gradus prærogatiua, quando
ſucceſsio fit in ſtirpes, non autem in capita. & quāuis
aliqui Doctores uelint, quòd attendatur gradus prærogatiua, etiam in caſu quo ſucceſsio debet fieri in
ſtirpes, non autem in capita, ita ut illa qualitas ſuccedendi in ſtirpes attendatur in pluribus diuerſarū
2 ſtipitum, qui ſint pares in gradu, † ut per Socinum
iuniorem conſi. cxxxv. nu. vij. in j. & conſi. cxliij. nu.
lxxxj. in ij. attamen ſua opinio non debet attendi,
quia nihil allegat ad probandum ſuam opinionem,
nec facit mentionem de præallegatis Doctoribus,
qui expreſsè firmarunt contrarium. uel ſaltem reſtringi debet ad caſum, in quo teſtator expreſsè diſpoſuit, ꝙ ſubſtituti admittantur ordine ſucceſsiuo,
ut expreſsè diſtinguit Pariſ. in præallegato conſi. xl.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd teſtator ſucceſsionē
in ſtirpes, & non in capita conſtituit ſolùm in eo capite in quo ſubſtituit deſcendentes domini Ioannis
Franciſci de Capitibus liſte, non autem in capite in
quo ſubſtituit deſcendentea ſuos. quis ad iſtud reſpondetur, quòd ex quo ſubſtitutio deſcendentium
teſtatoris eſt ambigua, quia non fuit expreſſum an
ſucceſsio fiat per capita, an per ſtirpes, quòd ideò ueniat declaranda per conſequens caput dictæ ſubſti-
3 tutionis: † quia vna pars teſtamenti per aliam decla
ratur. l. qui filiabus, in prin. & l. ſi ſeruus plurium. §.
fin. ff. de leg. j. & tantò magis quia nulla ratio diuerſitatis conſiderari poteſt, per quam dici ualeat, teſta
torem noluiſſe ſucceſsionem fieri in ſtirpes, & non
in capita, magis inter deſcendentes domini Franciſci, quàm inter deſcendentes ipſius teſtatoris: quo
caſu in utroque capite debet procedere dicta diſpoſitio ſucceſsionis in ſtirpes, iuxta l. cùm pr̄. §. dulciſſimis. ff. de lega. ij. & plura alia quæ congregat Pariſ.
4 in d. conſ. xcviij. † ubi tangit plenè an clauſula appoſita in vno capitulo porrigatur ad aliud: quæ gratis breuitatis non referuntur.

Secundò pro eadem opinione plurimùm urget,
quia ex uerbis ipſius teſtamēti apertè apparet, quòd
teſtator in hoc ſuo perpetuo & irreuocabili fideicōmiſſo de familia & domo de Capite liſte uoluit eſſe
ſubſtitutos adinuicem legitimos maſculos ex legitimo matrimonio deſcendentes in perpetuum, vulga-
5 riter, pupillariter, & per fideicommiſſum. † quo ſtāte ſequitur, quòd cùm vulgaris ſubſtitutio non ſolùm fiat in inſtitutione, uerùm etiam in legatis & fideicommiſsis. l. ut hæredibus. ff. de lega. ij. & apertè
colligitur ex notatis per Bart. Paulum, Aret. & Ang.
in l. quamdiu, ultima. ff. de acquir. hæred. quod propterea dominus Hieronymus cenſeri debet ſubſtitu
tus patri ſuo, non ſolùm per fideicommiſſum, ſed ēt
per vulgarem: ita quòd in ea portione fideicommiſsi, quam dictus eius pater fuiſſet conſecutus, intelligatur ſubſtitutus per fideicommiſſum; ita ut dictus eius pater poſt eius mortem intelligatur grauatus reſtituere portionem, quam fuiſſet conſecutus
reſtituere domino Hieronymo eius filio. in portione uerò eiuſdem fideicommiſsi ad quem uocatus
fuiſſet eius pater, ſi ſuperuixiſſet, & quam non potuiſſet conſequi, ex eo quia deceſsiſſet ante euētum
fideicommiſsi per vulgarem in eius locum intelligatur uocatus idem dominus Hieronymus eius filius.
vnde quia eius pater erat ſubſtitutus per fideicommiſſum dicto domino Ludouico, & ad portionem
dicti domini Ludouici non potuit admitti ex eo,
quia prædeceſsit ante dictum dominum Ludouicum, ſequitur quòd dominus Hieronymus cenſeri
debet ſubſtitutus dicto eius patri quòad propriam
portionem, quam per fideicommiſſum fuiſſet conſecutus, & quòad portionem dicti domini Ludouici, quam non potuit conſequi per vulgarem: ita ꝙ
ad portionem dicti domini Ludouici ipſe debet ſuccedere in locum patris ſui: nam ſi ſecus diceremus,
illa vulgaris ſubſtitutio in hoc fideicommiſſo nihil
poſſet operari; quod non eſt dicendum. l. ſi quī, in
prin. ff. de leg. j. c. ſi Papa, de priuileg. in vj. Fortificatur, quia dici pōt, quòd ratione in hoc primo capite
ſubſtitutionis nō fuit adiectum, quòd ſucceſsio fieret in ſtirpes, & non in capita, ex quo ſatis fuit apponere clauſulam illam uulgariter, pupillariter, &
per fideicommiſſum, quæ magis expreſsè includebat,
quòd filius in huiuſmodi fideicommiſſo ſuccederet
in locum patris, quàm illa clauſula in ſtirpes, & non
in capita. Et quia in ſecundo capite non erat appoſita illa clauſula uulgariter, pupillariter, & per fidei-
com-

commiſſum, propter eà fuit appoſita illa alia clauſula in ſtirpes & non in capita. & ex utraque clauſula colligitur manifeſtè mentem teſtantis eſſe, quòd filius ſuccedat in locum patris in huiuſmodi fideicommiſſo.

Non obſtat quòd teſtator in eo capite in quo priuat eum ex deſcēdentibus ſuis, qui alienaſſet aliqua bona ſideicommiſſo ſubiecta, priuetur commodo fideicommilsi, & quòd dictũ eius commodum nadat ĩ proximiores de domo & familia ipſius teſtôris. qa ad iſtud reſpondetur; quòd obiectum procederet, ubi dicta diſpoſitio intelligeretur, de proximiori in gradu tantùm. ſed ſi intelligeretur de proximiori in ſtipite, ideſt de ijs, uel eo. qui in ſtipite ſit ꝓximior, obiectum non procederet; ex quo per id nun excluderetur, quin filius uocetur in loco patris, prout quando ſucceſsio ſit in ſtirpes, non in capita, prout ſuprà dictum fuit; quoniam filius reſpectu ſtipitis dicitur eſſe in eo gradu in quo eſt pater ſuus, quia huiuſmodi uerbum debet intelligi hoc ultimo modo de proximiore, reſpectu ſtipitis, ut concordet cũ præcedentibus, igitur etc.

Secundò reſpondetur, quòd etiam caſu quo in iſto capite teſtator uoluiſſet bona transferri in proximiorem in gradu & non debere attendi proximitatẽ ſtipitis, nõ proptereà poſſet inferri quòd in aliis capitibus & in caſibus fideicommiſsi euenientis per mortẽ nõ uoluerit attendi proximitatem ſtipitis, ita quòd filius ſuccedat in locum patris, prout ſuprà diſpoſitum fuerat. nam fideicommiſſum in caſu alienationis eſt diuerſum à fideicommiſſo in caſu mortis, ut latè per Doctores in l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de leg. i. & ideo de uno non poteſt inferri ad aliud. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum concordantibus. pro qua ſolutione facit, quia excluſio iſtius alienantis, & uocatio proximioris ad portionem alienantis, comprehendit non ſolùm deſcendentes ipſius teſtatoris uerùm etiam deſcendentes domini Ioannis Franciſci de Capitibus liſte: unde, cùm clarè ſit, quòd deſcendentes domini Io. Franciſci de Capitibus liſte in caſu fideicommiſsi euenientis, per mortẽ ſunt uocati in ſtirpes & non in capita, & ſic iuxta ꝓximitatem ſtipitis, & ut gradus, neceſſe eſt ad euitandam contrarietatem, quòd iſtud ſequens caput ſubſtitutionis in caſu alienationis, intelligatur de proximitate ſtipitis, prout pręcedentia capita. Vel intelligi debeat de proximitate gradus, quòd reſtringatur ad caput ſubſtitutionis in caſu alienationis, non autem extendatur ad ſubſtitutionem in caſu mortis. Accedit, quia in eo capite in quo, aliquo ex his ſubſtituto decedente diſponit, quòd ita demùm uoluit alios ſubſtitutos admitti, ſi erunt capaces ad acquirendum & retinendum bona ipſa, aliàs ſi erit inhabilis, quòd portio, quæ ad illum potuiſſet deuenire, ꝑueniat ad alios: & ſic in iſto capite non uocat proximiores ſimpliciter, ſed aliàs abſolutè: quo caſu ſequitur uel quòd teſtator in omnibus capitibus intelligit de proximitate ſtipitis, quod eſt falſum, uel quod uoluit conſtituere differentiam inter ſubſtitutionem in caſu alienationis, & ſubſtitutionem in caſu mortis uel incapacitatis.

Hieronymus Torniellus Paduæ legens.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Fideicommiſſum ſimplex & abſolutum inducitur per uerba expreſſa & diſpoſitiua, non autem per ſolam prohibitionem alienationis.*

2 *Fideicommiſſum induci per quæcunq; uerba non ſolùm diſpoſitiua, ſed enunciatiua.*

3 *Filij ſiue nepotes ſubintrant in locum parentum, ſic ut ſimul admittantur cum alijs licèt gradu ſuperioribus in fideicommiſſo, quod an ſit uerum, latius diſputatur. & de communi opin. & magis communi. & uide nu. 6. & 9.*

4 *Gloſſæ intellectus in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. ij. & nu. 7.*

5 *Nepotes ſuccedere in locum parẽtũ cùm agitur de ſucceſſione aui uel patrui, quomodo intelligatur. & de magis communi opin.*

6 *Fideicommiſſo relicto familiæ ſoli proximiores admittuntur, nec fit gradus repræſentatio.*

8 *Text. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, de legat. ij. declaratur.*

9 *Fideicommiſſo in ipſo ſi plures uocentur ordine ſucceſſiuo per nomen collectiuum familiæ uel ſimile, quòd tunc attenditur proximitas grauati, & quo ordine alij ei ſucceſſiſſent.*

10 *Teſtator in dubio cenſetur uoluntatem ſuam regulare ſecundum ius commune.*

11 *Fideicommiſſis in ipſis ſucceditur teſtatori, & non grauato.*

12 *Pars una teſtamenti aliam declarat.*

CONSILIVM LII.

EXCEL. CHRISTOPHORI CHARtularij I. V. D.

IN CAVSA domini Syluii de Capitibus liſte Patauii contra nob. Dominos Hieronymum & Alexãdrum, duo ſunt pręſupponenda. Alterum quòd in facto uerſatur. alterum uerò quòd in certa & indubitata iuris diſpoſitione conſiſtit. Primùm itaque præſupponitur, ex q. domino Bartholomęo filio & hærede inſtituto in teſtamento nob. quondam domini Io. Federici teſtatoris, ex cuius teſtamento nunc agitur, natum fuiſſe dominum Rolandum, qui genuit D. Ludouicum ultimò defunctum ſine deſcendentibus, & ex D. Petro ſimiliter filio & hęrede præfati Do. Io. Federici ortum fuiſſe D. Camillum patrem D. Syluii, deinde ex domino Federico æquè filio prædefuncto natos fuiſſe dominos Hieronymũ & Carolum, & ex domino Hieronymo Do. Alexandrum patrem D. Hieronymi aduerſarii D. Syluii, & ex D. Carolo deſcendiſſe D. Federicum, ex quo ortus fuit D. Alexander ſimiliter aduerſarius: & conſequenter in facto pręſupponitur dominos Ludouicum & Syluium fuiſſe pronepotes præfati domini teſtatoris, dominos uerò Hieronymum & Alexandrum fuiſſe abnepotes eiuſdem. Aliud iuſſus præſupponitur in iure, ualet ex diſpoſitione D. Io. Federici

rici fuiſſe inductum ſimplex & abſolutum fideicō-
1 miſſum nob.familię de Capitibus liſte, † per uerba
expreſſa & diſpoſitiua, non autem per ſolam prohi-
bitionem alienationis; iuxta latè tradita per Soci. in
l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. obl. & in conſi.
ccxxvij. & cclj. parte ij. ac conſi. xlv. parte tertia, per
Decium conſil. xxiii. ccxviij. cclxxxvij. & ccclxxvij.
cum concordantibus conſultò poſthabitis, cùm in
caſu propoſitu ſatis clarum & ſimplex ſit fideicom-
miſſum abſque eo quòd diſcutiatur articulus ille, an
& quando p prohibitionē alienationis ſimplex in-
ducatur fideicommiſſum, uel demum ſequuta con-
trauentione. Verba enim teſtatoris diſpoſitiua in-
ducentia fideicommiſſum clara ſunt tàm ante quàm
poſt inſertam teſtamento prohibitionem alienatio-
nis, per illa uerba: Item reliquit, iuſsit & ordinauit
quòd infraſcripta ſua bona infra annotanda ſint ſub
perpetuo & irreuocabili fideicommiſſo de familia
ſeu domo de Capitibus liſte. Et primò in ſuos legi-
timos maſculos & naturales & de legitimo matri-
monio natos, & per legitimam & naturalem lineam
deſcendentes in perpetuum, quos ſubſtituit uulgari-
ter, pupillariter, & per fideicommiſſum donec in
mundo reperientur, & illis deficientibus uadāt pdi-
cta & infraſcripta bona ſua & totū fideicōmiſſum in
filios legitimos & naturales deſcendentes quondam
famoſiſsimi & celeberrimi Docto. domini Ioannis
Franciſci etc. prohibitio poſteà ſequitur; & poſt eā
iterum, & ſic ipſe declarauit & declarat quòd huiuſ-
modi bona ſua immobilia in fideicommiſſo conten-
ta & inferius exprimenda debeant perpetuò ſine di-
minutione cōſeruari in familia ſeu domo de Capite
liſte. Nulli igitur dubium eſſe debet, quin per huiuſ-
modi uerba diſpoſitiua inductum ſit ſimplex fidei-
commiſſum & abſolutum familię prædictę, ſecundū
proprios terminos. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff.
de leg. ii. & l. fin. C. de uerb. ſig. intelligendo illa iura
ſecundum illam intelligentiam quòd ſemper proxi-
mior intelligatur grauatus reſtituere hęreditatē ſeu
dicta bona proximiori, prout intellexit ibi Caſtr.
2 † quęcunque enim uerba non ſolùm diſpoſitiua, ſed
etiam enunciatiua inducunt fideicommiſſum, dum-
modò conſtare poſsit de uoluntate teſtatoris: ad
tradita per Soci. conſi. ccxxvii. in princ. His ita præ-
ſuppoſitis, cùm deceſſerit dominus Ludouicus ſine
aliquibus deſcendentibus hęrede inſtituta domina
Violante ſorore ſua, quęritur, quis nam admitti de-
beat ad dictum fideicommiſſum relictum familię ut
ſuprà; an dominus Syluius ſolus, an uerò cum eo ēt
præfati domini Hieronymus & Alexander? In qua
difficultate, prima fronte uidebatur dicendum, eos
3 omnes ſimul fore admittendos, ita † ut pręfati domi-
ni Hieronymus & Alexander gradu inferiores do-
mino Syluio ſubintrent in locum parentum ſuorum
& ſimul admittantur, iuxta diſpoſitionem. §. cùm au-
tem filius, & §. fin. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtat.
defe. & §. i. in auct. de hęredi. quę ab inteſtat. ueni. &
ita in indiuiduo uidetur tenuiſſe Glo. ſi referatur ad
terminos tex. in d. §. in fideicōmiſſo. in ver. proximo.
d. l. cū ita. quam quidē Gloſ. Imol. ibi dicit fortè &
ſic dubitatiuè poſſe intelligi & ſuſtineri, ut inuiten-
tur eo modo, quo inuitarentur ad ſucceſsionem de-

functi. hanc opinionem uidetur ſequi Alexan. conſi.
lxxxviii. in princ. uol. j. dicens quòd Doctores in d.
§. in fideicōmiſſo, uidentur communiter tranſire cū
d. Glo. quod conſiliū eſt repetitum in conſi. cxxxvii.
eodem uol. & uidetur etiam ſequi Bald. conſil. cccc-
lxxxviij. parte tertia. & Aret. conſ. clxij. col. fin uerſ.
uenio igitur. Videntur ergo admittendi pręfati Hie-
ronymus & Alexander abnepotes quondam domi-
ni teſtatoris cum pręfato domino Syluio pronepo-
te, cùm uideantur ſubintrare in locum parentū ſuo-
rum. d. §. cùm filius. Veruntamen ſi diligenter &
maturè omnia conſiderentur, cōtrarium de iure ue-
rius eſſe in terminis propoſitis liquidò apparebit,
uidelicet quòd dñs Syluius ueluti proximior gra-
uato ac etiam teſtatori admitti debeat ad dictum fi-
deicommiſſum relictum familiæ excluſis antedictis
dominis Hieronymmo & Alexandro, non obſtanti-
bus allegatis ſuprà. namque in primis opinio contra
d. Glo. magis communiter aprobatur, ut oſtendam.
4 † aduertendo tamen prius quòd ipſa Gloſ. non uide-
tur habuiſſe hāc mentem, ut ad fideicommiſſum ad-
mitantur qui ſunt in gradu impari, ſed dixit quòd
quandoque id contigit in ſuccedentibus iure hære-
ditario, ut oſtēdit textus ab ea allegatus in auth. ceſ-
ſante. prout eleganter perpendit Dec. in conſi. j. &
nonnulli alij inter eos, qui pro hac opinione infrà
allegabuntur. contrariam itaque opin. quòd immo
5 † id quod dicitur, nepotes ſuccedere in locum paren
tum ſuorum cùm agitur de ſucceſsione aui uel pa-
trui. d. § cùm autem filius, intelligendam eſſe qñ ſuc
ceditur iure hæreditario, non autē quādo ſuccedit ur
ex fideicōmiſſo, firmat Bald. in d. §. in fideicommiſ-
ſo, quia ille textus ſolam proximitatem gradus conſi
derat, & diſponit proximiores admitti, quos magis
uidetur dilexiſſe. Baldum. ibi ſequitur Rapha. Cuma.
& Flor. idem Raph. Cuma. conſi. cvii. Aret. in d. §. cū
autem filius, uerſic. deinde iſta regula. Capra conſil.
50. Alexand. conſi. iiii. col. iiii. uerſi. fortificantur ēt
prædicta, uol. iiij. & conſi. cxxix. col. ii. uerſ. iſtis ſic
ſuppoſitis, uol. v. Iaſ. in l. ij. C. de ſucceſſorib edicto.
& conſi. xxxvii. inter conſi. Rubei Alexand. nu. v. ubi
atteſtatur iſtam opinionem eſſe ueram & magis cō-
munem. Dec. conſil. i. ubi latè hanc opinionem di-
ſputat & defendit. & conſi. ccccviii. dicit ita fuiſſe
iudicatum in Rota Romanæ curiæ. & quòd Alexan.
adhęſit magis huic opinioni, qui idem dicit in d. l.
ij. C. de ſucceſſo. edict. num. v. & conſi. cccclxxviij. &
conſ. cccclxxx. nu. ix. & x. ubi ſimiliter atteſtatur hāc
eſſe magis communem opinionem. Pariſ. conſi. lx-
iiii. nu. xxxiii. uol. ii. Rub. Alex. conſi. xxxvi. & conſ.
xxxviii. Crotus inter dicta conſilia Rubei conſ. xxx-
ix. & Hieronymus Gratus conſil. xxvii. nu. xx. parte
prima: ubi dicit Glo. in d. §. in fideicommiſſo, cōmu-
niter reprobari. & in conſi. liiii nu. xviii. parte ſecū-
da, ſequitur hanc opinionem. & Gozadi. conſi. xxix.
nu. xvlij. ex quibus apparet quòd maior pars doctorū
maximę auctoritatis ſequitur hāc opi. & quòd ſecū-
dū eā fuit iudicatū per Rot. in curia Romana: nō eſt
ergo ab ea recedendum in iudicādo. præſertim cùm
pro ea ſit textus clarus, ſi non cauilletur, in d. §. in
fideicommiſſo, illum intelligendo ſecūdum Caſtrē-
ſem, quòd proximior rogatus cenſeatur reſtituere
cùm

cùm deceſſerit proximiori.poſt nominatos enim uo
cat textns ille proximiores,& his decedentibus no-
cat eos,qui ex his admiſsia proximiores lunt . ſimilt-
ter textua in d.l.fin.C.de uerbo.ſignifi.uocat proxi-
miores de familia gradatim. multùm etiam uidetur
confirmare hanc opin.l.peto.§.fratre.ff.de leg. j.nbi
teſtator petierat rem non alienari,ſed in familia re-
linqui;contingit alienationem fieri, & ſic eſt locus
fideicommiſſo,& ali qui de familia exiſtentes in gra-
du impari uendicabant, dicit modò Iuriſconſ.quòd
ita res temperari debet,ut proximus qnisque primo
loco ſit inuitatus.& nempe ſi hoc caſu fieri debuiſ-
ſet repręſentatio,uerißimile eſt, qnòd Iuriſconſul-
tus, id rxpreſsiſſet.nec ſimpliciter nec abſolutè pro-
ximiorem admiſiſſet.arg.l.unicæ.§.ſi autem ad defi-
6 cientis.C.de cadu.tollrn. † tenenda eſt igitur hęc
oplnio uelnti magis uera & magia communis, qnòd
in fideicommiſſo relicto familiæ, ſoli proximiores
admittantnr nec fiat illa repręſentatio gradus:& cō-
ſequentet quòd ſolus Syluius admittatur ad illud
conſequendum. Attamen ſi quia pertinax eſſe malit,
& contrarię opinioni adhęrere,quòd immo diſpoſi-
tio d.§.cùm autem filius.habeat locum etiam in fi-
deicommiſſo, & ſic qnòd opinio dictæ Glo.in d.§.
in fideicommiſſo,ſit uerior & magis communis , ut
aliqui auſi ſunt affirmare ; nihilominua dicendum
7 eſt,quòd etiam † ſecundum Gloſſam in d.§.in fidei-
commiſſo,dominus Syluius ſolus ſit admmitttendus
ad dictum fideicommiſſum,rectè intelligendo ter-
minos illius Gloſ.prout loquitnr iuncta Glo.præ-
cedenti in uerſ. & quę.ex his quę declarando textum
in ſecunda expoſitione dicit.& qui ex his, ideſt, qui
ex his proximis tempore mortis ſunt procreati.Vnde
cùm dicatur in textu uocat primum nominatos polt
eos omnes extinctos,qui de familia fuerunt tempore
mortis,& demū qui ex his proximo gradu ſunt pro-
creati, datur intelligi , Gloſſam nelle quòd poſt ad-
miſſos uocētur qni ex his admiſsi proximiores ſunt:
& per conſequens,quòd inſpiciatur proximitas gra-
uati iam admiſsi & defuncti. & ſubſequitur ſta-
tim alia Glo.in uer.proximo, quæ retenta dicta ex-
poſitione facta in præcedenti uerſ.dicit , ꝙ qui ſunt
in gradu impari ut fratres , & fratrum filij,ſimul ad-
mittuntur.& ſic coniungendo dictas Gloſſas ſimul
ſicuti una poſt aliam immediatè ponūtur,quòd exi-
ſtētes in impari gradu grauato ſemel admiſſo ſimul
admittuntur.nam Glo.præcedens iutellexit de his,
qui procreati ſunt ex his proximis tempore mortia
admiſsi,per tex.& poſteà retēta hac expoſitione po-
nit dictam concluſionem : neceſſe eſt ergo dicere,
quòd Glo.poſuit hanc concluſionem,quòd exiſten-
tes in gradu impari ſubintrent in locum parentum
ſuorum, intelligendo de exiſtentibns in gradu im-
pari ipſi grauato iam admiſſo,& in caſu quo de iure
admittuntur & ſubintrent, ut poſuit exemplum in
patruo.Et ita illas Gloſſas declarauit & communi-
ter teneri aſſeruit Soci.in conſi.ccxlix.ſub num.xxi.
uerſ.ſecundò dico, uol.ii.& in l.ſi cognatis.num.xl.
8 ff.de rebus dubiis.† & Soci.iunior ſimiliter declarat
& intelligit textum.in §.in fideicommiſſo.& Glo.in
his terminis dicit eſſe communem , & ab ea ueluti
communi non eſſe recedendum.& in dictis terminis

arguit quòd proximitas grauati,& non teſtatoris ſit
attendenda,in conſ.cxxvj.nu.xxv.nume.xxvj.uol.i.
quam opinionem ſequuntur quàmplures maximæ
9 auctoritatis Doct.† ita ut proculdubio dici poſsit
hanc eſſe magis communem,uidelicet ꝙ quādo plu-
res uocantur ad fideicommiſſum ordine ſucceſsiuo
per nomen collectiuum familię uel ſimile , tunc at-
tendatur proximitas grauati,& quo ordine granato
ſucceſsiſſent,qui ad fideicommiſſum contendunt,ut
eo ordine ad id admittantur : ut per Soc.ubi ſuprà.
& præſertim in d.conſi.ccxlix.ubi latiſsimè inſiſtit,
col.xii.uerſ.in contrarium quòd immo.ibique plu-
rimis maximiſque rationibns confirmat hanc opi-
nionem , & dicit ſe aliàs ita conſuliſſe,& ſuo conſi-
lio ſubſcripſiſſe Bal.à Bartolinis & Corn.& ita fuiſ-
ſe obtentum:& quod ita conſuluerunt Angelus &
Caſtrenſis.dicit etiam in dicta.l.ſi cognatis.ff.de re-
bus dubiis ita conſuluiſſe Alexandrum & Ioannem
Baptiſtam de Sancto Seuerino.idem Soci.in conſil.
lxxxvi.col.pen.uerſ.aliquando,& iiii.uol.iii. Corn.
conſi.xxii.ſub nu.xvi.uerſ.tamen uidetur quòd de-
ſcendentes ex Veronica,uol.ii.& conſi.xcvii.col. v.
& ſequen.ult.uol.Rube.Alex.conſil.xxxvi.qui etiā
in conſ.xxxviii.in fine dicit,quòd in conſulendo nō
eſſet recedendum ab opinione Soci.& Corn. quam-
uis eam mordere nitantur,dicentes,quòd ſemper ſi-
bi diſplicuit.Crotus in dicta conſi.Rubei conſ.xxx-
ix. Ruinus conſil. xl. inter dicta etiam conſil.Rubei.
idem Rui.conſ.clxxi.in fin.uol.ii.& conſ.clix.num.
ix.& conſ.clxvi.ſub nu.v.& conſi.clxix.col. ii.uerſi.
nec pręmiſsis.& nu.viii.ubi declarat eo caſu, quo pa
truus & nepos fuiſſent pariter ab inteſtato ſucceſſu-
ri grauato,putà auo uel patruo.& conſi,cxvii.nume.
xxv.& conſi.ccxxiii.nu. xviii.ac in conſi.ccxii.num.
xx.d.uol.Stepha.Ber.conſi.ccc.col.ii.uerſ.& primò
ad primum,lib.iii.Curt.iunior conſil.cxxv. Gozadi.
conſi.iiii.nu.xvii.qui refert conſi.Soci.prææallegata,
& dicit quòd idem conſuluit in aliis tribus conſiliis,
quę habet apud ſe manu eius ſcripta.Pariſ.conſil.xl.
nu.xvii.uol.ii.& Soci.iunior conſ.cxvi.num.xxv.&
conſi.cxxxv.nu.iii.uol.i.ſed latiſsimè & eleganter in
conſi.cxxvi. d.uol.ad quem me remitto ; quia ibi
oſtendit per multas & maximas rationes hanc eſſe
ueriorem opinionem,eamque tenuiſſe infinitos fe-
rè Doct.quos perpēdit & cumulat defendendo hāc
opinionē à morſibus quorundā, ut per eum.ſuppo-
ſita itaque pro uera opi.d.Gloſſ. in terminis noſtris
ſine pręiuditio uerioris opinionis,tamen dicendum
eſt, D.Syluium dictum fideicommiſſum conſequi
debere excluſis dominis aduerſariis , cùm ſit textus
in §.in fideicommiſſo. & d. Glo.& ſecundum com-
munem opinionem attēdi debeat proximitas reſpe-
ctu domini Ludouici ultimò defuncti & grauati , ut
hi ad fideicommiſſum admittantur,qui ad eius ſuc-
ceſsionem admiſsi fuiſſent de iure communi , & ſe
cundum terminos auth.ceſſante,putà fratres eius &
filii fratris prædefuncti,cùm ſimus in tranſuerſali-
bus,quo caſu nepotes in locum parentum ſuccedūt,
tunc demum cùm agitur de hæreditate patrui , ut fi-
lii fratris cum fratre defuncti , nec aliis datur ius &
priuilegium repręſentationis ſecundum textum cla-
rum in §.reliquum,in auth.de hęred.quæ ab inteſta.
ueni.

ueni.uerſ.huiuſmodi uerò prinilegium.& ita notãt
omnes in auth.poſt fratres.C.de ſuis & leg.& decla-
rat latè Dec.conſi.j.Rube.in d.conſi.xxxvj. & Soci.
iunior d.conſi.cxvi.nu.x.& conſ.cxlix.nu.vi.uol.ii.
cum multis concordan.conſultò prętermiſsis. & nõ
competit dictum ius & priuilegium reprę ſentatio-
nis & ſucceſsionis in locum parẽtum dominis Hie-
ronymo & Alexandro,cùm quondam dominus Lu-
douicus non fuerit eorum patruus, nec agatur ut hi
ſuccedant cum propriis filiis, iuxta declarationem.
tex.in d.§.reliquum,uer.huiuſmodi,etiam ſi ſuppo-
namus opinionem dictę Glo.eſſe ueriorem,quod in
fideicommiſsis fiat talis repræſentatio,quia tunc fie-
ret,quando grauatus defunctùs fuiſſet auus uel pa-
truus dominorum Hieronymi & Alexandri ſecun-
dum terminos dictarum Gl.in d.§.in fideicommiſ-
ſo. Aut enim falſum eſt ſecũdum primam opinionẽ,
quòd in fideicommiſsis ſit locus repræſentationi,&
ſumus uoticõpotes, quod dicti abnepotes excludãt.
Aut uerò opinio Glo.eſt uerior,& tũc ſecũdum ter-
minos earum debemus obtinere pro Magnifico do-
mino Syluio,quia dictę Glo.in hoc ſunt claræ, quòd
inſpiciatur proximitas grauati,& quo ordine ei ſuc-
ceſsiſſent.ſed certè ei non ſucceſsiſſent dicti aduer-
ſarij,igitur excludantur,quia non ſunt in gradu cũ
domino Ludouico,quòd repræſentatio fieri debeat,
quę fieret,ſi fuiſſet eorum patruus:& in his terminis,
uidelicet,qñ deceſsit auus uel patruus ; quibus ca-
ſibus fit talis interpretatio, ut loquuntur omnes Do-
ctores qui opinionẽ dictæ Glo.approbãt.ita decla-
rat Cort.in conſi.cxxviij.nu.viij.nu. xj.conſil. cliij.
nu.vi.& vii.& conſi.ibidem in princip.& Rui.d.cõ-
10 ſil.clxix.nu.viij.& alij.† teſtator enim in dubio cen-
ſetur uoluiſſe regulare uoluntatem ſuam ſecundum
ius commune , iuxta communem doctrinam Barto.
Alexand.& aliorum in l.hęredes mei. §. cùm ita. ff.
ad Senat.conſul.Trebellia.& ita dicit in propoſito
Dec.in conſ.ccxvii.prope finem,& Corn.in d. conſ.
cxxii.Soci.in d.conſi.cxlix. cum quibus concordat,
quod dixit Imol.in d. §.in fideicommiſſo. quatenus
dixit, Glo.poſſe ſuſtineri, ut cenſeantur uocati eo
ordine,quo ſucceſsiſſent defuncto.& Bal.in d.conſ.
cccclxxxviij.quatenus dicit conſiderandam etiam à
iure ordinatam affectionem & charitatem. Nec huic
11 concluſioni obſtat,quod dici ſolet,† quòd in fidei-
commiſsis ſucceditur teſtatori & non grauato.l.co-
hęredi.§.cum filiæ.ff.de uul.& puppil. quia reſpon-
deri poteſt multifariam,ut per Rube. d.conſ. xxxvi.
nu.viii.& per Corn.d.conſi.xxii. & xcvii.& Ruin.
conſi.clix.nu.viii.ac per Socinum iuniorem d.conſ.
cxxvi.nu.xlix.& ſequentibus,quorũ dicta non tran-
ſcribo,ſed ad eos remitto ; & pręſertim Ruinus d.
conſi.clix.nu.vi.uol.ii.Pręterea ad confirmationem
huius concluſionis,quòd ſolus dominus Syluius exi
ſtens in tertio gradu domino teſtatori admittendus
ſit excluſis dominis aduerſariis ſuis exiſtentibus in
quarto gradu,põderandũ eſt,ꝙ teſtator oſtẽdit ma-
iorem in eos dilectionem quàm in ulteriores;ſi qui-
dem exiſtentibus uſque ad tertium gradum tantùm,
& non ulterioribus promiſit,ſi non haberent filios
diſponere tàm per cõtractus , quàm per ultimas uo-
luntates de bonis fideicommiſſo ſubiectis in aliquẽ
uel aliquos de familia domini teſtatoris : primò tan-
tùm in eius deſcendentes ſi extarent,deinde eis defi-
cientibus in deſcendentes eius Barbani.ea propter ,
ſi dominus Ludouicus potuiſſet de dictis bonis te-
ſtari & diſponere ex permiſsione domini teſtatoris
in uita & in morte , quia deceſsit ſine deſcendenti-
bus,dicendum eſt,teſtatorem noluiſſe uocare eo ca-
ſu ſibi proximiores,ſed potius proximiores tali exi-
ſtenti infra dictum gradum,cui quamcunque diſpo-
ſitionem permiſit.& ſic patet etiam quòd hos lon-
gè magis dilexit , quàm ulteriores . & ſucceſsiuè ex
hac dilectione maiori cenſetur eos uocaſſe,non au-
12 tem ulteriores cum eis , † cùm una pars teſtamenti
alteram declaret,uulga.l.ſi ſeruus plurium. §. fina.l.
qui filiabus.ff.de lega.j.accedit etiam quòd ipſe do-
minus teſtator uoluit ſequuta alienatione cõtra ſuã
prohibitionem , bona alienata in proximiorem de-
uenire.cùm itaque dominus Syluius ſit proximior
domino teſtatori & grauato,dicendum eſt,quòd ſo-
lus ſuccedat in dicto fideicõmiſſo,cùm expreſsè uo-
cati ſint proximiores, ut hæc expreſsio teſtatoris
nõ ſit ſine effectu operãdi,ut in ſimili declarat Hie-
ronymus Grat.dict.conſ.xxii.colum.prima. Poſſem
ulterius inſiſtere & oſtendere, quòd in ulterioribus
pronepotum,& ſic in abnepotibus , & deinceps de-
ſcendentibus non fiat repræſentatio,cùm text.in d.
§.cùm autem filius,loquatur de nepote & pronepo-
te tantùm:& ita ibi intelligere uidetur Ioan. Fab. &
Areti.ille in uerſ.ſcilicet nota quòd.hic autẽ in uer-
ſic.nota ibi pronepotes.

Sed quia ex ſupradictis ſatis fundata eſſe uidetur
intentio domini Syluij,finem dicendi faciam ; hoc
ſolo addito, quòd non poteſt per aduerſarios fieri
fundamẽtum aliquod ſuper inſtitutione facta in di-
cto teſtamẽto de nepotibus ex filio prędefuncto. nã
teſtator cogebatur eos inſtituere , cùm ſui hæredes
fuiſſent effecti ſublato eorum patre. §. ſin autem &
neceſſarij.inſtitu.de hęredum qualitate,& differe.&
pręteriti rupiſſent teſtamentum.l.ſi anus.ff.de libe.
prętę.ad materiam.l.Gallus.ff.de libe. & poſthu. nõ
tamen propterea idem dicendum eſt de aliis,qui na-
ti non erant nec concepti tempore mortis teſtato-
ris,ad l.Titius,cum.l.ſeq.ff.de ſuis.& legiti. hęre. &
ideo uocauit proximiores in caſu fideicommiſsi ce-
dentis,ac etiam mentem ſuam aliter declarauit,alie-
nationem non permittendo,niſi uſque ad exiſtentes
in quarto gradu,ut ſuprà. L. D. O. M.

Secundum ſuprascripta cõſulo ego Chriſtopho-
rus Chartularius Iur.utriuſque Doctor,Veronenſis,
in quorum fidem etc.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Fideicommiſſo in ipſo admittuntur proximiores quotieſcunque teſtator reliquit familiæ & deſcendentibus , & alijs ſub nomine collectiuo uocatis.*

2 *Filius non ſuccedit in locum patris in ſucceſſione fideicommiſſi,ita ut admittatur cum proximiore.*

3 *Gloſſa in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg. ij. quæ difficilis intellectu eſt,elucidatur.*

4 *Lex habens plures intellectus,ſuper ea fundamentum fieri nequit.*

Alienare

5 *Alienare aliud eſt, aliud uerò alienanti conſentire.*
6 *Remedium.l.ij.C.de reſcind.uend.datur uendenti, non autem conſentienti uenditioni.*
7 *Vendere aliud eſt, & aliud uendenti conſentire.*
8 *Mulier prohibita contrahere, non intelligitur prohibita contrahenti conſentire.*
9 *Emphyteota alienans rem emphyteoticam cum pacto redimendi, quòd non cadat à iure ſuo.*
10 *Alienare prohibitus ſi alienat cum pacto de redimendo, an & quando per talem alienationem dicatur uoluntati teſtatoris contrauenire.*
11 *Ignorans non cadit in pœnam.*

CONSILIVM LIII.

EXCEL. D. ALLEGRI CHARTEcij. I. V. D.

VIſo & diligenter conſiderato propoſito themate atq; eleganti cōſilio Excellentiſſimi domini Chriſtophori Chartularii facilè deueni in eius ſententiam, quòd præfatus dominus Syluius ſolus admitti debeat ad dictum fideicommiſſum, ut potè proximior excluſis aduerſariis exiſtētibus in ulteriori gradu. Ii
2 quidem iura ſunt clara & aperta, † quòd quotieſcunque teſtator reliquit familiæ & deſcendentibus &
aliis uocatis ſub nomine collectiuo, ſemper proximiores admittuntur; ut habetur in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.ij.ibi, & qui ex his proximo
gradu ſunt procreati.in l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij.
ibi, ita res temperari debet, ut proximus quiſq; primo loco uidetur inuitatus. & in l.fin.C.de uerb.ſig.
ibi, & hoc gradatim fieri; cum aliis concordan.adductis per Glo.in uer. proximus.in d.l.peto.& §.fratre.
3 nec aliquo iure cautum reperitur, † quòd in ſucceſſione fideicommiſſi filius ſuccedat in locū patris, ita
ut admittatur cū proximiori, ſiue agatur de fideicōmiſſo aui uel alterius aſcendentis, ſiue collateralis.
quò ſit, ut cùm hoc nulliter diſpoſitum appareat,
ſtandum ſit legibus diſponētibus proximiorem ſolum admitti: concurrente illo uulgari dicto, de quo
in l.præcipimus, in fine.C.de appella.quod non mu-
3 tatur, quare ſtare prohibetur? & † profectò mirandū
eſt quòd aliqui Doctores auſi ſunt attentare contrarium per Gloſ.in d.l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.in
uerbo proximo.quę nihil aliud dicit, niſi quòd quādoque qui ſunt in gradu impari ęqualiter admittuntur; ut filij fratrum cum fratribus.auth. ceſſante.C.
de legiti. hære. uolentes illam Gloſſam habere relationem ad text. in §.in fideicommiſſo.& conſequēter decidere quòd in ſucceſſione fideicommiſſi non
ſemper attendatur proximitas, ſed quòd immo filii
fratrum ſuccedunt ſimul cum patruis. Nam certè
iſte intellectus eſt contra mentem ipſius Gloſſę, quę
nihil aliud uoluit facere, niſi oſtendere caſum, quòd
exiſtens in ulteriori gradu ſuccedit ſimul cum proximiori. qui caſus ſecundum legem, quam allegat,
habet locum in ſucceſſione ab inteſtato delata ex legis diſpoſitione, non autem in fideicommiſſo, quod
procedit ex diſpōne hominis. & ita optimè declarat
Decius in primo conſ.dicens quòd ſi dicta Glo.aliter intelligeretur, malè loqueretur. quod planè uerisſimum eſt: quia ſi attēderetur dictus intellectus nullo quippè iure aut ratione fundatus, deſtruerentur
infinita iura diſponentia in fideicommiſſis proximitatem debere attendi. non eſt igitur ullo modo
hoc dicendum, quòd per ſolam Gloſſam inducatur
correctio & deſtructio tot iurium, & eò magis cùm
talis Gloſſa habeat uarios intellectus. ſiquidem
dicitur ex doctrina Barto. in l. in ambiguo. ff. de
4 rebus dub. † quòd quando lex habet plures intellectus, in ea non poteſt fieri fundamentū: ut expreſſè
hoc firmat Præpoſ.in uſibus feudorum in titulo Epiſcopum uel Abbat.§.quin etiam.Soci.iunior in cōſ.
cx.nu.xviii.uolu.ii.& in conſi.cxxxiij.nume. v.eod.
uol.& plura ad propoſitum adducit Ioannes Neuizanus in ſylua nup. char.cxvii.col.j.ſi enim hoc procedit in lege, quantò magis eſt dicendum procedere in Glo.quę proculdubio eſt minoris authoritatis, quàm ipſa lex?

Cùm igitur opinio tenentium, in fideicommiſſo
aſcendentis, patrui filium ſuccedere in locum patris et admitti ſimul cū proximiori, nullo iure aut
ratione ſit fundata, & conſequenter merito magis
reprobata, ſuccedit ueriſſima concluſio firmata &
diffusè comprobata per dominum conſulentem, quòd
in præſenti caſu dominus Syluius ſolus admittatur
ad dictum fideicommiſſum excluſis præfatis aduerſariis. ad quorum excluſionem fuit adductum aliud
fundamentum, quod ueriſſimum puto, attendi debere in iſta ſucceſſione huius fideicōmiſſi proximitatem reſpectu domini Ludouici ultimo loco defuncti, non autem reſpectu domini Ioannis Federici
teſtatoris, per iura & rationes latiſſimè deductas per
Socinum ſeniorem in conſi. ccxlix. & per Socinum
iunio.in conſi.cxxvi.i.uol. qua proximitate attenta
ceſſat omnis prorſus dubitatio i re propoſita, ut Excellentiſſimus dominus Conſulēs clarè demonſtrauit, cum quo pro ueritate pertranſeo.

Circa aliam difficultatem, quam audio moueri
per dictos aduerſarios cōtra dominum Syluium facilè ex pluribus mediis tolli poſſe cenſeo. Dicunt.n.
ipſum priuatum eſſe ſucceſſione dicti fideicommiſſi, ex eo quòd conſenſit alienationi cuiuſdam poſſeſſionis comprehenſę in ipſo fideicommiſſo aliàs
factę per dominū Camillum eius patrem, prout de
tali conſenſu conſtat inſtrumento publico confecto
de anno 1532.& hoc ſtante, clara eſt diſpoſitio ipſius teſtatoris. Verùm pro tollenda dicta oppoſitione in primis conſidero, quòd aduerſarii ſupponunt
per conſenſum præſtitum alienationi iam factæ per
patrem ipſum incidiſſe in pœnam appoſitam per teſtatorem alienanti bona ſubiecta fideicommiſſo;
quod tamen eſt falſum, ſi rectè conſiderentur uerba
teſtatoris, quę loquuntur de alienante, non autē de
5 conſentiente alienationi. † aliud eſt enim alienare,
aliud conſentire alienationi: ut dicit textus ad literam in l.aliud.ff.de reg.iur.& tradit Bald. in l. ij.q.
6 xx.C.de reſcind.uendit. † ubi dicit, quòd remedium
illius legis datur uendenti, non autem conſentienti
uenditioni. & ad idem facit, quod notat idem Bald.
7 in rub.C. de pact.in fine. † quòd aliud eſt contrahere, aliud

8 re,aliud contrahenti conſentire.unde † mulier, quę prohibetur contrahere , non intelligitur prohibita contrahenti conſentire.facit etiam quòd qui prohibetur manumittere,non prohibitus eſt manumittẽdi conſentire. l.ij.§. ſi pater. ff. de manumiſſ.uind. Præterea ad hoc eſt textus ferè in indiuiduo in l. cũ pater.§.libertis.ff.de legat. ii.iunctis ibi not.per Gl. in uerb.alioquin.deciditur enim in illo tex.ſi teſtator relinquat prædium aliquibus,ut putà libertis, & petat ne illud alienent,ſed in ſua familia retineant, & unus ipſorum primò alienet partem ſuam, & aliquis deinde ſimiliter partem ſuam alienet:qui primò alienauit, non poteſt uendicare partes aliorum:quia iudicio teſtatoris non paruit.cæterùm,ſi unus ipſorum non alienauit partẽ ſuã, cæteri uerò partes ſuas alienauerint,& quorundam alienationi conſenſerit, poterit partes aliorum uendicare, quibus nõ cõſenſit.& ſic ibi eſt tex.expreſſus,quòd qui cõſentit alienationi , non dicitur alienare.ita not.in d.Gloſſ.in uerb.alioquin,& Bart.ibi in uerſ.quęrit Gloſſ. & ad hoc propoſitum iſtum textum allegat Deci.in regu. aliud,de reg.iur.

Nec obſtat ſi dicatur,quòd dominus Syluius non ſolùm conſenſit alienationi prius factæ per patrem, uerùm ſimul cum patre alienauit,pacto appoſito per ipſum patrem de redimendo,& ſic uidetur rem ipſam alienaſſe,quia ſtante dicto pacto non uidebatur alienatio abſoluta,& redimendo euitabant omnem
9 pœnam,† ut in ſimili de emphyteota alienante rem emphyteoticam huiuſmodi pacto redimendi, quòd non cadit à iure ſuo,tradit Iaſon per alios per eum relatos in l.iij.nu.cxxxv.uerſ.tenendo hanc opinionem.C.de iure emphy.Quoniam ad hoc unico uerbo reſpondetur,quòd dictum Iaſ.& aliorum procedit quando fuiſſet appoſitum pactum de redimendo incontinenti , ut ipſemet Iaſon declarat;ſed in caſu noſtro hoc uerbum,incontinenti,non erat adiectum in dicto pacto,& propterea alienatio facta per patrẽ induxit contrauentionem,non autem alienatio pa-
10 cti.&in ſpecie de qua agitur,† quòd prohibitus alienare,ſi alienat cum pacto de redimendo , niſi dicat incontinenti , dicatur per talem alienationem contrauenire uoluntati teſtatoris , tradit Iaſon in repet.l.filiusfamiliàs.§. Diui,in ii. lectura nume.lxxv. ff.de lega.j.

Secundò dico quòd ex alio dominus Syluius non debet dici priuatus;quia non conſtat,quòd habuerit ſcientiam,dictam poſſeſsionem eſſe de comprehenſis in dicto fideicommiſſo:& cum ageretur de facto alieno , in dubio pręſumitur ignorãtia iuribus uul-
11 ga.† & ignorãs non cadit in pœnam,ut dicit Barto. in l.non ab re,in fine.C unde ui.& alia exempla ponit Dec.in l.qui in alterius,de reg.iur.& in omnem caſum quòd ex aliquo ſtricto iuris rigore diceretur cecidiſſe,eſſet in integrum reſtituendus ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa,ut latè tradunt Bar. & Alexã. & alii in l.cum filius.§.in hac.ff.de verbo. obligatio.

Tertiò tollitur hæc oppoſitio ex uerbis teſtatoris ibi:Et ſi fecerit,uel fecerint,factum nõ teneat, et faciẽs pro ea uice priuatus ſit commodo et ſucceſsione dicti fideicommiſsi,quod tũc et eo caſu transferatur et uadat in proximiorem. illa enim uerba pro ea uice , ſunt clara,quòd non intelligitur priuatus, niſi illo caſu quo alienauit,non autem dicitur,quòd ſit priuatus in totum et abſolutè ab ipſo fideicommiſſo et eius ſucceſsione,quę poſteà per mortẽ aliorum deferretur , prout malè prætendunt aduerſarii : & cùm diſpoſitio teſtatoris ſit clara,non eſt ulterius inſiſtendum ſuper hac inani oppoſitione.

Non omitto tamen,dato ſine pręiuditio ueritatis, quòd dicta oppoſitio ſubſiſteret,& dominus Syluius ueniret priuandus ob dictam alienationem, nihilominus adhuc tale fideicommiſſum non deberet transferri ad ipſos aduerſarios,ſed ad filios ipſius Syluii : quia per eius contrafactionem factus eſt locus fideicommiſſo,in cuius ſucceſsione debet attendi proximitas reſpectu ipſius , non autem reſpectu teſtatoris ; iuxta ea quæ ſuperius latè deducta fuerunt.

Vt ſuprà concluſum eſt , ita iuris eſſe cenſeo ego Allegrus Charterius. I.V.D. Veronenſis ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filius non ſubintrat in locum patris in fideicommiſſis , quando plures uocantur nomine collectiuo. & latius per totum conſ. & eſt comm.opin.nu.ſeq. & nu.17.& uide nu.24.& ſeq.& 34.*

2 *Fideicommiſſis non datur repræſentatio .*

3 *Voluntas teſtatoris præcipuè in fideicommiſſis ante omnia inſpicienda eſt.*

4 *Subſtitutio regulatur ab inſtitutione.*

5 *Pars una teſtamenti aliam declarat.& uide num. 23.*

6 *Gradus prærogatiua non uidetur conſiderata , quando uocantur perſonæ in gradu inæquali exiſtentes .*

7 *Geminatio multùm operatur,oſtenditq́; teſtatoris enixam uoluntatem.*

8 *Subſtitutione in reciproca primò comprehenduntur hæredes inſtituti.etc.*

9 *Determinatio una reſpiciens plura determinabilia,pariformiter determinare ſolet.*

10 *Succeſſio in ſtirpes, quæ dicatur.*

11 *Clauſula in ſtirpes & non in capita , poſita in fine ſubſtitutionum , porrigitur ad omnes gradus.& uide nume.ſeq.*

12 *Teſtator cenſetur cum iure communi ſe conformare.*

13 *Verba teſtatoris ciuiliter ſunt intelligenda.*

14 *Filio ſubintrante in locum patris, nõ corrumpitur gradus,ſed repræſentatur.*

15 *Statutum ſi uocet proximiores ad ſucceſſionem inteſtati, adhuc tamen admittuntur illi, qui de iure cõmuni ueniunt ad ſucceſſionem repræſentando perſonas parentum prædefunctorum.*

16 *Verba,tunc & eo caſu,quam habeant efficaciam , & uirtutem.*

18 *Nominati ſpecialiter præferuntur,etiam ſi remotiores in gradu eſſent.& uide nu. 22.*

19 *Dilectio præſumitur ex honore.*

20 *Ratio quando unica eſt,nec alia poteſt aſſignari, habetur pro expreſſa,licèt non fuerit aſſignata.*

21 *Teſtatoris affectio potiſſimùm in fideicommiſſis conſideranda eſt.*

Subſti-

22 *Subſtitutione in ipſa ille prius dicit uocatus, in quem maior conſideratur teſtatoris dilectio.*
24 *Verba teſtatoris intelligi debent, ut ſonant, licèt ſecus eſſet in interpretatione legis.*
25 *Gloſſæ intellectus ſuper quo Doctores uariant in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. ij. quo caſu locum non habeat.*
26 *Text. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ipſiusque regula limitatur.*
27. *Vocati ſub nomine collectiuo, cenſentur inuicem ſubſtituti, gradatim tamen.*
28 *Verba ſecundum ſubiectam materiam diuerſimodè ſumi poſſunt.*
29 *Verba poſita in vno capitulo non cenſentur repetita in alio, & eſt communis opinio.*
30 *Dictio et, cuius ſit natura.*
31 *Extenſio de caſu ad caſum facilius fit in ſubſtitutionibus, quàm de perſona ad perſonam.*
32 *Clauſula poſita in fine ſubſtitutionis ad omnes gradus eiuſdem porrigitur. & uide nu. 38.*
33 *Principaliter quod agitur, attendi debere.*
35 *Bal. conſ. cccclxxxviij. lib. ij. declaratur.*
36 *Diſpoſitio teſtatoris in dubio cenſetur conformis diſpoſitioni iuris communis.*
37 *Argumentum de lege, aut ſtatuto ad teſtatorem ualidum eſſe.*
39 *Verba, tunc & eo caſu, denotant extremitatem temporis.*
40 *Alienatione prohibita, cenſetur etiam prohibita alienatio per uiam ultimæ uoluntatis.*
41 *Vincula duo magis ſtringunt, quàm vnum.*
42 *Prohibitio hominis ubi cum legis prohibitione concurrit, non ualet alienatio, etiam in caſu alias a iure permiſſo.*
43 *Bona præſumuntur libera, niſi contrarium probetur.*
44 *Filius an pœna aliqua affici debeat ex delicto patris.*
45 *Filius interueniens in contractu vnà cum patre, uidetur potius ob reuerentiam interueniſſe, quàm alia de cauſa.*
46 *Pater et filius ſimul contrahendo ſeu uendendo, præſumitur quòd pecunia ad patrem peruenerit.*
47 *Conſentiens alienationi factæ per alium, non dicitur teſtatoris uoluntati contrauenire prohibentis alienare.*
48 *Alienare aliud eſt, & aliud alienanti conſentire.*
49 *Ratificatio ſiue approbatio ſequuta poſt alienationem antea factam habet uim conſenſus, licèt alienationis tempore non interuenerit.*

CONSILIVM LIIII.

EXCELL. D. GASPARIS FABIANI, I. V. D.

PRAESVPPOSITIS Veriſſimis concluſionibus firmatis per Excellentiſſimos Doctores Veronenſes in cauſa domini Syluij de Capitibus liſte, contra dominum Hieronymum & Alexandrũ eiuſ-
1 dem familiæ, uidelicèt † quòd in fideicommiſſis, quãdo plures uocantur ſub nomine collectiuo filius non ſubintrat in locum patris. Item quòd proximitas attendi debeat, reſpectu ultimi grauati, non autem teſtatoris, in terminis fideicommiſſi, de quo nunc agitur, quia reſultant adhuc nonnullæ difficultates ex uerbis teſtamenti D. Ioannis Federici teſtatoris, ex quibus aduerſarij Do. Syluij coniecturam ſumũt, quòd teſtator ipſe uocare uoluerit omnes ſuos deſcendentes per lineas, non ſeruata gradus prærogatiua, & ſic quòd defuncto nuper Do. Ludouio, ex linea D. Bartholomæi vnius ex filiis teſtatoris nullo alio maſculo legitimè nato ex dicta linea ſuperueniente, ſuccedant pariter D. Hieronymus & D. Alexander deſcendentes à duobus ex nepotibus teſtatoris filiis, domini Federici ſimiliter filij eiuſdem præmortui, cum domino Syluio deſcendente ex D. Petro alio teſtatoris filio, licèt vno gradu proximiori, ideò ut tollatur oĩs difficultas, & ueritas clarius appareat, poſitis fundamentis partis aduerſæ, dabitur congrua (ni fallor) & uera reſponſio.
2 Quoniam itaq; licèt ſit uerum, & cõe dictũ, † ꝙ in
fideicommiſſis non datur repñtatio, vt tñ inter Do-
ctores conuenire, illud in dubio procedere, ſed
ubi ex cõiecturis colligitur teſtõrẽ uoluiſſe ulterio-
res ẽt admitti cũ ꝓximioribus, ceſſat ꝑdicta cõis cõ-
cluſio. Soci. in cõſ. xxxvij. col. j. uerſ. & pro fundamẽ-
to, iij. uol. Pariſ. in conſ. xxxviij. nu. xiij. j. uol. & Soc.
3 iun. in conſ. cxvj. nu. xv. & ſeq. j. uol. † nec mirum, cũ
uoluntas teſtatoris in ultimis diſpoſitionibus, & præ-
cipuè in fideicommiſſis añ oĩa ſit inſpiciẽda. l. in cõ-
ditionibus primum locum. ff. de cõd. & demõſt. l. cũ
uirum. C. de fideicõ. cũ ſimil. Primò ad cõiecturandã
mẽtẽ teſtõris, ꝙ uoluerit uocare ſuos deſcẽdẽtes ꝑ
lineas nullo habito reſpectu ad gradus ꝓrogatiuã ſeu
proximitatẽ multùm vr̃ facere, ꝙ in prima inſtitu-
tione æquè uocauit nepotes ex filio ꝓmortuo, in ea
portione tñ, in qua patrem eorum inſtituiſſet, ſi tũc
fuiſſet in humanis, ſicut uocauit filios obtinẽtes pri-
mum gradum. et ne quis dicat teſtatorem id feciſſe
ex neceſſitate inſtituẽdi, ne teſtm̃ rumperetur: quia
patre ſublato de medio obtinebant primum locum
ſuitatis: iuxta not. in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de lib.
& poſthu. ſubiecit teſtator ipſe poſtquàm iuſſit fi-
lios & nepotes hæredes remanere contentos de por-
tionibus eiſdem aſſignatis, quòd in portione non
remanentis contenti inſtituebat ſupraſcriptos ſuos
filios & nepotes contentos remanẽtes. & ſic apparet,
ꝙ extra caſum neceſſitatis uoluit ſimul uocare ne-
potes cum filiis. ſi enim tunc aliquis ex filiis mortuo
teſtatore noluiſſet acquieſcere mãdatis eius, certè ad
eius portionem fuiſſent admiſſi tàm nepotes quàm
alij filij pro eiuſdem portionibus, in quibus fuerant
4 inſtituti. † ſubſtitutio enim regulatur ab inſtitutio-
ne. l. ſi plures. ff. de vulg. & pupill. Deci. in conſ. cccc-
xij. in princ. Pariſ. in conſ. xviij. nume. lxxv. ij. uol. &
Soci. iun. in conſ. ciiij. in fi. & in cõſ. cxl. nu. vj. j. uol.
ſicut ergo teſtõr ĩ prima inſtitutione & ſequẽti ſub-
ſtitutione uocauit pariter filios & nepotes, licèt eſſẽt
in gradu inæquali, ita cenſendum eſt, ꝙ uoluerit eo-
5 dem modo uocare alios ſuos deſcẽdẽtes: † cùm vna
pars teſtĩ declaret aliam. l. qui filiabus, in princ. & l.
ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. cum aliis adductis
per Roma. in conſi. ccccxxxviij. in quarto dubio, col.
6 pen. & Pariſ. in cõſ. xl. nu. xvj. ij. uol. † Et quãdo quis

uocat perſonas exiſtentes in gradu inæquali, quòd
non uideatur conſideraſſe gradus prærogatiuam,
tenet Pariſ. in conſ.xci.nu.xxiij.ſecundo uol.ſed te-
ſtator in caſu noſtro nedum ſemel,ſed iterum etiam
uocauit inæquales in gradu. Nam poſt ſubſtitutio-
nem factam de ſuis deſcendentibus, ipſis omnibus
deficientibus uocauit tranſuerſales de familia. & in
primis D.Gabrielem,& dominos Annibalem & Si-
giſmundum nepotes ex fratre dicti domini Gabrie-
lis; & ſic diſpares in gradu; qui ſi caſus eueniſſet;
ſimul ſucceſsiſſent cùm ſint ſimul & ſpecialiter no-
minati,ut not.in d.§.rectè.& eſt text. in l.cùm ita.§.
in fideicommiſſo.ff.de lega. ſecundo. non tamen in
capita,ſed in ſtirpes:quia teſtator uocauit eos in ſtir
pes,& non in capita. cùm igitur appareat geminata
teſtatoris diſpoſitio uocantis inęquales in gradu,ſa-
7 tis conſtat quòd ſenſerit de aliis ſubſtitutis. † gemi-
natio enim illa multùm operatur, & oſtendit enixá
teſtatoris uoluntatem.l.Baliſta,ad Trebell.Barto.in
l.cùm ſcimus.C.de agric.& cenſit.lib.xj. Pariſius in
conſil.xxxviij.nume.xxviij.circa medium,colum ſi.
ſecundo uol.& Socinus iunior qui concordantes ad-
ducit in conſi.nonageſimooctauo,num.vndecimo,
& in conſ.cxxxiij.nume.tertio, uerſicu.& compro-
batur. j.uol.

Secundò declaratur mens & uoluntas teſtatoris
ex ſubſtitutione reciproca de omnibus ſuis deſcen-
dentibus, in illis uerbis: quos ſubſtituit vulgariter,
pupillariter,& per fideicommiſſum, donec in mun-
8 do reperientur. † Nam clarum eſt,quòd ſub iſta re-
ciproca ſubſtitutione primò comprehenduntur filij
& nepotes hæredes inſtituti,qui in iiſdem portioni-
bus cenſentur ſubſtituti,& eodem ordine, in quibus
inſtituti fuerant.d.l.ſi plures.& l.cohęredi.§.qui di-
ſcretas.ff.de vulg.& pupill.& l.j.ubi Doct.C.de im-
pube.& aliis ſubſtitu. Si igitur tunc deceſsiſſet vnus
ex nepotibus ſine liberis maſculis ante aditam hęre
ditatem uel poſteà quandócumque, eidem ſucceſ-
ſiſſent alij fratres eius ſimul re & uerbis cõiuncti uir
tute vulgaris ſeu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis re-
ciprocè factæ excluſis patruis, quòd ſi omnes nepo
tes pariter ſine liberis defuncti eſſent,tunc ſucceſsiſ-
ſent eorum patrui filij teſtatoris: ſimiliter econtrà
defuncto vno ex filiis teſtatoris ſine liberis, admiſsi
fuiſſent ad eius ſucceſsionem tam nepotes quàm alij
fratres defuncti nepotes tantùm in vna portione uti
repræſentantes vnius perſonam,cùm in eadem por-
tione fuerint etiam coniunctim inſtituti. & hæc ꝓ-
bantur in iuribus præallegatis cum ibi nota.& opti-
mè declarat Soc.iun.in d.conſ.cxl.j.uol.ſed cùm ne
dum filij & nepotes teſtatoris, uerùm etiam omnes
eius deſcendẽtes in infinitum comprehendantur ſub
illa reciproca ſubſtitutione, quicquid dictum eſt de
filiis & nepotibus,dicendum eſt de aliis deſcenden-
9 tibus ab eis; † huiuſmodi enim ſubſtitutiones om-
nes ſubſtitutos æqualiter determinare ſolent. l. iam
hoc iure.ff.de vulg.& pupilla.l.in teſtamento. C.de
milit.teſta.& utrobiq; not. quandocunq; ergo eue-
nit caſus,quòd vnus ex deſcendentibus teſtatoris de-
cedat ſine liberis maſculis,alij deſcendentes intelli-
guntur uocati eo ordine, quo uocati ſunt filij & ne-
potes,ut ſuprà dixi: exempli gratia: nunc deceſſe-
rit D.Ludouicus ſine liberis,pariter admitti debent
ad eius ſucceſsionem domini Hieronymus & Ale-
xander, ſicut dominus Syluius, licèt ſit proximior:
quia ſic etiá admiſsi fuiſſent eorum parentes.ſi enim
D.Bartholomæus auus Do. Ludouici unus ex filiis
teſtatoris deceſsiſſet ſine liberis,ita eidem ſucceſsiſ-
ſent nepotes ex D.Federico eius fratre pręmortuo,
á quibus deſcendũt præfati domini Hieronymus &
Alexander,ſicùt alij fratres eiuſdem Do. Bartholo-
mæi,uidelicet D.Antonius & D.Petrus,á quo deſcẽ
dit Dom.Syluius: alioquin ſi domini Hieronymus
& Alexander ſuccederent ſimul cum Do. Syluio in
portione domini Ludouici, non ſeruaretur æquali-
tas reciprocæ ſubſtitutionis.nam,ſicut ſi deceſsiſſent
domini Hieronymus & Alexander ſine liberis, Do.
Ludouicus uirtute prędictæ ſubſtitutionis eiſdem
ſucceſsiſſent in dimidia,ita & econtrà domini Hie-
ronymus & Alexander eidem ſuccedere debent, ut
ſeruetur æqualitas inter antedictos.

Tertiò clarius adhuc conſtat,ꝙ teſtator non con-
ſiderauit gradus prærogatiuam in ſucceſsione ſuorũ
deſcendentium, ſed eos uocauit per lineas. poſtquá
enim declarauit mentem ſuam, ꝙ uolebat quædam
ſua bona immobilia ſubiacere perpetuo & irreuoca
bili fideicommiſſo in familia de Capitibus Iiſte,ad-
iecit ordinem,ſecundum quem omnes illi de fami-
lia haberent ſuccedere. et primò uoluit dictum fi-
deicommiſſum deuenire in ſuos deſcendentes ma-
ſculos legitimos & naturales in perpetuũ, quos ſub-
ſtituit etc.& illis deficientibus, ꝙ uadat in filios le-
gitimos & naturales deſcendentes q. D.Io.Franciſci
de Capitibus Iiſte eius barbani,uidelicet in dominũ
Gabrielem & dominos Annibalem & Sigiſmundum
olim filios D.Franciſci,qui erat frater D.Gabrielis,
& in eorum filios maſculos legitimos & naturales,
& ex eis legitimè deſcendentes in ſtirpes, & non in
capita.ſed illa uerba in ſtirpes,& non in capita, hoc
important,ut qui in gradu ſunt remotiores parentũ
perſonas repræſentantes æqualiter ſuccedant cũ ꝓ-
ximioribus,ita tamen,ut ſi plures ſint,non plus per-
cipiant, q̃ parentes eorum, quos reprę ſentarent, ſi ui-
10 uerent, conſequerentur. † & hæc propriè uocatur
ſucceſsio in ſtirpes,ut inquit Imperator in auctẽ. de
hæred.ab inteſt.ueni.§.j.ibi, quam ſucceſsionem in
ſtirpes uocauit antiquitas.& §.cùm filius. uerſicu.&
quia placuit,& §.item uetuſtas,uerſ.ita tamen, inſti.
11 de hæred.quæ ab inteſta. defer. † clauſula ergo præ-
dicta in ſtirpes & non in capita, poſita in fine om-
nium ſubſtitutionum,porrigitur ad omnes gradus:
ut in ſimili Decius in conſi.lxxix.prima colum.cum
cõcordantibus ibi ꝑ eum adductis, & Crauet.in cõſ.
clv.nu.x. et maximè, quia diuerſa ratio aſsignari nõ
poteſt, cur teſtator uoluerit tranſuerſales ſuccedere
in ſtirpes,magis quàm ſuos deſcendentes in ſtirpes
ſuccedere.Nam præterquàm quòd nepotes ſimul cũ
filiis uocauit,ex quo expreſsè apparet de eius inten-
tione,ita etiam eidem teſtatori ſucceſsiſſent ab in-
teſtato ex iuris diſpoſitione,ut in §.primo, in auct.
12 de hæred ab inteſta.uenien. † ſecundum quam cen-
ſetur teſtator uelle ſe conformare, ut nota.per Bart.
& alios in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell.
Corne.in conſi.xxxvij.nume.iij.primo uolu. Pariſ.

in d.

in d.conſi.xl.nn.xxxiiij.ſecundo uol.& ubi illa ner-
ba in ſtirpes & non in capita, apponuntur in ſubſti-
tutione quòd filius ſubintret in locum patris, & ſu-
blata ſit difficultas, de qua per Doct.in d.§. in fidei-
commiſſo, tradit Socinus in conſi.ciiij.nn.iiij.tertio
uol.Pariſ.in conſi.xxxvj.nu.v.in conſ.xxxviij.num.
ix.& ſeq.eum concord. ibi per eum adductis, & in
conſi.xcj.nume.xxiiij. & in conſi.xcij.nume.lxviij.
lxix. ſecundo uoln. ubi dicit hanc eſſe communem
opinionem.& Soci.iunior in d.conſi.cxvij.& in cō-
ſil.cxl.j.uol.

Quartò ſuadetur hæc interpretatio uoluntatis
teſtatoris ex uerbis poſitis in ꝓhibitione detractio-
num falcidiæ, legitimæ ſeu trebellianicæ, dum cau-
ſam aſsignat prohibitionis prædictæ: quia intentio
ipſius erat, & ſic declarauit, ut declarat, quòd hu-
iuſmodi bona ſua immobilia in fideicommiſſo con-
tenta & inferius regiſtranda, debeant perpetuò & ſi-
ne diminutione conſeruari in familia ſeu domo ſua
de Capitibus liſte, uidelicèt in filios ſuos & nepotes
& eorum deſcendentes maſculos legitimos & natu-
rales etc. Quæ uerba indicant mentem ipſius teſta-
toris, qui non ſimpliciter fideicommiſſum reliquit
familiæ, quo caſu fortaſſe procederet opinio Bal. in
d.§.in fideicōmiſſo, & ſequacium, ne ſemper proxi-
miores admittantur. ſed ulterius proceſsit declaran-
do quo ordine illi de familia habeant ſuccedere; uo-
luit igitur prędictum fideicommiſſum prius deueni-
re in filios ſuos & nepotes, deinde in eorum nempe
filiorum & nepotum deſcendentes, donec erunt: uo
cauit igitur teſtator nec dum filiorum deſcenden-
tes, ſed etiam nepotum. vnde ad hoc, ut talis teſtato
ris diſpoſitio ſuū habeat effectum, neceſſe eſt, quòd
quandocunque eueniente caſu fideicommiſsi admit
tantur pariter deſcendentes ex nepotibus, ſicut deſcē
dentes ex filiis: quia ſunt pariter uocati. ſed ſi nunc
in portione D. Ludouici admitteretur ſolus D. Syl-
uius deſcendens ab vno ex filiis teſtatoris excluſis do
minis Hieronymo & Alexandro, eſſet contra expreſ
ſam uoluntatem teſtatoris: quod nullo pacto eſt to-
lerandum: conſequens eſt ergo, ut dicamus, omnes
ſimul eſſe uocatos in ſtirpes, ita tamen ut ſuprà dictū
fuit.& ita uidetur eſſe de mente Alexā. in conſ.xxvj.
nu.xiij.uerſ.nō obſt.id quod habetur.iij.uol.Corn.
in d.conſ.xxxvij.ij.col.j.uol.Pariſ.in conſ.iiij.num.
xxix.xxx.iij.uol.& in conſ.viij.eod.uol.& Soci.iun.
in d.conſ.cxvj.nu.xvij.uerſ.primò quia teſtator, pri
mo uolu.Et ex prædictis, ſic ut ſuprà cōſideratis, ſa-
tis vr̄ conſtare, ꝙ antedictus teſtator uoluit oēs ſuos
deſcendentes ſuccedere in ſtirpes ſeu per lineas non
ſeruata gradus prærogatiua.

Verùm, quia ipſemet teſtator poſtquā prohibuit
omnem alienationem tam inſtitutis, quàm ſubſtitu-
tis, ſubiecit: Et ſi fecerit, uel fecerint, ideſt ſi aliena-
uerint, factum non teneat: & faciens pro ea uice pri-
uatus & priuati ſint commodo & ſucceſsione dicti
fideicommiſsi.& ꝙ tūc & eo caſu transferatur, & ua-
dat in proximiorem de domo & familia dicti teſta-
toris primo, & poſt illis deficientibus in deſcenden-
tes ſupraſcripti D.Io.Franciſci ſui barbar.: uideba-
tur dicendum, quòd uocando proximiorem in caſu
contrauentionis, eidem uoluerit etiam eueniēte ca-
ſu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, quando ſcilicèt
aliquis ex ſuis deſcendentibus decederet ſine liberis
maſculis, prout nunc euenit per mortem Do.Ludo-
uici ſine liberis. quia, ut ſuprà dictum eſt, una pars
teſtamenti declaratur per aliam, & vnum capitulum
declarat aliud. Sed ad hoc dupliciter reſpondetur, pri
mò quòd teſtator uocando proximiorem, intellexit
æquè proximiorem illum etiam qui ſuccedit per re-
præſentationem: ita Bàld.in terminis in conſi. cccc-
13 lxxxviij.Caſus talis eſt.Quidam Titius, iij.uol.† di-
cens teſtatoris uerba intelligi debere ciuiliter, & il-
le proximior eſt, quem nemo in ſua parte antecedit.
& Bald.refert & ſequitur Alexan. in d.conſil. xxvj.
14 col.pen.uerſicu.& dicta Glo.iij uol. † non enim cor
rūpitur gradus, ſed repræſentatur, cùm filius ſubin-
trat in locum patris, ut ait idem Bald. in l.j. col.v.
uerſi.pone dicit ſtatutum.C.de ſecun.nupt. & in ſi-
mili caſu ubi dictum fuerat, ſeruata gradus pręroga
tiua, quæ uerba idem important. Sed Pariſ.in conſ.
xc.nu.xlix.ij.uol. concludit quòd non impediatur,
quin nepos cum filio uel pronepos cum nepote per
repræſentationem ſimul ſuccedant, in cōſ.cxxvj.nu-
mero xij.xiij.primo uolu.licèt, ut ipſe inquit, aliqui
aliquando contrarium dixerint & minus bene.& fa-
15 cit, † quia ſi ſtatutum ad ſucceſsionem inteſtati uo-
cat proximiores, adhuc admittuntur illi, qui de iure
communi ueniunt ad ſucceſsionem repræſentando
perſonas parentum prædefunctorum. Alex.in conſi.
lxxxviij.in princ.& in conſi.cxxxvij.j.uolu. Deci.in
conſi.dxxvij.nn.iiij.& in conſi.dluj.nu.ij.uerſicu.&
iſta concluſio. idem ergo dicendum eſt in caſu no-
ſtro, ut teſtator uocando proximiorem, intellexerit
etiam illum proximiorem, qui eidem ſucceſsiſſet ab
inteſtato per repræſentationem: quia tunc nemo il-
lum in ſua parte antecederet. ſed domini Hierony-
mus & Alexander, ſi tractaretur nunc de ſuccedendo
ipſi domino Ioanni Federico teſtatori ab inteſtato
repræſentent patres eorum, & cenſerentur æquales
in gradu Do.Syluio ac ſimul ſuccederent, ideò rectè
intelligerentur proximiores, ſicut etiam D.Syluiùs:
quia nemo eos in ſua parte antecedit. Vel ſecundò ſi
quis uellet quòd illud uerbum in proximiorem, in-
telligatur propriè, prout quis in gradu eſt proxi-
mior: reſponderi poteſt, ꝙ procedit in caſu ſuo, ideſt
in caſu tantùm contrauentionis, ſi quis alienauerit,
ut tunc admittatur proximior. ex quo enim, (ut ſu-
prà concluſum fuit) teſtator uocando omnes ſub-
ſtitutos in ſtirpes, uoluit filium patrem repræſenta-
re, certè ne uideatur ſibi cōtrarius, aut uelle incontī-
nēti ſe corrigere, dicēdū eſt, ꝙ uocauerit proximio-
rē in eo caſu tm̄, nō aūt ubi ſpecialiter prouidit, ꝙ
ſuccedatur in ſtirpes, eueniente ſcilicèt caſu fideicō-
miſſariæ ſubſtitutionis: quia aliquis ex uocatis dece-
deret ſine liberis maſculis.& ita in terminis cōſuluit
Pariſ.in d.cōſ.xxxvj.nn.xiiij.& ſeq.& in cōſ.xxcviij.
n.xxj.& ſeq.ij.uol.ſed defuncto nuper D. Ludouico
ſine liberis maſculis, uenit caſus ſubſtōnis fideicom
miſſarię, & alij deſcēdētes teſtōris, in hoc caſu ſucce-
dēt in ſtirpes, ſicut exp̄ſsè diſpoſuit teſtōr. Et hęc ſe
16 cūda reſponſio cōprobatur ex illis uerbis, †tūc & eo
caſu, ꝑ q̄ reſtringitur, & limitatur diſpō teſtōris ad
caſum formaliter expreſſum, & alij caſus excludūtur

Anchar.in conſi.cc clvj.Ex ſerie teſtamenti, colnm.
ſecunda,nerſic.tertiò hoc probat. Pariſ. in conſilio
laaiij.nume.xxxj. ſecundo vol.poſt Decium ibi per
eum alleg.in pluribus conſiliis. Erit igitur conclu-
ſio, ut proaimior admittatur, in caſu tantum aliena-
tionis, eatra illum caſum autem ſeruabitur, quod
ſuprà diximus.

Quibus tamen non obſtantibus, adhuc conclu-
dendum eſt, quòd dominus Syluins ſolus admitta-
tur,excluſis penitus dominis Hierouymo & Alexan-
17 dro. † ſtat enim fundamentum & communis con-
cluſio,quòd in fideicommiſſo filius non ſubintrat in
locum patris,ut latè per Docto. Veronenſes in ſuis
conſiliis; ideò non repeto. colligitq́ue ex uerbis,te-
ſtatorem id potius uoluiſſe, quàm quòd ſuccedatur
per lineas,ut primo fundamento partis aduerſæ rñ-
deamus,nã ea eo quòd teſtator filios & nepotes exi-
ſtentes in gradu impari prius inſtitnit, deinde ſubſti
tuit eos ſimul uocando,ſimiliterq́ue dominum Ga-
brielem & nepotes ex fratre, non arguitur quòd eo-
dem modo uocare uoluerit alios ſuos deſcendentea
per lineas, cùm multùm diuerſa ratio ſit inter illos
& iſtos. illi enim ideò ſimul admittuntur, quia fue-
runt expreſsè nominati,alij uerò eorum deſcenden-
18 tes uocati fuerunt ſub nomine collectiuo; † qui au-
tem ſpecialiter nominati ſunt,præferuntur, & ſi eſ-
ſent remotiores in gradu, quoniam maior in eos cẽ-
ſetur affectio teſtatoris, ut not. per Docto. in d.§. in
fideicommiſſo.affectionia uerò cauſam fuiſſe nõ eſt
dubium, quia erant in humanis, & cùm eſſent con-
iuncti ſanguine teſtatori, ueriſimile eſt, quòd conti-
nuè cum eo conuerſarentur. quæ ratio non eſt ita in
conſideratione reſpectu aliorum deſcendentium nõ
dum natorum,quos teſtator nunquàm cognouit: ut
per Curt,in conſilio alij. Bald.colum. octaua, uer-
ſi. & potiſsimè, poſt Barto. & alios in dicta l. qui fi-
liabus.ff.de leg.j. Eſt etiam alia ratio diuerſitatis in
ſpecie inter dominum Syluium & præfatos dominos
Hieronymum & Alexandrum, quia teſtator poſt
alienationem prohibitam bonorum fideicommiſſo
ſubiectorum, uoluit tamen quòd filij ſui & nepotea
uſqne ad tertinm gradum tantummodò non haben-
tes filios maſculos poſsint in uita & in morte diſpo-
nere de dictis bonis in aliquem de familia, ut latius
in teſtamento legitur. Sed cùm prohibitio aliena-
tionis reſpectu prohibitionum ſit odioſa, quia libe-
ram adimit diſponendi facultatem, ut not. commu-
niter per Docto.in l.filinsfamiliàs.§.Diui.ff. de leg.
j.concedendo facultatem filiis & nepotibus uſque ad
tertium gradum tantummodò alienandi in illos ac
familia, proculdubiò teſtator id fecit gratia hono-
randi prædictos ex dilectione, quam maiorem ad
19 eos habuit, quàm ad alios remotiores. † ex honore
enim dilectio præſumitur. Corne. in conſil. ccctiij,
colum.iij.in princi.primo uolu.& in conſi.clxvij.in
prin.iiij.uolu.ſequitur Crauet.in conſi. cxlvij. col.
20 circa medium. † hæc autem ratio dilectionis, quæ
cùm vnica ſit, nec alia poſsit aſsignari, habetur pro
eapreſſa,ſecundum Bald.& alios in l.quamuis.C.de
fideicommiſs.poſt Gloſ. ibi,ita eſt conſiderabilis in
perſona domini Aloyſij,ut nullo pacto reſpiciat do-
minos Hieronymum & Alexandrum, quia dominus
Syluius eſt in tertio gradu, ut in arbore conſtat: iſti
uerò ſunt in quarto gradu, & ſic nullatenus compre
henſi in prædicta alienandi facultate à teſtatore cõ-
ceſſa filiis ac nepotibus uſque ad tertium gradum tã-
21 tummodò: † in fideicommiſsis autem potiſsimùm
conſideranda eſt affectio teſtatoris. Rube. Alexan.in
22 conſi.xxxvj.nu. ia. † & ille dicitur prius uocatus in
ſubſtitutione in quem conſideratur maior affectio
ipſius teſtatoris. Crauet.in conſi.lxij..nu.viij. Præ-
tereà quando aliqui uocantur nominatim,& alij in-
ter quos cadit ordinata affectio,uocantur ſub nomi-
ne collectiuo plurium perſonarum in diuerſis gra-
dibus,qui nominatim uocati ſunt, priores enim ad-
mittuntur,alij uerò collectiuè uocati gradatim, ꝑut
quiſq; eſt proximior.text.in d.§. in fideicommiſſo,
ſecundum Bal.& cõmunem intellectum,tradit An-
gel.in conſi.axxviij Cùm inſtitutio ſit de his.Soc.in
conſ.caiij.nu.iij. uerſ.ſed ad hoc reſpondetur.& iiij.
col.uerſic. & ad teat.quem ſuprà,primo uol.cũ aliis
concord.quos longum eſſet enumerare. Nec ꝑ hoc
quòd eaiſtentes in diſpari gradu ſint ſimul uocati,
idem dicendum eſt de aliis deſcendentibus uocatis
ſub nomine collectiuo,ut in terminis eleganter cõ-
cludit Socin. iun.in conſ.caxav.in prin.tunctis quæ
dicit nu.iiij.uerſ.bis autem & concluſioni prædictę,
& nu.vj. primo.uol.ubi reſpondet ad regulam illã,
23 † quòd vna pars teſtamenti declarat aliam,non pro-
cedere ubi diuerſitatis ratio conſiderari poteſt, ut
ſuprà fuit conſiderata; quia non tantum dilexit
teſtator alios deſcendentes ulteriores,ſicut filios &
nepotes uſque ad tertium gradum. Sed retenta re-
gula prædicta,çùm utique uocauerit teſtator proxi-
miorem ex ſuis deſcendentibus in alia parte teſta-
menti,cenſetur uoluiſſe proaimiorem admitti ſem-
per. & ea hoc etiam apparet reſponſum ad conſ.Pa-
riſ.acj.ij.uolu,omſsis aliis,quæ adaptari poſſent, ꝙ
in caſu ſuo in nulla parte teſtamenti apparebat te-
ſtatorem conſideraſſe prærogatiuam gradus ſeu ꝑ-
aimioritatem,ut ipſemet Pariſ.in eod.conſi. nu.xx-
viij.eapreſsè dicit; innuens, quòd ſi teſtator in ali-
qua parte teſtamenti uocaſſet proaimiorem,non ita
conſuluiſſet. Quando autem uocatur proximior à
teſtatore, non admittitur ſimul ulterior in gradu,
24 nec fit repræſentatio, † ſed uerba teſtatoris expreſ-
ſa intelligi debẽt, ut ſonant, eſto quòd ſecus eſſet in
interpretatione legis,tenendo opi.Gloſ. & Imol.in
d.§.in fideicommiſſo. ita Deci.in conſi.primo, nu-
me.vj.& ſequen.in conſi.cccxaj.nume.v.uerſi.ulte-
rius eſt aduertendum,poſt Anchara. in conſil. acv.
colum.ſecunda, uerſicu. circa hoc uerbum, & alios
ibi per ipſum Decium adductos. & idem in conſilio
25 ccccviij.nume.aj.& aij.in fine, dicit, † diſputatio-
nem Doctorum circa intellectum Gloſ.in d.§.in fi-
deicommiſſo, in hoc caſu eſſe ſuperfluam. Pariſ.in
conſi.xxa.num.lj.liiij.lv.lviij.& nu.lxij.inquit, ceſ-
ſare tunc difficultatẽ de qua per Glo.prędictam,& in
conſ.aa avij.nu.lvij.lavj.lxx.lxaj.lxaij.lxxv.in conſ.
xxxix.nu.ix.a.aiij.aiiij. item in cõſ.xl. nu.aiiij.xix.
xx.ubi parlficando iſta uerba;iure & ordine ſucceſ-
ſiuo,ſalua gradus prærogatiua,& in proaimiores,cõ
cludit ꝙ ubi ſunt expreſſa à teſtatore tunc nõ admit
tuntur inferiores in gradu per repñtationẽ ſimul cũ
pro-

proaimioribus. & num. xxvj. inquit eo caſu ceſſare
dubium, de quo per Docto. in d. §. in fideicommiſſo.
idem Pariſ. in conſi. xc. nu. xlviij. in conſ. ia. nu. lxxv.
& in conſ. laxaviij. nu. xvij. aviij. Omnibus, ij. uol. &
Soci. iun. in d. conſ. cxxxv. j. uol. & prędicti Doct. lo-
quuntur ut plurimùm in fideicommiſſo aſcenden-
tis, ut quiſque diligens uidere poteſt. & ubi etiam nõ
adſunt illa uerba, in proaimiores uel ſimilia, ſi ſub-
ſtitutio ſit de pluribus ſub nomine collectiuo, quòd
uera ſit opin. Bal. in fidcicommiſſo relicto ab aſcen-
dente, tenet Soci. in conſ. lj. nu. xj. iiij. uolu. ubi dicit
quòd ſiue fideicommiſſum relinquatur familię ſeu
liberis uel deſcendentibus, non differt quantùm ad
hoc ut gradatim ueniant, & proximior admittatur:
quia prædicta ſunt omnia nomina collectiua. & idẽ
uidetur ſentire in conſi. ccccxij. nu. v. & ſeq. & in cõ-
ſilio cccclxxviij. nume. xj. xij. & Soci. iun. in fortiori-
bus terminis in conſi. cxlix. ij. uolu. Rub. Alexan. in
conſ. xaavj. cum aliis tribus ſequentib. quę ſunt Iaſ.
Rui. & Croti. Verùm, quia nonnulli tenuerunt cõ-
trarium, ut fuit Iaſ. in conſi. ccav. Ex ualentia, v. col.
uerſi. liij. præmiſsis, uſque in fin. ij. uolu. & alij quos
refert Soci. iuni. in conſi. cxxvj. nume. aj. primo uol.
ceſſat penitus omnis difficultas, ſi teſtator uocauit
proximiorem, uel dixit ſalua gradus prærogatiua, &
inquit Pariſ. in dicto conſ. xxxvij. nu. lxx. & in d. cõ-
ſil. xl. nume. xxv. xxvj. ſecundo uolu. cum aliis ſuprà
relatis.

Non obſtat ſecundum principále fundamentum
de ſubſtitutione reciproca; quia ſtante diuerſitate
rationis inter ſubſtitutos, per ea quæ ſupradicta fue
26 runt, † limitatur regula dict. l. iam hoc iure. Angel.
in auctẽn. de hæred. & falci. §. hinc nobis, in ultimis
uerbis. Imol. in l. Gallua, tertia colum, uerſicu. non
obſt. l. iam hoc iure, ſolut. matrimo. & Pariſ. in con-
ſil. xcij. nume. xxxj. ſecundo uolu. ubi dicit non eſſe
inconueniens, quòd ſecundum ſubiectam materiá
ſtante ratione diuerſitatis plures ſubſtitutiones ſub
vna determinatione comprehenſæ diuerſimodè in-
telligantur, ſecundum Docto. in d. l. iam hoc iure, &
in d. l. in teſtamento. C. de mil. teſtam. Comprobatur
hæc ſolutio ex dictis Soci. in dicto conſi. ciiij. nu. iiij.
uerſi. ſecundum autem probatur, tertio uolu. dicen-
tis, quòd inter deſcendentes ex filiis non ſucceditur
in ſtirpes, ſed in capita: quod intelligas poſt ipſos
filios & nepotes ex eis. ſed text. quem ipſe allegat in
auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. & in caſu in quo
ipſe conſuluit, facta erat ſubſtitutio reciproca vul-
gariter, pupillariter & per fideicommiſſum, ut legi-
tur in eod. conſi. col. ij. uerſic. capio nunc capitulum
primę ſubſtitutionis. ſed in caſu noſtro dominus Syl
uius, & prædicti domini Hieronymus & Alexander
necnon & dominus Ludouicus defunctus, non ſunt
nec filij nec nepotes ex filiis teſtatoris, ergo non ſuc-
cedunt inuicem in ſtirpes, ſed in capita, & proximior
admittitur, ut in d. auctẽn. poſt fratres. & dicetur ét
infra, dum tractabitur, an ſucceſsio in fideicommiſ-
ſis reguletur ſecundum ſucceſsionem de iure com-
27 muni ab inteſtato. † Prætereà, quando plures uocá-
tur ſub nomine collectiuo cẽſentur inuicem ſubſti-
tuti gradatim tamen, & ut ſemper proximior admit-
tatur. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. & in d. §. in fideicõ-
miſſo. idem ergo dicendum eſt, quando teſtator eos
inuicem ſubſtituit, cùm id exprimat quod tacitè in-
telligitur. argum. tex. cum ibi not. in l. tertia. ff. de le-
gat. primo. Nec per hoc dici debet, quòd ſequatur
inæqualitas inter ipſos deſcendentes inuicem ſub-
ſtitutos. Nam, quòd nunc contingit domino Syl-
uio, ut ipſe reperiatur proximior domino Ludoui-
co, potuiſſet etiam euenire econuerſò, quòd tem-
pore mortis domini Ludouici fuiſſent in humanis
dominus Alexander pater domini Hieronymi, &
dominus Federicus pater domini Aleaandri iunio-
ris, & prædefunctus eſſet dominus Syluius prædi-
ctus, quo caſu admiſsi fuiſſent patres dictorum do-
mini Hieronymi & Alexandri excluſis penitus filiis
domini Syluij. & ita reſpondet Socinus iunior in d.
conſi. cxlix. colum. fin. uerſicu. nec dicitur teſtator,
ſecundo uolu. dum tollit obiectum quòd fieri pote-
rat in eo caſu, ſcilicet præſumi debere teſtatorem
uoluiſſe ſeruare æqualitatem inter ſuos deſcenden-
tes. Poſtremò tollitur omnis difficultas, quia teſta-
tor ſe ipſum interpretans, uoluit ſuccedere proxi-
miorem, quo caſu ceſſat obiectio Alexandri in d. l.
iam hoc iure, contra dictum Imol. in d. l. Gaius, dum
reprobat eius limitationem, ex quo enim teſtator
uoluit deſcendentes inuicem ſubſtitutos admitti ad
ſucceſsionem reciprocam, prout quiſque in gradu
eſt proximior, ceſſat omnis uoluntatis quæſtio: quia
huiuſmodi ſubſtitutiones reciprocæ regulantur à vo
luntate teſtatoris, ubi de ea euidenter apparet; ut di
cit text. in l. iam hoc iure, & in l. quamuis. C. eodem.
nec inconuenit quòd uerba illa in proximiorem,
quatenus referuntur ad perſonas filiorum & nepo-
tum admittant repræſentationem, ad alios uerò de-
ſcendentes relata ſtent in proprio ſignificatu, ſtan-
28 te diuerſitate rationis de qua ſuprà. † Nam uer-
bum ſemel poſitum, ſecundum ſubiectam materiam
diuerſimodè ſumi poteſt, Barto. in l. j. ff. de teſtam.
facit text. in l. ij. iuncta Gloſſ. de officio proconſu.
& in l. pater Seuerinam. §. condit. ff. de condit. & de-
monſtra.

Ad tertium fundamentum facilis eſt reſponſio,
vnde conſiderandum eſt, quòd teſtator incipiendo à
uerbo, Item reliquit, iuſsit, & ordinauit: quòd in-
fraſcripta ſua bona etc. ferè uſque ad finem teſtamẽ-
ti continuauit diſponendo circa ea, quæ neceſſaria
ſibi uiſa fuerunt pro confirmatione fideicommiſsi
relicti in familia, nulla alia diſpoſitione interpo-
ſita, tamen diuerſa ſunt capitula, & vnum quodque
capitulum habet orationem perfectam & ſeparatam
ab aliis.

Primò enim ſub vno conſtructu uerborum uo
cat omnes ſuos deſcendentes maſculos, in perpetuũ
eos inuicem ſubſtituendo.

Secundò ſub alio uerborum conſtructu deficien-
tibus ſuis deſcendentibus, uocat tranſuerſales de
familia.

Tertiò prohibet alienationem, uocando proai-
miorem in caſu, quo aliquis alienauerit, conceſſa tñ
alienatione in familia ſuis deſcendentibus uſque ad
tertium gradum.

Quartò prohibet omnem detractionem, reddens
rationem ſuæ prohibitionis.

Quintò & ultimò excludit incapaces à ſucceſsio-
29 ne dicti fideicommiſsi. Si ergo quæritur,†an uerba
poſita in vno capitulo cenſeantur poſita ſeu repeti-
ta in alio capitulo,abſolutè dicendum eſt,quòd non,
ex uirtute ipſorum uerborum.doctrina eſt Bart. cõ-
muniter approbata in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fundo in-
ſtruct. uerba igitur illa in ſtirpes, & non in capita,
poſita in fine ſecundi capituli ubi uocantur ad fidei-
commiſſum tranſuerſales, eſto quòd porrigãtur ad
omnes gradus ſubſtitutionum comprehenſos in eo
capitulo,quo caſu loquitur Dec.in d.conſi.lxxix. cũ
aliis ibi per eum adductis, non tamen extẽduntur ex
ui uerborum ad ſubſtitutiones deſcendentium com-
prehenſas in primo capitulo ſeparato penitus à ſe-
30 cundo quò ad ſtructuram uerborum.†Non obſt.di-
ctio et, poſita inter prædicta duo capitula; quia nõ
ſtat copulatiuè, ſed diſiunctiuè. Barto.in d.§. Caio,
col.ij.uerſi.ratio prædictorum. & Corne.in conſilio
cxxix.ſecundo uol.& Paril.in conſi.xxxviij. nu.xx-
vj.ij.uol.nunquid autem uerba prædicta in ſtirpes,
& non in capita,declarent capitulum præcedens, ut
uideatur uoluiſſe teſtator deſcendentes ſuccedere
in ſtirpes & non in capita,quemadmodum ſuccede-
re uoluit tranſuerſales: reſponderi poſſet, quòd nõ,
ex quo teſtator non expreſsit, quod utique potuiſſet
facere,ſi uoluiſſet.arg.l.l.vnicæ.§.ſin autem ad de-
ficientis. C. de caduc.tollen. poſſet etiam aliter re-
ſponderi, ut latè per Pariſ.in conſi.xxxviij. nu.xxj.
& ſeq. quod conſilium licèt allegetur pro principa-
li fundamento partis aduerſæ,tamen quò ad hoc al-
ſerit opinionem noſtram ueram, & allegat plures
deciſiones cõcordantes. & idem Pariſ.in conſ.lxxx-
vij.nu.xlv.xlvj.eod.uolu.Quòd ſi aduerſarij contẽ-
dant prædicta uerba in ſtirpes & non in capita, ex
uirtute declaratiua porrigi etiam ad ſubſtitutionem
deſcendentium,quod libenter concedimus,non ui-
demus cur primum capitulum declarationem reci-
pere debeat magis à ſecundo quàm à tertio,cùm præ
dicta omnia capitula ueniãt continuatiuè nullo alio
interpoſito ad diſponendum circa dictum fideicom
miſſum; adeò quòd, licèt plures ſint rationes inter
ſe diſtinctæ & ſeperatæ, vnica tamen fuit intentio
teſtatoris tendens ad conſeruationem fideicommiſ-
ſi in nomine & familia ſua, nec aliqua concludens
ratio diuerſitatis aſsignari poteſt,cur teſtõr noluerit
proximiorem potius in eo caſu,quando quis aliena-
uerit, quàm ſimpliciter etiam ubicunque aliquis ex
ſubſtitutis decederet ſine liberis maſculis: immo ma
ior eſt ratio quòd uoluerit teſtator ſemper admit-
ti proximiorem quàm quòd uerba illa in ſtirpes &
non in capita,poſita in ſubſtitutione tranſuerſalium
debeant declarare primam ſubſtitutionem deſcen-
31 dentium.† nam in ſubſtitutionibus facilius fit ex-
tẽſio de caſu ad caſum,quàm de perſona ad perſonã.
Aret. in d.l. Gallus.§.& quid ſi tñ,col.iij. verſi.non
ob. Pariſ.in conſi.xj.nu.iiij.iij.uol. & Soci.iunior in
conſi.clxxxv.nu.xij. ij.uol. & ita intelligendo quòd
prædicta capitula teſtamenti ſe inuicem declarent,ut
ueritati conſonat,ſi uolumus etiam illa uerba in ſtir-
pes & non in capita,referre ad reſtitutionem deſcẽ
dentium,intelligi debet,quando plures exiſtentes in
pari gradu eſſent deſcendentes à diuerſis ſtipitibus,
& tunc non in capita ſuccedũt, ſed in ſtirpes; iuxta
text.in l.ij.C.de ſuis & legi.per quem probatur hãc
ſucceſsionem rectè & propriè in ſtirpes uocari. &
ita prædicta uerba interpretantur Pariſ.in conſil.xl.
nu.xiiij.ij.uol.& Socin.iunior in d.conſi.cxxxv. nu.
vij.primo uolu. qui ambo Doctores in præallegatis
conſiliis uerè uidentur decidere caſum noſtrum.
Quòd ſi dicatur, ea uerba non poſſe habere ſenſum,
32 de quo ſuprà: † quia eùm ſint poſita in fine ſubſti-
tutionis tranſuerſalium, ad omnes gradus eiuſdem
ſubſtitutionis porriguntur.l.j.C.de lib.præteri.cum
aliis adductis per Deci.in d.conſi.lxxix.col.j. ſed ex
quo prius uocati ſunt dominus Gabriel & domini
Annibal & Sigiſmundus eiuſdem domini Gabrielis
nepotes ex fratre exiſtentes in gradu impari,ſi clau-
ſula illa in ſtirpes & non in capita,intellecta ut pro-
ximè ſuprà,non poteſt in eis uerificari, non poterit
etiam procedere in aliis eorum deſcendentibus, ne
ſequatur difformis determinatio: cõtra d.l.iam hoc
iure,ſed ſi in tranſuerſalibus, ut eos æqualiter deter-
minet,intelligitur in exiſtentibus in gradu inæquali
debet eodem modo intelligi, ueniendo ad declara-
tionẽ ẽt ſubſtitutionis deſcendentium, per regulã ſu
prãdictam, ut oĩmodò ſequatur pariformis determi
natio. Rñdeo, ſicut ẽ. rñſum fuit ad ſecũdũ fundamẽ
tũ principale, ꝙ non inconuenit,ut vna determina-
tio reſpiciens plures gradus ſubſtitutionum eos di-
uerſimodè determinet, ſtante diuerſitate rationis, &
quòd vnum uerbum ſemel poſitum ſecundum ſubie
ctam materiam diuerſos habeat intellectus.& maxi-
mè quia uerba illa in ſtirpes & non in capita,ſecun-
dum ſenſum ſuprãdictum non amittunt eorum pro-
prietatem. & ſic non obſtat quod dici ſolet,uerba in
dubio intelligi debere in eorum proprio ſignificatu.
l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager uectigal.uel emphy,
l.non aliter.ff.de leg.j. in ſumma concludo circa re-
ſponſionem d.tertij fundamenti partis aduerſæ, uel
dicamus uerba illa in ſtirpes & non in capita, non
extendi ad ſubſtitutiones deſcendentium,ſecundum
quod procedunt tantũmodò in ſubſtitutione tranſ-
uerſalium,ubi ſunt poſita;ſicut etiam teſtator ſenſiſ-
ſe uidetur, qui poſtquàm diſpoſuit, quòd aliquo ex
ſubſtitutis alienãte, fideicommiſſum transferatur in
proximiorem de domo & familia ſua,primò,hoc eſt
de ſuis deſcendentibus,ſequitur,idem mutando uer-
ba,& poſt illis deficientibus in deſcendentes domi-
ni Ioannis Franciſci eius barbani; non autem dicit
in proximiorem ex deſcendentibus,& ſic intelligen
do nihil refert ad caſum noſtrum quo ſenſu accipiã-
tur uerba illa in ſtirpes & non in capita. Vel ſi uolu
mus quòd porrigantur ad ſubſtitutionem deſcendẽ-
tium eùm utique eadem ratione ad dictam ſubſtitu
tionem trahi debeant illa uerba in proximiorem,
intelligatur in exiſtentibus in gradu æquali, ut ſu-
prà diximus cauſæ euitandę contrarietatis,cùm aliàs
in caſu ſimili Curtius in conſi.xlij.col.xj. uerſ.ad ul
timum, uerba prædicta in ſtirpes & non in capita re-
iicienda potius & ſuperflua cenſuerit,quàm ꝙ in uer
bis teſtatoris contrarietas reſultaret.

Quartum & ultimum fundamentum ſimiliter pa
rum obſtat: quia uerba illa poſita poſt prohibitionẽ
detractionũ, principaliter tendunt ad aſsignandam
cauſam

cauſam & rationem dictæ prohibitionis, non autem
ad inducendum fideicommiſſum, quod iam inductū
erat per ſpecialem teſtatoris prouiſionem in capi-
tulis præcedentibus, ad quæ uoluit ſe referre teſta-
tor, ut ſuprà dictum eſt. l. prima. §. hoc edicto, & ibi
Barto. de poſtu. & alibi ſæpe, prout citatur per Pari.
33 in conſ. iiij. nume. ix. iij. uol. † Et aliàs dici ſolet at-
tendi debere quod principaliter agitur. l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi certum peta. Præterea ſublata eſt omnis
controuerſia ex eo, quòd teſtator uocauit proxi-
miorem: nec enim minus ſubſtitutio declaranda eſt
per illa uerba in proximiorem, quàm per iſta: quinim
mo intelligendo quòd ſemper proximior ſuccedat,
ſatisfactum eſt uoluntati teſtatoris, etiam quò ad il-
lum effectum ad quem tendunt uerba prædicta addu
cta pro quarto fundamento partis aduerſæ; quoniam
ſic uerum erit bona conſeruari in familia, uidelicet
inter filios & nepotes & alios eorum deſcendentes,
prout tamen quiſque eorum erit proximior. d. §. in
fideicommiſſo. & d. §. fratre. & per hoc etiam tolli-
tur authoritas Alexandri in d. conſi. xxvj. nam in eo
caſu non erat uocatus proximior, & in ipſa ſubſtitu-
tione dixerat teſtator, ut ſuccederetur in ſtirpes, &
non in capita. idem ſimiliter reſpondetur ad cōſilia
Corn. Pariſ. & Socin. iun. adducta pro parte contra-
ria, quòd ibi non apparebat teſtatorem uoluiſſe ſuc-
cedere proximiorem, ſicut conſtat in caſu noſtro.
Poſtremò nihil urgent reſponſiones ſuprà datæ
34 ad uerba illa in proximiorem. † Et primò quòd te-
ſtator uocando proximiorem, intellexit æquè proxi-
miorem illum, qui ſuccedit per repræſentationem ex
iuris diſpoſitione, nā iſtud negatur & magis cōmu-
nem op. eſſe in contrarium, colligitur ex dictis Do-
ctorum quos ſuprà retuli in reſponſione ad primum
fundamentum partis aduerſæ, quando enim teſtator
expreſsè uocat proximiorem, non admittitur repræ-
ſentatio. & id optimo ſimili comprobat Deci. in d.
conſi. j. nu. vi. vii. viii. Præterea, & hoc eſt diligenter
conſiderādum pro reſolutione contrariorum, quòd
ſtante ueriſsima concluſione proximioritatem ſci-
licet in caſu noſtro debere attendi reſpectu ultimi
35 grauati decedentis, † non obſtat conſi. Bal. cccclxxx-
viij. iij. volum. quia in eo caſu licèt teſtator uocauerit
proximiorem, ideo tamen ſimul admittitur ulterior
in gradu per repræſentationem, quia ſic etiam ſucceſ
36 ſiſſent grauato defuncto ab inteſtato: † et ſic pro no-
bis erit illud commune dictum, de quo per Doct. in
l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. quòd teſta-
toris diſpoſitio in dubio cenſetur conformis di-
ſpoſitioni iuris communis. Ad conſilium Alexand.
xxvi. ſuprà reſponſum fuit, quòd in eo caſu teſtator
non uocauerat deſcendentes, & ſic uſus non fuit no-
mine collectiuo plurium perſonarum ſub diuerſis
gradibus; nec uocauit expreſsè proximiorem, ut di-
xerat in ſtirpes, non in capita. unde, cum ſit caſus ual-
de diuerſus à caſu noſtro nō meretur allegari ad hoc
propoſitū. & Soci. iun. in d. conſi. cxxvi. i. vol. firmat
opin. noſtram, dum ibi nu. xiij. dicit, ſibi non place-
re opinionem, quòd proximitas attendi debeat re-
ſpectu teſtatoris; quinimmo nu. xxi. & ſeq. aſtruit
pluribus fundamētis proximitatem reſpectu ultimi
grauati inſpiciendam eſſe. Et quòd de ſtatuto dice-
tur, quòd uocando proximiorem, nō excludit repræ-
ſentationem; non facit ad rem, quia ſecundum Bal.
in d. §. in fideicommiſſo, cum quo eſt magis commu-
nis opinio, ut probarunt Doct. Veronenſes, aliud eſt
in diſpoſitione legali, aut ſtatutaria, aliud uerò in di-
ſpoſitione teſtatoris, in qua ſolùm conſideratur af-
37 fectio erga proximiores. † Vel ſi quis uellet ualere
argumentum de lege aut ſtatuto ad teſtatorem, iux-
ta doctri. Bar. in l. j. C. de his quibus ut indig. reſpon-
detur, ut nuper diximus, quòd ſicut lex ſeu ſtatutum
uocando proximiorem ad ſucceſsionem inteſtati, nō
excludit repræſentationem in caſibus à iure expreſ-
ſis, ita etiam teſtator in iiſdem caſibus licèt expreſ-
sè vocauerit proximiorem non excludat: ut latè per
Soci. in conſi. lj. per totum. iiii. uol. & præcipuè nu.
xxxi. & ſeq. ubi concludit in fideicommiſſo relicto
deſcendentibus ab aſcendente regulari ſucceſsionē
ſecundum quòd defertur ſucceſsio per ſtatutum ab
inteſtato attenta proximitate, ſemper reſpectu ulti-
mi grauati deſcendentis, quamuis ipſe Soci. non præ-
ſupponat expreſsè uocatum eſſe proximiorem, quo
caſu negari poſsit admitti repræſentationem ut ſuprà
dixi. Non obſtat etiam prima reſponſio, quòd pro-
ximior intelligatur uocatus in caſu tantùm contra-
uentionis. nam, ut ſæpe dictum eſt, una pars teſtamē-
ti declaratur per aliam, & quod teſtator uoluit in ca-
ſu contrauentionis, cenſetur etiam uoluiſſe in caſu
ſimplicis fideicommiſsi: quia non ſubeſt ratio di-
uerſitatis. non enim alia de cauſa facta fuit prohibi-
tio alienationis, niſi ut bona conſeruarentur in fa-
milia ipſius teſtatoris. & huc tendit etiam ſubſti-
tutio fideicommiſſaria, ut ipſemet teſtator expreſ-
ſit. & quòd bonum ſit argumentum de uno caſu ad
alium, probat tex. ſingul. in l. fi. C. de uerb. ſigni. ubi
Imperator in legato ſeu fideicommiſſo relicto fami-
liæ eūdem ordinem in ſucceſsione uult obſeruari in
caſu contrauentionis, quem ſtatuit obſeruandum in
caſu ſimplicis fideicommiſsi. Nec facilè adhærendū
eſt Pariſio in d. conſi. xxxvi. ii. uol. non enim ſequi-
tur contrarietas, ſi ex uerbis illis in proximiorē po-
ſitis in prohibitione alienationis declarentur ſubſti-
tutiones prius factæ in alio capitulo teſtamenti, eſto
quòd teſtator noluerit ſibi ſuccedi in ſtirpes, & non
in capita, quando prædicta uerba in ſtirpes nō in ca-
pita proprio intellectu uerificantur ubi plures ſunt
in gradu æquali deſcendentes tantùm à diuerſis par-
tibus, ut ſuprà diximus. Præterea in caſu Pariſij te-
ſtator in ipſa ſubſtitutione deſcendētium dixerat, ut
ſuccederet in ſtirpes non in capita. & ſic ſecundum
eū facta erat ſpecialis prouiſio, ideo noluit per uerba
illa ſecūdum ordinem & gradus prorogatiuam po-
ſita in prohibitione alienationis ꝙ nō extēdatur ad
caſum, quo aliquis ex ſubſtitutis decederet ſine li-
beris. ſed in caſu noſtro teſtator in ſubſtitutione de-
ſcendentium non dixit, quòd ſuccedant in ſtirpes,
& ꝗ declaranda eſt dicta ſubſtitutio ex uerbis poſi-
tis in ſubſtitutione tranſuerſalium, non minus eſt
declaranda ex uerbis poſitis in prohibitione aliena-
tionis, ut ſuperius concluſimus. ad eiuſdem Pariſ.
conſ. xxxviii. ſimili modo reſpondetur, quamuis ip-
ſemet in conſ. xl. eo. uol. aliter & melius ſenſerit. ibi
enim teſtator in ſubſtitutione facta de ſuis deſcen-

dentibus

dentibus maſculis dixerat, quòd uolebat eos ſucce-
dere iure & ordine ſucceſsio.fecit deinde alium gra-
dum ſubſtitutionis, in quo deficientibus maſculis
uocauit deſcendentes per lineam fœmininã in ſtir-
38 pes,& non in capita,& tamen cõcludit Pariſ.† quòd
clauſula poſita in prima ſubſtitutione uidelicet iure
& ordine ſucceſsiuo, referatur etiam ad ſecundũ gra
dum ſubſtitutionis deſcendentium ea linea fœmmi-
na, intelligitque illa uerba in ſtirpea & non in ca-
pita,data paritate gradus,prout etiam intelleait So-
ci.iun.in d.conſi.caxv.j.uol.qui in eodem caſu in-
ter eaſdem perſonas conſuluit contra d.conſ. Pariſ.
xaxviij.nec obſtat quòd teſtator uidetur reſtrinxiſ-
ſe diſpoſitionem ſuam uocando proximiorem ad ca-
ſum tantùm contrauentionis: quia dixit tunc & eò
caſu.Nam & ſi rectè uerba prædicta conſiderentur,
habent alium ſenſum. non enim reſpiciunt uerba in
proximiorem,ſed uerbum transferatur, vt deſeruiãt
principali intẽtioni teſtatoris,quę fuit priuare alie-
nantem tunc & eo caſu,ideſt,ita demum ſecuta alie-
39 natione. † denotaut enim uerba illa extremitatem
temporis.l.iiij.§.fin.ff.de condit.& demonſtrat.cum
aliis adductis per Dec.in conſi.laaaix.nu.iij. Quód
uerò uocauerit proximiorem,ideo fuit,quia teſtator
ſemper uoluit admitti proximiorem, non autem in
caſu contrauentionis tantùm,quia nulla ratio diuer-
ſitatis conſiderari poteſt, ut ſępe diximus. Accedat
etiam ad præmiſſa, ꝙ nec dum uenit caſus fideicõ-
miſſariæ ſubſtitutionis per mortem D.Ludouici ſi-
ne liberis maſculis,ſed ſumus in caſu expreſſo con-
trauentionis, quia pręfatus dominus Ludouicus di-
ſpoſuit particulariter de bonis ſubiectis fideicom-
miſſo,ea relinquendo aliis,quàm uocatis à teſtatore
40 contra eius uoluntatem,† cum prohibita alienatio-
ne,cenſeatur ẽt prohibita alienatio per uiam ultimę
uoluntatis,ut not.in §.Diui.& maximè per Iaſ. in j.
lectura nu.xiii. & in ij.nu. axxiiii. concluditur ergo
ex ſupradictis,dominum Syluium ſolum admitti de-
bere ad ſucceſsionem domini Ludouici defuncti in
bonis fideicommiſsi excluſis penitus dominis Hie-
ronymo & Alexandro.

Ad obiectionem domini Hieronymi quòd Dom.
Syluius alienauerit de bonis fideicõmiſsi, aliter nũc
non reſpondetur: quia ueritas aliter ſe habeat in fa-
cto,ut oſtendetur,ſi opus erit. Verùm ſi quod dubiũ
remanſerit in mẽte excell.dominorum Iudicum da-
bitur reſolutio. Duo tamen non prætermittam. pri-
mum eſt, quòd negatur bona alienata per domi-
num Camillum fuiſſe de bonis ſubiectis fideicom-
miſſo. & ſi qua fuiſſent, cùm tamen concur-
rat ſimul caſus fideicommiſsi & contrauentionis,
debet magis operari caſus fideicommiſsi.ſicut in ſi-
41 mili in ſucceſsione inteſtati † duo uincula magis
ſtringunt, quàm unum. authen. in ſucceſsione. C.
42 commu.de ſucceſſ.& facit etiam,†quia ubi cum ꝓ-
hibitione legis concurrit prohibitio teſtatoris,non
ualet alienatio,etiam in caſu aliàs à iure permiſſo.
Bal.in l.quoties. C.de fideicom. in l. j.in vij.oppoſi.
C.de pact.Cuma.in d.§.Diui, col.pen. & ibi Imola
col.j.& Alex.col.i.circa medium.teſtator enim non
ſuppoſuit omnia bona ſua immobilia fideicommiſ-
ſo prędicto, ſed quæ particulariter deſcripta ſunt in
fine teſtamenti; quæ diſtribuit inter filios & nepo-
tes in portionibus eiſdem aſsignatis; ita ut in qua-
libet portione eſſent bona libera, & bona ſubiecta
reſtitutioni. & in portione dom. Patri Inter cætera
bona erant duę poſſeſsiones in Villa Ronchorum
nouorum, quarum altera erat de bonis fideicom-
miſsi,altera de bonis liberis; quam autem nunc poſ-
ſidet dominus Syluius, eſt illa poſſeſsio, quam teſta-
tor uoluit eſſe fideicommiſſo obnoxiam;ut clarè cõ-
ſtat ex uerbis teſtamenti & deſcriptione portionis,
quæ aſsignata fuit per teſtatorem D.Petro, & ex le-
43 ctura æſtimi D.Syluii.& ita eſt ueritas, † prout etiã
bona præſumuntur libera niſi probetur contrarium,
ut tradunt Hoſt.& Io.And.in c.fin.de iudi. & in c.
nimis, ubi etiam Abbas & alii de iureiur. Bald.in l.
quotiens.C.de ſuis & legit.Paul. de Caſt. in conſil.
clxaix.In cauſa, in princ. j.uol. Alex.in conſi.xv.in
prin.uol.v.& Dec.in conſi.cclxix.in prin. oportebat
igitur dominum Hieronymum aſſerẽtem alienatio-
nem factum fuiſſe de bonis fideicommiſsi,illud pro-
bare. Secundum eſt, quòd etiam ſi dominus Ca-
millus alienaſſet de campis fideicommiſsi, quod ta-
men ſemper negatur,non potuit pręiudicare domi-
no Syluio, qui non ex perſona patris, ſed ex pro-
pria perſona,& uti uocati à teſtãre uenit nũc ad hoc
44 fideicomiſſum, † nec ex delicto patris ipſe aliqua
pœna affici debet,quicquid dixerit Pariſ.in cõſ.lxxj.
propè fin.ii.uol.cuius dictum confunditur per au-
ctoritatem Matthe.Feliciani,quam ipſe allegat inter
conſ.Pau. de Caſt.conſ.cclix.Omnis difficultas.nu.
viii.i.uol.in nouis,ubi à teſtatore uxore inſtituta hæ
rede ſub cõditione, ſi nõ nupſerit & cõtinuè habita
uerit in domibus ipſius teſtatoris,quia mulier con-
trauenit recedendo de dicta domo,intelligitur pri-
uata hæreditate,nec filius eius ex altero uiro petens
in integrum reſtitui,dẽt audiri,quia non ex perſona
matris, cùm ipſa deliquit in uoluntatem teſtatoris,
non ea perſona ſua cùm ad nullum cõmodum ſit in-
uitatus; ergo ſi filius inuitatus eſſet, matris inobe-
dientia ei non pręiudicaſſet:ſed in caſu noſtro Do.
Syluius eſt de deſcendentibus à teſtatore,qui omnes
inuitati fuerunt,ideo ueniens ad ſucceſsionem in fi-
deicommiſſo prædicto ex perſona propria facto pa-
tris non impeditur. Nec obſtat quod dicitur, ipſum
etiam alienaſſe ſimul cum patre.quia primò reſpon-
detur, Do.Syluium tunc fuiſſe in poteſtate patris, ut
probatur in inſtrumento producto ab aduerſario,
ibi,cum conſenſu & uoluntate dicti D. Camilli eidẽ
D.Syluio libertatem & facultatem concedenti etc.
45 † qui uidetur potius interueniſſe ob reuerentiam pa
ternam,quàm alia de cauſa.arg.tex.in l.ueluti. ff. de
46 iuſt.& iure.Pariſ.in conſi.xciiii.nu.xxxi.i.uol.† Et
quia dominus Camillus erat pater familiàs pręſu-
mitur, quòd tota pecunia ad eum peruenerit, ut
pulchrè per Crauettam in conſi.xci.nu.iii. Pręthereà
ſi rectè perpendantur uerba illius inſtrumenti,appa-
ret manifeſtè D.Syluium nihil aliud egiſſe,quàm eõ
ſenſum accommodaſſe uenditioni per prius factę per
patrem,ut ibi,contentantes quòd idem D. Lucas ſit
irreuocabilis dominus etc. Item laudantes & appro
bantes dationes inſolutum factas per patrem & alia
47 huiuſmodi.† ſed qui conſenſit alienationi factę per
alium

alium,non dicitur contrauenire uoluntati teſtatoris prohibentis alienare; & per conſequens nõ meretur priuari quo minus poſsit partem alterius alienantis recuperare. Glo. Bar. Paul. & Imol. in l. pñ. §. li
48 bertis. ff. de leg. ii. † aliud eſt .n. alienare, aliud alienãti cõſentire, ut in reg. aliud eſt uẽdere, de reg. iue. ff. & ibi Dec. exemplificat in eo, qui cõſentit alienãti, quòd nõ intelligitur alienare. & idem in c. ii. col. vi. uerſ. in prædictis enim caſibus, extrà de iudic. eattonem eſſe dicit, quia qui alteri facienti conſentit,
49 non dicitur facere. † quòd autem approbatio ſecuta poſt alienationem anteà factam habeat uim conſenſus, licèt tempore alienationis non interuenerit, probatur in l. fin. C. ad Macedo. iu l. donationis. la i. C. de donat. inter uir. & uxo. Curt. inn. in conſi. i. nu. xv. cum aliis ibi per eum allega. nec renuntiatio D. Syluii pacto de recuperando cenſetur alienatio, quia potuit renuntiare quò ad ſui præiuditium; alioquin nunquam daretur caſus, quod conſenſus non eſſet alienatio, contra commu. opin. Glo. & Doct. in d. §. libertis. minus obſtat quòd facta fuerit exburſatio in augmentum pretii ex quo uidetur facta uenditio, quia promiſſum fuit de euictione. Bal. in conſil. ccxxvii. uol. v. nam reſpondetur, non ideo fuiſſe uenditionem, ſed illud augmentum pretii tendit ad redimendũ pactum de retrnuendendo, ut plenè per Andre. Tiraq. in tracta. de dupli retract. titn. de retractu conventionali in fin. tit. nu. clxiiii. & D. Syluius non promiſit ſimpliciter de euictione, cui pater tenebatur ex primo contractu, ſed ꝓ pecuniis acceptis pro ceſsione pacti de recuperando, quanuis pecunię prędictę peruenerint ad dominum Camillum patrẽ. noluit enim dñinus Lucas Saluonus cautius negotiari, & in caſu euictinnis non amittere pecunias exburſatas pro redemptione pacti.

Gaſpar Fabianus Veronenſis, licèt conſilium fuerit exibitum ſine nomine.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Proximior in ſucceſſionibus præferendus eſt.*
2 *Hæreditas inteſtatorum ad ſuos primùm, deinde ad proximiores agnatos pertinet.*
3 *Regulæ iuris firmiſſima ſunt fundamenta.*
4 *Regulæ adhærendum eſt, quemadmodum Bononienſes Carratio.*
5 *Regulam pro ſe allegare ſufficit ad fundandam eius intentionem, & qui contrarium ſentit, exceptionem probet. & uide nu. 51.*
6 *Actus humani cũ ipſa iuris diſpoſitione conformes interpretari ſolent. & nu. 30. & 38.*
7 *Teſtatoris diſpoſitio, legis habet uigorem.*
8 *Voluntas teſtatorum exequenda eſt, maximè in fideicommiſſis.*
9 *Mens potius quàm uerba in fideicommiſſis ſpectanda eſt. & nu. 31.*
10 *Fideicommiſſa ex coniecturis probari poſſe,*
11 *Fideicommiſſo relicto ſub nomine collectiuo, puta familiæ, agnationi, liberis etc. an ad illud proximior ſolus admittendus ſit, uel etiam cæteri licèt gradu diſpari, repræſentantes tamen eorum parentes? & per totum conſil. & de communi & magis communi. nu. 15. 17. 21. 41. 43. 44. 46. 82.*
12 *Filius an ingrediatur locum patris in fideicommiſſis, & gradum repræſentet. & nume. ſeq. ſed uide num. xxix. xxx. cũ plurib. ſeq. & præſertim xxxvij. xliij. lxv. xciiij. & ſeq. & per totum conſil.*
13 *Nepotes cur in ſtirpem, & non in capita ſuccedant.*
14 *Tutela ad ſolum ſuperſtitẽ filium defertur, non autem ad nepotem ſcilicet ex altero filio prædefuncto exiſtentem.*
16 *Lex facilius ſuas, quàm hominis diſpoſitiones moderatur. & nu. xxiij.*
18 *Conditio ſi deceſſerit, intelligitur ſine filijs legitimis & naturalibus, fallit tamen. & nu. 24. & 35.*
19 *Verba ciuiliter eſſe intelligenda.*
21 *Gradus prærogatiua quando non attendendus.*
22 *Legis caſus ubi eſt, controuerſia omnis ceſſat.*
25 *Hominis prouiſio expreſſa potior eſt ipſa legali.*
26 *Lex ſuum, non tuum denegat auxilium.*
27 *Legiſlator eſt naturæ imitator.*
28 *Statuto dictante quòd cauſa in ſtatutis non deciſa decidantur ſecundum ius commune, intelligitur de iure communi Romanorum.*
29 *Verba in potiori ſignificatione eſſe intelligenda.*
32 *Fideicommiſſum aut legatum relictum fratribus, intelligitur de utrinque coniunctis, excluſis illis qui ex uno tantùm ſunt latere.*
33 *Tex. in l. fin. C. de uerb. ſigu. exornatur.*
34 *Feudi conceſſio facta alicui & fratribus, interpretatur de fratribus ipſis, qui eodem ſunt ſemine editi.*
36 *Filiæ admituntur cum maſculis in emphyteoſi recepta pro ſe & filiis. fall. tamen.*
39 *Dictio fortè, ad dubitationem pertinet. fall. tamen.*
40 *Proximior etiam intelligitur in fideicommiſſis familiæ relictis, qui repræſentationis beneficio cum alio concurrit.*
42 *Verbum, meos, cuius ſit uirtutis.*
45 *Suitatis effectus plures, licèt remiſſiuè.*
47 *Trebellianicam à patre prohiberi non poſſe filijs primi gradus. & eſt receptior opin.*
48 *Succeſſio ab inteſtato à tacita defuncti uoluntate prouenit.*
49 *Voluntas nedum uerbis, ſed & factis quoque declaratur.*
50 *Finis præordinatis ad illum longè nobilior eſſe cenſetur.*
52 *Legis ipſius à uerbis recedendum non eſt.*
53 *Nepotes pignora eſſe chara.*
54 *Lex ſupplere non ſolet, ubi de diſponentis uoluntate nullo modo apparet.*
55 *Gloſſæ authoritas omnes alias præcellit.*
56 *Doctos uiros ineptè loqui, non facilè credendum.*
57 *Proximus eſt, quem nemo antecedit. & uide nu. 105.*
58 *Nepotes, pronepotes, & trinepotes habent repræſentationis beneficium, ut ſcilicet perſonam eorum parentum repræſentent.*
59 *Deus ſolus ſcrutator eſt cordium.*
60 *Voluntatem, quæ uerbis aut factis non declaratur, humana lex exequi non ſolet.*
61 *Fideicommiſſo onus præſertim perpetuò iniunctum, libertatem adminiſtrandarum rerum naturalem aufert.*
62 *Teſtator non intelligitur iuris diſpoſitioni derogaſſe, niſi*

niſi quatenus de ipſius mente aut coniecturis cõſtet.

63 *Dilectio ex conuictu & familiaritate inducitur. & numero 78.*

64 *Verba ideo inuenta, ut loquentis mentem explicent.*

66 *Filios diligere naturalis dictat ratio.*

67 *Dilectus magis præſumitur, qui primò nominatus eſt, quàm qui ſecundò.*

68 *Ratio habetur pro expreſſa, quando ſola potuit teſtatorem ad aliquid agendum impellere.*

69 *Nepotes dilecti in inſtitutione, cenſentur etiam in ipſa ſubſtitutione eodem amore proſequuti.*

70 *Speciem ipſo genere potiorem eſſe.*

71 *Mens diſponentis in ultimis uoluntatibus, maximè in fideicommiſſis pro lege cuſtodienda eſt, tametſi uerbis non conſtaret, dummodò coniecturis. & nu. 89.*

72 *Filij poſiti in conditione an exiſtimentur uocati, id coniecturis poſſe colligi receptum eſt à Doctoribus. & nume. 90.*

73 *Neceſſitatis compulſio liberam nõ arguit uoluntatem. & nume. 86.*

74 *Proœmio ex ipſo mens diſponentis declaratur.*

75 *Inſtitutio caput eſt teſtamenti.*

76 *Antecedentia declarant ſubſequentia, & in ipſis quod diſpoſitum eſt, in ſubſequentibus diſpoſitum etiam cenſetur.*

77 *Subſtitutionem ab ipſa inſtitutione temperamentum recipere.*

79 *Præſumptio una elidit aliam, ſi tamẽ illa urgentior ſit.*

80 *Facti quæ ſunt probari utique debent.*

81 *Finis conſiderandus eſt, ueluti principio nobilior.*

83 *Hæreditas ſemel adita, nõ dicitur amplius primi teſtatoris patrimonium.*

84 *Fideicommiſſis in ipſis utrum proximitas teſtatoris diſponentis, uel ultimò grauati attendenda ſit. & de communi opin. & nu. 87.*

85 *Proximitas in fideicommiſſis quæ attendenda ſit, an teſtatoris, uel illius qui reſtituere grauatus ſit.*

86 *Liberalis nemo in neceſſitatibus exiſtit.*

88 *Difficilibus & perplexis in caſibus reſpondere per uerbum fortè, modeſti atque prudentis eſt uiri.*

91 *Coniectura quantùm operentur, oſtenditur. & nu. 99.*

92 *Subſtitutio uulgaris in legatis etiam & fideicommiſſis fieri ſolet.*

93 *Subſtitutionis reciproca uirtus, quæ ſit.*

94 *Gradus prærogatiua uix inueniri poteſt, quando in ſtirpes, & non in capita ſucceditur.*

96 *Teſtamenti pars una ab altera non declaratur, quoties ratio diuerſitatis ſubſit.*

97 *Clauſulam in ultimo ſubſtitutionis gradu poſitam, ad medias & antecedentes referri.*

98 *Mens & ratio præponderant uerbis.*

99 *Iudicis animus in ſtatu coniecturali pluribus ſimul perpenſis inſtrui ſolet.*

100 *Nominis accidens, corporis ipſius ſubiectum præſupponit.*

101 *Si de quo minus, ergo de quo magis.*

102 *Nepotes chara eſſe pignora.*

103 *Alienatio facta in conſortem emphyteotam pro non facta habetur.*

104 *Argumentum ex ſeparatis inualidum eſſe.*

106 *Probandi onus ei qui dicit, incumbit.*

107 *Culpa authorem egredi non debet.*

108 *Alienare non cenſetur, qui alienanti conſentit.*

109 *Iudices ad abſoluendum promptiores eſſe debẽt, quàm ad condemnandum.*

110 *Datio in ſolutum æquiparatur uenditioni.*

111 *Præcepti de non alienando, iuſta cauſa eſſe dicitur, cùm teſtator prohibet bona alienari, ad hod ut perpetuò ſint in eius familia.*

112 *Modus non eſt attendendus dummodò habeamus effectum.*

113 *Fraudes fieri, lex abhorret.*

CASVS.

EX FACTO proponitur, Magnificum D. Federicum de Capitibus liſte, nobilem Patauinum, & Comitem Palatinum quibuſdam legatis diſpoſitis, his verbis ſibi hęredes inſtituiſſe.

In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus & actionibus præſentibus & futuris quomodocunque ad ipſum dominum teſtatorem ſpectantibus & pertinentibus ſuos uniuerſales hæredes inſtituit & eſſe uoluit infraſcriptos ſuos filios & nepotes ex filio: uidelicèt eximios iuris Doctores dominum Bartholomęum & dominum Antonium Canonicum Paduanum, ac D. Petrum eius filios legitimos & naturales, ac dominos Hieronymum, Carolum, Alexandrum & Benedictum eius nepotes, & filios legitimos & naturales quondam famoſi I. V. Doctoris domini Federici etiam eius filij defuncti. & hoc in parte & partibus ejs deſcriptis & annotatis, mihi Antonio notario infraſcripto aſsignatis & ſigillatis in pręſentia ſupraſcriptorum teſtium in præfata ſcriptura manu præfati domini teſtatoris deſcriptis.

Deinde eundem cauiſſe, unum quemq; ab eo inſtitutorum eius diſpoſitioni his uerbis acquieſcere debere.

Item iuſsit & uoluit, unumquemque dictorũ ſuorum hæredum remanere & eſſe tacitum & contentum de parte ſibi contingente, & per eum ut ſuprà aſsignata. & non remanentem contentum uel contentos, priuat ſucceſsione & hæreditate ſua, prætecquam de legitima, in qua tantummodò illum uel illos inſtituit ſibi hæredes: & ultra in ſolidis quinque paruorum: & ad reſiduum dictę partis inſtituit ſupraſcriptos ſuos filios & nepotes remanentes contentos & pacificè partem ſuam acceptantem uel acceptantes.

Deinde poſt inſtitutionem ſupraſcriptis uerbis ordinatam, perpetuum & irreuocabile fideicommiſſum inſtituiſſe inter deſcendentes familiæ eius de Capitibus liſte, his quidem uerbis.

Item reliquit, iuſsit & ordinauit, quòd infraſcripta ſua bona notanda infrà, ſint ſub perpetuo & irreuocabili fideicommiſſo de familia ſeu domo de Capite liſte. Et primò in ſuos legitimos maſculos & naturales, & de legitimo matrimonio natos & per legitimam & naturalem lineam deſcendentes in perpetuum, quos ſubſtituit uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum etc.

Poſtmodùm

Poſtmodùm deſcendentibus eius omnibus deficientibus ex latere coninnctos his ſanè uerbis uocaſſe: Et illis deficientibua uadant prædicta & infraſcripta bona ſua & totum fideicommiſſum in filios legitimos & naturales deſcendentes quondam famoſiſsimi ac celeberrimi I.V.Doctoris ac militis & Comitis Palatini D. Ioannis Franciſci de Capite liſte fratris domini Rolandi aui dicti domini teſtatoris: uidelicèt ſpectabilē Militem & Comitem Palatinum dominum Gabrielem de Capite liſte, & D. Annibalem ac D.Sigiſmundū ambo fratres & olim fillos legitimos & naturales quondam famoſiſsimi & celeberimi I.V.D. domini Franeiſci de Capite liſte,& eorum filios maſculos legitimos & naturales,ac ea eis legitimè deſcendentes de legitimo matrimonio,in ſtirpes & non in capita.

Demum magnificum huiuſmodi dominum teſtatorem pręceptum probibitionis alienationis bonorum huiuſmodi ſuorum bis ad nnguem uerbis expreſsis adieciſſe.

Prohibena etiam expreſsè legitimus dominns teſtator quòd dicti hæredes ſui,tā inſtituti,quàm ſubſtituti,qui modo aliquo ut ſuptà ad dicta bona immobilia in fideicomniiſſo contenta in totum uel in partem uenient ſeu uenire poſſent, nequeant nendere,donare,aut alienare,uel permutare cum aliis bonis,uel ēt pro anima legare. et ſi fecerit uel fecerint, qnod iſtud non teneat, & faciens pro ea uice priuatus & priuati ſint commodo & ſucceſsione dicti fideicommiſsi: quod tunc & eo caſu transferatur & uadat in proximiorem de domo & familia dicti teſtatoris primo,& poſt illos uel illis deficientibus in deſcendentes ſupraſcriptos quondam domini Ioannis Franciſci de Capitibus liſte ſui barbani.

Quare,cū ex domino Bartholomęo filio inſtituto ſuperſtes fuerit dominus Rolandus ipſius teſtatoris nepos,& ea ipſo dominus Ludouicus pronepos editus fuerit,nuper abſque ullis deſcendentibus defunctus: & ex domino Petro einsdem domini teſtatoris filio inſtitnto ſuperſtes fuerit dominus ipſe Camillus magnifici Do. Syluij aduetſarii pater: deinde ex domino Federico, ęquè filio prædefuncto natos fuiſſe dominum Hieronymum ac Catolum ipſius teſtatoris nepotes; & ex domino Hieronymo domiunm Alexandrum pronepotem editnm fuiſſe: ex qno demū ſuperſtes fuit Magnificus dominus Hieronymus abnepos; quęſitum fuit,quis in Magnifici domini Ludouici ſucceſsione abſque deſcendentibus paulò ante defunctl, ueluti potior admitti debeat? an dominus ipſe Syluius pronepos eius ipſius qui deſcendētium familiæ illius fideicommiſsi onus iniunxit ſolus,an aūt unà cum eo Magnificus domini Hieronymus ueluti in prædefuncti parentis locum ingrediens & gradum illius repræſentas cōcurrere debeat?

CONSILIVM LV.

QVI VNVS VERITAS EST TRINVS & unus,homo factus Deus, mihi nunc adſit, & ad ipſius ueritatis fontem digitum intendat: ne in propoſiti negotij diffinitione quidquam aberrem.

EX HOC ſanè perplexo themate ſeu propoſita facti ſpecie, dubia hæc diſcutiēda proponuntur. Primò,utrum in huiuſmodi fideicōmiſſo familię relicto in bonis tētis per quondam dominum Ludouicum fideicommiſſo ſubiectis ab ipſo domino Ioāne Federico familiæ deſcendentium iniuncto, communi aſcendente ipſius domini Syluij, & domini Hieronymi collitigantium,ipſe dominns Hieronymus abnepos & idcircò diſponentis deſcendens patris locū ſubintret quondā domini Alexandri ęqualia in gradu tàm teſtatori quàm domino Ludouico grauato nuper defuncto cum ipſo domino Syluio?

Pro cuius clara diſcuſsione primùm quæritur, utrum abſolutè in fideicommiſsis filius ipſe patris locum ſubintret: & idcirco ex gradu illins repręſentato cum proximioribus reſpectu perſonæ illius, admitti debeat?

Seundò, ntrum ex diſpoſitione Magnifici domini Ioannis Federici teſtatoris, ſingularis aliqua urgeat cōiectura,uel eliciatur,qua ſuaderi poſsit id ipſum fieri debere uel non?

Tertiò,utrum ipſe dominus Syluius fundum ipſi reſtitutioni ſubiectum alienaſſe intelligatur, & idcircò ueluti comtemptor præcepti ipſius domini teſtatoris fideicommiſsi commodo prorſus priuandus cenſeatur?

Quod ad primum attinet,prima facie cōcludēdū
1 uideretur,quòd non. † Veteris enim legis incōcuſſa
diſpoſitio hęc eſſe uidetur, ut quo quis proximior
eſt in ſucceſsionibus ipſis præferatur.l.Iuriſconſ. ff.
de gradib.in princ.ibi,non ſolùm legibus ipſis, ſed
& ipſius qnoque Prætoris edicto ordinem hunc ſuc-
2 cedendi probatum eſſe,Paulus ipſe reſpondit. † Vnde & uetuſtiſsimę duodecim tabularum legis auctoritate cautum extat, inteſtatorum hęreditatem ad ſnos primùm pertinere,inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defe. §. in teſtatorum. quibus deficientibus ad proximiores quoſque agnatos ſpectare ſancitum eſt.inſtitu.de agn.ſucceſſ.in princ.ibi, tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum. & in §.ſi plures,eo.tit.à quo ſanè ſuccedendi ordine nec ipſe quidem Prętor iuris ipſius executor receſsit.l.j. ff.ſi tabulę teſta.nullæ extab.ibi, fecit enim gradus
3 uarios.primùm liberorum etc.† Quocircà,cùm proximioris ipſius intentio ſolido regulę fundamento uideatur inniti, uia expugnari poſſe cenſeri debet.l. omnis diffinitio.ff.de reg.iur.ubi Bar.Alber.Decius
4 & Cagno.nu.xxxiii.aduertunt, † eum ipſum qui cōtendit,regulę quemadmodum Bononienſes Carro-
5 cio adhærere debere: † quippè quòd intentionis illius fundamētum tantiſper ſolidum ieciſſe intelligatur, quatenus flexus ab ea legitima facultate probetur.

betur.Innoc.c.prętereà,de dilat.& Bar.l.ij.ff.ſi quis
in ius uocatus non ierit.& Franc.rub.de reg. iur. in
vj.& Feli.c.quoniã frequenter,ut lite non conteſt.&
Are.l.j.ad finem.ff.de teſtamentis,& Iaſ.l.& cætera,
in tertio notabili.ff.de leg.j.& Curt.rub. C. qui ad-
mitti,Dec.& Cagno.l.j.ff.de reg.iur.nu.xv.quod &
quandoque ex facto reſponſum extat: Dec.conſil.v.
6 † Vnde, cùm actus humani iuris ipſius diſpoſitioni
conformes interpretari conſueuerint.l.ſi duo.ff. de
acquirenda hæred.quod ibi Cinus, Bart.& Bal. atq;
Caſtr.aduertunt: & plures deciſiones adducit Dec.
conſi.cccexliiij.nu.ij.& iij.Quare in propoſito ar-
gumento diiudicandum uideretur, fideicommiſſum
deſcendẽtibus in familia relictum,proximiori cuiq;
primùm deberi, deinde grãdatim, ut iuris ipſius ra-
tio dictare uidetur.

Secundò & uetuſtiſsimæ duodecim tabularum le-
gis inſpecta diſpoſitione, idem cẽſendum uideretur,
7 qua cautum proponitur, † uti quiſque legaſſet rei
ſuę ita ius eſſe debere.l.uerbis legis.ff.de uerb. ſign.
& §.diſponat in auth.de nupt. quod naturali rationi
maximè conuenire Conſtantinus ipſe Cęſar ſanxit:
quippè quòd mors ipſa uoluntatis humanæ uotum
abſcindat.§.deinceps, in auth. de hæredt. & falcid.
§.morte, inſtit.mandati.& c.gratum.c.relatum, de
reſcript.unde Eccleſiæ relinquendi ſtylum maximè
liberum eſſe debere cauit.l.j.C.de ſacroſanc.Eccleſ.
8 † Quare & Gregorius eius nominis nunus ſacerdos
ſummus ſingulares urbium Paſtores excitat, ut ulti-
mas teſtantium uoluntates exequantur.c.tua nobis,
de teſtam.in Glo.ij.Hoſt.Io.And.But.& Abb.aduer
tunt. Quod quidem potiſsimùm in fideicommiſsis
cuſtodiendum legiſlatores ipſi conſtituerunt,in qui-
bus ſolam uoluntatem perpẽdendam Paulus ex mẽ-
te Galli Aquilij reſpondit.l.pen.ff.de leg.i.& l.fidei-
commiſſa.§.item ſi quis.ff.de leg.iii.ibi, cùm in fi-
deicommiſsis præcipuè ſpectanda, Accurſius, Oldr.
Alber. poſt Dinum & Bart.in uerbo fideicommiſſ.
9 aduertunt.† & quandoque magis mentem quàm uer
ba in iis intuendam decretum extat.l.cùm uirum.C.
de fideicommiſſ.quandoque uoluntatem ſimpliciter
ſpectandã eiuſmodi Papin.reſpondit. l.hęredes mei
10 §.cùm ita.ff.ad S.C.T. ibi abſurdum etc. † Vnde &
coniecturis ipſis fideicommiſſa deberi, non ſemel re
ſponſum extat.l.cùm proponeretur.ff.de leg. ij.ibi,
Papin.reſpondit in cauſa fideicommiſsi utcunque
precaria uoluntas quæreretur,coniecturam admitti
potuiſſe.& l.unum.§.ſi omiſſa,eo.tit.de lega. ii. ibi,
omiſsis fideicommiſsi uerbis,idem Papinia.reſpon-
dit, ſi cætera quę leguntur,congruunt cum iis, quæ
ſcribi debuere,rectè datum, & minus ſcriptum in-
telligi. & idem in l.cùm auus.ff.de condit. & dem.
pietatis ipſius coniectura minus ſcriptum & plus in
tellectum reſpondit.Quocircà cùm diſponentis uo-
luntas pro lege in eiuſmodi habenda cenſeatur. d.l.
uerbis legis.& l.in conditionibus ff.de condi.& de-
11 monſtrationib.† cenſuit Bald.in fideicommiſsis fa-
milię relictis,agnationi,ſeu liberis deſcẽdentibus,p-
ximum quemque prius admittendum eſſe; quippè
quòd ueriſimile ſit, eum maiori amore teſtatorem
ipſum fuiſſe proſequutum, in l.cùm ita.§.in fideicõ-
miſſo.ff.de lega.ii.uerſ.quęro an filius fratris. con-
cludens ob rationem ſuperius adductam in fideicõ-
12 miſſo familię uel agnationi relicto, † filium ipſum
patris locum non ingredi, neque illius gradum re-
pręſentare, ut cum eo ſuccedat: qui mero iure pro-
ximior ſit.& Cuma.ibi uerſ.in Glo.ſuper uerbo pro-
ximo, in fine lecturæ idem ratione huiuſmodi im-
pulſus concludit.& Caſtren.ibi uerſ.in textu,ibi, &
qui ex his proximo ſunt gradu.num.ii.in fideicom-
miſſo nominatos præferri,deinde ijs extinctis pro-
ximiores quoſque admitti:licèt idem Caſtr.proxi-
miores alio pacto intelligat,quàm Bald.ipſe fecerit
ut inferius declarabo.eandem ſententiam Baldi pro-
bat Nicolaus de Matharellis in l.fin. C.de iuriſdict.
om.iud.& Ange.in §.cùm filius, inſti.de hęred.quæ
inteſt.deferuntur uerſ.deinde iſta regula,probat ibi
concluſionem Baldi & illius rationem: licèt idem
Bald.ibi ſimpliciter ex ea Iuſtiniani conſtitutione
colligat,nepotem ipſum parentis locum ſubintrare,
& pronepotem; non diſtinguendo an in ſucceſsio-
ne hęreditaria id procedat atq; legali, an fideicom-
miſſaria.& deciſionis illius rationem eam eſſe Ioã-
nes Faber & Porcius colligebant,quia aſcendentium
& deſcendentium maior ſit ipſius iuris perfecta ra-
tione coniunctio; unde facilius quàm inter collate-
rales tranſmittatur.& probat ibi Iaſon uerſ. & quæ
ſit ratio diuerſitatis,poſt Ioannem Fabrum in §. cæ-
terùm,inſtitu. de legiti. agnatorum ſucceſsionę, &
Nicol.de Neapol.in §.j.eo.tit. de legit.agna. ſucceſ.
& Iaſ.eandem Baldi ſententiam & eiuſdem rationẽ
ſequitur.in l.ii.C.de ſucceſſorio edicto,nu.vj.uerſi.
13 & iſta opinio uidetur uerior.† Vnde in fine reddit
rationem,cur nepos in ſtirpem ſuccedat, & non in
capita; quia cùm repræſentatio fiat auctoritate
legis ſuggerente, id eadem æquitate à legiſlatore
moderari debuerat, ne alicui obſit. l.ii.§.ſi quis. ff.
ne quid in loco publico.& Dec. ipſi Baldo adſtipu-
latur in l.ex teſtamento.C.unde liberi,nu.iiii.uerſi.
ille.§.& concludit Baldi ſententiam ueram exiſtima
ri, ut ex legis Cęſareę diſpoſitione filius in ſucceſ-
ſione legali, non autem hominis ſeu fideicommiſ-
ſaria patris ipſius locum ſubintret. ſanè Baldi hæc
& aſſeclarum ſententia non inſulſa eſſe uidetur, cũ
facilis redditus ad iuris uetuſti diſpoſitionem præ-
ſumi poſsit, quo cautum erat, proximum quemque
in ſucceſsionibus ipſis pręferendum.d.l. Iureconſul
tus,cum aliis ſuperius adductis,& l.ſi unus.§. pactus
ne peteret.ff.de pact.ubi Iaſ.poſt ueteres nu. v.uerſ.
quartò noto. & cap. ab exordio, xxxv. diſtinct. ubi
Gloſſa & Archidiac.Quamobrem Bal.rite cenſuiſſe
uidetur,ſi cõtingat teſtatorem ipſum,aliquibus col-
lectiuo nomine comprehenſis,putà familię: agna-
tioni,liberis & deſcendentibus fideicommiſſum re-
linquere, proximimiorem quenque præferendum
cenſeri,quem ueriſimiliter diſponens ipſe magis di-
lexerit.l.iii.§.ſi duo.ff.de legitimis tutorib.in fine;
14 ubi † reſponſum eſt,ſuperſtite filio,& ex altero præ
defuncto nepote ad ſolum filium tutelam ipſam per
tinere.pro qua quidem ſententia atque ratione ue-
teres quandoque & recentiorum aliquot conſulti
reſponderunt: Cuman.conſili.cvi. Mulier inſtituit.
uerſ.accedat ad hanc partem.l. cùm ita. §. in fidei-
commiſſo.& proximiorẽ idcircò pręferendum con-
cludit,

cludit, quia uériſimilius ſit, plus eum teſtatorem
dilexiſſe. dict. l. iij. §. ſi duo. & Capra Peruſinus conſi.
quinto, uerſicu. ſed certè, Baldi eandem ſententiam
& rationem ſequitur. & Alexand. conſil. ducenteſi-
moquarto, in ſecundo, Conſideratis uerbis, nume.
vj. uerſicu. confirmantur prædicta, Baldi ſententiam
& rationem probat. & idem Alexand. conſi. quarto,
in quarto uolu. nume. x. uerſicu. fortificantur etiam
prædicta: & conſil. centeſimouigeſimonono, uerſicu.
iſtis ſic ſuppoſitis, nu. iiij. in quinto uolu. Baldi ſen-
tentiam aduerſus Imolam probabiliorem cenſuit.
ſubiiciens ſub uerbo tamen fortè, Gloſſæ ſenten-
tiam ſequi, ſed textum ipſum uiolare uideri in dicto
§. in fideicommiſſo. in uer. proximo. & in lege pro-
ximus. ff. de uerborum ſignificatio. idem Iaſon in-
ter conſilia Rubei Alexandrini conſil. trigeſimoſe-
ptimo, nume. v uerſicu. tertiò principaliter, conclu-
dit Gloſſæ ſententiam in dicto §. in fideicommiſſo;
duobus caſibus non indiſtinctè ueram eſſe: putà,
cùm in caſu inteſtati legis ipſius diſpoſitio ſucceſsio
nem defert. dict. l. Iureconſultus. dict. l. prima. ff. ſi
tabulæ teſtamen. & dict. §. cùm filius, inſtitu. de hæ-
redib. etc. Itemque & cùm directò ſucceditur, nem-
pè titulo hæreditario; ſecus autem ſi iure fideicom-
miſſi: ut Baldus loquitur: cuius ſententiam legen-
do ſemper ſeſe ſequutum atteſtatur, & præſertim in
15 dicta lege ſi auiæ. C. de ſucceſſorio edicto. † ubi ſen-
tentiam huiuſmodi non ſolùm ueriorem, ſed & ma-
gis communem atteſtatur. idem Rubeus Alexan-
dri nus conſil. trigeſimoſexto, numero nono Baldi
ſententiam propter maioris affectionis rationem ue
riorem exiſtimauit. & conſi. trigeſimooctauo, nume.
ſecundo & tertio, nepotem in fideicommiſsis paren-
tis locum non ingredi concludit in ſucceſsione, ex
diſpoſitione hominis, propter maiorem proximio-
rum ipſorum affectionem. Item quia ueteris legis re-
gula in d. §. ſi plures, inſtitu. de legiti. agnat. ſucceſsi.
cum aliis ſimilibus coarctata uideatur, ubi de ſuc-
ceſsione aui & patrui carnalis agatur. auten. ceſſan-
te. C. de legitimis hæredib. quod Gloſſam Hugonis
intellexiſſe concludit in dicto §. in fideicommiſſo, in
16 uerbo proximo. Tertia ratione mouetur, † quòd
lex ipſa facilius ſuas, quàm hominis diſpoſitiones
moderetur. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Sena-
tuſconſult. Trebell. & l. generaliter. §. cùm autem. C.
de inſtitut. & ſubſtitution. idem dixerat Rubeus in
dicto conſil. trigeſimoſexto, numero octauo in fine.
licèt in dicto conſil. trigeſimooctauo ſingularem te-
ſtatoris diſpoſitionem pro hac concluſione ponde-
ret. idem reſpondit Crotus inter conſil. Rubei con-
ſil. trigeſimonono, nume. iiij. Baldi ſententiam atq;
rationem probans, & in fine Gloſſam ipſam commu-
niter refelli teſtatur. idem Ruinus inter conſilia Ru-
bei conſil. quadrageſimo nume. tertio, uerſicu. ſed ta-
men præmiſsis. in eodem caſu Gloſſæ ſententiam
intelligendam cenſuit in ſucceſsione inteſtati: licèt
in fine eius ipſius reſponſi aliam ſingularem ratio-
nem uigere teſtetur. & Decius conſil. primo, nu-
mero quarto, uerſicu. & dico quòd licèt illa Gloſſa
allegetur, eam non eſſe ueram contendit; & idcir-
cò non iniuria à Baldo reprehendi: cuius ſententiam
17 † magis communem profitetur ibi eodem numero,
uerſicu. & ſic patet etiam. & aſſerit Alexandrum ip-
ſum in hanc partem magis inclinare. & inferius
uerſicu. ex quibus omnibus, infert Baldi ſententiam
receptiorem eſſe: idem Decius in conſil. octuageſi-
moſeptimo in fine uerſic. & ad hoc bene facit, Gloſ-
ſæ ſententiam & Imolæ in diſpoſitione legis ueram
fatetur, licèt in diſpoſitione hominis Baldus eam re-
prehendat, cuius diſtinctionis contemplatione om-
nes conuenire affirmat. idem tamen Decius parum
ſibi conſtans, ut Alciatus aduertit in dicto §. in fi-
deicommiſſo, in uerbo proximo, in conſil. ſeptua-
geſimonono, numero primo, uerſicu. ſecundò non
obſtat, ſententiam Baldi non eſſe tutam, nec dubio
carere concludit: quia Gloſſa aliter cenſuerit, quam
Imola ſequitur, & Alexan. pluribus reſponſis ibidē
adductis. idem tamen Decius conſil. ducenteſimo
decimoſeptimo abſolutè à Baldi ſententia non re-
cedendum concludit, niſi cùm agitur de aui uel
proaui ſucceſsione, etiam in fideicommiſsis ipſis;
quippè quòd huiuſmodi caſu hominis diſpoſitio ſe-
cundum iuris communis cenſuram intelligi debeat.
dict. §. cùm filius. idem Decius conſil. quatricente-
ſimooctauo, numero tertiodecimo Baldi ſententiam
ueriorem fatetur, cui Alexandrum ipſum potius ac-
quieuiſſe, & ſacram Roman. Rotam dum ipſe Flo-
rētię profiteretur, pro eadem iudicaſſe teſtatur. idem
Decius conſil. quadricenteſimoduodecimo, numero
vj. vij. & octauo, Baldi ſententiam ueriorem con-
tendit, ea ratione, quia in legitima ipſius ſucceſsione
filius parentis locum ſubintret, quippè quòd lex
18 proprias ſucceſsiones facilius moderetur. † unde
conditio à lege ſubintellecta, ſi grauatus deceſſe-
rit, ex interpretatione Cæſaris debet intelligi, ſi ſi-
ne legitimis & naturalibus grauatus ipſe deceſſerit.
d. l. cùm auus. ff. de condit. & demonſtrat. & d. l. ge-
neraliter. §. cùm autem. C. de inſtitut. & ſubſtitution.
ſecus autem ſi ab ipſo teſtatore exprimatur, tunc
enim & naturalis ipſe ſubſtitutum excludit. l. ex fa-
cto. §. ſi quis rogatus, ubi omnes: & Doctores dict.
l. cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. & dict. l. gene-
raliter. §. cùm autem, aduertunt. & ibi pro eius re-
ſponſo ſacram Rom. Rotam cenſuiſſe teſtatur, li-
cèt in duobus proximè adductis reſponſis ſingula-
ri ratione impulſus uideatur, quia in factis illis teſta-
tor expreſſerat ſalua gradus prærogatiua: unde re-
præſentationis beneficium indiſtinctè ſublatum eſ-
ſe uidetur. auten. defuncto. C. ad Tertullianum,
ubi Caſtren. aduertit, & in d. conſi. cccexij. nu. xiij. &
xiiij. Gloſſæ auctoritatem in ipſa controuerſia aliis
præſtare fatetur: quod Butrigar. in uniuerſum tra-
didit, l. prima. C. qui pro ſua iuriſdi. & Barto. l. ij. C.
quæ ſententiæ ſine certa quanti. unde & ad aliam ſo-
lutionem tranſire compulſus ſit: nempè quòd Hugo-
nis ipſius Gloſſatoris ſententiam Doctores non in-
tellexerint, ex quibus conſtat nec Decium ipſum
in huius quæſtionis diffinitione ſatis conſtantem
fuiſſe.

Idem tamen Decius conſil. cccclxxx. numero xij.
Baldi ſententiam & rationem ſimpliciter ſequitur,
licèt idem conſil. quingenteſimovigeſimoſeptimo,

nume.j.concludat ſiue proximior à lege uocetur,filium fratris ex repræſentatione paterni gradus, qui non cenſeatur corruptus, ſed legis ipſius auctoritate repræſentatus: ut Baldus inquit in lege prima, uerſicu. & nota quòd. & uerſicu. & nota per ipſum textum, pone dicit ſtatutum. C. de ſecundis nupt. ſiue à teſtatore proximior ipſe uocetur, quòd & Baldus reſpondit conſil. tricenteſimooctuageſimoprimo, Caſus talis eſt, Quidam Titius, in quinto.
19 † ubi uerba ciuiliter intelligenda eſſe concludit, & illi Decius ſubſcribit in dict. conſi. quingenteſimouigeſimoſeptimo, nume. octauo, et ideircò ſibi ipſi repugnat. Idem Deci. conſil. quingenteſimoquinquageſimotertio, nume.ij. Baldi ſententiam in dicto §. in fideicommiſſo, tuetur: & ſimpliciter etiam eundem rectè loqui fatetur in dicto conſ.cccclxxxj. in quinto. dum etiam ſi à teſtatore proximior uocetur, repræſentationis beneficium non excludi aſſerit. & idem acquieſcere uidetur Decius dict.conſil.quingenteſimouigeſimoſeptimo, nume. octauo. Ex qua ſanè tam eruditi Iureconſulti uaria ac multiplici in hoc ipſo argumento doctrina colligi poſſit, quàm perplexa ſit huius articuli diffinitio.

Gozadinus & ipſe conſil.uigeſimonono, numero xviij. Baldi ſententiam atque rationem ſequitur: idem tamen conſi.iiij.nu.xvj. & nu.xxxij. ſibi repugnans aduerſus Baldum, Gloſſæ ipſius ſententiam etiam in fideicommiſsis ueriorem fatetur; ut teſtator ipſe iuris communis diſpoſitioni ſeſe conformare intelligatur. pro qua ratione plures deciſiones adducit.

Reuerendiſsimus quoque Pariſius conſi.ix.nume. xx. Baldum ſequitur eiusque rationem, licèt in caſu eodem ponderet nominatos fuiſſe in priori gradu exiſtentes; tunc enim cùm clarè conſtet, qualis fuerit diſponentis mens, ambigendum non eſt. dict. l. penultima, de lega.primo. idem conſi.ſexageſimoquarto, nu.xxxij.in ſecundo, Baldi ſententiam ſimpliciter ſequi uidetur, licèt conſil. trigeſimoſexto, nume.primo, uerſicu.pro qua opinione eſt Gloſſa in dicta l. cùm ita.§. in fideicommiſſo. de legat. ſecundo, dicat ab omnibus communiter approbari, ut in fideicommiſsis ab aſcendentibus relictis filius parẽtis gradum ſubintret. inferius tamen eodem conſil. nume.ſeptuageſimotertio & lxxiiij. Gloſſæ ſententiam non eſſe ueram concludit, ſi intelligatur, quòd in fideicommiſsis filius ipſe parentis gradum repræ-
20 ſentet. † quam ſententiam communem atteſtatur. vnde prorſus ſibi repugnare uideatur. quamuis pro deciſione eiuſdem caſus penderet proximiorem ab ipſo diſponente fuiſſe uocatum. idem in conſil. trigeſimooctauo, nume.xiij. & xxviij. concludit, ſi de mente diſponentis ex legitimis coniecturis conſtet, etiam ulterioris gradus perſonas ex beneficio repræſentationis cum iis concurrere, qui inſpecta earum perſona proximiores cenſeantur, ut diffuſius inferius in ſecunda quæſtione diſputabo. Idem Pariſius conſil.nonageſimoprimo, nume. xiiij. concludit in fideicommiſsis regulariter paternum non ingredi gradum, niſi diſponens ipſe cauerit, deſcendentes eius in ſtirpes & non in capita ſuccedere debere; ut
21 inferius diffusè agetur. † idem conſil.nonageſimoſecundo, eodem uolu.ſecundo, numero lxviij. tunc quidem gradus prærogatiuam non attendi concludit, cùm teſtator ipſe in ſtirpes eius deſcendentes uocauit.

Gratus quoque Bononienſis Baldi ſententiam atque rationem ſimpliciter ſequi uidetur conſil.uigeſimoſeptimo, numero xx. in primo, ubi Gloſſæ ſententiam communiter reiectam teſtatur: licèt idẽ in conſilio ſexageſimoquarto in ſecundo, numero xl. ipſi Gloſſæ acquieſcere uideatur. Quocircà non defuerunt, qui in propoſito caſu contenderint, magnificum dominum ipſum Hieronymum abnepotem ipſius diſponentis repellendum eſſe, quippè quòd ipſius Baldi ſententia, ut ipſi fatentur, communiter recepta, ſuadeat, in fideicommiſsis ipſis filium parentis prædefuncti gradum ſubintrare non poſſe, cùm proximiorem quemque maiori amore diſponens ipſe proſequi uideatur: vnde beneficio repræſentationis nullo pacto locus eſſe intelligatur. d.l.iij.§.j. de teſtamen. tutel. cum aliis ſuperius adductis.

Tertiò, à ſcriptæ quoque legis auctoritate ſententiam huiuſmodi probari poſſe plures aſſeruerunt in dicta lege cùm ita.§.in fideicommiſſo.ff.de legat. ſecundo. cùm enim ibi teſtator fideicommiſſum familiæ reliquiſſet, nominatos primùm admitti Iureconſultus reſpondit, deinde qui ex nomine defuncti cùm moreretur, fuerint; & qui ex his proximo gradu ſint procreati. Quamobrem Dinus ibi §. illum in compendium hoc pacto redigebat, ut fideicommiſſum familiæ uel agnationi relictum ſeu deſcendentibus, primùm proximioribus deberi, niſi aliter de teſtatoris uoluntate conſtet. & Bartol. ibi, in ſummario, & paulò inferius uerſic.quidam. idem concludit. & Albe. & Iacob. ab Aren. vnde Bal.ibi, uerſicu. quæro an filius fratris, concludebat fratris ipſius filium in fideicommiſsis parentis locum non ſubintrare. & Cumanus in lectura in fine uerſic. in Gloſ. ſuper uerbo proximo, adſtipulatur: & uidetur de mente Caſtrenſis numero ſecundo, dum concludit, poſt nominatos proximiores quoque admitti.
22 † Quare, cùm in præſenti caſu legiſlatoris deciſio manifeſta uideatur, conſequens eſt, omnis controuerſiæ diſceptationem ſuperfluam intelligi. l.ancillæ.C.de furtis. Quæ ſanè concluſio probari poſſe uidetur in lege peto.§.fratre.eodem titulo, de legat.ſecundo. cùm quis fratrem hæredem inſtituiſſet, & ab eo petiiſſet, ne domus alienaretur, ſed in familia relinqueretur, is tamen domum alienauit. quæſitum fuit cùm plures in familia diuerſi gradus eſſent, quo ordine admittendi cenſerentur? & Papinianus reſpondit, rem ita temperandam, ut proximus quiſque primo loco inuitatus uideatur. & Gloſſa ibi aduertit, plura iura adducens. & Dinus, Bartolus, Albericus & Imola concludunt ordine ſucceſsiuo ab iis, qui ſunt in familia reuocationem fieri.

Quod & manifeſta Iuſtiniani ſanctione cautum eſſe uidetur in lege finali. C. de uerborum ſignificatione. cauit ibi legiſlator fideicommiſſum familiæ reli-

ctum

ctum gradatim deberi : quod primùm liberis, dein-
de proximioribus quibuſcumque deberi Doctores
intelligunt. & Corneus ibi, uerſi. in textu nulla
ſpeciali adiectione. & inferius uerſicu. in textu ibi,
gradatim, poſt Baldum Fulgoſi. & Cumanum ad-
uertit. quare in fideicommiſſo familiæ relicto ſpe-
cialis adſit legiſlatoris auctoritas, ut quo quis proxi-
mior eſt, eo potior intelligatur; magnifici domini
Hieronymi intentio prorſus elidi poſſe uidetur. l. itē
Prætor edixit. ff. de iniur. in princip. & l. ſi homi-
nem. ff. manda. ubi Bartol. & l. ſanctio legum. ff. de
pœn. & cap. ſtuduiſti, de officio lega. in argumen-
tum.

Quartò & Baldi ſententiam ueriorem eſſe, ea
quoque ratione probari poſſe uidetur: quòd vulgò
23 circumferri conſueuerit, † legiſlatorem ipſum pro-
uiſiones illius faciliua quàm ſubiectorum moderari.
24 d. l. cùm auua. ff. de condit. & demonſtration. † taci-
tam enim illam & à lege ſubintellectam conditio-
nem, ſi ſine liberis, cùm deſcendens granatur de
legitimis & naturalibus intelligendum legiſlator
ſanxit. dict. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtitut.
& ſubſtitut. ubi Doctores aduertunt. at ſi ab homine
exprimatur, etiam naturalea ſubſtitutum ipſum ex-
cludere, receptum eſt. dict. l. ex facto. §. ſi quis ro-
gatus. ff. ad Senatuſconſul Trebell. ubi Doctores. &
l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. vnde dici ſo-
25 let, † prouiſionem ipſiua hominis expreſſam ipſa
legali potiorem eſſe. l. finali. C. de pactis conuent. l.
quandiu, de acquiren. hæredit. & de regul. iur. & l.
26 antequàm. C. communia de ſucceſsionib. † & legem
ipſam ſuum, non tuum ſibi auxilium denegare. l. aſ-
ſiduis. C. qui potiores in pigno. & pertractat Negu-
ſan. in tractatu pignorum in prima parte. Quare
Decius in dicto coſil. ccccxij. & dxxvij. & Rubeus
Alexandrinus & Crotus in dicto conſil. trigeſimoſe-
ptimo & trigeſimooctauo Baldi ſententiam in fidei-
commiſsis ueriorem eſſe cenſuerunt, ut in ipſis fi-
liua ipſe parentis locum non adingrediatur.

Quintò à uitio ſuperflui, eiuſdem Baldi ſenten-
tia iuuari poſſe uidetur: ſi enim diſpoſitio teſtato-
ris fideicommiſsi onus inter deſcendentes iniun-
gentis, iuris diſpoſitioni nihil addat, ſuperflua ſa-
nè uideri poteſt: à quo uitio quemadmodum & na-
tura ipſa, ut inquit Stagirita primo cœli capite iij.
27 † ſimiliter & legiſlator plurimùm abhorret eius ip-
ſius imitator. l. ſecunda. ff. de uſufructu earum rerum
quæ uſu conſum. & §. maiorem, inſtit. de adoptioni.
idque in diſpoſitione eiuſdem prima conſtitutione
Codicis. §. quibus. & cap. ſi Papa, de priuileg. in ſex-
to, ſiue in humanis actionibus uel contrahant uel te-
ſtentur ipſi ſubiecti. l. ſi quando. ff. de legat. primo. l.
quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. Bal. rubrica. C. de con-
trahenda empt. quæſtione ix. & Angel. egregiè do-
cuit in l. ædem. C. locati declarando illam legem.
28 † Quamobrem, ſi ſingulari alicuius ciuitatis iure
cautum proponatur, cauſas ibi non deciſas ſecun-
dum ius commune diffiniri, de iure communi Ro-
manorum, non autem ciuitatis ſuperioris domi-
nantis intelligendum eſſe receptum eſt. Alexand. l. ſi
cùm dotem. ff. ſoluto matrimo. numero ſexto & ſe-
ptimo, ne aliàs dictio illa commune, nihil opera-
29 retur: † cùm potius in potiori ſignificatione intel-
ligenda ſit. §. ſed quoties, inſti. de iure naturali gen-
tium & ciuil. & cap. penult. de ſententia excommuni.
quod Decius ipſe docuit. cap. licèt cauſam, numero
quarto, uerſic. his tamen non obſtantibus. & cap. pa-
ſtoralis, de appellation. nume. j. Ex quibus omnibua
ſaltem iunctis, Baldi ſententia probabilior uideri
poſsit; ut in fideicommiſsis ipſis filius parentis locū
non ingrediatur. quæ concluſio ſi uera eſſet, Magni-
fici Do. Hieronymi cauſa admodum difficilis & ferè
inexplicabilis reddi poſſe uideretur: remota teſta-
toris prouiſione.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibua, op-
poſitum uerius eſſe diiudicandum cenſeo, atque id
ipſum pluribus rationibus, iuribus, & auctoritati-
bus probari poſſe oſtendo: quòd immo etiam in fi-
deicommiſsis ipſis filius patris locum ingrediatur,
30 & gradum illius repræſentet. † Et primò, quòd in-
concuſſa ſit concluſio humanos actus ea lege inter-
pretandoa, ut iuris ipſius diſpoſitioni ſint confor-
mes; ſiue contrahatur, ſiue quid in ultimis elogiis
diſponatur. caſus eſt in l. ſi duo. ff. de acquirenda
hæredit. inſtitutum qui ſciuit cohęredem repudiaſ-
ſe, adeuntem tamen lex interpretatur ea mente id
egiſſe, ut omnibus hæreditariis oneribua implici-
tus eſſet. quod ibi uidit Accurſius in uerbo impli-
citus. Cinus & Bald. uerſicu. item nota quòd ille
qui facit actum. & Caſtren. numero ſecundo. & id-
circò Bartolus in lege hæredea mei. §. cùm ita, ad
31 Senatuſconſultum Trebell. in princip. † Quatenus
ibi Papinianus reſpondit à ſubiecta fideicommiſſo-
rum materia in qua magis mentem quàm uerba
ſpectari conueniat, abſurdum eſſe, partia petitio-
nem nepti Claudiæ denegari; quam totum haberi
uoluit auus, ſi nouiſsimus fratris quoque portio-
nem ſuſcepiſſet. quod non procederet, ſi in lo-
co diſpoſitionia eiuſmodi, municipalis iuris aucto-
ritate ſtantibus maſculis fœminæ ipſæ excludan-
tur: quippè quòd is qui teſtatur & fidei hæredum
committit, intelligatur ſeſe iuris ibi uigentis di-
ſpoſitioni conformare. & Caſtren. ibi, & Alexan.
numero octauo, poſt Cumanum, & Imol. & Soci.
numero trigeſimoquinto, & Rip. numero lxxvj. &
lxxvij. Bartolo adſtipulantur. in qua ſanè concluſio-
ne firmiſsimum reſidet fundamentum, in fideicom-
miſsis ipſis, diſponentem, ſi in ſpecie ab ea non re-
cedat, iuris communis prouiſioni conformem di-
32 ſpoſitionem efficere uelle præſumi. † Quamobrem
Caſtrenſis ipſe cùm quis fratribus fideicommiſſum
reliquiſſet, uel legatum, utrinque coniunctos prę-
ferri cenſuit ex vno latere tantùm coniunctis, ut iu-
ris ratio dictat: in authen. de conſanguin. & vterinis
fratrib. & in authen. itaque. C. communia de ſuc-
33 ceſſ. † Qua ratione Caſtrenſis ipſe acti iudicio Iu-
ſtiniani ſanctionem interpretatur diſponentem fi-
deicommiſſa familiæ relicta gradatim deberi. d. l. ſi.
C. de uerbor. ſignificat. ut gradatim intelligatur iu-
ris ipſius inſpecta diſpoſitione, putà etiam repræ-
ſentationis beneficio, deſcendente locum aſcenden-
tis ſubintrante. quam interpretationem Corneus
ibi probat nume. quinto & ſexto. & Iaſ. nume. xxvj.
ueram cenſuit etiam ex mente Bartoli in l. Lucius. §.

quæſitum.ff.de legat.iij.nerſic. breuiter fratres. ibi,
eos propriè dici, concludere nidetur,qui ſunt con-
ſanguinei & vterini:tametſi in libro meo dicatur uel
34 uterini. † & Bald.in conceſsione feudorum alicui &
fratribus interpretatur de fratribus iis intelligendũ,
qui ex codē ſemine editi ſunt;nullo interpoſito gra-
du.c.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.nu.xl.uerſic.re-
ſpondeo ſic.quam Caſtrenſis interpretationem, &
Decius ipſe probare uidetur conſi.cccxxix.In cauſa,
nume.iiij. & v. & Socin. conſil.trigeſimooctauo,in
teitio,& lj. nume.xv.in quarto, & Reuerendiſsimus
Pariſ. in dict. conſil. trigeſimoſexto, nume. xiij. in
ſecnndo.
35 Hinc † Barto.in l.hæredibus.ff.eodem titu.ad Se-
natuſconſul.Trebell.§.primo, nerſicu. tamen Gloſſ.
facit, cenſuit ſi municipali iure cautum ſit,naturales
filios inteſtato parenti ſuccedere,conditionem in eo
loco à teſtatore prolatam, ſi deceſſerit ſine filiis, de
huiuſmodi naturalibus intelligendam; quos ſucceſ-
36 ſioni habiles ſingularis iuris diſpoſitio efficit. † et
idcircò ſi quia ſibi & filiis fundum in emphyteoſim
dari ſtipuletur, maſculos & fœminas ſimul admitti,
Bartolus ipſe concludit: quippè quòd iuris commu-
nis diſpoſitione fœminæ cum maſculis pariter ad-
mittantur.l.maximum uitium.C.de liberis præterit.
ſecus autem ſi ſingulari iure maſculis extantibus il-
læ excluderentur. Bart.l.ut iuriſiurandi.§.ſi libertia.
ff.de oper.libert.& Cinus l.liberti.C.eodem.& Ale-
xand.ſubſcribit,& plures deciſiones adducit l. Gal-
lus.§.quidam.ff.de lib.& poſth.nu.iiij. uerſic.tertiò
nota.& nume.v. ubi alij poſteriores Iaſ. Soci. Rui.
ſequi uidentur.

Quamobrem, cùm teſtator ipſe fideicommiſſum
familiæ relinquit, uel agnationi, uel alio collectiuo
nomine utatur,putà ſuis liberis,deſcendentibus,po-
ſteris, & huiuſmodi plurium graduum comprehen-
ſiuis terminis.l.Iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gra-
dib.& l.liberorum.ff.de uerborum ſignifica. & §. j.
in auctcn. de hæred.quæ ab inteſta.legiſlator ipſe fi-
deicommiſſum huiuſmodi proximiori cuique pri-
mùm deferri conſtituit.dict.l.peto.§.fratre, & dict.
l.cùm ita.§.in fideicommiſſo. & dict.l.ultima. C.de
37 uerborum ſignifica. † Ac cùm Iuſtinianus ipſe Cæ-
ſar ſemper Auguſtus cauerit, filios ipſos, nepotes,
pronepotes, abnepotes & cuiuſcunque ulterioris
gradus deſcendentes parentis illius locum ingredi
& gradum illius repræſentare in aſcendentium ip-
ſorum ſucceſsione.d.§.ſi igitur, in auctcn.de hære-
ditatib.quæ ab inteſta.& in §.reliquum,uerſic.ſi au-
tem defuncto fratres.ibi, tantam ex hæreditate por-
tionem percipiet, quâtam eorum parens, ſi uiueret,
percepiſſet. & ibi Angelus in tertio notab.aduertit,
& in §.cùm filius,inſtitu.de hæred. quæ ab inteſtat.
deferun.uerſicu.quoniam æquum eſt, quod ſanè re-
præſentationis beneficium generalius in terminis il-
lius §.deſcendentibus omnibus Iuſtinianum conceſ-
ſiſſe, conſtat ex nouella illius conſtitutione cxviij.
& paſsim Doctores aduertunt: & maximè Dinus in
tracta.de ſucceſs.ab inteſtato, & Cinus tractatu eo-
dem in §.primo, nume.quarto, uerſicu.ſi nerò ulte-
riores,& Barto.in auctcn.poſt frates, la ſecunda, in
princ.& Alberic.in auctcn.ceſſante. C. eodem titu.
de legit. hæred. poſt Cinum uerſicu. ſed etiam ca-
ue quia. & Bald.nume.j.& iij. & Salicet.& Caſtrenſ.
nume. ſecundo. & Angel.uerſicu. idem eſt & quan-
do. & Fulgoſ. in dicta auctcn.poſt fratres,la ſecun-
da, nume.iij.nerſicu.uidebis. Angel.& Corne.nu-
mero ij. concludunt, filium ipſum parentis locum
ſubintrare in aſcendentis ipſius inteſtati ſucceſsio-
ne. quod & Baldus aduertit conſi. lxxvj. nume.ij. &
cxxx.nume.j.& cxxxviij.nume.j.& cxlv. nume.v. in
quarto, & plures alios breuitatis cauſa omiſſos re-
fert Decius in dicto conſilio primo, & aliis ſupe-
rius adductis.

Idcircò acri iudicio Accurſius ipſe cenſuit, nel ut
nonnulli malunt, Hugo Gloſſator, etiam in fidei-
commiſsis ipſis familiæ relictis filium ipſum paren-
tis gradum repræſentantem, cum eo quidem admit-
ti,qui cum patre illius prædefuncto gradus æqua-
litate cōcurrebat.d.l.cùm ita.§.in fideicommiſſo. in
uerb.proximo.dum enim Iureconſultus in fideicō-
miſſo familię relicto poſt noīatos, proximum quē-
que admitti reſpondit, declarando quales ſint pro-
ximi,interpretatur Gloſſator, diſparis gradus per-
ſonas vnà quandoque ſuccedere. dict. auctcn. ceſ-
ſante. vnde concluſioq; elicitur, Gloſſam ſentire,
etiam in diſpoſitione hominis & fideicommiſsi fa-
milię relicti, proximum illum cenſeri, quem lex
ipſa etiam ex repręſentationis beneficio uocat. dict.
§.reliquum. quippè quòd gradus ipſius repræſenta-
tionis effectus ille ſit, ut patris locum ingredientem
nemo excludat. & idcircò hunc proximum eruditè
Accurſ. ſiue Hugo interpretatur. l. proximus. ff. de
uerborum ſignifi.& d.l.Iureconſultus,in princ.cum
aliis ſuperius adductis. cuius ſanè interpretationis
38 ſolidum illud fundamentum exiſtimari debet, † ut
eius ipſius,qui fideicommiſsi onus iniungit,diſpoſi-
tio, iuris ipſius prouiſioni ſit conformis: quod in
quocunque actu legitimo receptum eſt. Barto.dict.
§.cùm ita, cum aliis ſuperius adductis: & ex facto
ſæpius reſponſum extat: Oldrad.conſ.cclxviij.Cal-
der.conſi.ſecundo,de reſcriptis.& Fulgoſ.conſil.ſe-
xageſimoſexto, Alexand. xcvij. Viſo. Signo. conſ.
ccxlv.in fine.

Qua ratione non defuerunt, qui Gloſſæ ſenten-
tiam & legendo & ex facto reſpondendo ſecuti fue-
runt. in primis Dinus ibi, Iacobus ab Arena,Oldra.
& Alberic. necnon & Bartol. ſimpliciter tranſeunt.
vnde, cùm interpretatio ſit docere, & improbanda
refellere: ne aliàs Iuriſconſulti clariſsimi negligen-
tiæ nomine notarentur & improbarentur,interpre-
tationem huiuſmodi probare intelligantur. argum.
l.ij.§.Seruius autem Sulpitius. ff. de origine iuris. &
cap.fraternitatis,de frigid. & malefic. & cap.ad au-
dientiam, de præſcript. vnde & ipſe magni nominis
profeſſor Ruinus huiuſmodi Doctores Gloſſam il-
lam clarè non refellentes,eius interpretationem pro
baſſe cenſuit:& Cumanus ibidem in repetitione nu-
mero v. & vj.Gloſſæ ſententiam æquiorem eſſe exi-
ſtimat, licèt Baldi diſtinctionem ſubtili iuris ratio-
ne perpenſa ueriorem putet: quod falſum eſſe infe-
rius oſtendam. Ioan.ab Imola Gloſſę ipſius ſenten-
tiam probat in dicto §.in fideicommiſſo,in fin.uerſi.
39 ſed fortè poteſt. Nec † urget dictio illa fortè, ad du-

bita-

bitationem pertinens , quod Alexand. quandoque
aduertit: quia inſpectæ conditione Doctoris mode-
ſtè rèſpondentis nullam dubitationem inducere cre-
ditur Bald.l.in ſubſtitutione.ff. de vulga. & pupilla.
Barb.& Deci.in cap.ſuper literis, de reſcript.in uer-
bo niſi forſan. ubi quandoque dixi.eandem Gloſſæ
ſententiam Caſtren.ibi probaſſe intelligitur, ut cla-
rius qualis fuerit illius intentio declarauit in dict.l.
40 vltima.C.de uerbor.ſignific. † proximiorem illum
nempè intelligi in fideicommiſſo familię relicto,qui
repræſentationis beneficio cum alio concurrit.cuius
ſententiam Cornena ibi num.iiij.& v. in practica ſer
uandam cenſuit: & Iaſon nume. xxvj. dum probat
Caſtr.rationem, & interpretationem quoque inde
nitentem non improbare uidetur. argumento legis
ſecundæ. C.de dotis promiſſa.ubi Bald.& Curt.quo-
que iunior Gloſſæ illius ſententiam probare uide-
tur ex theoricis ſuperius adductis communiter ap-
41 probatis: † licèt dicat Baldi ſententiam magis com-
muniter probatam uideri: quod tamen ex inferius
adducendis uerum non eſſe conſtabit. Alciatus & ip-
ſe Accurſio ſeu Hugoni ſubſcripſit in dict.§.in fidei-
commiſſo. quippè quòd non temerè inter hominis
& legis ſucceſsionem differentia ſit conſtituenda.
Rubeus quoque Alexandrinus in dicto conſil. xxx.
vij.teſtatur,Puteum in d.§.in fideicommiſſo,à Gloſ-
ſatoris ſententia non recedere: licèt idem Rubeus
alibi oppoſitum ſibi repugnas fateatur.eandem ſen-
tentiam ſequi uidentur Porcius in dict.§.cùm filius,
& Ioan.Faber,& Nicolaus de Neapo. in §.cæterùm,
inſtit.de legit.agnatorum ſucceſs. & ibi Iaſon nerſi.
quæ ſit ratio diuerſitatis. dum abſolutè concludunt,
rationem repræſentationis à Iuſtiniano inductæ eſ-
ſe magnam inter aſcendentes & deſcendentes con-
iunctionem.quod & Cinus aduertit in dicto §. pri-
mo in tractatu de ſucceſsionibus ab inteſt. dicens re-
præſentationis beneficium inter aſcendentes & de-
ſcendentes in infinitum ab ipſo Iuſtiniano inductũ
fuiſſe, quia ab eodem ſanguine proficiſcuntur om-
nes: ſecus autem inter coniunctos ex latere.quæ ſa-
nè ratio cùm & in fideicommiſsis ipſis ceſſare non
uideatur.d.l.hæredes mei.§.cùm ita, eadem quoque
iuris diſpoſitio in ipſis locum ſibi uendicare debet.
l.tutelas.ubi Bart.ff.de capitis diminu.cap.cùm ceſ-
ſante,de appella.& capi.& ſi Chriſtus. de iureiuran.
ubi Doctores.

Eandem quoque ſententiam Gloſſæ ſequitur Bal
duinus vir Gallus Iureconſultus non incelebris in d.
§.cùm filius.ſcribens in fideicommiſsis filium ipſum
parentis locum ſubintrare, & eius ipſius gradum re-
præſentare.& Iuſtinianum ipſum atteſtatur genera-
lius prohibuiſſe gradus in terminis illius §.rationem
& haberi in dict. conſtit.cxviij. maximè in princ. in
§.ſi quid igitur.

Et propter hanc ipſam rationem pro Gloſſę ſen-
tentia ueteres ex facto conſulti & recentiores ſæpius
reſponderunt: Bald. in d.conſil.cccclxxxviij.Caſus
talis eſt, in tertio uolu.ubi teſtatoris diſpoſitionem
etiam proximiores eius hęredes.per fideicommiſſum
ſubſtituentis interpretatur ſecundum legum diſpo-
ſitionem, ut filius ipſe matris prædefunctæ locum
ſubintret, tempore quo ſubſtitutus moritur, et

42 † propter pronominis uirtutem, meos, quæ præta-
xat qualitatem proximitatis ad illius ſubiectum. l.
hæc uerba.§.quiſquis.ff.de vulg. & pupill. ubi Bart.
Baldus, Angelus & Caſtren. Alexander & Iaſon.
Vnde abſolutè attenta mente diſponentis, qui
cenſetur eius prouiſionem iuri communi confor-
mem efficere uelle, Gloſſæ Hugonis in dicto §.in fi-
deicommiſſo, in uerbo proximo, ſententiam ſequi
uidetur. quam ſanè Baldi mentem fuiſſe in dicto
conſilio cccclxxvviij. Decius ipſe ſenſiſſe uidetur in
dicto conſi.dxxvij.nume.j.& viij.uerſi.ſed etiam qui
à teſtatore.ubi concludit, ſi proximior à teſtatore
uocetur,filium ipſum patris locum ſubintrare.& idẽ
reſpondere uidetur in conſilio xxxvij. & xxxviij. ut
Ruinus intellexit,eam eſſe teſtatoris uериſimilem af-
fectionem, quæ à iuris diſpoſitione temperetur. &
Alex.eiuſdem Gloſſę ſententiam ex facto conſultus
ſępius probauit conſ.lxxxviii.in i.uo.ii.ubi atteſta-
43 tur excepto Baldo † communiter eam à Doctoribus
probari: qui fortius ſubiicit conſulendo eiuſdem
Gloſſę ſententiã ſequutum in d. conſi. cccclxxxviii.
Caſus talis eſt,in iii.quod & Decius exiſtimaſſe vi-
detur in d.conſi.dxxvii.d.uerſ.ſed etiam ſi à teſta-
tore.quaſi innuat, Alexandro maiorem ipſi Baldo
facto reſpondenti fidem adhibendam.idem Alexan.
conſ.cxxxvii.nu.i.uerſ.ſed in hoc Io.ab Imo.Gloſſę
ſententiam ſequitur & communem atteſtatur.idem
conſ.xxvi.nu.xi.in tertio verſi.pręterea Gloſſa:qua-
re non ſat expeditum ſit, quod Decius in conſiliis
ſuperius adductis aſſerat Alexandrum magis Baldo
quàm Gloſſæ acquieuiſſe: quia immo potius oppo-
ſitum uerius uidetur, cùm Baldum ipſum inconſtã-
tiæ nomine damnet, & Gloſſæ ſententiam in re-
ſponſis ſequutum atteſtetur; quaſi innuat ad maiu-
rius factum præſumi, eandem ſententiam ſequutus
fuit Aret.& ſubtilis & admodum grauis Iureconſul-
tus in conſil. clxiiij.in primo dubio, etiam in feudis
illam ipſam ueriorem probans. & Corne. idem cẽ-
ſuiſſe uidetur conſil. cccvij. litera C. & cccxxj.li-
tera B. C. & G. concludit uetera iura, quibus
cautum erat proximiorem quemque admittendum.
d.l.Iureconſultus.cum alijs ſuperius adductis, & §.
ſi plures. Inſtitu.de legit.agnat. ſucceſs. fuiſſe limi-
tata, ut filius patris ipſius gradum repræſentet, etiã
in fideicommiſsis ipſis. idem in conſi.xxij.in ſecun-
do, litera &. et xxiij. in ultimo dubio, litera E.
in ſecundo,amplius pronepotem ipſum non ſolùm
in teſtamento & fideicommiſsis,ſed in contractibus
patris gradum repræſentare concludit. idem Soci.
conſ.lj.in iiij.num.vij.& conſ.xxxvij.uerſicu. & hæc
opinio,Gloſſę ſententiam ueriorem fatetur per tex.
in dict.l.fina.C.de uerborum ſignifica.in uerbo gra-
datim. & interpretationem Caſtren. ibidem quam
ſuperius oſtendi ab Angelo,Corn. & Iaſ. probatam
uideri.

Iaſon quoque ipſe licèt legendo Baldum proba-
uerit, ex facto tamen conſultus Gloſſę ſententiam &
ueriorem & probabiliorem ſecũdum iuris rationem
reſpondit in conſi.ccxv.in ſecundo,nume.iij.in ter-
tio dubio,uerſi.ſed præmiſsis quamuis admodum co
loratis. ubi ſubiicit in iudicando & cõſulendo ab hu
iuſmodi Gloſſa recedendum non eſſe. & omnes ra-

tiones à Baldo, Socino & Decio aduerſus illam ad-
ductas egregiè diluit, & idem Iaſon conſil. clix. in
quarto, nume. ij. uerſicu. tertiò facit, Gloſſam illam
ordinariam ab omnibus approbatam concludit, ex-
cepto Baldo. & Carolus quoque Ruinus magni no-
minis profeſſor, ut eum celebrat Alciatus ab huius
ipſius Gloſſæ ſententia & conſulendo & iudicando
non recedendum concludit conſil. clxiij. nume. vij.
uerſ. ſed his non obſtantibus. ubi adducit Cornei cō-
ſilium pro hac ſententia cxxaj. Remittendum, in ſe-
cundo uolu. idem Ruinus conſil. clxaaj. in ſecundo,
nume. v. uerſicu. nec contrarium, concludit ipſius
Gloſſæ interpretationem locum habere, cùm fidei-
commiſſum familiæ, agnationi, liberis, deſcendenti-
bus & poſteris, relictum proponitur. idem cōſ. clxiij.
in tertio, num. aiij. cùm agitur de fideicommiſſo re-
licto ab aſcendente inter deſcendentes, prout in ꝓ-
poſito negotio contigit, Gloſſæ ſententiam nume-
ris omnibus abſolutam diiudicauit. & Curti. iun. in
conſi. lvij. uerſicu. aggredior nunc, nume. viij. & cōſ.
lxxviij. nume. j. uerſicu. ego autem ſemper, conclu-
dit, filium ipſum nepotis locum ſubintrare in fidei-
commiſſo ab aſcendente relicto, & gradum illius re-
præſentare: vnde paris gradus cenſeri cum eo, cum
quo concurrit, non autem remotioris, ut eruditè Ia-
ſon docuit in d. conſi. ccav. in ij.

Gratus quoque Bononienſis conſili. lxiiij. in ſe-
cundo, nume. al. ipſi Gloſſæ acquieſcere uidetur, li-
cèt bis ex facto conſultus oppoſitum reſponderit, ut
44 ſuperius oſtendi. † Quapropter & Marianus ipſe
iunior huius Gloſſæ ſententiam magis communem
atteſtatur, quicquid dixerit Decius in dicto conſilio
primo, & aliis ſuperius adductis. uidendus eſt Ma-
rianus in conſi. cavj. nu. ix. uerſic. uerùm qui opinio-
nem illius Gloſſę. & num. avij. & nume. xxiiij. & ax-
vj. in fortioribus terminis plures coniecturas ponde
rando inferius in ſecundo dubio diſcutiendas, poſt
Alexandrum in dicto conſil. xxvj. lib. iij. concludit,
cùm fideicommiſſum eſſet relictum à domino Pe-
tro inſtitutis fratribus familiæ de Beuilaquis, non ſo
lùm Matthæum patruelem domini Leonardi graua-
ti proximiorem admittendum, ſed etiam Beuilaquā
alterius prædefuncti patruelis filium: & tamen ibi
erat inſtitutum fideicommiſſum in linea collatera-
lium, & nihilominus etiam in aliis gradibus quàm
inter nepotem & patruum repræſentationis benefi-
cio locum eſſe reſpondit. vnde id multò fortius in
propoſito caſu fateri oporteat, cùm fideicōmiſſum
ipſum inter deſcendentes iniunctum fuerit, quo-
rum longè maior ſit coniunctio. l. ſi filius qui patri,
45 de vulga. & pupilla. † ubi Barto. plures ſuitatis ip-
ſius perpendit effectus: & Cinus, Nicol. de Neapo.
Faber, Porcius, & Iaſon aduertunt in locis ſuperius
adductis. Quocircà Magnificus dominus Hierony-
mus patris gradus repræſentans, & idcircò æqualis
cum D. Syluio portionem illam ex huiuſmodi fidei-
commiſſo percipere debet; quam parens illius ſi ui-
ueret, percepturus fuiſſet.

Idem Marianus iunior conſil. cxxvj. eod. uolu. nu.
x. Gloſſæ illius ſententiam probat, & magis commu-
nem eſſe teſtatur, & intelligit Barto. & alios, qui ta-
citi tranſeunt, prout Dinus, Oldra. Iacobus ab Arena
& Alber. cùm expreſsè eam non refellant, illam pro-
baſſe præſumi. quod & Ruinus (ut ſuperius dixi)
cenſuit, quemadmodum Imola & Caſtren. eam ex-
preſsè probant, & Corne. in d. l. fin. C. de uerborum
ſignific. & Cuma. in dict. repet. eam æquiorem fate-
tur, & eam ibi Puteus, ſi Rubeo credamus, licèt incō
ſtanti, probat, & Alciatus ipſe & Balduinus in d. §. cū
filius. & plura ibidē dominus Maria. pro hac ſenten-
tia reſponſa adducit, ueluti Cornei in conſi. cxxx. in
tertio. & Curt. iun. caaviij. in ſecundo, in fine. idem
Maria. conſi. xa. in tertio uolu. nume. j. Gloſſæ ſentē-
tiam etiam in fideicommiſsis ueriorem atteſtatur &
magis communem, ut in illis filius parentis locum
ſubintret: & præſertim repræſentationem gradus ex
lege Iuſtiniani in fideicommiſſo ab aſcendente reli-
cto locum habere concludit, poſt Iaſo. Curt. & De-
ci. in conſiliis ſuperius relatis. idem Maria. iuni. con-
ſil. cxij. in iij. in princ. licèt ibi ſingulari teſtatoris di-
ſpoſitione inſpecta aliud concludat: vnde pro regula
oppoſitum conſtituendum innuit, capitu. nonne, de
præſumptionib. & l. nam quod. §. fina. ff. de pen. le-
gata.

Ex quibus ſit clara & communis concluſio, in fi-
deicommiſsis filium ipſum patris locum ſubintrare,
& illius gradum repræſentare; quemadmodum in
ſucceſsione inteſtatorum id ſanxit Iuſtinianus in d.
§. ſi quis igitur. & d. §. cùm filius. & d. conſtit. cxviij.
Oloandro interprete, quicquid aliter cēſuerint Bal.
& eius aſſeclæ aduerſus Gloſſam in dicto §. in fidei-
commiſſo.

46 Ex quorum † omnium ſuperius adductorū theo-
ricis, duplex inconcuſſa concluſio elici poſſe vr̄, Pri-
ma, filium ipſum in fideicommiſsis patris ipſius gra
dum repræſentare communi & ueterum & recentio-
rum ſententia receptum eſſe: & idcircò aſſerentes cū
Baldo uel communem eſſe: uel magis communem
non ſat rectè ſentire; quicunque fuerit, ſiue Alexan-
der in hoc argumento inconſtans, ſiue Decius, ſiue
Grat. Bono. ſi enim prænarratos Doctores euoluiſ-
ſent, id profectò non adfirmaſſent. quod Decius ipſe
in materia doli contingentis ex propoſito uel re ipſa
in contractibus aduerſus Alexandrum, quandoque
47 obiiciens reſpondit conſil. clxax. & clxxxj. † & Ma-
rianus iunior d. conſi. cxij. in fine, in tertio uolu. ad-
uerſus eos, qui aſſeuerabant communem eſſe ſenten
tiam, quadrantis deductionem Senatuſconſulti Tre-
belliani auctoritate à patre filiis primi gradus prohi
beri poſſe. Item quemadmodum imprudenter non-
nulli aſſeuerare uidentur, communiter inter Docto-
res concludi, filios ipſos conditionali enunciatione
nominatos, uocatos ex teſtamenti diſpoſitione non
cenſeri. ſi enim iuris ipſius prudentiæ uoluminum
enciclopediam diligenter euoluiſſent, id fortè non
affirmaſſent: ut alias poſt Boërium Gallum Iure-
conſultum inſignem, & Maria. iun. in dicto conſilio
centeſimodecimo, in tertio uolu. uerſ. et ſe pur. con-
ſultus reſpondi.

Secunda concluſio ex præmiſsis indubitata eli-
ciatur, eum ipſum qui ex gradu repræſentato admit-
titur ſiue ex diſpoſitione legis, prout inter aſcendē-
tes & deſcendentes Iuſtiniani conſtitutione, necnon
& inter collaterales, putà nepotis reſpectu patrui, ſi-

ue in

ue in quocuoque alio ex latere coniunctorum gradu aliquem mens teſtatoris ex huiuſmodi beneficio adoitti ſuadeat: eiuſdem gradus eſſe ceoſeri, iuris ipſius interpretatiooe, cuius eſt ille, cum quo coocurrit. d.l. proximus. & d.l. ultima, io necbo gradatim, ubi Caſt. Ange. & Corn. & Barto. id inouere uidetur in d.l. libecorum, io fine. ff. de uerb. ſign. & Caſtr. in conſi. xl. Præſens caſus. uol. ij. nu. vii. & conſi. clxiiii. nume. xxvii. uerſ. quia ęquum eſt. & Iaſon d. conſi. ccxv. in ij. & Pariſ. d. conſi. xxxvii. & xxxviii. & pluribus aliis ſequentibus. in ii. & Balduinus d. §. cùm filius, & Mari. iunior d. conſ. cxxvj. in j.

Quocircà, cùm ex prędictis interna iutis ipſius dictet ratio Magnificum domioum Hieconymum parentis ipſius gradum cepræſentantem in æquali gradu cùm domino Syluio cenſeri, mirum eſt contendi illum ipſum in fideicommiſſi portionem admittendum non eſſe.

Secundò & Gloſſatotis ipſius ſententia, ea quoq;
48 ratione uerinr oſtendi poſſe uidetuc,† quòd uulgò dici conſueuerit, ſucceſſionem ipſam ab inteſtato ex tacita defuncti uoluntate iniri. l. conficiuntuc. ff. de iure codicil. quocircà in fideicommiſſis ipſis repreſeotationẽ gradus neceſſariò fieri debere concluſum ſit; ut ille ipſe, qui fideicõmiſſum reliquit, iuris diſpoſitioni acquieuiſſe intelligatur. d.l.li duo. & cap. cauſam quæ, de reſcrip. ubi But. Card. & Abb. ou. iii. quam ſanè rationem Iaſ. ipſe uidit d. conſil. ccxv. io ii. & Curt. iun. d.l. ii. de ſucceſſ. edicto. & d. conſ. lvii. & d. conſ. lviii. uerſ. ego ſemper. ubi rationem huiuſmodi pro Gloſſę ſententia inſolubilem concludit: & domious Alciatus in d. §. in fideicommiſſo, & Baldui. d. §. cùm filius, rationem eiuſmodi inexpugnabilem affirmant: cùm enim diſponens ipſe uetuſtiſſimæ legis auctoritate, quã latas habenas ſibi conceſſas eſſe ſcire præſumatur. d. l. uerbis legis, & d.l. in conditionibus, & d.l. quandiu. de acquir. hęred. nec ſpeciali prouiſione eius ipſius oormam inflexeric, ſanè familię ſeu agnationi, liberis & deſcendentibus fideicommiſſum relinquens, ea lege deferri uoluiſſe præſumitur, qua legis ipſius ſuadet prouiſio, d. l. ſi duo, & Bart. d. §. cùm ita. tam & ſi proximiores uocaſſec, quippe quòd cepręſentationis ipſius beneficio filius paternum gradum ſubintrans, proximior dicatur: cùm nemo illum anteccedat. d. l. proximus. & Bal. d. conſi. cccclxxxi. Alex. & Iaſ. d. conſ. ccxv. &
49 Mari. iun. d. conſi. ccvi. in j. † uolnntas enim ooo ſolùm uerbis ueluti natuali inſtrumento excogitatis declaratuc. l. Labeo. ff. de ſupellec. legata. l. non aliter, de legat. iii. ſed & factis quoque ipſis declaratuc. unde eundi & redeundi uſus ferę conditionem detegit. l. naturalem. ff. de acquir. rerum dominio. & §. pauonum, ioſtit. de rerum diuiſione. ec populus ipſe rebus & factis ſcriptæ legis uirtutem probat, & elidit. l. de quibus. ff. de legib. ibi, quid ceſert etc. & Paulus ipſe ea ratione factis Chiſtum abnegari docuit. c. exiſtimant. ii. qęſtione prima. & plura Dec. adducit. l. non nult hæres. ff. de reg. iur. ou. vi.

Tertiò ſententiam quoq; eiuſmodi nerioc em eſſe perpenſo diſponentis fine diiudicari debere uidetuc familiæ enim & agnationis propagationem, qui fideicommiſſi onua iotungit, pro ſpexiſſe cenſetuc; & idcircò memoriam illius quàm diutiſime uigere curaſſe exiſtimatur. d.l. liberorum, in fiue ibi, ſempiternum æuum. & in §. cęterùm, ioſtit. de legit. agna. ſucceſſione: & idcircò, cùm priorum graduum deſcendentes onerauerit, reprę ſentationis diſpoſitionem reſpexiſſe uidetur, ut ſemper filius prædefuncti pareotis locum ſubintret & cepræſentationis, ipſius booa fruatuc. d. §. cum filius. & d. conſti. cxviii. Qua
50 ratione cenſui ſemper, † cùm finis præordinatis ad illum lõgè nobilior eſſe exiſtimetuc. l. & ſi nõ ſint. §. peruenia mus. ff. de aur. & arg. leg. & c. cum aliquibus. de ſententia & re indic. & docuit Bald. l. ii. l. ſi uoluntate. C. de reſcind. uendi. cùm prioris gradus liberos teſtator ipſe inſtituerit, & propter ulterioris gradus deſcendentes fideicommiſſariæ reſtitutionis ooeri ſubieceerit, propter propriæ ſobolis propagationem, multò fortius eos dilexiſſe, teſtatocem ipſum cenſeri ſemper exiſtimaui. quod Stagirita in topicis ratiocinando concludit. & probatnr in auctentica multò magis. C. de ſacroſanctis Eccleſ. ubi Baldus & Salicet. & cap. per uenerabilem, qui filij ſiot legirimi, in princ. ex quibus clatè concludi poſſe uidetur in hoc ipſo fideicommiſſo familiæ eorum de Capite liſte relicto Magnificum D. Hieconymum parentis illius gradum ſubiotrare, & ueluti eiuſdem gradus cũ ipſo D. Sylnio concurrere.

Quibus quidem ex interna iuris ratione ſic conſtitutis, non obſtant, quæ ſuperius in oppoſitum ad-
poſſe exiſtimat poſt Socin. in dict. conſil. ciiij. idem
Pariſ. d. conſi. xl. nu. vij. & conſi. xcj. nu. xxiiij. in ſe-
cundo cōcludit, teſtatorem in ſtirpes uocantem, gra
dus prærogatiuam non curaſſe cenſeri, mentem autē
diſponentis id fieri uelle, certiſsima coniectura hac
colligi cenſuit, cùm plures filios loco patris uocat:
prout in præſenti negotio ter feciſſe uidetur: dum
filios eius & nepotes ex prædefuncto filio uocauit.
Item & eoſdem acquieſcentes eius diſpoſitioni in
portione non probantis. Tertiò in ſecundo capite
præcipuo præſentis diſpoſitionis, dum ex latere con
iunctorum deſcendentes uocat. & conſ. xcij. nu. lx-
viij. & lxix. eod. uolu. ſecundo. & Socin. conſil. lxix.
Viſo, uerſicu. quintò & ultimò. & uerſic. ideò autem
dixit in ſtirpes. & d. conſi. ciiij. in tertio, nume. iiij. &
conſi. cxvij. & cxl. in primo. Quamobrem, cùm hîc
caſus legis clarus eſſe uideatur, mirum eſt ulterius
contendi. d. l. ancillæ. C. de furt. egregiè ſanxit Iuſti-
nianus in d. conſtir. cxviij. in nouellis græcis ab Ho-
loandro latinitati donatis, qualis ſit ſucceſsionis hu-
ius effectus in §. ſi quis igitur, uerſ. in quibus, & uerſ.
ita tamen.

Et ſi obiiceretur, clauſulam hanc in priori capite
inſtitutionis ſuorum deſcendentium poſitam non
96 eſſe, ſed in ſecundo capite collateralium, † vnde te-
ſtamenti partem ab altera declarari non poſſe, ſi di-
uerſitatis ſubſit ratio, quod plures reſpondiſſe con-
tenditur. reſpondeo, idem exiſtimandum eſſe, ac ſi
in primo illo capite clauſula huiuſmodi appoſita fuiſ
ſet, ſtantibus coniecturis ſuperius conſideratis; & pręe
ſertim quòd ibi vulgariter & per fideicommiſſum
deſcendentes illius ſubſtituerit.

Secundò, quia repræſentationis beneficium inter
collateralium deſcendentes ſaluum eſſe uoluit, multò
fortius quod ad deſcendentes illius attinet, idem uo-
luiſſe cenſetur, tùm quia ex proprio ſanguine illi deſcē-
diſſe intelliguntur. d. l. liberorum, & d. l. Iuriſconſul-
tus. §. parentes, de gradib. vnde maximam lex horum
coniunctionem perpendit. d. l. cùm acutiſsimi, & d.
l. cùm auus. & d. l. generaliter. C. de condit. & ſubſti.
& Barto. d. l. ſi filius qui patri, de vulg. & pupill. vnde
Galli Aquilij conſilium neceſſarium fuiſſe probant
omnes in d. l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. tùm quia id
ſuadeat legis diſpoſitio. d. §. cùm filius, cum aliis ſu-
perius adductis.

Tertiò, quia ex antecedentibus ipſis ſequentia &
econuerſò declarari ſolent. d. l. ſi quis filiabus. & d. l.
97 ſi ſeruus plurium. † vnde clauſula in ultimo ſubſti-
tutionis gradu poſita ad medias & antecedentes defer
ri cōſueuit. l. iij. §. inter medias. ff. de lib. & poſth. ubi

Doctores,& l.j.C.de libe.præteritis. & Deci.plures
adducit.cap. ſecundò requiſiſti, de appella. & ſæpius
reſponſum extat: Anchar.conſi.lxvij.Angel.xxviii.
Teſtator, & Roma.cccclxxx.& Dec.lxxix.nu.j.uerſ.
his tamen.vnde, ſi teſtator in aliqua parte teſtamen-
ti dixit, ſi ſine filiis maſculis, in aliis quoque parti-
bus,quod ad deſcendentes attinet, idem intellexiſſe
cenſetur.Soc.conſi.ccl.in ij.uerſ.in ſecundo loco. &
Crauet.conſi.clv.lib.j. nu. viij. Et quamuis ſubtili-
ter reſpondeatur, regulam hanc in capitibus perfe-
ctam diſpoſitionem continentibus ueluti ſeparatis
98 locum nõ habere: † reſpondeo,quòd quæ ex ratione
ſuſcipitur coniunctio, maior intelligitur, quàm quæ
& ex uerbis & ſermonis contextu.c.Marchion.j.q.j.
& l.ij.C.commu.de leg. quocircà Pariſ.ipſe in dict.
conſi.xcj.num.xv.regulam huiuſmodi attendendam
cenſuit, licèt clauſula in ſtirpes & non in capita in
codicillis tãtùm expreſſa eſſet,ut effectum operetur,
etiam reſpectu diſpoſitorum in ipſo teſtamento.

99 Quamobrem, † cùm in ſtatu coniecturali iudi-
cantis animus pluribus ſimul perpenſis inſtrui ſo-
leat.l.ij.§.ætas,ubi Bart.de excu.tut. & l.de quæſtio-
ne.§.tormenta.ff.de quæſtionib.& Bald.l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iur. & tradũt
omnes in cap.per tuas, & in cap.tertio loco,de pro-
bation.& in deprehendenda teſtatoris ipſius mente,
Soci.ipſe iun.plures adducit d.conſi.cx.nu.xx.in iij.
ex omnibus ſuperius adductis diiudicari debet, ma-
gnificum D. Hieronymum de cuiuſcumque ſucceſ-
ſione agatur, reſpectu fideicommiſsi familiæ illius
relicti ex diſpoſitione magnifici D.Ioannis Federici
eius mente inſpecta,parentis illius locum ſubintrare
debere, & talem repræſentationis uirtute æqualiter
in gradu cum D. Syluio concurrere debere.

His ergo ſolido fundamento iactis propugnacu-
lis,nõ obſtant ſuperius adducta in oppoſitum.et pri-
mò ſubtilis ratio conſiderationis differentię inter fi-
lios,nepotes & alios deſcendẽtes: quippè quòd cùm
illos uiderit atque eorum conuictu fuerit uſus, ma-
iori amore eos proſecutus intelligatur.d.l.qui filia-
bus,& d.l.Publius,cum aliis ſuperius adductis.atque
eos idcircò nominatim uocauerit. d. §. in fideicom-
miſſo. Quia reſpondeo,rationem huiuſmodi tutam
non uideri, quoniam deſcendentes ipſos adhuc non
100 natos ſpeciali nomine deſignare non potuit, † cùm
accidens nominis corporis ipſius ſubiectum præ-
ſupponat.argumen.l.j.de uſuſruct.ff.& l.eius qui in
prouincia.ff.ſi cert.pet. & l.ſi ſeruus.§. ſi modum. ff.
de act.empt.ibi,non extantis fundi bonitas perpen-
di non poteſt.

Præterea facto eos ipſos nominauit, eorum pro-
pagationis utilitati conſulendo,& quo potuit nomi-
ne appellando: quæ ſanè ſimul iuncta nominatio nõ
modicùm operari debet.l.ei qui.§.ſi tamẽ.ff.de ędil.
edict.& c.dilecti,il ij.de appell.ubi Abb.nu.xj. & d.
c.exiſtimatur.ij.q.j.

Tertiò,fortius dico hunc ipſum teſtatorem ulte-
rioris gradus deſcendentes maiori amore proſequu-
tum uideri, cùm propter illos ipſos primi gradus fi-
101 lios grauauerit; † ergo ſi hos dilexit,multò magis il-
los.authen.multò magis.C.de ſacroſanct.Eccle. ubi
Bal.& plura adducit Decius in l. non debet cui quod
plus.ff.de regul.int. in deſcendentium enim propa-
ganda ſobole finis agentis teſtatoris ipſius conſtitu-
tus intelligitur, ut magnifici diſponentis memoria
perpetuò extaret.d.l.liberorum,in fin.de uerborum
ſignifica.ubi Bart. Vnde, cùm finis ipſe ſit nobilior
diſpoſitionis pars.d.l.et ſi non ſint.§. perueniamus.
ff.de auro & argen.leg. & d.l.ſi uoluntate, ubi Bald.
& d.c. cùm aliquibus, quem enixè appetere teſtato-
rem ipſum apertè probatur, quòd bona illius ſub
perpetuo & irreuocabili fideicommiſſo conſtitue-
rit; quia deſcendentes eius omnes vulgariter & per
fideicommiſſum ſubſtituerit, donec aliquis eorum
in mundo reperiretur: conſequens eſt, rationem
hanc non ſatis tutam intelligi, cùm potius maiori
amore deſcendentes proſequutus uideatur. Gloſ.in
d.l.illi quidem,in fine.ff.de eo quod metus cauſa, &
ibi Docto. & ex facto ſæpius reſponſum extat:Oldr.
102 conſi.cclxix.Thema, in fin. vnde dici ſolet: † Pi-
gnora chara nepotes. Ludoui.Bologninus inter cõ-
ſil.Alexandri conſ.liij.in iiij.& Cur.iun. conſ.clxix.
Materia.& Caſſan.conſ.xiiij.Chriſtianiſsimus.& So
cinus iun.d.conſ.cxxvj.nu.liiij.in j.& D.Marc.Man-
tua conſi.cxcviij.nu.xxiiij. ex quibus colligitur,pri-
mam coniecturam ad commodum magnifici D.Hie
ronymi ab oppugnationibus aduerſariorum prorſus
illabefactam reddi.

Secundò non urget,quòd teſtator ipſe nepotibus
uſque ad tertium gradum prohibitionis uinculum
remiſerit: quia non idcircò infertur,ꝙ ad ſubſtantiã
fideicommiſſariæ diſpoſitionis illum ipſum maiori
affectione proſequutum uideri infra tertium gradũ
conſiſtentis; quia uariis modis reſponderi poſſe ui-
detur. Et primò,ſatis ſeparatam eſſe eſſentiam fidei-
commiſsi introducti in caſu alienationis ab ipſo ir-
reuocabilis & perpetui fideicommiſsi cõſtitutione.
d.§.Diui,ubi Ripa poſt alios nu.ij.& xl. quinimmo,
cùm hoc caſu proximiorem teſtator ipſe uocarit,cõ-
ſequens eſt,ꝙ in ſucceſsione fideicommiſsi perpetui
in gradus pręrogatiua nullam rationẽ haberi uoluit.
l. cùm prætor.ff.de iudic.& c. nonne, de præſumpt.
& cap.qualis, xxv. diſtinct.

Item cùm ſubſtantia fideicommiſsi in hac familia
relicti tot ſolemnitatibus irreuocabilem & perpetuũ
effectum inducentibus accidentali hac alienandi re-
miſsione immutata non eſt,aliàs remiſsio hæc finem
teſtatoris prorſus impediret: quod abſurdiſsimum
eſt.d.l.liberorum.& d.c.cum aliquibus.quam inter-
pretationem ueram eſſe hac ratione probo, ꝙ facul-
tas hæc ab eodem teſtatore coarctata eſt, dummodò
alicui de familia alienaretur: vnde colligitur amoris
illius ſcopum in deſcendentium propagatione con-
ſtitutum fuiſſe.d.§.fratre. d.l.peto. & l.uoluntas.C.
103 de fideicommiſſ. † vnde & lex alienationem in cõ-
ſortem emphyteutã factam pro non alienatione ha-
bet.l.ſi domus.§.j.ff.de leg.j.ubi Bart.& Io.ab Imol.
& aliàs conſulendo probaui. Quare remiſsionis hu-
ius effectus modicum aduerſariis fomentum pręſta-
re poteſt. quippè quòd non ideircò uinculum ad ma
ſculorum deſcendentium commodum ab ipſo te-
ſtatore perſonis familiæ illius iniectum diſſolutum
cenſetur: vnde ex eius mente repñtationis beneficiũ
magnifico D.Hieronymo concedi debeat.

Tertio

Tertiò non urget in caſu alienationis proximio-
rem ipſum uocatum contendi: vnde coniectura ſu-
matur reſpectu vniuerſæ diſpoſitionis fideicommiſ-
ſariæ teſtarorem ipſum gradus prærogatiuæ ratio-
nem haberi uoluiſſe.d l.qui ſillabus. & d.l.verùm.ff.
de petirione hæred.cum aliis ſuperius adductis: quia
uariis modis huic obiectioni reſponderi poſſe uide-
tur. Et primò, quòd fideicommiſſum ipſum in ca-
ſu alienationis ſeparatú eſſe intelligatur ab eo, quod
perpetuum & irreuocabile teſtator ipſe expreſsè cō-
104 ſtituit.d.§.Diui, ubi Doctores. † vnde ex ſeparatis
non rite colligitur.l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de ac-
quirē.poſſeſs.& l.inter.§.ſacram,in fin.ibi, ſed hæc
diſsimilia ſunt.ff.de uerbor. oblig.

Secundò, immo obiectionis huius eff.ctus contra
aduerſarios retorqueri poſſe uidetur, quòd immo cū
teſtator in caſu alienationis bonorum ſuorum re-
ſtitutioni ſubiectorum proximiores uocauerit, ſatis
declarauerit, quòd ad alia diſpoſitionis eius capita il
lum ipſum aliter uoluiſſe.d.l. cùm Prætor, de iudic.
& c.nonne, de præſumpt.& c.qualis, xxv.diſtin.quæ
ſanè interpretatio ipſi rationi conuenit, ne alias te-
ſtator, qui in ſubſtantia ſui fideicommiſsi deſcendē-
tium rectam lineam perpenderit, eos vulgariter & p
fideicommiſſum ſubſtituendo, & plura alia ordina-
do, ut ſuperius oſtēdi, eum noluiſſe prærogatiuæ gra
dus nullam rationem haberi; nunc iàm ergo à ſe ip-
ſo diſſentire uideatur.d.l.nam ad ea. ff. de condit. &
demonſtr. qua rationis diuerſitate ſic perpenſa re-
torquetur limitatio d.l.ſi ſeruus plurium.§.finali, de
leg.j.cum aliis ſimilibus, ut aduertit D. Maria. iuni.
in conſiliis ſuperius ab aduerſariis adductis.

Tertiò reſpondeo, licèt in caſu alienationis in fa-
milia proximior uocatus ſit, non idcircò ſequitur,
repræſentationis beneficium inter deſcendentes ſu-
blatum intelligi, ſiue legis diſpoſitionē intueamur,
105 ſiue particularem hominis ipſius prouiſionem. † ſu-
perius enim concluſi, proximiorem eum intelligi,
quem nemo antecedit.d.l.proximus, cum aliis ſupe-
rius adductis. vnde in diſpoſitione legis proximus
ſeu proximior ille exiſtimatur, quem nemo antece-
dit, tametſi ex gradu repræſentato cum alio concur-
rat, cum quo aliàs remoto repræſentationis beneficio
æqualis non eſſet. quod eruditè Hugo cenſuit in d.
§.in fideicommiſſo.in uerb.proximo.& Cuma.ibi in
repet.num.vj.æquiſsimum fatetur. & ita declarabat
Caſtr.in d.l.fi.C.de uerbor.ſignif.& Curn.ibi num.
vj.& Iaſ.nu.xxvj.quod cùm eiuſmodi ſit, ſequi uide-
tur, etiam in diſpoſitione hominis proximiorem eū
intelligi poſſe, qui patris gradum repræſentat, & cum
alio concurrit; quemadmodum Iuſtiniani conſtitu-
tio dictat.d.§.ſi igitur.& d.§. cùm filius. quod Bart.
ſentire uidetur in d.l.liberorum, in fine, & Bald. d.
conſi. cccclxxxj. in iij. reddens rationem quòd uerba
ipſa ciuiliter intelligenda ſint. & Caſtr.d.conſil.iiij.
nume.vij.in ij.& conſ.clxiiij.& Iaſ.d.conſi.cxv.in ij.
ibi, nec obſtat dum ſecundo loco adducebatur.& Pa-
riſ.d.conſil.xxxvj.nu.vij.& viij.& nu.xij. ubi conclu
dit, eum ipſum qui prædefuncti gradum repræſen-
tat in pari cū eo gradu cenſeri: vnde rite proximio-
rum appellatione contineri uidetur; poſteàquàm ſu
perius oſtendi, hanc ueram eſſe concluſionem, teſta-
toris diſpoſitionem expreſsè ab ea non recedentem
ſecundum iuris communis prouiſionem intelligen-
dam.d.l.ſi duo.ff.de acquir.hæred.Bart.d.§.cùm ita,
cum aliis ſuperius adductis. Quamobrem ſatis con-
cludi debere uidetur huius ipſius uerbi ꝓbationem
in caſu alienationis magnifici Do. Hieronymi cau-
ſam ambiguam non reddere.

Et quamuis ſciam plura Pariſij & aliorum adduci
reſponſa, xxxvj. xxxvij. xxxviij. xxxix. & xl. xcj. & xcij.
in ij. illæ tamen concluſiones in propoſito caſu eui-
tari poſſe uidentur, attentis tot claris & manifeſtis
D.teſtatoris enixæ mentis coniecturis ſuperius de-
claratis: vnde omninò concludendum uidetur, ter-
minum illum proximiorem, extra ſubiectum cui co-
hæret, nempè alienationis nullum effectum produ-
cere poſſe.l.aſſe toto.ff.de hæred. inſtit. & aucten.ſi
quis in aliquo.C.de eden ne aliàs, ut dixi, repugnā-
tia manifeſta induceretur eorū, quæ teſtator ipſe di-
ſpoſuit.d.l.nam ad ea.ff.de cond.& demonſtra.quod
egregiè in non abſimili caſu Pariſ. ipſe reſpondit d.
conſ.xxxvj.nu.xvij.in ij.

Ex quibus omnibus ſingulis, & ſaltem ſimul iun-
ctis, omninò diiudicandum exiſtimo, magnificum
dominum Hieronymum, ſiue iuris diſpoſitionem in
tueamur, ſiue uériſimilem D.teſtatoris mentem per-
pendamus, uariis coniecturis ex uerbis diſpoſitionis
illius legitimè deprehenſis, magnifici Do. Alexandri
patris locum ſubintrare, & ex eius gradu repræſen-
tato cum D. Syluio ad ſucceſsionem bonorum reſti-
tutionis oneri ſubiectorum obitu magnifici D. Lu-
douici uacantium concurrere debere, ueluti par &
æqualis cum eo in gradu exiſtat.

Quod ad tertium & vltimum dubium, an D.Syl-
uius ueluti teſtatoris iuſſus contemptor omni ipſius
fideicommiſsi commodo priuatus intelligatur? Pri-
ma facie uideretur quòd non, cùm in ipſo proceſſu
probatum non uideatur, prædium ipſum à Do. Ca-
millo diſtractum oneri reſtitutionis fuiſſe ſubiectū,
& idcircò cū iuris præſumptione ſe ipſum defendi
& excipere poſsit.c.ſi.de iudic.ubi Hoſt.& Io. And.
& c.nimis, ubi Abb.de iureiuran.accidens enim one
ris reſtitutionis naturali libertati repugnans, non fa-
cilè præſumi debet.d.l.in re mandata.C.mand. & d.
106 l.cohæredi.§.cùm filiæ. † Quare, ſi D.Hieronymus
huiuſmodi inobedientię effectum conſequi uolebat,
intentionem illius claré oſtendere debuerat. d.cap.
cùm ad ſedem, de reſti.ſpol.§.nos autem, & cap.cùm
Eccleſia, de cauſ.poſſeſs.& propriet.& l.qui accuſa-
re.C.de edend.cum aliis adductis in c. in præſentia.
de probat.in notabilibus.

Secundò, quia dominus ipſe Camillus alienans
ipſi filio damnum adferre non potuit.l.ſi quis in ſuo.
§.legis autem.C.de inoff.teſtam.Butr. Abb. & Dec.
107 c.ij.de conſtit. † culpa enim authorem egredi non
debet.c.quæſiuit, de his quæ fiunt à prælat. ſin.conſ.
cap.aliàs lex ipſa non ſatis iuſta uideretur.c.non ad-
feramus, xxiiij.q.j.vnde patris alienantis contuma-
cia filium ipſum fideicommiſsi commodo nō pri-
uari, uerius eſſe uidetur atque humanius. Caſtr.conſ.
cclix. Omnis difficultas, nu.viij.in j.quicquid aliter
conſueuerit Pariſ.ipſe d.conſ.xcj.prope finem.
108 Tertiò † cùm alienanti conſentiens, alienare nō

cenſcatur.l.aliud,de reg.iur. ubi Dec.plures adducit
decitiones,Glo.Bart.Imol.& Caſtr.l.pater. §. liber-
tis .ff. de leg.ij.& Deci.c.ij.de iudic. uerſi. in prædi-
ctis,uideretur cenſendum ipſum magnificum D.Syl-
uium ex hoc actu conſenſus nullum detrimentum pri
uationis habere debere ; quippè quòd teſtatoris iuſ-
ſus caſum hunc comprehendere non intelligatur.d.l.
aliud,& idcircò iuris communis diſpoſitioni relictus
eſſe cenſeatur.l.commodiſsimè.ff. de lib. & poſthu.
109 cum aliis ſimilibus adductis. † Idque potiſsimùm
attenta legiſlatoris humanitate, qui facilius abſol-
uere ſolet..ulti.de iure patron..ubi Glo.in uerbo ex
ui.Butr.Anchar.& Abb.& tradunt omnes in c. nam
concupiſcentiam,& in c.cognoſcens,de conſtit. ubi
Deci.nu.v.vj & vij.

Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum ue-
110 rius eſſe exiſtimo.† cõſtat etenim dominum ipſum
Camillum prædium hoc reſtitutionis ſubiectum in-
ſolutum tradidiſſe, qui titulus uenditionis celebra-
tioni æquiparari ſolet.l.eleganter, in princ.de pign.
except.ubi Bart.& l.ſi prædium.C.de euict.ubi Bal.
Ang & Salic. quare,cùm præcepti teſtatoris tranſ-
greſſor uideatur,priuationis pœnam aduerſus illum
commiſſam fuiſſe,ambigendum non uidetur. d.l.fi-
liusfamiliàs.§.Diui,ubi Alexan.Iaſ.& Rip. nu.ij.&
111 xl. † præcepti illius cauſam maximè iuſtam eſſe ad-
uertunt.cùm teſtator bona illius immobilia aliena-
ri prohibet,ut ea perpetuò in eius agnatione rema-
neant: & Pariſ.in d.conſi.xcj.in fine,in ſecundo uol.
At cùm ipſe D.Camillus alienauerit, illicò ex diſpo
ſitionis uerbis conuictus exiſtimatur.l.iiij. §. toties.
ff.de damno inf.ct. & d.§. diſponat. & d.l.in condi-
tionib.ff.de cond.& demonſtra.

Secundò idem exiſtimari debet, ſi actualis tradi-
tionis effectum intueamur: vnde præcepti de non
alienando eſſentialis tranſgreſsio colligitur, & id-
circò priuationis pœnam inducere intelligatur.Bal.
in c.j.§.ſi libellario,& c.imperialem,de prohib.feu.
alien.Iaſ.& Ripa d.§.Diui,nu.xlvj.

Et ſi obiiceretur tranſgreſsionem patris non af-
ficere filio, quod humanius eſſe uidetur,ut ſuperius
dixi; Reſpondeo,dominum ipſum Syluium ad quem
ex patris tranſgreſsione ueluti proximiorem fidei-
commiſsi commodum tranſlatũ fuit,eiuſdem com-
modo priuatum fuiſſe quàmprimùm receptis pecu-
niis euictionis nomine ſpopondit, & ipſum empto-
112 rem à pacto de redimendo liberauit.† quoties enim
lex ſiue publica ſiue priuata effectum perpendit, put
teſtator ipſe in propoſita ſpecie enixè curaſſe uide-
tur,modus attendi non ſolet.d.c.ult.de regul.iur.in
vj.ubi Dinus,& d.c.in tantùm, de ſimonia. & l.non
dubium.C.de legib.ubi Bartol. & Bald. & in mate-
ria alienationis lex clara eſſe uidetur in l.finali.C.de
reb. alienis non alienan.ubi omnes aduertunt.quod
clarius teſtator ipſe expreſsiſſe uidetur, etiam eam
alienationis ſpeciem deſcendentibus prohibendo,
quæ fit ex legato ad pias cauſas. vnde,cùm ex remiſ-
ſione huius ipſius pacti de retrouendẽdo & promiſ-
ſione in caſu euictionis ſolidum traditionis effectũ
ipſe poſſeſſor conſequutus fuerit ex facto magnifici
D.Syluij.§.uenditionis quoque, inſtit.de rerum di-
uiſ.& l. quod tradidi aut tradidi. ff. de contrahend.
empt. putarem illum ipſum ueluti præcepti huius
tranſgreſſorem priuationis pœnam ſubire debere,
113 † ne aliàs huiuſmodi alteratione priuatæ legi fraus
fieret, quod lex abhorret.l.fraus.ff.de legib.ubi Bar.
Bal.& d.l.non dubiũ,& declarãt oẽs in d.§.Dini,ma
ximè Ripa & Moderni repetentes, & diffusè pertra-
ctat Fabianus de Monte Sancti Sabini in tractatu de
empt.& uend.in materia prohibitionis alienationis
factæ ab homine.& Pariſ.egregiè concludit in dicto
conſi.xcj.nu.xlvj.in ij.

Non obſtat in facto non conſtante prædium hoc
fuiſſe fideicommiſſo ſubiectum: quia negatur id ue-
rum eſſe, cùm ex documentis in proceſſu exhibitis
aliud manifeſtè appareat, etiam finibus ipſis nomina
tis,& in inſtrumento dationis inſulutum,necnon &
in indice teſtatoris ipſius: vnde,cùm ſenſus ope huic
exceptioni poſsit occurri.l.j. §. legi autem.ff. de his
quæ in teſtam.delen.& c.cùm Marthæ, de celebrat.
miſſ. omnis diſputatio ſuperflua cenſeri debet.

Secundò non urget ex facto patris teſtatoris præ-
ceptionem tranſgredientis dominum Syluium pri-
uationis pœna affici non debere: quia reſpondeo,
diſcuſsionem hanc non eſſe in propoſito noſtro ne-
ceſſariam, poſteaquàm legitimis documentis cõſtat
ipſum dominum Syluium ſpopondiſſe fundum inſo-
lutum datum non euinci,atque reddimendi pactum
tercentis receptis diſſoluerit.qui ſanè actus cùm ten-
dant ad conſtituendum poſſeſſorem ipſum dominũ
irreuocabilem, conſequens eſt ex facto proprio ip-
ſum tranſgreſsionis uinculo obnoxium eſſe.d.l.fi.&
d.c.nulli,de reb.Eccle.non alien. aliàs teſtatoris iu-
bentis illius fundum familiam nõ egredi, facilè poſ-
ſet eludi. quod à iuris ratione perquàm alienum exi-
ſtimari debet.d.§.fratre. & d.§.Diui, ubi omnes ad-
uertunt.

Ex quibus magnifici domini Hieronymi cauſam
in omnibus propoſitis quæſtionibus legitimè de-
fendi poſſe cenſeo. Laus Deo.

Patauij, vij.Kal.Ianuarias, M. D. LXVI.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium iurè obtineri ab legitimè inſtituto.*
2 *Beneficia non uacantia conferri non poſſe.*
3 *Beneficij priuatio nullo caſu inducta exiſtimatur, niſi id Canon exprimat. & nu.ſeq.*
4 *Clerici in grauioribus exceſſibus priuantur eorum beneficijs.*
5 *Poſſidere utilius eſt, & aduerſarium ad petitoris onera compellere.*
6 *Spoliatus reſtituendus eſt ante omnia.*
7 *Remedium poſſeſſorium cap.Reintegranda, iij.q.i.plenius ac utilius eſt cæteris,& plura de hoc remedio, & de communi opin.& nu.ſeq.*
8 *Spolium probatum eſſe intelligitur,quàmprimùm antiquior poſſeſſio probata fuerit.*
9 *Libellus in materia ſpolij quomodo concipiendus, ſeu ſuper poſſeſſorio & remedio c.Reintegranda.iij.q.i.*
10 *Poſſeſſor malæ fidei condemnari debet ad rei reſtitutionem vnà cum fructibus perceptis & percipiendis.*

CONSI-

CONSILIVM LVI.

QVI SYDRACH, MISACH, ET AB-
denago à camipo ignis ardentis eripuit, à me nunc
omnem imperitiam, ueritatis luce expellat, ut ſco-
pum ipſum attingere poſsim.

CONTIGIT Ioannem Montanũ
Canonicum Terramnæum ab eius
Epiſcopo inſtitutum fuiſſe, & Sa-
cerdotium illud diutius abſque ul
la vexatione poſſediſſe, demũ cum
presbyter ille ab Epiſcopo certis
ex cauſis receſsiſſet, ille quidem abſente poſſeſſore
& non uocato, alteri Sacerdotium illud contulit, qui
poſſeſsionem illius inuaſit, & nomine ipſius prioris
rectoris colonos laborantes eiecit, aut aliter ſeſe do-
minum recognoſci compulit.

Quæſitum eſt, an iuris Pontificij ratio dictet, hũc
ipſum ſine cauſa potuiſſe priuari?

Secundò, utrum huic eiecto utilius ſit petitorio
an poſſeſſorio remedio uti?

Tertiò, an ueluti ſpoliatus reſtitutionem ipſam
petere ualeat?

Quartò, quod poſſeſſoriũ remedium erit ei utile
pro faciliori iuris illius recuperatione?

Quintò, & ultimò, qua ratione eius petitionem
concipere debeat?

1 Quod ad primum, attinet, reſpondeo † rite inſti-
tutum ab habente facultatem, ſi habilis fuerit, benefi
cium ipſum legitimè obtinere cenſeri. c. ex frequen-
tibus, de inſtitutio. c. i. de reg. iur. in vj. ubi Io. And.
Din. & alij aduertunt. Idque quàmdiu uiuat is, qui
2 inſtitutus fuerit. cap. inter. de tranſla. prælat. † unde
in Lateranenſi Concilio cautum extat, non uacan-
tia Sacerdotia conferri non poſſe. c. ij. de conceſſ.
præb. Quinimmo Gelaſ. ſacerdos ſummus cõſtituit,
eum qui paſſus eſt ſeſe uiuis adhuc ſacerdotibus
ſubſtitui, ab eccleſiaſtica cõmunione repellendum.
c. j. eo. tit. de conceſſ. præb. ubi But. Anchar. & Abb.
3 aduertunt. † priuatio enim nullo caſu inducta exi-
ſtimatur, niſi id canon exprimat. c. fin. de iure patr.
ubi Glo. in uerbo ex ui, & Abb. docuit poſt ueteres,
& c. cùm nos, de off. ordin. & in §. cum igitur, de non
eligen. ſecun. nuben. & docuit Bal. in auct. ex teſta-
mento. C. de collatio. & Gemin. c. quo iure, viij. diſt.
& Barbs. c. nouit, de iudic. uerſ. tu pondera. & Felin.
c. querelam, de iureiur. & Tiraquell. l. ſi unquam. C.
de reuocan. donat. in Gl. in uerſ. reuertatur. nu. ccvj.
4 † At ſacerdotiorum priuatio ab ipſo canone non
conſueuit induci, niſi in grauioribus exceſsibus. c.
inuentum, xvj. q. vij. & docuit Abb. poſt alios in c.
tuę, de pœn. & c. at ſi clerici, de indi. ubi Feli. & Dec.
in §. de adulteriis, plures deciſiones adducunt, & Io.
Bern. Diaz in pract. crim. c. cxxiii. in uer. beneficiis
priuari. cuiuſmodi crimina cùm non præſupponatur
rector hic commiſiſſe, conſequẽs eſt priuationis ef-
fectũ nullum cenſeri: & iccircò ſacra Romana Ro-
ta decidit, antequam beneficium uacet acceptari nõ
poſſe. deciſ. xiiij. de conceſſ. præben. in nou. ſecundũ
nouam impreſſ.

Ad ſecundum reſpondeo, conſilium Caij extare,
conſultius eſſe eum, qui uelit petere, animaduertere
an interdicto aliquo poſſeſsionem nanciſci ualeat,
5 † quippè ꝙ utilius ſit poſsidere & aduerſarium ad
petitoris onera compellere. l. ſi is qui deſtinauit. ff. de
rei uendic. Quamobrem in Lateranen. Concilio de-
cretum extat, quomodò poſſeſsionis amiſſæ ne
propter difficultatem probandi dominium iure ſuo
quis priuetur, aduerſus ſcienter recipientem rem in-
uaſam à detruſore reſtituendũ. c. ſæpe. de reſti. ſpol.
ubi Abb. in iii. notab. & Ripa poſt omnes. poſſeſsio-
nis enim maximum commodum eſſe, Iuſt in. ſanxit,
§. recuperandæ, uerſ. commodum, inſtit. de interdict.
& iccircò, cùm paria ſint actoris & eius qui poſsidet
probata iura, abſoluendum potius canon decernit. c.
ex literis, de probatio. & c. cùm partium, de reg. iur.
in vj. ubi Docto. & plures adducunt Dec. & Cagno.
in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & dixi in d. c. ſæpe,
de reſtitutio. ſpol. in pen. notab.

6 Ad tertium reſpondeo † hunc ipſum presbyterũ
ueluti deiectum reſtitutionem ipſam petere poſſe. d.
c. ſæpe, canon enim in primis deiectum ipſum reſti-
tuendum conſtituit. c. 1. & c. ſolicitę, & c. in literis, de
reſtit. ſpol. ubi dixi poſt Beroum & aliòs, & d. c. ſæ-
pe, & tradunt omnes, maximè Soc. in l. rem quæ no-
bis. ff. de acquir. poſſeſſ. & ſacra Romana Rota deci-
dit, ſi ex confeſsione ſpoliatoris conſtet, detruſum
ius in beneficio habuiſſe, quàm primùm reſtituendũ
deciſ. xix. de reſtitu. ſpoli. in nou. ſecundum nouam
impreſsio.

7 Ad quartum reſpõdeo † inter plura remedia poſ-
ſeſſoria frequentius confugi ſolere ad Canonem re-
integranda, iij. q. j. ubi Archidia. Aegidi. & Geminia.
inde ſuccurri eiecto aduerſus quemcunque ſucceſſo
rem aduertunt iniuſta cauſa poſsidentem. & Innoc.
docuit & Abb. d. c. ſæpe, de reſtitutio. ſpolia. & Soc.
d. l. rem quę nobis. ff. de acqui. poſſeſ. remedium hoc
uberius ſuccurrere ſecundum communem opinionẽ
teſtatur in prin. & q. i. nu. ii. Nam ſi qui remedium
hoc deducit ſucurri ſolet, ſi antiquiorem eius ipſiua
poſſeſsionem probet, quia magis iuſta præſumitur. c.
licèt cauſam, de probation. ubi Docto. & Innoc. do-
cuit in d. c. poſt electionem de conceſſ. præb. & d. c.
ſæpe, ubi Abb. & plures adducit Socin. d. l. rem quæ
nobis. nu. xvi. uerſ. circa ſeptimam quæſtionem. nam
ſi poſsidẽs ſeſe defendere uoluerit, neceſſariò ꝓbare
tenetẽ agentẽ ex cã iuſta à ſua poſſeſsione cecidiſſe
uel negligentia uel culpa: quod in præſenti caſu mi-
hi fieri non poſſe præſupponitur: unde obtinebit
probata hac antiquiori poſſeſsione: quod Alexand.
ex facto conſultus reſpondit conſil. vi. in iii. uol. &
conſi. lxxxix. in v. & Lap. allegat. lii. Lætatus ſum. &
Dec. conſi. lvii. nume. iii. uerſ. & ſic ex omnibus ſu-
8 pradictis plures adducit, † & conſ. cclii. nu. ii. ubi cũ
Baldo concludit, deiectionem probatam intelligi q̄
primùm antiquior poſſeſsio oſtenſa ſit. & conſi. ccc-
ii. nu. xxii. & conſi. lccccxlix. nu. xxiiii. & ex hoc re-
medio ipſi directo ſuccurri etiam aduerſus illũ, qui
cum titulo poſsidet, quamuis ad eum abſq; uitio res
peruenerit, receptius eſſe teſtatum extat, & in curiis
ita practicari, Alex. Iaſ. & Soc. in d. l. rem quę nobis.
& Caſsiod. ſacram Romanam Rotam ita cenſuiſſe
teſta-

teſtatur deciſ. vii.in tit.de reſtitutio.ſpoliato.

9 Ad quintum reſpondeo, † narrandum eſſe,& li-
bellum ſub hac forma concipiendum. Comparet do
minus talis procurator N.& narrat quemadmodum
talem eccleſiam tali tempore poſſedit & tenuit iuſto
titulo & bona fide; à cuius poſſeſsione ex iniuſtis
cauſis, non autem eius facto, culpa aut negligentia
cecidiſſe. Item quòd aduerſarius poſsidet tantùm à
tempore quo ipſe actor cecidit. demum concluda-
tur: quare peto me reintegrari ad poſſeſsionem, &
ipſum aduerſariũ cõdemnari ad reſtitutionem poſ-
ſeſsionis, ſecundum Inn. But.& Abb.in d.c.ſæpe, &
c.cùm ad ſedem, de reſtitutio.ſpol.& docuit Soci. d.
l.rem quæ nobis.num.xiiij.uerſi.dubitatur quomo-
dò ſit concludendum.& Lanfr.huius libelli formam
diffuſius exprimit in rubr. de cauſa poſſeſſ. & pro-
priet.col.iij.poſt mediũ & Dec.d.conſ.lvii.nu.iij.&
10 ſeq. † Et ſi poſsidens cum mala fide poſsidet & ti-
tulo reprobato, ut puto eſſe in præſenti caſu, iudex
debet detentatorem huiuſmodi condemnare ad re-
ſtitutionem poſſeſsionis unà cum fructibus perce-
ptis & percipiendis: ut Bart.docuit.l.ex diuerſo.ff.
de rei uendic. & ſacram Romanam Rotam decidiſſe
in antiquioribus deciſ.x.de reſtitu. ſpol. ſecundum
ueterem impreſsionem Soci.aduertit. d. l.rem quæ
nobis, penult.quæſt.nu.xxij.& dixi diffusè poſt ue-
teres & recentiores in d.c.ſæpe, de reſtit.ſpol.

Laus Deo, Patauij Idib.Nouemb.1555.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Argumentum ab oppoſitis fortiſſimum eſſe, ſiue à contrario ſenſu.*
2 *Obligans bona omnia, etiam futura obligare dicitur. & nume.21.*
3 *Legis proprium eſt, ut futuris negotijs prouideat.*
4 *Conditio retrotrahi conſueuit ad initia obligationis diem.*
5 *Dos ob matrimonij onera conſtituta eſt.*
6 *Dos non redit ad patrem.*
7 *Maritus quòd lucretur dotem aut ipſius partem aliquã, ſunt in cauſa onera ipſa matrimonij.*
8 *Dotis titulus cauſam oneroſam præſefert. & de communi opin.*
9 *Ius radicatũ pro quæſito habetur. intellige tamẽ ut infrà nu.23.*
10 *Donatio ob merita ſtipulationem euictionis continere exiſtimatur.*
11 *Dare eſt dominium transferre.*
12 *Tranſactionem ad ius non radicatum aut quæſitum non porrigi.*
13 *Pactum ſiue clauſula illa in cõtractibus apponi ſolita quòd quis remittit omne ius, quod habet & habere ſperat, quòd intelligatur ex cauſa de præſenti, non de futuro. & uide nu.16. de communi opin.*
14 *Prouerbium inter os & offam.*
15 *Filius debitores patris liberare non poteſt, niſi ſint ei ex cauſa de præſenti obligati.*
16 *Spes de præſenti nõ autem de futuro remitti poteſt, niſi quod ſperaret in futurum, haberet ex cauſa de præſentis primordium. & eſt comm.opi. & uide ſuprà nu. xiij. & infra nu.xix. & xx.*
17 *Lucrum, quod nec re aut ſpe competit, non comprehenditur in remiſſione aut donatione. fall.tamen. & nume ſeq.*
18 *Ceſſio iuris futuri quomodo facienda, ad hoc ne futilis ſit. & uide ſupra nu.16.*
19 *Vir poteſt lucrum ſibi obueniens ob mortem uxoris remittere, nec creditores remiſſionem hanc reuocare poſſunt.*
21 *Donans bona præſentia & futura, etiam iura quærenda donare uidetur: quod tamen ſanè intellige, ut ibi, & uide nu.24.*
22 *Filij poſiti in conditione ſunt in diſpoſitione, ſi coniecturæ uigeant. & eſt comm.opi.*
24 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, ea tantùm comprehendit, quæ re & actu ipſi donanti competunt.*

CONSILIVM LVII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut quod iuſtum & uerum ſit, diffinire ualeam.

CASVS.

CONTIGIT Magnificum D.Scipionem Triuultium oia eius bona præſentia & futura duobus ex filia nepotibus pleno iure donaſſe, reſeruato ſibi tamen donec uiueret uſufructu. At cùm dotem à magnifica D.Lucretia ſeptem mille aureorum recepiſſet, quæ ſanè à die confecti documenti donationis huiuſmodi decennium integrum uixit: deinde cùm illius obitu magnificus ipſe uir ſingularis iuris authoritate integram ſeptem millium aureorum dotẽ lucratus fuiſſet, moriens tandem de ea ſumma diſpoſuit. Ceterùm nepotes id fieri non potuiſſe contendunt: quippè quòd bona omnia præſentia & futura ille donaſſet, & idcircò dotis quoque huius lucrum ueluti inter bona futura comprehenſum in pſenti donatione cõtineri intelligatur. Quocircà q̃ſitum eſt, uter iuſtam cauſam foueat? an is cui dotis hæc ſumma teſtamenti titulo relicta ſit, an potius nepotes ipſi, quibus titulo donationis magnificus ipſe maternus auus omnia bona præſentia & futura donaſſet?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie cenſendum uideri do-
nationis huius uirtute ſummam quoque do-
tis lucri nomine, municipalis iuris diſpoſitio-
ne inſpecta, nepotibus ipſis quæſitam uideri: futura
enim donauit, ergo & quærenda tranſtuliſſe uidetur
l.fin.C.quæ res pigno oblig.poſſ.ibi, non adiecto tã
1 præſentes quàm futuras, † ab oppoſitis. quod argumẽ-
tum fortiſsimum eſſe exiſtimatur.l.j.§.huius autem
.ff.de offi.eius cui.l.inter.§.ſacram. ubi Barth. ff. de
2 uerbo, oblig. † Quare, cùm quis omnia eius bona ſup-
ponit

ponit,etiam futura obligaſſe intelligitur.quod Bar.
Alber.Bal.Angel.Fulg.& Salic.aduertunt in d. l.ſi.
& pertractat Neguſan. in tract.de pigno.& hypoth.
in ſecundo membro ij.partis,nu.i.ij.
2 † Secundò,cum lucrum hoc coniugi debeatur mu
nicipalis iuris authoritate, prædecedente ſine filiis
ipſa uxore:quę ſanè legis conceptio interpretari cō-
ſueuit, ideſt ſi prædeceſſerit.Bart.l.ii.ff.ad Senatuſc.
3 Tert.§.uidēdum,uer.Quæro ſtatuto cauetur.† Cùm
enim legis hoc proprium ſit,ut futuris negotiis nor-
mam imponat.l.leges,la iij.C.de legib. & c. ulti. de
conſtitut.ubi omnes aduertunt. & rationi conuenit
etiam præſentis temporis participium ad futurum
tempus pertinere,quemadmodum & de p̄terito rece-
ptum eſt.rub.ff.ſol.mat.in uerbo ſoluto, ubi Iaſ. &
Alciat.poſt ueteres. & idem. l.conquerebatur.& l.
4 uerbum erit.ff.de uerbo.ſign.† At cùm conditio re-
trotrahi conſueuerit ad initæ obligationis diem. l.q
potior.l.qui balneum.ff.qui pot.in pign.docuit Bar.
in l.quoties.ff.de donatio. perinde haberi debere ut
detut ac ſi tempore quo donauit,hęc ipſa acquiſitio
facta fuiſſet.Qua ratione & Prætor ipſe edixit,con-
ditionaliter obligatum ſeu in diem reuocari ſolere.
l.ait prætor.§.ſi conditionalis.ff.quæ in frau.cred.

Tertiò cùm lucrum hoc ex cauſa onerosa con-
iugibus ipſis deferri credatur,putà,quòd multas im-
penſas in ducendis & traducendis uxoribus ipſi ſu-
5 bire ſoleant,† unde & dos ipſa conſtituta fuerit.l.j.&
ii.ff.de iur.dot.& l.pro oneribus.C.eod.& ſingulari
iure partis illius lucrum prędecedente uxore con-
6 ſtitutum ſit,† ne ad patrē rediret, ut iuris ratio om-
ni caſu diſponit.l.dos à patre.C.ſol.mat.uel ſaltem
communibus liberis non ſuperſtitibus, ut Martini
7 uiget conſuetudo ibi in Glo.† atque ob huiuſmodi
finem onerum ferendorum lucrum hoc deberi fre-
quentius præceptum uidetur. Glo.in l.ſi donaturus.
8 ff.de condi.& dem.§.ult.in fi.in uer. duntaxat,† ubi
titulum dotis cauſam onerosam pręſeferre concludit
& ibi Bald.ſubſcribit,& Alex.nu.vi.illius Gloſ.ſen-
tentiam communiter approbari teſtatur, & Salic.l.
cùm te.C.de donat.ant.nupt.& Abb. c.tertio loco,
de præſumpt.& c.ex publico,de conuerſa.coniugat.
concluſionem hanc tuentur, & Aret.l.ſi ante.ff.ſol.
matr.commuem atteſtatur,& Curt. in additionibus
Alex.in d.l.ſi donaturus, fatetur omnes communi-
ter Gloſſ.& Barto.ſequi.idem docuit Bald.in l.cùm
multæ.C.de dona.ante nup.nu.iiij.uerſ.nam ſi do-
tis, non eſt titulus donationis. & auct. prętereâ,C.
unde uir & ua.nu.v.uerſ.prætercà non eſt uerū. qua
ratione ibi paulò ante uerſiculum reſtat modò, cō-
culudit, legatum uiro ab ipſa uxore factum non
computari in portione ab ipſa lege municipali uiro
delata;quia ſtatutū deferat lucrum illud iam radica-
tum,& ueluti æs quoddam alienum.& Bart.in tract.
de duob.fratr.v.q.princ.pertractat, & quandoque
reſponſum eatat.Abb.conſi.j. ubi concludit,lucrum
hoc non deberi ſponſo ſi cōtingat ſtatutum uiri mē-
tionem facere & uxoris & filiorum:quia ceſſat ratio
finalis expenſarum.& Barth.Soc.conſ.caiiii.in j.nu.
iiii.uerſ.his tamen non obſtātibus. & ſecundū hanc
ſententiam Rui.reſpondit conſil.xi.nume.v.uerſic.
non obſtat dum tertiò,nol.v.

9 Quartò uideretur idem dicendum ea ratione, † q̄
lucrum hoc ueluti radicatum pro iure q̄ſito haben-
dum uideatur. Bal.d.auct. p̄tercà.C.unde uir & ux.
n.iiii.& iccircò donationis huius uirtute nepotibus
q̄ſitum intelligi, quo noīe creditoribus ipſis ius re-
uocandi competere ſolet,cùm iam redicatum lucrū
remittitur. l.qui autem.ff.quæ in frau.in princ.cùm
enim iam expenſas fecerit, quod municipalis legis
mens proſpicit,dum lucrum hoc defert, ut ſuperius
oſtendi,conſequens eſt ſubſiſtente ratione lucrum
hoc omninò ei debitum intelligi.c.cùm ceſſante, de
appellat.c.& ſi Chriſtus,de iureiur.& l.tutelas. ff.de
10 capi.diminut.ubi Bar.† quemadmodum donatio ob
merita ſingulari iure euictionis ſtipulationem conti
nere exiſtimatur.l.idem,cum ſeq.& l.ſi uerò non.ff.
mand.ubi Bart.Caſtr.& Alex.l.Iulianus, in fin. eo.
titu.& Alex.conſultus reſpondit conſil.xlvii. in iii.
Ex quibus concludendum uideretur,dotis huiuſmo-
di ſummam ad ipſos nepotes pertinere,quibus ma-
ternus auus bona omnia pręſentia & futura donanit:
cui dotis ipſius lucrum ſingularis iuris authoritate
debetur.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus,op-
poſitum ſecundum iuris noſtri rationem conſtitu-
endum cenſeo: quòd immo lucrum hoc dotis mu-
nicipalis iuris authoritate uiro, prædecedente uxo-
re ſine communibus liberis delatum donatione hu-
iuſmodi comprehenſum non cenſeatur:tametſi prę-
ſentium bonorum & futurorum mentio facta pro-
ponatur.

Conſtat etenim ipſi donationi nomen ab eaequu-
tione inditum eſſe, q̄ ſit doni datio, ideſt dominii
11 tranſlatio; † quippè quòd dare ſit dominium ipſum
transferre.§.ſic itaq;,inſti.de act.& docuit Bart.in l.
iuriſgentium,in prin.ff. de uulg. ſubſt. & l. ſtipula-
tiones non diuiduntur.ff.de uerbo.obli.unde ſequi-
tur id ipſum legitimè poſſe donari, quod in bonis
noſtris eſſe reperitur,quemadmodum & cedi; alio-
quin quod quis non habet,alteri dare non poteſt.C.
c.Daibertum. vii.q.j.& l.traditio.ff.de acquir. rer.
dom.& l.nemo plus iuris.ff.de reg. iur.ubi Deci. &
Cagn.plures adducunt.
12 Qua † ratione Iureconſ.reſpondit tranſactionem
ad id ius nō porrigi, quod poſt ex ſucceſſione ab in-
teſtato prouenit.l.qui cum tutoribus. ff.de tranſact.
ubi Bartol.in princip.uerſ.ratio differentiæ eſt. ubi
concludit,id quod nec re nec ſpe debetur,remitti nō
poſſe;quemadmodum quod ab inteſtato obuenire
13 poteſt legitima ſpe,dubium non eſſe, concludit. † &
paulò inferius uerſ.ex hoc dico, interpretatur clau-
ſulam in contractibus appoſitam,quòd quis remit-
tit omne ius quod habet uel habere ſperat ea aliqua
cauſa,intelligi debere ex cauſa de præſenti,ueluti ex
legato ſubſiſtente uel ſimili. & paulò inferius uerſ.
& ea hoc ſemel conſului, ſeſe in non abſimili caſu
reſpondiſſe fatetur. & Alexā.in l.cùm Aquiliana,in
fin.in additionibus Bartoli. ff.de tranſact. poſt An-
gel.in conſi.lv.In nomine Domini, concludit,arbi-
tros non poſſe condemnare comptomittentes,ut in-
uicē ſibi ſuccedant,cùm id trāſactione fieri non poſ-
ſit: quippè quòd compromiſſum ipſum tranſactio-
nis cuiuſdam ſpecies intelligatur.

Secundò

Secundò hanc ipſam concluſionem legitimam eſ-
ſe eo quoque exemplo probari poſſe uidetur, quòd
legiſlator conſtituat quandiù dotis nomine datum
in eam cauſam peruenire poſsit, reperi non poſſe. l.
quod Seruius in libro. ff. de cond. cau. dat. putà, ut
Bart. ibi interpretatur. oppoſitione iiij. uerſ. hoc aũt.
erat. quia ius comp. tebat de præſenti matrimoniũ
contrahendi, unde in extimando alicuius intereſſe
nulla ratio haberi ſolet, quod ad alterius ſucceſsionẽ
peruenire poſsit. l. poſt emancipationem. §. j. ff. de li-
ber. leg. & Bar. ibi uerſic. ratio eſt. ſubiicit rationem,
quia nullum ius ſit fundatum, etiam in filio reſpe-
14 ctu ſucceſsionis paternæ ex cauſa de pręſenti, † dici
enim ſolet, inter os & offam multa poſſe contingere
l. hęreditarium. ff. de bon. auth. iud. poſsid. qua ratio-
15 ne † filius ipſe debitores patris liberare non poteſt,
niſi ſint ei ex cauſa de præſenti obligato, licèt obli-
gationis huiuſmodi effectus in futurum ſuſpen-
datur: putà quia ſub conditione ſint ei obligati. l.
cùm dominus. §. filius. ff. de pecul. legat. uerſic. breui-
ter puto. quamobrem dici ſolet, eum non iccircò
locupletiorem exiſtimari, cui ius adeundi competit
16 l. pretia rerum, in fin. prin. ff. ad leg Falcid. † & iccir-
cò Bart. in d. §. j. d. l. poſt emancipationem, uerſic. &
ideo dico, concludit, uerba hęc in contractibus appo
ſita, item remittit omne ius, quod habet aut habere
ſperat in tali re: intelligenda eſſe de iure, quod is qui
remittit, habet ex cauſa de præſenti, uel habere
ſperat in futurum, ex cauſa tamen de præſenti: alio-
quin futilem ſpem concludit, quæ de pręſenti radi-
cata non ſit: quare hæreditate non adita ſtatum libe-
rum non dici, aduertit, cui libertas relicta ſit. l. ij. ff.
de ſtatu liber. Et iccircò, ſi contingat inter fratres
grauatos omne ius quod quis hẽt & habere ſperat, in
diuiſionis documento remitti, intelligendum huiuſ-
modi remiſsionem in his locum habere, quæ cã de
pręſenti competunt, putâ ex aliquo pręcedenti cõ-
tractu, deinde ex teſtamento: ſecus ſi ab inteſtato;
quoniam ſpes iuris ex præſenti cauſa competentis
cedi, uendi, remitti atque donari poſsit. l. ſpem. C. de
donatio. & Bartolo communiter Doct. acquieſce-
re, Alex. ibi in addition. adſtipulatur. Qua ratione in
l. ſi uxor. §. Diuus. ff. ad leg. Iuliam de adulter. Iure-
conſ. reſpondit, etiam licere uiro ſponſam ipſam ac-
cuſare, quæ non ſolùm matrimomonium uiolare nõ
liceat, ſed nec matrimonii ſpem. unde Bar. ibi pon-
derando uerbum ſpem, concludebat, remiſsionem
iuris quod quis habet uel habere ſperat, debere intel-
ligi de ſpe radicata ex cauſa de præſenti, uel quæ ex
præſenti cauſa proficiſcatur. Quamobrem, cum ui-
uat uxor tempore donationis huius, & iccircò ſpes
lucrum huiuſmodi conſequendi probabilis non ſit.
l. ſi quis mihi bona. §. utrum. ff. de acquir. hęredi. & l.
ex eo. C. de inutil. ſtipul. & l. fin. C. de pact. quod &
Pontificiæ legis finis ſuadet. c. nec aptandæ. & c. de-
teſtandę, de concell. præb. in vj. conſequens eſt, quá-
uis futura Magnificus Triuultius ſeſe donare dixe-
rit, de his tantùm intelligi debere, quorum exequu-
tio facienda ſit, ex cauſa tamen pręſenti radicata cõ-
petẽtium, ut in ſtatu liberis reſponſum extat. d. l. j. &
ii. ff. de ſtatu lib. Item ex ſponſalibus. d. l. ſi uxor. §.
Diuus. ff. ad leg. Iuli. de adult. cum ſimilib.

Tertiò, aut re & ſpe nepotes huius ipſius lucri ac-
quiſitionem magnifico auo donanti factam aſſe-
runt, & hoc prorſus falſum eſſe cenſetur. l. fin. C. de
pact. l. j. §. Scęuola. ff. ſi quis teſtamen. liber. eſſe iuſſ.
fuer.

17 Aut † ſpe tantùm, & idem cẽſendum exiſtimatur;
quippè quòd nec ipſo filio dum uiuit pater ſpes hu-
iuſmodi probabilis eſt, ut in cõmertium cadat. d. l.
pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. d. l. poſt emancipatio-
nem. §. j. ff. de liberat. leg. niſi ex cauſa pręſenti, putà
ex fideicommiſſo competat. l. i. C. de pact ibi, condi-
tionis inſertum. Barto. in ii. membro diſtinctionis
uerſ. quandoque eſt aliquod ius, quod non competit
nec re nec ſpe. Quare ſi lucrum huiuſmodi nec re
nec probabili ſpe competit, nec remiſsione aut ceſ-
ſione, uel donatione comprehendi poteſt. l. nec nos.
18 ff. de cap. l. i. §. ait prętor. ff. quor. bon. † niſi expreſsè
cedens ipſe uel remittẽs ſeu donans in ſpecie expri-
ment clauſulam huiuſmodi: nempe ſi contigeret,
putà talem rem tale prę-dium ad me peruenire, uel
uxorem meam prædecedere, lucrum quod mihi ob-
ueniet municipalis iuris authoritate tibi dono etc.
19 † Qua ratione ex facto conſulti plures reſponderũt
lucrum hoc dotis ipſi uxori poſſe remitti, nec iccir-
cò creditores donationem huiuſmodi reuocare poſ-
ſe. Soci. conſi. cxiiii. in i. uerſ. his tamen, nu. iiii. & v.
ubi ait, uirum ipſum in ſpecie huic lucro renuntiare
poſſe, putà, caſu quo contingat etc. licèt nec re nec
ſpe probabili ex pręſenti cauſa competat. l. ſi quis in
conſcribendo. C. de pac. & c. ſi diligenti, de foro cõ-
pet. & Bartholi theoricam in d. l. i. C. de pact. eiusq́;
reſponſum ègregiè probat. Et iccircò, cùm uir uxo-
ri pręgnantibus uerbis & geminatis conſenſiſſet, vt
dotem transferret, & omne ius qualitercunque &
quomodocunque in futurum competens ipſi uiro
in monaſterium, reſpondit eum ipſum cenſeri uo-
luiſſe, ut ipſa uxor teſtamenti titulo de integra do-
te teſtari poſſet, putà, etiam de ea parte, quæ ex ſin-
gularis iuris diſpoſitione ipſi uiro defertur. Bald. in
auct. ſed cùm teſtator. C. ad leg. Falcid. huiuſmodi
cõcluſionem probare uidetur; unde Socini reſpon-
ſum fomentum accipere intelligitur.

Idem Dec. conſi. cclx. uerſi. his tamen non obſtã-
tibus, nu. iij. reſpondit huius lucri in ſpecie remiſ-
ſionem fieri poſſe, nec iccircò creditoribus reuocan-
di ius ullum competere: quippè quòd is qui quærẽ-
dum lucrum remittit, creditorum authoritate impe-
diri nequeat, quòd illius patrimonium non dimi-
nuat. l. qui autem, in princip. ff. de his quæ in fraud.
cred.

Idem Reuerendiſs. S. R. E. Cardinalis Pariſ. cõſ.
xxvij. in j. nu. ix. uerſ. quibus ſic ſtantibus, concludit
huic ipſi lucro poſſe per coniugem renuntiari; qm̃
20 de proprio commodo agatur. † & ſpem huiuſmodi
ibi probabilem concludit, quando in ſpecie & nomi
natim lucrum hoc in renuntiationis ſeu remiſsionis
aut donationis documento comprehenſum ſit; ſecus
cùm quis omnia & præſentia & futura bona donaſſe
proponatur. quocircà Bal. in l. ſpem. C. de donat. ſpẽ
illam cedi atque donari poſſe docuit nu. j. uerſic. du-
plex eſt, quæ ex præſenti cauſa fundamentum ha-
beret.

Caro-

Carolus quoqne Ruin.conſi.xj.nu.ij. uerſicu. his tamen non obſtantibus, in v.uol. concludit, lucrum hoc dotis non poſſe ab ipſo fiſco uendicari,ſi contin gat uirum uxorem ipſam occidere ueluti ab indigno; quia immo ad ipſius uxoris hæredes pertineat.l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſoluto matrimo.cùm enim non ſit radicatum,licèt præmoriatur uxor, quia tamen ipſe eã interfecit ipſo iure lucri illius commodo indignus fiſcum ſucceſſorem habere non poſsit . d.c. Daibertum,vij.q.j.d.l.traditio.ff.de acquiren.rer.dom.cum aliia ſuperius adductis. Ex quibus omnioò diiudicã dum cenſeo,magoificum D.Triuultium teſtamento ſuo locum hoc dotis relinquere potuiſſe , licèt bona omnia præſentia & futura donationis titulo in nepo tes ex filia tranſtuliſſet.

21 Non obſtát ſuperius adducta in oppoſitum , † & primò quòd cùm ipſe magnificus dominus auus nõ ſolùm bona eius pręſentia,ſed etiam futura donauerit,iura quoque quęrenda tranſtuliſſe intelligatur.d. l.fin.C.quæ res pignor. cum aliis ſuperius adductis. quia reſpondeo,intelligẽdum de futuris,ex cauſa tamen radicata,cùm donauit, ipſi competentibus.d.l. poſt emancipationem.§.j.ubi Bart.aliàs repugnaret actus huiuſmodi donationis internæ illiùs eſſentię , quod perabſurdum eſſet.l.nemo poteſt, de lega.j.cũ enim donatio ab ipſa exequutione nomen ſortita ſit, & conſtet neminem in alterum,quod actu non habet transferre non poſſe. d.l.nemo plus iuris. ff. de reg.iur.conſequens eſt huiuſmodi donatione lucrũ hoc non comprehendi,quod actu ipſi donanti non cohęreat;quippè quòd uir uxori prædecedere poterat.d.l.hæreditarium.ff.de bon.auth.iud.poſſ.

Secundò non obſtat iuris ſingularis diſpoſitionẽ ad donationis diem retrutrahendam uideri. d. l. qui balneum,cum aliis ſuperins adductis ; quia interpretatio hęc non poteſt procedere, cùm interim dominus huius lucri conſtitutus ſit naturali & legitimo teſtamenti ipſius titulo.l.i.ff.de teſtam.ubi Docto. Butr.& Imol.rub.eo.titu.Quare nephas cenſeri ſolet defunctorum uolũtatem exequutione carere.l. uerbis legis.ff.de uerbo.ſignif. & §.diſponat,in auct.
22 de nup.& l.j.C.de ſacroſanct.eccl.† & iccircò, ſi nigeant coniecturæ,filios etiam enuntiatione conditionali nominatos diſpoſitiuè uocari receptum eſt. Iaſ.l.j.C.de pact.nume.xlii,& Dec.nu.xiiii. & Curt. nume.xii.& Ripa nu.xix. & ex facto ſæpius reſponſum fuiſſe Maria.iun.teſtatur conſi. cx.in iii.uolum. nume.xx.

Tertiò non urget,lucrum hoc ex cauſa oneroſa ni ris ipſis iurium municipalum diſpoſitione deferri.d. l.i.& ii.ff.de iur.dot.& d.l.pro oneribus. C.eo. cum aliis ſuperius adductis.quia iccircò non ſequitur, in perſona uiri donantis radicatum exiſtimari , cùm is uxori prędecedere ualeat. d. l.hæreditarium. & d. l. pretia.ff.ad leg.Falc.Quamobrem qualitas hęc oneris municipalis iuris diſpoſitionem probans,nõ poteſt efficere,ut donationis actus ab ipſa exequutione nomen aſſumens, id ipſum transferre ualeat,quod actu ipſo donanti non competit.d.l.traditio,cũ aliia ſuperius adductis.

23 Quartò & ultimo non urget, † quòd lucrum hoc ueluti radicatum pro iure quæſito haberi debeat. Bal.d.auct.prætereà, nu. iiii.cum aliia ſuperius adductis.quia reſpondeo , hoc ipſum intelligendum , eſſe cùm in ſpecie uir cedens uel remittens aut donans iuris huius ex municipalis cõſtitutionis diſpoſitione quærendi mentionem facit: quo caſu donantis mens ex uerbis in ſpecie prolatis colligitur l.Labeo.ff.de ſupellect.legat. potius enim cenſetur in toto iure noſtro,quod ad ſpeciem ipſam refertur.
24 † at cùm quis omnia bona præſentia & futura donaſſe proponitur, ſecus eſſe dicendum uideri debet; quoniam donatio huiuſmodi ea tantùm comprehẽdere intelligi debet,quę re & actu ipſi donanti competunt.d.l.poſt emancipationem, ubi Bart.& d.l.iuriſgentium,in princ.ff.de pact.ubi idem Bar.& d.l.j. C.de pac.ubi idem,& in d.l.qui Romę.§.duo fratres ff.de uerbo.obl.cum aliis ſimilibus.

Laus Deo, Patauij, Kal.Maij,1551.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi per triennium uxorem cognoſcere carnaliter non potuerit,ſtante hac coëundi impotentia uxor poteſt cum altero coniugium contrahere.*
2 *Delinquendi occaſio prorſus eſt euitanda.*
3 *Infinitas actuum euitanda.*
4 *Matrimonium inſeparabile eſt.*
5 *Iuris diuini transgreſſio peccatum inducit.*
6 *Vxor non poteſt ad aliud matrimonium conuolare ſtãte abſentia uiri , etiam ſi ultra ſeptennium abſens fuerit,de coq; nihil noui habuerit,niſi de morte ipſius conſtet.*
7 *Interpretatio illa amplectenda eſt,quæ animæ fauet.*
8 *Vxor,quæ ſecundo nupſit uiro, credens primum mortuum fuiſſe,ſi de primi uita certior facta fuerit, ſtatim ſecundum euitare debet uirum.*
9 *Canonum diſpoſitio in ſpiritualibus legi ipſi Cæſareæ longè præualet.*

CONSILIVM LVIII.

ADSIT MIHI DIVINAE LVCIS AVra, ut ueritatis portum attingere ualeam.

AN ALTER coniugum legitimè matrimonium contrahere poſſe uideatur,altero ex cauſa captiuitatis uel cuiuſcunque alterius impedimenti diutius abſente,unde ueriſimilius ſit illum ipſum deceſsiſſe, ſæpius quæſitũ audiui. Et prima facie uideretur certi temporis lap-
1 ſu,hoc permiſſum intelligi,† quemadmodum triennij lapſus iuſtum pręſtat impedimentum ex ipſa frigiditate ſeu coëundi impotentia,ut alter coniugum iuſtè cõtrahat.c.laudabilem,de frig.&malef.ubi Gl. Io. And.Butr.Card.& Abb.aduertunt,& Hoſti.poſt Goff.in ſumma.

Secundò uideretur idem dicendum, pręſertim, ſi proponatur diligentem inquiſitionem pręceſsiſſe,

quam

quam Iuſtiniani prefixiſſe uidetur in auctẽ. Hodie
quantiſcunque annis.C.de repud.ſuadet.n.generalis
2 ratio,qua traditum eſt,† delictorum occaſionẽ prorſus
euitandam,& potiſsimùm fornicationis;ut Paulus
iubet,qui non poteſt abſtinere nubat. cap. j.ij.de
cohab.cler.& mulier.

3 Tertiò † quòd lex ipſa tùm Pontificia tùm Cæſarea
infinitum progreſſum abhorrere cõſueuit. l.properandum.
C.de iudic.cap.licèt,il ij.de teſtib.& l. j.
C.de ſenten. q̃ pro eo quod int. abſentis ergo culpa
diuturnum preiudicium preſenti adferri non debet.
c.non debet quis,de reg.iur.in d.l.ſi quis in ſuo.§.legis
autem Iuliȩ.C.de innoff.teſta.

Oppoſitum tamen Eccleſia decreuiſſe cenſetur ,
cùm enim ſcriptum ſit in Euãgelio:quos Deus con-
4 iunxit† hominẽ ſeparare nõ debere.in c.quos Deus,
xxxiii.q.iii.c.ex publico , de conuerſ.coniugat.ubi
Glo.in uerbo conſummatum,non facilis huius nexus
diſſolutio eſſe cenſetur. capi. licèt , de tranſlat.
prælat.& c.ſunt quidam,xxv.q.v.& tradunt omnes
per illum tex.in c.ult.de conſu.& in c.quȩ in eccleſiarum,
de conſtitu. in primo membro principalis
diſtinctionis ipſius Panormitani,& in l.fin.C.ſi cõ-
5 tra ius uel util.publ. † unde cùm diuini iuris tranſ-
greſsio peccatum inducat,& iccircò ſecũdam mortem
operetur.c.peccatum,de pȩnit.diſt.j.& d.c.ult.
de conſuet.conſequens eſt nullo temporis curſu huius
reatus occaſionem ab ipſo canone permiſſam cẽ-
ſeri.c.fin.de preſcript.ubi Pariſius in primo notabili.
& d.c.fin.de conſuet.in primo notabili diffuſius
poſt omnes alios dixi, quocircà quãuis diuturna abſentia
indiſſolubile uinculum elidere non poteſt,
quippè quòd æterni commodi intereſſe cum ſeculi
paſsionibus conuenientiam nullam habeat,ut Apoſtolus
inquit.cap.precipimus, xij.q.j. & c.cùm contingat,
de iureiuran.& c.quanuis,de pac.in vj.
6 † Secundò in ſpecie Lucius.iij.Pont.Max.id apertè
conſtituiſſe uidetur, nemini coniugum licere matrimonium
ipſum contrahere antequam de morte
alterius abſentis ei cõſtet.c.dominus,de ſecun.nupt.
ubi Glo.in uerb.& conſtet. & ibi Abb. poſt ueteres
omnes.& c.in præſentia, de ſponſalib. ubi Clemens
iij.interrogatus à Cæſare Auguſtenſi Epiſcopo nũquid
lapſus ſeptennij cùm mulieres diligenter eſſent
perſcrutatæ,nec quidquam certi de uirorum uita uel
morte intelligere potuiſſent , concurrente iuuenili
ætate & carnis fragilitate,alteri uiro poſſent coniũgi,
conſtituit quantocunque annorum numero ita
remaneant,& uiuentibus uiris ſuis ad alterius connubium
canonicè conuolare non poſſe. Quare nec Eccleſiæ
authoritate permittendum ſtatuit eas cõtrahere ,
donec certum nuntiũ de morte uiri recipiant.
ubi Innoc.Hoſt.Aegidius,Butr. Anchar.& Abb.&
Alexander Neuus Vicentinus aduertunt.cùm enim
quis diutius uiuere præſumatur.l.fi.C.de ſacroſanc.
eccl.conſultius fuit utique certum mortis ipſius nũ-
7 tium habere, † cùm enim de maximo animæ præiuditio
agatur,hæc interpretatio commodior uiſa fuit
c.iuuenis,ubi Abb.in primo notabili de ſponſalib.&
Bart.l.ii.§.i.ff.quib.mod.teſtam.infir.in fin.& Abb.
docuit.d.c.in preſentia , & c.de illis,eod.titu.ubi in
ſponſalibus de futuro aliud Pontifex ſtatuit, quippè
quòd matrimonij ipſius carnis commixtione conſummati
diſſolutio difficilior exiſtimetur. Gloſſ. in
8 uerbo conſummatum.d.c.ex publico. † qua ratione
Leo Pap.Nicetæ Epiſcopo Aquileiẽſi ſcripſit, ſi caſus
occurreret quam primùm accepta uiri uita mulierem
ipſam alteri interim nuptam ab amplexibus
adulterinis abſtinere debere . c. unde per bellicam .
xxxiii.q.i.& ii.ubi Glo.Archid. & Aegidius.
9 Hæc canonũ certa uidetur eſſe diſpoſitio , † quorum
authoritas in ſpiritualibus preualere exiſtimatur.
d.c.ult.de præſcrip.& d.c.ult.de conſuet. Gl.in
c.poſſeſſor,de reg.iur.in prin.uerſ.in his autem . &
Bar.l.priuilegia.C.de ſacroſanc.Ecc.cum aliis adductis
per Doctores in c. Eccleſia Sanctȩ Mariȩ,de cõſtitution.
in iii.& iiii.caſu diſtinctionis Abbatis.

Laus Deo, Patauij, x.Kal.Februarij 1554.

Portius Forocorn.hȩc raptim.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſolus cauſas ſublato appellationis remedio diffiniendas mandare poteſt.*
2 *Appellatione remota ſi Princeps cauſam commiſerit , duplex ipſius appellationis effectus ſublatus intelligitur.& qui.*
3 *Appellationi non defertur, quotiens cauſa appellatione remota fuerit delegata.fallit tamen ut nu. ſequẽtibus .*
4 *Appellatio eſt recipienda ,ſi ſententia euidenter iniquè prolata fuerit,licèt cauſa appellatione remota commiſſa fuerit.& uide nu.ſeq.*
5 *Clauſula appellatione remota , non tollit defenſionis eſſentiam.*
6 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.& nu.ſeq.*
7 *Limitatio ſiue exceptio non præſumitur à regula .*

CONSILIVM LIX.

CRVX CHRISTI ORIGINALIS
iuſtitiæ donum amiſſum mihi prorſus reſtituat,
ne ex reatu primi parentis in tenebris
ambulem .

CASVS.

EX FACTO proponitur , Epiſcopum quẽdam Britannum inobedientiæ criminis reum conſtitutum fuiſſe , atque negotium illud duobus Archiepiſcopis Pontificis Summi reſcripto omni prorſus appellatione remota delegatum fuiſſe. At cùm Primates illi re diligenter perſpecta Epiſcopum ipſum damnauerint, quæſitum eſt,an adhuc ad Summum Pontificem appellari poſsit? Deinde , ſi appellatio legitimè recepta credatur, & Epiſcopus reſtitutus ſit,à quo fructus interim tẽpore condemnationis perceptos repetere debeat , an ab ipſis bonæ fidei poſſeſſoribus,an autem ab iis, quorũ authoritate bona hȩc nobiles illi pura fide poſsidebant.

Reſpon-

R'ESPONDI.

1 QVOD ad prius problema attinet, † ſolum Principem ſupremum, pu à ſummum Pontificem & Cæſarem cauſas ipſas appellationis ſublato remedio diffiniendas mandare poſſe affirmo. c.j. de reſcript. ibi, inquiſitioni tuæ reſpondemus, etc. & inde colligunt Hoſtien. Ioan. And. Aegi. Bald. Butr. Cardi. Anchar. Imol. & Panormi. Henric. Boich, Barbatia, Felin. Deci. & Beroius in j. notabili, & c. ſuper quæſtionum, de off. & poteſta. iudi. deleg. §. ſi uerò, uerſi. quamuis in commiſſione facta duobus. ubi Abb. nu. iij. uerſicu. item nota quòd delegatus Principis. & l.j. in fin. ff. à quib. appel. non lic. ibi, ut ſcio ſæpiſſimè à Diuo Marco iudices datos. Bart. Alber. & Imol. aduertunt uerſi. quædam uerò eſt defenſio inducta à iure ciuili. & inferius uerſic. primus eſt effectus. quamobrem inconcuſſa concluſio con-
2 ſtitui ſolet, † remota appellatione duplicem illius effectum ſublatum intelligi, & ſuſpenſionis uirtutis ipſius ſententiæ, & deuolutæ cognitionis ad ſuperiorem ipſum: extincta enim ea, inde proficiſcentes effectus ſublati intelliguntur. c. cùm ceſſante, de appel. & c. et ſi Chriſtus, de iureiur. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & docuit Panormit. c. ad reprimendam, de offic. ordin. nu. x. uerſ. ſed hoc dictum nullo modo puto uerum. & Ioan. ab Imol. d. §. interdum. d. l.j. à quib. appell. non lic. uerſic. quartus eſt effectus. & uerſi. quintus, & ſubſcribit Deci. rubr. de appella. poſt Hoſtienſ. & alios ueteres nu. v. uerſicu. ſecundò principaliter quæritur. Quapropter in propoſita ſpecie cū Epiſcopus huiuſmodi Britannus ab ipſis Primatibus condemnatus fuerit, qui Pontificia authoritate facultatem habebant negotium hoc definien-
3 di appellationis ipſius ſublato auxilio, † conſequens eſt ipſi appellationi deferendum non fuiſſe. d.c.j. & d.c. ſuper quæſtionum, in fine, & Specul. & Hoſtien. in titu. de appell. & Beroius rubr. eo. de appella. uerſicu. quod tollatur. nu. iiij. & iccircò appellationem illius non fuiſſe admittendam.

4 Niſi † tamen euidenter conſtaret iniquè aduerſus eum iudicatum fuiſſe. c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliatór. ubi Glo. in uerbo poſt appellationem. cùm enim euidenter appareat, iuris ipſius cenſuræ nō ſubiacent. c. ad noſtram, el iij. de iureiuran. & c. ueſtra, & c. tua, de cohabit. cler. & muli. unde ſi in his terminis eſſemus, ſanè huiuſmodi clauſula nihil operaretur. quod Beroius declarat d. rubr. de appella. num. iiij. uerſicu. prædicta quod tollatur. & ex facto non ſemel reſponſum extat: Alex. conſ. lxxvij. nu. xij. lib. iij. ubi plures deciſiones ad rem facientes adducit. & conſi. cvj. nu. xxvj. xxvij. xxviij. eo. uol. & Deci. conſi. xlix. nu. ij. uerſ. quintò & ultimò.

5 Vel † niſi Principes ſupplici libello aditus, aut alio legitimo modo, putà querelæ uel recurſus, cauſæ merita iterum perpendi iuſſiſſet, ut ſæpius fieri ſolet; tunc enim clauſulæ illius appellatione remota uirtus, defenſionis eſſentiam non aufert. clemen. paſtoralis. §. cæterùm, de re iud. quamuis modum ipſum alteret, ut declarat Ang. in l. ſi ſic. ff. de leg. j. & Gemi. in c. non ſolùm, de appellatio. in vj. & Dec. diffusè in d. rubr. de appell. nu. viij. in fi. quare, cùm mihi non ſat relatum ſit in qua facti certa ſpecie agatur, nec ſatis certum reſponſum reddere poſſum. l. ut reſponſum. C. de trāſact. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. ubi Alber. & Floria. in ij. ſummario. & l. ea eſt, de regul. iur. ubi Cagn. nu. xxvij. & l. precibus. C. de impu. ubi Deci. poſt ueteres in notabilib.

Quod ad ſecundum attinet, iuris certa conſtitu-
6 tio eſt, † bonæ fidei poſſeſſorem fructus legitimè colligere; & iccircò ad eorum reſtitutionem non compelli. l. in bonæ fidei, in prin. ff. de acqui. rer. dom. & l. quis ſit. §. qui in alieno. ff. de uſur. & l. ex diuerſo, in prin. ubi Gloſſ. in princ. ff. de rei uendic. & c. grauis, de reſtitu. ſpoli. & diffusè Alex. docuit conſil. xliiij. nu. v. & vj. in iij. † quare cùm flexus à regula præſumi non ſoleat. l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. ubi Accur. admonet, regulæ adhærendum, quemadmodum Bononienſes Carono. & ſubſcribunt Alb. Bart. Deci. & Cagn. & Innocen. c. prætereà, de dilatio. & Bart. l. ij. ff. ne quis eum qui in ius uoc. fue. ui exim. idque potiſſimùm cùm intelligam ex cauſa admodū oneroſa à nobilibus Britannis huiuſmodi bona poſſeſſa fuiſſe, unde non facilè locupletiores effecti uideri poſſint: ut declarat Pariſ. cap. de quarta, de præſcri. nu. x. poſt ueteres, & Deci. conſi. clxxij num. iiij. & v. ubi concludit, cùm quis locupletior factus non eſt, ad fructuum quos bona fide percepit, reſtitutionem nō facilè compelli. quamobrem in propoſito caſu reſponderi poſſe uidetur ſecundum regulam, nobiles hoſce ad fructuum reſtitutionem non facilè compelli, ſaluo ſemper etc.

Patauij, Pridie Kal. Octobr. 1554.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pretium à uendicante rem, quo caſu offerri debeat.*
2 *Emptor non præſumitur dolo acquiſiuiſſe.*
3 *Emptor ſerui furto ſubtracti illum domino reſtituere tenetur, nec pretium ab illo recuperat.*
4 *Dotalis fundus ſi à ſciente fuerit emptus, illum reſtituere tenetur, nec pretium aliter recuperabit.*
5 *Debitor, qui in fraudem creditorum uendidit alieni ſcienti fundum minori pretio, quòd ille reſtituere tenetur, & pretium amittit.*

CONSILIVM LX.

DIVINO PRAESIDIO ex corde inuocato.

TITIVS ueſtem tingendam fulloni tradidit, qui quidem illam Martino uendidit, & metu pœnæ auſugit. vendicat Titius ab ipſo Martino, is autem excipit pretium, cùm bonæ fidei poſſeſſor eſſet, ei reſtituendum. Quæſitum fuit an audiri debeat? Et
1 prima facie uidebatur, † quippè quòd uēdicans ipſe

quandoque pretium offerre debere conſtitutum ſit,
l. iij. C. de eo quod met. cau. ubi nepos uendicans
etiam ui metuue ab auo, cui ſucceſsit, diſtracta, pre-
tium reſtituere cogitur, ubi Gloſ. in uerbo reddito,
aduertit, & ſubſcribunt Albericus, Baldus, Salicet.
& Caſtrenſ. benignius enim ex bonæ fidei natura
interpretari ſolet. §. actionum, ubi Faber, Angelus,
Iaſon & Gomeſius inſtitu. de action. idque potiſsi-
2 mùm, † cùm non facilè emptorem ipſum dolo ac-
quiſiuiſſe præſumi debeat. l. merito. ff. pro ſocio. cap.
dudum, de præſumpt. ubi Docto. & c. ij. de reg. iur. in
antiq. ut diffusè pertractat Alciat. regu. j. tracta. præ-
ſumpt.

Sed tamen in propoſito caſu à ueteribus legiſla-
toribus aliud ſancitum fuiſſe uideri debet. l. ſi man-
3 cipium. C. de rei uend. ubi Cæſar reſcripſit, † man-
cipium furto ſubtractum ab emptore uendicanti nul
lam pretij refundēdi neceſsitatem imponi. ubi Glo.
in uerbo ſoluendi, aduertit, Iacobus ab Arena,
Cinus, Bartol. Angel. Fulgoſ. Caſtren. & Salicet.
Quinimmo inciuilem rem Martinum hunc empto-
rem deſiderare, reſcriptum eſt, ut ueſtem furto ſub-
tractam agnitam non prius domino reddat, quàm
pretium ei ſoluatur. Quare & ſubiicit legiſlator ipſi
Martino cautius curandum eſſe, non tantùm in hu-
iuſmodi damnum, ſed etiam ne in criminis ſuſpi-
tionem incidat. l. inciuilem. C. de furtis. ubi Gloſſ.
Bart. Bal. & Salic. diſtingunt ex frequentia emptio-
nis rerum furtiuarum, item & pretij quantitate, ita
crimen illud deprehendi, ut præſumptionis onus à ſe
ipſo excutere teneatur.

4 Fortius, † cū mulier dotis pignori conſenſit, ſi fun
dus alij uenditus fuerit, filius etiam non reſtituto p̄-
tio uendicare conſueuit. l. ſi ſciens. C. ad Senatuſcō.
Velleia. & l. mater. C. de rei uend. ubi Alberi. & Sali-
5 cet. aduertunt. † Idem cùm debitor in fraudem cre-
ditorum minori pretio emptori ſcienti uendidit, ſe-
cundum Proculi ſententiam fundum reſtituendum,
etiam non reſtituto pretio, reſcriptum eſt. l. ſi debi-
tor. ff. quæ in fraud. cred. non enim æquum fuit rei
meæ ab alio uenditæ ius mihi auferri. l. rem alienam.
ff. de contrahen. empt. l. alienum. C. de furt. l. ſi filio-
familias. §. j. ff. ſolu. matrim. & l. id quod noſtrum. ff.
de reg. iur. in vj. quod Reuerendiſs. Pariſ. ex facto cō
ſultus reſpondit conſ. cxij. in iiij.

Non obſtat d. l. iii. quia ibi pretium reſtituitur,
quod auo numeratum fuerat, cui nepos uendicans
ſucceſſerat. quod ibi Accurſ. aduertit, & d. l. mater.
& d. l. ſi mancipium. ubi Salicet. & Fulgo. latè decla-
rant. ueluti etiam cùm quis ab eo emiſſet, qui pigno-
ri fundum habuerat: ſanè, ſi debitor uendicat, pre-
tium eius creditori ſolutum refundere tenetur: quip
pè quòd in eius utilitatem conuerſum fuerit. l. em-
ptor. ff. de rei uend. ubi Bart. & alij. & ſecundum ſu-
praſcriptam concluſionem magnificum dominum
latrunculatorē iudicare debere exiſtimo, ſaluo ſem-
per etc. Patauij, Non. Nouembris, 1552.

Portius Forocornelienſis,
hæc raptim.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis probibitio cum cauſa efficax eſt.*
2 *Bona Eccleſiæ & minorum alienari non poſſe.*
3 *Proœmio ex ipſo alicuius actus ad ipſum inferri.*
4 *Locator habens rem locatam hypothecatam, poteſt uti iure retentionis.*
5 *Contractus ſubſtantia quæ nam ſit.*
6 *Conductor à re locata expelli non poteſt, ſi bona locatoris pro contractus obſeruantia obligata habeat. & uide nu. 25.*
7 *Locatio continetur appellatione tranſlationis, & cùm aliquis prohibeat rem in aliquem transferri.*
8 *Conductoris ius in re conducta eatenus quæritur, quatenus contractus ipſe cuſtoditur & obſeruatur.*
9 *Dotalis fundi alienationem atque obligationem à lege Iulia prohibitam eſſe.*
10 *Locatio ad quinquennium facta, non dicitur ad longum tempus.*
11 *Bona Eccleſiæ licèt diſtrahi non poſſint, tamen ad modicum tempus locari queunt.*
12 *Tempus modicum dicitur infra decennium.*
13 *Locatio ad ſeptennium uel infra decem annos dicitur ad modicum tempus. & nu. 27.*
14 *Conductori nullum ius in re conducta quæritur, ſiue directum intelligamus ſiue non. & nu. 18.*
15 *Alienatione prohibita, quando intelligatur locatio etiam prohibita, & quando non.*
16 *Alienationis prohibitione comprehenditur & pignoris nexus. ſed uide nu. 19.*
17 *Locationibus in ipſis ad modicum tamen tempus factis de rebus Eccleſiæ, non requiruntur ſolennitates, quæ in alienationibus adhiberi ſolent.*
20 *Emere prohibitus in aliquo territorio, non intelligitur prohibitus pignori accipere.*
21 *Feudum nec alienari nec obligari poteſt.*
22 *Tutor quo caſu ſibi tradere poſſeſſionem rei emptæ à patre pupilli poſſit.*
23 *Alienare is cenſetur, qui dominium transfert.*
24 *Feudatarius ob ſolius poſſeſſionis traditionem alienando, non cadit à iure ſuo.*
26 *Locator tenetur præſtare patientiam.*
28 *Obligatio bonorum generalis non afficit ea, quæ commertio carent.*
29 *Diſpoſitio quantumcunque uniuerſalis admittit habilitatis reſtrictionem.*
30 *Abſurdum euitandum eſt.*
31 *Text. in l. fin. §. ſin autem eo præſente. C. de bon. auth. iud. poſſ. declaratur.*
32 *Ratio potior ſemper eſſe debet Doctorum authoritate.*
33 *Fideiuſſor, qui diu ſtetit in fideiuſſione poteſt peti, ut ab ea liberetur.*
34 *Bona ſubiecta reſtitutioni alienari non poſſunt, fall. ex cā dotis. intellige tamē ſanè, ut nu. ſeq. ubi de cōi op.*
36 *Negligentia damnatur.*
37 *Alienatio neceſſaria ſaltem uiuente prohibito alienare retractari non debet.*
38 *Beneficio ſuo quilibet renuntiare poteſt.*
39 *Sententiæ tres conformes mandandæ ſunt exequutioni. fall. tamen.*
40 *Proteſtatio ius proteſtantis in tuto collocare exiſtimatur.*

CONSI-

CONSILIVM LXI.

INDIVIDVAE TRINITATIS LVX intellectum meum excitet, ne in tenebris ambulem.

CASVS.

EX PACTO proponitur multiplex quidem ac ſatis perplexa negotij ſpecies. Paulus Petrobellius ac Ioannes Baptiſta fratres fundum Bernardino Prezachio in quinquennium locauerunt, quem quidem Zannus eorum agnatus moriens nullo alienationis titulo obligari, aut quocumque pacto in aliũ transferri cauerat; alioquin ſi ſecus factum fuiſſet, uel minima illius portiuncula in alium tranſlata, vniuerſum fundum ad eius agnatos pleno iure pertinere iuſsit, quibus legata quædam annua reliquerat, & ſolutionis eorum cauſa fundum huiuſmodi perpetuò obſtrinxerat. Conductor interim dum ab vxoribus huiuſmodi fratrum uexaretur, quæ ob coniugum inopiam ſibi ipſis conſuli contendebant, ne dotium iura periclitarentur, certam eius ſummam ſponte refundit, perinde ac ſi fundus huiuſmodi dotium iuribus tuendis ſubiectus eſſet atque ſuppoſitus. Deinde elapſo quinquennio Paulus ipſe eundem fundum Andreæ Petrobellio in aliud quinquẽnium locauit, cui tamen prior conductor uacuam poſſeſsionem non prius tradidit, quàm ſummam omnem ei Andreas refunderet, quam is erogaſſet, ut in fundo ipſo inſiſteret. Inde Paulus ipſe moritur Andrea fundi poſſeſsionem nunquàm nanciſcente, quinimmo Barnabas Pauli filius fundum tertio locauit & tradidit: quamobrem in primis quæſitum eſt, an locationes huiuſmodi ueluti aduerſus teſtatoris iuſſum celebratæ, prorſus irritæ cenſeantur? Deinde, an dotium iuribus tuendis fundus ille ſupponi potuerit?

Demum, qua ratione ipſi Andreæ conſuli poſsit, ut ſaltem quam numerauit, & Paulo locationis ipſius contemplatione, item & Bernardino, ut inde recederet, ſummam repetere poſsit? uel an ipſe in conductione potior ſit cenſendus, quippè quòd filius patris ipſius conuentionem probare compellatur?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, prima facie cenſendum uideri, fundum eiuſmodi alienari prohibitum, aut quocunque modo obliga-
1 ri, necnon in alium transferri, in quinquennium
nec quidem locari potuiſſe. † nam, cùm fundus huiuſmodi teſtatoris præcepto nullo alienationis generi ſubiaceat, ut aliàs ipſi agnationi proſpectũ ſit, uoluntas illius maximè iuſta & numeris omnibus abſoluta, nullam transgreſsionem pati poſſe cenſetur. l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de legat. j. ibi, nec cauſam exprimant. Albericus, Bartol. Imola, Alexander, Iaſ. Crotus, & Alciatus ſuper uerbo nec cauſam, aduertunt. & l. pater. §. Iulius Agrippinam. ff. de legat. iij. conſequens eſt huius ipſius præcepti uirtute etiam intuitu præordinatorum ad ipſam alienationem uigere cenſendum. l. j. ij. & iij. ff. de diſtract.
2 pignor. † quocircà utriuſque iuris cenſura cautum
fuiſſe uidetur, ſiue legis ipſius diſpoſitione, ut in bonis Eccleſiæ atque minorum prohibita ſit alienatio, ſiue hominis uſusfructus conſtitutionem quamlibet, ſuppoſitionem, aut pignoris quoque ipſius nexum prohibitum eſſe cenſeri. c. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. ubi Ioan. Andr. Butr. Imola, & Abbas. & l. fi. C. de reb. alien. non alienan. ubi Alber. uerſ. largè autem. & ibi Barto. rationem adducit, & Baldus in fine, Angelus & Salicetus nume. iij. & oppoſitione iij. & Caſtren. Nam ſecundum iuris noſtri rationem in huiuſmodi prohibitionibus idem exiſtimari conſueuit de iis, quæ actus ſummam præcedunt. l. oratio. ff. de ſponſ. l. prima. C. ad exhiben. ubi Gloſ. in uerbo exhibitis. Bald. Salicet. & Fulgoſ. qua ratio-
3 ne cùm legis ratio dictet, † ex præludiis actus ad ip-
ſum inferri. Bald. cap. ruæ, nume. iiij. de procur. Doctores rubri. C. de edend. ubi copiosè Purpurat. & Mant. diſcutiunt, Bald. & Caſtren. dict. l. fina. C. de
4 rebus alien. † quamobrem, cùm ex ipſis locationum
ipſarum documentis conſtet, pignoris nexum adeò conſtitutum eſſe, ut qui conduxerunt, eo nomine retentionis ipſius iure uti ualeant: & icirco in fundo ipſo inſiſtere poſsint. l. qui fundum, ubi Barto. ff. locati. & Caſtren. l. ſi merces. eo. titu. §. ſi fundum. & Bartol. l. prima. §. quod autem. ff. de ſuperficieb. Bal. Angelus & Salicet. l. emptorem. C. locat. & Salicetus l. mancipia. C. de rebus alien. non alienand. & Abbas cap. fina. in fin. ne præl. uices ſuas. quod & pertractatum extat, & ex facto quandoque reſponſum. Neguſan. tract. pignor. ſecunda parte, primo membro, uerſicu. ſed in prædictis, nu. vj. & Alexan. conſil. cxviij. In caſu de quo quæritur, ad finem, in v. conſequẽs eſſe uidetur aduerſus teſtatoris ipſius iuſſum huiuſmodi locatione attentatum fuiſſe. d. l. oratio, & Docto. d. rub. C. de eden.

Secundò idem ea quoq; ratione ſuaderi poſſe uidetur, quòd teſtator ipſe non ſolùm alienationis mentionem fecerit, uerùm etiam & obligationis ipſius; vnde & præludia quæque huius actus con-
5 ſummationis abhorruiſſe uideatur: † cuius quidem
ſubſtantia in eo conſiſtere ſolet, ut alium ad faciendum aliquid uel dandum obſtringat. l. obligationum ſubſtantia, in principio. ff. de action. & obligation. Præteteà uix dici poteſt, quin fundus huiuſmodi comprehenſus fuerit, cùm Paulus ac ipſe Ioannes vniuerſa eorum bona obligauerint, ut contractum locationis ad unguem cuſtodirent. l. Iulianus. ff. de legat tertio. l. à procuratore. C. mandati. cap. omnia, de obſerua. ieiun. & capi. quoniam contra, de probat. ubi Decius ſuper uerbo uniuerſa.
6 † quare conductorem perinde ac ei iura in ipſa re lo-
cata conſtitutum ſit, inde non facilè amoueri poſſe uidetur, niſi contractus ſumma adimpleatur.

Bart.d.l.ſiliofamiliàs. §. ſi nir in quinquennium. ff.
ſolut.matrimo.& dict.l.j.§.j.ff.de ſuperficieb.& Bal.
acquieſcere uidetur.l.emptorem.C.locat.uerſi.quę-
ro an emptor. & ex factoreſponſum extat: Angelus
conſ.ij.nu.aij.Soci.conſi.xc.nu.ij.in iiij.Quamobrẽ
concludendum uidetur, huius ipſius teſtatoris præ-
cepto tranſgreſſum fuiſſe, hunc ipſum fundum obli-
gari prohibentis.d.§.Diui. Ideòque ademptioni uel
tranſlationi ipſius fundi ob tranſgreſsionem locum
eſſe uideri.toto titu.ff.de adim.nel tranſ.leg.& l.j.C.
de his quæ pœn.nom.ubi Bal.Fulg.& Salice.& Do-
ctores d.§. Diui.

Tertiò, cùm teſtator ipſe addiderit, fuodum eiuſ-
modi ab illius hæredibus in alterum nullo titulo de-
7 bere transferri, † locationem quoque ipſam inhi-
buiſſe cenſeri debet; quæ tranſlationis appellatio-
ne continetur. l.fina. C.de bon.auth.iud. poſſ.§. ſin
autem, uerſicu.præſente eo qui eas uendiderit, uel in
alium tranſtulerit, ubi interpretatur Glo.ſcilicèt lo-
cando; cui Bal.ſubſcribere nidetur. Nam ea ratione
8 tranſlatio hîc facta nideri poteſt, † quia conducto-
ris ius in re conducta eatenus quærat, quatenus con-
tractus ipſius ſumma cuſtodiatur. Bartol. dict. §. ſi
uir. & d.l.prima.§.primo.ff.de ſuperficieb. vnde Sa-
liceti ſententia in d.l.fi. aſſerentis Gloſſam eſſe cor-
ruptam probare non poſſum, quatenus inquit eam
debere ſic legi, tenendo ut conueniat cum fine literę.

Cęterùm in propoſita ſpecie aliud diiudicandum
exiſtimo, atque alienationis, uenditionis, ſiue obli-
gationis aut quomodocunque in alium factæ tran-
ſlationis prohibitione hanc ipſam ſimplicem in quin
quennium locationem non contineri, cenſendum
arbitror. quod pluribus exemplis atque rationibus
9 oſtendi poſſe uidetur. † Et in primis, quod conſtet
dotalis fundi alienationem atque obligationem Iu-
liæ legis diſpoſitione inhibitam eſſe.l.j.l.lex Iulia,&
toto titu. ff. de fund. dot. quod legiſlator Iuſtinia-
nus extendit, muliebris ſexus fragilitatem inſpiciẽs,
ut & tunc quoque procedat, cùm vxoris ipſius non
abeſſet conſenſus.l.j.§.cùm enim lex. C. de rei uxor.
act.& inſtit.quib.alien.lic.uel non.§. cùm enim lex,
& Doctores in cap.cùm contingat, de iureiurand. &
tamen lex inquit: Si vir huiuſmodi fundum in quin-
quennium locauerit, & poſt primum fortè annum
diuortium fieri contingat, non aliter mulieri fun-
dum reſtitui, quàm ſi cauerit, ſi poſt vnius anni lo-
cationem maritus damnatus ſit, id à ſe præſtitum iri.
d.l.filiofamiliâs. §. ſi uir in quinquennium.ff.ſolut.
matrimo.ubi aduertunt Alber. uerſicu. not. Dinus,
10 Bartolus Imola, Alexander uerſi.ultimò noto, † lo-
cationem in quinquennium factam ad longum tem-
pus celebratum, non cenſeri: & iccircò alienationis
appellatione non contineri: aliàs Sabini reſponſum
nix ſubſiſtere poſſet.dict.§.cùm lex. & d. l. lex Iulia,
11 † qua ratione ſolet inferri, quòd Pontificia conſti-
tutione cautum extat, nulli Eccleſiæ bona diſtrahe-
re nel ſpecialis hypothecæ titulo obligare licere.cap.
nulli, de rebus Eccleſ. non alien. & cap.Abbatibus,
xij.q.ij.in locationibus ipſis ad modicum tempus fa-
ctis non procedere. quod Clemens V. in Concilio
Viennenſi conſtituit, clem.j.de reb.Eccle.non alien.
& ibi Gloſ.ſuper uerbo locationes. & Card.ulti.q.&

Io.ab Imola ſuper d.Glo.nu.xiiij.xvj.& xvij.aduer-
12 tunt † modicum tempus infra decennium intelligi.
l.fin.C.de præſcri.long.temp.ibi enim ſanxit Iuſti-
nianus longi temporis præſcriptionem decennio in-
ter pręſentes abſolui.& Glo.l.fi.ſi ager nect.nel em-
phy.pe.ubi Bar.& Glo.& Bar.l.j.§.quod ait.ff.de ſu-
13 perfic.† Quinimmo & ſi quis in ſeptennium condu-
xiſſet nel ulterius infra x.annos, ſemper ad modicum
tempus facta locatio cenſeretur.Glo.l.ſi filius. C.de
peti.hæred.Ang.Imol.& Alex.d.§.ſi uir in quinquẽ-
nium.But.Card.Imo.& Abb.c.fi.ne prel.uices ſuas.
& ex facto non ſemel reſponſum extat: Alex.conſil.
14 iiij.in fin.& cxxij.in v. † Nam cùm nullum ius in ip-
ſa re conducta ipſi conductori quæratur, ſiue dire-
ctum intelligamus, ſiue non. l.non ſolet. locat. nbi
Alber.Card.d.clemen.j. ſuper Glo.uerſ.locationis.
15 Imol.& Alex.d.§.ſi nir in quinquennium, † conſe-
quens eſt, ut prohibita alienatione, donatione, uen-
ditione, & ipſa obligatione, de ea locatione intelli-
gendum eſſe, quę ad non modicum tempus facta fue-
rit.Glo.& Doct.d.clem.j.Butr.Imol.& Abb.d.cap.
16 nulli, & d.c.potuit, loca. † vnde, licèt & in his quoq;
caſibus eſſemus, ut alienationis appellatione de qua-
libet ſpecie intelligendum eſſet, etiam de pignoris
nexu.d.l.fi.C.de reb.alien.& l.alienationis, & l.alie-
natum.ff.de uerb.ſignif.adhuc de ea locatione intel-
ligendum eſſet, ex qua conductori aliquod ius in re
quæratur: quod ex huiuſmodi non conſueuit.d.l.nõ
ſolet; loca.Doct.d.§.ſi uir.Abb.poſt ueteres d.c.nul
17 li, nu.aiij. † vnde infertur, ut in huiuſmodi locatio-
nibus ad modicum tempus confectis ſuperfluum ſit
ſolemnitatem ipſam adhiberi, quæ in rerum eccleſię
alienationibus requiritur.d.c.nulli, & c.j.de reb.Ec-
cleſ.non alien. in vj. & c. ſine exceptione, xij.q.ij.&
auth.hoc ius porrectum. C. de ſacroſ.Eccl.non enim
alienatio hęc eſſe cenſetur. d.clem.j.Doct.d.§.ſi uir,
& Abb.d.c.nulli, nu.xiij.& Ancha.nu.j.d.c.j.in vj.

Tertiò & concluſionem hanc illa quoque ſpecie
probari poſſe cenſendum uidetur, cùm teſtator filio
hærede ac nepotibus inſtitutis cauiſſe proponitur,
ædes illius nec uendi, nec ſuper eis fœnerari: nam cũ
filius à Flauia Dionyſia mutuam pecuniam accepiſ-
ſet locatis ædibus pro eius portione penſiones credi
trici delegauit, ſanè licèt fœnoris effectu inſpecto
aduerſus teſtatoris præceptum attentatum fuiſſe ui-
deretur.l.iij.C.de inſtit.& ſubſtit.l.mulier.ff. ad Se-
natusconſult.Trebell. reſpondit tamen aliud in ſu-
praſcripta ſpecie Scæuola ipſe.l.codicillis. §.inſtitu-
to.ff.de leg.ij. ubi Accurſ. ſuper uerbo non extitiſſe,
ſubiicit, reſponſum illud procedere, & ſi per centum
18 annos ipſa locatio facta fuiſſet; † quod tamen Doct.
ibi Din.Alber.Bar.Caſtr.& in d.§.ſi uir.& d.clem.j.
in Glo.pen.refellunt, niſi ad modicum tempus ipſa
locatio facta proponatur, ex qua ius in re acquiri nõ
ſolet.d.l.non ſolet.Bartol.d.l.fi.ff.ſi ager uecti. Do-
ctores dict.cap.nulli, & dict.c. potuit, locati. quam-
obrem hinc facilè conſtare poſſe uidetur, alienatio-
nis prohibitionem non ſolùm in diſpoſitione legis,
ut in fundo dotali, ac prædiis Eccleſiæ locationem
in quinquennium factam non comprehendere, ue-
rùm etiam, ſi ab ipſo teſtatore alienatio ipſa prohi-
bita fuerit.

Quartò

Quartò amplius quoque in huiuſmodi prohibitione alienationis facultas pignoris ipſius conſtitutionis ablata non intelligitur;vnde cùm teſtator ſeruos ſuos ancillasùe legaſſet, eas quoque intellexiſſe reſponſum eſt, quas pignori ſuppoſuerat: cùm ſui remanſiſſe intelligautur. l. ſeruos.ff.de legat. iij. ibi, ſecus ſi creditor ita legaſſet; & cùm quis omnia illius prædia quæcunque in Syria haberet eius ſuauiſsimæ patriæ legaſſet,Paulus ea legato huiuſmodi non comprehendi reſpondit,quæ pignori ei ſuppoſita fuerũt, ſi modò in eius patrimonium redacta non fuerint: quod ferè ceſſante debitore fieri conſueuit.l.qui habebat.ff.de leg.iij.ubi Glo.Albe.& Bart.declarant,
19 † ita demum prohibita alienatione pignoris nexum contineri,quando eiuſmodi ſuppoſitio fieret,ut nõ facilè luitionis ſubeſſet ſpes. & Papinianus legata ſuppellectili ſua argentum pignori acceptum non contineri reſpondit, niſi ex uoluntate debitoris creditor pro ſuo uteretur. l.legata, in fine.ff.de ſuppel-
20 lect.lega.& ibi Bart. & econtrà lex inquit,† in quorum finibus quis emere prohibitus eſt,pignori accipere non prohiberi.l.in quorum.ff.de pignor.& d.l. legata,in fi.de ſuppellect. lega.ubi Bartol. & idem in l.rem legatam,in fin.ff.de adimen.legat.ſubſcribunt Angel. & Imol.l.ſi tibi.ff.de legat. j. & Baldus in l. ſecunda.C.de fideicommiſs.in fin.& l.uoluntas, eo. titu. nume.ix.

21 Quartò ſupraſcriptis accedit, †quod ſingulari iure in feudis conſtitutum fuit, ut non ſolùm ea alienari nequeant,uerùm etiam nec obligari.cap.Imperialem,de prohib.feu.oblig.per Feder. ubi Gl.j.Bal. Iſerni.& Aluarot.ergo in aliis pro regula ſecus conſtituendum intelligitur, xxv.diſtinct.& l.cùm Prætor,de iudic.& cap.nonne,de præſumption.& l.nam quod liquidę,de penu legat.qua ratione Iureconſultus eum non alienare reſpondit, qui poſſeſsionem duntaxàt amittit, ut ex edicto Prætoris directa competat actio.l.item ſi.§. poteſt autem, de alienat. mutand.iud.cau.fact.ubi Gloſ. & Docto.& l.non alienat.ff. de regul. iur. vnde quamuis pupillis ipſis in-
22 terdicta eſſet alienatio, † tutor tamen cùm à patre pupillarum emiſſet, nec uacuam poſſeſsionem accepiſſet, ſibi tradere poſſe non ambigitur. l.fiſtulas.§.
23 fundum.de contrahen.emp. † is enim alienare cenſetur,qui dominium ipſum transfert.l.alienatum. ff. de uerborum ſignifi.vbi Doctores, & l.alienationis, eo.tit.ubi Alci.& l.j.C.de fundo dot. & Docto. d.c.
24 nulli, † & idcircò fiduciarius ipſe cliens ſolius poſſeſsionis traditione,priuationis pœna non plectitur. Iaſ.& Soc.d.l.j.§.ſi uir, & pertractauit Curt.de feud. in iiij.par.q.xvij.

Quæ cùm einſmodi ſint,in propoſito caſu cũ nulla fuerit ſuppoſitio, & iuris in rem facta tranſlatio, conſequens eſt, ut Paulo fundum hunc in quinquẽnium locans nihil quidquam aduerſus teſtatoris iuſſum attentaſſe cenſeri:quod ſæpius deciſum,pertractatum atque reſponſum extat. Lap.alleg.lxxx.Quęris an locatio.Bellame.deciſ.dccxlviij. incip. Suppoſito quòd D.Guido. Fabianus de Monte in tracta.de empt. & uend.iij.q.nu.viij.j.part. Corn.conſ.ccxliij. litera B.& D.in iij. Alex.conſ.xvj.& lxxij.in j. Pariſ. conſi.xcviij.nu.iiij.& v.

Non mouet prima ratio, ꝙ prohibita alienatione,præludia quælibet illius inhibita eſſe cenſeantur. d. l. oratio. & iccircò ſiue à lege, ſiue ab homine id inhibitum proponatur, pignoris quoque nexum nõ eſſe permiſſum intelligatur.d.l.fi.cum aliis ſuperius adductis.qm̃ id intelligi dẽt,cùm ex actu ipſius alienationis præambulo ius in re quæſitum ſit:at cùm ex locatione in quinquennium nihil prorſus iuris huiuſmodi in conductorem transferatur.d.l. non ſolet. d.l.j.ij.& iij.ff. ſi ager uect.uel emphy. pet. prohibitione huiuſmodi non cenſetur comprehendi. d.cap.
25 nulli.d.clem.j. tametſi ex generali† hypothecæ conſtitutione retentionis ius ipſi conductori competat: quia quàmprimùm ab habente cauſam legitimam, quod retinentis interſit,ei offeratur, quàmprimùm cedere tenetur.l.Paulus. §. qui pignoris. quib. mod. pigno. uel hypothe. & l. cùm ſeruus. ff. de diſtract. pign. actio enim quæcumque competit conductori, inde proficiſci exiſtimatur,quod eius interſit locationis contractum obſeruari. d.l.qui fundum. ff.locat. & iccircò, cùm accedat obligationi perſonali, ius hoc retentionis ex generali hypotheca conſtitutum illius effectum augere non debet. l.item liberatur,in princ.ff.quibus mod. pign. uel hypoth.ſolu.& l.intelligere, ubi Gloſ.C.de luit.pign.quod paſsim Doctores affirmant: Barto. & Ioannes ab Imola l. uectigalia, ad finem, de public. Bartol. Bald. & Salice.dict.l.emptorem,C.locat. Caſtren. & Alexand. dict.§.ſi uir, uerſi.prædictis tamen.Iaſ.dict.§. Diui, uerſi. tertiò principaliter.

Addit Neguſan.in d.tracta.pign.in j.membro ſecundæ part. nume. viij. rationem ſatis euidentem;
26 † nempè quòd patientia ipſa ad quam tenetur locator,quid facti ſit.l.ædem. C.locat. & iccircò indiuidua. Alexand.l.diuortio. uerſi.contra eumetiam facit.ff.ſolu.matri. & l.ſtipulationes non diuiduntur, viij.q.ff.de uerb.obli.vnde in huiuſmodi ad id quod intereſt, obligatio ſuccedere ſolet. d.l.ſtipulationes, uerſic. Celſus, ubi Bartol. viij.quęſt.Imol.Alexand. Iaſon & alij recentiores aduertunt. ex quibus ſatis apertè colligi poteſt,Bartoli ſententiam in d.§.ſi uir, & Angeli in d.conſi.ij. & Soci.d.conſi.xc. ueram nõ eſſe, aut intelligendam eo caſu, cùm is qui locatorem expellere uellet, ipſum intereſſe non offerret, quod Neguſan. eruditè docuit d.tract.pigno. primo membro dictæ partis ſecundæ. ex huiuſmodi enim locatione ius duntaxàt in perſonam proditum eſt,& licèt acceſſoriè quoddã ius retinẽdi inde proficiſcatur,in re tamen nihil iuris ex eo contractu quæſitum exiſtimatur. d.l. non ſolet. quod ſanè ex traditione quæri conſueuit.l.traditionibus. C. de pact. quòd ſi in ſpecie fundus ipſe alienari ab homine prohibitus pro contractus ipſius obſeruatione ſuppoſitus fuiſſet, fortè aduerſus teſtatoris iuſſum factum uideretur pignoris hypothecæuè conſtitutionem prohibẽtis.d.l.fi.C.de reb.alie.non alien. Alci.d.l.non alienatum.ff.de uerbo. ſign. & in ſpecie facti conſultus Burr.ipſe reſpondit conſ.xxxiiij.
27 Secundò † non urget quòd teſtator omnem alienationis ſpeciem prohibuiſſe intelligatur, & iccircò hãc quæ ad modicum tempus facta proponitur,permiſſam non uideri:quia id uerum non eſſe receptum

eſt. d. l. non ſolet. & d. clem. j. de rebus Eccle. non ali.
ubi Zenzelinus, Cardin. & Imol. id enim perſonalis
obligationis intuitu ex ipſo locationis contractu
proficiſcentis procedere non poteſt. d. §. ſi uir. d. l. co
dicillis. §. inſtituto. & quamuis locans ſemetipſum
obliget, rem tamen ipſam adeò ſuppoſuiſſe nõ cen-
ſetur, ut ius in ea conductori quæſitum ſit. d. l. nõ ſo-
let. d. l. traditionibus. quod cùm teſtator non prohi-
buerit, ut ex ſubſequenti termino colligitur, ibi, in
alium tranſlationis. cuius uerbi ea cenſetur uirtus, ut
præcedentem obligationis terminum declaret. l. ſer-
uus plurium. §. fi. & l. talis ſcriptura. de lega. j. & l. pa-
cta nouiſsima. C. de pact. neque enim ambiguum eſt,
quin tranſlationis terminus ad dominij immutatio-
nem pertineat. d. §. ſit itaque. inſti. de action. ubi Iaſ.
& Gomeſius plures adducunt.

Nec quidquam obeſt, Paulum locando, bona eius
omnia obligaſſe; vnde & huiuſmodi quoque fun-
dum ſuppoſuiſſe uideri. d. c. omnia. d. l. à procurato-
28 re, cum aliis ſuperius adductis. † quia reſpondeo,
generalis obligationis uirtutem cõmertio carentia
nullo pacto afficere poſſe: idq́ue præſertim, ſi alie-
nans priuationis pœnam incurreret. in Speculo in ti-
tu. de pign. §. j. ad fin. uerſ. ſed nunquid. Bartol. Imol.
Alexan. in d. §. inſtituto. Bart. & Bald. l. j. C. quæ res
pigno. oblig. poſſ. & d. l. uoluntas. C. de fideicommiſ.
& Barto. d. l. ſi conſtante, ſolut. matri. iij. q. acceſſoria
tertiæ principalis, & ibi Imol. Alex. & Iaſ. & Bald. d.
c. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Feder. & cõ-
ſultus Alexan. ex facto reſpondit conſi. xx. uerſi. for-
29 tificantur prędicta, in v. & conſ. x. ad fi. uol. vij. † Nec
id ratione caret, quoniam cuiuſcumque uniuerſalia
diſpoſitionis conceptio, habilitatis ipſius admittere
reſtrinctionem conſueuit. l. j. ff. de legat. j. ubi omnes
aduertunt, & l. j. §. lex autem Falcidia. ff. ad leg. Fal-
cid. ibi, quæ tamen locum habere poſſunt, ubi Barto.
Alex. & Iaſ. & l. ij. C. ſine cenſ. uel reliq. ubi Gloſſ. &
30 Bald. † idq́ue potiſsimùm ne abſurdum aliquod aut
agentis intentioni repugnans induceretur. l. ſcire. §.
aliud. ff. de excuſ. tutor. Gloſ. l. Princeps. C. de legib.
ubi Bal. Fulgo. & Salic. & l. quid ergo. §. ex compro-
miſſo. ff. de his qui not. infam. & Glo. l. ij. C. de err. &
Angel. ex facto conſultus reſpondit conſi. v. necnon
& Butr. conſi. xix.

Poſtremò non mouet, quòd locans ſatis in alium
tranſtuliſſe dicatur, unde aduerſus teſtatoris uolun-
taté commiſſum intelligat. d. l. fi. §. ſin autem eo præ-
ſente. C. de bon. auth. iud. poſſ. ubi Accur. ſuper uer-
bo tranſtulerit, interpretatur, ſcilicèt locãdo: & Bal.
ſubſcribere uidetur, itemq́ue & Neguſan. in d. tract.
31 pigno. ij. membr. ij. par. nu. xxx. † nam ſciendum eſt,
Iuſtinianum ibi loqui de eo, qui ſententiæ ipſius au
thoritate debitoris eius bona uendidit, uel omne ius,
quod in his rebus habere dignoſcitur, in alium trã-
ſtulerit, ut ibi in princ. in §. ſin aũt, il ij. ergo conſe-
quens eſt, ut non poſsit intelligi de ſimplici locatio-
ne, ex qua effectus abdicationis iuris ipſi locanti com
petentis non proficiſcitur. d. l. non ſolet. & d. §. inſti-
tuto. immo intelligi debet uel permutationis, uel do
nationis, uel cuiuſcumque alterius ſimilis tranſlatio-
nis, aut ut in fine loquitur ipſe Iuſtinianus ceſsionis;
alioquin, quo pacto ius omne transferretur? vnde,
cùm poſtmodùm ſubiiciat legiſtator ipſe, ſin autem
eo præſente, qui eas res uendiderit, aut in alium trã-
ſtulerit, uix rectè Accur. locando, interpretatus eſt,
quia diſpoſitio præcedens repugnat, in cuius termi-
nis lex ipſa pſiſtit. d. l. talis. d. l. pacta nouiſsima. Præ-
tereà & prius alternatiuæ conceptionis membrũ po-
ſterius declarare non debet, ut fieri ſolet. l. j. ff. de re-
bus dub. ubi Bart. quam interpretationem iuuat &
ſubſequens clauſula, ibi, quod neque in gratiam eius,
qui res ipſas emerit, uel eius in quem iure ceſsionis
tranſlata ſint. niſi tamen de ea locationis ſpecie Ac-
curſium intellexiſſe exiſtimemus, ex qua ius transfer
ri ſolet. d. l. j. ij. & iij. ff. ſi ager uect. & Docto. d. c. nul-
li, & d. c. potuit.

Et quamuis ſciam Baldum & Neguſan. aliter cẽ-
32 ſuiſſe, † ratio tamen eorum authoritate potior ha-
beri debet, ut Docto. tradunt in c. j. & c. ne innitaris,
de conſti. legis enim neruus in ipſa ratione conſiſtit.
l. ſcire. ff. de legib. c. vlt. de reg. iur. in vj. & l. non du-
bium. C. de leg. ubi Barto. & Bal. Ex quibus ſatis ſu-
perq́ue probatum uidetur in propoſita ſpecie, ſim-
plici hac in quinquennium facta locatione, teſtato-
ris uoto nullatenus repugnatum fuiſſe: & idcircò
agnatis nullum ius inde quæſitum cenſeri.

Quod ad ſecundum attinet, an Beltramus Ioan-
nini hæres vnà cum Paulo eius filio dotem ab eius
nuribus recipiens, atque eo nomine omnia eorum
bona pro illius reſtitutione ſupponens, fundum eũ-
dem de quo ſuperius diſcuſſum fuit, adeò obligaſſe
intelligatur, ut utraq; nurus ſecundum legitimam iu
ris diſpoſitionem dotem ſibi in tuto collocari con-
tendens, iuſtam in eo adiudicationem obtinere po-
tuerit? Et prima facie id legitimè factum uideri poſ-
ſet. d. l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. ubi Bart. Imol. Ponta.
Alex. & Iaſ. mulieribus inde ſuccurri aduertunt, ne
ob uirorum inopiam dotis ſumma dilapidetur. l. ubi
33 adhuc. C. de iure dot. † Vnde & is qui diutius in fi-
deiuſsione permanſit, eadem æquitate ſuccurri ſolet.
l. Lucius. ff. mand. & c. fi. de fideiuſſ. ubi Butr. Imol.
Card. Ancha. & Abb. aduertunt. cùm enim ad iuris
publici commodum pertinere exiſtimetur, dotes ip-
ſas mulieribus conſeruari. l. j. ff. ſolut. matr. l. aſsidujs.
C. qui pot. in pign. vnde & legiſlatoris prouiſione in-
numera eis priuilegia conceſſa fuerunt, quæ Bal. No-
uell. itemq́; & Campe. necnon & Georg. Natta egre-
34 giè pertractantes poſuerunt in tract. dotium. † vnde
quod vulgò traditũ eſt, reſtitutionis oneri ſubiectæ,
iugum alienationis nõ ſubire. l. Marcellus. §. res quę.
ff. ad Senatuſconſ. Trebell. & d. §. Diui, & l. fin. cum
auth. ſeq. C. commu. de leg. ex cauſa tamen dotis di-
ſpoſitionem huiuſmodi Iuſtinianus ipſe reſtringi
conſtituit, in auth. de reſti. & ea quæ par. §. quamob-
rem, & in d. auth. res quæ. C. commu. de lega. is enim
inquit, res quidem fideicommiſſariæ reſtitutioni ſub
iectas prohibemus alienari uel obligari, ſi tamen le-
gitima portio non ſufficiat ad dotis uel donationis
propter nuptias conſtitutionem, in eam cauſam res
prædictas alienari uel obligari permittimus. vñ paſ-
ſim Docto. aduertunt, ex cauſa dotis ipſius reſtitu-
tionis pręceptum diſſolui. Bar. d. §. Diui, in ij. quęſt.
ubi Iaſ. Crotus & Rips, & l. mulier. §. cùm propo-
neretur, & l. à filio. ff. ad Senatuſconſul. Trebell.

Verùm

Verùm in propoſito caſu aliud prorſus conſtituen-
dum exiſtimo.licèt enim tàm pro dote conſtituen-
da,quàm reſtituēda,alienari prohibita diſtrahi poſ-
35 ſint; † illud tamen intelligendum eſt, ſecundum
legem Iuſtiniani.d.§.quamobrem.& d.auct.res quę.
nempe cùm uel portio legitima liberis non ſufficit.
quod Glo.Bar.Albe.Bal.Angelus,Salic.Caſtr. Cor.
Alex.& Iaſ.ibi aduertunt in principio. quam quidē
concluſionem aduerſus Angelum in d.§.quamob-
rem & Iaſonem in d.aucten. res quę, Doctores fre-
quentiori calculo comprobāt, licèt fideicommiſſum
ipſa dote ſit antiquius: quia ſemper uigeat ratio ne-
ceſſarij uneris dotem ipſam conſtituendi.l.qui libe-
ros.ff.de ritu nup.& in d.§.quamobrem.ibi, ne fidei
commiſsi ignorantia mulieres defraudentur: unde
id præiuiſſe intelligatur.l.manumiſsiones.de inſt.&
iur.& l.decem.ff.de uerb.obli.& §.ſeruus autē,inſt.
de capi.dimin.quamobrem,cùm Paulus & Ioannes
Baptiſta non eſſent ex liberis teſtatoris ipſius, ſatis
cōſtat,illam ipſam Iuſtiniani conſtitutionem in il-
lis locum non habere,ne aliàs iuris ſingularis diſpo-
ſitio contra rationem extenderetur. l.ius ſingulare.
ff.de legib.& c.ea quę,de reg.iur.in vj.quod Docto-
res paſsim aduertunt.d.auct.res quæ,& d.l. uolun-
tas.C.de fideicomm.& d.§.Diui,ubi Ripa nu.lxx.&
Alcia.& ex facto ſæpius reſponſum extat:Anan.cōſ.
lxxi.Viſis & pōderatis.cui Bologn.ſubſcribit. Alex.
xxiii.in ii.& laiiii.in iiii.& Socin.conſil.xxl.in iii.&
Curt.conſi.xxvii.Magnificus Dō.Vgucio.& Deci.
36 ccclxavj.† Et quamuis mulieres huiuſmodi coniu-
gibus ad inopiam uergentibus dotis ipſius diſpen-
dium ſubire cogantur,ſibi imputent,cur eorum cō-
ditionem diligentius non explorauerint.l.pupillus.
ff.quæ in frau.cred.& l.fin.§.& ſi pręfatam.C.de iu-
re delib.& l.qui cum alio.ff.de reg.iur.& c.damnum
quod quis,eo.tit.in vj.

37 Nec † mouet,alienationem huiuſmodi neceſſa-
ria quadam ex cauſa profectam uideri,& iccircò ſal-
tem uiuente Paulo ac fratre adiudicationem hanc re
tractari non debere. l. peto.§.prędium. ff. de leg. ii.
ubi Albe.Bar.& Imo.& l.cùm pater.§.hęreditatem,
eo.tit.& l.Statius.§.Cornelio fœlici.ff.de iure fiſc.
& Doctores d.§.Diui,& l.poſt contractum.ff.de do
nat.& c.nuper,de donat.int.uir.& uxor.nam huiuſ-
modi diſcuſsio nihil ad propoſitum pertinet,poſtea-
quàm defunctis Paulo ac fratre Bernabas ipſe teſta-
toris prouidentia munitus ſuperſtes adeſt:quamob-
rem rectè concludendam uideatur, fundum huiuſ-
modi nullo dotium reſpectu diminui poſſe.

Quod ad tertium attinet,qua ratione ipſi Andreę
ſecundo conductori conſulendum ſit, ſiue quòd ad
cōducti fundi poſſeſsionem nanciſcendā attinet,ſiue
ut ſaltem indemnis conſeruari poſsit,quò ad ſummæ
numeratæ Prezachio priori conductori effectum,vel
à Bernaba ipſius Prezachij filio,uel Gaſparino ipſius
Pauli ſuperſtite;ſanè ambigendum non videtur,quin
ipſi Andreæ imputandum ſit,quod ita facilis fuerit,
ut ſpoponderit ſeſe omnem eam ſummam Bernar-
dino numeraturum,quam legitimè conſtitiſſet eum
Paulo credidiſſe,uel aliquo pacto cōueniſſent ipſum
eius legitimum creditorum eſſe.l.fin.C.de dot. pro-
miſſ.& d.c.damnum,de regu.iur.in vj. nec enim ad
id compelli poterat,cùm ei ſatis conſuli poſſet con-
uentionibus documento locationis appoſitis ad-
uerſum Paulum ipſum locatorem.l.i.§.ſi conueniens
ff.depoſ.& l.legē.C.locati, ubi Doctores. unde poſt
ſponſionem legitimè factam,non facilè illius adim-
plementum detractare potuit.l.ſicut.C.de act.& ob.
Docto.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui. & cre-
ditor legitimus appareat confectis inuicem rationi-
bus ipſe Andreas,etiam reſpectu ſolutionis alimen-
torum Blancæ & Bonæ coniugum illius & fratris,
itemq́ue utriuſque dotis ſolutę ratione, cùm ſaltem
uiuente Paulo fructus ad eas ultra legati ſolutionem
pertinerent.d.§.prædium. d. §. hæreditatem. & d. §.
Cornelio fœlici.& præſertim nemine ex agnatis ad
38 quos res ipſa pertinebat,reluctante: † unde eorum
commodo renuntiare intelligi poſsint, quod lex
unicuique permittit.l.ſi quis in conſcribendo. C. de
Epiſcopis.& cler.& C.de pact.& l. cùm quis dece-
dens.ff.de admin.tutor.l.iij.ff.de teſtam.& c.ſi dili-
genti,de for.compe.ubi Abb.& Felin.poſt ueteres,
poterat enim conſequi à Paulo ſecundum formā cō-
uentionum,ut tandiù fundum inſiſteret, quatenus
plenè cōpenſatum fuiſſet: ergo rectè creditor eius
cenſebatur.l.j.ff.ſi cer.pet.& l.creditor,& l.credito-
res.ff.de uerb.ſig.ubi Doctores.

39 Rurſus,† mirum eſt,ut ipſi Andreę conſultius exi
ſtimatum non fuerit,tribus conformibus potius pa-
rendum fuiſſe,cùm euidens defectus earum non ap-
pareret.cle.j.de re iud.ubi Zenzelinus,Card.&Imo.
aduertūt.putà citationis,uel mandati,uel iuriſditio-
nis.& clem.j.de ſeq.poſſ.& fruct.in Gloſſ. in uerbo
non obſtante.Bal.& Salic.l.i.C.ne lic.tert. prouoca.
& Imo.l.ſi expreſsim.ff.de appellat.pręſertim, cùm
nullo Bernardini facto contigerit ipſi Andreæ ua-
cuam poſſeſsionem non dari;ſed ſufficiat eum illi ſi-
bi competenti iura ceſsiſſe, ut nouiſsimè legitima
ipſius Barnabæ filii proteſtatione factum fuiſſe cō-
40 ſtat,† quę proteſtantis ius in tuto collocare exiſti-
matur.c.cùm M.de conſtit.ubi Felin.& Deci. num.
xxiii.& l.non ſolùm..§.morte.ff.de nou.oper. nunt.
ubi Barto.Alexand.& Iaſon nume.xliii.& xlvj. dif-
fuſè diſcutiunt. Laus Deo.

Patauij,xvij.Kal.Auguſti 1548.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vulnerans tenetur uulnerato impenſas reſarcire operarum amiſſarum, atq; eas, quæ in medicos erogauit.*
2 *Ignem ſuccedens, ſi inde uicini aceruos combuſſerit, ad damnum tenetur.*
3 *Author & præcipuus damni illator ad uniuerſam iacturam tenetur.*
4 *Conſentiens delicto, pari pœna puniendus eſt.*
5 *Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.*
6 *Proteſtationis uirtute quis in malo propoſito conſtituitur.*
7 *Locupletari cum aliena iactura nemini licet.*
8 *Legis præciſa intentio eſt, ut unicuique quod ſuum eſt reddatur.*

Eccle-

9 *Eccleſia cum ipſa negotium agens, cum ipſo Deo illud habere exiſtimatur.*
10 *Conſuetudinem inferentem præiudicium Eccleſiæ non ualere, quænam ſit ratio.*

CONSILIVM LXII.

Chriſtus inuocatus adſit.

EX PACTO proponitur, Illuſtr. D. Antonellum Foripompilij dñm, plura pratorum iugera (tornaturas apellant) habere, in quibus armenta illius pabulum ſumere cõſueuerunt, atque in medio illorũ Reuerendum Do. Thumam Matunum Eccleſiæ S. Mariæ de Caſtro ueteri Rectorem duodecim iugera ad illius Eccleſię ius ſpectantia poſsidere. ex quibus pluribus annis Rector huiuſmodi nihil utilitatis percipere potuit, quoniam huius Illuſtris domini armẽta ſingulis annis ita aſsiduè in illis depaſta fuerint, ut excepto uno falcem adhibere ſuperfluum fuerit. quare quæſitum eſt, an dominus ille Reuerendo ſacerdoti damnum huiuſmodi illatum reſarcire teneatur? & an ea ratione ſeipſum tueri poſsit, quòd aliorum quoque armenta in Eccleſię pratis deprehenſa fuerint? Reſpondi nemini ambigendum eſſe, quòd ad forum contentioſum attinet, utriuſque iuris inſpecta diſpoſitione, quodcunq; illatum damnum ab ipſo Illuſtri domino Eccleſiæ reſarciendum uideri. præcipuus enim iuſtitiæ ſcopus exiſtimari ſolet, ut ſuis quiſque, non autem alienis pratis armenta paſcenda habeat, aliàs pratorum domino illatum damnum refundere compelli. quemadmodum Ponti-
1 ficia ſedes decreuit, † percutientem operarum amiſſarum & medicorum impenſas perſoluere compelli. c.j. de iniur. & damn. dat. ubi Doct. omnes, & c.ij. eo. tit. ibi, de eo qui ciſternã apertam habuit. & c.iij. &
2 iiij. † Item, cùm quis alterius ſtipulã ſuccenderet, & inde uicini aceruos cõbuſsiſſet, impune nõ habuit, ſed integrum damnum reſarcire compelli ſtatutum eſt. c. ſi egreſſus, eo. tit. ubi Innoc. Ioan. Andr. Bal. & Abb. colligunt, eum ipſum ad detrimentum reficiẽdum teneri, cuius bruta animalia damnum alicui dederint. c. fin. eo. tit.

Cęſarei quoque iuris inſpecta ratione Illuſtris iſ dominus uel ob leuiſsimam culpam damnum reſarcire cogitur. l. in lege Aquilia. & l. ſeq. ff. ad leg. Aql. quod & Azo docuit in ſumma. C. eo. & Specul. in tit. de iniur. & dam. dat. §. ſequitur uidere. nu. xxii. uerſi. quid ſi ſine manumiſsione, ubi plura iura adducit. quare cùm illuſtris hic dominus lata potius culpa dãnum huiuſmodi dediſſe uideatur, quòd ſępius monitus priuatim & publicè interpellatus ipſius Reuerendi rectoris nomine nunquam ab huiſmodi contumacia deſiſtere deſierit, ueluti dolo non careat, plectendus uidetur. l. quod Nerua. ff. depoſ. ubi Bar. Alber. Caſtren. Flor. & Salic. & l. item Mela. §. legis. ff. ad leg. Aquil. & l. fin. ff. de priu. delict. ubi Gl. Alber. Bar. & Alex. in addit. & ſępius à ueteribus noſtris pertractatum atque in einſmodi ſpeciebus ex facto reſponſum extat. Gandin. in rubr. de dam. dat. nu. xi. xxvi. & lix. ubi plura iura huc pertinentia adducit, & Corn. conſi. xii. litera L. & conſ. lxxtij. ante litera A. & cclxxxii. litera K. in iiij.

Nec iuuat D. Antonellum, quòd & aliorum quoque beſtię in huiuſmodi pratis depaſtæ fuerint.
3 † quia ille ipſe author & præcipuus damni illator uniuerſam iacturam reficere debet, quòd permiſerit aliorum armentis ad Eccleſię prata in medio exiſtẽtia liberum in ſuo ſolo aditum. l. ſicut actor. ff. ad leg. Aquil. & c. de cætero, de homic. & l. j. ff. ad leg. Corn. de ſicar. ibi, cuius dolo malo. quod & ſæpius ex facto reſponſum extat. Bald. l. j. C. de ſeruis fugit. col. v. uerſ. quæ ergo dicantur. Alex. conſ. ciii. ibi, eũ authorem declarat, cuius ueſtigia alij ſecuti fuerint. & Corne. conſil. xxxviii. in litera &, & d. conſi. cxix. litera R. in iiii. & Signorol. de Homodeis conſ. xcvij. Soc. conſi. cliij. incip. Pro fundamento, uerſ. præterea. & ccxliiij. Conſiderata, uerſi. obiicitur, in ſecunda parte. & Marſ. conſi. xxvii. in primo, & cxv. & cxxvi. & cxxxi. in ii.

4 Quinimmo, † cùm authoritatis conſenſus ipſi Illuſtri domino obiici poſsit, cùm ſub eius clypeo alij in alienam poſſeſsionem irruerint, longè maiori pœna plectendum diiudicari debet. l. i. ff. de alien. iud. mutan. cau. fact. ubi Doctores. Glo. Innoc. Hoſt. Io. And. Bal. Aegidius, Butrius, Anchara. Cardin. Imol. Abbas, Henricus Boych, Barbat. Felio. Dec. & Beroius. c. i. de off. & pot. iud. deleg. in uerbo pari pœna, Deci. & Cagn. l. conſilij. ff. de reg. iur.

Quapropter quod ad forum conſcientiæ attinet,
5 nemini ambigendum exiſtimo. † eatenus ipſum Illuſtrem dominum in peccato manſurum cenſeri, donec plenè illatum dãnum reſarciat. c. nõ dimittitur peccatum, & c. peccati uenia, de reg. iur. in vj. ubi aduertunt Ioan. And. Archidiac. Alber. Anchar. Gemi.
6 Fran. & Mant. † cùm enim in malo propoſito proteſtationis uirtute conſtitutus fuerit. d. c. cùm M. de conſt. l. non ſolùm. §. morte. ff. de nou. oper. nunt. & docuit Alcia. l. deteſtatio. ff. de uerb. ſign. non autem leuis ſeu leuiſsimę culpæ contemplatione. Innocen. c. ſicut dignum, no. v. de homic. cui ſubſcribunt omnes ibi, & d. c. i. de conſt. ubi Abb. nu. xi. uerſic. not. ſingulariter, & ibi Feli. Deci. & Beroius, & c. quoniam contrà, de proba. ubi Abb. nu. xviii. & Dec. nu. xxxviii. plures adducit, & Abb. d. c. ſi egreſſus, nu. ij. uerſ. quare. unde, cùm hìc non agatur de mera pœna ſed partis ipſius intereſſe, etiam in hoc foro ueritatia plenè ſatisfaciendum ex leuiſsima culpa uidetur. d. c. non dimittitur. & c. ex officii, de pœn. & remiſſ.
7 in argumentũ. † abhorret enim lex, quem cum aliena iactura locupletiorem fieri. l. nam hoc natura. ff. de condit. indeb. & c. locupletari. de regul. iur. in vi. & Abb. d. c. i. nu. xviii. ubi Dec. Glo. in c. fraternitatis, xii. q. ii. in fin. ubi Archidiac. & Card. Turrecremata, & probauit Stephanus Coſta in tract. de lud. §. ii. primæ partis nu. xxxii. & iccircò Corn. pœnam huiuſmodi exigi poſſe reſpondit conſi. xxviii. in fin. li-
8 tera L. & conſi. lxix. litera M. & N. in ii. † quoniam legis hęc præciſa ſit intentio, ut unicuique quod ſuũ eſt, reddatur. d. c. ſi egreſſus, & c. iudicãtem. xxx. q. v. & l. iuſtitia eſt. ff. de iuſt. & iur. quocircà non defuerunt, qui poſitiuę legis diſpoſitionem in eo foro ſeruandam

uandam tradiderint. Feder. Senenſis conſil. xxi. Ancharan. conſil. xxiiii. & xxv. ut alias copioſè diſcuſsi
poſt omnes in d. c. j. de conſtitu. & d. c. quoniam cõtrà, in Glo. pen. & c. ult. de conſuetu. Ex quibus breuiter concludendum ac iudicandum exiſtimo, Illuſtrem D. Antonellum condemnandum eſſe, ut integrum totius temporis quo armenta illius in Eccleſiæ pratis pabulum ſumpſerunt, pro cõmuni extimatione damnum ipſi Rectori refundere. Et amplius
9 addo, deinceps ſibi cauere debere, † quia cum Eccleſia. i. cum ipſo Deo negotium illi futurum ſit. c. cõſilium, de obſer. ieiun. c. iuuenis, c. is qui fidem, de ſponſal. ubi Abb. in i. notabili. & c. dudum, de pręſump. ubi Felin. nu. xiiii. in iii. fallentia, & Bal. l. fin. in prin. C. de ſacroſanc. Eccl. & Abb. c. i. de conſuet.
10 nu. i. & ii. & c. fi. eo. titu. redendo rationem, † cur conſuetudo inferens præiudicium Eccleſiæ reproba cenſeatur, ait qm̃ bona illa Dei & pauperum eſſe credantur. c. uidẽtes. xii. q. i. & c. ult. xvi. q. i. & c. cõuenior, xxiii. q. viii. unde ad profanos uſus reuocari non debent. c. nulli, de reb. Eccl. non alien. & c. ſemel Deo dicatum, de regu. iur. in vj. ubi Din. Albe. & Anchar. Laus Deo.

Patauij, Pridie Kal. Iulias 1550.

Hęc raptim Portius Imolenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Alienationis probibitio perpetuum familiæ commodum proſpiciens, fideicommiſſum inducit.*
2 *Hæreditatem ad maſculos deferri antiqui iuriſconſulti commodius arbitrati ſunt, quia per eos familia conſeruatur.*
3 *Conditio ſi ſine hæredibus quis deceßerit, intelligitur ideſt ſine filijs.*
4 *Conditio ſi ſine filijs deceſſeris, deficit ſi quis filiabus relictis diem ſuum obierit.*
5 *Voluntas teſtatoris pro lege cuſtodienda eſt.*
6 *Deſcendẽtes legitimi illi dicuntur, qui ab inteſtato ſuccedunt.*
7 *Illatio ex ſeparatis non fit.*
8 *Statuta extendi non debent.*

CONSILIVM LXIII.

SPIRITVS SANCTI GRATIA SIT ſemper mecum.

EX FACTO proponitur Reuerendum presbyterum Hieronymũ eius teſtamento cauiſſe, ſi hęredes ab eo inſtituti decederent abſque hæredibus ex ſe legitimè deſcendentibus, quòd ſupraſcripti alij ſuperuiuentes ſuccedere debeant in portione ſic decedentium. At, cùm eodem teſtamento conditio illa adiecta fuiſſet, ut hæredes illi bona ab eo relicta nec uendere neque ullo alienationis titulo alienare deberẽt; quęſitũ eſt, an tale fideicommiſſum inductum cenſeatur, ut cùm Mungarolus unus ex hæredibus à Reuerendo Dom. presbytero Hieronymo inſtitutis filias eius hęredes inſtituerit, fideicommiſsi huius authoritate inſtitutio huiuſmodi nulla uideatur?

Et prima quidem fronte uidebatur reſpondendũ ex fideicommiſſo, hoc pacto iniuncto, eas ipſas ex-
1 cludi debere: quippè † quòd alienationis huius ꝓhibitio familiæ perpetuum quoddam commodum reſpicere uideatur. l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de leg. j. & l. fin. §. ſed quia. C. communia de legat. quod Deci. quandoq; uidit conſ. xxiii. & ccclxxvii. & cccc-
2 lxxxi. † Commodius enim iccircò uiſum fuit uetuſtis legiſlatoribus ad maſculos potius hæreditatem ipſam deferri. §. cæterùm, inſtit de leg. agnat. ſucceſſ. & in Specul. de ſucceſſ. ab inteſt. & plures adducit Brunus in trac. quòd ſtatuti. maſculis fœm. exclu. & Laur. de Palatiis & plures alij trac. eo.

Cęterùm in propoſito caſu aliud uerius eſſe exiſtimo, cùm enim conſtet Mungardum eius ipſius filias inſtituiſſe, conſequens eſt ſatisfactum teſtatoris conditioni uideri, inſtituentis, ſi abſque hęredibus ex ſe legitimè deſcendentibus etc. l. ex facto. §. fin. ff.
3 ad Senatuſconſul. Trebel. ubi † Diuus Pius interpretatur conditionem illam, ſi ſine hęredibus, intelligẽdam, ideſt, ſi ſine filiis. ubi Bartol. Alberic. Imol. Caſtren. Alexan. & Ripa. quoniam inquit Abbas in c. in præſentia, de proba. cùm ſaltem in ſubſidium fiſcum hæredem quis habeat. l. j. ff. & C. de ſucceſſorio edicto, ſubſtitutionis huius cõceptio ſuperflua redderetur; quod à iuris ratione diſsidet. l. ſi quando. ff. de leg. j. Bal. rubr. C. de contrahen. emp. quæſt. xix. & Angelus. l. ædem. C. locat. & Deci. c. licèt cauſam, nu. iiii. uerſ. his tamen non obſtantibus, de probat. & c. paſtoralis. nu. j. de appellat. quare perinde haberi uidetur, ac ſi dictum fuiſſet, ſi ſine filiis uel liberis.
4 † quocircà filiabus relictis conditio defeciſſe cenſetur. l. ſi quis ita, in prin. ff. de teſtam tutel. ubi Bar. & l. ſi ita ſcriptum, in prin. ff. de leg. ii. & l. iuſta. l. nõ eſt liberis. ff. de uerb. ſig. & l. i. C. de condit. inſert. & aduertunt Ioan. Andreas, Butr. & Abb. in c. Rainaldus, de teſtam. in uerbo ſi abſq; maſculis.

Secundò ſuadet huiuſmodi interpretationem te-
5 ſtatoris ipſius diſpoſitionis conceptio, † unde illius uoluntas colligitur, quæ ueluti lex cuſtodienda ſit. l. uerbis legis. ff. de uerb. ſign. & l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonſtra. & l. cùm quæſtio, in fi. C. de leg. cùm enim expreſſerit, ſi eius inſtituti hęredes ſine hæredibus ex ſe legitimè deſcendẽtibus etc. quæ uerba ſecundum iuris rationem fœminis quoq; conueniunt. l. maximum uitium. C. de libe. præte. &
6 §. j. in auct. de hæred. quæ ab inteſt. defer. † legitimè enim deſcendẽtes & illi cenſentur, qui ab inteſtato ſuccedunt, l. i. & toto tit. ff. de ſuis & legit. l. iii. §. de illo. ff. pro ſoc. ubi Glo. in uerb. legitima, & Doctores. Alexan. Iaſ. & Curtius. l. i. C. quan. nõ peten. par. & reſponſum extat Alex. cõſ. lvi. in prin. uol. ii. & inter ſuccedentes ab inteſtato nulla prorſus differentia uidetur. d. l. maximum uitium, & l. lege xii. tabularum. C. de legit. hęred. & Deci. conſi. j. unde mirũ uideri poſsit in propoſito caſu inueniri, qui ambigat has ipſas filias à patre inſtitutas ſuccedere non poſſe: cùm ſatis teſtatoris uoluntati factum uideri poſsit, quęcunq; legitimi hęredis ſpecie relicta, ſiue

maſcu-

maſculorum ſiue fœminarum. Alex. d. conſi. xxxvj. & Deci. conſ. ccccxiij. uerſic. & hoc idem confirmatur. deſcendentes enim loſtuuit Mongardus ipſe, ergo abſque legitimis heredibus non deceſsit. d. l. maximũ oitium. d. l. non eſt ſine liberis. d. l. j. C. de cond. inſer. & reſponſum extat: Alex. conſ. cla. Viſo themate. in ſecundo, & xxxvj. in iij & Deci. ccxxiij. & ccccxcvj. uerſ. quòd proles.

Non obſtant ſtatuta Brixiæ, quia loqnuntur in caſu extantium maſculorum: itemùe & in caſu inte-
7 ſtati,† unde ad præſentem caſum non pertinent, in quo pater filius tm̃ ſuperſtites inſtituit. l. Papinianus. ff. de minorib. & l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acqui.
8 poſſ.† nec enim facilè ſingularium iurium interpretatio extendi debet. l. ij. C. de noxalit. ubi Bald. Fulg. Salice. & Corn. & Bart. l. conſtitutiones. ff. ad municipal. & l. ij. ff. de leg. j. Ex quibus mihi uideretur, ſecundum iuris noſtri rationem decernendum, filias huiuſmodi inſtitutas quemlibet alium à ſucceſsione paterna reppellere. ſaluo ſemper etc.

Patauij, iiij. Non. Iulij 1550.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus non requiritur in cauſis ſummarije, ſed ſuffiest eaüs qualis petitio.*
2 *Litis conteſtatio baſis eſt ipſius iudicij, angularisque lapis.*
3 *Iudicium nullum redditur deficientibus his, quæ ipſius formam reſpiciunt.*
4 *Qualitas in ſtatuts requiſita probanda eſt omninò.*
5 *Abſentia non præſumitur.*
6 *Negatiua qualiter probanda.*
7 *Abſens iuſtè ignorare creditur. & uide nu. 18.*
8 *Reſtitutio conceditur abſenti ſiue ignoranti aduerſus præſcriptionem xxx. annorum. & eſt comm. opi. & uide nu. 18.*
9 *Statutum Ciuitatis Cathari declaratur.*
10 *Actio omnis perimitur ſpacio xxx. annorum.*
11 *Pacto de retrouendendo præſcribitur ſpacio xxx. annorum, licèt fuerit dictum quòd quandocunque fieret & omni tempore, & nulla præſcriptione obſtante. & nu. ſequentibus.*
12 *Præſcriptioni renunciari non poteſt. & nu. ſeq.*
13 *Infinitatem lex abhorret.*
14 *Dictiones quandocunque, ſemper, & perpetuò, longiſſimam temporis præſcriptionem non tollunt.*
15 *Pacta & contractus ſtrictè interpretanda ſunt.*
16 *Statuta ſtrictam recipiunt interpretationem.*
17 *Verba à ſubiectæ materiæ ratione moderari debent.*
18 *Præſcriptio longiſſimi temporis, etiam ignorantes afficit.*

CONSILIVM LXIIII.

DIRIGAT ME DOMINVS IN uiam ueritatis & iuſtitię, ut ueritatis ſcopum attingere ualeam.

CASVS.

SPECIES facti eiuſmodi incidit: In ciuitate Cathari Illuſtriſsimæ Venetorum ditioni ſubiecta, municipalis lex uiget, qua cautum eſt, ſi ex aliqua agnatione, bona immobilia alienabuntur, propinquiorẽ alienantis tempore alienationis infra annum, quod alienatum fuit, redimere poſſe: quòd ſi aberat, eodẽ tempore cùm primùm uenerit, eam redimendi facultatem habeat. Contigit, quendam Hieronymum Buchiam comparuiſſe veluti propinquiorem cuiuſdam à quo domina Roſa domum emerat, eamq́; quadraginta annis poſſederat, & pecuniam ſecundum formam ſtatuti depoſuiſſe; quare præcepit prætor, ut mulier hæc domum liberam relinqueret. excipiebat autem mulier eum non fuiſſe uenditionis tempore abſentem, nec propinquiorem, ut municipalis iuris exigit diſpoſitio: quippè quòd cùm interlocutus eſſet prætor eum propinquitatem ipſam probare debere, & cùm interrogaſſet, an eo tempore abeſſet ipſa D. Roſa eius iuratę depoſitioni acquieſcente reſpondit ſeſe ignorare. Quæſitum eſt, cùm nihilominus prętor aduerſus ipſam dominam Roſam pronũtiaſſet, an in cauſa appellationis Patauinum Collegium deberet ſententiam huiuſmodi reuocare, ac malè iudicatum pronũtiare ad quod ex forma eiuſdem ſtatuti appellatio deuoluitur.

RESPONDI.

QVOD ad iudicij formam attinet, plura in hoc proceſſu ad ſubſtantiam illius pertinẽtia deeſſe uideri; tùm libelli oblatio,† & ſi
1 ſummatim pertractanda eſſet, & qualis petitio ſufficere videatur. auct. offeratur. C. de lit. conteſt. & c. j. de libel. obl. & Clem. ſæpe, de uerbo. ſig. ibi, neceſſariò libellum non exigat. Glo. Zenzellinus, Cardi. & Imo. ut aliàs docui in c. quoniam contrà, de probat.
2 in uerb. petitiones.† Item lis conteſtatio nulla reperitur, quam ueteres baſim, ideſt iudicij fundamẽtum, & quaſi angularem lapidem cenſuerunt, ut tradidit Bal. in c. i. de litis conteſt. & omnes in l. j. C. eod. & auct. ſeq. & Deci. in d. c. quoniam, in uerbo litis cõ-
3 teſtatio. † unde ſequitur, ut deficientibus iis, quæ neceſſariam iudiciorum formam reſpiciunt, proceſſus huiuſmodi nullus exiſtimetur. l. prolatam. C. de ſententiis & interloq. om. iud. ubi Glo. in uerbo iuris ordine. ubi Bartol. Bald. Angelus & Salicet. & c. cùm dilecta, de reſcrip. ubi Felin. nu. vj. uerſi. nunc de formæ obſeruatione.
4 Secundò,† cùm municipalis hæc lex propinquitatis qualitatem requirat, ſanè apparet, eam Hieronymi agentis intentionis fundamentum reſpicere; ergo

ergo mirum eſt, ut ea probata non fuerit: potiſsimũ,
cùm interloquutus fuerit iudex id fieri debere. l. et
qui. ff. de probat. l. actor quod aſſeueras. C. eod. nam
ſiue in tempore, ſiue in loco, ſiue in qualitate aliqua
puta proximitatis alicuius intẽtio cõſiſtat, aut qua-
libet alia, ſemper probari debet, alioqnin conuentus
reus abſolui ſolet. l. qui accuſare. C. de edend. l. duo
ſunt. ff. de teſta. tut. c. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ.
poſſ. & propr. & Bar. l. de ætate. ff. de int. actio. iij. q.
princ. & l. falſa demonſtratio, in princ. ff. de condi. &
demonſt. & Abb. c. cùm uirum, de regul. poſt. Innoc.
Ioann. Andr. & alios ueteres, & in c. in præſentia, de
probat. unde cùm quis ut agnatus egiſſet, nec agna-
tionis qualitatem probaſſet, repellendum Decius re
ſpondit conſil. cccclxxj. nu. j. quæ ſola ratio proceſſus
præſentis nullitatem detegit.

5 Tertiò † & abſentiam quoque probare debebat,
quia cùm factum reſpiciat, præſumi non ſolet. Bald.
l. edita. C. de eden. col. xxiij. uerſ. circa ſextum, & l. ſi
quis non dicam. C. de Epiſ. & cler. col. iiij. & l. is qui.
C. de appellat. uerſ. & hoc facit ad quæſtionem. & c.
j. ad finem de milite uaſallo qui contum. eſt. & plures
adducit Alex. conſi. xvii. & ccxxiij. in ij. & conſ. iij. in
6 quarto. unde hoc probandum fuerat, † puta, quòd tẽ-
pore contractus non fuit in ciuitate illa, adducendo
teſtes, qui deponant eadem die eum Venetiis uidiſſe,
nec potuiſſe inde abire, quin ipſi uidiſſent. l. optimã.
C. de contrahen. emp. ibi, quòd eadem die. Bal. Ang.
Fulg. & Salic. aduertunt. & c. ex tenore, de teſtib. ibi,
quod ſemper in Eboracenſi prouincia. & docuit Bal.
in d. l. actor, & ibi Salicet. ut aliàs poſt ueteres omnes
docui in d. c. quoniam contrà, de probat. in Gl. j. poſt
Lanfran. Deci. & Beroium. quamobrem, dato quòd
in pręſenti caſu Hieronymus actor bonum ius fouiſ-
ſet, tamen quia id iudici neceſſariò non oſtendit. l.
neque natales. C. de probat. & d. c. in pręſentia, co. tit.
iccircò iudicauit Collegium Patauinum benè appel-
latum, & malè iudicatum fuiſſe.

Sed an quòd ad merita cauſæ attinet, ius bonum
fouere uideatur, ut ipſe Buchia probando incum-
bentia obtinere ualeat? & cùm ſtatutum caueat cùm
primùm uenerit is, qui abſuit etc. uidetur temporis
perpetuam quandã ſucceſsionem perpendiſſe, alio-
quin facultas hęc effectu fruſtraretur, ſi poſt quin-
quaginta annos quis rediiſſet, quod perabſurdum
eſt. l. iii. C. de inſtitu. & ſubſt. l. ſeruum. §. nunc de ef-
fectu. ff. de uerb. obli.

7 † Præterea abſens iuſtè ignorare creditur, & ic-
circò agere nõ poteſt, cur ergo ei currat præſcriptio?
l. i. C. de ann. except. in fin. & l. in rebus. §. omnis. C.
de iure dot. ubi plenè Bald. & Deci. latiſsimè. conſil.
ccccxlv. unde ſaltem ex probabili cauſa Buchia ipſe
8 author reſtituendus eſt. † nam in præſcriptione xxx.
annorum cenſuit Bartol. in l. ſi quis autem. ff. de ltin.
actuq; priua. quem reſtitui dẽre, cuius ſententia rece-
ptiſsimo calculo probari docuit cõſ. lxxi. & lxxxiiii.
in j. & Balb. tract. præſcrip. in iiij. par. iiij. par. q. xxix.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum ſecũ-
9 dum iuris regulas uerum eſſe cenſui, † quoniam ter-
minus ille cùm primùm uenerit, in ſtatuto poſitus,
ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem reſtringendus
ſit, ut lapſu triginta annorum amplius facultas illa
10 non competat † lex enim inquit: eo tempore om-
nem actionem perimi. l. ſicut. C. de præſcrip. trigin.
ann. & l. omnes, eod. tit. & l. fin. ubi Gloſſ. in uerbo
ignorantia. ergo conſequens eſt, ſecundum legis il-
lius diſpoſitionem, municipalem hanc conſtitutio-
nem intelligendam eſſe. l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxal.
ubi Doctores, & l. cõſtitutiones. ff. ad municipa. & c.
cùm dilectus, de conſuetud. ubi Butr. & Abb. & l. fin.
§. in computatione. C. de iur. deliberan. ubi Alexan.
& Ial. & Bartol. & l. ii. ff. de legat. i. ubi Bart. Alex. &
Alciat.

11 Qua ratione, † ſi cõtingat inter partes pactum ali-
quod de retrouendendo fieri, quandocunq; & quo-
tieſcunque pretium redderetur, & omni tempore, & ę
nulla præſcriptione obſtante, triginta tamen anno-
rum lapſu pactionis illius uirtutem ſublatam intel-
ligi. d. l. ſicut, cũ aliis ſuperius adductis, ut actus ho-
minum legis diſpoſitioni ſit conformis: quod iuris
ratio dictat. l. ſi dno. ff de acquir. hęred. ubi Gloſ. Ci
nus, Bald. & Caſtr. & l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad
Senatuſconſul. Trebell. ubi Bar. in principio, Cuma.
& Caſtren. & Alex. nu. viii. & Soci. nu. xxxv. & Ripa
nu. lxxvii. & lxxviii. quod in ſpecie Angelus ipſe cõ-
ſultus ex facto reſpondit conſ. lv. Guilielmus & Frã-
12 ciſcus. † uam pręſcriptioni renuntiari nõ poteſt, un-
de pactum illud de retrouendendo tacitam continet
conuentionem, ſi infra xxx. annos paciſcens petierit
13 Bald. conſi. ccciii. Ad euidentiã, in primo. † lex enim
infinitum progreſſum abhorret. l. unic. C. de ſenten.
quę pro eo quod int. ubi Doctores in notabilibus, &
l. properandum, in princ. C. de iudiciis. & c. licèt, el
ſecundo de teſtib. & iccircò Anch. in conſil. cccxxxi.
Viſis, uerſi. aduertendum, concludit, facultati retro-
emendi quandocunque & quomodocunque trigin-
ta annorum ſpacio pręſcribi. & Abb. & Felin. c. cùm
ueniſſent, nu. xliiii. de conſtitut. & rubr. de pręſcrip.
nu. xvii. xviii. tali præſcriptioni pacto expreſſo renũ-
tiari non poſſe tradiderunt Bart. l. nemo poteſt, de
lega. i. & Iaſ. l. petens. C. de pact. nu. x. & Decius cõſ.
clxiiii. nu. iiii. & Soci. conſi. lxiii. In cauſa, verſ. pręte-
reà, in tertio, & idem reſpondit Rubeus Alexãdri-
nus conſi. iii.

14 Secundò † dictiones huiuſmodi quandocunque,
ſemper, & perpetuò, longiſsimam temporis præſcri-
ptionem non excludunt. Glo. l. in cognitione. ff. ad
Senatuſconſ. Syllan. & Glo. in uerb. quandocunque.
c. i. de feu. da. in ui. leg. comm. & Bal. tradit per illum
tex. in l. i. ſol. mat. iuncta. l. in rebus. §. omnis, C. de
iur. dot. Imo. Alex. Aret. l. cùm ſtipulatus ſim mihi à
Proculo. uerſ & eorũ dicta uerba, de uerb. obl. & Fe-
lin. d. rubr. nu. xxiiii. & c. i. de reſti. in integr. & Deci.
conſi. xxiii. num. iiii. uerſic. quartò uidetur. & Pariſ.
15 conſi. xcii. in tertio uſque ad numerum xi. † quare, ſi
hęc in pactis & cõtractibus fit interpretatio, ut Cagn.
cõcludit poſt multos, quos adducit in l. ii. C. de pac.
16 inter emptorem & uend. † multò fortius in ſtatutis
fieri debet, quorum conditio longè ſtrictiorem ad-
mittit interpretationem. Bart. d. l. conſtitutionex. &
d. l. ii. de leg. i. & l. omnes populi. vi. q. prin. ff. de iu-
ſti. & iur. Bal. & Salice. d. l. ii. C. de noxali. Decius &
Beroius rub. de reſcrip.

Non mouet, quòd uis uerbi cùm primùm, aliud
innuere

17 innuere uideatur,† quia à ſubiectæ materiæ ratione moderari debet.l.ſi uno.ff.loca.& l.inſulã.ff.de præſcript.uer.& l.ſi ſtipulatus,de uſur.vt diffusè tradunt Modec.in rub.de uerb.oblig.

18 Secundò,† non urget,ignorantiam ipſam ſecundum regulas iuris excuſare ſolere.quia reſpõdeo hãc ipſam longiſsimam temporis præſcriptionem etiam aduerſus ignorantes currere.d.l.fin.C.de pręſcr.trigin.uel quadrag.ubi Bal.col.ult.& Bart. d.l.ulti.§.ſi quis autem.ff.de itin.actuque priua.& Abb. c. uigilanti,de pręſcript.& cap.ad audientiam,& c.j.in fin. de præſcript. & quandoque reſponſum extat. Corn. conſi.clxiiii. Me ſubſcripſi.in ij.& Deci. conſi.xxix. Et pro tenui.& Paciſ.conſi.i.in i.nu.i.& xxiiij. & licèt communis ſit ſẽtẽtia, reſtitutionem competere, tamen Decius confutauit rationes omnes,quibus id uerum eſſe aſſeuerat in ea præſcriptione, quæ quadraginta annorum curriculo munita ſit. dict. conſil. xxix.ubi copioſè & eruditè loquitur. ex quibus ita judicandum cenſui.& Patauinum Collegium iudicando probauit.

Patauij, iiij. Idus Aug. 1551.

Portius Forocornelienſis.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Emphyteotici contractus natura eſt, ut conceſſionis ipſius origo & principium inſpiciatur.*

2 *Conſenſu plurium quod confectum eſt, unius uoluntate poſſe diſſolui,abſurdum eſſe.*

3 *Locatio ſub eiſdem pactionibus renouata intelligitur, quæ à contractus initio appoſitæ fuerant.*

4 *Inueſtitura prioris forma attẽdẽda eſt,licèt poſterioris inueſtitura pacto iuris regulis magis conuenire quã prior putetur.& infertur ad quotidianam quæſtionem.& nu.7.*

5 *Inueſtitura fieri ſolita uſque ad tertiam generationem, ſi deinde fuerit facta uſque ad quartam, quòd nullius ſit momenti.*

6 *Conceſſio facta in feudum de eo quod in emphyteoſim ſolitum erat concedi,quòd nullius ſit roboris.*

7 *Feudi recognitio aliter facta quàm ſolitum erat, nihil poſteris nocet.*

8 *Inueſtituræ renouatio ſecundum antiquas fieri debet, nihil addendo uel immutando.*

9 *Pater non poteſt filijs præiudicare in feudo ab auita prouidentia quæſitum.*

10 *Emphyteoſis concedi poteſt à domino ſiue feudũ alteri ſi uaſallus ipſe ab eo ceciderit.*

11 *Dandi facultatem qui habet, multò magis & reformandi.*

12 *Emphyteota alienare non poteſt abſque domini conſenſu.*

13 *Dominus directus cæteris emptoribus præfertur emere uolentibus rem emphyteoticam.*

14 *Conſortes rerum ad earũ alienationem ante alios præferri debent.& nu.34.*

15 *Minores abſq; decreto iudicis alienare non poſſe; quod ampliatur etiam inter ipſos minores ad inuicem cõtrahentes.& nu.40.*

16 *Emphyteotæ ipſi etiam inter ſe alienare non poſſunt irrequiſito domino.ſed uide nu.26.& 31.ubi contrà cum ſeq.etiam numeris.*

17 *Alienatione ſimpliciter prohibita inter aliquos, quòd nõ ualeat alienatio etiam inter ipſos prohibitos facta.fall.ut nu.19.*

18 *Teſtator diſponat,& ſiat lex.*

20 *Emphyteota an poſſit abſque domini conſenſu permutare.*

21 *Permutatio ſpecies eſt alienationis.*

22 *Dictionis,maximè,uirtus & energia.& nu.44.*

23 *Pacta contrario conſenſu tolli, naturale eſt.*

24 *Renunciare non dicitur iuribus ſuis, qui ignorat ſibi ea competere.*

25 *Syndici ſcientia cenſum exigentis non ſufficit, etiã mãdatum generale habentis,ad remittendum illum ſiue aliquid iurium, puta Vniuerſitatis uel Collegij.*

27 *Patronus laico non concedit Eccleſiam abſque Epiſcopi conſenſu. fall. tamen ſi compatrono concederet.*

28 *Feudorum diuiſio prohibita eſt.fallit tamen inter conſortes.*

29 *Diuiſio ſpecies eſt alienationis.*

30 *Diuiſio rei emphyteoticæ fieri poteſt inter ipſos emphyteotas.*

32 *Text.l.ij.C.de iure emphyt.& cap.potuit,extra loca. declarantur.*

33 *Bona Eccleſiæ quæ aliter abſq; euidenti utilitate alienari nequeunt, & abſque ſuperioris decreto, quòd poſſint nihilominus inter Epiſcopum & Capitulum. & nume.37.*

35 *Ratione ceſſante ceſſat & ipſa legis diſpoſitio.*

36 *Vniuerſitatis pars ſinguli dicuntur in ea comprehenſi.*

38 *Canonici ſunt membra Eccleſiæ, cuius caput eſt Epiſcopus.*

39 *Tranſactionem ſuper alimentis inualidam eſſe.*

41 *Opinione a communi non eſt recedendum in iudicando.*

42 *Legis generalis diſpoſitio eatenus reſtringenda eſt,quatenus ratio ipſa ſuadet.*

43 *Verba intelligenda eſſe ſecundum ſubiecti argumenti rationem.*

45 *Verba ſuperflua eſſe non debent ſed aliquid operari.*

46 *Tempore ab eo cuius initij memoria non exiſtat, quod obſeruatum fuit,debet omninò in futurum obſeruari,nihilque innouari.*

47 *Vniuerſitati obeſſe non debet paucorum factum.*

48 *Conſenſus,qui ex facto ipſo colligitur,nõ obſcurus exiſtimari ſolet.*

CONSILIVM LXV.

CHRISTVS QVI VERITAS EST, ILluminet intellectum meum,ut quod uerum ſit, diſſinire ualeam.

EX FACTO ſpecies eiuſmodi incidit: Imolenſis Epiſcopus maiorum inueſtituras Vniuerſitati ac ſingulis Caſtri Bagnariæ incolis olim confectas legitimo tempore ita demum reficere ac confirmare conuenit,ſi clauſulam hanc inueſtituris ipſis adijciat: reſeruato ipſi Epiſcopo ſiue illius ſyndico omni iure,ſi quod aduerſus ipſam uniuerſitatem ac ſingulos

los ſuper ipſo caſtro, atque eius agri prædiis ad Epi-
ſcopatum, uel propter alienationes aduerſus iuris ra
tionem factas, uel quòd oportuno tempore inue-
ſtituras ipſas non accepiſſent, ſiue quacumque alia
ratione ius ipſi Eccleſiæ acquiſitum eſſet, nullo mo-
do illi ipſi præſenti inueſtitura derogatum intelli-
gatur, atque de illo quidquam imminutum cenſea-
tur. Quam quidem clauſulam cùm Vniuerſitas ipſa
ac ſinguli eius homines ceu prorſus inſolitam atque
à ueteribus inueſtituris alienã, aduerſus ueteris inue
ſtiturę formam eſſe cõtẽderent. Quæſitum fuit, quid
ſecundum iuris uoſtri rationẽ conſtituendũ eſſet?

RESPONDI.

1 ILLVD in primis intelligendum, † eam huiuſ-
modi emphyteotici contractus naturam eſſe, ut
conceſſionis ipſius origo atque principium in-
ſpiciatur. c. j. de eo qui ſib. & hæred. ubi Bal. Aluaro.
& Iſern. aduertunt. vnde, cùm olim ſub certa forma
ab ipſo Epiſcupo bona huiuſmodi conceſſa fuerint,
nempè, ut ad meliorem frugem per plantationem ip-
ſam redigerentur. l. ij. C. de iure emphy. ubi Alberic.
Salicet. & Iaſ. & in Speculo de loca. §. j. nu. ij. & Caſtr.
authen. ſi quas. C. de ſacroſanct. Eccle. aduertit Alci.
l. j. ff. de uerbor. obligatio. in princ. ſanè ab ea inuitis
partibus recedendum non eſſe traditum eſt. Bal. l. j.
3 C. quan. non pet. part. † abſurdum quippè eſſet, quod
plurium conſenſu confectũ ſit, vnius uoluntate poſ-
ſe diſſolui. l. iuriſgentiũ. & l. ab emptione. ff. de pact.
& l. j. & ij. C. quand. lic. ab empt. diſced. & l. nihil tam
naturale. ff. de regul. iur. & c. j. eo. tit. in antiquis. & l.
Labeo, la ſecunda. ff. de de uerbor. ſignifi. vnde con-
ſequens eſt, ſolius domini uel emphyteotæ conſen-
ſum non ſufficere, ut quæ prius inita fuit pactio poſ-
ſit inuerti. d. l. ab emptione. & in Speculo concludi-
tur in titu. de emphyt. d. §. j. num. t oo. ubi Io. And. &
3 Bald. in additionibus. † hinc & locationes ipſæ ſub
eiſdem pactionibus renouatæ intelliguntur, quę à cõ
tractus initio appoſitæ fuerant. l. legem. C. locat. ubi
Alb. Bald. & Salicet. aduertunt. & l. item quæritur. §.
qui impleto. ff. loca. ubi Bar. Salic. & Florian. de San-
4 cto Petro. † quamobrem prioris inueſtituræ formam
adeò perpendendam eſſe reſponſum extat, Caſt. cõſ.
lxj. Videtur dicendum, col. fi. in j. & Card. conſ. xcij. in
principio, & Iacob. Aluarot. conſi. j. ut licèt poſte-
rioris inueſtituræ pactio iuris regulis magis quàm
prior conuenire putetur, putà quòd maſculis tan-
tùm proſit, nihilominus ex ſuperiori inueſtitura
fœminæ ipſæ admitterentur, ne pactio ipſa in alte-
rius detrimentum ullam immutationem admitteret.
d. l. ab emptione. ff. de pact. & ſæpius ex facto reſpon
ſum extat: Bald. conſil. ccxv. in ij. Proponitur quòd
inueſtituræ antiquæ. Alex. conſi. ccij. in ſexto. Curt.
conſil. 50. & lxiiij. Decius conſi. clxxxv. & cxciij. Go-
zadinus conſil. xc. In cauſa Mantuana. Et uice mu-
tua fœminis ipſis ſequens inueſtitura non prodeſt,
ſi ex ſuperiore maſculi duntaxàt admittantur. Cu-
ma. conſ. xcix. Quædam poſſeſſio: cui quidem nihil
quod poſteris ipſis obeſſet ulla ratione adiici potuit.
Alex. l. quod dicitur. ff. de uerbor. oblig. col. xxj. poſt
alios, & Cuma. d. conſ. xcix.

Quod eò amplius traditum eſt, nempè à ueteris
inueſtituræ forma non ſolùm ea ſpecie recedendum
non eſſe, cùm alter cõtrahentium id abneget, uerùm
etiam ſi id tertio detrimentũ aliquod importet. Bal.
d. l. vnica, col. pen. & Deci. d. conſi. cxciij. col. ij. ad fi.
æquitas enim id ſugerit, ut quod aliis prodeſt, cure-
mus magis. l. j. in fi. ff. de iuſt. & iur. & l. ſi ſeruus. ff. de
5 ſeru. export. † quare non defuerunt, qui inueſtituram
illam, quæ in tertiam generationem fieri ſoleat, ſi de-
mum in quartam facta fuerit, nullius momenti eſſe
contenderant. Bar. d. auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccl.
ubi Caſtr. in fi. & Iaſ. nu. xix. & Bal. auth. ſi qua, eod.
titu. licèt enim exploratiſsimi iuris ſit, utile ab eo
quod inutile ſit, non uitiari. c. utile, de regul. iur. ubi
Din. & l. j. §. ſi ſtipulanti, & §. ſed ſi mihi, de uerb. obl.
oẽs aduertunt, nihilominus hæc ſubiecti argumenti
natura aliam fieri interpretationem plerique cenſue-
runt. Ponta. Alexan. Aretin. d. §. ſed ſi mihi, & Ang.
6 §. emphyteoſim, in fi. de non alienan. † ueluti, cùm ali
quid in feudum conceditur, quod in emphyteoſim
dari conſueuit, conceſſionem namque huiuſmodi nõ
ualere reſponſum eſt. Alexand. conſil. viij. in quar-
to, Viſis.
7 Feudi † quoq; recognitionem aliter quàm ſoleat
factam poſteris nõ nocere, traditum eſt. c. j. §. fi. uerſ.
quæro quis ſit, de feudo guard. ubi Bal. Præpoſ. & Al
uarot. adeò in conuentionibus huiuſmodi conceſ-
ſionis ipſis initium perpendi ſolet. Bald. c. j. §. ſi uerò,
de ſucc. fratr. uel gradib. ſucced. in feu. quamobrem
in propoſita ſpecie clariſsimè conſtat, Epm ipſum à
ſuperiorum inueſtiturarum forma recedere nõ poſ-
ſe. Bal. d. conſ. ccv. & Cuma. d. conſ. xcix. & Deci. d.
8 conſ. clxxxv. & cxciij. † quinimmo illa inſpecta reno
uationem huiuſmodi bonorum conficere ex priori-
bus pactionibus obligatum eſſe. quod Curt. diffuſius
pertractando concludere uidetur in tract. de feu. col.
xxxviij. in vj. q. aliàs ſi quidquã adderetur, uel immi-
nueretur, iam renouatio non eſſet. l. ius autem ciuile.
9 ff. de legib. † quocircà in propoſito argumento nec
parentẽ ipſum ius filiis ab auita prouidentia q̃ſitum
abdicare poſſe reſponſum eſt; quinnimmo alienatũ à
p̃re ab ipſis filiis reuocari poſſe conſtat. quod ex fa-
cto conſultus Iaſ. ipſe reſpondit conſ. lvj. in iij. ut op-
timo iure ueteris inueſtituræ formã haud immutari
poſſe ipſius Bagnariæ opidani contendant.
10 Nec mouet, quòd † dominus emphyteoticum p̃-
dium alteri concedere poſſit, à cuius iure uaſallus
ipſe ceciderit. c. ij. de feud. & c. ut ſuper, de reb. Eccl.
non alien. & cap. per tuas, de donation. ubi Hoſtien.
Butr. & Abbas. vnde multò magis conceſſionis ip-
ſius formam mutari poſſe dicendum ſit. l. non debet.
ff. de regul. iur. & c. ex parte, il ij. de decim. & argu. l.
ſed ſi manente. ff. de precar. quia reſpondeo, hoc in
huiuſmodi obligationibus locum non habere, quæ
utrinq; conſuetudinis uinculo coniunguntur. d. l. ab
emptione. & l. ſicut. C. de actio. & obliga. indeq; po-
ſteritati ius acquiſitum ſit, arg. c. q̃ in Eccleſiarum, de
conſtit. ubi Docto. & l. id quod noſtrum. ff. de regu.
iur. Prætereà conſtat Prælatos has ipſas conceſſio-
nes facere poſſe, ſed tamen eiuſmodi permiſſio cum
ſuis qualitatibus intelligenda eſt, nempè propter ip-
ſius emphyteotæ contumaciã. d. l. iij. C. de iur. emph.

& l.traditio,uerſi.quoties.ff.de acquir.rer.dom.& l.
ſi pupillorum. ff. de reb.eorum. & ibi Bald. & idem
Bald.autben.quibuſcumque.C.de ſacroſanct.Eccle.
& cap.profectò, de leg.Corrad.
11 Rurſus non urget, quod traditum eſt, † illum ip-
ſum reformare fortius poſſe,qui dandi facultatem ha
beat.l. ſi vnus.§.pactus.ff. de pact. cum aliis ſimilib.
quoniam id non procedit, cùm reformatio ipſa rei
ſubſtantiam adeò reſpiciat,ut formam prorſus im-
mutet.d.l.ius autem.ff.de legib. idque aduerſus alio-
rum commoda.d.l.id quod noſtrum.d.l.i.& ij.C.qñ
lic.quod enim lea ait, liberum eſſe cuilibet probandi
uel improbandi emptorem.l.dudum. C. de contrah.
empt.ubi Docto.locum non habet, cùm res ipſa in-
tegra non ſit.l.j.de rer.permu.& dict.l.ab emptione,
cum aliis ſimilibus. quamobrem in propoſito nego-
tio diiudicandum exiſtimo ueteris inueſtituræ for-
mam ab ipſo Epiſcopo immutari non poſſe, ſed re-
nouationem ſecundum ueterem conſuetudinem fa-
cere teneri.

Secundò quæſitum eſt, cùm plures ea huiuſmo-
di uniuerſitate inuicem ipſius Eccleſiæ conſenſu nõ
requiſito alienauerint, an iure ſuo priuati cenſean-
tur? Et prima facie uideretur Epiſcopum ipſum eos
qui alienauerunt, à iure ſuo cecidiſſe declarare poſ-
ſe. dict.l.fina.C.de iure emphyte.ubi Gloſ.in uerbo
cadat. Alberic.Bald. Ange.& Salicet.& cap.potuit.
loca.ubi Gloſ.in uerbo requiſita,& Doctores omnes
12 aduertunt. † Zenonianæ namque legis conſtitutio-
ne ſancitum eſt ἐμπονήματα, ideſt, meliorationes
alienari non poſſe,niſi domini conſenſus accedat. §.
adeò, inſtitu. loca. & Azo in ſumma.C.eod.nu.viij.
Specul.in titu.de emphy.nume.ca vij. quęſtione no-
nageſimaquarta. quod Doctures tùm docendo tùm
ex facto reſpondendo ſæpius tradiderunt. Bart.dict.
l.fin.& Bald.nume.iiij.& Alber. & Angel.in princi-
pio, & Alexand.in additionibus Bartoli, & Iaſ. nu.
viij.Abb.& Imol. nume.ij.dict.cap.potuit,& Abbas
conſi.lxxiiij.& Alexand.aciiij. in quarto, & Decius
cciiij. Cùm enim emphyteota cauſam iusque ſuum
quod habet à domino obtinuerit, ſitque eorum non
13 parua coniunctio, † conſequens eſt,ut cæteris ante-
feratur,ſi emere nelit dominus ipſe. Bartol.l.j.C. de
metal. libro vndecimo, & Roma.l.j.ff.ſolut.matrim.
14 † nec nouum eſt, conſortes ipſos ad emptionem an-
te alios inuitari. dict.l.dudum, & l.ij.C.de com.re.
alien.ubi Bald.ne aliâs cùm extraneis communica-
re cogerentur:quod à legis ratione diſsidet. d.l.du-
dum, & d.l.fina. ubi Iaſ.nume.a.& xj. & pertractant
omnes in tracta.de iure prothom. Afflict. & Tiraq.
& Mantua Patauinus.

Quæ quidem concluſio amplius hoc quoque ca-
ſu procedere uidetur, licèt alienatio huiuſmodi in-
ter ipſos emphyteotas facta pruponatur.lex enim ait
ſi pluribus alimentorum legatum factum ſit, tranſa-
ctionem etiam inter illos abſque Prætoris authori-
tate factam,ratam eſſe non debere.l. cùm hi.§. ſi vni
uel pluribus.ff.de tranſact.ubi Glo.in uerbo non de-
bet,& Bal.in j.notab.Ange.Fulgoſ.& Salicet.aduer-
tũt,quod inter alios prohibetur,nec inter ſe permiſ-
ſum eſſe cenſeri. quocircà & quod vulgò traditum
15 eſt,† minoribus abſque Prætoris ipſius decreto nul-
lam alienandi facultatem cõceſſam eſſe.l.j.ff. de reb.
eor. procedit quoq; cùm inter plures minores alie-
natum proponeretur.l.ſi pupillorum.ff.eo.ubi Bart.
16 Alber.& Caſtr.aduertunt. † quapropter in propoſi-
ta ſpecie non defuerunt,qui inter ipſos etiam emphy
teotas alienationem fieri dño inconſulto non poſſe
cenſuerint.Gloſſ.in d.§.ſi vni.& ibi Guilel.Cune.&
Alb.Bart.& Bal.d.l.dudum, Alex.& Iaſ.acquieſcere
uidentur.Alex.d.l.ſi domus.§.fi. & Iaſ.d.§.ſi vni, &
d.l.fi.C.de iur. emphyte.nu.cxvj.nam quod dicitur,
huiuſmodi alienationem domino non obeſſe, cùm
nihilominus ab ipſis emphyteotis annuam penſio-
nem condicere poſsint.d.l.ij.& iij.C.de iure emphy.
& d.c.potuit, loca.quod Barto.cenſuit d.§.ſi vni. id
uerum duntaxàt eſſe uideri poteſt, quantùm ad por-
tionem,quam is à domino conduxit: quoniam ultra
contractus limites obligatio ipſa non perducatur. l.
in agris.ff.de acquir.rer.dom.& Alex.d.§.fi. & Iaſ.d.
l.fin. nume.cxvj.
17 Accedit † quòd ſimpliciter alienationis facta ꝓ-
hibitione,licèt inter fratres alienatum proponatur,
nihilominus non ualere conſtat. l. filiusfamilias. §.
Diui.ff.de lega.j.& l.uoluntas.C. de fideicom. quod
Imol.docuit in c.cùm Apoſtolica,de his quæ fiunt à
Præla. nu.xvij. diſpoſitio namq; ſimplex & pura te-
ſtatoris diſtinctionem ullam admittere non debet:
18 cùm uetuſtiſsima lege cautum ſit,† diſponat teſtôr &
erit lex.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.pręſt.& c.ſi Ro-
manorum, xvj.diſtinct.& l.uerbis legis. ff. de uerbo.
ſignifi.& §.diſponat,in auth.de nupt.& l.j.C.de ſa-
croſanct.Eccle.
19 Rurſus, † quod traditum eſt, prohibita alienatio-
ne, nihilominus inter eos permiſſam cenſeri, qui in
familia ſint.d.l.uoluntas.C.de fideicom.iccircò pro-
cedere exiſtimatur, ꝙ per prohibitionem extra fami
liam,alienari prohibitum ſit.l.peto.§.fratre.ff.de le-
gat.ij.ubi Bar.Imol. & Caſtr.quare ſequitur, ut in-
ter ipſos,qui familiam conſtituunt alienari poſſe in-
telligatur.l.cùm Prætor.ff.de iudi.& c.nõne,de prę-
ſumpt.& c.qualis,xxv.diſt. ſecus igitur erit,prohi-
bita ſimpliciter alienatione:tunc enim abſq; domini
conſenſu non procederet, prout in negotio noſtro
contingit.Bald.d.l.uoluntas.nu.iiij. Alex.d.l.ſi do-
mus.§.fin.de leg.j.& Iaſ.d.l.fin.nu.cxvj.& d.§.ſi vni.
20 † qua ratione inſpecta,non defuerunt,qui permuta-
tionem bonorum huiuſmodi prohibitam eſſe cenſe-
21 rent, † cùm ſit illa alienationis cuiuſdam ſpecies.l j.
ff.de rer.permu.Abb.conſ.lxxviij. meritò lex de alie
natione loquens, in qualibet eius ſpecie locum ha-
bere uidetur. l. ſi quid earum. §. interemptum. ff. de
leg.iij.ubi Bart.& l.ſemper in generalibus.ff.de reg.
iur.ubi Deci.& Cagnol. & docuit Bald. in l.ij. C. de
iur.aur.annul.& Abb.in capi. Rodulfus, de reſcript.
& Deci.rubr.de conſtit.nume.iiij.ubi dixi poſt Bal.
Alexand. Iaſ.& Alciat.in rubr.ff.ſolu.matr. in uerbo
petatur.quæ cùm ita ſint,Bartolus ipſe in huius quę-
ſtionis diffinitione quandoque anceps fuit. l. pater.
§.quindecim.ff.de leg.iij.

Præterea & clarius ſupraſcripta concluſio ex ip-
ſius inueſtituræ forma probari uidetur, ubi dicitur:
ita tamen, ut non liceat dictis hominibus ac ſingu-
lis eorum prædictas res conceſſas uendere uel alie-
nare,

nare, maximè Comiti, Valuaſori, Capitaneo uel ue-
nerabili loco relinqnere etc. quare minuit ex ea di-
22 ſtinne, † maximè, cuius quidem nis elt utrumq; ca-
ſum includere, & maiorem rationem in altero po-
nere, idemque ins ſtatuere. l. illud. ff. ad leg. Aqui. ubi
Glo. c. ad abolendam, de fil. presby. ubi Glo. & Spe-
cul. in tit. de diſp. & alleg. §. poſt hæc, uerſic. & nota,
quod ex forma conuentionis non ſolùm in comites
& uenerabilia loca alienatio probibita ſit, ſed etiam
in quaſcnmqne alias perſonas priuatas. l. j. §. ſi con-
ueniat. ff. depoſ. & d. l. j. C. de inre emphyt. ubi Barto.
Albe, Bal. Ang. Salic. & Iaſ.

Vlteriùs ex ſequentibus nerbis id etiam explora-
tû eſſe uidetur: ſubiicitur enim in inueſtitnra, quòd
ipſi emphyteotæ uolentes alignare, teneantur prius
ipſi Epo infra certum tempus denuntiare, ut ſi uelit
pro minori pretio illa bona conſequi ualeat. quæ p-
hibitio Epatus commodum reſpicit; vnde cùm in hu
iuſmodi alienationibus ipſi Epo uel eius Syndico nũ
quam denũtiatum fuerit, cõſtat ex ipſius inueſtituræ
forma huiuſmodi bona ipſi Eccleſię deuoluta vide-
ri. d. l. j. §. ſi conuentat. ff. depoſi. & d. l. legem. C. loca.
23 Et ſi diceretur, † nihil tam naturale eſſe, quam ea quę
placuerunt contrario conſenſu tolli: quod in inril-
gentium conuentionibus conſtitutum eſt. d. l. nihil
tam. ff. de regul. iur. & d. l. ab emptione. C. de pact.
atque in tacito qnoq; conſenſu procedere poſſe ui-
detur; cùm taciti atque expreſsi par uirtus eſſe cen-
ſeatur. l. cùm quid, ſi cert. pet. conſequens eſt, tacito
quodam conſenſu alienationes huiuſmodi appro-
batas eſſe uideri; quippè quòd ſingulis annis vnius
anni pro canone debito ſit ipſi Syndico facta ſolutio.
Glo. d. l. ij. uerſi. repellere. ubi Iaſ. nu. cxxvj. & Bal. d.
l. vnica. C. quan. non pet. par. col. pen. uerſ. ſed nun-
quid. nõde Epiſcopatus ipſius iuribus ſolutionum hu
iuſmodi acceptatione renuntiatum intelligi poſsit.
Glo. & Doct. d. c. potuit, per regulam d. l. cùm quid.
ff. ſi cer. pet. cum alijs ſimilib.

Reſpondeo, hæc ipſa procedere, ubi id Epiſcopus
24 ſciuiſſet. † Nam qui ignorat, iuri ſuo renuntiare
non dicitur. l. mater decedens. ff. de inoff. teſt. Doct.
l. ſi quis. C. de pact. Bal. & Imol. l. Mæuius. §. duobus.
25 ff. de leg. ij. † quamobrem Syndici ſcientia non ſuf-
ficeret, generale etiam mandatum habentis ad huiuſ-
modi cenſus exigendos, quos remittere quis facilè
non poſsit, & ſuis iuribus atque alienis renuntiare. l.
pactum curatoris. C. de pact. l. creditor. §. Lucius. ff.
manda. l. filiusfamiliás. ff. de donat. quod multò ma-
gis in propoſito negotio fatendum eſt, cùm illi ipſi
qui huiuſmodi bona acquiſiuerunt, inueſtituram nul
lam petierint, prout ſecundum iuris noſtri regulas cõ
gruum erat. quibus ſic ſtantibus eos ipſos, qui incõ-
ſulta eccleſia alienauerunt, à iure ſuo cecidiſſe reſpõ
dendum uidetur, licèt inter ipſos conſortes emphy-
teotas alienatio facta fuerit.

26 Cæterùm, † ne hęc uera non ſint, non parum am-
bigo; quinimmo aliud ſecundum iuris noſtri regu-
las conſtituendum eſſe diiudico. In primis namque
illud eſt conſtituendum, domini conſenſum icircò
in huiuſmodi alienationibus requirendum eſſe, ne
alterum in dominij communione recipere cogatur,
quem ipſe obligatum non habeat. d. l. fina. C. de iure
emphyt. ubi Alberic. Bal. Salicet. & Iaſon aduertun
quæ ratio cùm ceſſet alienatione inter ipſos emphy-
teotas facta, quia eoſdem ſemper ex ipſo conceſsio-
nis ſocialis contractu obligatos habeat, ut in Specu.
traditur in titu. de emphyte. in principio, meritò &
ipſa lex uigere non debet. c. et ſi Chriſtus, de iureiur.
27 c. cùm ceſſante, de appellat. † Hinc, licèt ſecundum
Pontificij iuris regulas patronus concedere nõ poſ-
ſit laico eccleſiam abſq; Epiſcopi conſenſu. c. illud,
de iur. patro. ubi Cano. id tamen non procedit, cùm
ipſa compatrono concederetur. c. ex inſinuatione,
eo. tit. ubi Glo. & But. quicquid dixerit Abbas.
28 Prætereà, † licèt Federicus ipſe feudorum diui-
ſionem interdixerit, id tamen inter conſortes non
procedere traditum eſt, de prohi. feu. alie. per Fed. c.
29 j. §. prætereà, il ij. vbi Bald. † at cùm diuiſio aliena-
tionis cuiuſdam ſpecies ſit. Bald. d. §. prætereà, & l. j.
C. ſi aduerſ. uend. Dec. conſ. lvij. inſtarq; emptionis
obtineat. Specu. de feudo. §. ij. non debet quis iuſti-
ciari, quominus hæc ipſa alienatio inter conſortes
permiſſa non ſit. Et ſi diceres, legem feudi diuiſio-
nem duntaxàt permittere. d. §. prætereà. l. in commu-
30 ni diuidundo. commu. diui. † Reſpondeo, id etiam
in rerum emphyteoticarum alienatione procedere.
Ioan. And. in Specu de emphy. §. nunc aliqua. Fede.
de Senis conſi. ccxxviij. Factum tale eſt. cùm ipſi do-
mino nullum præiudicium inferatur. Bartol. Bald.
l. in familiæ. C. famil. erciſc. Iaſ. poſt alios d. l. fin. C.
de iure emphyt. nume. cxiiij. Bart. l. ſi domus. §. ſi. ff.
de legat. primo. & l. qui Romæ. §. duo fratres. quæſt.
decima. ff. de uerborum obliga. & Ruin. conſil. cxiij.
nume. j. in primo. quocircà, cùm diuiſio inter ip-
ſos emphyteotas fieri poſsit, ſitq; illa cuiuſdam alie-
nationis ſpecies, conſequens eſſe debet, ut nec ipſa
alienatio inter eoſdem prohibita eſſe cẽſeatur. quod
Suzarius docuit d. l. uoluntas. C. de fideicom. & Ioã.
Andr. d. §. cùm aliqua. ou. xciij.

Accedit, quòd ratio ipſa cur emphyteota alienã
iure ſuo cecidiſſe intelligatur, niſi domini conſen-
ſus acceſſerit, dict. l. ij. & iij. ubi Doctores, dict. cap.
potuit, ubi Butr. Anchara. Imol. & Abb. & d. §. adeò,
ubi Angelus & Portius, illa quidem aſſeritur, quòd
ipſi domino non mediocre detrimentum ſequuta
alienatione in eum, qui ei nulla obligatione obſtri-
ctus eſſet, importari intelligatur: vnde à iuris ratio-
ne diſsidet, quòd is iure ſuo abſque illius conſenſu
priuaretur. dict. l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur.
31 d. l. ab emptione. ff. de pact. cum alijs ſimilib. † quæ
ratio cùm ceſſet alienatione inter conſortes facta, ut
aduertit Imol. & Alexand. in dict. l. ſi domus. d. §. j. ff.
de legat. primo. & Calder. conſ. x. de loca. quippè cù
omnes pariter dominus ipſe obnoxios habeat, & ic-
circò ad canonis ſolutionem compellere poſsit. d. l.
ij. & dict. l. fina. ubi Docto. & Bartol. l. & ideò. ff. de
condi. furt. iuris quoque diſpoſitio locum habere
non debet. cap. cùm ceſſante, de appellation. ubi Fe-
lin. poſt But. & Abbatem, & c. et ſi Chriſtus, de iure-
iuran. & l. tutelas, ubi Bartol. ff. de capit. diminut. ſe-
cundum quam concluſionem Bartol. non ſolùm ſæ-
plus docuit, uerùm etiam ea facto conſultus reſpon-
dit. d. §. ſi vni, & d. l. & ideò, & conſi. lviij. Ex themate
prædicto.

Vlterlùs ſupradicta quoque concluſio inde pro-
batur,quòd licèt cautum ſit , curiale prædium abſq;
lucratiua deſcriptione ab extraneis acquiri nó poſ-
ſe,locum non habet,cùm eius ipſius lucro id cedat,
qui ciuitati eiuſdem ordini ſit obſtrictus. l.j.§. cæte-
ri.C.de impon.lucr.deſcr.ubi Bar. nam cùm perſo-
næ conditio non mutetur, nec rei quoque ſtatutum
immutari decet.Bart.d.§.cæteri,& d.§. ſi vni ; opti-
mo igitur iure Bart. ipſe poſt ueteres tùm docendo
tùm ex facto reſpondendo cenſuit , huiuſmodi alie-
nationes inter ipſos emphyteotas abſq; domini con-
ſenſu fieri poſſe.d.§.ſi vni,& d.l.& ideò, & d.l.ſi do-
mus.§.fi.& d.l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de uerbo.
oblig.& §.cæteri,& d.conſi.lviij.tametſi ſemel dun-
taxàt indeciſam quæſtionem ipſe reliquerit . dict. §.
quindecim,conſiderari tamen non debet.d.l.nam ad
ea. ff. de legib. cùm & illius quoque ſententia rece-
ptius ueteres ipſi defenderint , Guilelmus de Suzaria
d.l.uoluntas,& Petrus de Peruſio,& Angelus de Pe-
ruſio,& Calder.d.conſi.x.& Ioan.Andr.dict.§.nunc
aliqua, necnon & neoterici plures ſequuti fuerunt ,
Angel.& Caſtren.d.§.ſi vni,& d.l.ſi domus.§.fi.ff.de
leg.j.& d.l.qui Romæ.§.duo fratres.& Salice,l.ea le-
ge.C.de condit.ob cauſ.& d.l.iij.C. de iure emphy.
col.vij.in princi.& Imol.d.c.cùm Apoſtolica,de his
quæ fiunt à Præla.

32 Quamobrem,† quod lex ait emphyteotam ipſum
abſque domini conſenſu alienare non poſſe.d.l.ij. d.
c.potuit,locum non habet , cùm inter ipſos conſor-
tes emphyteotas alienatum proponitur ; quia nihil
damni ipſi domino inferatur : quoniam omnes obli
gatos habeat , à quibus & canonem ipſum condice-
re poſſit . Quod eo quoque exemplo iuris ratione
niti,probari uidetur,quòd prohibita alienatione,in-
ter fratres permiſſa exiſtimatur.d.l.uoluntas.vbi om
33 nes colligunt , † vnde & huiuſmodi coniunctionis
contemplatione Eccleſiæ bona,quæ aliter abſq; eui-
denti eiuſdem utilitate alienari nequeunt.c.nulli, de
rebus Eccleſ.non alien.& c.ſine exceptione,& c.ter-
rulas,xij.q.j. & c.j. de reb. Eccleſ. non alien. in vj. &
clemen.j.eod.titu. abſque aliquo Metropolitani de-
creto,nihilominus inter Epiſcopum atque Capitulũ
alienari poſſe conſtat.quod Bal.docuit d.l.uoluntas,
34 in princi. † coniunctionis enim ipſius contempla-
tione alicui quis uendere cogitur.d.l.dudum.& l.ne-
mo inuitus.C.de contrah.rei empt.& l.nec emere.&
l.inuitum.C.de iure delibe.& Afflict. pluribus quę-
ſtionibus pertractat,Tiraquell.& Mant.in d.tract.de
iure prothomiſ.

Quamobrem rectius Iaſon ipſe cenſuiſſet huiuſ-
modi ſpeciei legem , qua cautum eſt , emphyteotam
abſque domini conſenſu uendentem à ſuo iure cade-
re.d.l.iij. ubi Iaſ.num.xvj.non procedere, cùm inter
ipſos emphyteotas alienatũ proponitur. Quod Alex.
ex facto conſultus cenſuit (licèt inconſtans aliter
legendo docuerit) conſil.clxxxix.in ſecundo , cuius
diſtinctionem Iaſon ipſe ſequitur, d.l.iij.nume.cvij.
Bartoli tamen ſententia ſequenda eſt , quam ueteres
& recentiorum plures ſequuti fuerunt.d.l. ſi domus.
§.j. cum aliis ſuperius adductis , Doctores l. ſi idem
cum eodem.ff.de iuriſd.omn.iudi.Alex.conſi.cxxx-
iiij.in fin.in ſecundo .

Et quamuis Alexandri diſtinctio aduerſus Barto-
lum & ueteres attendenda eſſet,cuius tamen oppoſi-
tum tùm ratione tùm authoritate quàmpluribus ue-
rius eſſe oſtendi ; in caſu tamen propoſito aliud eſ-
ſe clarè probatur.ait enim ipſe, tunc Bartoli opinio-
nem ueram exiſtimari , cùm pater ſtipulatus eſt em-
phyteoſim pro ſe & filiis ac hæredibus: quia talis
alienatio eſſet potius mutatio quædam . cap. primo,
de ali.ſeu.pat. ubi Baldus, Præpoſi.& Aluaro.idque
propter ius accreſcendi , quod inter eos uiget . l. ſi
mihi & Titio . ff. de uerborum obligation. nam in
propoſita ſpecie vniuerſitas ipſa ab initio pro ſolo
annuo cẽſu inueſtita fuit,quo quidem ab ipſius Syn-
dico ſingulis annis ſoluto , licèt quotidie ſinguli de
vniuerſitate inuicem alienarent , nullum detrimen-
tum Eccleſiam ipſam pati fatendum eſt , non enim
minuitur actio ei competens ad canonem exigen-
dum ſequuta huiuſmodi alienatione : argumen.leg.
35 primæ.ff.quod cuiuſque vniuer.nomi. vnde , † cùm
ratio ipſa propter quam ueterum ſententiam Ale-
xander improbat, in præſenti negotio ceſſet , legis
quoque ipſius diſpoſitio locum habere non debet.d.
l.tutelas,ubi Bartol.& l.adigere.§.quamuis.ff.de iu-
36 re patrona. † ſinguli namque in vniuerſitate com-
prehenſi ipſius pars eſſe dicuntur.l.in tantùm.§.vni-
uerſitatis.ff.de rerum diuiſion.ubi Bartol. & l. ſed ſi
hæc.§.qui.ff.de in ius uocan. & l.ſicuti,& l.planè.C.
quod cuiuſque vniuer. nomi. ſed quando in partem
corporis fit alienatio , licèt aliâs prohibita ſit, nihi-
lominus permiſſa eſſe cenſetur . Gloſ.clem.j. de reb.
Eccleſ. non alienan. Epiſcopus enim abſque ſummi
Pontificis decreto Eccleſię bona diſtrahere non po-
37 teſt, † quod tamen non procedit cùm capitulum ip-
ſum ab eo emiſſe proponitur. Bald. & Caſtren.dict.
38 l.uoluntas, in principio. † Canonici enim Eccleſiæ
membra ſunt, cuius caput ipſe eſt Epiſcopus. c. no-
uit, de his quæ fiunt à Prælat. vnde iure optimo in-
conſulto Pontifice alienatio hæc legitima facta in-
telligatur.Calder.d.conſil.x. vnde in propoſito ca-
ſu alienatio hæc legitimè facta cenſeri debet , tùm
propter ipſorum emphyteotarum coniunctionem.
§.prætereà, & dict. l.uoluntas , tùm quòd vniuerſi-
tas coniunctim ſub certo annuo cenſu inueſtita fue-
rit.Glo.pen.d.clemen.j.de reb.Eccleſ.non alien.ubi
Zenzelinus,Card.& Imol.

Quibus ſic ad commodum Vniuerſitatis & ſin-
gulorum Caſtri Bagnariæ ſic diſcuſsis , non mo-
39 uent ſuperius adducta in oppoſitum . † et primò , ꝗ
lex ſtatuat alimentorum tranſactionem, nec quidem
inter illos , quibus legata fuerunt , ualere poſſe . d.
§. ſi vni . quoniam ea ſpecie , quod inter extraneos
prohibetur, optimo iure etiam inter conſortes , ue-
titum eſſe intelligitur.Glo.& Bartol.d.l.ſi vni.cùm
ſemper eadem uigeat prohibitionis ipſius ratio,nẽ-
pè , ne illi , quibus alimenta relicta ſunt, fame peri-
rent : diuerſum ergo ius conſtitui non debet . l. ita
vulneratus.ff. ad legem Aquiliam , & l. Titio . ff. de
uerbor. obligat. meritò ergo rectè Cunei rationem
Bart.Ang.Salic.& Caſtren.diluunt.d.§.ſi vni, & d.§.
duo fratres, quicquid ſenſerint Alberic.& Bald.vn-
de , cùm in ſpecie noſtra eadem non uigeat aliena-
tionis prohibitæ ratio,quippè quòd inter conſortes
aliena-

alienetur.d.l.iij. & Bartol. d.l. & ideò, & d.l.j.C.de
impon.lucr. deſcr. præſertim, cùm in ſingulos vni-
uerſitatis obligatę alienatum proponatur.d.l.in tan-
tùm.§.vniuerſitatis.ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomi.
conſequens eſt ex diuerſis non ritè inferri.l.Papinia-
nus exuli.ff.de mino.l.naturaliter.§.nihil commune.
ff.de acqnir.poſſeſs.& l.inter.§.ſacram, in fine.ff.de
uerbor.oblig.

40 Secundò † non urget, quòd Diuorum Marci &
Antonini oratione cautum exiſtimetur, eo quoque
caſu minorum bona abſque Prætoris decreto aliena-
ri nō poſſe, cùm inter ipſos minores fratres di... hi
contingat. toto titu.ff. de rebus eorum. & d.l.ſi pu-
pillorum. eod. titu. quia diuerſitatia expedita ratio
eſſe uidetur, ne ætas illa conſilij inops, frandibuaùe
obnoxia, facilè ſua iactet. l.j.ff.de minor.& toto titu.
ff.de in integr.reſtitu.vnde cùm nihil differat an pu-
pillus à conſanguineo, an autem ab extraneo cir-
cumueniatur. dict.l.illud.ff.ad legem Aquil. argum.
l.mulier.ff.ad Senatuſconſul.Trebel. conſeqnens eſt
in præſenti negotio rationem huiuſmodi nihil quid-
quam obeſſe.

Tertiò non urget, quòd rationia fragilitas obti-
ciatur. Alexand.d.l.ſi domns.§.fin. & Iaſ. d.l.iij.nu.
cxvj.quia reſpondeo, illam ipſam nō ſolùm propriis
uiribus, ucrùm etiam plurium authoritate ſuſtineri.
cur enim dn̄i interſit huiuſmodi emphyteotas inui-
cem alienaſſe, cùm ſemper ex prioris conceſaionis
contractu illos obnoxios habeatur? in Spec. de em-
phyte. in princip. atque eos ad canonis ſolutionem
compellere poſsit. inſtit.de obliga.in principio, & l.
41 licèt.§.ea autem. ff. de procura. † Pręterea & maio-
rum auctoritate huiuſmodi opinio ita munitur, ut
in indicando ab ea nullo pacto recedendum uidea-
tur.l.prima.ff.de offic.Præfe.Quæſt.ibi, & ſanè cre-
brior.& d.l.ſi idem.ff.de iuriſdi.omn.iudi. ubi Do-
cto.& c.capellanus, de fer.& c.ne innitaris, de cōſtit.
nec dubium eſſe poteſt, quin ſententia hęc receptior
eſſe intelligatur; quam defendit Suzarias, & Angelus
de Peruſio, & Petrus de Peruſio, & Cald.d.conſi.x.&
Io.And.d.§.nunc aliqua, uetuſtiſsimi Doctores: qui-
bus ſubſcribunt Bart. Ange. Imol. Caſt. & Salicetus,
Imol.d.c.cùm Apoſtolica. Ange.& Caſtr.d.§.ſi vni,
Salice.dict.l.ij.C.de condit. ob cau.quod facilius in
præſenti ſpecie fateri oportet, in qua vniuerſitas ip-
ſa ſub annuo canone fuerit inueſtita, quo ſoluto ab
ipſius ſyndico Epiſcopus ipſe conqueri non poteſt.
l.bona fides.ff.de regu.iur.alienatione inter vniuer-
ſitatis membra ſequuta.d.l.j.ff. quod cuiuſq; uniuer.
nomi.& Bar.d.§.vniuerſitatis, quocircà à propoſita
petitione Epiſcopi, ſyndicua prorſus repelli debet.

Quartò non urget, quòd ſimpliciter lex ipſa pro-
hibeat emphyteoticarum rerum alienationem abſq;
domini conſenſu.d.l.iij. & d.c.potuit, loca. & iccir-
cò generaliter intelligendam.d.l.j.§. generaliter in-
telligendam.d.l.j.§.generaliter.& d.c.ſi Romanorū,
42 xvj.diſtin. † Reſpondeo, quamlibet legis generalem
conceptionem eatenus reſtringendam, quatenus ra-
tio ipſa ſuadet.l.j.§.lex autē.ff.ad leg.Falci. ubi Bar.
Alex.& Iaſ.& l.j.§.nuntiatio.ff.de noui ope.nuntia.
Glo.in l.ij.C.ſine cenſ. uel reliq. quare dici conſue-
43 uit, † uerba ipſa ſecundum ſubiecti argumenti ra-
tionem intelligenda eſſe.l.ſi vno.ff.locat. & l. inſu-
lam.ff.de preſcri.uerb.& cap.penul.de iniur.& dam.
dat.cùm enim ratio ipſa legis norma ſit.cap.ultimo,
de regul.iur.in vi.c.quia in tantùm, de ſimon.& eius
ipſius habenas moderari conſueuit. l.cùm pater.§.
dulciſsimis.ff.de leg.ij.& l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolut.
matrimo.ubi Imol.& Ponta.Bart. & Bald.l.non du-
bium.C.de legib. cùm igitur ratio cur lex emphyteo
tica bona abſque domini conſenſu alienari prohi-
bet, hoc ipſo caſu ceſſet, cùm alienatio inter ipſos
emphyteotas facta proponatur, & ipſiua quoque le-
gis diſpoſitio uigere non debet. dict.l. adigere.§.
quamuis.ff.de iure patrou. & dict.cap.cùm ceſſante,
de appellation.

Poſtremò non urget, quod ex ipſius inueſtituræ
forma etiam inter ipſos conſortes alienatio prohibi-
ta uideatur, dum in inueſtitura facta de anno Domi-
ni Mccccaxa. dicat, alienationea huiuſmodi nō fie-
44 ri, maaimè in Comitem, Valuaſorem etc. † dictio
nāq; illa maximè, implicare uidetur, ut nec ēt inter
conſortes alienari poſsit. Reſpondeo, dictiones hu-
iuſmodi ſecundum actus ipſius naturam intelligi de-
bere.d.l. ſi ſtipulatus.ff.de uſur.& d.l.ſi vno ff.loc.&
Bal.l.fi.C.de reb.Eccle.& l.fi.C.de non nume.pecu.
quare uerba huiuſmodi extraneos tantùm eacludere
uidentur, non autem conſortes uniuerſitatis ipſius
membra. Bart.d.§.uniuerſitatis.

45 Et ſi diceres, † contrahentium uerba ſuperflua
eſſe non debere.l.ſi,quando.ff. de leg.j. & cap. ſi Pa-
pa, de priuileg.in ſexto.quod Bald. docuit rubri. C.
de contrahen. enipt. quęſtione nona, & Angelus.l.
ædem.C.locat. Reſpondeo, latis inueſtituræ uerba
operari.quia ſi emphyteotæ ſingulis extraneis diſtra
here uellent, Epiſcopus ipſe præferendua eſſet, mi-
nus etiam communi pretio ſoluens. d.c. potuit. ubi
Butr. Ancha.& Abb.& ſi id abſq; illius conſenſu fie-
ret, uendēs à iure ſuo, ſi dominus uellet, cecidiſſe ui-
deretnr.d.l.iij.

Item & uerba illa in inueſtituris appoſita, uidelì-
cèt, q̄ ille in quem ſit facta alienatio, debeat inueſti-
turam accipere, aliàs à iure ſuo cadat: intelligi dēnt,
quando alienatio in eatraneum fieret, non in aliquē
de ipſa vniuerſitate, quia pars illius eſſe intelligitur.
d.§.vniuerſitatis. ubi Bart. quæ interpretatio legiti-
ma eſſe illinc oſtenditur, q̄ pro vnico annuo canone
uidelicèt vno aureo, in vno eodemq; inſtrumento fa
cta ſit ipſi vniuerſitati ac ſingulis illius hominibus re-
nouatio; vnde patet ſingulares inueſtituras nullo mō
46 neceſſarias eſſe. † quod ēt ab eo tempore cuius initij
memoria non exiſtit, obſeruatum fuiſſe mihi propo
nitur, vnde nunc quicquam innouari non deber.cap.
ſuper quibuſdam.§.præterea.ff.de uerbo.lig.& l.hoc
iure.§.ductus.ff.de aq.quot.& æſt.cum aliis ſimili-
busi niſi à quibuſdam forenſibus, qui paulò ante Ba-
gnariam commigrarunt, & ſingulares inueſtituras
acceperunt, quas in corpore vniuerſitatis eaiſtentes,
accipere non tenentur, tùm quia iam inueſtiti ſint,
47 † tū q̄ paucorum factum vniuerſitati obeſſe nō de-
bet.argu.l.ſi vnus.§.illud. & §.ante oīa.ff. de pact. &
Doct.l.de quibus.C.de legib. qđ multò fortius uerū
eſſe cēſendū eſt, cū Ep̄s ipſe certò ſciuerit huiuſmo-
di alienationes factas fuiſſe, & nihilominus annuum

cenſum ſingulis annis receperit. d.l. ſecunda, & d.c.
48 potuit, ubi Docto. & Caſtren. conſil.ciij. † Nam & qui ex facto conſenſus colligitur, non obſcurus exiſtimari ſolet.cap.dilecti.il ſecundo,de appellation.& l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædil.edict.& plures adducit Decius in l.vult hæres.ff.de reg.iur.nume.vj. & Abbas conſ.cxvij. egregiè docuit. Quamobrem concludendum eſt, Epiſcopum ipſum repellendum eſſe, dum contendit ſingulos hoſce emphyteotas à iure ſuo cecidiſſe, diffiniri; quòd abſque eius conſenſu alienauerint: quippè quòd inter ipſos id fieri poſſe, iuris rationem dictare ſuperius oſtenſum ſit: & iccircò eundem compellendum inueſtituras ipſas ſecundum ueterum formam facere debere: quod,& iuſtus decernat iudex, faxit gratia Chriſti Domini noſtri. Amen. Patauij. Kal. Aprilis, 1547.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Simulationem contractus, qui deducit, illam probare obſtringitur.*
2 *Confeſſio probationem omnem ſuperat.*
3 *Simulatio contractus quomodo arguatur, & uide numero 8. & 10.*
4 *Veritas ſemper præferenda.*
5 *Præſumptio eſt pro inſtrumento.*
6 *Simulatio non facilè præſumitur, niſi cauſa unde proficiſcatur appareat.*
7 *Reſcripto narrata probari debent.*
9 *Simulationis ad præludia, quæ pertinent, probanda eſſe.*
11 *Coniectura fortior aliam debiliorem elidit.*
12 *Venditionis contractus an ſit nullus, ſi pretium deficiat.*
13 *Iuramentum an tollat contractus ſimulationem opponi poſſe.*
14 *Clauſula, omnia & ſingula uera eſſe, in contractu appoſita, operatur, ut non poſſit opponi exceptio ſimulationis.*
15 *Relationis uirtus à relati diſpoſitione demetiri ſolet. et uide nu. 19.*
16 *Subſcriptio operatur, ac ſi tota ſcriptura manu ſubſcribentis confecta fuerit.*
17 *Subſcribens præſumitur cognitionem habuiſſe omnium, quæ in ſcriptura continentur.*
18 *Subſcribens ſi propriam recognoſcat manum, teſtes ſuperflui exiſtimantur.*
20 *Aequalitas in iudicijs maximè obſeruanda eſt.*
21 *Conditio in ſententia expreſſa ad unguem obſeruari debet.*
22 *Exequutio nullius eſt roboris facta appellatione pendente.*
23 *Attentata, appellatione pendente illicò retractanda eſſe.*
24 *Expenſas ſoluere debet temerarius litigator.*

CONSILIVM LXVI.

SPIRITVS SANCTVS ILLVMINET intellectum, vt vera conſulere valeam.

NEMINI dubium uideri debet,
1 † quin is, qui contractus ſimulationem deducit, eius ipſius qualitatem probare teneatur; quemadmodum & vniuerſas alias ad agentis intentionem pertinentes. l. ei qui.ff.de probation.& l.qui accuſare.C.de eden.& l. actor. C.de probat.cap.in præſentia,eod.titu.& cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cau.poſſ.& propri. unde & Aduocatus atque cauſarum ipſarum patronus inſtrui ſolet, ut ſimulationis ipſius ſpeciem explicet, atque eam probet. Bald.Fulgoſ.& Salicet.l.ab Anaſtaſio.C.manda.in fine.Caſtr.l.fin.C.plus ual.quod agi. & Angel.inſtit.de except. & reſpondit Bartolus conſi. ſexageſimoquinto, Petrus Nicolæ, alioquin ueluti in eius intentione probanda defecerit, ſuccumberet.d.l.ei qui.& docuit Decius in l.imaginaria, in fin.ff.de regu. iur. Quocirca, cùm in præſenti negotio in ipſo ſupplici libello Principi referatur prædium hoc fictè & imaginariè uenditum fuiſſe, ut fructus illius à quibuſdam exulibus defenderentur, ſanè ſimulationis ſpeciem clarè probatam fuiſſe uidetur. Barto.d.conſi.Petrus,uerſic.tertio modo.& d. l.nuda, de contrahen. empt. & l. ſimulatè.ff. de ritu nuptiarum.& l.emptor.ff.de aqua pluu. arcen. & d. l.imaginaria.ff.de regul. iur. partes enim ipſæ uenditionem finxerunt, aliud re ipſa agentes: unde legiſlator decidit in iuribus ſuperius adductis contractum ipſum ſimulatum exiſtimari.

Secundò & ſimulationis qualitatem inde probatam fuiſſe uidetur, quòd aduerſarij confeſſio quædam producta proponitur, quæ continet eiuſdem prædij nullá re ipſa ſummam ipſum dominum uen-
2 ditorem recepiſſe: † cuius ſanè confeſſionis uirtus probationum omnium uim anteire ſolet. l.proinde. ff.ad legem Aquiliam.& l.j.C.de confeſs.& authen. ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nupt. & l. generaliter.C.de non nume.pec.& Iaſon l.cùm te.C. de trãſact. Idque potiſsimùm, cùm huiuſmodi confeſſio nõnullis atteſtationibus munita uideatur, inter quas Baptiſta Romanus iuratus depoſuit, pecuniam illam, quæ loco demonſtrationis oſtenſa fuit, à domi-
3 no uenditore repoſitam non fuiſſe, † quippè quòd idem teſtis illicò illam adſportauerit: vnde contractus imaginarius arguitur.d.l. imaginaria,& d.l.nuda, cum aliis ſuperius adductis. Vnde, cùm pretiũ ipſum in hoc contractu emptionis uerè non interuenerit, conſequens eſt, illam ipſam fictam ac ſimulatam exiſtimari debere.§.pretium,inſtit.de empt.& l.pacta.ff.de contrahen.empt.& Decius plures adducit d.l.imaginaria.atque Cagnol.vnde uideretur cõcludendum ſententiam ipſam iam latam omninò cõfirmari debere.

Verùm, ne hæc uera non ſint, non parum ambi-
4 go,† ueritas enim cuicunque affectioni præferri debet.

bet.l.cùm ita legatum ſit.ff.de condit.& demonſt.&
c.cùm æterni,de re iud.in vj.& l. rē non nouā. C. de
iudic.unde inſtrumentum hoc, de quo in pręſenti
negotio agitur aliqua fictione non laboraſſe uerius
5 eſſe uidetur : † cùm lex pro illis non parum præſu-
mere conſueuerit.l.cùm precibus.C.de probati. ubi
Bart.& Bald.& l.optimam.C.de contrah.ſtipulá. &
§.item uerborum,inſt.de inutilib.ſtipul.& §. fin.in-
ſtitut.de fideiuſſ.& §.ſi uerùm moriatur,in auth. de
inſtru.caut.& fid.& Innoc.in c.cùm Ioannes,& c.ſi
cautio,de fide inſtrum.& Iaſ.l.ſi poſt diuiſionem.C.
de iuris & fact.igno.et cùm præſumptio hęc eliſa nō
fuerit,conſequens eſt adhuc inſtrumentum legitimè
confectum intelligi : arg.c.illa uos,cum Glo.uerſ.ex
forma,extra de pigno.& c.in ciuitate, cum Gloſſ.in
uerbo ex forma,de uſur.& l.fideiuſſores. §. pro Au-
relio. ff. de fideiuſſ. & Iaſ. l. ſi quis ſtipulatus. ff. de
6 uerbo.oblig.† Nec enim facilè ſimulatio oſtenſa cē-
ſeri debet,niſi cauſa unde proficiſcitur appareat. l. ſi
mulier,in princip. ff. rer.amotar.& l.ſi maritus. §.fi.
ff.qui & à quib.& c.fin.de tenun.in vj.quod Bartho-
lomęus Veronenſis copioſè pertractat in tract.de ſi-
mul.contract.in vj.caſu principali,& Bartol.d.conſi.
Petrus Nicolæ,ad finem,& Caſtren. l.iurisgentium,
ff.de pact.Bald.Fulgoſ.& Salicet. l.i.& l.iii. C. plus
ual.quod agitur.

Non mouet, quòd in ſupplici libello narratū ſit,
prædium ipſum ea intentione traditum fuiſſe, ut ab
exulibus ipſi fructus defenderentur.quia hoc ipſum
7 dilucidè probandum fuerat, † quemadmodum &
alia in ſupplici libello narrata. quod Abb. Felin. &
Decius docuerunt in c.conſtitutus,uerſi.item nota,
de reſcript.Quare,cùm in facto conſiſtentia proba-
tionis adminiculo egeant.d.l.qui accuſare,& l.actor.
C.de probat.& c.i.ut eccleſiaſtica beneficia. c. cum
ad ſedem,de reſt.ſpol.§.nos etenim.conſequens eſt,
ſimpliciter relata in ipſo ſupplici libello,narranti ꝓ-
deſſe, ac aliis obeſſe non debere.arg. l. exemplo. C.
de probat.ubi Doct.

8 Et quanuis † pecunię reſtitutio probetur, non ic-
circò contractus ſimulationem probatam fuiſſe cen-
ſeri debet.quod Bar.docuit Caſtr.& Alex.l.ſingula-
ria.ff.ſi cert.pet.nu.xxiiii.& ibi Alex.num.xxxiii. &
receptiſsimum eſt,niſi fortè probaretur id ab initio
partes egiſſe,ut pretium numerari fingeretur, quod
poſtmodum breui manu reſtitueretur.Cùm ergò nō
fuerit deductum,ſeu (ut uulgò loquuntur) capitu-
latum atque probatum partes ipſas de pretio reſti-
tuendo egiſſe, id ipſum in dubio præſumi non de-
bet.l.quoties, de uerb.obl.& l.ſi quis duos, ubi Bar.
ff.de ſolut.

9 Non omitto † quæ ad ſimulationis pręludia per-
tinent, probanda quoque fuiſſe : quod Bal. docuit. l.
i.x.q. C.ſi ſeru.exter.& Alex.l.Lucius, la ij. depoſi.
& conſi.lxxvii.in iiii. & xxix. in vii. ſecus ſi poſt
emptionem de pretij reſtitutione cōueniſſent.Alex.
d.conſi.xxix.in vii.& Ang.§.actionum,circa fi. uerſ.
quid ſi inſtrumento dicatur, quòd dictum pretium
habuit & recepit. ſingulare enim pecuniæ ſolutio
hoc habet,ut in cauſam depoſiti,uel commodati,uel
mutui conuerti poſsit.l.ſi tibi pecuniam. & d.l. ſin-
10 gularia,ubi Bart,uerſ.ſed quęro.ff.ſi cer.pet. † & ic-
circò reſtitutio hæc, licèt alquam præſumptionem
faceret,nihilominus ad plenam ſimulationis proba-
tionem non ſufficit,cùm ei rei ſecundum receptiorē
doctorum ſententiam plures coniecturæ requiran-
tur.quod Socinus ipſe reſpondit conſ.ccxlviij.ij.uo.
& Cępolla in d.tract.de ſimul.contract.unde unica
hęc coniectura non ſufficit, cùm plures requirātur.
arg.l.ſiue poſsidetis,C.de probat.& Bal.l.j.uerſ. ſed
11 contrà.C.de legit.hęred. † fortior enim coniectura
debiliorem elidit,& plures unicam uincunt. l. Di-
uus.ff.de reſt.in integ.& c.nō eſt ueriſimile, de prę-
ſump.& c.j.de treg.& pac.& auct.itaque. C. comm.
de ſucceſ.& l.Baſilia.ff.ad Senatuſconſ.Trebell.

12 Secundò non urget,† quòd contendatur pretium
ipſum defuiſſe, & ideò contractum nullum exiſti-
mari.quia reſpondeo,ſufficere ex partium conſenſu
illud adfuiſſe cenſeri.l.quod uendidi.ff.de contrah.
empt.& §.uenditæ.inſt.de rer.diuiſ.& inſt. de obli.
quę ex conſen.in princ.& inſt.de emp.& uend.ubi
Angel.& Portius.Quam ſanè conuentionem ex le-
gitimo conſenſu partium pręiuiſſe,probata reſtitu-
tio infert.arg.l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.& l.
decem.ff.de uerbo.obligat.& Bald.d.l.per diuerſas
in fin.C.manda.

13 Rurſus, † cùm huiuſmodi contractus iuramenti
uinculo munitus proponatur,uix in eo ulla ſimula-
tionis ſuſpicio ſubſiſtere poteſt.arg.c.cùm cōtingat,
de iureiur.c.quamuis,de pact.in vj.& docuit Vitalis
in tract.clauſ.ſub rubr.An iur̄m firmet contractum
14 ſimulatum, † & maximè,cùm hîc iuratū fuerit om-
nis & ſingula in hoc ipſo contractu contenta uera
eſſe, unde ſimulationem excipiens à periurij nota
immunis non ſit,quare reiici debeat.Imo.c.cùm cō-
tingat,charta xxiii.nu.lxxx.ubi But.uerſ. octauus ca
ſus.& Imo.l.nemo poteſt,in iij.colum. ff. de leg.j.&
Caſtr.d.l.fin.C.plus ualere quod agi.& Alex.conſil.
xxxvi.& cxxxii.in fin. in ii. uol. Illud quoq; ſilentio
non inuoluam quòd in ipſo proceſſu conſtet domi-
no emptori ſatisfactum fuiſſe, cùm ex duobus eius
chirographis ſibi pretium huiuſmodi ſolutum eſſe
conſiteatur, unde nunc eo nomine tergiuerſari ne-
queat.l.ſi conſtat.& l.fin.C.de compenſat. & §.i.in-
ſtit.de except.

Nec mouet, generalem ſubſcriptionem ſubeſſe
contendi,nec ullam teſtium eſſe ſubſcriptionem, ut
iuris ratio ſuadere uidetur. l. comparationes. C. de
15 fid.inſtrum.ubi Bal.† itemque quòd relationis uir-
tus à relati diſpoſitione dimetiri ſoleat. auct. ſi quis
in aliquo.C.de eden.& l.i.§.lex autem.C. ad l. Falci.
16 quia reſpondeo,† ſubſcriptionem ipſam non minus
operari, etiam generalem,quàm ſi tota ſcriptura ſub
ſcribentis manu confecta fuiſſet. Bar.l.emptor.§.Lu-
cius.ff.de pac.& Iaſ.d.auct.ſi quis in aliquo, & An-
ge.§.idem,inſt.de excep.& Alex.conſil. cxlvi. in ii.
uol.quòd cùm receptius ſit,aliter diiudicari nō de-
bet.l.i.uerſi.& ſanè crebrior,de offic.Quæſt. Felin.
& Deci.c.i.& c.ne innitaris,de conſtit.

Non urget,dominum emptorē aſſeuerare, quòd
ſcripturam illam non legerit,quia qualitatem huiuſ-
modi intētionis eius fundamentum reſpicientē pro-
bare debeat.Bart.l.in illa:nu.v.ff.de uerbo.obligati.
& Alexan.l.quę dotis.nu.xxvi. ff. ſol.matr.& Caſtr.

conſil.

17 conſil.cccl.De caſu præſenti. † Quare traditum ſit,
ſubſcribentem cenſeri cognitionem habuiſſe om-
nium,quæ in ipſa ſcriptura continentur.Bar.l.ſicut.
§.non uidetur,in princ.ff.quib.mod. pign. & Alexã.
d.conſi.cxlvj.unde quòd in ipſa ſubſcriptione dece-
ptionem interueniſſe allegatur , probari debuerat.
Bart.l.j.§.ſi quis neget, uerſi.quæro quid ſi inſtru-
18 mentum.ff.quemadmodum teſtamen. aperian. † &
cùm ſubſcribẽs propriam manum recognouerit, te-
ſtes ſuperflui exiſtimantur. Barto.l.admonendi, nu.
aavi.uerſic.circa primum.ff.de iureiur.& l. ſcriptu-
ras.C.qui potiores in pigno.& Alex.conſil. lxj,in v.
quod & in teſtamento , Bart.docuit l.nuda.nu.vj.&
Bar.in auct.de inſtr.cau.& fid.in fi.Cin.Ange.& Sa-
lic.d.l.ſcripturas.But.& Abb.d.c.ij.
19 Minus mouet, † quòd de relatione traditum eſt,
quia inter eaſdem perſonas abſque relatæ ſcripturæ
productione referenti plena fides habetur.l.optimã.
C.de cõtrah.& comm. ſtip. & d.auctẽn.ſi quis,ubi
Barto.uerſ.uenio ad aliam. & Feli.c.ex parte,nu.vii.
de reſcrip. & Alex.conſi.l.in v.
Tandem nõ urget,quòd acceptatio negetur : quia
ratio hæc futilis conſtat , cùm eiuſdem manu ſcriptũ
fuerit atque ſubſcriptum.l.ſi filius familiàs.ff.ad Ma-
cedon.ubi Bar.& l.quo enim.ff.rem rat.hab.& Bal.
rubr.C.de fid.inſtr.& Alexan.d.conſi.lviij. Ex qui-
bus patet etiam quò ad petitionem pretij agentẽ cõ-
penſationis ope repelli poſſe.d.l.ſi conſtat,& d. l. fi.
quare quod inique iudicatum eſt,cõtractum huiuſ-
modi ſimulatum eſſe,reuocari debet.l.iiij. §. condẽ-
natum. ff. de re iudic. & ab exequutione ſuperſederi
debuit,toto tit.appell.pend.nil.inno.idq́ue præfec-
tim,cùm ea lege promulgata ſit,ut dominus uendi-
tor ſummas de quibus in ipſis chirographis mentio
fiat,dominus ipſe Scipio ꝑſolueret:unde exequutiua
20 hęc iudicia pari paſſu ambulare debent, † ne aliàs
inęqualitas induceretur,quod,potiſsimùm in iudi-
ciis abſurdum eſt.l.ut liberis,& l.illam. C.de collat.
& l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.c.non debet, de reg.
21 iur.in vj.ubi Din.& cęteri.† expreſſa enim in ſentẽ-
tia conditio ad unguem adimpleri debet.l.qui fuerit
& l.Męuius.ff.de condit.& demonſt.unde probatur
huius ipſius exequutionis conceſsionem aduerſus
iuris rationẽ conceſſam fuiſſe.l.à diuo Pio.§.in uen-
ditione.ff.de rei iud.Innoc.c.ex ratione,de appellat.
Bart.l,de uno quoque.ff. de re iudica. & l. meminę-
rint,C.de iudic.& tradunt omnes in c.non ſolùm,de
appellat.in vj.ubi Geminian.& Francus.ubi conclu-
22 dunt,† exequutionem pendente appellatione con-
ceſſam nullius eſſe authoritatis : & præſertim aduer-
ſus eum, qui admonitus non fuerit : quod naturalis
iuris ratio non patitur.Clem.paſtoralis, de re iudic.
uerſ.cęterùm,tradũt omnes in d.c.quę in eccleſiarũ,
de conſti.in primo membro theoricæ Panormitani.
23 † unde illicò retractari debet quicquid attentatum
eſt.l.j.C.de exeq.rei iud.l.appellatione.C.de appel.
Barto.l.addictos.& l.ab exequutione.C. quor. app.
& c.dilecti,de appellat.& c.uenientes , in fin. de iu-
reiuran.& d.c.non ſolùm, ubi Gloſ.de appellat.in
24 vj.& l.chirographis.§.j.ff.de admin.tut. † & temeri-
tatis nomine dominus ipſe uenditor in expenſis om-
nibus condemnari debet.l.eum quem temerè. ff. de

iudic.ubi Angel.& clemen.ſæpe,de uerbo.ſignif.ubi
Francus in uerbo ea penſam,& Georgius Natta.
Laus Deo,Patauij,Pridię Kal.Iulij 1545.
Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ratihabitionis promiſſio an æquiparetur ſponſio-
ni illi , cùm quis promittat ſe facturum & curatu-
rum, etc.*
2 *Promittens de rato ſi ante moram ex parte ſua adim-
pleuit,liberatur.*
3 *Promittens de rato in mora dicitur eſſe , ſi quàm pri-
mùm poteſt non faciat,ut ille ratum habeat,licèt in-
terpellatus non fuerit.*
4 *Promittens factum alienum,ſi non adimpletur,ad inte-
reſſe ſoluendum compellendus eſt.*
5 *Stipulatio pœnalis non nouat præcedẽtem obligationẽ.*
6 *Periurus omni caret contractus commodo.*
7 *Fideiuſſoris præſtatio quando aliquem non liberet.*
8 *Emptor reſiduum pretij retinere poteſt,nec illud ſolue-
re,ſi uenditor promiſſa non adimpleuit.*
9 *Vltima derogant prioribus.*
10 *Promiſſio ſimpliciter facta ſecundum præcedentem in-
telligi debet.*

CONSILIVM LXVII.

SANCTISSIMAE TRINITATIS auxilio ſemper inuocato.

MARITVS nomine ſuo & uxoris
prædium diſtrahens , illam ipſam
uẽditionem huiuſmodi ratam ha-
bituram iuramento ſpopõdit,aliàs
de ſuo teneri uelle promiſit. Quæ-
ſitum eſt , nũquid ad emptoris in-
ſtantiam promiſſor huiuſmodi adimplere cogatur,
alioquin pœna ipſa aduerſus illum commiſſa cen-
ſeatur?

RESPONDI.

1 RAtihabitionis † huiuſmodi ſponſionem pro-
miſsioni illi æquiparari ſeſe facturum cura-
turumùe etc.l.quoties quis,de uerbo. oblig.
Alex.Iaſ.& Aleia.l.ſtipulationes non diuiduntur, de
uerbo.oblig.in princ.unde huiuſmodi promiſsio ꝓ-
prij facti,non autem alieni uinculum inferre uide-
tur.l.ſtipulatio iſta,& l.inter ſtipulantem, in princi.
ff.de uerbo.oblig.& §.ſi quis alium,inſt.de inut.ſti-
pul.quod ſingulari iure in hac ratihabitionis ſpon-
ſione introductum exiſtimatur : ſicut, cùm quis facti
proprii promiſsioni iuramentum ipſum adieciſſet.
Glo.& Doct.l.ij.ff.de ſponſal.Ang.& Imo.d. l.inter
ſtipulantem.Rom.& Alex.in d.l.ſtipulatio iſta, & l.
qui ante.§.j.de conſt.Princ.
Præterea,qui hoc pacto promiſit , ſi ante moram
ex parte ſua adimpleuit,liberatur,ſi nolit ratum ha-
bere.Glo.c.ex reſcripto,de iureiuran.But.& Abb.c.
Gemma,de ſponſal.& Glo.in c.ſpecie literis.eo.tit.
3 † Moram autem hoc caſu interueniſſe diiudicamus,
ſi non

ſi non faciat, ut nxor quàmprimùm pôt, ratû habeat,
licèt non fuerit interpellatus. Bal. c. j. §. ad hæc, in tit.
hic fini. lex Coerad. quod & Alex. & Are. docuerunt.
l. quod te, ſi cer. pet. Are. l. ſi itē ſtipulatus. §. poſſum.
4 ff. de uerbo. oblig. † unde maritus hiuſmodi qui fa-
ctum promiſſum non adimpleuit, quod ſtipulatoris
intereſt, perſoluere compellitur. d. l. qui ante. §. i. &
l. ſi procurator. ff. rem rat. haber. & d. l. ſtipulationes
non diuiduntur. uerſ. Celſus. ff. de verbo. oblig. & l. ſi
quis ab alio. §. fin. ff. de re iud. & Bald. docuit. l. pacta
quę. C. de pact. Guiliel. & Alex. l. iurisgentium. §. ſed
cùm nulla, eo. tit.

5 Nec † ulla cenſeri poteſt inducta nouatio ex com-
miſſione obligationis ad id, quod intereſt: quia cùm
ex cauſa oneroſa maritus ipſe teneatur, utrumque
adimplere cōpelli debeat. l. ſi quis à ſocio. ff. pro ſoc.
& l. prædia. ff. de actio. emp. & Bar. l. item ſtipulatus.
ff. de uerb. oblig. in prima oppoſitione. & d. l. ſtipu-
lationes, q. ix. nam ſi uerba illa de ſuo teneri, impor-
tarent, quòd uxore nolente ratum habere, ipſum ue-
lit teneri, promiſſio hęc pœnæ nomine facta cenſe-
retur. l. ſi pœnæ. ff. quan. dies leg. ced. l. j. §. item ſi ita.
ff. ad leg. Falcid. & ſi mulier ageret exceptione repel-
li poſſet, quòd ex parte ſua non adimpleuiſſet. Bar. d.
l. ſtipulationes. ix. q. princ. & l. Iulianus. §. offerri. ff.
de actio. emp. tenetur ergo ad id quod emptor ele-
6 gerit. l. ſi poſt perfectam. C. de euictio. † alioquin ma
ritus ipſe ueluti periurus omni commodo cōtractus
carere uidetur. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & l. ſi ex
7 lege. ff. de uerbo. oblig. † nec ſufficeret fideiuſſoria
ipſius præſtatio, quia nec eo caſu conſentire dicere-
tur. Aret. l. in inuitum. ff. de ſeruit. urban. præd. quē-
admodum cùm promiſiſſet emptorem ſecurum fa-
cere. Glo. Bart. Alex. l. j. ff. qui ſatiſd. cog. cùm ergo
datus ſit iam ſemel fideiuſſor, tenetur maritus cura-
8 re, ut illa renunciet, † aliàs emptor pretii reſiduū nu-
merare non cogitur. Bartol. d. l. Iulianus. §. offerri. ff.
de actio. emp. Doct. l. cùm proponas. C. de pact. la ij.
Alex. l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquir.
poſſ. quod Soci. ex facto conſultus reſpondiſſe uide-
tur, conſi. cclxxiij. in prin. uol. iij. Quamuis dici poſ-
ſet, cùm dixerit maritus de ſuo uelle teneri, intelli-
gendum eſſe, ideſt periculo ſuo. l. ii. C. qui accuſ. non
poſſ. & l. cum ſeruo. C. de contrah. empt. & l. ſi is. §.
quod ſi ſeruus. ff. de acquir. rer. dom. ut ſit ſenſus, ſi
9 illa ratam uenditionem nō habuerit, † ut ultima de-
rogent prioribus, ſecundum actionum ipſarum na-
turam. Bald. l. quidam. C. de iur. deliber. & Doct. l. ſi
mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. i. & l. ſi quis in
principio, eo. tit. licèt enim uerbū hoc in ſequenti-
bus repetitum non ſit, ſecundum tamen pręcedentē
diſpoſitionem intelligi debet. l. prætor. §. ſi initium.
ff. de eden. & Glo. l. quisquis, ubi Bart. de leg. iii. & l.
alia. ff. de condi. & demonſtr. & Alexand. conſil. li. in
iii. nō enim uériſimile eſt, ut quis tā repēte ſe ipſum
corrigere uoluerit. arg. l. nā ad ea. ff. de cōdi. & dem.
10 † promiſſio ergo ſimpliciter facta ſecundū pręcedē
tem intelligi debet. Bart. l. omnes populi, ff. de iuſti.
& iur. vi. q. princ. & Iaſ. l. Gallus. §. quidam recte. ff.
de lib. & poſth. & Soc. l. ij. §. creditum. ff. ſi cert. pet.
Laus Deo, Patauij, Kal. Martij, 1547.

Hęc raptim Portius Imolenſis,

SUMMARIUM.

1 ☞ *Societas an & quando quibuſde coniecturis inter fratres cohabitantes, poſt mortem patris inita cenſeatur. & per totum conſilium latiſſimè.*

2 *Ordo ille maximè probatur, qui ab uniuerſalibus ad particularia procedit.*

3 *Diſtinctiones, ſiue partitiones ad eruditionis perſpicuitatem multùm conferre.*

4 *Societatis diffinitio, ſeu potius deſcriptio. & multa de ſocietate, & nu. ſeq.*

5 *Societas qualiter eſſe debeat.*

6 *Socij an poſſint inter ſe conuentiones inæquales facere.*

7 *Societas non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè contrahi poteſt. & nu. 11.*

8 *Animus ex factis ipſis declaratur.*

9 *Societas ex cohabitatione, alijsq́; coniecturis contracta probatur.*

10 *Coniecturarum plurium concurſus plurimùm urget in ſtatu coniecturali.*

12 *Hæreditatis aditio, uel è contrà ex factis ipſis deprehenditur.*

13 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

14 *Societas reſpectu unius facti, putà uitius, per menſem contracta intelligitur.*

15 *Socius unus ſi plus expendit, ab altero non repetit. limitatur tamen.*

16 *Societas contracta alicuius mercimonij, non præſumitur ultra mercimonium illud extendi.*

17 *Societate inita duorum uel plurium negotiorum, qualiter lucri & quæſtus communio ſit facienda.*

18 *Societas generalis omnium bonorū tacitè inita eſſe cenſetur ob communicationem factam in uniuerſum.*

19 *Fratrum alter ſi mercaturam exerceat, alter uerò militiam, ſi contingat, utrumque ſibi obuenientia in cōmune conferre, quòd ſocietas contracta præſumatur & nu. 22. & 29. & 32.*

20 *Societatem cōtractam fuiſſe omnium bonorum ex quibus dignoſci poſſit.*

21 *Patruus & nepos ſi ſimul habitēt, & unus emerit fundum, quòd alteri communicare compellitur.*

22 *Socius unus ſi agriculturam exerceat, minusq́; lucretur, quàm alter, qui mercaturæ incurabit, uel domeſticæ rei, quòd nihilominus omnia lucra conferri inter eos debent, & ueluti communicata ea æqualiter diuidi. & uide ſupra nu. 19.*

23 *Societas inter fratres facilè præſumitur.*

24 *Fratri ſocietatem habenti cum altero fratre nō prodeſſe clandeſtinam emptionem à ſe factam.*

25 *Sociorum alter licèt emerit aliqua prædia proprio nomine, quòd nihilominus illa diuidenda ſunt inter omnes ſocios. & nu. 30.*

26 *Aeſtimi liber non probat rei ibidem deſcriptæ dominiū. fall. tamen.*

27 *Tex. in l. ſi inter uirum. C. de iure dot. declaratur.*

28 *Dos quomodo reſtituenda ſit, & an ualor rei dotalis uel ipſa res. & nu. præcedenti, ubi diſtinguitur.*

31 *Frater licèt feudū à Principe habuerit ea lege, ut fructus eius cum altero fratre non communicet, quòd nihilominus durante ſocietate teneatur.*

33 *Societate contracta omnium bonorum, utrum quæ ex*

maleficio

maleficio perſoluuntur, æqualiter ſint ſubſtinenda.
34 *Socius omnium bonorum filias de communi dotare uon poteſt.*
35 *Pater filium in Gymnaſio alere neceſſariò non compellitur, niſi ut in Grammatica ipſa erudiatur.*

CONSILIVM LXVIII.

QVI HOMINIS FORMAM ASSVMpſit Deus, & Crucifixus Chriſtus, ueritatis mihi ſpiritum tribuat, ut iuſtitiæ ſcopum attingere poſſim.

QV a præſens argumentum uariũ
1 & multiplex ſit, † an & quando,
quibusùe ſignis & cõiecturis poſt
mortem patris inter fratres cohabitantes
ea legis diſpoſitione ſocietas
contracta eſſe cenſeatur: ꝓpter
multiplices factorum ſpecies, in quibus uariæ
& diuerſæ coniecturæ conſiderari ſolent: & oppoſita
plerumque reſponſa reddita à ueteribus noſtris
fuiſſe uidentur: quod Anchar. aduertit conſi. ccciij.
Materia de qua quæritur. Quæ tamen effectu ipſo
conuenire intelligi poſſunt, cùm iuſtitiæ uirtus uel
in modico, ut Stagirita docuit, cõſiſtere dicatur. l. ſi
ea plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. ibi, in cauſa ius
poſitum eſt. Alber. & Florian. in ſecundo ſummario,
& l. ea eſt natura. ff. de reg. iur. ubi Cagn. nu. xxxiij.
quocircà nonnulla prius diſtinguenda decreui, quę
ad quæſtionis deciſionem pertinere uidentur, ut negotij
huius traditio facilior ac dilucidior reddatur.
§. ſed ne in primis, inſtit. de leg. Glo. l. j. ff. de excep.
2 dol. † ordo enim ille maximè probatur in tradendis
diſciplinis, qui ab uniuerſalibus ad ſingularia procedit,
primo cæli, ubi Auerr. Aphrodiſęus, & alij. &
l. j. ff. de iuſt. & iur. ubi omnes aduertunt, & l. j. ff. ſi
3 cer. pet. † unde diſtinctionum modus ac partitionũ
ipſarum ad eruditionis perſpicuitatẽ pertinere traditũ
eſt. Glo. §. i. inſti. de obliga. §. igitur, uerſ. partiri,
in procem. inſti. & Specul. in tit. de diſput. & allegat.
§. ii. nu. iii. & iiij. cùm ergo nullius ſubiecti qualitas
intelligi poſſit, niſi illius ſubſtantia euoluatur.
l. eius qui. ff. ſi cert. pet. unde bonitas fundi non extantis
perpendi non poteſt. l. ſi ſeruum. ff. de action.
emp. & tradunt Dialectici ex diffinitione qualitatũ
omnium ſubiecti diffiniti rem facilem reddi. quod
Bal. docuit in l. ij. C. de bon. poſſ. ſecun. tab.
4 Societas † autem, ut Azo poſt Arpinat. in ſumma
pro ſoc. & Glo. in rubr. inſti. eod. cenſetur duorum
pluriumùe honeſta conuentio, contracta ob commodiorem
uſum & uberriorem quæſtum. cui ſanè
deſcriptioni fortè poſſet addi, ęqualitate naturalis iuſtitiæ
inter eos ſeruata,

Sanè quòd conuentio huiuſmodi honeſta eſſe debeat,
ut iuſtitiæ conuenire uideatur: q̀ internam honeſtatis
conditionem requirit, aliàs ab ipſius legis
ratione diſcreparet. l. quod autem ea furto, & l. nec
prętermittendum. ff. pro ſoc. & l. prædones. ff. commu.
diuidun.
5 Rurſus, † quòd ſubiiciatur, ob cõmodiorẽ uſum
ſocietatem ipſam iniri, colligitur, leoninam non eſſe
ſocietatem, ſed iniquiſſimum quoddam conſpirationis
genus. l. ſi non fuerint. §. is coiri. & §. Ariſto.
ff. pro ſoc. non enim iuris rationi conuenit, ut inde
quis detrimentum recipiat, unde commodum ſentire
credidit. c. nonnullis, de reſcript. & arg. l. meminerint.
C. unde ui. ut ergo ſocietatis legitimæ finem
homines conſequantur, debet iudex & arbiter, atque
is qui ex facto reſpondet, honeſtatem ipſam internũ
legis condimẽtum præ oculis habere. nam, cùm fraternam
quandam inferat coniunctionem. l. utrum,
in princ. ff. pro ſoc. bonam fidem in ſummo requirit
ut Bal. reſpondit conſ. cclxxxiiij. in j. iccircò in conuentionibus
huiuſmodi contractus perpendendis
iudex bonus atque ęquus admodum eſſe debet. l. q̀d
enim. §. j. & l. in propoſita, & l. ſi ſocietatem mecum.
ff. pro ſoc. ut pactio ab ipſa ęquitate ſeiuncta ſocietatis
eſſentiam uitiet. d. l. ſi non fuerint. §. j. ibi, ſi modò
aliquid plus. & quamuis quandoq; traditum ſit,
6 † conuentionem huiuſmodi ſeruandam ſiue partes
ſint ęquales ſiue inęquales. d. l. ſi non fuerint. §. j. in j.
reſponſo, & §. j. inſti. eod. tit. id tamen intelligendũ
eſt, dummodò contrahentes aptis ipſi ſocietati conditionibus
adhæreant; ut Corne. interpretatur cõſil.
cclxvi. In hac conſultatione, in iii. aliàs ęqua non
exiſtimaretur.
7 Prætereà † omittendum non cenſui, ſocietatem
ipſam non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè contrahi
poſſe: ut inquiunt Bart. & Bald. in tract. de duob.
fratr. & l. ſi patruus. C. commu. utriuſq; iud. & An-
8 char. d. conſi. ccciij. † ſanè, cùm humanus ipſe animus
ex factis ipſis declaretur, quod Paulus Apoſt.
ipſe docuit, dum inquit: Et factis ipſis Chriſtũ negari.
c. exiſtimant, xj. q. j. & c. dilecti, il ij. de appell.
& l. naturalem. ff. de acquit. rer. dom. cum aliis adductis
à Decio in l. non uult hæres. ff. de reg. iur. num.
9 vi. † idcircò & ex ipſa cohabitatione & aliis coniecturis
legiſlatores ipſi ſocietatem iniri reſponderūt
l. qui admittitur. & l. planè. ff pro ſoc. & cùm præſumptionum
ipſarum coniecturæ quandoque ſint
leues, nonnunquam graues, aliquando & uiolentæ,
quippè cùm plura animum ipſum humanum ſocietatem
ipſam appetere declarant, ut Pontificiæ conſtitutionis
deciſio ſuadere uidetur. c. inquiſitionẽ,
de ſent. excom. & Doct. in rub. & c. adferte, de præſumpt.
& c. literis, & eod. tit. & l. ſi mulier. ff. de reb.
dub. icircò uiſum eſt Ancharano ut ſuprà, diuerſa
hoc negotio plerunque reſponſa à ueteribus noſtris
reddita fuiſſe. nam & Accurſ. pluribus concurrentibus
ſocietatem ipſam coiri facilius præſumendũ exi-
10 ſtimauit. c. illud, uerſicu. fama loci. de præſump. † in
ſtatu enim coniecturali plurium qualitatum cõcurſus
admodum urgere ſolet. Barto. l. ſpadonẽ. §. ætas.
ff. de excuſat. tut. & l. de quęſtione. §. tormenta. ff. de
quæſtionib. & Bal. l. filium diffinimus. ff. de his qui
ſunt ſui uel alie. iur.

At ſi contingat expreſſam oſtendi ſocietatem deprehendendi
coniecturas, difficultas quidem omnis
ceſſat. l. continuus. ff. de uerbo obligat. §. cùm ita, &
l. illi aut illi. §. cùm in uerbis ff. de legat. iii. quemadmodum
tacitus ipſe conſenſus factis ac rebus declaratus.
l. de quibus. ff. de legi. ibi, quid enim refert
factis an rebus populus ipſe uoluntatem eius decla-
11 ret? & ibi Bald. aduertit. † inde quoque tacitam

Iniri ſocietatem à ueteribus noſtris concluſum ex-
tat.l.ſocietatem coiri.ff.pro ſoc.& l.item quia. ff.de
pact.& cap.cùm apud.de ſponſalib.& Bal. l.patruus
C.commun.utriuſq; iudi.& Bart.l.Titium & Mę-
uium.§.altero.ff.de adminiſt.tut.tacitus autem tuoe
cõſenſus huic cõuentioni ſufficere exiſtimatur ,cũ
actus geſtus proponatur inter aliquos,qui aliàs non
fieret abſque iure & nomine ſocietatis.quod Barto.
& Bal. diffusè docuerunt in d.l. Titium & Męuium,
§.altero.ff.de adminiſt.tut.& d.l.ſi patruus. C.cõm.
utriuſque iudi. quod & eleganter Pontanus ipſe ex
12 facto cõſultus reſpõdit conſi.ccxcj.Cùm iſti.† qua-
re & hinc,id eſt ex ipſis factis & adeuntis & abſtinẽ-
tia animus deprehendi ſolet. l. pro hærede. §. Papi-
nianus.ff.de acquir.hęred.& l.gerit,eo.tit.& inſtit.
de hæred. qualit.& differ. §.pro hærede.& l.ſi duo,
ff.eo.tit.ubi Glo.Cinus,Bal.& Caſtr.aduertũt.quá-
obrem,ut negotium hoc & eiuſmodi rite diffiniantur , coniecturarum qualitas acri iudicio perpendi
debet,ne ultra metam conſeoſus,contractus huiuſ-
modi initus exiſtimetur.l.non omnis.ff.ſi cer. peta,
& l.fin.C.ne uxor pro marit.nam & alibi lex huma-
nos actus ultra contrahentium intentionem euaga-
ri non debere diffinit.l.tutores qui. ff.de adminiſtr.
tuto.& l.tutor.ff.de negot.geſt.& Barto.d.§.altero,
13 † quemadmodum uulgò traditum eſt ,effectum ip-
ſum cauſæ limites non egredi.l. cancellauerat. ff. de
his quæ in teſt.delent.& l.in agris. ff. de acquir.rer.
dom.Ex quibus indubitata concluſio elicitur, ſocie-
tatum conditionem eatenus inductam cenſeri , qua-
tenus factorum diuerſitas atque natura ſuadet. d. l,
ſocietatem coiri.& Anch.d.conſ.ccciij,

Quare omiſſa longa illa diſtinctione ad uniuer-
ſales ſocietates pertinente,quam Azo in ſumma. C.
pro ſoc.& Pont.etiam ſcriptum reliqui cõſi.clxviii.
circa primum, quod ad præſens negotium proprius
14 attinet,† ſi communicatio tãtùm fiat reſpectu unius
facti,putà conuictus, ipſius ſanè menſæ tantùm ſo-
cietas contracta intelligitur.l.cùm duobus. §. Papi-
nianus,aliàs ſi fratres.ff.pro ſoc.& l.ex parte. §. ſi fi-
lius.ff.familię erciſ.& Bart.d.§.altero.& Anch.con-
ſil.xxx.Quia quęſtio, & conſ.ciij.Parum ſubtiliter.
& Ange.lx.Morte.& Roman. cccxxiiij. In caſu ꝓ-
15 poſitę quæſtionis.† quare,ſi unus plus expendat, ab
alio repetere non poteſt.arg.c.ſi duo fratres in cõ-
muni,in tit.de duob.fratr.de nou.ben. inueſt. quod
Bald.egregiè docuit Iureconſulti reſponſum intro-
ſpiciens.l.ex duobus.§.fin.ff.de negot.geſt.Bal. l.fi.
C.de collat.ubi Ange.Raphaël, Pontan. & Caſtr. &
Bal.cõſ.lxxii.Vnus.& Angelus lxxxi.Pater. & An-
char.dict.conſi.ccciii.Materia de qua. quamuis Ca-
ſtrenſis ipſe in d.l.fin.concluſionem hanc ita demũ
probet,ſi non ſit magna expenſarũ differẽtia , quip-
pè quòd in modicis repetendi animus non præſu-
matur.arg.l.uerum.ff.de donat.inter uir.& uxor. &
Barto.l.quæ dotis.ff.ſol. mat.quod & perſonarum
conditionis & dignitatis habita ratione intelligi
poſſe exiſtimo.cap.& ſi quęſtiones,ubi Glo.in ver-
bo muneribus.

16 Si uerò † alicuius mercimonii communicatio fa-
cta ſit,non præſumitur animus ultra mercem illam
extendi.l.i.§.Iulianus. ff. de itin. actuque priuato,
quod Barto.& Bal.tradiderunt. d.l.ſocietatem . pro
ſoc.& d.l.ſi patruus, & Caſtr.ex facto conſultus re-
ſpondit conſi.clxxxv.Ex die.

17 Aut † duorum uel plurium negociorum commu-
nicatio facta proponitur,& tũc lucri & quæſtus eo-
rum communis atq; ęqualis diuiſio fieri debet,habi-
ta tamen ratione maioris partis ipſius ſortis,uel in-
duſtriæ,aut laboris,d.l.ſocietatem coiri. ff.pro ſoc,
Barto.tract.de duob.fratrib.& ibi Bald.in additio-
nibus.& Bart.in d.§.altero,& Caſt.& Salicet. d. l.ſi
patruus.& Bal.d.§.Papinianus.unde alio non con-
ſtito partes erunt arithmeticæ,æquales,& non geo-
metricæ.d.l.ſi non fuerit.ſecus ſi conſtet unum plus
ſortis uel laboris, aut induſtriæ poſuiſſe : cęteris.n.
paribus partes erunt geometricæ æquales , hoc eſt
proportionabiliter diuidendę . quod iuris ratio in
uniuerſum dictat.l.illam,& l.ut liberis. C.de colla,
& l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.& c.non debet , de
reg.iur.in vj.

18 Aut † in uniuerſum communicatio facta propo-
nitur, & tunc generalis omnium bonorum tacita ſo
cietas inita eſſe exiſtimatur.quare Bald.in d.l.ſi pa-
truus ,fratres ipſos indifferenter omnia communi-
cantes,omnium bonorum ſocios cenſeri concludit;
dummodò ſocialis affectus inter eos conſtare poſ-
ſit,etiam abſque ullo negotii genere: quemadmodũ
nobiles ipſi quæcunque bona eis obuenientia ſiue
dona ſiue ſtipendia ſiue dotes conferant, ſanè ex hu
iuſmodi actibus uoluntas ipſa colligitur,ſocietatem
contrahendi.quod Iacobus,Oldradus & Ricardus,
& Baldus cenſuerunt.d.l.ſi patruus . cùm enim ani-
mus ipſe humanus ex factis deprehendatur.d. l. duo
fratres.de acquir.hęred.& d.c.exiſtimant. xi. q.i.&
l.reprehendenda.C.de inſtit.& ſubſtit.§.ſeruos, in-
ſtit.de rer.diuiſ.non immeritò ueteres ex qualitate
actuum animum ipſum deprehendi tradiderunt.
19 † quocircà,ſi fratrum alter negotietur,alter autẽ mi-
litet,ſi contingat utrumque ſibi obuenientia in cõ-
mune conferre,ſocietatem inde præſumi. quemad-
modum,ſi unus nauiget,alter uerò aret , aut aliquid
huiuſmodi exerceat . lucrorum enim communica-
tio ſocietatis eſt inchoatio: quippè quòd actus hu-
iuſmodi abſque ſocietatis uſu contingere non ſo-
lent.d.l.ſi patruus.ubi Bal.cum aliis ſuperius addu-
ctis.unde quod Bart.inquit,ſocietatem ad actus ſo-
ciales reſtringi, uerùm eſt, ſi illi ſint uniformes, ſed
in difformibus & uarietatem habentibus omniũ bo
norum cõtractam exiſtimo ſocietatem, & quamuis
unus plus altero lucretur uel expendat,nihilominus
æqualiter omnia diuidenda exiſtimandum eſt,quod
ſępius ex facto reſponſum extat. Iacob. ab Arena,
Oldrad.& Ricard.& Bart.d.§.altero.& Bal. d.l.pa-
truus.& Anchar.d.conſi.ccciii.Angel.cõſi. cx.Rai-
nutius.Pontan.conſi.xcix.Diligenter perſpectis. &
Alex.conſi.xlix.in i.

Quibus pręcognitis ad propoſiti caſus diffini-
tionem proficiſcẽdum eſt.& exiſtimo inter magni-
ficos fratres Odonellum,& Horatium Martinengos
omnium bonorum tacitè fuiſſe contractam ſocieta-
tem,& iccircò omnia lucra & quęſtus & undecunq;
eis quæſita inter eos ęqualiter partienda eſſe . unde
magnificus dominus Horatius in diuiſione nõ po-
teſt

teſt inſtè exigere lucrum ex augmento poſſeſsionis
æſtimatæ eius ipſius uxori in dotem traditæ, nec
fructus illius.& ita magnificus dominus Odonellus
nihil quidquam præcipere poteſt contemplatione
fructuum (præter eius uxoris dotem) collectorum,
quæ paraphernalia bona appellant:cùm enim inter
hos generalis omnium bonorum ſocietas contracta
cenſeatur.arg.l.Procula.ff.de dona. & l.ſeruus.ff.de
donat.inter vir.& uxo.& l.quę dotis.ff.ſolut. mat.&
20 Anchara.aduertit in d.conſi.ccciij.† Quatuor enim
pręcipuè inter hos fratres cõtigiſſe animaduerti po
teſt,ea quibus generalis omnium bonorum ſocie-
tas inferri poſſe exiſtimatur; bonorum omniũ poſt
patris obitum communicatio, deinde per triginta
annos conuictus ipſius continuatio, poſtmodum
communis habitatio, demum expenſarum & immi-
nentium ſumptuum circa res uel perſonas nunquam
inita ratio, ueluti cùm alter ex ipſis fratribus maxi-
mas in alendis nepotibus in publicis gymnaſijs ex-
penſas ſubierit.cùm enim actus huiuſmodi citra ius
& nomen ſocietatis geri nequeant.d.l.gerit.& l. pro
hęrede,ubi Barto.ff.de acquiren. hęred. conſequẽs
eſt inter hos ipſos fratres tacitam omnium bonorũ
contractam exiſtimari ſocietatem.Barto.d.§.altero.
& ibi Bal.& Bald.C.qui teſt.fac.poſſ.ubi atteſtatur,
Nicolaum de Matarellis idem atteſtari quoties fra-
tres ſimul cohabitauerunt nulla acceptorum & ex-
21 penſorum ducta ratione. unde infert Bald.† quòd ſi
patruus & nepos cohabitent atque unus emerit fun-
dum, alteri communicare compellitur. ut in Lom-
barda.c.ſi fratres,de ſucceſſ.quippè quòd acquiſitio
illa ex bonis communibus facta intelligatur. Ricar-
dus Malumbræ d.l.cum duobus. §. ſi fratres. ff. pro
ſoc.& l.Quintus.ff.de donat.inter uir.& uxo.& An-
22 char.in d.cõſ.ccciij. concludebat, † quòd licèt unus
ſociorum agriculturæ incumberet,& iccircò minus
lucraretur quàm alter mercaturam exercens,uel do-
meſtica curans, nihilominus omnia communicata
23 exiſtimari: & iccircò ęqualiter diuidenda. † ratio
enim ſanguinis inter fratres facilem ſocietatis præ-
ſumptionẽ inducit. d.l.Procula.& Bal. l.cùm opor-
tet.C.de bon.quę libe.Glo.ibi quęro quare.& d.§.ſi
fratres.d.l.cùm duobus.ff.pro ſoc.

24 Quare † idem Bal.in d.l.ſi patruus, concludebat
clandeſtinam & doloſam emptionem ipſi acquiren-
ti fratri prodeſſe non debere, cùm alteri fratri denũ-
ciare teneatur. l.actione.§.duximus. ff. pro ſoc. ubi
idem Bal.quare, cum tacito conſenſu ſocietas con-
trahatur,& tacito quoque diſſolui iuris rationi con-
uenit.l.itaque.ff.ſol.mat.& l.ſi maior.C.commu.di-
uidun.& Pontan.d.conſi.acj.Vnde, ſi alter oppoſi-
tum operetur quàm ſocietatis conditio exigat,ſocie-
tatem ipſam diſſolui non ambigitur. quare, ſi unus
ignorans & ſimplex ignoret quid importent ea, quæ
agit, alter quamuis ſciat aliqua geri, non iccircò cõ-
ſentire exiſtimatur, cùm generalis ſocietatis naturæ
repugnent. Anch.d.conſ.ccciij.

Quamobrem in pręſenti negotio omnia ea con-
currere exiſtimo, unde ſocietatis generalis eſſentia
inferri ſolet.nam poſt patris mortem omnia bona
undecunque quęſita communicauerunt, & triginta
annos cohabitauerunt, poſſeſsionum omnium fru-
ctus communicando,& promiſcuè oneribus familię
prouidendo, & nepotum fructus ex ſacerdotijs col-
lectos conferendo, nulla unquam accepti & expenſi
ſubducta ratione: unde generalem bonorum omniũ
inter eos contractam ſocietatem exiſtimo. nam &
diutiſsimę cohabitationis ea eſt conditio, ut inter
ipſos fratres donatio inducta præſumatur: quare
tempore diuiſionis ſcrupuloſè non eſſe inquirẽdum
Anch.concludebat, ſi quid unus plus altero expen-
derit. l.quę dotis.in Glo.ff.ſol.mat.ubi Doctores,&
Alex.conſi.xlia.in j.& l.hac conſultiſsima.C.qui te-
ſta.face.poſſ.Vnde Pontan.in d. conſil. ccxci. dice-
25 bat,† dato quòd alter ſociorum emerit aliqua præ-
dia & bona proprio nomine, ut in eo caſu contigit
nihilominus propter conuictum & lucrorum om-
nium communicationem, illa ipſa inter fratres di-
uidenda eſſe, ut generalis ſocietatis natura exigit. l.
rura.C.de omn.agr.deſer.lib.xj. cuius legis authο-
ritate Bar.ſentit, quòd ſi alter huiuſmodi fratrum in
inſtrumento nominatus fuerit, ſi tamen in libro cẽ-
ſuali communi nomine deſcripta reperiantur,& id-
circò tributa ſint perſoluta, alteri quoq; fratri acqui
26 ſitionẽ factam intelligi. Nec vrget † ꝙ lex oppoſitũ
ſuadere uideatur.l.ſolemnibus. C.de rei uendic. &
l.ſi functionis.C.de donat.quia deſcriptio rei alicu-
ius in cataſtro nomine meo facta, ſequuta tributo-
rum ſolutione, dominium nihilominus nõ trãsfert.
quia Pontan.reſpondet, aliud eſſe cùm amborum
ſcientia cum diutina patientia concurrat: quia
ea iis ius in re alteri acquiſitum eſſe intelligatur. l.
cenſualis.C.de donat.quare, cùm conſtet magnifi-
cum dominum Horatium ab eius uxore prędium
recepiſſe æſtimatum eo pretio, quo paulò ante idem
Hieronymus emerat à conſanguineo nomine hęre-
dum ſoceri, ſcilicèt ſocrus & uxoris. & ultra hoc cũ
per inſtrumentum publicum pateat omne ius dicti
prædij acquiſiuiſſe ex ſpontanea uxoris renuntia-
tione,& communi nomine prędium hoc in cataſtro
poſitum eſſe, & eo nomine perſoluta tributa: con-
ſequens eſt, dominium illius communicatum cenſe-
ri.d.l.ſi inter uirum.C.de iure dot.quia Bald.reſpõ-
27 det in l.quoties,eo.tit.† quòd aut datur res ęſtima-
ta, ut reddatur eodem ualore & bonitate extrinſeca,
& tunc procedat diſpoſitio d.l. ſi inter uirum. aut
datur ſic æſtimata, ut perpetuò dominium ipſum in
uirum transferatur, quo caſu loquitur d.l.quoties, ut
in caſu propoſito ex ipſo inſtrumento clarè conſtat.
28 immo plus ait Bal.ibi in ſecunda oppoſitione, † ꝙ
ſi inſtrumento non caueatur de re ęſtimata uel ęſti-
matione, ſed ſolùm charta caueat, quam dotẽ uir re-
ſtituere promiſit, ad pretium teneri. quod Andreas
Siculus aduertendum ibi in additionibus affirmat.
& ibidem Bal.ait ueram dotem intelligi pretiũ ip-
ſum, Gloſſæ diſtinctionem ſequutus ibi, diſtinguẽ-
do tres caſus; ut ſi de re reddenda actum ſit; illam
reſtitui debere, aut de ęſtimatione, ut in caſu noſtro,
& eam reddendam concludit: aut de re & æſtima-
tione, & tunc uiri eſſe electionem.

Quartus caſus ab eodem Bald.adiicitur, quando
ſolùm ipſius reddendæ dotis mentio fit, ut tunc uiri
etiam electio intelligatur, per l.ſequentem, ubi di-
citur, maritum poſſe retinere rem ęſtimatam & pre-

tium

tium reddere, quod ſatis clarum & iuris rationi con-
ueniens eſſe uidetur: quia cùm loquimur de dote,
de pretio intelligi ſolet, ut frequentior dictat uſus.
Gloſſ.l.j.C. de arbitr. etiam in materia probationis.
Gloſſ. Bartol. Bald. Fulgoſi.& Salicet.l.neque nata-
les. C.de probation. Gloſſ. & Docto. l. non hoc. C.
vnde cogna.

Fortius concluſionem huiuſmodi præſentia re-
ſponſi confirmant adducta ab Alexandro in d.conſil.
xlix. quòd patruus ipſi pupillo fructus omnes com-
municare teneatur ex ipſa hæreditate patruo delata
perceptos, quamuis inter eos nec tacitè aut expreſ-
ſè contracta ſocietas intelligatur: ſed aduenien-
te ætate per ratihabitionem pupilli confirmetur. vn-
de in ſimili dominus ipſe Horatius multò fortius di-
cti prædij fructus communicare tenetur. ideo Bald.
29 ibi in dict. l. ſi patruus, dicebat: † ſi contingat duos
fratres ſimul habitaſſe, ut in caſu noſtro conſtat, cō-
municatis omnibus bonis, non reddita ratione ſocie-
tatem præſumi, vnde hæreditatis lucrum intelligi
declarat: quemadmodum ex actu mercimonij & cu-
iuſcumque acquiſitionis cōfratres diligentia ſua co-
lendo prædium, atque illum maiori pretio uenden-
do, cōmunicare teneri. ſocietatis enim interna con-
ditio exigit, ut lucra omnia ex actu quæſtuario quæ-
ſita communicentur, ne aliâs totum lucrum alter
petens ueluti in tuto ſe ipſum ponat, uſurariæ labis
maculam incurrat. toto titu. extrà de uſur. & l. ſecun-
dum naturam. ff. de reg. iur.

Non omitto magnificum D. Odonellum prædiū
ei paraphernalium bonorum nomine ab vxore da-
tum & augmentum æſtimationis vnà cum fructibus
communicaſſe: vnde & dominum Horatium ab
eiuſmodi æquitatis cenſura ſe ipſum ſubtrahere non
poteſt. cap. cùm ad noſtram, de empt. & uendit. & l.
cùm penus. ff. de oper. libert. idque potiſſimùm cùm
dominus ipſe Odonellus multa fuerit lucratus ex
ſuſceptis & functis legationibus & magiſtratibus ip-
ſis, unde frater bonam fidem agnoſcere non cenſe-
tur, qui communicare recuſat. plura alia poſſem ad-
ducere ab ipſis conſanguineis perſcrutanda, ex qui-
bus ſocialis animi urgens coniectura elicitur; ut
Corneus ex facto conſultus reſpondit conſil. uigeſi-
30 moſeptimo, in ſecundo. † & Alexand. in loco ſupe-
rius adducto concludebat, eius ipſius generalis ſo-
cietatis internam hanc eſſe conditionem, ut ſi vnus
proprio nomine prædium emat, aliis communica-
re debeat. Bald. d. l. cùm duobus. §. Papinianus, in le-
ctura antiqua poſt Cin. ff. pro ſoci. ubi inquit, ex fa-
cto contigiſſe, duos fratres mortuo patre in hæredi-
tate remanſiſſe, & maiorem in partes remotas abiiſ-
ſe mercis ipſius cauſa, minore domi remanente: ma-
iorem autem pecuniam ſibi retinentem nomine pro-
prio, ipſo minore ignorante, proprio nomine prę-
dia emiſſe, quorum fructibus promiſcuè utebantur;
& iccircò mortuo minore, cùm eius filia maiorem
æqualiter diuidere compulſum, Cinum ipſum re-
ſpondiſſe, Baldus ipſe teſtatur: cui ipſe quoque ac-
quieſcit: & in l. cùm oportet, in prin. C. de bon. quę
libe. & Ricard. Malumb. & Bald. in d. l. ſi patruus, &
in conſil. centeſimononageſimoprimo, Diligenter
31 perſpectis, concludebat, † ꝙ frater cui feudū à Prin-
cipe ea lege cōceſſum fuerat, ut fructus eius cum al-
tero fratre non cōmunicet, ꝙ durante tamen ſocie-
tate cum altero fratre communicare tenetur. d. cap.
ſecundo, de duob. fratr. de nou. benef. inueſt. & Bart.
dict. §. altero, idem cenſuit. & Salicet. in dict. l. ſi pa-
32 truus, † quòd duobus fratribus ſimul habitanti-
bus & certa bona in ſocietate habentibus, ſi contin-
gat vnum ducere uxorem dantem fundum uel mille,
modò alter ex ſua aduocatione quæſita communi-
cet, quòd ille fundi fructus uel mille communicare
tenetur. idem conſi. ccxx. in ſecundo Dıſeuſsia, ubi
concludit, ꝙ ubi conſtat duos fratres tacitam bono-
rum omnium iniiſſe ſocietatem, nullius lucri repe-
titionem inter eos dari. idem cenſuit in dict. conſi.
centeſimononageſimoprimo, quòd in ſocietate om-
nium bonorum ex promiſcuis actibus tacitè contra-
cta, non ueniunt quæ ex legato uel donatione, uel ob
merita quæſita fuerunt, ſed ex quæſtuariis tantùm
actibus parta dicuntur. dict. l. coiri. ff. pro ſoci. licèt
ſecus ſit in ſocietate omnium bonorum expreſſè con
tracta. l. iij. §. primo. ff pro ſoci. ubi Bartol. Alber. &
Salicet.

33 Verum † autem quæ ex maleficio perſoluuntur,
æqualiter ſint ſubſtinenda, ex ſupradictis patet, quòd
non: cùm damna & lucra ſolùm communicanda cō-
cluſum ſit, quæ ex quæſtuariis negotiis proueniūt:
quoniam ſocietatis eſſentiam legis prohibitio impe-
dit, cùm ſuper re nefaria contrahatur. ſed hæc for-
ſam poſſent oppugnari, & hic eſt locus differendi,
utrum in ſocietate expreſſa omnium bonorum paſ-
ſim abſque vlla limitatione damna ex maleficio om-
nia ſint communicanda. cùm Bald. in d. l. ſi patruus,
dicat omnia aduerſa & proſpera eſſe participanda,
quæ ſocietatis natura communicari ſuadet: quem-
admodum de damnis conſtat. dict. l. cùm duobus.
§. damna. & §. quidam ſagariam. & §. fina. ff. pro ſoci.
iccircò Bald. in dict. l. ſi patruus, authoritate Specu.
in titu. de iudi. §. ſequitur, uerſi. quid ſi alter. dicit ꝙ
ſoluens condemnationem cauſa maleficij propria
uoluntate uel neceſsitate, originem tamen à uolun-
tate trahente, ipſi ſoluenti imputandum eſſe, non au-
tem de communi corpore ſolutum intelligi. dict. l.
cùm duobus. §. per contrarium. & l. adeò. §. quid in.
ff. pro ſoci. ratio eſt, ut ille inquit, quia ex huiuſ-
modi ſolutionis actu nullum ſocietati commodum
adfertur. ex qua quidem deciſione alterius dubij ſo-
lutio elicitur, an in expenſis factis pro duobus filiis
alterius fratris in publico Gymnaſio alendis, nempè
de proprio patris illorum patrimonio expenſum
intelligi, ex quo ipſi ſocietati inde acceſsio nulla fa-
cta intelligatur.

34 Aliam † quoque ſubiicit rationem, nempè quòd
ſocius omnium bonorum filias ipſas de communi
dotare non poteſt, niſi expreſſè conueniat. l. ſi ſocius
pro filia, in Glo. j. ff. pro ſoc. quam adducit Specu. in
d. §. ſequitur, in titu. de iudi. uerſ. quid ſi vnus ex fra-
tribus, & Bal. plenè C. de dot. promiſſ. l. fi. dos enim
ipſius patris onus neceſſarium exiſtimatur. l. qui li-
35 beris. ff. de rit. nup. † at cùm filium in publico Gym-
naſio pater neceſſariò alere non compellatur, niſi ut
in grammatica ipſa erudiatur, quod Baldus cenſuit
in l. de bonis. §. non ſolùm. ff. de carbon. edict. ſequi-

tur ex dote data ipſi filię alterum ſocium nullum cõmodum ſequi; & idcircò neque onus ſubire compelli.d.l.ſecundum naturam,de regul.iur.& d.l.cùm oportet,in princ.Cde bon.quæ libe. & cap. cum inſtantia,de procur.cenſib.& exact. Laus Deo.

Patauij, Non. Maij, 1548.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio in contractibus induci poteſt tribus modis, ſine ſpeciebus, & quæ nam ſint. & num. ſequen. latius.*
2 *Actus nudus, ſine imaginarius quis dicatur.*
3 *Inſtrumentis plenam eſſe fidem adhibendam.*
4 *Præſumptio eſt pro inſtrumento.*
5 *Simulationem allegans in contractu interueniſſe, illam probare aſtringitur.*
6 *Simulatio contractus coniecturis probatur.*
7 *Teſtes an admitti debeant aduerſus inſtrumentum.*
8 *Teſtis non probat legitimè ſimulationem contractus, qui de ipſius præludijs tantùm deponat.*
9 *Actus unicus diuerſo iure cenſeri non debet.*
10 *Teſtes ſingulares non probant.*

CONSILIVM LXIX.

IESVS CHRISTVS INnocatus adſit.

1 SIMVLATIONEM † in contractibus ipſis tribus modis induci poſſe; receptiſsimum eatat. Bart. conſil.xv.incipiente Petrus Nicolæ. & Bald.l.j.in princ.C.plus ualere quod agi. & l.ab Anaſtaſio. & l.per diuerſas. C.mandat. quod Bartholomæus Veronenſis diſertè pertractat in tracta. de ſimulat. contract.coniectura axviij.& tract.cautel.ccal.cautela.

Prima namque ſpecies eſt.cùm partes ipſæ ab initio conueniunt, ut contractus ipſe quem gerunt, omninò ſit nullus.l.an inutilis.ff.de acceptilatio.ubi
2 Docto. † huiuſmodi enim actus nudus atque imaginarius à lege nominatur.l.imaginaria. ff. de reg. iur. l.nuda.ff.de contrahen. empt.

Secunda ſpecies eſt, cùm ad ipſum quod geritur in ſpecie quidem atq; (ut vulgò ferunt) prima fronte honeſtum apparet, intus tamen illicitum aliquid latet, neluti cùm fœnerator id emiſſe uideri uelit, quod pignoris cauſa recepit.l.iij.C.plus ualere quod. agi.ubi Bald.Salicet.& Fulgoſ.& cap.ad noſtram, de empt.& uendit.& cap.illa uos,de pignor. Ad quam profectò ſpeciem vniuerſæ fraudum præſumptiones pertinent, quas in eruendis deceptionibus in alienationibus ipſis ad fiſcum eludendum adhibitis, ueteres inſpiciendas tradiderunt. Bartol. Pontan. Caſtrenſ.Imol. Paulus de Monte Pieho,& Alciat.l.poſt contractum. ff.de donation.Bald.& Salicet.l.ſi quis poſt hac.C.de bon.proſcrip. & Cæpol.dict.tract.ſimulation.

Tertia deinde ſpecies eſt, cùm iuſtam cauſam in aliam non minus iuſtam contrahentes ipſi mutare conueniunt, nempè ut quod mutui cauſa apud aliquem ſit, in depoſiti rationem deinceps transferatur. l.ſi ea pretio.ff.ſi cert.pet.ubi Docto.Iaſ.& Alciat.l. cùm ea.C.de tranſact.

Sed ad ſimulationes has præſumendas, faciles eſ-
3 ſe non debemus: † conſtat enim documentis ipſis plenam fidem adhibendam.l.precibus. C.de probat. ubi Bald. & Fulgoſi. & cap.ij. de fid.inſtrumen. ubi
4 Abbas, & Felin. † iuris enim in eo ipſo conficiendo adhibita ſolemnitas pro eis omninò præſumendum ſuadet.l.ij.C.de offic.ciu.iud.cap.ad audientiam, de præſcription.& l.fin.§.ſi præſatam.C. de iur.delibe. & Specul.aduertit in titu. de inſtrument.edition. in princi.& quandoque,reſponſum extat: Ponta.conſi. DIX. Alexand.cxxaiij.in ſecundo,nume.xxiij. & liij. & cavj.in tertio. & Deci.conſil.xavj. incipiente Di-
5 uino, plures adducit. † quocircà ſimulationem allegans in contractu interueniſſe, illam ipſam in ſpecie probare tenetur.l.qui accuſare. C. de eden. & l. prima.ff.eod.quod Bartolus docuit in dicto conſil. Petrus Nicolæ. & Bald.dict.l.emptione, uerſicu. quæro qualiter,& idem l.ei qui.ff.de diſtract.pignor. & Anchara.conſil.ducenteſimoquinquageſimoſeptimo, & Alexand.conſi.ccxcij.in ſeptimo, & Deci.DXLIIJ. nu.xvij. quod apud omnes receptiſsimum eſt. Caſt. l.iuriſgentium.§.dolo.ff.de pact.Cępol dict. tracta. de ſimulat.contract.& Lanfranc.cap.quoniam contra, de probation. ſuper uerbo Exceptiones, in fine.

6 Quod † ad tertium attinet, reſpondeo, coniecturis ipſis ſimulationis ipſius ſpeciem probari poſſe. quod Bartolus docuit in dicto conſil. Petrus Nicolæ. Cùm enim fraudes clam atque ea inſidiis in ipſis diſpoſitionibus adhiberi ſoleant, ad ſubſidiarias probationes, quæ in uериſimilitudine quadam conſiſtunt, confugiendum ſit, clemen.j.de uſur.& dict. cap.illo uos. & docuit Ancharanus dict. conſil. ducenteſimoquinquageſimoſeptimo. & iccircò, cùm factis ipſis animus ipſe deprehendatur. cap. exiſtimant, xj. q.iij.& l.gerit,ubi Bartol.ff.de acquirend. hæredit.ſimulationem ipſam coniecturis deprehendi poſſe receptum eſt. Deci. dict. conſil. DLVIJ. quæ cùm eiuſmodi ſint, ambigendum non eſt, quin idipſum atteſtationibus multò magis probari poſsit.l. in exercendis. C.de fid.inſtrument. & Bald.rubric. C.de probation.putà,cùm ab ipſo contractu conſenſus ipſius remotionem probent.l.multùm.C.ſi quis alteri uel ſib. ubi Bald.& idem dict.l.j.C.plus ualere
7 quod agi. nume.vj. & d.l.per diuerſas. † tametſi diſputent quandoque Doctores, nunquid aduerſus inſtrumentum ipſum atteſtationes admitti debeant. l.generaliter.C.de non nume.pecu. Anchara.conſi. ccxxviij.& Alexand.conſi.xxviij.in quinto. & Dec. dict. conſil. cccclxiij.nume.ix. quæ licèt in iure noſtro exploratiſsima ſint, in propoſita tamen ſpecie ſimulationem nullo modo probatam eſſe, luce clarius oſtendo. Quod enim ad magiſtri Matthæi atteſtationem pertinet, dico nullam ei fidem adhibendam cenſeri: quia tanquàm pars actiua contractus, ut Baldus ait, niſi ea utriuſque conſenſu interrogari non debuerat. Gloſſ. in cap.fin.in uerbo teſtem,

de

de teſtibus,in vj. non enim ſuſpitione caret,cùm pręſentem pecuniam ab hæredibus exoptare credibilius ſit,aduertunt Doct. poſt Glo.in l.deferre.ff.de iur.fiſc.& Deci.d.conſi.cccclxiij.nu.xij.

Quantùm uerò ad ſecundam atteſtationem attinet,quamuis deponens ipſe omni exceptione maior uideatur, adhuc tamen contractus huius ſimulatio-
8 nem legitimè probatam non eſſe exiſtimo. † quippè atteſtationis huius uis tota ad contractus præludia duntaxàt pertineat; quo caſu nullam quantùm ad ipſius negotij perfectionem attinet,facere fidẽ, Bal. docuit l.cùm allegas. C.de uſur.& d.l.multùm, & c. ultimo de iuram. calum. cùm enim aliter quàm ordinatum fuerat in præludiis partes ipſæ concludere potuerint.argum.l.pacta nouiſsima.C.de pact.ut ex ipſo documento conſtat optimo iure totius negotij ſummam in ipſius cõcluſione reſidere traditum eſt. l.ſi uoluntate.C.de reſcinden.uendit. & Dec.d.conſ. cccclxiij. in princ. quapropter cùm à Bagiono probetur ſolum creditorem requiſitũ eſſe,neceſſariò nõ infertur, quin uerè inſolidum obligati fuerint, non autem ſimulatè.cap.in præſentia,de proba. & l.neq; natales.C.vnde legit. quod in his potiſsimùm credendum eſt, quæ delicto non carent: & iccircò certiſsima probatione conſtare debeant.l.fin.C.de pro-
9 bation. & c.ſciant, vij.q.j. † Addo quòd & vnicus actus diuerſo iure cenſeri nõ debeat. l.eum qui.ff.de uſucapi.& l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupill. tametſi in huiuſmodi argumento utile ab inutili uitiari non ſoleat. cap.utile,de regul.iur.in ſexto, & Bald. dict.l.prima,& dict.l.emptione.C.plus ualere quod agitur.

10 Quamobrem † nec ipſo quoque iuramento atteſtationes huiuſmodi ſuſtineri poſſe diudicandum exiſtimem: quoniam ſingulares ſint. Bald.l. de quibus.C.de legib. & Deci.d.conſ.ccclxiij.nu.ij. quinimmo ſecundus ipſe teſtis Ruffum ipſum inſolidum obligatum eſſe deponit, ut documentum ipſum explicitè cantat, cui omninò acquieſcendum uidetur. Bald.d.l.precibus. Nec mouet quòd Bagionus ipſe pecuniam aſportaſſe dicatur, quia cùm obligatio ipſa præceſſerit, in qua iuratum Ruffum exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciaſſe proponitur, ſingulari ipſius mutui iure in eum æquè ac Bagionum dominium tranſlatum fuiſſe cenſendum ſit. d. l. ſingularia. ff. ſi certum peta. ubi Bartol. veritas enim actus ipſi demonſtrationi præferri debet. toto titu.C.plus ual.quod agi.& Anchar.docuit in dicto conſi.ccciij.

Accedat quòd nemini ſane ueriſimile ſit,Ruffum ipſum adeò liberalem fuiſſe, ut cùm Bagionus pluribus diebus ægrotauerit, ante obitum non curauerit ſummę huius mentionem in teſtamento illius fieri.l.Campanus.ff.de oper.liberi.& l.cùm de indebito.ff.de probation. Non omitto quòd pluribus iam annis ſocietatem inierunt, ex qua tamen nihil lucri ipſius Bagioni hæredibus nunc ſupereſſe affirmant: quod quàm iuris rationi conueniat,aliorum iudicio ſit. Bal.l.patruus.C.commu.vtr.iudi. & Anchara.d. conſi.ccciij, Patauij, viij. Kal. Martij, 1549.

Portius Imolenſis,

SVMMARIVM.

1 ☞ *Senectus ueneranda eſt, & plura de ſenectute nume. ſequentib.*
2 *Senibus aſſurgendum eſſe.*
3 *Seniorum conſilio res magnæ geruntur.*
4 *Iuuenum conſilia leuiſſima, ſenum autem grauiſſima ſunt.*
5 *Seniores uiginti octo Laconum Principibus aſſiſtebant lege ſic à Lycurgo lata.*
6 *Hieronymi locus declaratur.*
7 *Iuniores ſenioribus præferendos eſſe.*
8 *Legiſlatores parentem naturam imitari conſueuere.*
9 *Senectutis priuilegia quàm plura enarrantur.*
10 *Doctores antiquiores iunioribus præferendos eſſe. fall. & nu.18.*
11 *Prior in tempore potior in iure.*
12 *Roboam imperium amiſit, quia ſenectutem contempſit.*
13 *Regulæ inexpugnabiles non exiſtimantur,cùm perrarò contingat,ut ab eis non recedamus.*
14 *Aduocati ſeniores poſterius ſunt audiendi, idque honoris gratia.*
15 *Iuniores perſpicaciores eſſe.*
16 *Nerua Iuriſconſultus cùm decimum octauum ageret annum publicè de iure reſpondit.*
17 *Papiniani Iuriſconſulti laus.*
18 *Doctores licèt iuniores, ſi tamen doctrina præſtantiores ſint, quàm ſeniores, quòd illis præferendi ſunt.*
19 *Moribus an ætate quis iunenis ſit, parum refert.*
20 *Seniores qui uerè dici poſſint.*
21 *Pœnæ remiſſio fit ob viri excellentiam.*
22 *Reſtitutio non datur viro erudito.*
23 *Filius naturalis ob ſingularem eius doctrinam ad Epiſcopatum admitti poteſt, licèt regulariter minimè.*
24 *Beneficia plura habere regulariter non licet, fallit tamen ob præſtantis doctrinæ alicuius cauſam.*
25 *Generis uetuſtati non parum eſſe tribuendum.*
26 *Iuuenibus bonæ indolis,doctrinæq; præditis plura condonantur,quæ aliâs non concederentur.*
27 *Scholaris excellens etſi tyro præferendus eſt ueterano & inerti.*
28 *Teſtes quot requirantur ad probandam alicuius eruditionem & doctrinæ præſtantiam.*
29 *Vſus diutinus legis habet uigorem.*
30 *Ruinus, Pariſius, & Alciatus commendantur.*
31 *Bartolus primas obtinuit in Peruſino Gymnaſio, Baldus Ticinenſi, Accurſius Florentino, Ioannes & Alexander in Bonōnienſi.*
32 *Reipublicæ intereſt, ciuitatem doctis hominibus repleri.*
33 *Honoris amiſſio non facilè reparabilis eſt.*
34 *Humilitas commendatur.*

CONSILIVM LXX.

AD REVERENDISS. D. FABIVM
Mignanellum Antiſtitem præſtantiſsimum
Bonon. Præf. ſolertiſsimum, Iacobus
Philippus Portius Forocorneliẽn.
Iuris candidatus,

ET ſi mihi nunquàm dubium fue-
rit, Præſul Ampliſsime, quin eiuſ-
modi eſſet & doctrinæ & probitatis
tua præſtantia, ut iudicio tuo exa-
ctius nihil, aut grauius inueniri poſ
ſe cenſerem; me tamen continere
non potui, quominùs pro ingenij mei tenuitatate
ea ipſa in medium adferrem, quæ Anſouini Camer-
tis eruditiſsimi viri dignitatem ſartam ac tectam,
(vt aiunt) reddere poſſe exiſtimarem. Cui quidem
rei cùm vniuerſi ſtudioſorum conuentus cauſa con-
iuncta ſit, onus huiuſmodi facilius ſuſcipiendum pu-
taui. eoque alacrius prouinciam huiuſmodi obire
non dubitaui, quòd & nobiſcum præclarè actum iri
ſperandum ſit, poſteaquàm de candidatorum digni-
tate eo potiſsimùm tempore periclitari contigit,
quo huic ampliſsimæ vrbi Præfectus is ſit, cuius in-
genij acumen nec ipſe Demoſthenes argumentorũ
copia ullo pacto retundere, aut eloquentiæ facibus
ipſius iudicij ſplendorem adumbrare poſſet. Quis
enim uereretur ampliſsime Præſul, te vnum & noſtra
& patrum ætate, uel omnium uoce digniſsimum cẽ-
ſeri? quem ipſi Athenienſes Areopagitarum conſi-
lio adſciſcendum ſtatuant, ſeueriſsimumq́ue to-
tius actæ uitæ iudicium remittant. Quamobrem uo-
bis omnibus facilè ſperandum eſſe confidimus, licèt
ego neque eloquentia neque doctrina ſim cum ullo
huius ipſius ordinis conferendus, qui iuſtiſsimam
ſcholaſtici conuentus cauſam ad te deferẽdam ſuſce-
perim: tu igitur Præſtantiſsime pater qualemcumq;
conatum hunc boni conſulas. Et ne amplius immo-
rer, Axioma propoſitum agredior: Nunquid Do-
ctor ætate iunior ſeniori præferatur, ſi doctrina præ-
cellat?

1 SEnectutem † in primis in ciuitate Romana ſem-
per venerabilem fuiſſe compertum eſt. l. ſem-
per. ff. de iure immu. ubi Docto. quod integro
libro, cui de ſenectute titulus eſt, egregiè teſtatum
Cicero reliquit. Glo. l. fin. ff. de fid. inſtrum. & l. j. C.
de emen. propinq. id enim naturalis ratio ſuadet, ut
natu maiores reuereantur. l. ueluti. ff. de iuſtit. & iu-
re. Angel. l. ſed etſi. §. ſi perperam. ff. de in ius uocan.
& Iaſ. l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. tametſi Præ-
tor ipſe eius edicto parum id perpendat. l. generali-
ter. ff. de in ius uocan. Vetuſtiſsima enim Diuinæ le-
2 gis ſanctione præceptum eſt: † Cano capiti aſſur
gendum eſſe. Leuit. xix. quin & Diuus Paulus Ti-
motheum admonet primæ. v. & cap. Paulus, ij. q.
ſeptima. Ne ſeniorem ipſum acrius obiurget: quip-
pè quòd illius corona iudicium ſit & ſapientia mul-
3 ta. Eccleſiaſtici xxv. † non enim corporis ipſius ui-
ribus, ut Arpinas inquit, ſed ſeniorum conſilio res
magnæ geruntur; quo non orbari, ſed potius auge-
ri ſenectus ipſa ſolet. cap. j. de renunt. ubi Hoſtien.
Bald. Abb. & alij. cùm enim à maioribus ipſis edo-
cta ſit. Eccleſiaſtici viij. atque ipſo uſu prudentiam
ipſam adepta fuerit, longioribus quibuſdam ærum-
nis defæcatam ſapientiam ac ſolidam comparaſſe exi
ſtimatur. cap. de quibus, uigeſima diſtinct. & l. ne-
mo. C. de offic. magiſtr. quod Græcorum adagio
oſtendi ſolet, ἔργα νέων βουλαὶ δ' ἀνδρῶν, εὐχαὶ δὲ γε-
ρόντων, uota ſenum, iuuenum facta, & conſulta uiro-
4 rum. † nam & ipſi Homero, qui ſolus ἐγκυκλοπαι-
δίαν, ideſt doctrinarum omnium conſenſum Fabio
teſte, perfecit iuuenum conſilia leuiſsima uidentur,
5 ſenumq́ue grauiſsima. † quod & Lycurgus oſtendit
lege Lacedęmoniis lata, ut octo & uiginti ſeniores
Laconum Principibus aſsiſterent, ut Plutarchus ip-
6 ſe atteſtatur. † Diuus quoq; Hieronymus ad Aurelium
Auguſtinum ait, laſſos boues tardius pedes ipſos fi-
gere. quod de ſeniorum conſiliis interpretandum
7 plures docuerunt. † Quare naturali ratione conſtat,
ſeniores ipſos iunioribus ueluti prudentiores pręfe-
rendos eſſe, Ariſtot. ij. Polit. & in cap. de priori, in
prædicamentis. & idcircò ſumma cùm ratione à le-
8 giſlatoribus ipſis idem decretum extat, † cùm paren-
tem naturam ueluti ſolertiſsimus quiſque artifex imi
tari conſueuit. dict. l. ſemper, & d. l. nemo. & l. ſecun-
da. ff. de uſufruct. earum rer. in fin. & §. minorem, in-
ſtitu. de adoption. & Bald. rubri. ff. ſi certum peta.
colum. ij.

9 Qua † ratione aduerſus communes iuris noſtri
regulas plura ſingularia iura ſenectuti conceſſa tra-
ditum eſt. Archid. Gemin. & Card. Turre crem. 50.
diſtinct. cap. Domino, & Alciat. lib. j. ff. de uerbo. ſi-
gnific. char. xxviij. propinquorum nempe errata cor-
rigendi, dict. l. vnica. C. de emend. propinq. & Glo. l.
ſancimus. C. de pœn. leuiorem pœnam luendi. l. ij. ff.
de termi. amo. l. auxilium. §. ſed ut. ff. de minor. ubi
Glo. tutelæ onus ſubterfugiendi. l. ſecunda. ff. de ex-
cuſat. tuto. idq́ue præſertim ingraueſcente ætate. l. j.
C. qui ętate ſe excuſ. ab atteſtationibus abſtinendi. l.
inuiti. ff. de teſtamen. atque in eiſdem plurimùm fi-
dei faciendi. cap. quibus, uigeſima diſtinct. ubi Glo.
l. ob carmen. ff. de teſtam. §. fina. ubi Bartol. & l. ad
teſtium. C. eod. quippè quòd integritatis ſplendor
eis potiſsimùm inſit. cap. porrò, lxa. diſtinct. Glo. l.
ij. ff. de fer. in uerbo ętates. Item à perſonalibus de-
nique muneribus ſeſe ſubtrahendi. l. tertia. C. qui
ętate, ueluti Decurionatum amplius non gerendi. l.
non tantùm. ff. de decur. vnde in quæſtionibus ipſis
poſtponendi traduntur. l. prima. §. primo. ff. de quæ-
ſtion. atque in ipſarum tabularum depoſitione præ-
feruntur. l. fin. ff. de fid. inſtrument. ipſorum quoque
Collegiorum præfectui ſubſtituuntur. l. ſecunda. C.
de Pręfect. Præt. quemadmodum in eleemoſynarum
erogatione ac ſedium collocatione præferuntur. c.
conſideranda, lxxvj. diſtinct. & §. aliam, inſtitu. de
bonor. poſſeſſ. & l. j ff. de acquiren. rer. domi. & Do-
cto. rubr. ff. ſi certum petat. & rub. ff. de offi. eius cui.
& Canoniſtę rub. de offic. & poteſt. iud. deleg. in ul
timis quoq; uoluntatibus illis ipſis deferendum eſſe,
reſponſum extat Alex. conſ. iiij. nu. viij. quocircà nõ
10 ineptè ueteres ipſi † antiquiores quoſque Doctores
iunio-

iunioribus præferendos tradiderunt. d. l. nemo. Bald.
d. cap. j. in primo notab. de renuntia. quemadmodum
antiquior quiſque Decurionum albo prius inſcribē-
dus, non ambigitur. l. j. & ij. ff. de alb. inſcrib. & l. j. C.
de conſ. & l. fin. C. de tyronib. lib. xij. & Bartol. l. j. ff.
de obſeq. præſt. vnde pro regula ueteres ipſi conſti-
tuerunt, uetuſtiores quoſque & in promotione prio-
res ueluti iuris ipſius præſumptione erudiciores prę-
ferendos eſſe. d. l. cùm quid. ff. ſi certum peta. ubi Al-
beric. Bartol. Bald. Angel. Caſtren. Alexand. & Iaſ.
Socinus, Decius & Alciatus, & Docto. l. Gallus, in
princ. ff. de libe. & poſthum. Bald. Abb. Felin. cap. j.
de maiorit. & obedien. ex diuturnitate enim labo-
ris præſtantior doctrina præſumitur. argum. l. quæ-
ſitum. ff. de fund. inſtruct. & c. ij. de ſtat. monachor.
Alexand. Aret. & recentiores. l. ſi. §. prius. ff. de vulga.
& pupill. & Bald. l. ſenium, in princ. C. qui teſtam.
facere poſſ. & idcircò pondere, numero atque menſu-
ra iunioribus præſtantiores cenſeri Baldus tradidit
l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. nu. xlvij. nam &
11 internæ iuris rationi conuenit, † ut iure potior cen-
ſeatur, qui tempore prior proponitur, ueluti cui ca-
nities ipſa grauitatem addiderit. l. qui potior. ff. qui
potio. in pign. & l. quoties. ff. de regul. iur. & cap. qui
prior, eo. titu. in ſexto, ubi Dinus, & recentiores. l. j.
ff. ſolu. matrimo. & l. aſsiduis. C. qui pot. ubi Salice.
& Fulgoſ. & in authen. de quæſtoribus. §. ſi uerò ali-
12 qui. & Bald. j. conſtitu. Codicis. §. quibus. † ne aliàs
ueluti Roboam imperium ipſum amitteremus, quod
ſenectutem ipſam contempſiſſet, xvj. q. j. Eccleſia ha-
bet, & vij. q. j. denique. Ex quibus concludendum
uideretur, clariſsimum dominum Anſuinum uelu-
ti iuniorem ſenioribus ipſis cedere debere; cùm di-
ſpoſitionis regulam ipſam conſtituentis authoritas
illi repugnet: & idcircò ſeniorum intentio ſolido
fundamento inniti intelligatur. Innocen. cap. præte-
reà, de dilat. & Bartol. l. ij. & Angel. ff. ſi quis in ius
uoc. non ier. Bartol. Deci. & Cagnol. l. j. ff. de regul.
iur. nu. xv. & l. omnis diffinitio, eod. titu. nu. xxxiij.
ubi plures adducit.

Cæterùm, ne id uerum non ſit, non parum ambi-
go: quinimmo oppoſitum ſecundum iuris noſtri
rationem diiudicandum cenſeo. ſæpius enim Stagi-
rita ipſe docuit ἐν τῷ μέσῳ τὸ δίκαιον, ideſt in mo-
dico iuſtitiæ conſiſtit uirtus. l. ſi ex plagis. §. in cliuo
Capitolino. ff. ad legem Aquil. ibi, in cauſa ius po-
ſitum eſt. Alberic. & Florian. de Sancto Petro in ſe-
cundo ſummario. & l. ea eſt. ff. de regul. iur. ubi Ca-
13 gnol. nume. xxvij. † quocircà perquàm rarò contin-
gere ſolet, ut à regulis ipſis non recedamus. l. omnis
diffinitio, de regul. iur. rametſi vniuerſali ſigno con-
ceptæ proponatur: idcircò inexpugnabiles non exi-
ſtimantur. d. l. j. ff. eo. titu. de regul. iur. ubi Glo. Bart.
& Alber. Deci. & Cagnol. & l. j. ff. de legat. j. ubi Bar.
Alexander, Iaſon & Alcia. & l. j. §. lex autem. ff. ad
legem Falcid. ubi Bartol. Alexan. & Iaſ. Cùm enim
regula ipſa exceptionum concurſum præſupponat,
quemadmodum quæ ad aliquid dicuntur, ſimul eſſe
non ſolent. Ariſto. cap. ad aliquid, in prædicamen. l.
fin. C. de indict. uiduit. toll. ubi Bald. conſequens eſt
in negotiorum ipſorum cumulo uix certum quid
conſtitui poſſe. l. non poſſunt. ff. de legib. & l. nam ad
ea, eod. titu. & Bald. docuit rubr. ff. de iuſti. & iur. &
Ariſto. ij. poſterior. & d. l. ſi ex plagis. §. in cliuo Ca-
pitolino. ff. ad legem Aquil. cum aliis ſuperius addu-
ctis. quid enim ſi ipſi ſenectui obeſſet ſuperius pro
regula conſtitutum obſeruari? ſanè tunc legis ipſius
norma ueluti regula leſbia inflectenda eſſet. l. quod
fauore. C. de legib. cap. ob gratiam, de regul. iur. in
14 ſexto. † & idcircò ſeniores aduocatos poſterius au-
diri honoratios eſſe traditum eſt. cap. liquidę, de
conſecr. diſt. ij. & in Speculo in titu. de Aduocat. §.
nunc. Qua ratione ſi publicè intereſſet iuniores ip-
ſos præferri, ſeniores ipſos æquo animo ferre debe-
bere, conſultius traditum eſt, ut quod publicè expe-
dit, priuato commodo anteferatur. l. j. ff. ſolut. matr.
ubi Barto. Ang. Caſtr. & Roma. & alij, & cap. ſi dili-
15 genti, de foro compet. ubi Hoſti. Butr. & Abb. † iu-
niores etenim plerumque ingenioſiores eſſe contin
git. Ariſto. problematum ſectione xxx. Glo. in dict.
16 l. Gallus, in principio, ubi Docto. † Nam & Ner-
uam filium decem & octo annos natum publicè de
iure reſpondiſſe ferunt. l. j. ff. de poſtula. ut interim
Celſum omittam, qui adoleſcens ubique appella-
17 tur, cùm ius ciuile tam fuiſſet interpretatus: † quin
& Papinianus ipſe excelſi ingenij nomine ab ipſo
Iuſtiniano admiratus. l. cùm acutiſsimi. C. de fidei-
commiſſ. & l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ut
iuris quoque aſylum nuncuparetur. quod Angel. Po-
litian. aduertit, & tamen iuuenem admodum à Ge-
tha Seueri filio propriis manibus interemptum con-
ſtat. Platina in Calixto P. & Socin. l. cùm auus. ff.
de condit. & demonſtrat. Poſſum & plures alios bel-
lica laude inſignes admodum tamen iuuenes addu-
cere, ueluti Gn. Pompeium, C. Octauium, qui qui-
dem in ipſo etiam tyrocinio immortalem ſibi glo-
riam compararunt. Quare & ipſe Philoſophorum
ſummus Ariſtoteles uetuſtiora nouis plerumque
18 impolitiora tradidit. ij. Polit. quæ cùm ita ſint, † nō
immeritò iuniores ſenibus ipſis doctrina præſtantes
præferendos eſſe receptum eſt. Docto. d. l. cùm quid,
& dict. l. Gallus, & d. §. prius. atque maioribus hono-
ribus afficiendos exiſtimauit. dict. l. honores, de de-
19 curio. † cùm enim parum referat moribus quis an
ætate iuuenis ſit: cuiuſmodi genus à ciuili ſapientia
repelli debere traditum eſt. Ariſtot. proœm. pri-
20 mi Ethic. † nam & ſeniorem non increpandum Di-
uus Paulus admonuit, cuius mores adoleſcentum
animos non corrumperent. d. cap. Paulus. Hinc puer
centum annorum quandoque inprecationibus ſub-
iectus fuit. Iſai. ſexageſimo, melior quoque tradi-
tur pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto, qui futu-
ra pericula præuidere neſciat. Eccleſiaſtic. iiij. Qua
ratione legiſlatores ipſi doctrinę ac eruditionis prę-
ſtantibus ſingularia iura concedere ſolent. l. ſed &
reprobari. §. primo, uerſi. ualdè diſciplinatos. ff. de
excuſatio. tutorum, atque ipſius animi Excellentię
longè plus quàm ętati deferendum conſtat. §. or-
dinationem, in authen. de monach. ut non ab re
Specul. ſeniorem aduocatum admoneat, ne iunio-
rem parum reformidet. titu. de Aduoca. §. utriuſ-
que, numero ſecundo, nec cuiquàm mirum uide-
ri debet, ut ipſo tempore prior illi cedere debeat,
qui laborum comparatione pręcellit. l. unicuique.

C.de proxim.ſacr.ſcrin.ubi Gloſſ.& Bartol.hinc &
Bal.neotericorum tempora non contemnenda cen-
ſuit,quanuis maiorum ueſtigia præponat.d.l.fi.C.de
edict.diui Adr.& d.l.cùm quid,ubi Docto.& dict.l.
Gallus.& d.§.prius, & Bal.procem.digeſt.in fi.prin.
& Bald.Abb.& Felin.rubri.de maiorit.& obed.nu.
iij.Abb.& Dec.c.clerici,de iudi.nu.xij.publici enim
commodi inſpectio plurimùm ſuadet ipſi Excellen-
tiæ ſingularia iura concedi.d.uerſ.ualdè diſciplina-
tos.& inſtitu.in procem.& Iaſ.l.iubemus,num.ij.C.
31 de iudi.† Quo nomine ipſius pœnæ remiſsio in de-
lictis legitimè fieri creditur.l.ad beſtias,ubi Docto.
32 ff.de pœn.† Nec ipſi erudito Prætor reſtitutionem
33 concedit l.j.C.qui & apud quos.† Hinc & Pontifi-
cij iuris diſpoſitione inſpecta, ſingularis doctrinæ
intuitu naturales ad Epiſcopatum ipſum admitti,re-
ceptum eſt.c.innotuit,de elect.ubi Hoſt.Ioan.And:
Butr.& Abb.& ea eadem cauſa præſtantis doctrinę,
34 Lateraneoſis Concilij diſpoſitio inflectitur,† ut vni
plura ſacerdotia conferantur.c.de multa,de præben.
in fin.ubi Innocen.Card.Anchara.& Abb.in fortu-
nę quoque bonorum concurſu ipſius animi dotes p̄-
lucere intelliguntur.l.prouidendum.C.de poſtula.
ubi Gloſſ.Bald.Ponta.& Salicetus,& Roman.ſingu.
delaiiij.quod & à Stoicis acriter diſputatum eſt.Pla
35 tina in dialogo de uera nobilitate.† tametſi Ariſtot.
ipſe generis uetuſtati non parum tribuat.Nos qui-
dem qui ueritatis agnationem præpotentis Dei bo-
nitate conſequuti ſumus, omninò exiſtimare debe-
mus animi bona ei precioſiora, quippè qui regiam
illam legem factis exprimat, quod Sadoletus egre-
36 giè diſſerit in procem.epiſtolæ ad Roman.† quo-
circà eò uentum eſt,ut iis qui bonæ indolis ſunt do-
ctrinæq; , nō modicam expectationem concitarunt,
& plura aduerſus iuris dogmata obtinuerunt.licèt
enim λεγῶν tempus non compleuerint, laurea tamē
ornari ualeant.c.cùm in multis,de elect.& Alciat.d.
lib.j.de uerbo.ſigni.Quæ,cùm à maioribus noſtris,
ampliſsime Præſul,ita conſtituta ſint, quis non iure
miretur, nonnullos inueniri, qui Anſouini perſpi-
37 cuam Excellentiam oppugnare auſint,† cùm paſsim
receptum ſit,excellentem Candidatum ipſi uetera-
no inerti præferendum eſſe.l.j.C.de annon.ciuil.lib.
xj.Glo.Abb.Deci.d.c.clerici.Docto.d.l.cùm quid.
quod in ipſo profitendi munere Ticinenſi Acade-
miæ conſuetudinem obſeruare,relatum eſt.Deci.c.j.
de poſtula.prælat.nu.alij.Alciat.d.lib.j.char.xvj.vn-
de multò fortius in promoto idem conſtituendum
ſit.c.ex parte,il iij.de decim.cum aliis adductis à Bal
do in auth.multò magis.C.de ſacroſanct.Eccle.quæ
res cùm ipſi ſenſui expoſita ſit, nullius probationis
ope indiget.c.ueſtra,& c.ultimo,de cohabita.cleric.
& muli.& Bal.rubr.C.de probat.nu.ij.& l.ea quidē.
38 C.de accuſa.† ſed eſto probationem exigi,quinde-
cim atteſtationum authoritatem, maiorem eruditio
nem ac doctrinæ præſtantiam probare traditum eſt.
d.l.vnicuiq;.Roman.l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.mat.
& Iaſ.d.l.cùm quid.ff.ſi cert.peta.ſanè ſtudioſorum
omnium conſenſu,quod aſſerimus,luce clarius oſtē-
demus. Accedat quòd ab ipſis quadraginta uiris ip-
ſius præſumptione iuuetur.l.vnica.C.de profeſſ.qui
in Vrbe Conſtant.lib.xij.& Alciat.regu.iij.præſum-
ptione xix.ut nemo non uideat probationis ipſius
fomentum fruſtrà requiri.c.conſtitutus,de appella.
ubi Bal.& Deci.nume.ij.tantùm abeſt,ut eminentis
ſcientiæ uiris,maiori etiam ſtipendio conductis,ſint
præferendi.d.l.nemo,ibi,uel maiora ſtipendia:ſileāt
ergo ueterani prorſus ignaui,qui ex albo potius ex-
pungendi eſſent.l.ut gradatim.§.ſed & reprobari.ff.
de muner.

Illud præterea ſilentio inuoluendum non cenſui,
morem hunc apud ueteres noſtros incorruptū ſem-
39 per fuiſſe,† ut non immeritò legis uigorem diuti-
num hunc vſum induxiſſe exiſtimemus.l.diuina.ff.
de legib.& l.de quibus.eo.tit.l.j.& ij.C.quę ſit lon-
ga conſuet.& c.conſuetudinis,xj.diſt.& c.cùm con-
ſuetudinis,eo.titu.ubi Docto.idque etiam ampliſsi-
mi quadraginta viris atteſtantibus conſtare poteſt;
vnde aduerſus naturalem æquitatem vſum hunc in-
terpretari à iuris ratione alienum eſſet.l.nam ſecun
dum naturam.ff.de reg.iur.& l.j.ff.de legit.tut.& l.j.
§.denique.ff.de aqua plu.arc.ibi,quemadmodū pin-
30 guedinem.nam † Ruinus,Pariſius,demum Alc.cla
riſsima legum ſydera eundem locum obtinentes,cæ-
teris omnibus præponi conſueuerunt.quippè quod
exanclati labores atque erumnæ,quibus,ciuilis ſapiē
tia nummario pretio non æſtimanda.l.j.ff.de uar.&
extraor.cogni.comparatur,huic ampliſsimæ ciuita-
ti plurimùm locis adferentes.prælationis gloriam
illis adferre debuit;pro qua fortiſsimi quique uete-
rum certare ſolebant.Nam & Plato dicebat ν τιμὰ
31 γάρ τι ἀγαθὸν ἔχειν quo nomine † Bartolus Peruſij,
Baldus Ticini,Accurſius Florentiæ,Ioannes & Ale-
xander Forocornelienſes,cęteros in hoc clariſsimo
Gymnaſio anteiuiſſe teſtatum eſt.quę ſententia ad-
uerſus Pontanum tutior exiſtimatur.Alciat.d.libr.j.
32 char.xvj.† publici enim commodi ratio id ſuadet,
ut doctis hominibus ciuitas repleatur.auth.habita.
C.ne filius pro pat.ibi,quis eorum miſereatur.& l.j.
ff.ſolu.matr.ubi Docto.maximè Iaſ.& Alcia.Decet
enim huius ipſius non fictæ Philoſophiæ.l.j.ff.de iu-
ſti.& iur.in princ.ſtudioſos glorioſè præmiis pro-
poſitis impelli,ut glorioſi laboris ſarcinam acrius ſu
ſcipiant;ſine quorum opera ſat commodè regi non
poſſet:nec ipſa vniuerſalis Eccleſia adminiſtrari.d.
auth.habita.C.ne fil.pro pat.d.c.multa,ubi Abb.nu.
5.de pręb.& c.cùm ex eo,de elect.in vj.

Quamobrem honeſtiſsimo huic ſtudioſorum cō
uētui aduerſus publicam utilitatem tàm inſignis io-
iuria inferri non debet.Bal.d.auth.habita.num.xvij.
cū enim Anſuinus ipſe Alciato in interpretādi onere
ſuffectus fuerit,ab eius muneris onore reiici non de-
bet.Alex.conſ.liij.nu.xij.in iiij.à doctiſsimis enim
relatum eſt de gradu deiicientes,iniuriarum actioni
bus obnoxios eſſe.Bal.l.obſeruare.§.fi.in fi.ff.de of.
33 Proconſ.† honoris enim amiſsio in quo uirtutis p̄-
mium uel maximum conſiſtit,non facilè reparabilis
eſſe creditur.Ariſt.in eth.& l.vnica.C.de rapt.uirg.
& toto tit.de his qui uot.inf.& l.iſti quidem,in fin.
34 ff.de eo quod met.ſed † ſanè fateor,ampliſsime Prę
ſul,ab Euangelicę legis ſumma omninò aliena ui-
deri.Matth.xxiij.Luc.xx.Marc.xij.cuius quidem
eſſentia in humilitate conſiſtat & charitate.Sadol.
in exordio epiſtolę ad Roman.Flamin.in paraphr,
in pſalmos,

in pſalmos, quos Alciatus ipſe aduertit rubri. C. de ſumm. Triniţ. & fid. catho. & dict. l. cùm quid, ſi certum peta. Seruator enim ipſe nou ſemel docuit, quo quis ſeſe ſummiſsius in hac uita geſſerit, eo maiorē in futuro gloriam adepturum. Match. xviij. Ioã. xiij. Quocircà Summi Dei arcana paruulis ſępius detecta conſpectum eſt: quę ab huius mundi prudentibus ille quidem abſcondidir. xcv. diſt. & l. j. §. cumq; C. de uet. iur. enucl. & Specul. d. tit. de aduoca. §. núc tractemus. nu. viij. Cęterùm ratione hac inſpecta iuditia ipſa abolerentur, ac uendicationes, quod Specul. euangelicæ legis diſpoſitionem ſuadere tradidit in tit. de pręparat. indit. nu. ix. Homines etenim ſumus, membrorum ac carnis legem ipſis medulis adnatam habentes. Pau. ad Rom. vij. in fin. Calumniatoris actu ita nos peccato alligātem, ut inde uiribus propriis extricari non poſsimus. Specu. tit. de pœnit. nu. x. Diuus Auguſt. lib. de prædeſt. ſanct. quocircà legem ipſam non abſque diuino nutu humano generi præfixam cuſtodiamus. iii. ad Roma. & c. ii. & c. ſolitæ, de maior. & obed. l. proſpexit. ff. qui & à quib. & c. erit autem. iiii. diſt. in fin. & iunioribus, ſi quos id fortaſſe urgebit, obiici poteſt; Tu nimiũ properaa, & adhuc tua meſsis in herba eſt. l. j. C. de execq. rei iud. Cedant enim Anſouino non ſolum ea, qua ſuperius adduxi ratione, uerùm etiam ætatis authoritate atq; ipſorum laborum diuturnitate. d. l. ii. §. tanta. C. de uet. iure enucl. & d. l. nemo. Spec. in tit. de procur. nu. clj.

Habes, ampliſsime Præſul, quæ in propoſita ſpecie pro tenui facultate mea adducere potui, quod ſanè onus non iccircò ſuſcepi, ut prudentiam tuam amentatis telis egere cẽſecem, qui optimè ſciam tibi uni notiſsimum eſſe, quid hoc in ipſo negotio & uniuerſis perplexis ſecundum ius ſummum & κατὰ τὴν ἐπιείκειαν decernẽdum ſit: verùm ut Anſuini cauſæ totius ordinis noſtri rationem coniunctam eſſe oſtẽderem. Quis enim per Deos immortales, nõ uideat te te unũ oĩa iuris noſtri myſteria in ære tuo poſsidere? teſtis eſt uniuerſa Bononia, quę licèt ampliſsimum Muſarum foueat domicilium, iuriſque potiſsimùm & Pontificij & Cęſarei iuris inſignibus fulgeat, tu tamen inter illos oculatiores quoſq; lynceis (ut aiunt) oculis inter oſcitantes deprehẽdiſti. Vale meque tibi addictiſsimum ama.

Bononiæ, Idib. Nouemb. 1540.

Nominis tui obſeruantiſs. Philippus Iacobus Portius iuris candidatus.

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta, ſi ex noua cauſa inter paciſcentes fuit orta rixa, ſequutaque uulnera fuere; ſicque ad pœnam promiſſam offendens non tenetur & nume. 5. & 25.*

2 *Conductor penſionem non ſoluens, expelli iurè poterit.*

3 *Arbitri ſententiæ promittens acquieſcere, intelligitur, ſi æquè arbitratus fuerit.*

4 *Promiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus, & eodem ſtatu permanentibus. & nume. 14.*

5 *Pax nullo modo dicitur facta, quando quis fuit prouocatus, & ex noua cauſa lædit. etiam ſi illa ſit leuis. nume. 16.*

6 *Legis interna conditio in ipſa reſidet boneſtate.*

7 *Defenſio de iure eſt naturæ.*

8 *Diſpoſitio licèt in uniuerſum concepta fuerit, ad terminos tamen habiles reſtringi debet.*

9 *Rationi naturali lex humana cedere debet.*

10 *Scandala euitanda, illiſque obuiandum eſſe.*

11 *Delictum an præſumatur ex noua cauſa commiſſum inter eos, qui compoſita pace promiſerunt ſub pœna ſe ipſos non offendere, ſi deinde ſe offenderint.*

12 *Delictum non præſumitur.*

13 *Emergentia de nouo indigent nouo auxilio.*

15 *Scholaris iurans quòd alibi quàm Bononiæ non promouebitur, intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

17 *Singula, quæ non iuuant, ſimul uncta prodeſſe.*

18 *Rixæ author præmaximè tenetur.*

19 *Prouocans exiſtimatur pacis ipſius fractor, ideoque ad pœnam tenetur. & nu. 22.*

20 *Beneficio conuentionis frui non debet, qui illam trãſgreſſus eſt.*

21 *Aequalitatem ſeruandam eſſe.*

23 *Conditio, quæ à lege cõuentioni ineſt, pro expreſſa habetur.*

24 *Ius ſumm æquitate temperandum.*

26 *Iudicum imperitia, & detrimentum & dedecus rebus publicis affert. & multa contra ignauos ſordidoſq; iudices.*

27 *Iudices munera negligere debent.*

CONSILIVM LXXI.

REVERENDISS. D. D. GASPARI Contareno S. R. E. Cardi. præſtantiſs. ac Bononiæ Legato Iacobus Philippus Portius Forocorn.

COGITANTI mihi ſæpenumero Præſtantiſs. pater, quæ nam ſit, humani generis conditio, ueterumq; ętates omnes à iactis mundi fundamentis memoria repetẽti, plura ſolent occurrere, quæ me ipſum prorſus impellant, Chriſtianæ Reip. miſerias atque calamitates, quibus in dies illa magis ac magis affligitur, acerbiſsimo luctu deflere. Namq; ut omittam nunc ingentem illam ęrumnarum, morborum animiq; ipſius perturbationum ſyluam, ſenectutem, mortem denique ipſam, quibus nos animalis hominis rationi repugnans contumacia, ac diuini iuſſus transgreſsio, ceu diris quibuſdam beſtiis uorandos obiecit. quis non iure miretur craſſam hanc prorſusq; ſtolidam hominum inſcitiam, qui grauiſsimã illam à ſummo rerum cõditore ipſius pomi eſu alienationem certatim potius confirmare conentur, quá benignam illam uocationem pietatis ipſius fundamentis ſolidam reddere: qua nos optimus ille hominum pater inexplicabili amore impulſus proprij filij ore ſæpius ad ſummum æternæ uitæ bonum uocarit? inquiens: Venite ad me qui laboratis, & ego reficiã uos. itemq;, Qui uult uenire poſt me, ſemetipſum

Gene. i. ubi D. Augu. & nuper F. Ambr. Catha.

Gen. iij. ubi Catha. originalis iuſtitia amiſſum donum deflet.

Roma. v. ubi Sadol. poſt ueteres.

ipſum abneget. Nos tamen humana quadam deceptione allecti ſummum illud bonum, cui quidem nihil addi poſsit, fœlicisſimæ ſimul conditionis ſpem reijcientes, hæcque bona ſolùm curamus, quę ſenſus noſtros illudant, illisq; ſectanda uidentur, cùm tñ maximè fugienda ſint, quod ita nos mundo ac carnalibus deſiderijs implicet, ut ſecundæ mortis inde ꝑpetuã dãnationẽ acquiramus. Quod profectò lõgè grauius à nobis ferendum eſt, q̃ inter ipſas Chriſti oues cõnumeramur, quibusuè ſummi Dei per Chriſtum eius ipſius myſteriũ exuberans gratia illuxerit: in eiùs integerrimo ſanguine purgati, qui demum ſecundam Baptiſmatis pactionem perfectę reconciliationis ſignum profitemur, quàm à ueteribus illis, quorum ſanè finis mundus ipſe dominus erat.

Arbor boni et mali.

Quare honòrem alij ceu proprię uirtutis prœmium ſummum bonum exiſtimabant alij diuitias ſectabantur, quidam uoluptates. aut etiam ab iis, qui hodie quoque in falſorum Deorum cultu perſeuerant, quoniam nullum ij cum ipſo Deo fœdus inierint, ſintque ei prorſus ſe palàm rebelles. quocircà quis tàm ſtolido errore poteſt abduci, ut ſibi nõ perſuadeat acerbiſsimas apud inferos pœnas eſſe paratas? Quæſo an maiori aliquo ſtudio iam diù homines ipſi flagrauerint, quàm diuitiarum quolibet pacto parandarum, ac nephariis quibusque artibus opum adipiſcendarũ? & nulla maiori libidine, tãq; deſectaro ſanguine incenſi feruntur, quàm ut ſanctiſsimo myſterio coniunctos euertant, planeque deſtruant? nam, ubi lites incognitæ? quæ porrò tàm pacata in terris eſt regio, quę diſsidiis uacet? Quis tàm ſanctè Chriſtianorum ipſorum conuentus inueniri poſsit, quem odia ac ſimultates non oppugnent, tandęmùe diſijciantur? uelit optimus ac prępotens Pater aliquem tam ſobrium hominum ordinem hac maximè omnium peſtifera labe infectum non eſſe, qua quidem nulla gratior excogitari poteſt, ut ſapientiſsimè ueteres quidam tradidere. quibus ſi nulla tàm firma domus, tàm ſtabilis ſocietas, tàm ſanctis legibus inſtituta ciuitas uidebatur, quę odiis funditus extirpari nequeat? quid nos ipſi una hac omnium ſanctiſsima coniunctione deiuncti cenſerę debemus, qui ardentiſsimo illo erga mundum amoris atque beneuolentiæ documento toties admoniti ſumus, quantum inuicem nos ipſos diligere debeamus. Regia enim illa uereque omnium pręſtantiſsima lege ab ipſo Regum rege Chriſto Deo lata ſancitum eſt: ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. & alibi Spiritus ipſe ſanctus atteſtatur: ἡ ἀγάπη κακὸν οὐκ ἐργάζεται. Pręterea quid de ipſa iuſtitia dicam ſocietatis humanæ clypeo? an hodie ſua quibusque attribuantur? num integritatis illius priſcę atque incorruptæ uſpiam inueniantur iudices? O maiorum mores uerè aureos, ò tempora ætatis noſtræ corruptiſsima, auaritia ꝓfectò bona cuncta fœdauit. Quod enim flagitij genus eius ipſius ſacra non audeat fames. idque præſertim, ſi iudicum animis inhęſerit, quippe qui iuſtitiæ miniſtrandæ præfecti ſint, ut meritò ſummo cum animi dolore unà cum ipſo Pſalte plerunq; canendum eſſe cenſeam: Omnes homines à recta pietatis ipſius ratione adeò deliraſſe, ac perditis moribus, necnon peſtiferis opinionibus ita corruptos eſſe, ut perpauci admodum reperiantur, qui cum fide ac iuſtitia uitam ipſam colant.

Roman. vi. ubi Sadol.

Matth. xxij. Luca x.

Plato. i. de rep. Vlpian. de iuſt. et iur. ubi Bud.

ij. ad Timoth. v.

Pſal. xiiij.

Quæ, cùm eiuſmodi ſint, Pythagoricum illud documentum adeò profanatis auribus fruſtrà iuſiurandum exiſtimarem, quo ſolitus fertur uetuſtiſsimus illę Italię philoſophię author eius auditores à recto tramite aberrantes admonere, inquiens: πῇ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη. Niſi me duę res in primis conſolarentur, ſpemque mihi certam adferrent, propediẽ fore, ut ipſius Chriſti grex non ſolùm ita augeatur, ut uniuerſum orbem complectatur, uerùm etiã priſtinum illum naſcentis Eccleſiæ candorem induat. animum enim mihi potiſsimum facit conſtans ſacrarum literarum cognoſcẽdarum auiditas, ſpemq; meam fouet quorundam Eccleſiæ paſtorum tùm doctrinę, tùm & integritatis præſtantia. Nam quòd hodie diuina ſtudia longè quidem politius pertractari cœperint, iamque multò exactius, quàm ante hac coli, præſefert id quidem Chriſtianũ ipſum gregem augeri, Seruatore etiam ipſo id atteſtante: oues enim inquit, meæ uocem meam audiunt. Atquæ ulla uocis illius auditę certior poteſt eſſe ſignificatio, cùm toties illa ipſa à ſummo cœlo reddita uox ſit diuinarũ nempe legũ uolumina ita ſedulò euoluenda eſſe, ut animi integritatem inde percipientes ad ſuperos iter perdiſceremus. nullum enim doctrinę genus ita diligenter ſcrutãdum eſſe Seruator ipſe tradidit, q̃ earũ rerũ q́ ueritatis ipſius teſtimoniũ perhibeãt, Chriſtumq; ipſum ſummi Dei myſteriũ edoceant. Illud namq; unum eruditionis genus nobis relinquitur, unde ſolidam illam immortalitatis conſequendę ſpem obtinere poſsimus.

Ioſ. i. Deuter. xvij. & xxxi. Prouer. xxx. Ioan. v. ij. ad Thim. iij.

Nec ſpem hãc meam inanem fore ea ratione exiſtimo, quòd etiam ethnicorum teſtimonio traditũ ſit, maiorum uitam ac mores alijs uiuendi normam præſcribere. qualis enim eſt hodie nonnullorũ Eccleſiæ paſtorum doctrinę ſplendor, quę morum integritas, ea quidem cunctis hominibus ingenij ꝓſtantia atq; eruditionis ſapientia præſtant, ut ſi alia quapiam ætate floruiſſent uerendum profectò fuerit, ne (quod Herculi contigiſſe audiuimus) ab omnibus aliis planè derelicti fuiſſent; ut meritò dubitandum quandoque cenſuerim, an plus uos gloriæ temporibus hiſce attuleritis, an uerò hæc ipſa tàm florens ſtudioſorum ætas maiori quodam uos ornamento decorauerit.

Accedit quòd uniuerſo orbi inſtaurando nihil æquè neceſſarium eſſe compertum ſit, quàm ſapientiſsimorum huiuſmodi uirorum conſiliis profici poſſe; facilè enim eſt ex eorum fontibus ea uirtutis ſemina exauriri, quibus illi ipſi, qui rerum ſummã obtinent percipere ualeant quanta cum fidę Ieſu Chriſto omnium mortalium regi ſeruiendum ſit, quàm ut diligenter ipſius iuſtitiæ munus obeundum ac cuſtodiendum ſit: quod Gregorium ipſum Cõſtantiam Gallię reginam quandoque monuiſſe legimus. Nec ulli dubium eſſe poteſt, quin principum ipſorũ imperitia humano generi inexplicabile detrimentum afferat, miſera ſanè atq; uerè infęlix ciuitas illa exiſtimanda eſt, cuius rex animum puerilem gerat, non ſolùm patinis horis omnibus deditum,

Pſal. ij. ubi Flam.

Luc. xix. xxj. q. u. c. cum deuotiſsimam.

Eccleſiaſt. x.

tum, uerùm etiam omnis intemperantiæ luxui para
tum planeque eapoſitum. quemadmodum regnum
illud perbearum cenſeri debet, cuius Princeps non
quidem ueneri ac ſomno ſeſe dedidit, ſed omni lite-
rarú facultate ſemetipſum excoluit. Cùm enim ho- lit.q.
mines ipſi Principum ſtudia ſibi prorſus imitanda
proponant, ſanè ſi libidinibus indulgeant, populum
ipſum, quem rectè inſtituere debebant, atque hone-
ſto legum cultu paſcere, ita corrumpunt, ut planè
perdant. Quamobrem Plato ille philoſophantium to de rep. v.
eloquentiſsimus populum illum beatum appellat, lit.i.
cuius princeps philoſophiæ ſtudiis operam dederit,
omnemque literarum facultatem compleaus ſit; vt
cùm eas animi dotes à natura acceperit, cunctis ho- bone. ff. de
minibus præſtare cenſeatur: quales primis illis tem- b. ſign. ubi
poribus ipſorum populorum frequenti conſenſu di- i.
ligi ſolere, plurimis literarum monumẽtis traditum lit. iij.
eſt. nulla enim alia ratione colligi põt, ut iuſti prin-
cipis ullum quis nomen obtineat, cuiuſmodi diuina
forſaſſe lege duntaxàt parendum eſſe uideri poteſt,
πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Apo Rom. xiij.
ſtolorum enim Princeps parẽdum eſſe pręcipit, βα-
σιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι. Teſtis eſt Roma ipſa imperij
uetuſta ſedes, quoties monſtra quædam potius quã
homines ad ſummum rerum faſtigium euectos tulit
ueluti Claudium illum Caligulam propriis errori-
bus haud quaquam parcentem, ipſique Romano Po-
pulo plures ceruices inuidentem. Quid diram Ne-
ronis crudelitatẽ referam? Vitellij crapulam? Do-
mitiani ineptiss muſcas ipſas ſtylo inſequentis? cur
ipſius Commodi obſcęnitatem explicem? cuius uita
multò maiori nota quàm Timonis Atheniẽſis inuſta
fuit: cùm ille humani generis hoſtis diiudicatus, hic
uerò μισάνθρωπος dictus ſit. Quis hodie Heliogaba-
li ferat inſcitiã? Albini uoracitatem? ipſiuſue Ma-
ximini ſpongiam? Quis Liberij imbecillitatem non
lugeat, Arianis ipſis fouentem? Age, ut huiuſmo-
di ſilentio inuoluam, quem uice mutua non recreet
Antonini Philoſophi ſuauis atque iucunda bonis
omnibus recordatio? Qui uerè conſcius quantope-
re propriis cupiditatibus coërcendis ipſius ſapientię
ſtudium prodeſſet, eam demum beatam ciuitatẽ ap-
pellabat, cuius princeps philoſopharetur. Athanaſij
pręterea ſplendor quas faces hereticorum tenebris
obiecit, ut interim Leonis eius nõis primi Sacerdo-
tũ ſummi atq; Gregorij magni incomparabilẽ inte
gritatẽ omittã. quocircà non iniuria Francos ipſos
Chilpericum eiecisse legamus, quòd regno inutilis
eſſet, Pipino ipſo ſuffecto: cuius quoq; proles ab eo
degenerãs expulſa fuit Odone fratre frequẽti calcu-
lo ſubſtituto. quãobrem, ampliſsime Præſul religio-
nis noſtræ decus, eam eruditionis atque integritatis
tuę præſtantiam intelligo, ut facilè ſperem Deum
opt. ſolertiſsimo hoc tuo ac quorundam collegarũ
miniſterio, humano generi uniuerſa quadam igno-
ratione prope iacenti eiuſmodi opem allaturũ; quæ
fugandis errorum tenebris ſufficiat, ueramque di-
uinę mẽtis lucem detegat. Nihil enim inueniri poſ-
ſe planè ſentio, quod imperiti iudicis impietatem
repræſentare ualeat: quod enim flagitij genus conni
uentia quadam illi permiſſum non cenſeatur? quam
quidẽ rem ut pro animi tui ſolertia iamdiù optimè

noueris, lubet tamen quandam facti ſpeciem refer-
re, quæ nuper ad aures mihi fortè deuenit, boniſq;
omnibus, niſi tamen me animus fallat, languoris
plurimùm attulit.

HYPOTHESIS.

MAgolotus inſignis & religione & doctrina
Epiſcopus, paucis ab hinc annis cùm huic
urbi Pręfectus eſſet, factioſos quoſdam ad
pacem compulit (haud ſcio an tu ipſe hanc pacem q. ſecunda. xq.
ex Diui Thomæ authoritate exiſtimes) cõfecto do- q.i.
cumento utrinque ſatiſdatum eſt, pacis illius tranſ-
greſſorem ſea mille coronatos nomine pœnæ per-
ſoluturum. At cùm ſuperioribus diebus contigerit
quendam alteri uulnus inflixiſſe, à quo ita fuerat irri
tatus, ut nouam hanc ipſam cauſam prorſus urgentẽ
illi obiecerit: nempe quòd in aliena domo domino
etiam ipſo non conſentiente, tripudium impedierit,
ipſi citharedo acriter comminatus ſe ſe illi caput ci-
thara colliſurum, niſi pulſare deſiſteret. ſemel atque
iterum ſe ſe id facturum iactitans, pluraque eiuſ-
modi effutiuit, quæ miſeri atque carnales homines
Satanę uinculis irretiti effundere ſolẽt. Quare quę-
ſitum eſt, an pax ipſa fracta exiſtimetur; & iccircò
uter eo nomine pœnam luere compellatur? & ſanè
reſpondendum duxi, ſecundum iuris noſtri ratio-
nem internam diiudicandum eſſe, pacem huiuſmo-
di uia fractam fuiſſe. At quo pacto id fieri poſſe obij
cies? cùm alter alterum non lædere ſpoponderit,
aliàs ab ipſo tranſgreſſore pœnam perſolui? fateor;
an & uulnus acceptum? id quoque conſtare infi-
ciari non poteſt. qua igitur ratione fœdus ipſum
illęſum fuiſſe quis contendatur? pœnãq; iccircò cõ-
1 miſſam non fuiſſe? † Reſpondeo, id ipſum ea noua
cauſa nuper irritantis temeritate ſuborta ſequutum
fuiſſe cenſeri, & iccircò fœdus ipſum fractum non
intelligi. l. ſemel mora. ff. ſol. mat. ubi Bal. Roma. &
Alex. & Abb. c. j. de treg. & pac. quamuis enim in hu-
manis cõuentionibus promiſſum proponatur, pacẽ
ipſam cuſtodiri, nouę tamen cauſę tacitam condi-
tionem ſtipulatio huiuſmodi recipere ſolet. Bald. l.
2 cũ mulier. ff. ſol. matr. vj. oppoſitione. ueluti, † cùm
quis conductorem nullo modo expellere promiſe-
rit, ſanè ſi penſionem ſoluere ceſſet, expelli impune
poterit. l. quæro. §. inter locatorem. ubi Doct. ff. lo-
3 cat. † quemadmodum ſi quis iudicio tuo acquieturũ
ſpoponderit, ſanè, ſi iniquè arbitratus fueris, ad bo-
ni uiri arbitrium eum cõfugere poſſe receptum eſt,
l. libertus. ff. de ope. liber. Barto. l. ſi ſocietatem. §. ar-
bitrorum. ff. pro ſoc. Bar. & Abb. in c. Quintauallis,
4 de iureiur. † & promiſsio patris quòd filium non ex-
hęredabit, internam hanc recipit conditionem, niſi
ingratus probabitur. l. quidam cùm filiũ. ff. de uerb.
oblig. & qui ſeruum ſpopondit, ſi ex noua flagrantis
criminis cauſa illum perimat, nec quod ſtipulatoris
intereſt pręſtare compellitur. l. ſi ſeruum. & l. ſi ex
legati. ff. de uerbo. obligat. & l. qui ſeruum, eo. tit. &
qui à docendi munere non feriari ſpoponderit, ſi
præfixa die honorarium illi non perſoluatur, iuſtam
ceſſandi cauſam habere credit. l. ędiles. §. fin. ubi Al-
ber. ff. de ędili. edict. & ſequeſter ipſe parti ſoluere

iure

iure optimo denegat, quæ aduerſus pactionis legẽ
5 commiſsit. Feli. c. iij. de iureiur. † Quibus rationi-
bus conſtituto iure placuit. pacem ab eo nullo mo-
do fractam cenſeri, qui prouocatus ex cauſa noua læ-
dit. Ioan. And. rub. in Specul. de treg. & pac. & c. fin.
de iur. immunit. & c. fruſtrà, de reg. iur. pœna namq;
idcircò promiſſa exiſtimatur, ut qui rebus ipſis non
immutatis fœdus ipſum uiolaret, non ſi noua qua-
piam ſuborta cauſa idipſum contingeret. d. §. inter
locatorem. ubi Doc. quod ex facto à maioribus no-
ſtris & recentioribus paſsim reſponſum extat. Bald.
conſ. cxcvj. in ſecundo. & Pontan. cclviij. & clxxiij.
& Cuma. cxlv. & Caſt. lxxiiij. Quia fruſtrà, in princ.
& in fin. & Corn. conſi. lj. in primo, & xlij. in ſecun-
do, & ccxlviij. in quarto, & Alexan. xix. in primo, &
Socin. conſi. xx. inter conſi. Franciſci Curt. & idem
Franc. Curt. conſi. xxi. uerſ. cùm ſecundum. & Pariſ.
conſ. x. in primo, nu. lxxxia. & copioſiùs conſ. clxv.
in quarto, nu. xxiiij. & Marſ. conſi. iiij. nu. viij. xvij. &
& xxij. & conſi. xlj. no. xv. & conſi. lxxxj. nume. ij. &
Alex. conſi. xcvj. in vj. & Gratus Bonon. conſ. xliiij.
in ij. nu. xxj. & cõſ. xlvii. nu. xxij. & xxiij. & cõſ. cxiij.
nu. xj. xij. xiij. eo. uolu. & Crauet. conſ. cclxiiij. nu. vj.
in ij. & pertractat Marſ. §. agredior. nu. lxxxv. & ſe-
quenti in pract. crim. & Anton. Corſetus in tract. de
poteſt. reg. quæſtione xlj. uerſ. trigeſimoprimò dico
6 & Marſ. ſing. cccxxxvij. † Alioquin, cùm interna le-
gis conditio in ipſa honeſtate reſideat. c. erit autem.
iiij. diſt. ciuilis ſapientiæ maieſtatem uix tueri poſ-
ſemus, quam tamen Vlpianus ſanctiſsimam profeſ-
ſionem appellat, & Caius ueram philoſophiam. l. i.
7 ff. de iuſt. & iur. & l. j. ff. de uar. & extraord. † Cùm
enim natura dictet, quemlibet ſemetipſum tueri de-
bere. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. & c. tertio, de ſentent.
excom. & l. j. §. io ui. ff. de ui & ui arm. ſanè promiſ-
ſio hæc de nõ offendendo diſſoluta eſſe intelligitur,
quoties promittens ipſe prouocatus uulnus inflixit.
Bald. l. cùm proponas. la ij. C de pact. & c. j. de pace
tenen. Alex. Iaſ. & Alciat. d. l. cùm proponas.

Nec quidquam urgere debet, eruditiſsime Præſul,
quòd pœna ipſa ſimpliciter promiſſa in omnẽ uio-
8 latæ pacis euentum intelligi proponatur. † quia iu-
ris noſtri ratio quamcuuq; in uniuerſum conceptá
diſpoſitionem ad terminos habiles reſtringi ſua-
deat. l. j. ff. de legat. primo. ubi Bartol. Bald. Alexand.
& Iaſ. & l. i. §. lex autem. ff. ad legem Falcidi. ubi Bar-
tol. Alexan. & Iaſ. & l. j. §. nuntiatio. ff. de noui oper.
nuntiat. & l. ii. C. ſine cenſ. uel reliq. ubi Glo. & Bal.
quod & fieri ſolet, ne quis indebitè damnum patia-
tur. l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſ. tut. & Angel. conſil. v.
aut ne abſurdum quidpiam ſequeretur. Glo. l. Prin-
ceps. ff. de legib. ſiue ne legum repugnantia induca-
tur. But. conſ. xix. Aut quæ commodi cauſa inductæ
ſunt, ne detrimẽtum adferrent. l. quid ergo. §. ex cõ-
promiſſo. ff. de his qui not. infam. & Gloſſ. l. ij. C. de
fer. quod ipſum in propoſita ſpecie abſq; dubio cõ-
tingeret, ſi idẽ qui prior ſe ſe armis coniecit, eò quo-
que temeritatis proceſsiſſet, ut ſicut irritauit, necare
9 tentaſſet: † quare humanæ legis diſpoſitio naturali
rationi cedere debuit. d. l. ut uim. de iuſt. & iur. & c.
cùm inferior, de maior. & obed. & clem. paſtoralis.
§. cæterum, de re iud. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.

& l. ii. ff. de uſufr. ear. rer. & §. fin. inſt. de iure natur.
gent. & ciu. Quare in propoſito caſu pœnam ipſam
aduerſus prouocatum & uulnerantem commiſſam
non eſſe, conſultius diiudicari debet. Bar. l. aut facta,
10 §. i. ff. de pœn. & l. uerùm. ff. de furt. † Quã ſanè pru-
dentiſsimus ille Præfectus promitti curauit, ne ho-
micidia ipſa committerentur. l. congruit, de offic.
Præſi. unde non mediocris iniuria ipſi Reip. adferri
ſolet. Ethic. v. & l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. &
§. dominorum, inſt. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. &
Hoſti. in ſumma de renunt. §. i. Ne interim grauiſsi-
mam ipſius animæ iacturam commemorem omniũ
rerum nobiliſsimæ, quod Plato docuit in Timæo &
Ariſtot. in proœ. lib. i. de anima, & ſæpius conſtitu-
tutum eſt. c. præcipimus. xii. q. i. & c. cõſilium, de ob-
ſer. ieiun. & c. cùm cõtingat, de iureiur. Nam & fra-
trem ipſum odio proſequẽtes, regnum Dei non ui-
ſuros, Seruator ipſe tradidit, Math. v. & Rom. j.
11 Amplius † non defuerunt, qui in dubio potius iu-
dicandum cenſuerint, poſtremum ipſum facinus ob
nouam cauſam acccidiſſe præſumi. Bar. d. l. aut facta.
& Alexan. d. l. ſemel. & l. inſulam. ff. de uerbo. obli-
12 gatio. † iuris enim ratio id ſuadet, humanos actus
benignius interpretari. l. merito. ff. pro ſoci. c. eſto-
te, de reg. iur. in antiq. & tradunt omnes in c. dudum,
13 de præſump. † uulgò enim circumferri ſolet, emer-
gentia ipſa nouo quodam conſilio ſubſtinenda eſſe.
l. de ætate. §. cauſæ. ff. de interrogat. actio. & Bald. l. ſi
14 prædium col. pen. C. de ædilic. edic. † & iccircò ri-
te receptum eſt, promiſsionem de non offendendo
aliquem, rebus in eodẽ ſtatu manẽtibus interpretan-
dam eſſe. c. conſtitutus, de pœn. ubi Butr. Ancbar. &
15 Abb. & l. qui fidem, ubi Gloſſ. ff. de tranſact. † Hinc
traditum eſt, ſcholaris iuramẽtum quòd alibi quàm
Bononiæ non promouebitur, rebus ſic ſtantibus in-
telligi debere. cap. quemadmodum, de iureiur. Iaſ.
in l. quod ſeruus, de condict. ob cauſ. Ioã. Firmanus
trac. Gabellar. ii. parte. q. v. & iccircò ex irritantia ip-
ſius temeritate uulnus ipſum acceptum eſſe intelligi
debet, ut mitior interpretatio accipiatur. Moder. d.
l. cùm proponas, & l. in pœnis, de reg. iur. & l. præ-
ſes, & l. ſi de interpretatione. ff. de pœn.
16 Rurſus, idem quoque reſponſum extat, † licèt no-
ua illa cauſa leuis extiterit, adhuc nouæ offenſioni
ſequutum delictum adſcribendum eſſe, ex facto in-
terrogati quidam reſponderunt: Alex. conſil. xix. in
primo. quod ratione non caret, ut aduerſus fiſcum
in pœnis infligendis pronuntietur. l. non puto. ff. de
iure fiſc. Alex. conſi. cxv. in iiii. Pariſ. d. conſi. clxv. in
17 iiii. num. xxiiii. & xxv. † In ſtatu enim coniecturali
conſtitui ſolet, quæ ſingula non iuuant, ſimul iuncta
prodeſſe, atque ab ipſa pœna eximere. Bar. l. de quæ-
ſtione. §. tormenta. ff. de quæſt. & l. filium. ff. de his
qui ſunt ſui uel ali. iur. in prin. ubi Bal.
18 Fortius † hunc ipſum qui rixam excitauit fœde-
ris conuentionem tranſgreſſum fuiſſe, frequentiori
calculo Doct. ipſi conueniunt, tantùm abeſt, ut pro-
uocatus, qui uulnus inflixit, pœnã ipſam ſubire de-
beat. qui enim crabrones (ut aiunt) irritauit, tripu-
dium ipſum in aliena domo prohibens aduerſus iu-
ris rationem pœnas luere debet. l. i. ff. de fur. ibi, rei
alienæ. & l. inter ſtipulantem. ff. de uerb. obl. in prin.

 ibi

ſibi, de ſe quemque. ipſe namque citharedo caput
cithara colliſurum incitauit, qui tamen eò uoca-
tus acceſſerat: quamobrem ampliſsime Pater, ri-
xæ author plectendus uideri debet.l.i.ad Macedon.
& l.j.ff.de poſtul. & l.iij.ff.ad leg.Corne. de ſicar.§.
item. ſcriptum eſt enim, Veh homini, qui offenſio-
nis cauſam præbuit.Quare & eiuſmodi hominũ ge-
nus in ciuitate rite inſtituta, non facilè ferendũ eſſe
lex ſtatuit, d.l.congruit, ubi Bartol.c.quæſiuit, de his
quæ fiunt à Præla. & c.ut famę, de ſenten.excommu.
19 † Quocircà prouocatus ipſe pacis fracto exiſtima-
ri debet, & eo nomine pœnam ipſam luere.c.fruſtrà
de reg.iur.in vj.ubi Din.& Abb.c.bonæ, il j.de elec.
& l.cùm pater.§.libertis ubi Gloſſ.uerſi.cæterùm. &
Barto. Angel.Alex.d.l.ſemel.& d.l.cùm proponas.
20 † Nec enim conuentionis beneficio frui debet, qui
illam tranſgreſſus eſt.c.ex eo, de regu.iur.in vj.& c.
fruſtrà, de uſur.& c.ult.de immunit.eccl.& l.ex pol-
21 licitatione.C.de donat.ant.nupt. † nam & naturali
iuri plurimùm conuenit, æqualitatem ipſam ſeruari.
Vnde ſcitum illud L.Craſsi Oratoris apophthegma
circunfertur: Cur ego te in Conſulem habeam, ſi
me Senatorem negligis.c.eſto ſubiectus. xcv.diſt.&
d.l.cùm proponas.& d.l.ſemel mora.& d.c.iij.de iu-
22 reiur.cum alijs ſuperius adductis. † qua ratione re-
ceptum eſt, hunc ipſum qui percutientem prouoca-
nit, in huiuſmodi caſibus pacis fractorem exiſtimã-
dum.Anch.c.intelleximus, de adult.& Bald. c. ſicut
il iii.de iureiur.& Abb.d.c.i.de treg.& pac. In uni-
23 uerſo enim iure noſtro traditũ eſt, † quæ à lege cõ-
uentioni ineſt conditio pro expreſſa haberi. l.uen-
ditorea.ff.de uerbo.oblig.& d.l.cùm proponas, vbi
Bald. C.de naut.fœn.& l.item quia. ff.de pact. & d.
c.iij.de iureiur.& Doct.tradunt in l.iij.ff.de legat.i.
Vnde aduerſus tranſactionem uenire exiſtimatur, qui
ex cauſa iam finita id agit.l.quæritur.ff.de re iudi. &
dict.l.qui fidem.ff.de tranſactio. & d.l.ſi mota.C.de
tranſaction. ubi Alciatus & alii. Vnde cùm prouo-
cans ipſe iam pacem fregerit, conſequens eſt illum
qui uulnus inflixit, conuentionis tranſgreſſorem ha-
bere non poſſe.l.manumiſsiones.ff.de iuſt. & iur. &
l.decem.ff.de uerb.obliga. quod ex facto conſultus
Bald. ipſe reſpondit d.conſil.cxcv.in ii.tametſi hu-
manius ego exiſtimem fractæ pacis reum neminem
potius conſtituendum eſſe.d.l.cùm par.§.i.ff.de re-
24 gul.iur. Lesbiaq; norma, † atque ipſa æquitate, quam
ueſter ille ἐπιείκειαν. appellat ius ſummum tẽperan-
dum eſſe Ariſtot.Ethic.v.Innoc.Bal.Felin.& Deci.
c.i.de conſtit.cùm facilè credendum non ſit, pacem
huiuſmodi poſt diuturnas diſcordias tàm ſolidè ini
tam quemq; eorum modico diſpendio uiolare uo-
luiſſe, arg.l.cùm de indebito,.ff.de proba.& l. Cam-
25 panus.ff.de oper.libert. † Quin potius aliquo alio
effectu impellente hæc ipſa contigiſſe uideri debet.
Bal.l.prædium.C.de ædili.edic.Alex.d.conſi.cxv.&
d.l.inſulam.tametſi municipalis iuris pœnã utrũq;
eorum non facilè euadere poſſe exiſtimẽ: ille quòd
rixam ipſam concitarit, hic autem quòd facilis ad
uulnus ipſum infligendum fuerit. l. ſanctio legum.
ff.de pœn.& l.ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. & l.
bona fides.ff.depoſi.

Quæ ſanè licet à maioribus noſtris ſumma cũ ra-
tione, nemine prorſus reclamante, tùm docẽdo, tùm de iure reſpondendo conſtituta fuerint.Barto. l.i.ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dica. & d. l. aut facta. ff. de pœ.& d.l.uerum.ff.de fur.& d.§.inter. & d.l.qui ſernum.& l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de uerbo.obli. & Bal.d.cõſ.cxcv.in ii.& Pontan.cclviii.& clxxxiii. & Alex.d.cõſ.xix.in primo, & cxv.in quarto, cũ aliis ſuperius adductis, non defuit tamen Siculus quidã uel potius Ariopagus alter, qui memorabilem illam Draconis legem de cædibus ulciſcendis fortaſſe præ oculis habens latrunculatorem ipſum mitteret, qui à fideiuſſoribus ueluti rupto fœdere ipſius pœnæ nomine pignora ipſa caperet.Quid ni id faceret? qui iam diu illam ipſam Ariopagitarum ἀποφαίνεσθαι ad ſe ſe pertinere putatis? an quis eum defendi poſſe contendat, ſi fortè temeritatis atque iniuſtitiæ reus conſtituatur, quòd iuris ipſius ordinem prorſus cõtẽpſiſſet, ac rationem illius omnem floccipendiſſet? l.i.C.de exeq.rei iud.& l.prolatam. C. de ſenten. & interloc.omn.iud.ubi Glo. Barto.Albe. Bal. Salic. & Fulg.Idq; in ea præſertim ſpecie, in qua tùm Pontificii tum Cæſarei interpretes omnes conueniant, à quorum traditionibus recedi nephas eſſe traditum eſt. Ange.l.ſi idem.ff.de iuriſ.omn. iudic. Alexand. conſil.vii.in iiii.

26 Vides itaque Pater eruditiſs. † quantùm rebus ipſis publicis & detrimenti & dedecoris iudicum tùm imperitia tùm & iniquitas adferre poſsit, cũ ſæpius uoce è ſummo cœlo reddita præceptum ſit, nemini ad dexteram aut ad ſiniſtram à recta iuſtitiæ ratione declinãdum uel leuiter eſſe: Deuteron.ii.ſed eius ipſius nim omnem potius ita moderandam eſſe, ut afflictorum nos omnium calamitas excruciet. pſal. xli.Decet enim ſapientes iudices iuſtiſsimum illud ſummi & præpotentis Dei iudicium imitãdum proponere, qui omnibus ad unguem laborum fructum reddet. Nec eſt, ut quis ſibi ipſi perſuadeat tam cautè negotia ſua pertractare, ut oculatiſsimum illud iudicium effugeat. Luc. vi. cui non facta ſolùm, ſed nec cogitata quidem humana latebunt.c.i.de ſentẽ. rei iud.in vj. & l.rem non nouã.C.de iud.in fi.prin. quo fit, ut plerunque quorum hominum miſerias ſummo loco deplorem, adeoque eorum uitia doleã, ut inexplicabilem illam præpotentis Dei charitatẽ deprecer, illis ipſis meliorẽ mentem concedi. Teſtis mihi ſit ille, qui omnia uidet, cuncta prænouit, quiq; mihi nunc adeſt, cordiſq; mei cogitationem longè melius quàm ego ſciã introſpicit, niſi animus meus auditis ſæpius quibuſdam rapinis, quæ in hoc Bononienſi foro, an Martis uicum nominem, committuntur, ita torquetur, ut ingemiſcã, exclamans: Mitte domine Deus uirum aliquem de cœlo, qui aquam illam, quã tu ex uberrimis illis pietatis fontibus filiis lucis auriendam præbes, ſemel ita guſtarit, ut nõ miſerorum ſanguinem ſitiat, non aurum uel argentum inhiet, uerùm pietatem illam tuam ac charitatem repræſentet, omnibusque non ſolùm dictis, ſed factis quoque diuinum illud myſteriũ, nempe Chriſtum filium tuum imitetur, ut omnes eius ipſius integritate ac ſobrietate commonefaciat, præſentis uitæ gaudia futuræ gloriæ longè inferiora eſſe, ne impia hæc appetitionum cohors rationem omnem

uitæq;

nitęq; ætternę cogitationem auferat, cùm autem facilè ſperem tâm corruptę ætati maximum adiumen-
27 tum allaturum fore. † tu enim qui munera ab iis negligenda eſſe nouiſti, qui publicam perſonam ge-
runt. Exo.xxiij.cap. l.ſolent.de offi.Procōſ.quibus
quidem non ſolùm prudentum oculos occęcari, ve-
rùm etiam Deos quoque mitigari poſſe traditū eſt:
Deuter.xvj.Plato lib.iij.de Repub. Iuſtitiam illam
abſolutam exprime tu, qui clariorem longeq́ue per-
fectiorem philoſophiam quàm ueteres illi profeſſus
es, gregem hūc diuino propoſito fidei tuę commiſ-
ſum ita ſuſcipias, ut quē ſanctiſsimis exēplis paſcas,
ab adulterinis quibuſdā miniſtris deglutiri ne ſinas.
tu qui circunſpectam illam Athenienſium in deligē
dis ſcrutandorum criminum iudicibus diligentiam
admiratus fuiſti, omnem lapidem moue, ut in iis
uerę lucis ipſius filij uideamur, iuſtitię munera lōgè
exactius obeuntes, quàm illi ipſi quorum ſapientiam
Paulus ipſe ſtultitiam appellat, ut lux hæc tua clariſ-
ſima, quæ iam nō Italiam ſolùm, ſed uniuerſam Eu-
ropam clariſsimis doctrinę ſyderibus illuſtrare cœ-
pit, cunctis ita pręluceat, ut pellendis errorum tene-
bris ſufficiat. Quare & miris laudibus inexplicabilis
illa præpotentis Dei erga mundum charitas ex mini-
ſterio tuo extollatur, qui nobis per filiū eius Ieſum
Chriſtum liberam omnibus facultatem præbuit fi-
lios illius fieri, cuius gratia perpetuò nobis omni-
bus cum Spiritu ſancto adſit. Vale ętatis noſtræ de-
cuſ. Bononię. x. Kal. Iunij 1541.

Portius Iuris candidatus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœna, humanius quàm fieri poteſt, irrogāda ſunt limitatur tamen.*
2 *Delicta puniri Reip. intereſt.*
3 *Interpretationi benigniori lex fauet.*
4 *Ignem immittens abſque dolo in ſtipulas, unde uicino damnum illatum fuerit ad illud reſarciendum tenetur. & nume. 7. & ſeq. quid ſi cum dolo.*
5 *Statuta ſtrictam recipiunt interpretationem.*
6 *Probatio per ocularem inſpectionem omnes ſuperat.*
8 *Incendiarij, uiui ſunt concremandi.*
9 *Præſumptio eſt pro iudice.*
10 *Delicta nocturna maiori ſunt pœna plectanda.*
11 *Conſuetudo ſeruanda eſt.*

CONSILIVM LXXII.

SANCTISSIMAE TRINITATIS
pręſidio ſemper inuocato.

SIcut ego ſumma cum ratione à
maioribus noſtris conſtitutum eſ-
ſe exiſtimauerim, æquiſsime Præ-
1 tor, † pœnas ipſas humanius quàm
fieri poſsit irrogandas eſſe. l. ſi de
interpretatione. & l. præſes. ff. de
pœnis. & l. factum. §. pen. ff. de reg. iur. quod pręto-
riæ benignitati decet magis. l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo
quod cert. loco. Baldus rubrica. C. qui admitti. nihi-
lominus huiuſmodi ueterum conſtitutiones ita exa-
cto iudicio perpendendas eſſe diiudico, ne id quòd
humanitatis gratia introductum eſſe creditur, nem-
pè, ut quæ odium continent, mitius intelligantur. l.
cùm quidam. ff. de libe. & poſth. & c. odia, de regulis
iur. in vj. ubi Dyn. & in totius humani generis detri
mentum conuertatur: quod à iuris ratione prorſus
alienum eſſet. l. quod fauore. C. de legib. l. legata in-
utiliter. ff. de leg. i. & cap. ultimo, de immu. eccl. qua
2 ratione ſępius conſtitutum extat. † publicè intereſ-
ſe facinoroſos homines legitimis pœnis ſubiici. l. ita
uulneratus. ff. ad leg. Aquil. & l. bona fides. ff. depoſi.
& c. ut famę: de ſenten. excommunic. alioquin im-
piorum prophana cohors in placidum bonorū gre-
gem adeò impudenter irrueret, ut illorum conuētus
uel minimo negotio aboleretur. l. congruit. ff. de of-
fic. Pręſi. ubi Bartolus, & cap. fœlicis, de pœn. in vj.
ubi Gemin. cum enim lex ipſa honeſta ac ſacroſan-
cta ſit. l. i. ff. de iuſtitia & iur. & c. erit autem lex. iiii.
3 diſtin. † faueatque benigniori interpretationi. d. l. ſi
pſes, & c. in pœnis de reg. iur. in vi. ēt ubi pœnas in-
fligere oporteat, ubi ambigi poſsit. l. abſentem. ff.
de pœn. quo caſu in meliorem partem præſumendū
eſſe traditum eſt. l. merito. ff. pro ſoc. ubi Doctores,
& dicta l. bona fides. ff. depoſi. & c. eſtote, de reg. iur.
in antiquis. ut qui deliquit, potius abſoluatur, quàm
innocens condemnetur. Glo. in cap. dudum, de prę-
ſumptionib. ubi Feli. nu. xiiij. & Ancha. conſi. lxxix.
Prima facie. & pertractat Alcia. regu. iij. tractat. præ-
ſumptio. circunſpectum Prætorem accuratè intueri
oportere factorū ipſorum ſpecies, ex quibus ius ip-
ſum oriri ſolet. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem
4 Aquiliam. † quocircà, cùm municipalis iuris di-
ſpoſitione incendiariis ipſis pœna quędam impoſita
ſit, cùm inde damnum uel quolibet pacto illatum
eſſe probetur. contigeritq́ue quoſdam homines ſti-
pulam ipſam accendiſſe, unde uicini proximi piros
combuſtas eſſe conſtat, ſingularis iuris pœnę eo ob-
noxios eſſe cenſeo. l. ſanctio. ff. de pœn. cap. j. de re-
ſcrip. ubi dixi poſt Felin. Deci. & Beroium. Nam q
is qui ignem accendit huius iuris uerba læſerit, ne-
5 mo ſanus ambigere poteſt: † tametſi lex huiuſmodi
ſtrictam recipiat interpretationem. Bart. l. omnes
populi. ff. de iuſt. & iur. vj. quęſtione principali. & l.
conſtitutiones. ff. ad municipal. & l. ii. ff. de legat. i.
Bal. Fulgoſ. & Salice. l. ii. C. de noxal. ſanè & mentis
quoq; ipſius tranſgreſſio inducta cenſeri debet. l. La-
beo. ff. de ſupel. leg & l. non dubium. C. de legib. ubi
Doctores, & c. ult. de reg. iur. in vi. Nam, quo quis
colore aſſeuerare poteſt hunc ipſum ignis accenſorē
damnum nō intuliſſe, qui ſtipulam ipſam cumbuſ-
6 ſit? † cùm oppoſitum ex ipſa etiam inſpectione pro-
betur: quod probationis genus fidiſsimum eſſe le-
giſlator exiſtimat. l. ſi irruptione. §. ad officium. ff. fi-
nium regundor. & cap. fraternitatis, de frigidis &
malefici. docuit Bart. l. i. quæſtione. j. ff. de nou. ope.
nunciat. & Bald. rubr. C. de probat. aliàs huius iuris
diſpoſitio facilè poſſet eludi; quod a iuris ratione
diſsidet. cap. ſi Papa. de priuil. in ſexto. l. ſi quādo. ff.
de legat. i. & Angel. l. ędem. C. locati. & Deci. c. Pa-
ſtoralis, de appellat. nu. i. Caſtrenſ. conſi. cxxiiii. Su-

per

per primo quæſito. quæ ſanè interpretatio cùm iure
communi diſpoſitioni conueniat, iuuanda uidetur,
authen. itaque, C. commun. de ſucceſs. ubi Doct. &
7 in authen. de conſang. & uter. fratrib. † lex enim ſti-
pulas incendentem atq; ipſum ignem longius euaga
ri negligẽtem, damnum inde ſecutum reſarcire com
pellit. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil. potiſsi-
mùm autem cùm alterius arbores inde combuſtæ
fuerint. Bonifa. tract. malefi. titu. de damno dato, nu.
8 xxviij. † Nam, ſi dolus argueretur, incendiariũ ipſum
uiuum concremandum, uel capite plectendum, lex
iubet. l. qui ædes. §. fin. de incend. ruina, & naufrag. &
Bonifa. in dicto titu. de incendiariis. Quamobrem
cùm ius ipſum cõmune ac proprium ciuitatis iſtiua
incenſor iſte tranſgreſſus fuerit, quis amplius hęſita-
re poſsit, quominus pœna aduerſus illum commiſſa
intelligatur? argum. dictæ authen. itaque. C. comm.
de ſucceſs. & c. primo, de tregua & pace. Quare quod
à iuſtiſsimis iudicibus decretum eſt, comprobandum,
9 omnino cenſeo, † pro quibus lex ipſa non parum prę-
ſumit. l. ij. C. de offic. ciuil. iudi. & cap. in noſtra, de
procurat. & capi. quoniam contrà, de probation. in
gloſſa ultima, ubi dicit poſt omnes. Ne aliàs publici
iuris ratio negligatur, quod lex plurimùm abhorret.
l. illud. ff. ad legem Aquil. & d. l. bona fides. ff. depoſ.
& Decius ex facto conſultus reſpondit conſi. lxv. co-
10 lumna ij. † non omitto quòd incendium huiuſmo-
di nocturno tempore factum eſſe proponatur, quæ ſa
nè qualitas temporis in ipſis delictis pœnam ipſam
augere ſolet. l. aut facta. §. locus. ubi Bart. ff. de pœn.
cap. ſicut dignum, de homicid. uolunt. uel caſuali, &
& cap. omnis utriuſque ſexus, in uerb. circunſtantias,
11 ubi Gloſ. Hoſtien. & Abb. de pœnit. & remiſs. † Po-
ſtremò non contemnendum exiſtimo, quòd incen-
diarius huiuſmodi ruſticorum conſuetudinem con-
tempſerit, nempè agrorum ipſorum limites arandi,
ubi ſtipula ipſa comburenda ſit, quæ ſanè legis non
ſcriptæ ex contemptu facta tranſgreſsio illum ipſum
contumaciæ pœnæ ſubiicit. l. diutina. ff. de leg. & l. j.
& ij. C. quæ ſit longa conſuetu. & cap. conſuetudinis,
xj. diſtinct. idq; potiſsimùm, cùm ea nocte conſtet,
ſtipulam ipſam accenſam fuiſſe, qua ſęuiebat impe-
tuoſus Auſter. d. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem
Aquil. & cap. egreſſus, de incendiariis & damno dat.
ubi Hoſtienſis, Ioannes And. & Abb. quæ ſanè qua-
litates delicti conditionem plurimùm agrauare ui-
dentur. d. l. aut facta. §. facta. ff. de pœn. cum aliis ſu-
perius deductis. Quamobrem, cùm Prętoria Maie-
ſtas municipalis iuris diſpoſitionem cuſtodire iura-
uerit, abſque periurij reatu iudicum horum ſententia
retractari non poſſe uidetur. cap. cùm contingat, de
iureiuran. & cap. quamuis, de pact. in vj. & c. licèt, de
iureiuran. ſimiliter in vj. curet ergo diligenter inte-
gritas tua, ne iuſtum Dei iudicium aduerſus ſe ip-
ſum prouocet. cap. j. de ſenten. & re iudic. in vj. & l.
rem non nouam. C. de iudic. ab eo præſertim iudice,
qui nullis atteſtationum adminiculis inſpectis homi
num corda ſcrutatur. c. erubeſcant. xxxij. q. ij. & cap.
nouit, de iudi. Patauij, Idibus Octobris, 1547.

Portius Forocornelienſis,
hæc raptim.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Dardanarij qua pœna puniendi ſint. & nu. 3. & ſequentib.*
2 *Mercatorum immoderatam habendi uendendiq; libidinem moderandam eſſe.*
4 *Vendere inuitus nemo cogitur, nec emere, fallit tamen.*
5 *Frumentum ſiue annonam attentantes carius uendere, puniendi ſunt.*
6 *Tex. in l. iij. ff. ad leg. Iuli. de ann. exornatur.*

CONSILIVM LXXIIII.

1 DARDANARIOS, † quos Græci
τοὺς σιταπώλας appellant, cùm an-
nonam flagellare coſueuerint, Di-
uorum conſtitutionibus ab ipſo
annonæ Præfecto mulctandos eſſe
conſtitutum eſt. l. annona. de ex-
traord. crimin. horum enim auaritiæ obuiam iri na-
turali conuenit æquitati, quam hominibus erga alios
innatam eſſe, Papin. ipſe legum κορυφαῖος admonuit. l.
2 ſi ſeruus. ff. de ſeruis export. and. † immoderata enim
eorum habendi libido coërcenda cenſetur, ſiue ab
his, qui merces huiuſmodi coëmptas ſupprimunt,
ſiue à locupletioribus, qui redditus æquo pretio
uendere nolunt; dum minus vberes prouentus ex-
pectant, mercentur. d. l. annona. ubi Gloſſ. in uerbo
prouentus, publicè enim expediret, hoc hominum
genus aboleri, quod præpotentis Dei erga mundum
inexplebilem benignitatem eludere conantur. argu.
l. uel negare. ff. de libe. agnoſcend. & cap. non ſatis,
octuageſima ſexta diſtinct. & cap. cùm haberet, de eo
3 qui duxit quam per adulte. poll. † Nam & Pontificij
iuris inſpecta diſpoſitione eos ipſos uſurariæ praui-
tati obnoxios eſſe conſtat. dicto cap. ultimo de uſur.
4 ubi Anchara. & Abb. nume. xviij. † qua ratione & ſi
traditum extet, aliquem inuitum bona ſua diſtrahe-
re non compelli. l. inuitum. ff. de contrahenda empt.
& l. nec emere. C. de iure deliberan. non tamen pro-
cedit, cùm ipſius annonæ urgens penuria aliud ſua-
deat: tunc enim ipſos Aediles curare debere cõſtitu-
tum eſt, ut vrbi annona ſufficiat. d. l. annona. Alc. lib.
j. de uerbor. ſigni. char. xxvij.
5 Amplius † idem iudicandum exiſtimo, licèt quis
retaliator non ſit (ut vulgò nominari conſueuit) ſed
cuiuſcumque conditionis ſit, q annonam attentat, ut
carius diſtrahat. l. attentare. ff. de extraordin. crimin.
in fine, quid enim refert, an ciuium opera inopes ip-
ſi fame conficiantur, an ipſorum quos: ritici contra-
hendi, ut annona ſit carior, cępit auditas? l. ſcire.
ff. de leg. & l. non dubium. C. eodem. & cap. ultimo,
de regul. iur. in ſexto. & cap. in tantùm, de ſimoni.
6 & l. mulier. ff. ad Senatuſconſul. Treb. ſi. † quod er-
go reſponſum extat, p Decuriones illorum ciues ad-
uerſus ſterilium temporum conditionem vilius quã
annona exigit, diſtrahere cogi non debere. l. tertia.
ff. ad leg. Iuliam de ann. cum iudicio intelligendum
eſt, ut non procedat, cùm ipſius annonæ ubertas bo-
nos omnes exhilarauit. d. l. annona. & l. ij. & tertia.

ff.ad leg. Iuliam de ann.& dicta l.annona. Poſtremò
non omitto,xx. aureorũ pœna eum plectendum exi-
ſtimari, qui in legis ipſius rationem commiſerit. d.
l.ij.in fi. & Bar.l. cùm vrbem.§.cora carnia.ff.de off.
præfect.vrb.quod præſertim in propoſita ſpecie con-
cludendum uidetur;cùm municipali iure cautum ex-
tet, bladi extractores haud impune id ipſum fer-
re debere.rub.cxxiij.lib.iij.ſtatut.ſub rub.ne quis bla
dum extrahat. Laus Deo.

Patauij, quinto Kal. Octobris, 1548.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtatorum mentem ueluti legem cuſtodiendam eſſe.*
2 *Mors omnia ſoluit.*
3 *Lex generaliter loquens,generaliter intelligi debet.*
4 *Vniuerſalis oratio nulla adeò inueniri poteſt, quòd non ad habilia referatur.*
5 *Diuiſione in ipſa ſiue partium enarratione reprehendendus eſt, qui aliquam omiſerit.*
6 *Peccatum incurrit, qui Euangelicæ legis tranſgreſſor eſt.*

CONSILIVM LXXIIII.

VERBA legis duodecim tabula-
rum, Vti rei ſuæ quiſque legaſſet,
ita ius eſſe debere: ex Pom. quinto
reſponſ. extat. l. uerbis. ff. de uer-
borum ſignific.ubi Barto. & Alcia.
1 † paſsim teſtatorum mẽtem perin-
de ac legis præceptum exequendam conſtitutum eſt.
l.in conditionibus.ff.de cond.& demon. & l. pen.ff.
de legat.j.& l.j.C.de ſacroſan. Eccle.& §.diſponat,in
authen.de nupt.& §.exhæredatos. in auth.de hæred.
& Falcid. quæ tamen concluſio ea lege intelligi de-
bet,ne iuris rationi repugnet.vnde rei ſuæ diſertè lex
explicat.d.l.uerbis.mortuus enim quidquam uendi-
care non poteſt.l.Quintus, ubi Bar.j.oppoſ.ff.de au-
2 ro & arg.leg. † mors enim omnia diſſoluere intelli-
gitur.§.deinceps.in auth.de nupt.& §.illud, in auth.
de non eligen.ſecun.nub.ubi Gloſ.in uerb.morte,&
§.morte.inſt.manda.Sed dicet quis,vñ paradoxa hæc
adferuntur? cùm vna hæc legis intentio ſit, morien-
3 tiũ diſpoſitiones adimpleri?d.§.exhæredatos.† quod
ſanè beneficium cùm lex in vniuerſum cócedat, ni-
hil quidquam ei obiici poſſe uidetur.l.j.§. & genera-
liter.ff.de leg.præſtan.& c.ſi Romanorum,xviij.diſt.
vnde legis ipſius ratio plurimi fieri ſolet. d.l.ſcire.ff.
de legib.& d.l.non dubium.C.eod.& l.ij.C.commu.
4 de leg. Reſpondeo, nemini ambigendum eſſe, † nul-
lum iam vniuerſale orationis genus inueniri, quin
ad habilia non referatur.l.qui teſtamẽ.§.j.ff. de teſta.
& c.j.de ætate & quali. Quare l.factam fraudem ne-
mo iuſtè poteſt aſſeuerare.Gloſ.l.contra.ff.de leg. &
l.j.§.lex autem.ff.ad leg.Falcid. ubi Barto. Alexan.&
5 Iaſ.& l.ij.C.ſine cenſ.uel reliq.ubi Gloſ.& Bal. † Nã
& in partitione ipſa ſeu partium enumeratione non
parum reprehendendus uideris, qui aliquam omiſe-
ris. Cicero in Topicis, ubi Boet. & idem lib. de di-
uiſione, & l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel
alie.iur.& inſtit.de obligationibus quæ ex quaſi con-
tractu. & recentiores rubric. C. quando non peten-
tium partes: quod tamen ueluti parui ponderis ui-
tium omittam; quod legiſlator conſueuit. l. j. ff. de
uentre inſpicien. quod incomparabile detrimentum
adferre poſsit,animaduertam hac ipſa interpretatio-
ne tua ſecundæ mortis effectum induci poſſe. Plat.in
Timæo,& Ariſt.in procem.j.de Anima, & l.iuſtiſsi-
mè.ff.de ædil.edict.& l.ſancimus.C.de ſacroſ.Eccleſ.
Quare, cùm acquiſitionem falsò factam fuiſſe aſſe-
ueres,nempè per interpoſitam perſonam proximi do-
6 lum præſumens,† veluti Euangelicæ legis tranſgreſ-
ſor,ſecundæ mortis reatũ incurrere cenſeris. Matth.
vij.ad Rom.ij.c.ult.de præſumpt.& c.eſtote,de regu.
iur.in antiq.& l.meritò.ff.pro ſoci.idq; potiſsimùm,
cùm ex documentis conſtet, Aſterglum ipſi Alphon-
ſo prædium hoc diſtraxiſſe. vnde,cùm iuſſus teſtato-
ris ſuadeat,eius hæredes nihil quidq̃ ex ſuis bonis ip
ſius Franciſci Galli deſcendẽtibus alienari.l.patre.§.
quindecim.ff.de leg.iij.vbi Barto. cùm tamen ſemel
atq; iterum ad perſonas acquirere non prohibitas p-
uenerit,alienationis commertio ſubiectus fundus vr̃.
l.j.de imp.lucr.deſc.ubi Bar.lib.x. Rurſus, cùm pro-
hibitiones huiuſmodi certarum perſonarum odio la
borent,nullius fortè momenti eas eſſe diiudicandum
eſt, ꝙ peccatum ipſum contineant.c.ult.de conſuet.
ubi Inno.Hoſti.& Ab.& c.ulti.de præſcript. ubi oẽs
in j.notab & innuit Bart.in l.j.C.de ſacroſan.eccle.
col.vj.Reliquum eſt,ut hactenus documentorum au
ctoritati cedendum exiſtimem, quatenus naturalis
pbatio eorum commẽtum elidat. l.cùm pcibus.C.
de pb.ubi Bal.& Rom.cóſ.pix. & Alex.cóſ.cxxxiiij.
in ij.& conſ.xviij.& liij.& cxvj.in iij. & Deci.conſil.
xxxvj. Diuino. cùm ergo ſimulationem allegari in-
telligam ex perſonæ interpoſitione prouenientem,
illam ipſam probandam eſſe, ambigendum non
eſt.l.j.ij.& ij.C.plus ualere quod agitur. ubi Bald. &
c.ad noſtram,de empt.& uend. aliàs intendens reiici
ſolet,ſi non probet.l.ei qui.ff.de proba.& l.actor.C.
eod.tit.& l.qui accuſare.C.de eden. & c.cùm Eccle-
ſia Sutrina,de cauſ.poſſeſ.& propriet.& cap cùm ad
ſedem, de reſtit. ſpoli. quo quidem in negotio plora
adducere potuiſſem, quæ monaſterij petitionem ex-
cludere uideantur, ſed allegata diluiſſe, ſatis eſſe exi-
ſtimo.

Patauij, octauo Kal.Nouembris,1542.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Poſſeſſio nobis acquiritur per procuratorem.*
2 *Iudex inferior ſuperioris diſpoſita diſſoluere nequit.*
3 *Falſitate detecta omnia corruunt.& nu.5.*
4 *Iudicis authoritate factum,reputatur iuſtum.*
5 *Sententia nulla declarata, omnis ipſius uirtus diſſoluitur.*
6 *Iudex rem quam cognouit, illam diffinire debet. fallit tamen.*

Delinquens

7 *Delinquens multiplicis fori exequutioni ſubiectus eſt,*
8 *Iudex laicus poteſt cognoſcere ſuper mero poſſeſſorio rei eccleſiaſticæ.*
9 *Falſi criminis obnoxius ab omnibus eius iuribus cadit.*
10 *Clerici falſarij non ſolùm beneficijs, ſed quibuſcunque etiam officijs ipſo iure priuantur.*
11 *Poſſeſſio ex falſa cauſa apprehenſa, nullius exiſtimatur roboris.*
12 *Sequeſtrationes ſunt odioſæ, ideóque interpretatione non iuuandæ.*
13 *Iudicibus ordinarijs & præſertim Præſidibus ex cauſa conceditur præter iuris regulas iudicare.*

CONSILIVM LXXV.

TRINITATIS VNITAS
labia mea aperiat.

AN ſequeſtratio fructuum ſecundum diſpoſitionem clemen. primæ de ſequeſtratione poſſeſsionis & fructuum, facta authoritate Romanæ Rotæ, declarato inſtrumento falſo coram ſuo iudice, quo vſus eſt, ad cuius commodum ſequeſtratio illa facta fuerat, Præſidis autoritate diſſolui poſsit?

Et ſi iam dudùm eam ingenij tui præſtantiam Illuſtriſsime ac Reuerēdiſsime Præſes eſſe perſpexerim, ut Athenienſium iudicum integritatem repræſentare poſsis atque doctrinam, me tamen continere non potui, quin in præſenti negotio illa ipſa in medium adſerrem: quæ à recto iudicio propiùs abeſſe cenſerem. quod iccircò à me ipſo minimè interpretandum id uelim proficiſci, ut Auditori ueſtro Iurecōſulto peritiſsimo hęc ipſa aut obſcura, aut minus nota cenſuerim: ſed cui plurimis occupationibus plerumque defeſſo aliquid ex legalis doctrinę myſteriis ſuggerendum ſit.

Fuit in curia Rom. diutiùs inter Reueren. D. Prępoſitum Imolenſem ac Reuer. Do. Raphaëlem Curtium clericum Papienſem diſputatum, quòd Præpoſitus ipſe prædium quoddam eccleſiaſticum proprio nomine poſſediſſe aſſeueraſſet, at Reueren. ipſe D. Raphaël eius ipſius procuratorio nomine poſſeſſum producto ad id mandati documento fuiſſe, Reuer. Prępoſitum ipſum conuicit: indeq́ue tres ſenten-
1 tias obtinuit, † cùm nobis procuratoris miniſterio poſſeſsio ipſa acquiri ſoleat. l. j. §. per procuratorem, ff. de acquiren. poſſeſſ. ubi Docto. at cùm in earum executione ſubſtitutionis eiuſdem inſtrumenti falſi exceptio oppoſita fuiſſet, ſacra Romana Rota ab eius articuli deciſione ſuperſedendum decreuit. Interim falſi inſtrumenti exceptione detecta, & per conſequens ſecuta declaratione Reuer. ipſum D. Raphaëlē ab omni eius iure cecidiſſe. Quæſitum eſt, an Reuerendiſs. Aemiliæ Præſes fructuum huiuſmodi ſequeſtrationem per ipſam ſacram Romanam Rotam factam relaxare ualeat? Et prima facie uideretur quòd
2 non. † cùm enim ſupremum illius tribunal exiſtimetur, uix eſt ut inferioris Poteſtatis Iudex illius authoritate, diſpoſita diſſoluere poſsit. cap. cùm inferior, de maiorita. & obedi. & l. j. & ij. C. quando lic. ab empt. diſcedere. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & c. j. de reg. iur. in antiq.

Secundò dictat uinculi ipſius excommunicationis authoritas, ſub qua Pontifex ſequeſtrorum huiuſmodi tranſgreſſores diſtringit. clemen. ad compeſcendas, de ſequeſtratione poſſeſſ. & fruct. Quibus tamē non obſtantibus oppoſitum ſecundum iuris noſtri
3 rationem decernendum exiſtimo. † cùm enim ſentētiam ipſam detecta falſi oppoſitione nullā fuiſſe declaratum proponatur; conſequens eſt eius authoritate decreta nullius momenti eſſe intelligi. Glo. in fine dictæ clemen. & argu. l. meminerint, C. vnde ui. & l. ſi quis in tantam. eod. titu. ubi Docto. & ſacra Rom.
4 Rota decidit deciſ. DXIX. † vnde iudicis authoritate fructus huiuſmodi percipiens legis tranſgreſſor appellari non debeat. l. iuſtè. ff. de acquiren. poſſeſ. & l. Gracchus. C. ad leg. Iuliam de adulte. interna enim iuris intentio hęc eſſe creditur, præſertim Pontificij, ut eatenus ſequeſtrationis huius effectum tueatur,
5 quatenus honeſtatis ratio ſuadet. † et idcircò ſecuta ſententiæ nullitatis declaratione, omnem illius uirtutem diſſolui non ambigitur. l. j. ff. de nou. ope. nun. l. j. & ij. ff. de pecul. leg. quod in omnibus poſſeſſoriis remediis traditum eſt. d. l. j. de noui oper. nun. in ratione edicti illius explicanda, ubi Alci.
6 Nec mouet quod vulgo circumferri ſoleat, † iudicem ipſum, quam rem cognouit, eam diffinire ſolere. l. de qua re. ff. de iudic. quia, cùm ſacra Rom. Rota crimina ipſa abſtinens, negotij diffinitionem ad ſuos iudices reiecit: vnde alibi iudiciū finiri debeat quàm vbi cęptum ſit? l. ubi cęptum. ff. de iudic. quare iudicis incompetentia huiuſmodi ſpecie adduci nō poſsit? Specul. in titu. de incomp. iud. adit. in princ.
7 † cùm enim delinquens multiplicis fori executioni ſubiectus ſit. l. j. C. ubi de crimine ag. oporteat, & l. fi. ff. de accuſa. & docuit Gand. rubr. ubi delinquentes puniantur. conſequens eſt falſitatis declarationem ubi crimen cōtractum eſt, legitimè factam intelligi.

Et ſi diceretur, Reuer. Vicelegatum Bonon. ad cuius iuriſdictionem ſpectat prouinciæ huius clericos atque forenſes hęc delinquentes punire: toto titu. de offic. legat. ubi Hoſtien. in ſumma, inſtrumentum ſubſtitutionis falſum declarauiſſe, atque ipſum Raphaëlem omni iure priuatum diiudicaſſe; & idcircò iuriſdictionem ueſtram præueniſſe. Reſpondeo, hoc in ipſius ſequeſtrationis relaxatione uerum non eſſe, cuius nullum in ipſa ſententia uerbum extat: vnde facultas huiuſmodi ad pręſtantiam ueſtram pertinere intelligatur. Doctores rub. de uſur. & Abb. c. iij. eod. tit. vnde uſurariæ prauitatis uitium in Auditorio noſtro quotidie puniri uidemus, ſic ut in falſi crimine diuerſum ius conſtitui nō dēt. l. illud. ff. ad legem Aquil. l. eum qui ædes. ff. de uſucap. & l. iam hoc iu-
8 re. ff. de vulg. & pup. † tametſi ambigi non ſoleat meri poſſeſſorij quæſtionem ſuper re eccleſiaſtica à iudice laico cognoſci poſſe. c. literas, ubi Gloſ. & Abb. de iuramen. calum. Quid autem de ſequeſtratione in uim ſententię nullę, determinatur d. deciſ. DXIX. in fi. in antiq. & xj. de ſequeſt. poſſ. & fruct. in antiquiorib. Nec quenquā vrgere dēt, ſnīæ nullitatis declarationē in ipſa deciſione requiri; quia ſatis huiuſmodi falſi

exceptione declarata ſentẽtias nullas huiuſmodi declarari intelligitur. l. illud. ff. de acquirenda hæredit. & l. ad rem mobilem. ff. de procurat. & l. cui. ff. de iu-
9 riſdi. omn. iudic. † cùm enim conſtet criminis falſi obnoxium, ſecundum iuris Pontificij rationẽ ab omnibus eius iuribus cecidiſſe intelligi. c. Epiſcopus, 50. diſt. 50. Abbas cap. olim, de reſcript. ij. notabili, cap. ad falſariorum, de crim. falſi. conſequens eſt falſi criminis ſecuta declaratione Reuer. ipſum D. Raphaëlẽ ab oĩ iure cecidiſſe intelligi: & idcircò quod ad hoc ſacerdotium attinet autoritate trium conformium nullum ius habere intelligi. argu. l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. & l. Iulianus, ff. de leg. iij. & l. à procuratore. C. mand. & c. omnia, de obſeru. ieiun. ubi Doct. & d. l. iuſtè. & d. clem. vnica, de ſenten. & re iudi. & d. c. Epiſcopus, cum aliis ſuperius deductis.

Accedit quòd generaliter pro regula conſtitutum
10 ſit, † clericos ipſos Corneliæ legis reos omnibus nõ ſolùm ſacerdotiis ipſo iure priuari, ſed quibuſcunq; etiam officiis. d. cap. ad falſariorum, de crim. falſ. ubi Hoſtien. Ioan. And. & Abbas, & Gand. d. rub. & Angel. tractatu maleficiorum in uerb. falſario, quam & quiſque priuatus aggredi poſſet Pontificiæ conſtitutionis autoritate ſalua. d. clem. ad compeſcendas, de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.

11 Prætor enim † eius poſſeſſionem non tuetur, qui ob falſam cauſam, illam ipſam apprehendit: quoniã lex cauſam huiuſmodi nullã exiſtimet. l. j. §. hæc uer-
12 ba. ff. ne uis fiat ei. † non omitto ſequeſtrationem argumentum odioſum exiſtimari, & idcircò interpretatione nõ eſſe iuuandam. l. j. C. de prohibi. ſequeſtr. & Specul. titu. eodem. † Prætereà ſilentio non inuoluam, ordinariis iudicibus, & præſertim Præſidibus ipſis urgente alicuius rationis cauſa præter iuris regulas iudicandi facultatem conceſſam exiſtimari. l. ſi hominem. ff. mand. ubi Bart. & c. dilect. ij. de appell. ubi Abb. nu. xj. & Alex. rub. ff. de offic. eius cui mandata eſt, nu. v. maioribus enim præſertim iudicibus à iuris regulis recedendi facultas conceſſa eſſe exiſtimatur. quod Innoceo. aduertit cap. j. de conſtitutio. ubi Bal. & Abb. Feli. & Dec. nu. xx. in ij. lectura, quare nemini ambigendum ſit, quin præſtantia ueſtra Lesbiam normam inflectendi facultatem habeat: idque potiſſimùm iuratoriam cautionem ab ipſo Reuereo. D. Præpoſito exigens. c. pen. de don. int. vir. & vxo. & Glo. l. j. C. de aſſerti. tollen. & c. Odoardus, de ſolutionib. Patauij, Idib. Nouembris, 1543.

Portius Forocorn. hęc raptim.

SVMMARIVM.

1 Iudex dicitur bonus vir.
2 Expenſæ multæ fiunt ex prolixa iudiciorum tela.
3 Iudex poteſt eſſe arbitrator.
4 Compromiſſa fieri inter coniunctos maximè, expedit. et nume. 10.
5 Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima uice, fall. nu. 11.
6 Securitas conceſſa ueniendi, intelligitur de prima uice.
7 Mandatum de iudicando expirat priore ſententia lata, licèt iudex exequendi facultatem ſibi reſeruaſſet.
8 Promittens totiens quotiens quem iuditio præſentare, liberatur ob binam præſentationem.
9 Compromiſſum ultra duas uices fieri non debere; ſed uide nu. 12. ubi de comm. opi. & nu. 17.
13 Inſtrumentorũ editio totiens facienda, quoties opus eſt.
14 Lex non uerbis eſt, ſed rebus impoſita.
15 Legis ſola mens obligat.
16 Fœminas non excludi, ſi non extent agnati, ex uigore ſtatuti fœminas ob agnatos excludentis.
18 Mandatum ad appellandũ non expirare, licèt ſemel appellauerit procurator ipſe.
19 Compromiſſum fieri inter agnatos, etiam poſt litem cõteſtatam peti poteſt.
20 Exceptio omnis declinandi iudicium aufertur poſt litis conteſtationem.
21 Infinitatis abſurdum lex abhorret.
22 Clauſula quidam aliq. in reſcriptis appoſita, ultra quatuor non admittit.
23 Reductio ad arbitrium boni uiri appellationis inſtar obtinet.
24 Compromiſſum denuo fieri poſſe elapſo tempore ad laudandum præfixo.
25 Compromiſſum publicatis atteſtationibus peti non põt.
26 Compromiſſum non habet locum, ubi extat inſtrumentum publicum.
27 Compromiſſum in cauſa appellationis peti non poſſe.

CONSILIVM LXXVI.

Omnipotentis Dei inuocato præſidio.

LICET ego nullũ adeò difficile quæſtionis genus inueniri poſſe duudicem, Clariſſime Iudex, quòd tibi ipſi pro exacto ingenii tui acumine exploratum non ſit, non potui tamen in propoſita ſpecie, ulla ſimula detrectare, quin ea ipſa in medium adducerem, quæ nodum ipſum diſſoluere poſſe exiſterem.

Ioannes Franciſcus Chinus, & Petrus Rauen. fratres, qui mutuo documento ſemet ipſos abſoluerãt, nouas quaſdã petitiones alter aduerſus alterũ additis arbitris porrexerũt; qui quidẽ infra tẽpus præfixum diſcuſſis oĩbus iudicauerunt. à qua ſanè definitione
1 contigit alterum † ad boni viri arbitrium reductionem petiiſſe, nempè Prætoris ipſius. l. ſocietatem. §. arbitrorum. ubi Bart. & Albe. ff. pro ſoci. & c. quintauallis, de iureiur. ubi But. Imol. & Abb. alterius uerò procuratorem plurimùm contendere de huiuſmodi laudi meritis iudiciaria uia cognoſcendum non eſ-
2 ſe, † quoniam clientes ipſi ex iudiciorum prolixa tela non modica diſpendia ſubire conſueuerint. l. recuſare. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. ibi, lites timentium. & l. properãdum. C. de iudi. & c. finem litibus, de dolo &
3 contu. & c. ut debitus honor, de appel. † et idcircò potius Prætorẽ ipſum ueluti arbitratorẽ de huiuſmodi laudi iniquitate cognoſcere debere, uel alios Prætoris iuſſu ab ambabus partibus eligendos, iuris rationi magis conuenire probabat: quare & illius officium eo nomine Implorandum ſuſcepit. l. iiij. §. hoc autem. ubi Bart. ff. de dam. infect. & c. cùm Ioannes,
4 de fid. inſtr. † quippè quòd municipali iure cautũ ſit, iudicem ipſum agnatos cõpellere debere, ut in eorũ contro-

controuerſiis arbitros ipſos adire debeát. cuius ſanè
legis finis euidens eſt, ut ex proœmio colligitur. l.fi.
ff.de hæred.inſtitu.ubi Bart.& Bald. & l.illam, & l.
ut liberis.C.de collat.ubi Alexand. & Iaſ. & c.quo-
niam contrà, de probat.in ſecundo notabili,& Pon-
ta.conſi.cxvj.in princ.& Alexand.conſi.vij. Viſis, in
ij. & Deci.cccj.ne agnati ipſi ſanguine potius quàm
beneuolentia coniuncti eſſent.l.fi.ff.famil.erciſc.ubi
Bal.qua ratione lex ipſa ſtatuit, fratres ipſos pietatis
officio fungi in eorum controuerſiis arbitros ipſos
adire.d.l.fin. quod cùm ad extirpandas lites pertine-
re intelligatur.l.quamuis,ubi Glo.& Barto.ff.de ar-
bitr. municipalia iura diſpoſitionem huiuſmodi iu-
uantia ad publicam vtilitatem pertinere creduntur.
Bart.Bal.Caſtr.& Salic.in l.conſtitution.C. & Bald.
conſi.ccclxxxvij.in iiij. & Rom.conſ.ciiij. quæ ſanè
licèt eiuſmodi ſint, quæſitum tamen fuit, vtrum de-
cernendum eſſet inter huiuſmodi fratres iterum cō-
promiſſum fieri debere? Et prima facie uidebatur q
5 non. † quia dici ſoleat, ſermonem ipſum ſimplici-
ter prolatum, vnico actu effectum,ſecūdum iuris no-
ſtri rationem obtinuiſſe cenſeri. l. boue. §. hoc ſer-
mone,ubi Bar.Albe. & Alcia. et idcircò ſemel facto
compromiſſo ipſius iuris municipalis diſpoſitioni
ſatisfactum eſſe uideri.c.ij.de treg. & pac. ubi Bal.&
Abb.quemadmodū clauſula illa,cùm nupta erit,pri-
mas nuptias ſignificare ſolet.d.l. boue.§.hoc ſermo-
6 ne. † Item ſecuritas ueniendi aliquò, prima uice
executa cenſetur.Bar.l.j.ff.ad leg.Iul.maieſt.& l.do-
tis.ff.de iure dot. Item & diſpenſatio ad duo curata
prioribus collatis abſoluta exiſtimatur.cap.j.de præ-
ben.in ſexto, ubi Archidi.Gem.& Franc.aduertunt,
7 † mandatum quoque de iudicando priori ſententia
lata expiraſſe reſponſum eſt,quamuis iudex exequē-
di facultatem ſibi reſeruaſſet. Bald. conſi. lxxiij. in j.
Qua ratione idem in propoſita ſpecie decernendum
uidebatur,cùm ſingularis legis noſtræ verbis com-
promiſſum inter agnatos requirētis ſatis ſit factum,
laudo ipſo ſecuto, à quo reclamatum ſit, & ad boni
uiri arbitrium petita reductio: aliàs ſequeretur ab-
ſurdum,ut facilè ipſam infinitatem incurrere poſſe-
mus,à qua lex plurimùm abhorrere ſolet.l.qui bona.
§.fin.ff.de dam.infect. vnde reiterationis iuſſus dua-
bus uicibus expirat.l.fideicomm.§. ſi quis.ff. de leg.
8 iij. † & bina præſentatione qui toties quoties ſiſtere
ſpopondit,liberatur.Angel. & Alexand.l.ſi finita,in
princ.ff.de dam.infect.& Bal.l.ſuperuacuam.ix.col.
C.de his quæ pœnæ nomine. & Caſtr.l.ſi quis reos.
ff.de cuſtodiendis reis. & reſpondit Alexand. conſi.
9 cxlv.in ſecundo. vnde † cùm regiæ pragmaticæ au-
thoritate bis compromiſſum factum expiraſſet, rei-
terandum non eſſe,deciſum extat Afflict.deciſ.xlvj.
aliàs litibus ipſis non facilè finis imponeretur, quod
à iuris ratione diſsidet. dict.cap. finem litibus. & d.
l.properandum,C.de iudi.& c.fi.de reſcript.quem-
admodum infinitatis effectum in aliis quoque diſpo-
ſitionibus lex ipſa plurimùm abhorret.c.licèt,il ij.de
teſtib.& l.vnica.C.de ſenten.quæ pro eo quod inte-
reſt,ubi Iaſ.Curt.& Deci.& Alci.in notabilib.
Quibus non obſtantibus oppoſitum uerius eſſe
ſecundum huius iuris rationem diiudicandum cen-
10 ſeo. † quę ſanè ea fuit, ut litium anfractus, & inde
obuenientes diſcordias propter multiplices expen-
ſas inter fratres ipſos auferret.d.l.fi.& d.l.quamuis,
Barto.& Bald.in d.proœmio C.& Bal.d.conſi.ccc-
iiij.& conſil.lxxxiiij.in iiij. Quare cùm legis ipſius
neruus in ratione conſiſtat.l.ſcire.ff.de legib.& l.nō
dubium.C. eodem,ubi Bart.& Bald.& l.hæc condi-
tio.ff.de condi.& demonſt. idcircò eatenus inter ip-
ſos fratres compromiſſum reiterandum cenſeri de-
bet, quatenus ipſius legis rationi ſatisfactum ſit.c.
quia in tantùm,de ſimon.& cap.ult.de regul. iur.in
11 vj. † unde à regula d. l. boue. §. hoc ſermone, ubi
Barto.& d.c.ii.de treg.& pac.ubi Bal.Abbas,& Fel.
& idem Fel.in c.licèt,il ij.de teſtib. huiuſmodi caſu
recedi oportet,cùm unica uice lex ſibi propoſitum
finē conſecuta nō ſit. Anch.cōſ.cccxvij. Tria dubia,
quod pluribus exēplis apud ueteres noſtros diſcuſ-
ſum eſt: Feli.d.c.ij.& d.c.licèt.Alcia. d. §.hoc ſer-
mone.de uerbo.ſignifi.& idcircò in uniuerſum tra-
ditum eſt,in legum ipſarū diſpoſitione ſermoni ſim-
pliciter prolato unica uice ſatisfactum non cenſeri,
quoties ratio ipſa eius effectum ſortita non ſit: quia
in ea legis obligatio conſiſtit.d.c.ult. de reg.iur. in
vj.Raph Roma.& Alex.in l.ſi eum dotem.§.j.ff. ſo-
lut.mat.& Fel.d.c.ii.in v.limitatione, & d.c.licèt,in
12 x fin.& Alcia.d.§.hoc ſermone.† cùm ergo legis hu-
ius perſpicua ſit ratio,lites ipſas auferēdi, toties ad
compromiſſum agnati ipſi ſunt aſtringendi,quoties
illius ratione ſatisfactum ſit.Bald. l. fideicomm.§.ſi
quis decem.ff.de lega.iij.& Fel.d.cap.licèt dilectus,
de teſtib.quod receptius eſſe traditum eſt: Alexan.
conſi.lxx.in ii.& Iaſ.l.duobus.§. ei qui,col.iii. ff.de
iureiuran. & Ripa rubr.ff.ſolu.matrimo.nu.xxxviij.
& idcircò ſi quis iurando affirmauit quidquam per
ſalutem illius factum fuiſſe, nihilominus iterato
iurandum eſſe, reſponſum eſt, ut iuris rationi ſatiſ-
fiat.l.qui per ſalutem.ff.de iureiuran. ubi Bal.Pont.
13 & Iaſon. † Item lex ait ex edicto Prætoris ad in-
ſtruendum editionem fieri debere, & idcircò ſi ſæ-
pius petatur editio,quoties opus eſt, illā ipſam con-
cedendam conſtat. l.ueluti.§.hæc editio.ff.de eden.
ubi Gloſſ. Bald. Alexander, & Iaſ. Quare, cùm in
propoſito caſu ex legis ratione fratrum atq; agnato-
rum gratia exigatur, atq; ut expēſarum cumulus in-
ter eos uitetur, toties compromitti debet, quo-
ties huiuſmodi effectus compromiſſum ipſum ſequū-
tur. Bald. poſt Cinum & Petrum.l.ſicut propoſuis,la
prima, quomodo & quando iudex, nume.decimo-
14 octauo: † ne alias uerbis & non rebus lex impoſita
uideatur. quod maximè abſurdum eſt.d.l.ſcire. & l.
cùm mulier, la prima. ff.ſoluto matrimo.& cap.in-
telligentia,de uerborum ſignificatio.& idcircò eru-
ditum iudicem huius municipalis iuris internam ra-
tionem introſpicere oportet, ne aliàs uerba ample-
ctens, legis eſſentiam negligat.d.l.non dubium.& l.
ſi quis maior.C.de tranſact.ubi Doctores,& Iaſ.d.l.
qui per ſalutem,& Alexand. dict.conſi.lxx.in ſecun-
15 do, & Deci. conſil. xxij. † ne aliàs periurij reatum
incurrat,cùm ſola mens legis obliget, hominum au-
tem ſecus, niſi quatenus uerbis expreſſa ſit. l.Labeo.
ff.de ſuppell. legata. & l. quidam cùm filium. ff. de
hęredib.inſtituen. & l.commodiſsimè,ff.de liberis &
poſth. & l. ſi extraneus.ff.de cond.ob cauſ. nam legis

 cen-

ceſſante ratione eius diſpoſitioni locus non eſt.l.adl
gerc.§.quamuis,dc iure patron.& c.ceſſante, de ap-
pellation. & iccircò , ſi iuris ſingularis authoritate
maſculi fœminas ipſas excludant,cuius finis ille cen-
ſetur, qui ad agnationis conſeruationem attinet . §.
cæterùm,inſtit.de legit.agnat.ſucceſs.& uidit Bald.
in l.maximum uitium.C.de liberis præterit.& Deci.
conſi.cccclxxa.nu.iij.& Brun.in tractatu de ſtatutis
16 ſtantibus maſc.fœm.exclu. † vnde,ſi agnati non ex
tent,fœminas non excludi, receptum eſt . l. j. C. de
ſecund. nupt. ubi Bald. vel huiuſmodi eorum con-
ditio legis menti prorſus repugnat. Angel.conſi.cc-
lxxij.& cclxxiij. Inaduertentia ſtatuentium,in fin.
fortiſsimű enim ẽt in iuribus municipalibus à con-
trario ſenſu argumentum elici ſolet.l.j.uerſic.huius
autem.ff.de oſt.eius,ubi Rimin.Curt. & Deci.num,
17 xix. † quocircà in propoſito caſu receptius eſt, rei-
terandum eſſe compromiſſum, donec iuris ipſius ra-
tioni ſatisfactum ſit.Doct.d.l.ſi cùm dotẽ,in prin.&
d.§.hoc ſermone,& d.l.ueluti.§.hæc,& Roma.conſi.
diiij.& Alex.d.conſil.lxx.& Deci.conſil.xxij.nu.j.&
conſi.xciij. Et pro tenui, nu.iij.

Amplius & in nominum quoque diſpoſitionibus
idem procedere relatum eſt , ſi vnico actu loquentis
intentioni ſatisfactum non ſit.d.l.hæc conditio, ubi
18 Bart.ff.de condi.& demonſtr. † vnde ſi Titium mi-
hi procuratorem ad appellandum conſtitui, licèt ſe-
mel appellauerit,mandati tamen uirtutem non expi-
raſſe traditum eſt.l.inuitus.C. de procurat. ubi Cin.
Petr. & Bald. licèt in hærede certam ſummam dare
damnatum , aliud ſit.d.l. fideicommiſs. §. ſi quis de-
cem.ff.de leg.iij.ubi Bal.& l.j.§.ſi cui.ut legat. nom.
caue.ubi Barto.vnde multò fortius in legis diſpoſi-
tione concluſio hæc uera eſſe debet , cùm ſola illius
mens obliget.Bald.d.conſi.ccccitij.& Felin.d cap.ij.
vnde inter huiuſmodi agnatos eatenus compromiſ-
ſum reiterãdum eſt,quatenus lis ipſa ſopita ſit.quod
lex ipſa perpendit.d.l.quamuis. ubi Gloſ.& d.l.fi.ff.
famil. erciſcun. Caſtrenſ.d.proœm. C. & Alexand.
19 d.§.j.& d.conſi.lxx.in ij.& Deci.d.conſil.xxij. † vn-
de & lite etiam conteſtata, altera partium inſtante,
idem permittendum rationi conueniens eſſe uide-
tur : quippè quòd tunc quoque publicè expediat li-
tes ipſas aboleri.d.l.properandum,in prin.C.de iud.
20 † quamuis enim conteſtatio ipſa omnem declinan-
di iudicij facultatem auferre ſoleat.. Specula.in titu.
de except.in princ.quoniam actus ille quaſi contra-
ctum importare uideatur.l.iij.§.idem ſcribit.ff.de pe
cul.il ij.Alciat.l.edita.C.de eden.dixi rubri.de iudi.
poſt Deci. & Bero. nihilominus cùm iudex ille non
iccircò declinetur,quòd ſecundum iuris regulas iu-
dicandum ſit,cùm in talem partes ipſæ conſenſerint,
ſed quòd non ſit tanquam iudex,ſed arbitrator ſecun
dum bonum & æquum iudicaturus , quod munici-
palia iuris diſpoſitione cautum exiſtimatur : adhuc
compromiſſum fieri,debere uidetur.d.l.fi.& Bartol.
d.§.arbitrorum.& l.proſpexit.ff.qui & à quibus.& l.
quædam.§.fideiuſſor.ff.mand.ubi Barto.

Sed an in facti dũtaxàt quæſtionibus ut ſuprà hęc
procedant ?quod uideretur, cùm iuris articuli com-
promiſsi definitione indigere non uideantur.Bal.l.
ancill.C.de furt.& l.Domitius.ff.de teſtam.ſed tamẽ
huiuſmodi municipalis iuris uigente ratione, ut re-
moueantur lites.d.l.quamuis.& d.l.fi.ad huiuſmodi
quoque arbitros adeundos uerius eſſe uidetur.d.cap.
ceſſante.& l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff. de leg.ij.
21 Non † mouet infinitatis abſurdum inductum ui-
deri,quod lex ſemper maximè abhorret.l.vnica.C. de
ſenten.quæ pro eo.ubi Doct. & d.l.properandum,in
princ.& clemen.vnic.de ſenten.& re iud. ubi Anch.
Cardi.& Imol.& iccircò eius quod intereſt, taxatio
duplum excedere non poteſt.dict.l.vnica.item quod
approbaui , reprobare non licèt.d.c.licet.el ij.de te-
22 ſtib.† & clauſula illa,quidam alij.in reſcriptis appo-
ſita,ultra quatuor non admittit.cap. cùm in multis,
de reſcript.in vj.ubi Glo.in uerbo multis. & præſen
tationis promiſsio,bina ſatisfatione impleta cẽſetur.
d.l.qui bona.§.fin.de damno infect. & Alexand.l. ſi
finita , eodem titulo in principio.nec nouum eſt , ut
lites ipſæ tollantur, à iuris regulis recedi . d.l.j.ff. de
arbitr. & cap.ultimo de reſcript. vnde infinitatis ra-
tio non perpenditur.Felin.dict.cap.licèt , ad finem,
tametſi nullum illius inducendæ dubium eſſe poſsit,
23 † cùm ad boni uiri arbitrium reductionis petitio ap
pellationis inſtar obtineat. dict.§. arbitrorum , ubi
Barto.Caſtr. & Alex. & Butr. & Abb. in d.c.quinta
uallis,de iureiur. Vnde ſecundum regulas iuris fa-
cultas hæc intelligenda uidetur, toto tit. C.non licet
tertio prouocare . & clem. vnica,de ſenten.& re iud.
& clem.j.de appellat.

Rurſus non urget,quòd contendatur,aliquos Do-
ctores de hoc ipſo negotio tractantes,exemplum po-
24 nere,†quòd elapſo tempore ad laudandum præfixo,
compromiſſum denuo fieri debeat. Roma. d.conſil.
diiij.Soci.ccxxj.in ij.Viſa. Marſil. ſingul.clxxij. qm
non infertur iccircò eos ipſos ſentire laudo ſecuto
compromiſſum ipſum denegandum eſſe.l.neque na-
tales.C.de probation. præſertim legis ratione relu-
ctante, cui Doctorum authoritas accomodari & ce-
dere debet.d.l.quamuis. & d.l.fin. & Alexand.d.§.j.
& Bartol.l.non ſolùm.§.liberationis.ff.de liberatio-
ne lega.quocircà eatenus compromiſſum fieri debe-
re iudicandum eſt , quatenus ratio legis executionẽ
accepit,ne aliâs uerbis facti ueritas cederet. toto ti-
tulo C.plus ualere quod agitur. & c.dilecti, il iij. de
appellation.& Anch. conſi.cccij. vnde licèt laudum
præceſſerit, iterum compromittendum eſſe , ex fa-
cto reſponſum eſt: Do. Marcus Peruſinus Iuris utr.
Doctor celeberrimus conſilio manu ſcripto , & non
ſemel à doctiſsimis viris ita definitum uidi , & inter
alios fuit Ioannes Baptiſtæ Cardninus Reuerendiſs.
Legati Peruſiæ Auditor.
25 Quæ † tamen non procederent, ſi conſtaret publi-
catis iam atteſtationibus alteram partem compro-
miſſum ipſum petere.Caſtr.d.proœm.C. & d.l.j. C.
de tranſact.cùm enim eo tempore in cauſa conclu-
ſum ſit.l.ſi.C.de compẽſ.ubi Bal.& Caſt. conſequẽs
eſt,alteram partem,quæ iudicij diſpendiis affecta ſit,
releuandam eſſe.l.eum quem temere.ff.de iudi. & d.
c.finem litibus,de dolo & contu.& clemen. ſæpe,de
uerborum ſignific.ubi Lanfranc.in uerbo expenſæ.
quapropter huiuſmodi caſu municipalis iuris uſus
diſpoſitio non obſeruaretur. Alex.& Iaſ.l.ſi ex cau-
ſa cognita.C.de tranſact.

Rurſus

26 Rurſus † in his etiam quæ nullam iuris ambiguitatem aut facti perplexitatem continet, ſtatuto huiuſmodi locus non eſſet. Corn.conſi.lx.incip.Quoniam, litera D.in quarto, ut cùm inſtrumentum cõfeſſatum adeſſet, literæue campſoriæ exequtionẽ in promptu habentes. Bart.l.& ſi poſt.ff.de tranſact. & l.ambicioſa.ff.de decr.ab ordi. fac. col.viij.& Iaſ.d.l.ſi cauſa cognita.quod & exceptione aliqua ſubſiſtente litis ingreſſum impediente diiudicandum eſſet. Bal.l.fratres.C.de tranſact.nũ.n.lex facilè ius alteri competens auferre ſolet.l.item uerberatum.§.j.ff.de rei uendi.& l.id quod noſtrum.ff.de regul.iur. & c.quę in eccleſiarum, de conſtitutio.in ij. membro primę diſtinctionis Abbatis.

27 Non † defuerunt quoque qui ſtatuto huiuſmodi in cauſa appellationis locum nõ eſſe cenſuerint, ſi in prima inſtantia compromiſſum ipſum petitum non fuerit. Caſtr.conſi..cccxx. in j. qua tamen in re maturius ego deliberandum cenſeo; quia temporis anguſtia mihi nunc negotiorum cumulo iuris oppreſſo huius rei expeditam rationem extricare non patitur.

Habes ęquiſsime iudex, quæ in præſenti ſpecie adducẽda putarim, ex quibus ſecundum iuris noſtri regulas facilè deprehẽdi poſſe cenſeo, hos ipſos fratres arbitratorum diligentia conciliãdos eſſe, ut iuris municipalis rationi ſatisfiat, inter eos litigium prorſus abhorrentis. Tu ea pro benignitate, qua cætera ſoles, boni qualiacunq; ſint conſulas. Vale.

Patauij, Pridiæ Idus Martii 1546.

Portius Forocorn. ſaluo ſemper etc.

SVMMARIVM.

1 *Falſi pœna tenetur, qui uenditorem putà, uel aliũ aliena ueſte indutum producit, ad hoc ut difficilius à teſtibus cognoſcatur. & nu.ſeq.*
2 *Falſitas eſt qualibet ueritatis immutatio.*
3 *Nomen ſuum doloſè quis mutans, punitur.*
4 *Pœna ſiue crimen ſtellionatus obÿci ſolet, ubi criminis nullus apparet titulus.*

CONSILIVM LXXVII.

Diuino præſidio inuocato.

1 QVi † bonis ipſius uenditorẽ aliena ueſte indutum corã iudice produxit, ut à teſtibus ipſis difficilius recognoſci poſſit, cùm dolo malo id feciſſe intelligatur, ut veritas ipſa diſcerni non poſſet, Corneliæ legis falſi crimen plectendis reum eſſe, ambigi non poteſt. l.i.ff.ad leg.Corne.de falſ.ibi, dolo malo.in

2 §.i.& in authentico de inſtr.cau.& fide, ibi, † falſitas eſt quęlibet ueritatis immutatio.& declarat Bart.in l.quid ſit falſum.ff.eodem tit.ad leg.Corn.de falſ.& Ange.in tractatu malefic. in uer.falſario, ubi Gand. & Aug. Arim. plures deciſiones adducunt. cùm enim cõſpiratio hæc ad innocentis emptoris perniciẽ facta credatur.d.l.i.§.i.ad leg.Corn.de falſ. lexq; ipſa ueritatem inquiri mandet, ſuggerentis caliditatem deteſtans.l.i.§.qui quęſtionem.ff.de quęſt. ibi, ſuggerẽtis magis quàm inquirentis.exhiberi enim debebat habitu conſueto, ut ſine fraude recognoſceretur, aliàs impune mutato habitu exhibens abire nõ debet. quod diffusè pertractat Marſ.prat.cri.§.i, nu.

3 xviii. † Nã & iccircò nõis ipſius mutatio doloſè facta puniri ſolet.l.unica.C.de nomi.mutatione, ubi Glo.Barto.Bald.Ang.& Fulgo.Bar.Alex.in procemin.ff.& Butri.& Bald.i.conſt.C.& Bonif.tractatu maleficiorum de pœn.ſibi nomẽ mutantis. & iccircò in mutatione ueſtium doloſè facta idem dicendũ ſit, cùm eadem uigeat ratio, ne delicta ipſa committantur.l.illud.ff.ad leg.Aqui.& l.ita uulneratus, eodem tit.& l.falſi.ff.de eodem tit.de falſ.in princip. legiſlatoris enim induſtria maximè perſpicua eſt, doloſos ipſos prorſus abhorrẽtis, & uariis pęnis, prout delicti ratio exigit, ſubiicientis.l.i.& toto titu. ff. de dolo.& l.i.ad Senatuſcon.Maced. & c.i.de emp.

4 & uẽd. † unde & quoties criminis titulus deficit, iis qui dolo malo aliquid commiſerunt, ſtellionatus crimen obiici ſolet.l.i.ff.de crimi.ſtell. ut diffuſius docui poſt Bero.in rub.de iudi.ĩ q.oſculi luxurioſi: adeò ſacroſancta maieſtas legis diligenter curauit ne delicta ipſa impunita relinquerentur.d.l.ita uulneratus, & l.aut facta, in fine.ff.de pœn.& cap.ut famæ, de ſenten.excommun.quòd Iuriſc.cum Stoicis ipſis quandoq; philoſophatur.l.bonafides.ff.depoſ.

Patauij, decimo Kal. Decembris, 1547.

Portius hęc raptim.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata an fidem faciat.*
2 *Confeſſio facta cum cauſa, ualida eſt. & quid ſi cauſa ſit falſa aut nulla?*
3 *Exequutionem iudex differre debet, quando alicuius intererſit.*
4 *Nouatio hodie procedit cùm expreſſè à contrahentibus ſit.*
5 *Pacta & fidem ſeruare debemus.*

CONSILIVM LXXVIII.

Diuino numine ex corde inuocato.

CONSVEVERVNT plerunq; uiri quidam natura certè auidi, minus tamẽ eruditi, ꝓblemata quædam pertractanda proponere, ſiue ut id quod ſuo marte conſequi nequeunt, alieno obtineant: ſiue (ut opinor) illud ſæpius dedita opera curſare conſueuerũt, ut non nullorum iudicium expendant, an à noſtratium iudicum ſentẽtiis deſideat: quod mihi ipſi in præſenti negotio contigiſſe exiſtimo.

Proponitur ergo Iacobum Taurellum chirographo certam pecunię ſummam Philippo Rotę ex certa cauſa debere confeſſum fuiſſe; quam quidẽ ſummam

mam Kal. Octobris eidem numerare ſpopōdit, quo tempore elapſo Philippus ipſe Rota, condicit. unde quæſitum eſt, an ſit audiendus? Et plures non deeſſe
1 intelligo, qui negent. † quoniam chirographum ipſum priuatim confectum dicatur, unde nullam legitimam probationem facere uideatur. c. ij. de fide inſtru. ubi Doctores. & Barto. l. nuda. ff. de donat. & l. comparationes. C. de fide inſtr. & ibi Bal. & in authentico de inſtru. caut. & fide. Quare obiici poſſe uidetur: nimis Marce te properas, qui ante iuſtas probationes executionem ipſam petis. l. i. C. de execut. rei iudica.

2 Præterea † & confeſſionem huiuſmodi ea ratione irritari contendunt: quia licèt in ea cauſa deſcripta ſit. l. generalis. C. de non numerata pecunia, ipſo tamen redhibendi armenti iudicio uirtus illius omnis extincta intelligatur. argu. l. cùm principalis. ff. de reg. iur. & c. acceſſorium, eodem tit. in vj. quid enim refert, nullam an falſam cauſam appoſitam eſſe probari? l. j. §. proinde. ff. ne uis fiat ei. & l. ili. C. de inſtitutio. & ſubſtitur. unde l. paruipendit patris morte an emancipatione liber fiat, & à patre poteſtatis nexu ſoluatur. & Stagirita lib. j. Ethicorum. c. iii. parui referre cenſuit, moribus quis an ætate iu-
3 uenis ſit. Quamobrem † cùm ipſius Taurelli confitētis non modicum interſit prius diſcuti, an armentū ipſum redhiberi debeat, conſequens eſt, ut iudex ipſe interim executionem differre debeat. cap. cùm ſuper, de re iudic. ubi Innocen. Abb. & Feli.

Rurſus inquiunt, executionem non eſſe petendā, cùm à partibus tacitè actum intelligatur ipſius armenti pretium ita demum præfixo tempore numerandum eſſe, ſi illud ipſum non redhiberetur. l. pen. C. de ędil. actio. & poſtquàm aliter iudicatū eſt, ſanè nulla executio fieri debet. l. ſi quis ſub conditione dandorum. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamne. & l. exemplo. ff. de actio. empt. Quare diiudicandum cōcludunt, ipſi Rotæ chirographum ipſum nihil prodeſſe, quippè quòd Maſini contemplatione ſummā huiuſmodi Taurellus perſoluere ſpopondiſſet, quòd armentum ab eo emiſſet; & iccircò ad pretium teneretur. d. l. ſi prædium. & l. quod uendidi aut tradidi. ff. de contrah. empt. at cùm Maſinus ipſe redhibitionis iudiciū paſſus fuerit, nempè, ut armentum ei redhibeatur, ſanè ſi pretium numeratum ei fuiſſet, reſtituendum foret. toto tit. de cond. indeb.

Quibus tamē nō obſtantibus aperta fronte aliud exiſtimandū puto, ſuperiusq; adductas rōnes facilè dilui poſſe oſtēdo. Et in primis ambigēdū non eſſe cenſeo, quin Iacobo certā ſummā ipſi Rotæ debere cōfitente perſonę nouę adiectione nouatio qdā inducta uideatur, cùm eandem illam ſummam Maſino ipſius armenti uenditori Taurellus ipſe deberet, inter quos ex conſenſu prodita fuerat actio. l. iuriſgētium, in prin. de pact. & inſtitu. de obligatio. nam Taurellus cōfeſſionis ipſius uigore noua obligatione deuinctus eſt. Bal. l. ij. C. de execu. rei iudi. Alex. l. qui uſumfructum. ff. de uerbo. obligat. cuius quidem promiſſionem Rota ipſe in chirographo factā acceptauit, de cuius obligatione nunc agitur. inſtit. de literarum obligat. ubi Fab. Ang. & Porcius. unde cur nouatio inducta non ſit, nulla rō reddi poſſe ui-
4 detur. Alex. d. l. qui uſumfructum. † Et ſi diceres, id hodie procedere cùm expreſsè à contrahentibus actum ſit. l. fin. C. de nouat. reſpondeo, id quidē uerum eſſe, quantùm ad creditoris commodum attinet, ne aliter ſublata intelligatur obligatio. d. l. fin. §. nouatione. & inſtitu. quibus modis tollitur oblig. quæ cùm ita ſint, fortaſſe uerius eſt, executionem rectè petitam eſſe atque iniuſtè negatam. licèt enim ſcriptura chirographi priuata contendatur, cùm tñ Taurellus ipſo chirographo confeſſus fuerit ac illud re-
5 cognouerit, † exemplo perniarioſum eſſet, ut iuſtam fidem non adimpleret. l. exemplo. C. de probatio. l. j. ff. de pact. & l. i. ff. de conſti. pecun. & icciicò cùm ſingulari iure cautum ſit, confeſſionem ab eo, qui ſcripſit in proprio ſcripto recognitam, exequēdam eſſe, ut in rub. de debitis confeſſis, oīò illam concedendam eſſe concludi debet. l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iur. ubi Barto. Seueri. Iaſon, & recentiores pluribus quæſtionibus ſingularis iuris uirtutem non leuem eſſe oſtendunt.

Rurſus, nō urget chirographi cauſam irritam allegari. quoniam cùm Iacobus ipſe ex nouo cōtractu ſeſe ipſi Rotæ obligauerit: unde legitima oriri conſueuit actio, ea huiuſmodi uinculis ſolutione tantū ſe ſe eximere ualet. inſti. quibus modis tollit. oblig. ubi Docto. nanq; contractus hoc pacto diſſolui nequeunt c. factum, de regul. iuris in vj. & l. ſicut. C. de acti. & oblig. & l. ab emptione. ff. de pact.

Poſtremò non urget, quod adducitur, conditionē quæ tacitè ineſt, nihil operari. quia exceptio hæc Maſinum agentem excluderet, non autem illum, qui poſterioris obligationis uirtute munitus agit. argu. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat. & delega. qui facilè ſcire non potuit, quid inter Maſinū & ipſum Taurellum actum ſit. l. doli mali, in fine. ff. de nouation. ubi Barto. Imo. & Caſt. iccircò cùm ipſe Rotæ noua obligatione conſultum ſit, iuris municipalis autoritate nullo pacto ei deneganda fuerat executio.

Patauij, octauo Kal. Decembris, 1545.

Portius Forocornelienſis.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Nouationem minimè induci, niſi expreſsè id actū fuerit.*
2 *Doli exceptione licèt delegans repelli potuiſſet, nō tamen delegatus.*
3 *Prouerbium Græca fide mercari.*

CONSILIVM LXXIX.

Omnipotentis Dei auxilio inuocato.

ICXT ſummę mihi curę ſemper fuerit in doctrinis adipiſcendis ut pulchritudinem illam aſſequerer, quę internam ipſius rei ſubſtantiam, nempe eruditionem ipſam reſpiceret, nō quod ad ipſam ſuperficiem tantùm pertineret: quemadmodū aliqui philoſophorum ſectæ conſueuerunt: non defuerunt tamen,

tamen, qui in iuris prudentiæ myſteriis pertractandis lacte potius quàm ſolido cibo agentes, floſculos ipſi legentes atq; in idæis introſpiciendis lippi prorſus aliter ſibi perſuaſerint. quorum ſanè leues rationes æquius mihi ferendas dupliciter exiſtimo, tùm quòd iãdudum Epicureorum ſectæ ſeſe addixerint, tùm quia proprio iuditio errata ſua detexerint: quod talpam ſolere ueteres ſæpius aduerterũt. nam ſi oculatiores fuiſſent, unde uulneris ictum immiſerunt, inde quoque medelam aurire poterãt: quod in ſcorpionis ictu fieri ſolet. argu, Clem. unicæ de reliquiis & uenera. ſancto. §. ſingularis, ſed hęc hactenus luſiſſe ſufficiat, ad rem igitur accedendum eſt.

1 Nouationem † minimè induci Iuſtinianus ipſe ſanxit, niſi id expreſſè ſit actum, alioquin anteriora ſtare, & poſteriora illis incrementum accedere. d. l. fin. C. de nouat, Quare licèt obligatione, quę literis contrahitur, Taurellus ipſe adſtrictus ſit, non iccircò prius extincta fuit. Glo. d. l. fin. ſuper uerbo naturalibus, uerſi. nouatio, nec uerum eſt ipſius Rotæ perſonam ab ipſo Maſino non differre, cùm Rota ipſe in armenti uenditione nullo pacto interuenerit, cui deinde ſpondens Taurellus, contractus nullam differentiam inductam non eſſe, allegari non poteſt.

2 Nec ipſi Rotæ ulla exceptio obeſſe poteſt: † quia lex ait, nec doli quidem mali exceptione illum ſubmoueri, cui quis delegatus eſt, quamuis delegans repelli potuiſſet. Nã nõ ignorauit Taurellus ipſi Rotæ repromitens, an à Maſino, indebitè ſolutum conſequi poterat. d. l. ſi quis delegauerit, cum ſeq. uñ. cùm nulla ſubſit exceptionis cauſa. d. l. doli, in prin.

3 Taurello ſuccuri non debet: † qui ſi Græca fide mercatus fuiſſet, profectò illud non repetiſſet, licèt quanto minoris actione illi aptius fortaſſe conſultum eſſet; Azo in ſumma. C, de ędi. actio.

Laus Deo, Patauii, Kal. Decembris 1546.

Portius quartana febre malè affectus,

S V M M A R I V M.

1 *☞ Donatio regulariter cenſetur cauſa mortis ubi ſit mentio mortis, & eſt comm. opi. fall. tamen ut num. ſequen.*
2 *Donatio cauſa mortis requirit quandoq; teſtes.*
3 *Donatio inter uiuos quæ requirat.*
4 *Donatio facta conſanguineis dicitur ob cauſam.*
5 *Donatio facta contemplatione matrimonij dicitur ob cauſam.*
6 *Donatio contemplatione matrimonij ualida eſt inter patrem & filium in poteſtate, licet aliàs propter ipſam poteſtatem eſſet inualida.*
7 *Pactum continens obuentionem bonorum et ſic futurã ſucceſſionem, quando ſit ualidum & quando nõ, ubi de communi opin.*
8 *Pactum de quota bonorum uel hæreditatis an ualidũ.*
9 *Pactum ſeu promiſſio obuentionis bonorum particularium, & præſertim limitatorum uſque ad certam æſtimationem, ualidum eſſe, nec dici poſſe pactum de ſuccedendo, & ideo improbatum. & eſt comm. opi.*
10 *Donatio omnis excedens ſummam 500. aureorum eſt inſinuanda, aliàs eſt nulla. fall. tamen ut nu. ſeq. ualere nihilominus uſque concurrentem quantitatẽ. nume. 20.*
11 *Donatio contemplatione matrimonij non eget inſinuatione. & eſt communis opin. quod intellige ſanè ut inibi.*
12 *Inſinuatio requiritur etiam in promiſſionibus de donando, ſi illa ſummam 500. aureorum excedant.*
13 *Iuramentum ſupplet inſinuationis defectum, & eſt cõmunis opinio. ſed auctor diſtinguit, quia eſt pugna inter Doctores nu. 16. quinimmo aduerſarij dicunt eorum opi. eſſe communem ut nu. 19.*
14 *Contractus ubi eſt ipſo iure nullus, iuramento non confirmatur.*
15 *Iuramentum non firmat contractum nullum, uel aduerſus ſolemnitatem omiſſam. & nu. præced.*
17 *Clauſula, promittens omnia & ſingula habere rata & grata etc. non alterat naturam donationis, nec ſupplet defectum inſinuationis. & nu. ſeq.*
18 *Clauſula exequutiua nihil addit ſtatui ipſius actus uel diſpoſitionis.*
21 *Donatio an ſit conferenda.*
22 *Actus duo ſimul facti, cenſentur correſpectiui, & ſic pariformiter determinari debent.*
23 *Teſtes duo ſufficiunt ad uoluntatis declarationem.*

CONSILIVM LXXX.

EXCELLENTISSIMI MATTHAEI Gribaldi Iuriſc. optimi & legum veſpertini interpretis Paduæ.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

MAGNIFICVS Dominus Baptiſta de Piperariis nobilis Mantuanus promiſit in contractu matrimonij & inſtrumento dotali domino Alexãdro de Piperariis eiuſdem nepoti ex fratre præmortuo contemplatione dicti matrimonij per ipſum dominum Alexandrum cum nobili domina Liuia filia Excellentiſsimi artium & medicinæ Doctoris domini Hieronymi Gablonetæ Phyſici Ducalis, contracti, ſummam decem millium ducatorum in tot bonis ſtabilibus poſt mortem ipſius patrui promittentis. verba autem inſtrumenti ſunt huiuſmodi: Quibus omnibus & ſingulis ut ſuprà geſtis, cõtinuò ibi præſens præfatus D. Baptiſta de Piperariis, qui pro parte ſua nolens oſtendere, quo filiali amore proſequitur dictum D. Alexãdrum nepotem ſuum, & quã ſibi gratum fuerit, quòd præſens connubium fuerit celebratum, ut ſuprà, per ſe & hæredes ſuos non ui, non metu, nec aliquo iuris uel facti errore ductus, ſed ſponte ex ſui certa ſcientia & animo benè deliberato, ut aſſeruit, & omni meliori modo, forma, iure & cauſa, quibus magis, melius etiã & ualidius de iure dici uel fieri potuit & poteſt, promiſit & conuenit ſolemniter præfato D. Alexandro præſenti & ſtipulanti pro ſe & hæredibus ſuis, quòd prædictus D. Alexander uel eius filij & deſcendentes maſculi legitimi & naturales conſequentur in effectu, & habebunt

bunt ex bonis ſtabilibus ruralibus ipſius D. Baptiſtæ
poſt eius D. Baptiſtæ mortem tot bona aſcendentia
ad ualorem ducatorum decem milliũ à ſolidis xciij.
cum conditione tamen quòd in defectum prędicti
D. Alexandri & deſcendentium maſculorum legiti-
morum & naturalium ſeu eius lineę maſculinę prę-
fatus Do. Alexander teneatur & obligatus ſit. ſicque
per ſe & heredes ſuos promiſit dare reddere & reſti-
tuere ſeu conſignare & relaxare bona prædicta illi
uel illis, cui uel quibus pręfatus Do. Baptiſta reli-
querit, ſeu in quos de prædictis bonis diſpoſuerit
uel diſponet quauis ſua ultima uoluntate. & ita ex
nunc pro ut ex tunc, & ècontra præfatus Do. Ba-
ptiſta uolens reddere cautum prædictum ſuum ne-
potem pro conſequendis prædictis bonis, ut ſuprà
eidem D. Alexandro pręſenti & ſtipulanti pro ſe &
hęredibus ſuis hypothecauit & obligauit omnia ſua
bona præſentia & futura: quę bona conſtituit ſe te-
nere & poſsidere nomine & uice præfati Do. Alexã-
dri & hęredum eius reſpectiuè pro promiſſorũ ob-
ſeruatione etc. ex quo themate reſultant infraſcri-
pta diſcutienda.

Primò, utrum prædicta promiſsio uel conuentio
dicatur cauſa mortis, uel inter uiuos, uel alia cõuẽ-
tio ſtipulatione uallata?

Secundò, utrum dicatur promiſsio ſimplex uel ob
cauſam?

Tertiò, utrum contineat pactum futuræ ſucceſ-
ſionis, & à iure improbatum?

Quartò, utrum in tali promiſsione pro ſui uali-
ditate requiratur inſinuatio?

Quintò, utrum in tali promiſsione iuramentum
ſuppleat defectum inſinuationis? Et utrum clauſula
inuiolabiliter obſeruari, de qua in ſtatuto Mantuano
ſuppleat talem defectum?

Sextò, & ultimò, utrum talis bonorum promiſsio
debeat in partem ipſi nepoti cõputari, quam ex te-
ſtamento uel ab inteſtato conſequetur?

Circa primum quęſitum breuiter & reſolutiuè
procedendo, omiſsis ad partes argumentis propter
anguſtiam temporis, quæ digreſſum meum accele-
1 rat, dico † quòd licèt regulariter ubi fit mentio mor
tis cenſeatur donatio cauſa mortis, etiam ſi eſſemus
in dubio, ſecundum communem ſententiam Glo. &
aliorum ſcribentium in l. quæ dotia. ff. de ſol. mat. &
ibi Alex. colum. iiij. in prin. uerſ. quod tamen limita.
tamen hoc caſu in uim talis donationis ualere non
2 poteſt, † tùm quia caret ſolennitate quinque teſtiũ
ut eſt tex. in l. fin. §. fin. ubi Glo. in uerbo uoluntate.
C. de codi. Dec. in conſi. cccv. Iuridicam. tùm etiam
quia talis promiſsio fuit facta ipſi Alexandro & hæ-
redibus ſuis cũ obligatione bonorũ & cõſtituto. quę
omnia excedunt terminos & naturam donationis
cauſa mortis, ut per Alex. in d. l. quæ dotis, col. v. &
vj. & in conſil. xiiij. Circa primum dubium, uol. j. &
conſi. lxix. Viſis, uol. iiii. Soci. conſi. liij. In pręſenti,
col. ij. uol. j. & Corneus conſi. cclxxxix. Circa prin.
col. vi. uol. iiij. & ſic concludo non eſſe mortis cauſa
3 donationem. Nec † etiam dici poteſt donatio inter
uiuos, quia & uerbis inſtrumẽti nulla apparet facta
donatio ſeu dominij tranſlatio, ſed promiſsio tantũ
de habendis bonis poſt mortem: quo caſu non po-
teſt dici donatio, ſed promiſsio de donãdo, uel aliud
pactum. Barto. & alij in l. legitima, & in l. iuriſgen-
tium, in princi. de pact. Pariſ. in conſ. xvi. circa prin.
nu. ii. uol. ii. Eſt igitur prędicta conuentio, non do-
natio cauſa mortis, nec donatio inter uiuos, ſed ſo-
lemnis pactio ſeu promiſsio de bonis poſt mortem
habendis ſtipulatione uallata. de qua uidendum erit
loco ſuo, utrum talis pactio ſit de bonis tantùm par-
ticulariter, an uerò de ſuccedendo, iuxta tradita in l.
ſtipulatio hoc modo concepta, de uerbo. obligatio.
& in l. pactum quod dotali. C. de pact. & in l. pactum
dotali. C. de coll. & in l. hęreditas. C. de pact. cõuen.

Circa ſecundum breuiter dicendum eſt, talem
promiſsionem fuiſſe factam ob cauſam potius quã
4 ſimpliciter. † Tùm quia facta nepoti, & ſic cauſa cha
ritatis naturalis & contemplatione ſanguinis; quæ
cauſa donationem facilè inducit & iuſtificat. l. Pro
cula, de proba. l. Neſennius, de nego. geſt. Doct. in l.
5 Gallus: §. j. de libe. & poſth. † Tùm etiam quia facta
contemplatione matrimonij contracti, ut in inſtru-
mento expreſsè dicitur: quo caſu dicitur ob cauſam.
ut in l. Pomponius. ff. famil. erciſ. & per Dec. in cõſ.
ccxxxix. col. ii. nu. ii. & Pariſ. in d. conſi. xvi. nu. xxiiij.
vol. ii. ubi dicit donationem ſeu promiſsionem quę
fit pp nuptias cõtrahendas uel iam cõtractas ualidã
eſſe, & dici ob cãm, licèt talis cauſa matrimonij iam
contracti dicatur potius impulſiua quàm finalis, ſe-
6 quitur Deci. in d. conſi. ccxxxix. nu. præallegato, † &
talis cauſa etiam inter patrem & filium donationem
confirmat, quæ aliàs propter poteſtatem eſſet inua-
lida, ut eſt tex. not. in d. l. Pomponius, & in l. fin. C.
de dot. prom. & ita reſideo quòd dicta promiſsio nõ
ſimplex, ſed ob cauſam dicatur.

7 Circa tertium, † licèt articulus ſit ualde arduus
& difficillimus pp uarias & confuſas Doctorũ opi-
niones, tamen uerior & cõior eſt ſententia, quòd li-
cèt pactum contineat obuẽtionem bonorum, etiam
per uerbum executiuum collatum in perſonam reci-
pientis, ſi tamen fiat non de uniuerſali ſucceſsione,
uel etiam particulari per quotas bonorum, ſed de
certis rebus uel bonis particularibus & limitatis, ut
in caſu iſto, tale pactum omnino ualet, nec à iure
reprobatur: quia non dicitur pactum de ſuccede n-
do, nec tollit facultatem teſtandi, nec inducit uotum
captandę mortis, nec per ipſum datur hereditas uel
portio hęreditatis: ita concludunt omnes in d. l. ſti-
pulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligat. &
in l. fin. C. de pact. Dec. latè in l. pactum dotali. C. de
collat. Oldr. conſi. cxxxix. Ad habendam. Alex. cõſi.
lxxxv. Viſa, col. iii. uol. ij. Dec. conſ. ccxxv. In cauſa,
col. pen. uerſ. primus caſus eſt, & in conſi. cccclxxx-
viij. dxvj. dlxxviij. dcviij. dcxiij. dclv. Curtius iuni.
conſi. xv. xxv. lxxxj. Crauetta conſ. xix. cxxxix. & la-
tiſsimè Pariſ. ultra omnes in conſi. xxvj. Ex tenore,
nu. lvii. uſque ad nu. cxii. uol. ii. Nam in iſto caſu,
D. Baptiſta promiſit D. Alexandro nepoti contem-
platione matrimonij cum domina Lucia contracti
quòd ipſe D. Alexander habebit & cõſequetur poſt
mortem ſuam tantùm de bonis ſuis ſtabilibus, quod
aſcendat ad ſummam decem millium ducatorum: &
ſic fuit promiſsio de bonis particularibus & limi-
tatis, cuius actio incipit contra hæredes ipſius do-
mini,

mini Baptiſtæ,ut eſt caſus ordinarius in l.unica. C.
8 quando action.ab hæred. & contra hære. incip.† &
licèt Doctores in hac materia diſcrepent , quando
promittitur pars bonorum uel hæreditatis per quo-
tam; quia aliqui tenuerunt ualere, cùm non auferat
in totum facultatem teſtandi,ſed ſuperſit de quo ,p-
mittens teſtari poſsit . alij uerò dicant non ualere,
quia continet pactum de ſuccedendo perſonaliter
in bonis uel hereditate; nec refert utrum tale pactũ
fiat de omnibus bonis uel quota bonorũ,quia utro-
bique militat eadem ratio & effectus futurę ſucceſ-
ſionis;ut per Dec.in d.l.pactum dotali. C.de collat.
9 tamen in hoc ferè omnes conueniunt,† quòd pro-
miſsio obuentionis certorum bonorum particula-
rium , præſertim limitatorum uſque ad certam æſti-
mationem ualeat,nec dicatur pactum de ſucceden-
do quibuſcunque uerbis concipiatur : & eſſe ueram
& communem opinionẽ atteſtatur Pariſ.in d.conſ.
xxvi.nume. too.uol.ii.& in hoc non uideo difficul-
tatem .

Circa quartum de inſinuatione, breuiter reſpon
10 detur † quòd omnis promiſsio ſeu cautio de danda
aliqua ſumma ex liberalitate præcedens debet inſi-
nuari quatenus excedit ſummam quingẽtorum au-
reorum,exceptis aliquot caſibus ſpecialiter enume-
ratis ; ut eſt caſus in l.pen.ubi Bald. qui ita ſummae
de dato uel promiſſo.& tex.in d.l.ſancimus,qui lo-
quitur de donatione uel promiſsione per cautionẽ,
11 ideſt ſtipulationem facta.C.de donat. † Nec obſtat
quod in caſu iſto promiſsio fuit facta ob cauſam ma
trimonij,ideo nõ debet inſinuari ſecundum Barto.
& Doct.per illum textum in l.Aquilius Regulus.ff.
de dona.& ibi notat Glo. quę reputatur ab omnibus
ſingularis & cõmuniter approbatur.pro qua eſt tex.
notab.in l.ſi pater.§.j.eodem titulo de donation. &
Bartol.in l.fi.in prin.C.de dona.ante nuptias.Dec.
in conſil.ccxxxix. col. i. uerſ.ulterius. quoniam re-
ſpondetur,quòd prædicta concluſio uolens dona-
tionem propter nuptias,non inſinuari, procedit qñ
talis donatio fieret per maritum uel alium ex parte
mariti ipſi uxori , quo caſu quia tractatur de lucro
& commodo ipſius uxoris inſinuatio nõ requiritur;
ſecus quando donatio fit per patrem uel alium ipſi
ſponſo : quia tunc requiritur inſinuatio, per text.in
d.l.fin.§.ſimiliq́ue modo.C.de iure dot.ubi Salicet.
poſt Bartol. & alios , dicit , quòd hodie inſinuatio
eſt neceſſaria , quando donatio fit ipſi marito . & li-
cèt dicatur ob cauſam , tamen talis donatio facta ob
cauſam matrimonij,non uxori, ſed marito inſinua-
ri debet, alioquin uitiatur per ſupradicta.& ita ple-
nè declarat Pariſ.in dict.conſi.xvj. Circa, nu.xxvii.
uſque ad nume. xxx. uolu.ii. Nec obſtat quòd iſta
non ſit donatio,ſed quædam cautio uel promiſsio.
12 quia reſpondeo,† quòd omnis promiſsio ex libera-
litate procedens, licèt cauſam aliquã habeat impul-
ſiuam,cenſetur donatio,& habet uim donationis. l.
donari.ff.de uerb.ſign.l.ii.§.circa, cum ibi notatis.
ff.de doli.excep.& in talibus promiſsionibus etiam
requiritur inſinuatio.d.l.pen.in princi.C.de donat.

Circa quintum breuiter communis eſt opinio ,
13 quòd iuramentum † ſuppleat defectum inſinuatio-
nis,ut latè per Petruc.in tractatu de uiribus iuramẽ-
ti in xij.effectu.& latè Dec.in conſi.ccxxxix. col. j.
nu.iij.ubi dicit eſſe communem , allegando omnes
hanc partem tenentes.Idem tenet Panor. & alij in
c.cùm contingat,de iureiuran.circa fin.licèt plures
Doct.tenuerint contrariã opinionem , quòd immo
talis ſolennitas non ſuppleatur.præſertim,quia do-
natio non inſinuata habetur pro non facta, & nullã
parit obligationem ciuilem uel naturalem.d.l. ſan-
cimus,ubi Bal.C.de donat.& in l.fin.in princi.C.de
14 iure dot.† & ubi contractus eſt ipſo iure nullus iu-
ramento firmari non poteſt:quia nihil eſt, cui iura-
mentum poſsit cohærere.l.fin.qui ſatiſd.cog. l. fin.
15 C.de non numerata pecun.† item quia iuramẽtum
non firmat contractum aduerſus omiſsionem ſolẽ-
nitatis ſecundum Barto.in l.ſi quis pro eo,in octa-
uo caſu.ff.de fideiuſſ. Præterea talis ſolennitas in-
troducta fuit fauore publico & priuato,ne homines
ſint rerũ ſuarum profuſores,& ne fraudes & falſita-
tes in cauſis lucratiuis interueniant.l.data.C.de do-
nat. Io.And.in additionib. Speculatoris tit.de do-
nat.in uerb.in fraudem.ubi dicit quòd lex adinue-
nit in huiuſmodi promiſsionibus & donationibus
inſinuandi neceſsitatem ad refrenãdũ donatorum
impetus; ideo talis defectus iuramento non ſupple-
tur , quia ius publicum priuatorum pacto etiam
iurato remitti non poteſt.l.ius publicum.ff.de pact.
& ſi talia diſpoſitio coarctet fauorem publicum, ſe-
cundariò tñ arctat , ſecundum Bar.in d.l.ius publi-
cum.faciunt notata in l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar.
16 ff.de pact.& in c.ſi diligenti.de for.compet.† Tandẽ
in hoc caſo puto diſtinguendum,ſecundum ſenten-
tiam Calde.in conſi.j.An donatio,tit.de donat. quẽ
ſequitur Petruc.in d.xij.effectu iuramenti verſ.tamẽ
Io.Calde.& nullus contradicit : quòd aut donator
iurauit omnia contenta in inſtrumento ſeruare re-
nunciando legibus de inſinuationibus loquentibus
& tunc nec ipſe nec alius auditur contra talem do-
nationem, defectum inſinuationis opponẽs,quia ſe-
cundum Cald.in d.conſi.j. in prin. iura Codicis de
inſinuatione loquentia,non uendicant ſibi locum eo
caſu,quo donans renunciauit expreſsè dictis ll. de
inſinuatione loquẽtibus ſimul cum iuramẽto : alio-
quin ſi ſolum iuramentum non contraueniendi in-
terueniat ſine expreſſa renunciatione dictorum iu-
rium talis donatio non ualet , etiam ſi iuraſſet non
contrauenire:ita uoluit expreſsè Cald.in conſil. xi.
An donans,tit.de iureiur. Benefaciũt omnia poſita
per Dec.in d.conſi.cccv. Iuridicam.col.pen. & Pa-
riſ.d.conſ.xvi.Circa,nume.xiij.uſq; ad nu.xix.uol.
17 ii.ubi concludunt, † quòd illa clauſula poſita in in-
ſtrumento donationis,ſcilicèt promittẽtes ipſę par-
tes oĩa & ſingula habere rata, grata & accepta , & ea
perpetuò tenere & obſeruare,non contrafacere uel
contrauenire ulla ratione uel cauſa etc.non alterant
neq; immutant naturam & qualitatem ipſius dona-
tionis neque eius effectum augent extrinſecus ultra
ſtatum ſuum . & ideo reuocans donationem cauſa
18 mortis contrauenire non dicitur , † quia clauſulæ
exequutiuę nihil addunt ſtatui ipſius actus uel di-
ſpoſitionis.Clem.j.de prębeo.Doctores communi-
ter in l.qui Romæ.§.duo fratres,in j.quęſtione Bar-
toli.ff.de uerb.obli.ideoq́ue talis clauſula non ſup-
plet

plet defectum inſinuationis: & conſequenter iuramentum ſuper tali clauſula appoſitum nihil ultra uires eius operatur, ſed eius naturam ſequitur. l.fin.cum ibi nota. C.de non numera. pecun. l. ſi ita ſtipulatus, de uſuris. & tantò magis prædicta procedunt in caſu iſto, ubi nec renuntiatio interuenit nec iuramentum, ſed ſolùm illa clauſula de inuiolabiliter obſeruando. quę licèt uigore ſtatuti Mantuani habeat uim iuramenti, tamen donationem ſeu promiſſionem ipſo iure inualidam non confirmat, etiam ſi expreſsè ipſum iuramentum interueniſſet, per ſupradicta. & noluit Bal. in l. illud. C. de ſacroſanctis Eccleſ. & Roman. in l. Modeſtinus. ff. de donat. & ita uidetur probabiliter limitari & declarari contraria opinio, quæ habet, defectum inſinuationis purgari iuramento, ut procedat quãdo ẽt interuenit expreſſa renunciatio dictæ inſinuationis, ſecundum Cald. & Petruc. locis pręallegatis. & eandem limitationẽ, ſiue diſtinctionem ſequuntur Cur. ſeni. latiſsimè in conſi. lxvi. Sapienter, col. fin. & Rip. in l. nemo po-
19 teſt, nu. lviij. ff. de legat. j. † immo fortius Curt. in d. conſi. lxvi. col. fin. dicit eſſe communem, quòd talis donatio non inſinuata non firmetur iuramento, & latè defendit Crot. in d. l. nemo poteſt, & idem Cur. pleniſsimè in conſi. lxvij. Circa, per totum conſil. & maximè in additione, & ibi allegat rationes & fundamenta concludentia prædictam opinionem. quæ maximè procedit in caſu iſto, in quo neque renuntiatio interuenit, neque formale iuramentũ, ſed clauſula illa duntaxàt de nõ contraueniendo, ſed inuiolabiliter obſeruando: quæ, ut ſuprà dictum eſt, nihil omnino prodeſt ad ſupplendam inſinuationem. & ita concludo.

Circa ſextum & ultimum de collatione ſiue imputatione, ſuperfluum uidetur inſiſtere, cùm talis
20 promiſſio non ualeat, † ſaltem ultra ſummam â lege
21 promiſſam. d. l. ſancimus, & l. pen. C. de donat. † ſed dato quòd talis promiſſio eſſet efficax, deberet tamen computari in partem ipſius nepotis, non ratione collationis faciendæ, quę non habet locum, niſi inter liberos, ut ad æquitatem & concordiam reducantur. l. ut liberis. C. de colla. l. i. & per totum. ff. de colla. bon. ſed ratione uoluntatis, quia talis uidetur fuiſſe mens ipſius donantis, qui cenſetur promiſiſſe dictam quantitatem nepoti ſuo, eo modo & pacto, quo ſocer promiſit dominæ Luciæ filiæ, ut ſi quandocunq; præfatus dominus Alexander ea diſpoſitione hominis uel legis conſequeretur tantùm de bonis ipſius promittentis, quod aſcenderet ad prædictam ſummam, talis promiſſio intelligatur reſoluta & inefficax, ut eius uirtute, nihil amplius peti poſsit. & licèt in promiſsione præfati Do. Baptiſtæ talis conditio ſeu conuentio expreſsè repetita non fuerit, tamen tacitè cenſetur appoſita: quia non eſt uerisimile, quòd patruus uoluerit facere nepotem ex fratre melioris conditionis, quàm pater propriã filiã. arg. l. cùm auus. ff. de cõd. & dem. & l. cùm acutiſsimi. C. de fideicõ. Pręſertim, cũ patruus ad ęmulationẽ & imitationẽ ſoceri talẽ promiſsionẽ nepoti
22 fecit, ut ex inſtrumẽti ſerie ſatis apparet. † nam duo actus ſimul & incontinenti facti, cenſentur inuicem correſpectiui, & pariformiter determinãtur. l. lecta, cum ibi not. per Doctores in uerſ. dicebam. ff. ſi cer. pet. Bald. in l. petens, col. j. C. de pact. & dicta in uno actu cenſentur & in altero repetita. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de uerb. obli. & hanc ſuam mentem uſ declaraſſe coram teſtibus præfatus Do. Baptiſta dũ ſolum fratrem reliquit hæredem excluſo nepote. & licèt prędicta diſpoſitio non habeat ſolennitates teſtamẽti, tamen qualiſcunque fuerit, ſufficit ad declarationem uoluntatis circa aliud; ut eſt not. text.
23 in l. fin. ff. de reb. eorum, † Et ad declarationem uoluntatis duo teſtes duntaxàt ſufficiunt ſecundũ Bartol. & Doctores in l. ii. circa fin. ff. de uulg. & in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto, per illum text. C. qui teſt. facer. poſſ. & certè abſurdum uideretur, nepotẽ gradu remotiorem plus conſequi debere, quàm fratrem propinquiorem & uerisimiliter prædilectum. l. ſi uiua. C. de bonis mat. ſed hæc dicta ſint ex abundanti, ſtante inualiditate dictæ donationis ſeu promiſsionis ex defectu inſinuationis. Et ita iuris eſſe puto, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Matthæus Gribaldus lector ciuilis Paduæ ueſpertinus cum ſoliti mei ſigni appoſitione.

In hac facti ſpecie Auctor conſuluit, ut patet ſuprà conſilio xxxvj. ſuperioris libri.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum de ſuccedendo dicitur quando eſt de relinquẽdo per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato. & nu. ſequentibus uſque ad nu. 7.*

2 *Succeſſoris appellatione intelligitur de uniuerſali non de particulari. ſed uide nu. ſeq.*

3 *Appellatione ſucceſſoris uenit etiam ſucceſſor ſingularis. & uide nu. præced.*

4 *Bona ipſo iure abſque traditione non perueniunt in diſpoſitionibus inter uiuos in eum in quem confertur conuentio, ſecus autem in ultimis uoluntatibus.*

5 *Diſpoſitio potius iudicatur ab effectu, quàm ex nomine.*

6 *Verbum accipiat bona ipſo iure, uel perueniant, cenſetur directum, & directam inſtitutionem ſiue ſubſtitutionem ſignificat.*

7 *Pactum de ſuccedendo reprobatur, & ſi iuramento eſſet uallatum: & eſt comm. op. & uide nu. 16.*

8 *Donatio facta in pœnam mutationis teſtamenti ſicuti eſt nulla quò ad inſtitutionem, per quam diſponitur de hæreditate, uel parte, ita etiã eſt nulla, ſi facta fuerit in pœnam reuocationis ipſius teſtamenti quò ad legata. ſed uide nu. 17. omnino.*

9 *Pactum de ſuccedendo in bonis particularibus eſt ualidum. & eſt comm. opi.*

10 *Pactum de ſuccedendo relatum ad ius uniuerſale, quòd ſit inualidum, quæ nam ſit ratio.*

11 *Voluntatem ſupremam eſſe liberam, maximè gratum eſt, & nihil quod hominibus magis debeatur.*

12 *Teſtandi libera facultas reſtringi poteſt per diſpoſitionem inter uiuos.*

13 *Teſtandi libera facultas aufertur in bonis feudalibus. & nume. 15.*

Text.

14 *Tex. in l. prima. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. ſi fratres. §. idem reſponſum. ff. pro ſoci. necnon & l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. declarantur.*

16 *Tex. in l. hæreditas. C. de pact. & l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obli. exornantur.*

18 *Ruinus conſ. cxxix. lib. i. reprobatur.*

19 *Inſinuatio non requiritur in pacto de ſuccedendo, ſeu de relinquendo certa bona per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, licèt bona illa in quibus ſuccedendum erit, excedant ſummam 500. aureorum.*

20 *Donatio non ualet, ſi donatarius non ſuperuixerit donanti, & de qua donatione intelligendum ſit.*

21 *Donatio non poteſt dici ante conditionis euentum.*

22 *Inſinuatio poteſt peti & fieri uſque ad xxx. annos poſt mortem donatoris, dummodo antequàm opponatur de ipſius inſinuationis defectu.*

23 *Donatio quando non eſt inſinuanda.*

24 *Donatio facta ob cauſam de præterito, nõ eget inſinuatione in eo, quod excedit ſummam 500. aureorum. & eſt comm. opi.*

25 *Donatio propter nuptias eget inſinuatione quando ſit marito, & excedat ſummam aureorum 500. quod quidem ſanè intelligendum erit, ut ibi.*

26 *Donatio propter nuptias an dicatur ſimplex, uel ob cauſam. & nu. 28.*

27 *Oldrad. conſi. v. Alexan. xiiij. lib. i. & Deci. conſi. ccxxxix. declarantur.*

29 *Donatio quæ ſit alicui & eius deſcendentibus maſculis, quod cenſeatur facta ob cauſam propter agnationis conſeruationem.*

30 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, quod ſit fauorabile, quia cenſetur factum cauſa conſeruandæ agnationis.*

31 *Iuramentum an tollat defectum inſinuationis.*

32 *Expreſſum quod à partibus non fuit, cenſetur omiſſum.*

33 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*

34 *Dicta in præcedentibus tacitè uidentur repetita in ſequentibus.*

35 *Pactum celebratum inter aliquas perſonas, non extenditur ad alias.*

36 *Legatum factum à debitore creditori, non uidetur factum animo compenſandi.*

37 *Creditor inuitus non cogitur recipere aliud pro alio.*

38 *Bona quæ alicui obueniunt ex cauſa inteſtati, an ueniãt compenſanda & imputanda pro ſatisfactione & ſolutione eius quod ex pacto habiturus erat.*

39 *Expreſſum cenſetur, quod in conſequentiam pacti ex eius natura uenit, licèt illud expreſſè non fuerit dictum.*

40 *Contrahentes cenſentur uoluiſſe ea, quæ ſunt de natura contractus.*

41 *Voluntas non præſumitur mutata, ſed durare.*

42 *Hæres dicitur habere omnia bona, quæ in diuiſione hæreditatis ſibi pro eius parte obuenerunt, ex titulo ſuæ inſtitutionis etc.*

43 *Hæreditatis in diuiſione poſſunt credita aſſignari vni inſolidum, & alteri aſſignari maior pars bonorum ſtabilium.*

CONSILIVM LXXXI.

EXCELLENTISSIMI HIERONYMI Tornielli Iuriſconſ. celeberrimi, & legum ſubtiliſsimi Paduæ interpretis.

Diuino numine ſemper innocato.

IN CONTRACTV dotis & matrimonij inter Magnificũ Equitem D. Alexandrum de Piperariis & Magnificã D. Liniam de Gablonetis iugales, D. Baptiſta de Piperariis eiuſdem D. Alexandri patruus promiſit quòd idem D. Alexander poſt ipſius D. Baptiſtæ mortem haberet & conſequeretur tantùm de ſuis bonis ſtabilibus, quæ aſcenderent ad ſummam ducatorum decem milliũ per hæc formalia uerba, uidelicèt: Quibus omnibus & ſingulis ut ſuprà geſtis, cõtinuò ibi præſens præfatus Do. Baptiſta Piperarius, qui pro parte ſua uolens oſtendere quo filiali amore proſequitur dictum D. Alexãdrum nepotem ſuum, & quã gratum ſibi fuerit, quòd præſens connubium fuerit celebratum, per ſe & hęredes ſuos, non ui, non metu, nec aliquo iuris uel facti errore ductus, ſed ſponte ex certa ſui ſcientia & animo bene deliberato, & omni meliori modo, uia, iure, forma & cauſa, quibus magis, melius, & ualidius de iure dici uel fieri poterit & poteſt, promiſit & conuenit ſolemniter præfato D. Alexandro præſenti & ſtipulanti pro ſe & hæredibus ſuis, quòd præfatus D. Alexander uel eius filij & deſcendentes maſculi legitimi & naturales conſequẽtur in effectu & habebunt ex bonis ſtabilibus ruralibus ipſius D. Baptiſtæ poſt ipſius D. Baptiſtæ mortẽ tot bona aſcendentia ad ualorem ducatorum decem millium, cum conditione tamen, quòd in defectu p̃fati D. Alexandri, & ipſius aſcendentium maſculorum legitimorum & naturalium, ſeu lineæ maſculinæ, præfatus D. Alexander teneatur & obligatus ſit, ſicq; per ſe & hæredes ſuos promiſit dare, reddere, & reſtituere ſeu conſignare & relaxare bona prædicta illi uel illis, cui uel quibus præfatus D. Baptiſta bona prædicta reliquerit, ſeu in quos de prędictis bonis diſpoſuerit uel diſponet quauis ſua ultima uolũtate, & prædicta promiſsio fuit facta ſub hypotheca omnium bonorum, & cum conſtituto, prout latius legitur in dicto inſtr͞o dotis & m͞rimonij, quod exhibetur: & quia poſt mortem ipſius D. Baptiſtæ contigit q̧ D. Hieronymus Piperarius eius frater contendit ſe hæredem inſolidum ipſius D. Baptiſtæ ex teſtamento, præfatus autem Do. Alexander contendit ſe hæredem pro quarta parte ab inteſtato; propterea circa prædictũ pactũ, de tribus principaliter q̃ritur. 1 2

Et primò, an iſtud pactum ſit & cenſeri dẽat inualidũ, eo reſpectu quia cẽſeatur pactũ de ſuccedendo?

Secũdò, an etiam cenſeri debeat inualidum ex eo quia non interuenit aliqua inſinuatio?

Tertiò, an illud, quod obuenit domino Alexandro ex ſucceſsione domini Baptiſtę ex cauſa inteſtati cedat in ſolutione & ſatisfactione eius, quod ſibi debetur uigore prædicti pacti?

Clementiſsimi Redemptoris Domini noſtri Ieſu
Chriſti implorato præſidio. Pro reſolutione primæ
dubitatiuuis, uidelicet, an iſtud pactum poſsit dici
innalidum eo reſpectu, quia cenſeatur pactum de
ſuccedendo. duo ſunt diſcutienda; primum, an hu-
iuſmodi pactum ſit de ſuccedendo? Secundò, an ſit
inualidum? Quantùm ad primum concluditur,
quòd ſit, & cenſeri debeat pactum de ſuccedendo.
ad cuius concluſionis comptobationem ſciendum
1 eſt, † quòd ſemper dicitur pactum de ſuccedendo,
quando eſt pactum de relinquendo per diſpoſitio-
nem ultimæ uoluntatis, ſiue ex teſtamento ſiue ab
inteſtato. propriè enim dicitur ſucceſsio ſen ſucceſ-
ſor per ultimam uoluntatem ex teſtamento ſiue ab
inteſtato. l. ſi pupillus, uerſicu. quæ ſententia, iuncta
Gloſſ. in uerbo ſucceſſorem. ff. de acquiren. hæredit.
& latiſsimè declarat Franc. Curt. in conſi. trigeſimo-
ſeptimo, Conſiderato themate, colum. tertia, uer-
ſicu. & ſic ſtatutum. & licèt tunc propriè & præcisè
dicatur pactum de ſuccedendo, quando eſt pactum
de relinquendo ex teſtamenro uel ab inteſtato hęre-
2 ditatem ſeu eius quotam, † eò quia appellatione ſuc-
ceſſoris ſeu ſucceſsionis intelligitur de vniuerſali,
non autem de particulari ſeu ſingulari ſucceſſore. l.
quædam. §. nihil. ff. de eden. ubi omnes Docto. nor.
l. Pomponius. §. quæ ſitum. ff. de acquirend. poſſeſs.
Bald. in l. emptorem. C. loca. cum pluribus aliis con-
cordantibus, tamen etiam ſecundum largam ſignifi-
cationem dicitur & appellatur pactum de ſucceden-
du, illud pactum de relinquendo ex teſtamento uel
ab inteſtato aliquas res particulares. & ita appellant
Docto. maximè Alexand. in conſil. octuageſimoter-
tio, nume. xvij. colum. ſecunda. Deci. in l. pactum
quod dotali, columna penulti. ad finem. C. de pact.
& conſil. ducenteſimouigeſimoquinto, nume. xl. ad
finem. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, co-
lumna antepenulti. ff. de uerborum obligation. & ea
eſt ratio, quia quis dicitur ſuccedere etiam in bonis
3 particularibus, † ex quo appellatione ſucceſſoris ac-
cipitur etiam ſucceſſor ſingularis & in ſingularibus
bonis. l. hæredis appellatione, la ſecunda. l. in con-
uentionalibus. ff. de regul. iur. vnde dummodo ſit
pactum de relinquendo per diſpoſitionem ultimæ
uoluntatis, non obſtante quòd referatur ad bona
particularia dicetur pactum de ſuccedendo: quia, ut
ſuprà dictum fuit, ſucceſsio propriè dicitur illa, quę
fit per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis. & licèt in
pacto non ſit expreſſum, quòd quis ſuccedat in hæ-
reditate, ſeu in aliquibus ſingularibus bonis ipſius
paciſcentis, nec ſimiliter ſit expreſſum, quòd paci-
ſcens teneatur ex teſtamento uel ab inteſtato relin-
quere hæreditatem uel aliquas res particulares, ubi
tamen ſimpliciter dictum ſit, quòd poſt mortem
paciſcentis hæreditas uel alia bona particularia in
aliquem perueniant, ſeu quòd aliquis ille habeat &
conſequatur, abſque eo quòd dictum ſit, quòd ipſe
paciſcens teneatur dare, ita quòd illa uerba ſignifi-
cantia obuentionem bonorum non referantur ad ip-
ſum paciſcentem, ſed ad bona, tunc dicitur pactum
de ſuccedendu & de relinquendo per diſpoſitionem
ultimæ uoluntatis ex teſtamento uel ab inteſtato,
non autem pactum de donando ſeu de dando per di-
ſpoſitionem ſeu contractum inter uiuos. iſtud ex-
preſsè firmant Barto. & alij in l. fin. C. de pact. Barto.
in conſi. ccxij. Alexand. conſi. uigeſimooctauo, ad fi-
nem, in uolu. tertio, & in dicto conſil. octuageſimo-
tertio, in ſecundo uolumi. Decius in uariis conſiliis,
uidelicèt lxiij. clxxxiiij. ccxxv. ccxxvj. & in pluribus
aliis, & in d. l. pactum quod dotali. Curtius iunior
conſil. quintodecimo, per quatuor colum. Brunus
conſil. ſecundo ad finem. Pariſ. conſi. uigeſimoquar-
to, nume. lvij. in uolumi. ſecundo, Socinus iun. con-
ſil. quadrageſimoquarto, nume. xij. in ſecundo uolu.
ubi allegat plures alios concordantes. & licèt præ-
dicti Doctores loquantur in caſu, quando pactum eſt
de hæreditate uel de aliqua quota hæreditatis ſeu
bonorum, tamen idem dicendum eſt in caſu quando
pactum eſt de aliqua re particulari, ex quo ad hoc
ut cenſeatur pactum de ſuccedendo & de relinquen-
do per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, non refert;
an illa uerba ſignificantia obuentionem bonorum re-
ferantur ad bona particularia, an ad quotam bono-
rum ſeu hæreditatis; attento quòd plus uel minus nō
faciunt differre ſpecie. l. fin. ff. de fund. inſtr. & ratio
huius concluſionis eſt, quia cùm uerba ſignificent,
quòd poſt mortem ipſo iure bona perueniant in eū,
in quem confertur conuentio, non autem per datio-
nem ſeu traditionem paciſcentis, & per diſpoſitionē
4 inter uiuos, † non poſsint ipſo iure ſine traditione
bona peruenire. l. traditionibus. C. de pact. per di-
ſpoſitionem autem ultimæ uoluntatis ipſo iure ſine
traditione perueniunt. l. Titio. ff. de furt. l. legatum
eſt. ff. de legat. ſecundo. l. ſi ſibi homo. §. cùm ſeruus.
& ibi notatur. ff. de legat. cum pluribus concordanti-
bus. in neceſſariam conſequentiam, quando in pacto
actum fuit, quòd poſt mortem paciſcentis aliqua
bona ipſo iure in aliquem perueniant actum cen-
ſeri debet, quòd per diſpoſitionem ultimæ uolun-
tatis bona perueniant. l. illud. ff. de acquiren. hæred.
l. ſecunda. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. ad rem le-
5 gatam. l. ad rem mobilem. ff. de procura. † diſpoſitio
enim iudicatur potius ab effectu, quem conſtat di-
ſponentem uoluiſſe, quàm ex nomine. l. ſi vno. ff. lo-
cati. l. inſulam. ff. de præſcript. uerb. l. ſi ſtipulatus.
ff. de uſur. Bald. in l. ſecunda. Cod. commod. Abbas
in cap. conſtitutus, colum. quarta, de religio. domib.
Decius conſil. tricenteſimooctauo, nume. ſecundo,
& conſil. ccccxviij. nume. v. Pariſ. conſil. uigeſimo,
nume. lxij. conſil. lxviij. nume. ij. in primo uolu. & in
pluribus aliis conſiliis. vnde quoties conſtat quòd
paciſcentes uoluerunt, quòd poſt mortem vnius bo-
na ipſo iure perueniant in alium, hic effectus non
poteſt induci niſi per diſpoſitionem ultimæ uolun-
tatis: propterea huiuſmodi pactum cenſebitur pa-
ctum de relinquendo per diſpoſitionem ultimæ uo-
luntatis, non autem pactum de donando inter uiuos.
Hinc uidemus, quòd Bartol. & alij Doctores in lege
Centurio, in prima quæſtione primæ principalis
ff. de vulga. ſubſtitu. concludunt, quòd illud uer-
6 bum, † accipiat bona ipſo iure, uel ipſo iure bo-
na perueniant, ſit & cenſetur eſſe directum, hoc eſt
ſignificet directam inſtitutionem, ſeu ſubſtitu-
tionem. & ex quo hic effectus quòd accipiat ip-
ſo iure, uel quòd ipſo iure bona perueniant, ut ſi-
gnificaut

gnificant ipſa uerba, non poteſt induci niſi per di-
rectam inſtitutionem, ſeu ſubſtitutionem. ex prædi-
ctis ſequitur, quòd in caſu noſtro huiuſmodi pa-
ctum ſit & cenſeri debet omninò pactum de ſucce-
dendo ſeu de relinquendo per diſpoſitionem ultimæ
uoluntatis ex teſtamento uel ab inteſtato bona ſtabi-
lia pro quantitate ducatorum decem millium: cùm
dictum ſit, quòd dominus Alexander poſt mortem
domini Baptiſtæ habebit & conſequetur de ſuis bo-
nis ſtabilibus tot bona, quæ aſcendant ad dictam
ſummam ducatorum decem millium, non autem di-
ctum ſit, quòd dominus Baptiſta promittit dare; ita
quòd dicta uerba habebit & conſequeretur, quæ ſi-
gnificant obuentionem bonorum, referuntur ad ip-
ſa bona, non autem ad ipſum dominum Baptiſtam
paciſcentem. et ſic apparet quòd ſumma in termi-
nis prædictæ concluſionis, in quibus cenſetur pa-
ctum de ſuccedendo & de relinquendo per diſpoſi-
tionem ultimæ uoluntatis, per ea quæ ſtatim ſuprà
dicta fuerunt. nec iſtud iudicio meo poteſt in du-
bium reuocari.
Quantùm uerò ad ſecundum, uidelicèt, an huiuſ-
modi pactum ſit ualidum uel inualidum, licèt pri-
7 ma facie uideatur dicendum quòd ſit inualidum, † ex
quo iura reprobant pactum de ſuccedendo. l. hære-
ditas. C. de pact. conuen. l. ex quo. C. de inutil. ſtipu.
l. pactum quod dotali, & l. licèt. C. de pact. l. ſtipula-
tio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligatio. &
adeò reprobant, ut nec iuramento iſtud pactum de
ſuccedendo firmetur: ut concludunt magis commu-
niter Docto. ut atteſtatur Alexand. & Iaſ. in dicta l.
ſtipulatio hoc modo concepta. Alexand. Iaſ. & alij in
d. l. pactum quod dotali. C. de pact. Philippus Franc.
in cap. quamuis, de pactis, in ſexto. Alexand. in con-
ſil. uigeſimooctauo, in tertio uolu. Deci. conſi. ccxxv.
& conſi. ccxxxvj. Socin. iuni. d. conſil. quadrageſimo-
quarto, ubi allegat infinitos concordantes. & licèt
prædicta iura & prædicti Doctores loquantur in ca-
ſu, quo iſtud pactum eſſet relatum ad vniuerſam hæ-
reditatem, ſeu ſucceſſionem, uel ad aliquam quo-
tam hæreditatis ſeu bonorum, tamen idem uidetur
dicendum, quando pactum de ſuccedendo ſit rela-
tum ad bona ſingularia ſeu particularia: quoniam
uidetur quòd in iſto caſu militet eadem ratio, quæ
militat in alio caſu, ex quo debet eſſe libera facultas
& liber ſtylus teſtandi, non minus in ea diſpoſitio-
ne ultimæ uoluntatis, per quam diſponitur de par-
ticularibus bonis, quàm in ea diſpoſitione ultimæ
uoluntatis, per quam diſponitur de hæreditate, uel
aliqua eius quota. l. prima. C. de ſacroſanct. Eccle.
8 † hinc uidemus, quòd ſicut annullatur donatio fa-
cta in pœnam mutationis teſtamenti, quò ad inſti-
tutionem, per quam diſponitur de hereditate ſeu eius
aliqua quota, ut not. Docto. communiter in dicta l.
ſtipulatio hoc modo concepta, ita etiam annulla-
tur donatio facta in pœnam reuocationis teſtamen-
ti quò ad aliquod particulare legatum, in quo ali-
qua res particularis eſſet relicta, ea ratione quia de-
bet eſſe libera facultas teſtandi in legando, prout
in inſtituendo: prout poſt plures alios concludit
conſulendo Ruin. conſil. centeſimouigeſimonono,
nume. ſexto, in primo uol. Attamen contraria opi-
nio, uidelicèt, quòd præſens pactum ſit efficax &
ualidum, abſque dubio eſt uera & indubitata, ex
quo iſtud pactum non eſt relatum ad hæreditatem
ſeu ad aliquam quotam hæreditatis ſeu bonorum,
ſed ad bona particularia, uidelicèt, ad tot bona ſta-
bilia, quæ aſcendant ad ſummam ducatorum decem
9 millium. nam † concluſio communis eſt, quòd pa-
ctum de ſuccedendo in bonis particularibus ſit uali-
dum, ut per Albericum in l. fin. C. de pact. per Ale-
xandrum in dicto conſil. uigeſimooctauo, in tertio
uolumi. & in dicto conſil. octuageſimotertio, in ſe-
cundo uolu. & Deci. in dicto conſil. ducenteſimoui-
geſimoquinto, nume. quinto: & in dicto conſil. du-
centeſimouigeſimoſexto, colum. fina. & conſil. ſexa-
geſimotertio ad finem, & in dict. l. pactum quod do-
tali. columna penultima, ad finem, uerſicu. ſecundò
limitatur. Iaſ. conſil. ſuo inſerto inter conſilia Bruni
conſil. octauo, colum. fina. & in dicta l. ſtipulatio hoc
mòdo concepta, columna antepenultima, uerſiculo
tertiò principaliter. Curtius iunior in conſil. primo
colum. octaua. Pariſi. conſil. uigeſimoquarto, num.
uigeſimoſeptimo in ſecundo uolum. & pro iſta opi-
nione facit, quia omnia iura, quæ dicunt, non ua-
lere pactum de ſuccedendo, loquuntur in caſu, quo
refertur ad ius uniuerſale hæreditatis ſeu ſucceſſio-
nis, & quando agitur de transferendo hæreditatem,
uel quod quis obligetur directò uel per indirectũ ad re-
linquendum aliquem hæredem, ſeu ad relinquẽdum
illi hæreditatem. Nulla autem eſt lex, quæ diſponat, quod
non ualeat pactum, per quod quis obligetur ad le-
gandum rem aliquam particularem, ſeu ad relin-
quendum aliquam rem particularem per diſpoſitio-
nem ultimæ uoluntatis: igitur nec etiam nos dice-
re poſſumus, quòd tale pactum ſit inualidum. l. pri-
ma. ff. de Senator. Accedat, quia rationes per quas
inualidatur pactum de ſuccedendo relatum ad ius
vniuerſale hæreditatis, non procedunt in pacto de
10 ſuccedendo relato ad rem particularem, † Sciendum
enim eſt, quòd duplex ratio aſſignatur, quare ſit
inualidum pactum de ſuccedendo relatum ad ius
vniuerſale hæreditatis. Prima eſt, quia hæreditas
non poteſt dari per pactum, quam rationem ponit
textus in d. l. hæreditas, & in dicta l. licèt, & iſta ra-
tio non militat in pacto de ſuccedendo relato ad rem
particularem, quia res illa particularis poteſt dari
per pactum, ut patet. Alia eſt ratio, per quam quis
directò uel per indirectum obligetur ad relinquen-
dum aliquem hæredem, ſeu ad relinquendum illi
hæreditatem ſuam. & iſta eſt contra bonos mores,
quam rationem ponit text. in d. l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta, & in dicta l. ex eo. & illa ratio non mi-
litat in ea obligatione de relinquendo aliquam rem
particularem per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis.
11 † ſciendum enim eſt quòd ratio eius, quod dicitur in
d. l. j. C. de ſacroſanct. Eccleſi. uidelicèt, nil eſſe, quod
magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ uo-
luntatis liber ſit ſtylus, & licitum, quod non amplius
reddit arbitrium. & eius, quod dicitur in l. ſi fratres.
§. idem reſponſum. ff. pro ſoci. uidelicèt, quòd non
poſsit per pactum cõſtringi libertas ſupremi iudicij.

et eius quod dicitur in dicta l. ſtipulatio hoc modo. & in dicta l. ex eo, uidelicet, quòd eſſet contra bonos mores, ſi eſſet efficax illa obligatio, quia quis promittit aliquem hæredem, & illi relinquere hereditatem, & quia ex hac promiſsione ſeu obligatione, qua quis aſtringitur ad faciendum aliquem hæredem, & per quam aufertur libera teſtandi facultas, plurima mala poſſent oriri, ubi foret ualida & efficax. nam attento quòd uigore huius obligationis, qua quis aſtringitur ad relinquendum aliquem hæredem, non impeditur promiſſor de rebus ſuis diſponere per diſpoſitionem inter uiuos, ſequeretur, ubi illa obligatio eſſet ualida, ita ut ſtipulator poſsit eſſe certus, quòd propter dictam obligationem hæreditas promiſſoris ad eum ſit peruentura, induceretur ad deſiderandum mortem eius promiſſoris ad effectum, ne per eius diſpoſitionem inter uiuos eius bona diminuantur, cùm certus ſit, quòd in eius morte conſequuturus eſſet eius bona: ita quòd cùm per dictam promiſsionem inducatur uotum captandæ mortis, quod eſt malum, propterea dicitur contra bonos mores, & à iure non approbatur. Induceretur etiam aliud inconueniens ex dicta promiſsione, ſi foret ualida, quia ſi promiſſor fuit aſtrictus per dictam promiſsionem relinquere illum ſtipulatorem hæredem, & eſſet ſibi ſublata facultas teſtandi, ita quòd nõ poſſet eſſe ut ex ſua ultima uoluntate haberet illũ ſucceſſorem, quem deſiderat, ſed cogeretur habere illum ſtipulatorem, quem fortè nollet habere ſucceſſorem, & induceretur ad negligẽdum conſeruationẽ, quã haberet, & acquiſitionem aliorum bonorum; & inſuper induceretur ad transferendum per diſpoſitionem inter uiuos in illum, quem deſiderat habere hæredem, uel in quemlibet alium, ad effectum, ne iure hæreditario perueniat in illum ſtipulatorem, quẽ odit, & ad quem nollet bona ſua peruenire. ita quòd iſta inconuenientia & mala poſſent oriri, ſi huiuſmodi obligatio ſeu promiſsio de faciendo aliquem hæredem ſeu de relinquendo illi hæreditatem foret efficax & ualida. & hac ratione dicitur contra bonos mores, & dicitur nil eſſe quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ uoluntatis liber ſit ſtylus, ut ſuprà dictum eſt. modò in propoſito, licèt prædictæ rationes militent in eo pacto, quo quis promiſit facere hæredem alium, & illi relinquere hæreditatem; non tamen militant in eo pacto, quo quis promittit relinquere aliquam rem particularem per diſpoſitionem legati ſeu fideicommiſsi. nam ex quo promiſſor non poteſt ſtante iſto pacto impedire per diſpoſitionem inter uiuos, nec alienationem bonorum ſuorum, quia ſtipulator in caſu mortis conſequatur legatum uel fideicommiſſum de re particulari, quod fuit promiſſum, aut pœnam promiſſam uel intereſſe, caſu quo legatum non relinquatur, quia ſi per alienationem factum ſit, ut promiſſor non poſſit legare dictam rem ſtipulatori, omninò committeretur obligatio pœnæ uel intereſſe, iuxta notata in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerborum oblig. propterea ſequitur ex hac obligatione ex ualiditate huius promiſsionis & obligationis de relinquendo rem particularem, quòd non poterunt oriri illa mala & inconuenientia, quæ orirentur ex ualiditate promiſsionis & obligationis de relinquendo alicui hæreditatem. quia, cùm ſtipulator ſit certus, omninò per mortem habiturus eſt rem ſibi promiſſam per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, uel pœnam ſeu intereſſe, caſu quo dicta res non relinqueretur. & dicta talis promiſsio non erit apta ad inducendum uotum captandæ mortis in ipſo ſtipulatore, cùm ſit certus, quòd etiam durante uita ipſius promiſſoris non poteſt per eius diſpoſitionem inter uiuos diminui ſeu euacuari utilitas ſeu commoditas eius pacti: cùm tamen aliud ſit in pacto de relinquendo alicui hæreditatem; quia cùm ſit in poteſtate promiſſoris, alienando bona per diſpoſitionem inter uiuos diminueret & euacuaret utilitatem & commoditatem eius pacti. propterea ualiditas huius pacti eſſet apta ad inducendum in ipſo ſtipulatore uotum captandæ mortis ipſius promiſſoris ad effectum impediendi, ne per alienationem bonorum per diſpoſitionem inter uiuos diminuetur & euacuetur utilitas & commoditas huius pacti. Similiter etiam in huiuſmodi pacto de relinquendo rem particularem per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis non poterit induci negligentia in promiſſore conſeruandi bona ſua, & acquirendi de nouo alia bona, nec induci dictus promiſſor ad transferendum per diſpoſitionem ſuam inter uiuos in alios, ad effectum ne res promiſſa poſt eius mortem deueniat in ſtipulatorem. quia, ut dictum eſt, ſtante ualiditate huius pacti, nulla ratione promiſſor poſſet impedire, quin in ipſum ſtipulatorem poſt eius mortem res promiſſa perueniat, aut pœna uel intereſſe, cùm tamen aliud ſit in promiſsione de faciendo alium hæredem, ut ſuprà dictum fuit. unde, cùm iura reprobantia pactum de ſuccedendo loquãtur ſolùm in caſu, quo pactum illud referatur ad hæreditatem, ſeu eius quotam, non autem in caſu, quo referatur ad aliqua bona particularia; & rationes quæ militant in pacto de ſuccedendo in hæreditate ſeu eius quota, non procedant in pacto de ſuccedendo in aliqua particulari re, ſeu de relinquendo rem particularem per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, nulla ratione dici poteſt, quòd diſpoſitio dictarum legum extendatur ſeu procedat in huiuſmodi pacto de ſuccedendo in re particulari. & licèt per huiuſmodi pactum auferatur facultas teſtandi libera de ipſa re particulari, quam quis promiſit relinquere per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, tamen iſtud non

12 eſt inconueniens, nec abſurdum, † cùm iura paſsim permittant per diſpoſitionem inter uiuos poſſe reſtringi liberam facultatem teſtandi de aliquibus rebus particularibus ipſius promiſſoris, prout per donationem partis bonorum collatam poſt mortem ipſius donantis; quæ abſque dubio eſt ualida, ut uolunt

13 omnes in d. l. ſtipulatio hoc modo. Et † ſimiliter iura in bonis feudalibus auferunt liberam facultatem teſtandi, iuxta naturam inueſtituræ feudalis. c. primo, in princi. de ſucceſsi. feud. Bartol. Angel. Alexand. & alij in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de legat. primo. Bartol. in l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. quinimmo, uulgàs legendo, ſoleo dicere, generaliter concludendum eſſe, quòd quoties

non

non obſtante pacto ſeo promiſsione poteſt diſpo-
nere inter uiuos de rebus, de quibus agitur in præ-
iudicium ſtipulatoris, tunc per dictam promiſsio-
nem ſeu pactum auferri ſeu conſtringi non poteſt
14 facultas teſtandi de ipſis rebus. † & in iſtis terminis
loquitur d.l.j.C.de ſacroſan.Eccleſ.& procedit quod
ibi dicitur, & in dicta l.si fratres.§. item reſponſum.
ff.pro ſoci.& quod not. in d. l. ſtipulatio hoc modo
concepta,& in aliis legibus concor.& ratio eſt, quia
ſicut poteſt diſponere inter uiuos de ipſis bonis in
præiudicium ſtipulatoris,ita etiam debet liberè poſ-
ſe teſtari in præiudicium ipſius ſtipulatoris: quia ſi
aliter diceremus,ex illa promiſsione ſeu pacto indu-
cerentur illa plurima mala & incõuenientia, de qui-
bus ſuprà dictum fuit.Sed quoties per ipſam promiſ-
ſionem ſeu pactum fit, quòd promiſſor non poſsit de
rebus,de quibus agitur,diſponere per diſpoſitionem
inter uiuos in præiudicium ſtipulatoris,omninò per
ipſam promiſsionem & pactum poterit auferri libe-
ra teſtandi facultas de eiſdem rebus in præiudicium
ſtipulatoris. & in his terminis procedit, quod dici-
tur de pacto de donando partem bonorum poſt mor
tem: quia cùm per pactum ipſum fiat, ne poſsit do-
nans de ea parte bonorum diſponere inter uiuos in
præiudicium donatarij, ita etiam fit quòd non poſ-
ſit habere liberam facultatem teſtandi de ea parte bo
norum in præiudicium eiuſdem donatarij: ut not. in
d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, per omnes Do-
15 ctores. † & ita procedit illud,quod dicitur de bonis
feudalibus, quia ſicut ea natura inueſtituræ feudi fit
quòd non poſsit uaſallus diſponere de ipſo feudo in-
ter uiuos in præiudicium eorum,qui poſt eius mor-
tem ſucceſſuri ſunt in feudo, ita etiam fit quòd au-
feratur libera facultas teſtandi de ipſis bonis feu-
dalibus in eorum præiudicium.d.cap.j.cum aliis præ
allegatis.& in eiſdem terminis procedit id, quod ſu-
prà dictum fuit de pacto ſuccedendi in re particula-
ri, ſeu de relinquendo aliquam rem particularem.
Nam, cùm iſtud pactum ſit aptum ad faciendum ꝙ
promiſſor non poteſt diſponere inter uiuos de re, de
qua agitur, in præiudicium ſtipulatoris; ita etiam eſt
aptum ad auferendam liberam facultatem teſtandi
de ipſamet in eiuſdem ſtipulatoris præiudicium. &
ratio eſt,quia ceſſante in promiſſore facultate diſpo-
nẽdi inter uiuos in præiuditium ſtipulatoris nullum
poterit reſultare inconueniens, ex eo quia ſimiliter
per dictũ pctũ & ꝓmiſsionẽ auferatur libera facul-
tas teſtandi de eiſdem rebus in præiudicium ſtipu-
latoris, ut latius ſuprà dictum fuit. Nec obſtant ea,
quæ ſuprà dicta ſunt in contrarium. nam ex prædi-
ctis colligitur clara & aperta ſolutio. nam dum pri-
mò dicebatur, quòd iura reprobant pactum de ſuc-
cedendo ſeu de relinquendo per diſpoſitionem ulti-
16 mæ uoluntatis, † d.l. hæreditas: d. l. ſtipulatio hoc
modo concepta, cum aliis concordantibus. reſpon
detur & dicitur, quòd diſpoſitio dictarum legum
procedit & loquitur ſolùm in eo pacto, quod refer-
tur ad hæreditatẽ ſeu aliquam eius quotam,per quod
quis obligatur ad relinquendum hæreditatem ſeu
eius quotam,non autem procedit in eo pacto de ſuc-
cedendo, quod refertur ad rem particularem, per
quod agitur, ut quis obligetur ad relinquendum
rem particularem; ut latius ſuprà dictum fuit. Nec
eſt uerum, quòd in iſto pacto militet illamet ratio,
quæ militat in eo pacto de relinquendo hæreditatẽ.
& dum ẽt dicebatur ꝙ magis debet eſſe libera facul-
tas, & liber ſtylus teſtãdi in ea diſpoſitione,per quã
diſponitur de re particulari, quàm in ea diſpoſitio-
ne per quam diſponitur de hæreditate.d.l.j.C.de ſa-
croſanct. Eccleſ. quis reſpondetur,& dicitur, quòd
iſtud procedit in illis bonis, de quibus poteſt per
diſpoſitionem inter uiuos liberè diſponi: quia ſe-
queretur maximum inconueniens, ſi de eiſdem bo-
nis non eſſet libera teſtandi facultas: ſed non proce-
dit in illis bonis de quibus actum fuit, ut non poſſet
de illis liberè diſponi per diſpoſitionem inter uiuos.
nam nullum reſultat inconueniens, ſi per aliquod
pactum ſeu aliã diſpoſitionem auferatur de eiſdem
bonis libera facultas teſtandi, ut ſupra dictum fuit.
17 † Dum etiam dicebatur, quòd annullatur donatio
facta in pœnam reuocationis teſtamenti quò ad in-
ſtitutionem per deciſionem Ruini, quemadmodum
annullatur donatio facta in pœnam reuocationis te-
ſtamenti quò ad inſtitutionem, per deciſionem di-
cti Ruini in prææallegato conſil.cxxix. in primo uol.
18 poſt alios quos refert. Reſpõdetur,& dicitur,† quòd
dicta deciſio non eſt uera, & contrarium, uidelicet
quòd ualeat donatio facta in pœnam reuocationis
legati, tenuit Bald.in l.ſancimus.C.de teſtam. Imol.
in l.hæredes palàm.§.fin.ff.de teſtam. Paul. Roman.
& Alexand.in dict.l.ſtipulatio hoc modo concepta.
Secundò dicitur, quòd licèt prædicta opinio Ruini
& aliorum quos refert, poſsit procedere in caſu quo
non obſtante donatione facta in pœnam reuocatio-
nis legati cenſeretur teſtator reſeruaſſe facultatem
diſponendi de re legata in præiudicium legatarij,per
diſpoſitionem inter uiuos, quia tunc inconueniens
eſſet, ſi per dictam donationem auferetur libera fa-
cultas teſtandi de ipſa re legata, per ea quæ ſuprà di-
cta ſunt: tamen nulla ratione poſſet procedere, ubi
prætextu dictæ donationis actum eſſet, quòd ab ipſo
teſtante abdicaretur facultas diſponendi de ipſa re
legata in præiudicium legatarij per diſpoſitionem
inter uiuos: quia hoc caſu non eſſet inconueniens,
ſi etiam per ipſam donationem ab eodem teſtatore
auferretur libera facultas teſtandi de eadem re lega-
ta,per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Verũ in caſu iſto abſq;
dubio procederet opinio Bal. Imolæ, Alexã.& alio-
rum concord. & attento quòd per huiuſmodi pactũ
de ſuccedendo in re particulari, uel de relinquendo
aliquam rem particularem uidetur actum inter paci-
ſcentes, quòd promiſſor non poſsit per diſpoſitionẽ
inter uiuos diſponere de re ipſa in præiudicium ſti-
pulatoris: propterea uigore eiuſdem pacti auferri
potuit ab ipſo promiſſore facultas teſtandi de ipſa re
particulari. Stabit igitur concluſio circa iſtud pri-
mum dubium,quòd huiuſmodi pactum,quòd domi-
nus Alexander habebit & conſequetur poſt mortem
domini Baptiſtæ in eius bonis bona ſtabilia aſcendẽ-
tia ad ſummam ducatorum decem millium, ſit & in-
telligatur pactum de ſuccedendo ſeu de relinquendo
per diſpoſitionem ultimæ uoluntatis,& tamen quòd
eo non obſtante ſit ualidum.

Circa ſecundum quæſitum, an huiuſmodi pactũ

ſit & cenſeri debeat inualidum propter defectum in-
ſinuationis, ſaltem io eo in quo excedit ſummã quin
gentorum aureorum, omiſſa diſputatione ad partes,
concluditur, quòd pluribus reſpectibus non poteſt
dici inualidum ex defectu inſinuationis. & quòd ad-
uerſns ipſum pactum ceſſat obiectio defectus inſi-
19 nnationis, † primus reſpectus eſt, quia in pacto de
ſuccedando ſeu de relinquendo per diſpoſitionem ul
timæ uoluntatis nulla exigitur inſinuatio, etiã in ca-
ſu quo ſit ualidum, quia relatum ad bona particula-
ria; ut eſt de mente omnium Doctorum, qui cõclu-
dunt huiuſmodi pactum de ſuccedendo eſſe ualidũ,
quando refertur ad bona particularia, ut dictum fuit
in præcedenti dubitatione. Nam, dum illud firmant
nulla habita conſideratione, an interuenerit inſinua-
tio, uidentur præſupponere quòd in huiuſmodi pa-
cto nulla exigatur inſinuatio. quod pluribus ratio-
nibus præſupponere potuerunt. & primò, quia illud
pactum non eſt de donando per diſpoſitionem ulti-
mæ uoluntatis, ut dictum fuit ſuprà in prima du-
bitatione, igitur non exigitur inſinuatio; quia ſi-
cut non exigitur in donatione, ſeu relicto ulti-
mæ uoluntatis, ut patet, ita etiam non exigi-
tur in huiuſmodi pacto de relinquendo per diſpoſi-
tionem ultimæ uoluntatis, quia ordinatur ad ulti-
mam uoluntatem, & in eius locum ſubrogatur. l. ſi
quem. §. iniuriarum. ff. ſi quis caut. cum aliis concor-
dantiis. & hanc rationem ſenſit Oldra. conſ. cxxxix.
dum dicit quòd in huiuſmodi pacto non exigitur in-
ſinuatio, quia ſapit quandam honeſtam prouiſionem
20 ultimæ uoluntatis. Alia ratio eſt, † quia huiuſmodi
pactum uidetur conceptum ſub illa conditione, ſi ſti
pulator ſuperuixerit poſt mortem illius promiſſoris,
quia ad hoc, ut illi poſſit relinqui per diſpoſitionem
ultimæ uoluntatis, requiritur, quòd ſuperuiuat poſt
ipſum promiſſorem. l. j. §. pro ſecundo. C. de cadu.
tollend. unde ſequitur quòd ante euentum condi-
21 tionis nulla exigitur inſinuatio, † quia ante condi-
tionem non poteſt dici donatio. l. j. ff. de donat. l. ce-
22 dere diem. ff. de uerbor. ſignifi. † & poſt mortem ip-
ſius promiſſoris uſque ad triginta annos per nota-
rium poteſt ad inſtantiam ſolius donatarij inſinuari,
dummodò tamen fiat inſinuatio, antequàm de nul-
litate opponatur donationis propter defectum inſi-
nuationis. l. cùm multæ. & authen. eo decurſum, &
ibi Bal. Bart. C. de donat. ant. nupt. idem Bald. in l. in
hac. C. de donat. Alex. conſi. clvij. nu. x. in ij. uol. poſt
Ang. conſi. clxxix. Ruin. conſi. xliiij. nu. xxj. in ij. uol.
Alio etiam reſpectu non exigitur inſinuatio in hu-
iuſmodi pacto, ex quo fuit adiectum onus de reſti-
tuendo bona ipſa hæredibus ipſius D. Baptiſtæ poſt
defectum domini Alexandri & deſcendentium ſuo-
rum, ut patet ex lectura ipſius inſtrumenti. igitur
23 non exigitur inſinuatio. † nam regula iuris eſt, quòd
donatio eximitur à neceſsitate inſinuationis pro-
pter onus iniunctum donatario explicandum de fu-
turo, ut per Bartol. in l. Aquilius. ff. de donat. Alexan.
conſi. xij. nume. vij. in primo uol. Ruin. conſi. clxxxij.
nu. xiij. uerſ. ſecundò, in j. uol. Ceſſat etiam neceſsitas
inſinuationis in caſu noſtro, quia huiuſmodi pactum
ſeu promiſsio fuit facta ob cauſam de præterito, uide-
licèt, propter nuptias iam contractas de præterito, ex
quo D. Alexander complacuit & morem geſsit di-
cto D. Baptiſtæ in contrahendis illis nuptiis, ut patet
ex lectura inſtrumenti: igitur ſequitur, quòd ſit ua-
24 lida, etiam ſine inſinuatione. Nam † concluſio com-
munis eſt, quòd donatio facta ob cauſam de præteri-
to non exigit inſinuationẽ in eo, in quo excedit ſum-
mam quingẽtorum aureorum. d. l. Aquilius, ubi Bart.
& alij not. idem Bat. in l. fi. in prin. C. de donat. ante
25 nupt. cum aliis infinitis concor. Nec obſtat † ſi dica-
tur, quòd licèt donatio propter nuptias dicatur do-
natio ob cauſam, quòd tamen exigat inſinuationem,
quando fit marito, ut firmat Salice. in d. auth. eo de-
curſum. C. de don. ante nupt. & in l. fin. §. ſimili quo-
que modo. C. de iur. dot. & latè per Pariſ. conſi. xvj.
nu. xxix. in ij. uol. & quia præſens donatio ob cauſam
nuptiarum fuit collata in dñm Alexãdrum ſponſum
& maritum, quòd ideò exigatur inſinuatio. quia re-
ſpondetur, quòd prædicti Doctores non loquuntur
in donatione propter nuptias, quæ confertur in ma-
ritum, uerùm in ſimplici donatione. loquũtur enim
in caſu, quo aliquis nomine mariti facit donationem
propter nuptias mulieri, quo caſu eſt, & intelligitur
duplex donatio, una uidelicèt per quam donans uide
tur donare mulieri, & iſta donatio, quam maritus
cenſetur facere mulieri, dicitur donatio propter nu-
ptias, & propterea non exigit inſinuationem. Sed il-
la quam extraneus cenſetur facere ipſi ſponſo ſeu ma-
rito, nõ eſt nec cenſetur donatio propter nuptias, ſed
ſimplex & abſoluta donatio, & propterea exigit inſi-
nuationem. & ita apertè declarat Salice. in locis præ-
allegatis. illud autem non poteſt adaptari ad propo-
ſitum caſui noſtri, quia huiuſmodi donatio per præ-
ſens pactum per D. Baptiſtam factũ propter nuptias
contractas, non confertur in uxorem Do. Alexandri
eius nomine, uerùm ſolùm confertur in ipſum Do.
Alexandrum ſponſum & maritum; & propterea ap-
paret, quia donatio in ipſum D. Alexandrum collata
eſt, & cẽſeri debet donatio ob cauſam nuptiarum &
contemplatione matrimonij per eum contracti, non
autem ſimplex donatio, & propterea nõ exigitur in-
26 ſinuatio. † Nec etiam obſtat ſi dicatur, quòd in ca-
ſu noſtro cauſa nuptiarum cenſeri debet impulſi-
ua, non finalis; & propterea non efficiat quòd cen-
ſeatur donatio ob cauſam, ſed adhuc intelligitur
ſimplex donatio, per ea quæ Oldrad. in conſi. v. Ale-
xand. conſi. xiiij. in j. uol. & Deci. conſi. ccxxxix. quia
ſolutio eſt clara: quia illud procedit, quando in do-
natione dictum fuit, quòd quia purè, ſimpliciter & li-
berè donat. Nam iſto caſu in dubio cauſa nuptiarũ
cenſetur expreſſa in donatione tanquam cauſa im-
pulſiua, non autem ad iſtum effectum, ut ipſa dona-
tio cenſeatur donatio ob cauſam, non autem libera
27 donatio. † & in his terminis præciſè loquuntur præ-
dicti Doctores, ſed non procedunt in caſu noſtro, in
quo non fuit dictum, quòd purè, ſimpliciter & li-
berè donet, ſed ſolùm expreſſum fuit, quòd con-
templatione earum nuptiarum fieret ipſa donatio;
quia nunc ſumus in caſu certo quòd ſit propter di-
28 ctas nuptias, † & propterea quòd ſit & cenſeatur do-
natio ob cauſam, prout quælibet alia donatio, quæ
ſit propter nuptias, quę eſt, & cenſetur donatio ob
cauſam, ut per Doctores, quos refert & ſequitur Pa-
riſ.

rit. in conſ. prçallegato xvj. Alio etiam reſpectu præ-
ſens donatio cenſeri debet facta ob cauſam, ut ipſa
bona conſeruentur in agnatione, quia collata fuit in
ipſum dominum Alexandrum & eius filios & deſcē-
dentes maſculos ex legitimo matrimonio, ut per
plura concludit Soci. iuni. conſ. liii. nu. viij. in ij. uol.
29 ubi expreſsè concludit, † quòd ſemper uideatur ha-
bitus reſpectus cōſeruandę agnationis, quoties do-
natio fit alicui & eius deſcendentibus maſculis, &
quòd dicta donatio cenſeatur facta propter conſer-
30 uationis agnationis. † quemadmodum dicimus in
ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos,
quòd cenſeantur facta propter conſeruationē agna-
tionis, ut latè per Bald. in l. maximum uitium. C. de
libe. præt. & per Soci. poſt alios, quos refert conſil.
xxxi. cum infinitis concord.

Vltimò ceſſat obiectio defectus inſinuationis, ex
quo in præſenti pacto ſeu donatione interuenit iu-
ramentum, uel ſaltem clauſula quę ex decreto duca-
li habet uim & effectum iuramenti quantùm ad cō-
31 firmationem contractuum, † quia defectus inſinua-
tionis tollitur per iuramentum, ut concludūt Doct.
ut atteſtatur Deci. conſi. ccxxix. & Soci. iuni. conſi.
lxvii. & cōſi. cxviij. nu. xj. in ij. uol. Tamen in hoc ul-
timo non plurimùm me firmo duabus rationibus,
tùm quia illa opinio ꝙ defectus inſinuationis tol-
latur per iuramentum dubitabilis eſt, & plures Do-
ctores magnæ authoritatis tenuerunt contrarium,
ut latè per Fran. Curt. ſeni. conſil. lxvj. col. fin. & per
Rip. in l. nemo poteſt, nu. lviij. ff. de legat. j. quorum
opinio ſaltem uidetur admittenda in caſu quo ex-
preſsè & in ſpecie non eſſet renunciatum ſolennitati
dictę inſinuationis, ut Cald. conſi. xj. in tit. de iure-
iuran. & conſi. j. in tit. de dona. & per Petruc. in tra-
ctatu de uiribus iuramenti in xij. effectu, verſ. tamen
Ioannes Calder. & quia dicta clauſula uirtute dicti
decreti non poteſt ſupplere defectum inſinuationis,
ex quo non fuit appoſita dicta clauſula de mandato
Prioris Collegij dominorum Doctorum, penès quē
ex ordine, & ſtylo dictę Ciuitatis Mantuę debet fieri
inſinuatio, cùm tamen in dicto decreto ſit cautum,
quòd in contractibus, in quibus ex forma ſtatutorū
& ordinū Mantuæ debet interuenire decretū Prio-
ris Collegij, & ꝙ non aliter apponatur dicta clau-
ſula; quâm de mandato ipſius Prioris. quod tamen
ad præſens non proſequor, quia ex pluribus aliis ra-
tionibus, etiam ſi non extaret iuramētum, ſatis liqui-
dò apparet ex prædictis, quòd in præſenti pacto ſeu
promiſsione nulla exigitur inſinuatio.

Circa tertium dubium, an bona domini Baptiſtæ
quę peruenerunt in dominum Alexandrum per ſuc-
ceſsionem ex cauſa inteſtati, ſint & ueniant compu-
tanda pro ſolutione & ſatisfactione huius pacti?
prima facie uideretur dicendum quòd non, eò quia
iſtud non fuit expreſſum in ipſo pacto, unde non ui-
detur actum ab ipſis partibus, ſed penitus omiſſum,
32 † ex quo id quod nō fuit expreſſum per partes in cō-
tractu cenſetur omiſſum. l. quicquid aſtringendę. ff.
de uerborum obligatio. l. ueteribus. ff. de pact. iun-
ctis his, quæ habentur in l. i. ff. de his quæ in teſt. del.
33 & † uoluntas in mente retenta nihil debet operari.
l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau. Quinimmo, dum
partes de aliquo cogitant, & illud non exprimunt in
cōtractu, cenſentur illud noluiſſe. l. j. §. ſin autem ad
deficientis. C. de cad. toll. c. ad audientiam, & quod
ibi not. de decimis. Vnde, cùm appareat quòd à par-
tibus ipſis fuerit cogitatum de huiuſmodi compu-
tatione bonorum, quę obuenirent per ſucceſsionem
in ſolutione huius pacti, attento quòd iſtud expreſ-
sè fuit actum in eodem inſtrumento in pactione in-
ter D. Hieronymum & D. Alexandrū, ſequitur quòd
cùm in pactione inter D. Baptiſtam & Do. Alexan-
drum nil fuerit dictum de iſta imputatione, quòd
propterea cenſeri debeant noluiſſe quòd huiuſmo-
di imputatio fieret: ſi uoluiſſent utique iſtud ex-
preſsiſſent, prout fuit expreſſum in pactione inter
dominum Hieronymum & D. Alexandrum: qua ra-
tione utitur Paril. in caſu ſimili in conſi. xxxv. num.
34 xii. in i. uolum. † Nec obſtat, ſi dicatur ꝙ iſtud quod
fuit expreſſum circa iſtam imputationem inter D.
Hieronymum & Do. Alexandrum cenſeatur tacitè
repetitum in pactione inter D. Baptiſtam & domi-
num Alexandrum. arg. l. Titia. §. idem reſpōdi. ff. de
uerbo. oblig. cum aliis concord. quaſi quòd inter D.
Baptiſtam & D. Alexandrum tacitè uidetur actum,
quòd cōuētio ipſorum intelligatur ſub eiſdem qua-
litatibus & conditionibus, ſub quibus fuit contra-
cta conuentio inter D. Hieronymum & D. Alexan-
drum: quia iſtud nulla ratione dici poteſt, eò quia
partes ipſę uoluerunt, quòd conuentio inter Do.
Baptiſtam & dominum Alexandrum foret penitus
diuerſa ob eam conuentionem inter dominū Hie-
ronymum & D. Alexandrum, quia id quod aſsigna-
gnatur in hoc pacto per D. Baptiſtam non conſti-
tuitur pro dote uxoris D. Alexandri, prout conſti-
tuitur, id quod aſsignatur per dictum Hieronymū
Aſsignatur etiam per D. Baptiſtam domino Alexan
dro & eius filiis & deſcendentibus maſculis, & cum
illo onere, quòd poſt defectum D. Alexandri & ſuo-
rum deſcendētium maſculorum bona ipſa reſtituā-
tur hæredibus D. Baptiſtæ: quę qualitates nō inter-
uenerunt in promiſsione & aſsignatione facta per
ipſum D. Hieronymum. Cùm igitur appareat quòd
D. Baptiſta uoluit facere ſuam promiſsionē & aſsi-
gnationem ſub qualitatibus diuerſis ab his quę in-
teruenerūt in promiſsione D. Hieronymi, igitur nō
poteſt inferri, quòd qualitas imputationis expreſſa
in ꝓmiſsione D. Hieronymi ſit repetita in promiſ-
ſione D. Baptiſtę, tanquam actum inter partes uideat,
ut ſit facta ſub eiſdem qualitatibus & cōditionibus:
quia expreſsè conſtat de oppoſito: & cùm ſint pe-
nitus diuerſę dictæ promiſsiones, non poteſt ex una
inferri ad alteram. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l.
35 fin. ff. de calumn. Accedat, † quia conuentio celebra-
ta inter aliquas perſonas non poteſt extēdi nec por-
rigi ad alias perſonas. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de
pact. ideo conuentio celebrata per D. Hieronymum
non debet extendi ad conuentionem factam per D.
Baptiſtam. non etiam iſtud poteſt uideri actum in
illa ultima uoluntate Do. Baptiſtę, per quam tacitè
ab inteſtato uidetur reliquiſſe partem bonorū ſuorū
36 dicto Do. Alexandro, † quia ſi id quod relinquitur
expreſsè per debitorem creditori in teſtamento in
dubio non uidetur relictum animo compenſandi cū
debito,

debito.l.creditorem.ff.de legat. ij.l.j.§.ſciendum.ff.
de legat.iij.Barto.& alii in l.ſi cùm dotem.§.ſi pa-
ter.ff. ſolu.matr.& not. Doctores io auth.pręthereà.
C.unde uir, & ux. multò minus id quod tacitè ui-
deturrelictum ipſi domino Aleaandro ab ipſo do-
mino Baptiſta cenſeri poterit relictum animo cō-
penſandi cum debito huius pacti. ita quòd cùm in
ipſo pacto nō fuerit actum ꝙ bona quæ obueniunt
per ſucceſsinnem domino Alexandto imputentur
in debito huius pacti,nec etiam actum uideatur ab
ipſo dnmino Baptiſta in eius morte : proptereà ui-
detut dicendum, quòd nulla ratione bona prędicta,
quę nbuenerunt domino Aleaandro per ſucceſsio-
nem inteſtati ſint imputanda ſeu compenſanda cū
debito huius pacti. Accidit quòd etiam pręſuppoſi-
to quòd ea pars bonorum ſtabilium Do. Baptiſtæ,
quę per ſucceſsionem inteſtati obuenit Do.Aleaan-
dro foret imputanda & cumpenſanda cum debito
huius pacti,non tamen dici poteſt quòd ueniat im-
putanda & compenſaoda ea pars bonorum mobiliū
& nominum debitorum ipſius D.Baptiſtę,quæ ob-
ueniſſet D.Aleaandro per hanc ſucceſsionem inte-
ſtati, ea quo debitum huius pacti eſt de bonis ſtabi-
libus ruralibus pro quātitate ducatorū decem mil-
lium,non autem de aliis bonis eiuſdem D.Baptiſtæ
Et proptereà non poteſt inuito D. Aleaandro fieri
cōpenſatio aliorum bonorum cum debito huius pa-
37 cti,quod pręcisè eſt de bonis ſtabilibus;† quia aliud
pro alio ipſo inuito ſibi ſolui non poteſt.l.i.§.j.ff.ſi
cer.pet.cum aliis concord. & proptereà ſequitur ꝙ
poſito caſu quòd ipſe D.Aleaander in parte hære-
ditatis ipſius D.Baptiſtę, quę ſibi obuenit ab inte-
ſtato, haberet bona ſtabilia ruralia pro quantitate
ducatorum ſex millium,pro alia quantitate ducato-
rum quatuor millium,quæ deſunt ad ſupplendum
debitum ipſius,non eſſent imputanda bona mobilia
& nomina debitorum,quæ haberet in ea parte hæ-
reditatis,uerùm adhuc uigore pacti poſſet agere cō-
tra cęteros cohęredes ad eam quantitatem bonorū
ſtabilium,quæ aſcēdunt ad ſummam ducatorū qua-
tuor millium, quæ deſunt ad ſupplendum debitum
ipſius pacti. Quibus tamen non obſtantibus ueritas
38 indubitata eſt in contrarium.† uidelicet, quòd bo-
na D.Baptiſtę,quæ obuenerunt D.Aleaādro in eius
parte hæreditatis per ſucceſsionē inteſtati ſint om-
ninò imputanda & compenſanda pro ſolutione &
ſatisfactione huius facti.& pro comprobatione hu-
ius concluſionis & reſolutione omnium, quæ ſu-
pradicta ſunt in cōtrarium, ſciendum eſt, quòd hu-
iuſmodi pactum, eſt pactum de ſuccedendo ſeu
de relinquendo per diſpoſitionem ultimæ uolun-
tatis,vt latius dictum fuit ſuprà in prima dubitatio-
ne. ita quòd nil aliud continet iſtud pactum, niſi ꝙ
ipſe D.Aleaander per diſpoſitionem ultimæ uolū-
tatis habebit bona ſtabilia pro dicta quātitate,adeò
quòd ſemper diceretur ſatisfactum huic pacto,& D.
Baptiſtam adimpleuiſſe id, quod promiſit in pacto,
quoties per ſuam diſpoſitionem ultimæ uoluntatis
uel expreſſam uel tacitam relinquiſſet D. Aleaādro
bona ſtabilia pro dicta quantitate; quia iſtud pactū
uenit adimplendum per diſpoſitionem ultimę volū-
tatis tacitam uel etiam expreſſam. Sciendum eſt etiā,
quòd Do.Baptiſta & eius hæredes ſemper dicentur
adimpleuiſſe huiuſmodi pactum quoties fecerint,ꝙ
poſt mortem ipſius D.Baptiſtę D.Alexander & eius
deſcendentes maſculi poſsint habere bona ſtabilia
D.Baptiſtæ pro dicta quantitate. nam iſta promiſ-
ſio quòd ipſe Do.Alexander habebit bona ſtabilia
pro dicta quantitate nil aliud continet,niſi quòd ip-
ſe D.Baptiſta & hæredes eius efficiant, quòd liceat
Do.Aleaandro habere dicta bona. l. ſtipulatio iſta
habere licere,in principio.ubi omnes Doct. not. ff.
de uerb.oblig.quo ſtante,quod eſt indubitatum,ſe-
quitur quòd dum D.Baptiſta decedendo ab inteſta-
to tacite uideatur reliquiſſe partem hæreditatis ſuæ
dicto Do.Aleaandro.l.conficiuntur.l.ſi quis cum,
in princ.ff.de iure codi.ſequitur quòd uideatur im-
pleuiſſe ipſum pactum, & promiſsioni ſatisfeciſſe;
dummodò in ſua parte hæreditatis exiſtāt bona pro
dicta quantitate ducatorum decem millium. & quia
clarum eſt,quòd dum deceſsit ab inteſtato, fecit ꝙ
liceat ipſi D.Alexandro habere ex bonis ſuis ſtabi-
libus pro dicta quantitate, igitur.etc. Sequitur etiā
quòd in ipſo pacto inter partes actum uideatur, ꝙ
in debito ipſius pacti imputandum & compenſandū
ueniat iſtud., quod ex bonis D.Baptiſtæ per diſpo-
ſitionem ultimæ uoluntatis tacitam uel expreſſam
perueniret in ipſum D.Alexandrum:nam cùm iſtud
pactum ſit & intelligatur pactum de ſuccedendo ſeu
de relinquendo per diſpoſitionem ultimę uolunta-
tis,& ueniat adimplendum per diſpoſitionem ulti-
mæ uoluntatis,ſequitur quòd actum uideatur,quod
relictum per ultimę voluntatis diſpoſitionem im-
putetur & compenſetur in debito huius pacti: quia
actum fuit, quòd adimpleatur per diſpoſitionem ul-
timę uoluntatis. quinimmo relinquendo per ulti-
mam uolūtatem promiſſor dicitur præſtare id quod
promiſit; & proptereà tolleretur obligatio ipſius pa
cti tanquàm per ſolutionem eius quod debetur. io-
39 ſtitu.quibus modis tollitur obliga.in principio.† &
cùm iſtud ſit & intelligatur in conſequentiam hu-
ius pacti & ex eius natura, proptereà eſt & dicitur
expreſſum.l.prętor ait,in princip.ubi omnes Doct.
not.ff.de ope.nou. nun.& ad ea quæ ſuprà dicta fue-
runt in contrarium,colligitur ex prædictis clara &
aperta ſolutio.nam dum primò dicebatur, ꝙ iſtud
de compenſatione & imputatione eius quod obue-
niſſet per ultimam uoluntatem in Do.Alexandrum
cum debito huius pacti non fuerat expreſſum, ſed
omiſſum in pacto: reſpondetur quòd immo fuit ex-
preſſum, & intelligitur ex natura ipſius pacti, cùm
nil aliud contineat,niſi quòd per diſpoſitionem ul-
timę uoluntatis ipſius domini Baptiſtæ D. Alexan-
der habebit bona in prædicta quantitate, ſeu quòd
ipſe dominus Baptiſta faciet quòd Dom.Alexander
poſt ipſius Do. Baptiſtæ mortem poterit habere de
bonis ſuis dictam quantitatem,ſequitur quòd de na-
tura huius pacti, & in eius conſequentiam includa-
tur, quòd dicatur ſatisfactum ipſi pacto quocunq;
modo ſeu titulo per ipſum D.Baptiſtam factum ſit,
quòd poſt eius mortem D.Aleaander poſsit habere
de bonis ſuis dictam quantitatem, & quòd propte-
reà iſtud ſit & intelligatur expreſſum.dict.l.prætor
40 ait,in prin.† & partes cenſentur uoluiſſe ea, quæ
ſunt

ſunt de natura contractus.l.ſi duo.ff.de acquir. hæ-
red.& ſimiliter patet ſolutio ad illud,dum dicebatur,
quòd partes cenſentur noluiſſe id,quod non expreſ-
ſerunt, quando de illo cogitarunt: quia, ut dictum
eſt,ſatis dicuntur partes expreſſę: quia intelligitur
ex natura ipſius pacti,& uenit in eius conſequentiã
& aduertendum eſt,quòd ea ratione non expreſſe-
runt per uerba formalia illud de imputatione & cõ-
penſatione in promiſsione domini Baptiſtę,quia,ut
iam dictum fuit,iſtud tacitè & in conſequentiam ex
natura ipſius pacti intelligebatur.Sed in promiſsio-
ne facta per Do.Hieronymum ea ratione per uerba
formalia fuit expreſſum de imputatione & compen-
ſatione eius,quod relinqueretur per ultimam volun-
tatem, quia non intelligebatur tacitè & in conſe-
quentiam ex natura promiſsionis. nam illud pactũ
D.Hieronymi non poteſt cenſeri pactum de ſucce-
dendo ſeu de relinquendo per ultimam uolũtatem,
cùm ſit expreſſus titulus & cauſa dotis, & ſic actum
fuit quòd non per ſucceſsionem, ſed propter cau-
ſam dotis dicta bona peruenirent in Domi. Alexan-
drum.& propterea ſi aliud dictum non foret,nõ ui-
detur actum in ipſo pacto quòd adimpleatur per re-
lictum ultimæ uoluntatis,niſi expreſsè illud relictũ
collatum ſit in cauſam dotis. Accidit etiam,quia ꝓ-
miſsio collata fuit in D.Alexandrum,& dictum fuit
in ipſo pacto de imputatione eius, quod perueniret
per relictum ultimæ uoluntatis, non in ipſum Do.
Alexandrum, ſed in Do. Liuiam eius uxorem. quę
imputatio nullo modo potuiſſet intelligi in d.ꝓmiſ
ſione facta D.Alexãdro,niſi id à partibus fuiſſet ex-
preſſum, ut euidentiſsimè patet. Dum etiam dice-
batur quòd illud tacitum relictum D.Baptiſtæ ex ã
inteſtati de ea parte hæreditatis, quæ obuenit Do.
Alexandro in dubio non cẽſetur factum animo cõ-
penſandi cum debito huius pacti.d.l.creditorem,de
leg.ii.cum aliis concord.reſpondetur, quòd ſufficit
fuiſſe actum in ipſo pacto, quòd per huiuſmodi re-
lictum pactum ipſum adimpleatur, & ſatisfiat debi-
to ipſius pacti,licèt illud non intelligatur factum eo
animo per teſtatorem in diſpoſitione ſuæ ultimæ
uoluntatis. Præterea dicitur, quòd illa regula quæ
eſt, quòd relictum ultimę uoluntatis creditori in du-
bio non intelligatur factum pro ſolutione & ſatisfa
ctione debiti,procedit quãdo in contrahẽdo ipſum
debitum non fuiſſet actum,quod illi intelligeretur
ſatisfactum per relictum ultimæ uoluntatis,quia nõ
eſſet debitum de relinquendo per diſpoſitionem ul-
timæ uoluntatis.& in his terminis loquitur text. in
d.l.creditorem, cum cæteris concord. ſecus autem
eſt in caſu quo in contrahendo debitum,actum fuiſ-
ſet, quòd illi ſatisfieret per relictum ultimę uolun-
tatis; quia eſſet debitum de relinquendo per diſpo-
ſitionem ultimę uoluntatis, prout eſt in caſu noſtro
quia in caſu iſto relictum ultimæ uoluntatis cenſe-
retur factum pro ſolutione & ſatisfactione dicti de-
41 biti.† Illa enim uoluntas,quæ fuit in contrahendo
debitum,non cenſetur mutata, ſed durare tempore
ipſius relicti.l.ſi cui.§.j.ff.de accuſa. l.iij.& ibi not.
ff.de probationi. Dum etiam dicebatur quòd bona
mobilia & nomina debitorum ſeu alia bona,quę nõ
eſſent ſtabilia ruralia, quæ peruenirent in ipſum
D.Alexandrum pro ſua parte hæreditatis D.Bapti-
ſtæ non poſſe imputari pro ſolutione & ſatisfactio-
ne dicti debiti, ex quo debitum ipſum pręcisè eſt
de bonis ſtabilibus ruralibus per dictam regulam
quòd aliud pro alio inuito creditore ſolui non po-
teſt. dicitur pro ſolutione eſſe aduertendum, quòd
huic promiſsioni & debito ſemper cenſetur ſatisfa-
ctum, quoties ipſe dominus Baptiſta uel eius hæ-
redes fecerint,quòd liceat ipſi D.Alexandro ex ſuc
ceſsione domini Baptiſtæ quantitatem bonorũ ſta-
bilium ruralium habere pro dicta ſumma.d. l.ſtipu-
42 latio iſta habere licere.ff. de uerb.oblig.† Sciendum
etiam eſt,quòd hæres dicitur habere omnia bona,
quę in diuiſione hęreditatis ſibi pro eius parte ob-
ueniunt ex titulo ſuę inſtitutionis & iure hæredita-
rio,prout prius habebat partem ſuam pro indiuiſo
cum cęteris cohæredibus.l.cùm pater. §.hęreditatẽ.
ff.de leg.ii.l.Iulianus.§.idem Celſus. ff. de action.
emp.quę iura manifeſtè probant,quòd permutatio
rerum, quę fit in diuiſione, non facit quin ea eodẽ
titulo,quo quis prius habebat partem ſuam pro in-
diuiſo, dicatur habere partem, quæ ſibi obuenit in
diuiſione.quod etiã præſuppoſuit apertiſsimè Bart.
in l.qui Romæ.§.duo fratres, in prima, & ſecunda
quæſtione.ff.de uerb.oblig.Quibus ſic ſtantibus,ſe-
quitur,quòd ubi cęteri hęredes D.Baptiſtę in diui-
ſione dictę hæreditatis cum domino Alexandro pa-
rati ſint aſsignare eidem D. Alexandro eam partem
bonorum ſtabilium,quæ conſtituant dictam quan-
titatem ducatorum decem millium,retinendo bona
43 mobilia & nomina debitorũ in ſua portione,†quòd
cenſerentur ſatisfeciſſe pacto,attento quòd in diui-
ſione hęreditatis poſſunt credita aſsignari uni inſo-
lidum, & alteri aſsignari maior pars bonorum ſta-
bilium, & ſimiliter poſſunt mobilia pro maiori par-
te.l.j.in fin.& l.ſi.& l.pen.cum pluribus concor. ff.
fam.erciſ.nam cùm in diuiſione parati ſint aſsigna-
re domino Alexandro bona ſtabilia & ruralia pro
dicta quantitate ducatorum decem millium, & do-
min. Alexãder diceret habere bona ſtabilia ſibi aſ-
ſignanda in diuiſione ex diſpoſitione ultimę uolũta-
tis dicti D.Baptiſtæ,et eodem iure hęreditario,quo
habiturus eſt partem hęreditatis eiuſdem D.Bapti-
ſtæ.d.l.cùm pater.§.hęreditatem.d.l. Iulianus.§. idẽ
Celſus.reſultat omninò quòd cæteri hęredes cenſe
rentur facere iſtud medium,quòd ipſe D. Alexan-
der poſſit et ſibi liceat ex ſucceſsione ipſius D.Bapti
ſtæ & ex eius ultima uoluntate conſequi ſtabilia pro
dicta quantitate, & omne id quod ſibi debetur ex
pacto: & propterea quod nil amplius uigore ipſius
pacti poſsit conſequi idẽ dominus Alexander. Prę-
dicta tamen ſint dicta ex abundanti, quoniam ſtãte
eo,quod præſupponitur in facto,quòd in parte hæ-
reditatis,quę obuenit D. Alexandro ex ſucceſsione
D.Baptiſtę ſint bona ſtabilia pro dicta quantitate;
iſtud ultimum obiectum non militabit.

Concluſio igitur ſtabit indubitata & firma,quòd
D.Alexander non poterit aliquid amplius petere
uigore dicti pacti,dummodò in parte hæreditatis,
quę ſibi obuenit ab inteſtato reperiantur bona ſta-
bilia ruralia pro dicta quãtitate: & dummodò in ca-
ſu quo non eſſent bona ſtabilia pro dicta quantitate
egeret

cæteri cohęredes parati forent. quòd in diuiſione hæreditatis aſsignarentur ipſi D. Alexādro pro eius parte bona ſtabilia pro dicta quantitate, retinendo pro ſe tantò plus de bonis mobilibus & nominibus debitorum pro rata bonorum ſtabilibus, quę aſſignanda fuiſſent ipſi domino Alexandro ultra eius partem.

Et ita, ut ſuprà concluſum eſt, arbitror indubitari iuris eſſe, ſaluo ſaniori iudicio, Ego Hieronymus Torniellus Iuriſcōſultus, & Iuris Cæſarei ueſpertinus interpres in fœlicisſ. Patauino Gymnaſio, in cuius fidem manu propria me ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum apponi iuſsi.

Laus Deo optimo Maximo.

In eiuſmodi ſpecie facti Auctor de iure reſpondit, ut eſt legere in ſuperioris libri conſ. xxxvj.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legitima eſt tertia pars bonorum, quæ teſtator habebat tempore mortis.*
2 *Legitima filiorum ſicuti hodie eſt aucta, ita etiā aſcendentium. & eſt comm. opin.*
3 *Legitima debetur deducto prius ære alieno, & funeris impenſa. & nu. 6.*
4 *Legitima non diminuitur propter legata facta. & eſt comm. opin. nu. 10.*
5 *Legitima debetur ex corporibus hæreditarijs, nō autē in pecunia, niſi is cui debetur, uelit. & uide numero 11.*
7 *Mulier non præſumitur dare omnia bona ſua in dotem. nume. 9.*
8 *Mulier minor annis xxv. non poteſt dare totam hæreditatem patris ſui in dotem abſque iudicis decreto, etiam cum tutoris authoritate.*
11 *Legitima & ſi debeatur in quolibet corpore hæreditatis, tamen ratio habēda eſt iudicis arbitrio ad cōmodam diuiſionem.*
12 *Legitima ſicuti debetur, ita etiam fructus ipſius legitimæ debentur.*

CONSILIVM LXXXII.

EXCELL. D. GERVASII DE Albertis, I. V. D.

Chriſti, & glorioſę Virginis matris Mariæ nominibus inuocatis.

VIso proceſſu formato inter dominam Margaritā filiam quondā Petri hoſpitis in hoſpitali petentem ex una, & Bartholomęum de Naſſa de Feltro olim dictę dominæ Margaritæ generum reum cōuentū parte ex altera. Conſiderato teſtamēto quondam Gaſparinę filię dictę Margaritæ, in quo relictis ſolùm ducatis decem matri, hæredem uniuerſalem inſtituit dictum Bartholomęum reum conuentum, eius maritum: conſideratiſq; omnibus quę uidentur
eſſe conſideranda, in iſto caſu concludo ad fauorem
actricis, eam de iure conſequi poſſe legitimam ſeu
1 ſupplementum eiuſdem, † quæ legitima eſt tertia
pars bonorum, quæ Gaſparina habebat tēpore mortis. auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſtam. quę licèt loquatur in legitima debita deſcendentibus, tamen idē
eſt dicendum in iſta legitima, quæ eſt debita matri.
2 † quoniam ſicuti eſt hodie aucta legitima filiorum.
d. auth. nouiſsima, ita eſt aucta in aſcendentibus, ut
per Glo. in d. auth. nouiſsima. ubi Iaſ. nu. xxxvj. dicit communem eſſe concluſionem cum d. Glo. ſubdens, quòd idem tenet Glo. in §. hęc nos, in auth. de
triente. & ſemiſ. & in §. igitur, in auth. de non elig.
ſecun. nubē. & idem tenet Bar. per illum tex. in l. nā
3 & ſi parentibus. ff. de innoff. teſtam. † deducitur tamen ex toto cumulo hęreditario prius æs alienum,
& funeris impenſa. l. Papinianus. §. quarta. & §. quoniam autem quarta. ff. de inoff. teſta. & ita declarat
Bart. in l. ex facto, la grande. ff. de hęred. inſtit. & in
4 l. quoties. C. eo. tit. de hæred. inſtit. † Aduertendum
tamen eſt, quòd legata quoquo modo non minuunt
legitimam. l. Quoniam. & l. Sancimus. C. de innoffi.
5 teſtam. & Alex. tradit conſil. clxxv. nu. ij. uol. ii. † Et
ultrà aduertendum eſt, quòd perſona cui debetur legitima, uel ſupplementum eiuſdem, non cogitur illam uel illud recipere in pecunia, ſed ei debetur in
corporibus hęreditatis & ex ſubſtantia, ſecundum
Bart. in l. ſuus. §. i. in fin. ff. de hæred. inſt. & Bal. in l.
ſcimus. C. de innoffic. teſta. & in l. cùm rem alienam
C. de lega. & Alex. conſ. cxxvii. uol. ii. ex quibus cōcludo pronuntiandum eſſe, quòd reus conuentus
teneatur ſupplere legitimam dictæ Margaritę actrici; quę legitima erit declaranda tertia pars bonorum, in quibus mater ſucceſsiſſet filiæ ab inteſtato
tempore mortis filiæ, deducto ſolùm ęre alieno, &
funeris impenſa; ut habetur in prædictis locis.
Sed in hoc, in quo uertitur maius dubium, eſt diligenter aduertēdum, ſi Bartholomęus reus cōuentus poſsit prius detrahere dimidiam hęreditatis uel
bonorū prædictæ Gaſparinæ, & ſolùm legitima debeatur matri in alia dimidia; detractis primò detrahendis, ut ſuprà, ſicuti intendit hoc fieri debere ipſe
reus conuentus in proceſſu, dum dicit ſe poſſe lucratum dimidiam bonorum uigore ſtatuti diſponētis,
quòd uxore præcedente ſine liberis maritus debeat lucrari dimidiā dotis datę. In iſto articulo quia ipſa
Gaſparina in ſuo teſtamento diſpoſuit, quòd prędictus Bartholomęus eius maritus ſibi habeat præcipuam dimidiam bonorum uigore ſtatuti deferentis
lucrum dotis marito: & quòd in reliquo, de quo poterat teſtari, ſit hæres uniuerſalis. Prima facie uideretur dicendū, quòd dictus Bartholomęus poſſet prius
detrahere dimidiam, ſicuti prætendit uigore dicti
ſtatuti: quoniam quando agitur de legitima matris,
quanta eſſe debeat in bonis filię, quæ deceſsit in ma-
6 trimonio ſine filiis, † de bonis filię ante omnia detrahitur lucrum debito marito ex forma ſtatuti tanquàm ęs alienum; ſecundum D. Antonium de Bur.
in conſi. xii. incip. Mulier quędam. Philip. Coen. cōſil. cxxvij. lib. iij. & Soci. in conſi. cclxxxviij. uerſ. cōfirmatur ratione clara. Et quòd bona omnia tam ſtabilia

lia quàm mobilia fuerint conſignata dicto Bartho-
lomęo uidetur demonſtrari ut inſtrumento confe-
cto ſub dię xxiiij. Aprilis 1555.

His tamen & ſimilibus non obſtãtibus, contrariũ
de iure puto uerius; quòd immo indiferẽter debea-
tur legitima uel ſupplementum eiuſdem in iſta di-
midia, de qua agitur, prędictę Margaritę matri in bo
nia, quę fuerunt dictæ eius filiæ. quia ex iſto proceſ-
ſu non uideo quòd dicta Gaſparina dederit omnia
eius bona prędicto eius marito in dotem, ita ut ui-
7 gore ſtatuti poſsit ipſe lucrari dimidiã. † nec in du-
bio prę ſumitur mulierem dare oĩs bona ſua in dotẽ,
quia matrimoniũ pôt eſſe ſine dote, q̃uia mulier nu-
bẽs habeat bona. l. fi. C. de repu. & l. fi. C. de dona. &
illa bona non intelligitur in dotem dediſſe, ut pro-
batur in §. ſi quis, cum §. ſeq. in authen. de nup. & in
auth. præterea. C. unde uir & ux. & tradit Alexã. in
conſi. cxliiij. uol. v. ubi dicit quòd idem tenet Bar. in
diſputatione ſua incip. Mulier habens amplum pa-
trimonium. & idem firmat Bal. in l. nulla. C. de iure
dot. & in auth. res quæ. C. com. delega. & iſtam opi-
nionem, quòd mulier non intelligatur omnia bona
dare in dotem, tenet etiam Ange. in l. j. ubi idem etiã
tenet Imol. ff. ſol. matr. & Paul. de Caſt. in d. authen.
Prętereà, & Sali. in l. mulier bona. ff. de iure dot. &
tradit etiam Alexand. conſi. cxliiij. uol. vii. in allegat.
Bar. in d. l. nulla. C. de iu. dot. ubi dicit quòd conclu
ſio illa quòd non pręſumatur mulier dediſſe bona
ſua in dotem, eſt utilis pro ſtatuto diſponente, quòd
maritus dotem lucretur uxore prædecedente: quia
hoc caſu nihil lucrabitur, niſi ſecundum eum pro-
bet, quòd mulier dixerit marito: ego committo ſeu
trado me & mea bona tibi. nam quanuis non dixe-
rit, quòd dabat in dotem, ſi tamẽ erat dignus tali do
te aſcendente ad quantitatem bonorũ mulieris poſ-
ſunt uideri data in dotem ſecundum eum. Sed cùm
iſta non interuenerint in iſto caſu, & Bartholo-
męus (ut præſupponitur) non eſſet talis, qui poſſet
dici dignus tanta dote, ceſſat in iſto caſu oẽ dubium.
Non obſtat inſtrũm, de quo facta fuit mẽtio ſuprà cõ
fecto ſub die xxiiij. Aprilis 1555. quia ex illo non
conſtat, quòd dicta Gaſparina dederit bona ſua in
dotem dicto Bartholomęo eius marito, ſed ſolùm
conſtat, quòd bona fuerant conſignata per Ser Ni-
colaum Caprariũ, qui fuerat tutor ipſius Gaſparinæ
ipſi marito: quod eſt ualde diuerſum à conſignatio-
ne, quę fieri ſolet pro dote, ut habetur per Alexã. d.
conſ. cxlij. vol. vij.

Prætereà, poſito ſine ueri præiuditio, quòd dicta
Ga ſparina dediſſet omnia bona ſua in dotẽ expreſ-
ſè, & hoc conſtaret in proceſſu, tamen adhuc huiuſ-
modi datio non poſſet præiudicare dictę Margaritę:
quàs cùm Bartholomæus reſpondendo ultimis po-
ſiti-onibus fateatur, Gaſparinã fuiſſe minorem annis
uiginti duobus nedum quando nupſit, ſed etiam qñ
deceſſit, non ualuiſſet illa datio omnium bonorum
8 in dotem: † quoniam minor annis xxv. nubens non
poteſt dare totam hæreditatem patris ſui in dotem
ſine decreto; ut not. in l. ſiue generalis. ff. de iur. dot.
& ita tenet Philip. Corn. in conſ. iii. litera E. uol. iij.
ubi dicit quòd bona minorum non poſſunt dari in
dotem, etiam cũ authoritate tutorum uel curatorũ,
niſi interueniat decretum iudicis. l. lex quę tutores.
C. de admi. tut. ubi Bart. & cęteri. pro quo facit rub.
cum nigro. C. de prædi. mino. ſine decre. non alie.
Idem tenet Campeg. in tractat. de dot. in i. parte. q.
9 xxxi. † & Hippol. de Marſi. in ſing. ſuo dlxxxviij. ubi
plus dicit, quòd etiam ſi maritus teneret & poſsi-
deret bona mulieris & fructus percepiſſet per annos
decẽ ſciente & patiente muliere, non uideretur mu-
lier dediſſe dicta bona in dotem: quia iſto caſu agi-
tur de magno præiudicio mulieris, ſaltem in caſu
quo ſtatutum diſponit, quòd maritus prædeceden-
te uxore lucretur aliquam partem dotis. Et ibi ex-
preſsè dicit, quòd ſtatutum de quo agitur in propo-
ſito, non habet locum in muliere, allegando Petr. de
Anchar. conſil. xciij. & Soci. conſi. lxxx. lib. iiij. ut ibi
per eum. Et ex prædictis patet reſponſio ad ea, quæ
Bartholomęus reus conuentus dicit in ſuis oppoſi-
tionibus. ubi dicit non eſſe diſputãdum, utrum bo-
na in dotem dari potuerint uel ne. & de communi
Doctorum ſententia in caſu iſto, in quo (ut dicit ip-
ſe) filia maior annis uiginti dotem dedit marito, au-
thorante curatore, quod etiam poſteà approbauit in
teſtamẽto: ſubdens quòd aliàs erit tractãda iſta dif-
ficultas. Nam ex dictis ſuprà manifeſtè patet, quòd
huiuſmodi quæſtio ſic uenit tractanda, & quòd non
eſt uerum quòd Gaſparina dederit bona ſua in dotẽ
dicto Bartholomęo: quia inſtrumentum aliter ſo-
nat, ut ſuprà dictum eſt. & quando aliter ſonaret, &
conſtaret de expreſſa datione, ſtante minoritate da-
tio ſine decreto non ualeret per ea, quę allegaui ſu-
prà, quibus nunc erat reſpondendum ab eo, qui uelit
dicere contrarium eſſe uerius: & reſponſio non erit
differenda in aliud tempus; nec potuit Gaſparina
approbare in teſtamento quod prius geſtum nõ ap-
paret. Nec dici poteſt quòd tempore teſtamenti po-
tuit conſtitui dos: quoniam reſpondetur, quòd iſta
diſpoſitio non fuit dotis conſtitutio: & ſi fuiſſet cõ-
ſtitutio facta, ut in contractu inter uiuos, non ua-
luit per prædicta. & ſi dicamus, id ſumere uires, ut
ex ultima uoluntate: tunc reſponderi poteſt, quòd
iſto modo mater fraudaretur ſua debita legitima,
quod non eſt dicendum: quia mater debet habere
ſuam integram legitimã in omnibus bonis quæ erãt
filiæ tempore mortis ipſius: iuribus uulgaribus.

Nec obſtat quod dicitur, cenſeri Gaſparinã tra-
didiſſe bona ſua in dotem marito ciui & merca-
tori ſibi ſaltem pari, qui aliter non fuiſſet contra-
cturus matrimonium, quia ad hoc etiam patet reſpõ
ſio ex prædictis & ex ſcripturis actricis.

Non obſtat quòd Bartholomęus primò dicebat
legata ſaltem ad pias cauſas prius eſſe detrahenda;
10 quoniam reſpondetur † quòd poſteà ipſe acquieuit
communi concluſioni, quæ eſt, quòd legata ſimpli-
citer & ſic facta, etiam ad pias cauſas legitimam non
minuunt: ut per Alex. conſi. xlv. nu. xvij. uol. viij. dũ
in ſcriptura producta ſub die xj. Ianuarij 1557. dicit
de legatis ad pias cauſas, cùm ſit res modici momen-
ti nolle contendere.

Non obſtat quod dicitur de funeralibus, quia fa-
teor quòd expenſæ factę in funere perſonę de cuius
bonis agitur, ſunt detrahendę: non tamen admitto,
quòd ſint bonificandę, uel detrahendę fienti in caſu
noſtro

noſtro intendit Bartholomęus, qui produxit liſtulam, cui tanquam ſcripturę priuatæ non eſt credendum: ut per Doctores latè in l. admonendi. ff. de iur. iur. ſed erit habenda ratio ad expenſas, quæ ſolitæ ſunt fieri in tali caſu communiter conſiderata conſuetudine loci, & qualitate perſonarum.

Non obſtat quòd dicitur detrahendas eſſe expẽſas ſeu ſumptus factos pro Gaſparina in litigiis: quia in hoc non ſit controuerſia in eo caſu, quo conſtet legitimè de huiuſmodi expẽſis factis neceſſariò pro dicta Gaſparina. Illud bene dico in illo proceſſu nõ conſtare legitimè de expenſis, quas Bartholomęus intendit detrahere; ſi quidem ſcripturæ priuatę non probant ſufficienter, ut dictum eſt, per ea, quæ tradunt Doctores in d. l. admonendi. ff. de iureiur. ubi latè. & quoniam in fine inſtrumẽti, de quo ſuprà eſt factę mentio, dicitur quòd iſtę expenſæ dicebantur facta in litigiis non per Bartholomęum, ſed per Andream eius fratrem, alio non dicto, Bartholomęus non poteſt facere hanc detractionem, ſed pro iſtis expenſis erit facienda reſeruatio ipſi Andreæ tàm contra Bartholomęum fratrem uti hæredem Gaſparinæ, quàm contra D. Margaritam proportionabiliter. & ſimiliter erit facienda reſeruatio dictæ D. Margaritæ contra dictum Andream, ſi habebat aliquam exceptionem ex qua cõtra eum poſsit ſe tueri, ut non teneatur illi quicquam dare.

Non obſtat quædam aſſerta cõceſsio aſſertę exequutionis facta ſub die viij. Aprilis ad inſtantiã Andreæ contra Bartholomęum fratrem in bonis Gaſparinæ. quia colluſio facta inter fratres non poteſt præiudicare D. Margaritæ, eſto quòd præiudicium afferre poſsit Bartholomęo uti hæredi Gaſparinæ: maximè, quia Margarita non fuit condemnata, nec etiam fuit præſens ſententię neque cõceſsioni exequutionis: unde res inter alios acta tertio non pręiudicat, in rubr. & nigro res inter alios acta. C. & l. ſępe. ff. de re iud.

Concludendum eſt igitur ex prædictis ſententiãdum eſſe ad fauorem dictæ D. Margaritæ eam poſſe de iure conſequi legitimam, uel ſupplemẽtum eiuſdem in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, & nominibus debitorum in ſubſtãtia & corporibus hæreditariis. quia legitima de-
11 bita eſt (ut dicitur) in quolibet ceſpite terrę; † ita tamen, ut in diuiſione habeatur rõ ex arbitrio iudicis ad commodam diuiſionem: ut per Alex. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. ita ut non detrahatur dimidia pro lucro dotis, nec legata etiam ad pias cauſas, ut ſuprà dictũ eſt, dum allegaui Alex. conſ. alv. nu. vij. uol. j. & non ſolùm eſt adiudicanda legitima dictę Margaritæ in dictis bonis, ſed etiam adiudicãdi ſunt
12 fructus à tempore mortis dictę Gaſparinæ: † quia ſicuti debetur legitima alicui, ita etiam eidem debẽtur fructus legitimę. ut in d. auth. nouiſsima, ubi no. ff. de de inoff. teſtam. & not. Gloſ. in l. fideicommiſſaria. ff. ad Trebell. & Alex. tradit in conſil. xlix. nu. iiij. in ſecundo dubio, uol. i. & ſuper diſtractione impenſæ factæ in funeralibus poterit pronuntiari illas eſſe detrahendas reſeruato iure illas legitimè liquidandi. & de expenſis, ut dicitur, factis in litigio quò ad Bartholomęum non poteſt aliud pronuntiari, quia non poſsit illas deducere: quia nihil probauit, ſed erit facienda reſeruatio quò ad Andream & Margaritam ut ſuprà dictum eſt. & quia Bartholomęus reſpondendo poſitionibus fatetur habuiſſe bona, quæ erãt dictæ Gaſparinæ, ideo erit ipſe condemnandus ad dandum dictam legitimam Margaritę actrici. In reliquis ſupplebunt domini Arbitri.

Aduertendum erit quòd mater prædicta debet habere legitimam in fructibus, qui fuerũt collecti in bonis Gaſparinæ antequàm nuberet dicto Bartholomęo, quia illi nõ potuerunt donari à prædicto Bartholomęo neque à Gaſparina, ſtante eius minoritate, ut dictum eſt ſuprà.

Geruaſius de Albertis Doct.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Mulier nubens nulla dotis habita mentione, quòd omnia bona ſua in dotem dediſſe non uidetur. & eſt comm. opi. & nu. ſeq.*

2 *Bartolus quando compoſuit repetitionem legis ſi conſtante. ff. ſo. mat. admodum erat iuuenis, & nũquam in Gymnaſiis docuerat.*

3 *Minor non poteſt alienare res ſuas, dando etiam in dotem.*

4 *Curator non poteſt res minorum abſque iudicis decreto alienare.*

5 *Statutum non eſſe extendendum ad caſum fictum & præſumptum.*

6 *Statutum correctorum iuris communis extendi nõ debere.*

7 *Matrimonium poteſt eſſe ſine dote.*

8 *Facto conſiſtentia non præſumuntur.*

9 *Matrimonij tria bona principalia.*

10 *Funeris impenſæ illæ detrahenda ſunt, quæ iuſta & neceſſaria fuerunt.*

11 *Legata pia non minuunt legitimam.*

CONSILIVM LXXXIII.

INDIVIDVAE TRINITATIS MIHI lux adſit, ut ueritatem pronunciare ualeam.

CVm ſit in cõfeſſo, legitimam, quę eſt tertia pars bonorum, matri in bonis filiæ prædecedentis deberi. auth. nouiſsima. C. de inoff. teſta. & hoc non negat Bartholomęus Naſſa aduerſarius Margaritę matris Gaſparinæ eius quondam uxoris. Difficultas in eo uerſatur, quemadmodum ſit ineunda computatio horum bonorum, & quę ſint detrahenda, antequàm aſsignetur tertia pars Margaritæ. Et in primis aſſerit Bartholomęus detrahendam dimidiã bonorũ tanquàm ad ſe deuolutorum ui ſtatuti deferentis lucrum dimidiæ dotis marito ſuperſtite. quod & ipſum ſine dubio eſſet, ſi probari poſſet aliqua dotis conſtitutio, ſed cùm ea probari non poſsit, reuolui-
1 mur ad eam quæſtionem: † an mulier nubens nulla

habita

habita mentione dotis uideatur bona ſua in dotem dediſſe? in qua, licèt Bartol. in l. ſi conſtante, ſolut. matrimo. in quarta quæſt. princ. ſenſerit cenſeri cõſtitutam dotem, ut etiam dicitur in allegationibus pro ipſo Bartholomæo, communis tamen opinio eſt in contrarium, ut etiam eſt dedactum in allegationibus Margaritæ. & eam tenuit in primis Bartol. ſibimet contrarius latè in diſputatione ſua incipien. Mulier habens amplum patrimonium. quo in loco maioris debet eſſe authoritatis, quàm in l. ſi conſtã-
2 te. † tùm quia quando compoſuit repetitionem l. ſi conſtante, erat maximè iuuenis, & nunquàm legerat, ut atteſtatur Caſt. tùm quia incidenter illud dicit, cùm in ea diſputatione principaliter de hoc tractet, & tot adducit rationes in dicta ſua diſputatione, ut nemini dubium eſſe poſsit, quin communis opinio ſit uera. idem poſt Barto. tenuit Bald. in l. fi. nume. x. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. ubi dicit per traditionem meram & ſimplicem in maritum non uideri dotem conſtitutam. idem tenet Caſtr. in auth. præterea. C. vnde uir & ux. idem Angel. conſil. ccxxxv. Statuto communis Bononiæ. Roma. conſil. xliiij. Ex ſuprà narrato. Alex. conſ. cxlij. uolu. vij. & conſi. cxliij. Circa primum dubium. j. uol. Soliceet. l. mulier bona, de iure dot. Laurentius Calcan. conſil. xj. Iaſ. in d. l. ſi conſtante, nu. ccaix. Philipp. Deci. d. auth. præterea, nu. vj. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. Et in noſtro caſu tantò eſt indubitatior communis concluſio, quanto non apparet fuiſſe factam aliquam traditionem ab uxore marito. Nam inſtrumentum conſignationis factæ à curatore non eſt factum marito nomine vxoris Margaritæ, ſed eſt factum utrique ipſi Margaritæ principaliter, ut dominæ, & eius marito tanquàm legitimo adminiſtratori. l. maritus. C. de procurat. ut patet in illis uerbis in inſtrumento poſitis; qui Gaſparinæ & Ser Bartholomæo iugalibus conſignauit etc. Ecce hîc conſignatum utrique, & principaliter Gaſparinæ, cuius etiam nomen præceſsit in ordine ſcripturæ. arg. l. quoties, de uſufr. & quemad. Quòd ſi curator nomine vxoris conſignaſſet vniuerſa bona marito, tunc res poſſet in dubium quoquo modo reuocari: ſed ſtante noſtro caſu mihi uidetur res eſſe extra omnem difficultatem; Et circa hoc fecit falſum aſſumptum D. Paulus Mezanotus in allegationibus pro Ser Bartholomæo: dicit enim fuiſſe factam conſignationem à muliere uiro, tutore ſiue curatore authorante. Sed id illo inſtrumento non continetur, quia immo fuit traditio facta ipſi mulieri ab ipſo curatore tanquàm finita cura, neque de authoritate interpoſita ibi nullum uerbum. neque etiam poteſt locum habere præſtatio authoritatis in eo caſu, quia ſic tutor eſſet author in rem, & actum proprium ſui ipſius ageret, quod leges prohibent. l. j. ff. de auth. præſt. Cæterùm uidetur hæc omnis quæſtio
3 eſſe ſuperflue, ea de cauſa, † quia Gaſparina tanquã minor non potuiſſet alienare res ſuas dando eas in dotem, ut no. Bar. in d. l. ſi conſtante. & l. lex quæ tutores. C. de adminiſtr. tut. neq; obſt. duæ reſponſiones factæ per aduerſarios. Prima, quòd authoritas curatoris ſuppleuerit ætatis defectum, & ſtatim tranſtulerit dominum in maritum. l. doce ancillam. C. de rei uendic. quia dico hoc eſſe contra terminos
4 iuris communis. † neq; enim poteſt curator ſine iudicis decreto alienare res minorum, toto titul. C. de præd. min. & ff. de reb. eor. Secunda quòd id concedatur lege municipali. Nam in primis dico fortaſſis legem municipalem ſic non eſſe conceptam, ut dicit D. Paulus Mezanotus; & ſi haberetur eius copia fortè euitari poſſet. Sed præſuppoſito ſtatutum ſic eſſe conceptum, dicerem, eum non extendendum ad noſtrum caſum. ſtatutum enim loquitur de caſu uero, ut poſsit expreſsè alienatio fieri à minore in cauſam dotis. at nos ſumus in caſu præſumpto & ficto, quando dos tacitè ex quibuſdam coniecturis uide-
5 tur conſtituta: † quare non uidetur ſtatutum ad caſum fictum & præſumptum eſſe extendendum. l. ui.
6 §. idem ſcribit, de neg. geſt. tantò magis, † quia hoc ſtatutum eſt correctorium iuris communis, & ideò non eſt in eo facienda extenſio, ut not. Bartol. & alij, & maximè Ripa nume. lvij. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matri. & Iaſ. poſt alios in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. debent enim ſtatuta ſecundum ius commune intelligi, & ita, ut illud minus lædãt, quàm fieri poſsit. l. ij. C. de noxal. tamen inhærendo principali fundamento ſuperius facto, non cenſeri datam dotem: non obſt. quædam leuia per Excellen. dominum Mezanotum adducta. In primis non obſt. dum dicit ipſe debuiſſe pro oneribus in dotem dari bona. l. pro oneribus, de iure dot. & præſumi fuiſſe
7 data, eò quia non erant imparis conditionis. † Nam reſpondeo, primam matrimonij ſubſtantiam poſſe eſſe ſine dote. l. fin. C. de repud. neque de neceſsitate requiri dotis dationem pro ſubleuendis oneribus. Prætereà dico maritum percepiſſe omnes fructus illorum bonorum, licèt non dotalium, ex quibus potuit optimè matrimonij onera ſuſtinere. & eodem modo reſpondeo ad id quod dicitur Ser Bartholomæum expendiſſe dicta bona, & multos labores ſuſcepiſſe. Nam ſi id uerum ſit, debet hæc omnia fructibus compenſare. Neque obſtant quòd eſſent paris conditionis: nam id primò negatur, & ideò probari debet. l. ei qui, de proba. quinimmò contrarium aſſeritur: & donec Ser Bartholomæus id non probet,
8 non præſumitur, † quia facta non præſumuntur, niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. Sed & ſi id probaretur, tamen adhuc militat communis opin. ſuprà à me relata, ut ex hoc non uideatur dos conſtituta: & authoritas Glo. in d. l. mulier, de iur. dot. cũ authoritate Ariſtotelis eſt communiter reprobata. Non obſt. dum dicit D. Mezanotus Bartholomæum non fuiſſe ducturum aliter Margaritam, niſi dotem ſibi dediſſet, iuxta illud Iuuenalis: Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet quæſtio. quia dico quẽlibet regulariter præſumi bonum. l. merum, pro ſoc.
9 † & potius cenſeri ducere uxorem propter tria illa bona, quę ſunt principalia in matrimonio à Bal. enumerata in rub. C. de priuil. dot. quàm propter pecuniam, quæ uiliſsima res eſt: Et ſi tale propoſitum habuiſſe concedatur, nihil tamen id facit ad propoſitum noſtrum, quia debebat id Ser Bartholomæus exprimere, non in mente retinere: iuxta l. ſi repetendi, de condi. cau. dat. Non obſt. ſi diceretur, mentionem fuiſſe factam de dote in teſtamento ab

uxore Gaſparina: quia huic fundamento ſat eſt reſponſum in allegationibus pro domina Margarita, & dico ego ex illis uerbis non poſſe induci dotis cōſtitutionem, quia non fuerunt prolata hoc animo, nam in eis in fraudem matris præſupponit Gaſparina dotem fuiſſe conſtitutam: quomodo igitur poteſt dici fuiſſe Gaſparinæ intentionem, ut dotem conſtitueret, cùm uellet præſupponere in fraudem matris eam iam conſtitutam? Secundo loco vult Ser Bartholomæus detrahi funeris impenſam, & producit cedulam quandam in quam relatæ ſunt hæ funeris impenſæ, quam deductionem eſſe faciendam non ambigitur, dicitur tamen ex parte Margaritæ non debere credi aduerſario ſuo producenti priuatam ſcripturam ad probandam quantitatem expenſarum, ut not. in l. admonendi, de iureiuran. quod maximè rationi congruum eſt. Addo ego ad hoc caput duo, ad quæ alij non aduerterunt. primū, etiam ſi deberet deducere pro lucro dotis Bartholomæus dimidiam bonorum, tamen non debere fieri detractionem ex aliqua parte tantùm, ſed & ex ea, quæ remanſit apud maritum nomine dotis pro rata portione. l. Celſus, cum l. ſequen. ff. de religioſ. l. ſi uir uxori. ff. ad legem Falcid. ubi de hoc ſunt text.
10 formales & expreſſi. † Secundò eſt aduertendum, etiam ſi probarentur expenſæ in funus factæ, tamen illæ non ſunt ſoluendæ, niſi iuſtæ & neceſſariæ. l. at ſi quis. §. æquum, de religioſ. & ſumpt. fune. not. in l. j. §. fin. ad legem Falcid. Tertio loco vult Ser Bartholomæus deduci legata ad pias cauſas. Sed nec id admitti debet, ut etiam dicitur in allegationibus
11 Margaritæ; † quia legata pia non minuunt legitimam. Alexand. conſil. quadrageſimoquinto, nume. xvij. volu. primo. Quarto loco petit Bartholomeus deduci expenſas factas ab Andrea ſuo fratre in litibus propter ipſam Gaſparinam. in quo ego dico ſi fuerint lites ipſa bona reſpicientes, eſſe compēſandas cum fructibus, & teneri maritum, non autem Gaſparinam. argumen. l. fina. §. ubi autem uoluntas. C. de bonis quæ libe, ideoque earum rationem non habendam. Quod ſi non ſint occaſione ipſorum bonorum lites agitatæ, tunc debent legitimis probationibus liquidari hæ impenſæ, & de eis fieri fides competenter iudici uocatis uocandis, tuncque erit facienda deductio. Interim autem donec eæ nō liquidentur, uidetur nullam eſſe deductionem faciendam, ſed ſolidum reſtituendum, & cautionem interponendam, ut reddatur quod inueniatur datū ultra legitimam ex liquidatione expenſarum. argu. l. j. §. ſi cohæredem. uerſic. ſi in annos, ad leg. Falcid. Patauij, idibus Iunij. 1557.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitionis uis, & quòd ab ea diſputationes rite proficiſcantur.*
2 *Apoſtaſiæ diffinitio.*
3 *Apoſtata infamis eſt ipſo iure.*
4 *Apoſtata dicitur religioſus, qui ab obedientia ſui ſuperioris recedit.*
5 *Verba ſunt animi noſtri paſſionum notæ.*
6 *Apoſtata non dicitur, qui ex rationabili cauſa habitū ſuæ religionis relinquit.*
7 *Cauſa iuſta & rationabilis quæ dicatur.*
8 *Neceſſitas non habet legem.*
9 *Clerici tabernas prorſus euitare debent, niſi cauſa neceſſitatis in itinere.*
10 *Clericus ex iuſta cauſa poteſt habitum mutare, ueluti timoris. & nu. ſeq.*
11 *Habitus ob mutationem ex iuſta cauſa factam à religioſo, non ob id incurri in apoſtaſiam.*
12 *Apoſtaſiam non inducit ob timorem exterior à fide receſſus.*
13 *Defenſio de iure eſt naturæ.*
14 *Citatus non tenetur coram ſuperiore inimico comparere.*
15 *Appellationis effectus auferri non poteſt, licèt modus alteretur, quoniam appellatio defenſionem continet.*
16 *Furti reus quis non conſtituitur, ſi ob famis neceſſitatem furatur.*
17 *Ius ſibi priuatus dicere poteſt, quando iudicis copia nō ſubeſt.*
18 *Recedere non dicitur, qui ſtatim redijt. & numero ſequen.*
19 *Veniſſe non dicitur, qui uenit, & ſtatim receſſit.*
20 *Delictum grauius interpretatur ex perſeuerantia ipſa & diuturnitate.*
21 *Iuris à regulis ex cauſa recedi ſolet. & declarantur nonnulli caſus. & nu. ſeq.*
22 *Epiſcopus à Canonicis ſubſidium recipit.*
23 *Epiſcopus ex cauſa poteſt exigere procurationem, licèt diœceſis Eccleſias non uiſitet.*
24 *Procurator generalis ex cauſa poteſt procuratori ſpeciali inhibere.*
25 *Delicta lubrico linguæ commiſſa legitimis pœnis non puniri.*
26 *Voluntas ſeu animi certior intententio ex facto colligitur.*

CONSILIVM LXXXIIII.

INDIVIDVAE TRINITATIS MIHI lux adſit, vt huius propoſiti negotij veram diffinitionem excogitare poſſim.

CASVS.

CONTIGIT Reuerendum Patrem Fratrem Hieronymum de Gaezonibus Ordinis Sancti Hieronymi tūc Priorem monaſterij Sanctæ Mariæ de Columnella in ſuburbiis ciuitatis Ariminenſis ob vulnera illata in Perſonam fratris Cœleſtini inde fugientem, ingreſſum fuiſſe domum cuiuſdam ruſtici, & regularem habitum ibi depoſuiſſe, & ruſticanum indumentum induiſſe, ne à lictoribus Ipſis ſeu Beroariis Epalis Curiæ authoritate miſsis deprehenſus cognoſceretur. qui quidē poſt duas uel tres horas in domibus hoſpitalis S. Lazari de Tertio cōprehēſus fuit. & dū ab his duceretur,

retur, q̃primùm ad ruſtici domum peruenit, in qua
habitum mutauerat, ab ipſo eundem petiit, at cùm
id Berdarij intelligerent, habitum huiuſmodi pro
eorum mercede acceptum retinuerunt. poſtmodum
coram Reuerendo Vicario Epiſcopi conſtitutus cõ-
tẽdit habitum ſibi dari atque reſtitui, & in carcerem
detruſus ſæpius eundem efflagitauit Epiſcopali au-
thoritate ſibi debere reſtitui; quemadmodum non
ſemel quoque contendit, & religioni ſuæ necnon &
illius Præfectibus debere aſsignari, ut legitimo do-
cumento idem Reuerendus Vicarius atteſtatur:
qui, & ſanè non abſque generalis Ordinis huiuſmo-
di conſenſu fratrem ipſum condemnauit. Deinde
his uerbis & forma concepta ſententia aduerſus il-
lum in diffinitorio prolata fuit; Cùm Frater Hiero-
nymus in Capitulo proximè præterito per Patres
Diffinitores fuerit receptus ad Ordinem tanquàm
Apoſtata & fugitiuus, eam receptionem compro-
bant Reuerendi Patres Diffinitores præſentis Capi-
tuli. Et inſuper addunt, quòd ſi contrarium ipſe at-
tentare præſumpſerit unquàm, tanquàm incorrigi-
bilis expellatur ab ordine. & ſi quis alius pro eo in
dicta apoſtaſiæ cauſa pœnam priuationis actiui &
paſsiui uoti per annum incurrat. Quamobrem, cùm
Apoſtaſiæ labes infamiæ notam irroget: quæſitum
eſt, an ſententiam huiuſmodi ſuperior Prælatus ue-
luti Canonibus repugnantẽ retractare debeat: quip-
pè quòd interna iuris perpenſa ratione frater ipſe
Hieronymus Apoſtaſiæ uitium non inciderit?

RESPONDI.

ET prima quidem fronte uideretur dicendum
1 quòd non: † ſi criminis huius diffinitionem
intueamur: vnde rei diffinitæ uſia colligi ſo-
let. l.j. §. dolum. ff. de dolo, ubi Bartol. Glo. & Cardi.
in rubr. de ſumm. Trinit. & fid. Cath. uerſi. ſed uide-
tur quòd diffinitio iſta. vnde ueteres Peripatetici
primo Topic. cap. iiij. & ſecundo Poſter. diffinitio-
nem eſſe tradiderunt, orationem quid eſt, eſſe indi-
cantem. & Cic. in Topic. & diffusè Boët. in libello de
diffinitione, vnde ab ea diſputationes rectè profici-
ſci exiſtimantur. Cic. lib. primo Offic. & Barto. l.j.
de appell. & l. prima. ff. de teſtamen. & Abb. rubr. de
ſenten. excomm. & plures Cagnol. adducit. l. omnis
diffinitio. ff. de regu. iur. nu. viij. & latè diſſerui rub.
2 de iudi. † Apoſtaſis autem à ueteribus hoc pacto
definitur: ut ſit temerarius à ſtatu fidei, obedientiæ,
uel religionis receſſus. Quod Goffr. in ſumma do-
cuit in prin. uerſ. quid ſit Apoſtaſis. & Hoſt. in ſum.
eo. titu. nu. j. uerſ. quid ſit Apoſtaſia, addit, ut ſit te-
merarius receſſus à ſtatu fidei, obedientiæ, uel reli-
gionis, quam quis ſe tenere profeſſus eſt. & in ſum-
ma Aſtenſi lib. vj. cap. xlvij. articulo nono, in princ.
ex mente Rainerij & Goffr. diffinitur, ut Apoſtaſia
ſit, qua quis ab aſſumptæ religionis ſtatu recedit.
3 ubi ex mente Hoſti. † Apoſtatam huiuſmodi irregu-
laritatis dum in ea perſiſtit ab accuſatione atque fe-
rendo teſtimonio repelli, & ipſo iure infamem eſ-
ſe. c. alieni. ij. q. vij. item in ſumma Tabiens, in uerſ.
Apoſtaſia, & in ſumma Angelica in uer. eod. & Ale-
xand. de Ales ſecunda ſecundæ, in tractatu de Apo-
ſtatis. Quare, cùm frater huiuſmodi habitum abij-
ciendo ab ipſa religione temerè receſsiſſe intelliga-
tur, conſequens eſſe uidetur, illum ipſum rite Apo-
ſtatam diiudicatum fuiſſe. d. l. prima. §. dolum. ff. de
dolo, ubi Barto. & alij, & plures adducit Cagnol. in
d. l. omnis diffinitio. & Beroius poſt Barbat. & De-
ci. d. rubr. de iudi. & iccircò omnes effectus Apoſta-
ſiæ aduerſus huiuſmodi ſubortos fuiſſe. d. c. alieni, &
c. ſi quis. iij. q. iiij. & cap. ſecundum, x. q. iij. & c. pœ-
nam, xvj. q. j. & c. lædi, ead. cauſa & quæſt. & Innoc.
docuit in c. j. de Apoſta. & ibi But. Card. & Abb. nu.
iij. uerſ. Apoſtata uerò irregularitatis.

Secundò idem ea ratione legitimè factum uide-
tur, quòd ipſe frater Hieronymus abiecto habitu iam
aſſumptę religionis ad ſęculum rediens ueluti Apo-
ſtata damnari debuerit, in Concilio enim Arelatenſi
ij. cautum fuit, ut qui poſt peractam religionis pro-
feſsionem apoſtatant, & ad ſæcularem redeunt con-
uerſationem ſine pœnitentia communionem peni-
tus non admittere. cap. primo, de Apoſta. ubi Glo. in
uerbo ad ſæcularem, uerſi. ſi autem retinendo, con-
4 cludit, † religioſum qui ab obedientia recedit,
Apoſtatam cenſeri; & ibi Hoſtien. Butri. & Abb &
cap. ex parte, de tempor. ordina. ubi Ioann. Vincen.
Goffre. & Bernard. in uerb. ad nigros. & Card. Tur-
recrem. cap. penul. 50. diſtinct. num. ij. uerſ. nam nõ
dicitur Apoſtata propriè. & c. vltimo, ea. diſtinc. ubi
Archid. poſt alios ueteres.

Quę ſanè concluſio cò amplius in propoſito caſu
procedere uidetur, quòd deliberatus huius ipſius
fratris apoſtatare uolentis animus deprehendatur
ex literis in eiuſdem cella repertis, quibus presbyte-
rum quendam in ciuitate Piſauri commorantem his
uerbis monebat: Mox me uidebis non aſininis in-
5 dutum ueſtibus. † ſunt enim uerba, earum quæ in
animo ſunt paſsionum notæ; ut docuit Stagirita in
princ. περὶ ἑρμηνείας. quod non latuit Iurecon-
ſultum. l. Labeo. ff. de ſuppell. leg. & l. ille aut ille. ff.
de leg. iij. & l. j. ff. de exercit. ibi, à uerbis edicti etc.
& latè docuit Alcia. rub. de uerb. & rer. ſignif. Quare
ambigi non debere uidetur, quin frater huiuſmodi
ueluti Apoſtata rite damnatus fuerit.

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus,
aliud ſecundum iuris rationem diiudicandum cen-
ſeó, q immo Reuerendum horum fratrum Collegiũ
ſeu Diffinitorium non ſat rectè hunc ipſum fratrẽ
6 Apoſtatam cenſuerit. † Conſtat etenim in quacũq;
religione profeſſum, habitum ipſum ex rationabili
cauſa relinquentem non iccircò Apoſtatam exiſti-
mari. c. Deus qui, et c. clerici, de uita & honeſt. cler.
ubi Glo in uerbo timoris cauſa. Innoc. Hoſt. Ioann.
7 Andr. Card. Butr. Anchara. & Abb. aduertunt. † ra-
tionabilis autem cauſa illa diiudicari ſolet, quæ na-
turali ratione nititur: vnde conſeruationis neceſsi-
tas oriatur, legis ipſius humanæ uinculum diſſoluẽs.
c. ult. de feriis, ibi, niſi neceſsitas. Glo Hoſtien. But.
Anch. & Abb. plures caſus adducunt. & c. conſilium,
de obſeruã. ieiun. & l. j. ff. de offic. eius, ubi Gloſſ.
in uer. proficiſcatur. & Dec. in iiij. nor. nu. xxxiiij. &
xxxv. poſt Roma. Alexand. & Riminald. & Barto. l. j.
C. de naufrag. lib. vndecimo, in fin. & l. ſi is qui. §. fin.
de pignor. & l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de ac-

quirend.hæredi. vbi Alexand. & Bald.l.jubemus, in
principio, uerſicu.ſecunda ſolutio.C.de ſacroſanct.
Eccleſ.& Barb.cap.primo, de pignor. & Feliu.cap.
cùm acceſsiſſent, uerſicu.tertiò reſtringitur, de con-
ſtitu. quamobrem Innocentius eius nominis tertius
Pont.ſummus Liuonienſi Epiſcopo, & eis, qui cum
ipſo erant fratribus, mandauit, cùm uariæ profeſsio-
nis religioſi mittantur ad uerbum Dei enuntiãdum
Neophitis ipſis, ut poſsint in vnum regulare propo-
ſitum & habitum honeſtum conformari, ne aliàs ſcã
d'alum lacte egentibus præbeatur: ut ibi in prin.col-
ligitur, vnde conſtitutionis intentio & finis elici ſo-
let.c.quoniam contrà, de proba.ubi Lanfranc. in ij.
notab.& l.fi.ff.de hæred.inſtit.ubi Bart.& Bal.& ca-
ſum huiuſmodi aduertunt omnes in d. c. Deus qui,
de uita & honeſta.clericor. Nec mirum eſt, rationa-
bilem cauſam exiſtimari, quæ ſcandalum ipſum re-
pellit, & maius bonum inducit: quem effectum Ec-
cleſia ipſa militans præ oculis ſemper habere con-
ſueuit.c.quod Deo, xxxiij.q.v.ubi Gloſ.& Bernard.
in d.c.quod Deus, in uerbo profeſsi, & in c. cùm ex
officij, de pœnit.& remiſa.& c.duo, & c.nerui.xiij.
diſtinct. cum aliis ibi adductis ab Archid.Gemin.&
Card.Turrecrem.

Qua ratione idem Innocentius in concilio gene-
9 rali conſtituit, † clericos ipſos tabernas prorſus eui-
tare, niſi fortè cauſa neceſsitatis in itinere conſtituti.
d.c.clerici, de uita & honeſta.clericor. in princ. &
inferius eoſdem ſtatuit, cappas manicatas ad diui-
num officium intra Eccleſiam non gerere, ſed nec
alibi quoque qui ſunt in ſacerdotio & perſonalibus
conſtituti; niſi tamen iuſta timoris cauſa exegerit,
10 habitum ipſum transformari. † ubi Gloſſ. in uerbo
cauſa timoris, concludit, habitum ex iuſta cauſa ue-
luti timoris poſſe mutari: nec iccircò clericum ſiue
religioſum huiuſmodi mutantem Apoſtatam diiu-
dicari. quod & Hoſtien. ibi affirmat, & Ioan.And.
& Aegid.Butr.& Abb.nu.xviij.& d.c.Deus qui, nu.
ij. concludit neceſsitatis cauſa iuria diſpoſitionem
inflecti.d.c, cõſilium, d.c.vltimo, de fer.Quare Gloſ.
11 † docuit ob habitus mutationem ex rationabili cau-
ſa proficiſcentem, profeſſum ipſum Apoſtatam non
fieri, quod & Abbas docuit poſt Innoc.Hoſti.Butr.
& alios ueteres in d.cap.de apoſtat.nu.iij.uerſicu.&
prædicta intellige niſi ex cauſa, declarat conſtitu-
tiones omnes, quibus cauetur profeſſum ipſum de-
relinquẽtem habitum: irregularitatis ſeu religionis
apoſtaſiam locum non habere, ubi rationabilis cau-
ſa ſubſit: putà, quia ſit tranſiturus per loca pericu-
loſa, uel ex aliqua iuſta cauſa. Quare & S.Thomas
ſecunda ſecundæ. q. iij. articu.ſecundo, docuit cõ-
fiteri fidem, non ſemper & in quolibet loco ad ſalu-
tis neceſsitatem pertinere, ſed tunc cùm debitus ho-
nor ipſi Deo ſubtraheretur, & utilitas proximis ip-
12 ſis debita. † vnde concludit, quòd propter timorẽ
exterior à fide receſſus apoſtaſiam non inducit, quod
diui Sebaſtiani exemplo probatur, qui ſub militari
clamide Chriſtum ipſum gerebat. & in ſumma Pi-
ſanella deciſum eſt in apoſtaſia fidei, & in ſumma
ſummarum, quæ Tabiena appellatur in uerbo Apo-
ſtaſia, nume.iij.uerſicu.quid de his. vnde cùm fratris
Hieronymi receſſus exterior fuerit, multò minus

religionis ſeu irregularitatis apoſtaſiam eum incur-
riſſe diiudicare debemus.

Secundò hanc ipſam concluſionem ab omnibus
probandam naturalis ipſius rationis grauitas expo-
13 ſcit. † Nemini enim ambigendum eſt, quin ipſi ho-
mini naturalis inſtinctus inſitus ſit, ut ſe ipſum tuea-
tur, & conſeruet.l.ut uim.ff.de iuſtit. & iur. ibi, ut
quod quis ob tutelam ſui corporis fecerit, iure fe-
ciſſe intelligatur.l.prima.§.uim ui, de ui & ui arma-
ta, & cap.tertio, de ſenten.excomm. & cap.dilecto,
eod.titu.in ſexto, & cap.ius naturale, prima diſtinct.
ibi, uiolentiæ per uim repulſio. cui ſanè inſtinctui ex
iuris naturalis fonte proficiſcenti nullius humanæ
legis authoritate derogari poteſt.l.ij.ff. de uſufruct.
earum rerum. & §.ultimo, inſtit.de iure natu.gent.
& ciuil.& l.iura ſanguinis.ff.de regu.iur. Quocircà
ratione huiuſmodi perpenſa Apoſtolicæ ſedis Anti-
14 ſtes conſtituit, † citationem non arctaſſe Rober-
tum Siciliæ Regem, ut coràm Henrico Cæſare, qui
eum capitali odio proſequebatur, comparere debe-
ret. clem.paſtoralis, de re iudic.uerſ.hæc quidem de
iure timentur, hæc de more uitantur, hæc humana
fugit ratio, hæc abhorret natura. ubi Glo. in uerbo
natura. Zenzel.Lazar.Card. & Ioann.ab Imola do-
15 cuerunt. † vnde receptum eſt, appellationis effectũ
naturæ defenſionem continentis auferri non poſſe,
licèt modus alteretur. Ioann.Andr.Butri.Abb. &
Deci.rubr. de appellation. Nam & à ſupremi Prin-
cipis ſententia per modum recurſus ſeu reuiſionis
ſuccurri ſolet.authen.quæ ſupplicatio. C.de precib.
Imper. offer. ubi Bald. & Salicet. & plures adducit
Maranta in Speculo Aduocat. in ſexta parte uerſicu.
Recurſus.
16 Item, † & cùm neceſsitas urget, ne quis fame
conficiatur, humanæ legis diſpoſitio ſilet, meum
& tuum diſtinguentis. cap. ſi quis propter furtum,
de furt.ubi Glo. in uerbo pœniteat, ibi, quia in ne-
ceſsitate. Butr.Card.Ancha. & Abb.& in c.quo iu-
re.viij.diſtinct. & Glo.in cap.ſecundo, prima diſtin.
in uerbo alienum. Archidi.& Card.Turrecrem.con-
cludunt iuris naturalis authoritate, in neceſsitate
omnia fieri communia: vnde quod ſuum non eſt, ſe-
cundum poſitiuæ legis diſpoſitionem auferens, furti
17 reus non conſtituitur, † quemadmodum & cùm iu-
dicis copia non ſubeſt, priuatus quiſque ſibi conſu-
lere poteſt.l.prima.§.belliſsimè.ff.quod ui aut clam.
l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.ibi, quiſquis tranſiens,
declarat Abb. poſt ueteres in cap. cùm non ab homi-
ne, de iudi.& Ruin.rubri.ff. de uerborum obligat.&
Deci. in d.l.prima.ff.de offic.eius, nume.lxxx.poſt
multos quos ibi adducit, lex enim humana ueluti
inferior ipſius Diuinæ diſpoſitionem inflectere non
poteſt. cap. cùm inferior, de maiorita.& obedient.
clemen.ne Romani, de electíon. dixi poſt omnes in
cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitution. in primo
membro princ.diſtinctionis Abb. Quare, cùm fra-
ter ipſe Hieronymus naturæ inſtinctu impulſus ha-
bitum ipſum mutauerit, conſequens eſt Apoſtaſiæ
crimen eum incurriſſe non uideri, quòd legis hu-
manæ authoritas naturali cedat. d.clem. Paſtoralis.
cum aliis ſuperius adductis.

Tertiò ex huiuſmodi habitus mutatione hæc ip-
ſum

ſum fratrem nec inſpectis quidem ſingularibus eiuſ
dem Ordinis conſtitutionibus Apoſtatum diiudi-
18 cari debuiſſe probo: † receſſus enim ille futilis exi-
19 ſtimari ſolet, cùm quis ſtatim rediit: † quemadmo-
dum ueniſſe non creditur, qui non ſtetit. c.j. de iudi.
ubi Feli. Barb. & Deci. in iij. nota. & Bart. l. qui ante
Calen. uerſ. quæro de quæſtione. ff. de uerb. oblig. &
in l. ſi finita. §. Iulianus, uerſic. ſed quid ſi actor. ff. de
dam. infe. Alex. & Iaſ. in d. l. qui ante. lex e conuersò
interpretatur non receſsiſſe eum, qui mox rediit. in
Specu. de ſalario. §. iij. uerſi. primò. vnde præſens ha-
beri ſolet; qui receſsit, & ſtatim reuerſus eſt. Bald.
auth. habita. C. ne filius pro pat. col. viij. & Alexand.
in l. præſens. C. de procurato. receſſus enim extra-
neus non intelligitur actus, cùm quis illicò reuerti-
tur. l. j. §. qui præſens, ubi Alexand. ff. de uerb. oblig.
Quamobrem in huius ipſius Ordinis conſtitutio-
nibus Apoſtata is deſcribitur, qui ſine licentia uel
contra ſuperiorum ſuorum obedientiam ab ordine
quomodolibet profeſſus diſceſſerit, & in ſui cordis
20 prauitate per dies tres perſeuerauerit. † legiſlator
enim grauius delictum interpretatur ex perſeueran-
tia ipſa & diuturnitate. cap. ultimo, de conſuetu. ubi
omnes in primo notab. colligunt: & in cap. non de-
bet, de conſang. & affin. ibi, prolis ita ſuſceptæ: &
Abb. poſt ueteres aduertit. Quare non immeritò
cordis prauitatem & trium dierum perſeuerantiam
in apoſtaſiæ diffinitione Prælatus huiuſmodi requi-
ſierit. at cùm Reuerendus ipſe Paſtoris Ariminenſis
Vicarius legitimo documento atteſtetur, fratrem
Hieronymum illicò captum à lictoribus, cùm perue
niſſet ad domum ruſtici, in qua habitum mutauerat,
illum ipſum petiiſſe. Item & cùm ante ipſum Vica-
rium conſtitutus fuiſſet, idem uehementer conten-
diſſe, & in carcerem detruſum proprias ueſtes effla-
gitaſſe; conſequens eſt ſiue iuris communis diſpo-
ſitionem intueamur. d. c. clerici, ubi Gloſſ. in uerbo
cauſa timoris, ſiue ſingularis iuris religionis huius
diffinitionem perpendamus, cap. lxxxiij. lib. j. hunc
ipſum apoſtatam iudicari non debuiſſe. Nec nouum
eſt, quod ad ſpeciem refertur, potiſsimùm exiſtima-
ri in quacumq; diſpoſitione ſiue legis ſiue hominis.
l. in toto iure noſtro. ff. de reg. iur. c. generi, eod. tit.
in vj. & cap. j. de reſcript. & l. ſanctio legum. ff. de
pœn. cum aliis adductis à Decio & Cagnol. in dicta
l. in toto.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, &
primò, quòd apoſtaſiæ diffinitio huic actui conue-
nire dicatur, vnde & diffinitum ipſum. d. l. j. §. dolum.
ubi Bart. & alij. ff. de dolo, cum aliis ſuperius addu-
ctis. quia reſpondeo, normam inde orientem ueluti
Lesbiam ex propria huius facti qualitate inflecti. l. ſi
ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. ibi, in facto
ius poſitum eſt. Alber. & Flor. de Sancto Petro in ſe-
cundo ſummario aduertunt, & l. ea eſt. ff. de regul.
iur. ubi Cagnol. nume. xxxiij. Quare legiſlator ipſe
perquàm raro contingere reſpondit, ut diffinitio nõ
poſsit euerti. d. l. omnis. ff. de reg. iur. ubi Glo. ibi, re-
gulæ adhæreas, quemadmodum Bononienſes Car-
rotio. Bar. Alb. & Dec. interpretantur, regulam non
eſſe inconcuſſam reſpectu alterationis facti; vnde iu
ris diſpoſitio immutari conſueuit.

Secundò non urget, Apoſtatam dici irregularita-
tis ipſius, qui habitum deponit. d. c. j. de Apoſta. d.
cap. penul. & ultimo, 50. diſtinct. cum aliis ſuperius
adductis. quia id intelligi debet, dummodò ex cau-
ſa rationabili id ipſum non contingat; prout timo-
ris uel ſcandali. d. cap. Deus qui. d. cap. clerici, de ui-
ta & honeſta. clericor. ubi Glo. in uerbo cauſa timo-
21 ris. † conſueuit enim in vniuerſo iure noſtro ex cã
à regulis iuris recedi. l. aut facta, in fin. ff. de pœn. &
l. reſpiciendum. eod. titu. aduertit Innoc. Butr. Abb.
Felin. & Deci. cap. j. nume. xx. in ſecunda lectu. de
conſtitu. & cap. dilecti, il primo, de appell. ubi Abb.
nume. xj. & Alexand. rub. de offic. eius cui, nume. vj.
uerſic. cum ſingulari tamen limitatione. vnde præter
regulas iuris canonici etiam non reſidentes quoti-
dianas diſtributiones recipiunt. cap. primo, de cleri.
22 non reſiden. in ſexto. et † Epiſcopus moderatum à
Canonicis ipſis ſubſidium recipit. cap. cùm Apoſto-
lus. § prohibemus, de cenſib. exactio. & procuratio.
23 † & ſi cauſa exigit tametſi diœceſis Eccleſias non ui-
ſitet, procurari debet. cap. procurationes, eod. titu.
de cenſib. & accepto iudicio procurator remoueri
poteſt. l. procuratoribus. C. de procurato. ubi Barth.
24 Bald. Angel. Salic. & Iaſ. † & in genere conſtitutus
procurator ſpeciali inhibet ex cauſa ab ipſo domino
non perpenſa. l. ſi hominem. ff. mandati, ubi Barto. &
Alexan. quemadmodum & principalis errorem pro-
curator ipſe, ſi ratio dictat, reuocare poteſt. l. error.
C. de iur. & fact. ignoran. ubi Bald. colum. xv. & quã-
uis ex literis ipſis in cella deprehenſis eliciatur ani-
25 mus apoſtatare nolentis, reſpondeo, † legiſlatorem
ipſum linguæ lubricum non facilè legitimis pœnis
ſubiicere. l. famoſi. ff. ad legem Iuli. maieſtat. quippè
quòd receſſus à religione non imputetur, cùm illicò
quis reuerſus proponitur. d. l. qui ante Calendas, cũ
aliis ſuperius adductis. idq; potiſsimùm cùm ex fa-
cto perſeuerantiæ uerborum illorum uirtus reuoca-
ta intelligatur, quæ plerumque confingi ſolent. l. j.
& toto titu. C. plus uale. quod agi. & cap. illo uos, de
26 pigno. † ex facto autem ipſo certior animi inten-
tio colligitur. l. naturalem. ff. de acquiren. rer. domi.
& l. reprehendenda. C. de impub. & aliis ſubſtitu. &
cap. exiſtimant, xj. q. iij. ubi Glo. in uerbo factis, cum
aliis ſuperius adductis à Decio in l. non vult hæres.
ff. de regul. iur. nu. vj. Quamobrem ex huiuſmodi cẽ
ſeo fratrem Hieronymum ineptè ueluti Apoſtatam
condemnatum fuiſſe, & iccircò ſententiam huiuſ-
modi ab Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo religionis
huius Protectore Card. S. Angeli domino meo co-
lendiſsimo reuocandum eſſe. Laus Deo.

Patauij, Nonis Septembris, 1557.

Portius Forocorn.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Actor ſequitur rei forum.*
2 *Forum quis ſortitur ratione contractus.*
3 *Forum uxoris non uiri inſpiciendum eſſe in lucro dotis. ſed uide nu. 6. ubi contra. & de commu. opin.*
4 *Vxor ſequitur forum uiri.*

5 *Dos exigenda eſt ubi maritus domicilium habet, non ubi inſtrumentum fuerit confectum. & eſt communis opinio.*

7 *Dos ob onera matrimonij ſubeunda, conſtituta eſt. & nu. 12.*

8 *Maritus non conſequitur lucrum dotis promiſſæ, quando onera matrimonij non ſuſtinuit. at contraria opinio eſt comm. à qua tamen plurimi diſcedunt, immo atteſtantes negatiuam eſſe comm. & uide nu. 20. et 22. de magis communi.*

9 *Verba ubi conueniunt, ibi & iuris diſpoſitio.*

10 *Legis deciſio ubi eſt, amplius contendendum non eſt.*

11 *Matrimonium eſſentiam naturalem habet, cùm legitimè per uerba de præſenti contractum fuerit.*

13 *Matrimonium a Deo Opt. Max. propagatum fuit.*

14 *Maritum lucrum dotis ſibi per ſtatutum obueniens remittere poteſt, nec creditores tanquàm ob fraudem id factum conqueri poſſunt. & eſt comm. opi.*

15 *Ruinus reprehenditur.*

16 *Matrimonij onera quæ.*

17 *Vir reddere debitum uxori tenetur, nec recuſare ualet.*

18 *Pactum non ualet, ne maritus ulla matrimonij onera ſubſtineat,*

19 *Pactum ualet ut uxor de ſuo ſe alat, et nihilominus uir lucretur dotis fructus.*

21 *Opinio etiam minus communis ſequi poteſt in conflictu opinionum, ſi illa melioribus ſit fulcita rationibus.*

22 *Bartholi authoritas magna eſt.*

23 *Statutum loquens de dote data an ſibi locum uendicet in dote promiſſa, ſed hucuſque non data? & nu. ſequentib. & 38.*

24 *Verbum dare, propriè numerationē factam oſtendit. & nu. 28. ſed uide nu. 31.*

25 *Statuta ſtrictam recipiunt interpretationem. & uide nu. 32,*

26 *Maritus ſi ex forma ſtatuti lucretur dimidiam dotis data prædecedente uxore, quod non lucretur eam, ſi dos fuerit ſimpliciter promiſſa, ſed nondum data. & ſuprà nu. 13.*

27 *Pactum loquens de dote data, non habet locum in dote promiſſa.*

29 *Legis natura eſt futuris negotijs normam imponere.*

30 *Verba in ſtatutis ſecundum communem uſum intelligi debent.*

32 *Significatio, quæ fit ex ui uerbi latè accepti, dicitur propria.*

33 *Interpretatio etiam in ſtatutis admittitur ex ui uerbi latè accepti, cùm ſignificatio illa propriè cenſeatur.*

34 *Proœmium ſiue exordium declarat ſubſequentia et finem ipſum.*

35 *Extenſio fit de propria ad latam ſignificationem, etiam in ſtatutis.*

36 *Statutum loquens in petente, habet locum etiam in repetente.*
Verba dubia interpretantur contra fundantem ſe in illis.

37 *Propoſitum in mente retentum, nihil operari.*

CASVS.

CONTIGIT, Do. Gaſparem Villanum Patauinum ciuem documento publico ſpopondiſſe D. Carolam eius filiam legitimam & naturalem in uxorem collocare D. Nicolao Petrobellio ciui Lendenariæ præſenti & acceptanti in eius legitimam ſponſam atque uxorem; necnon dotis ipſius nomine ſocerú ipſum ducatos mille promiſiſſe; quorum ſexcentos tempore deſponſationis numerare ſpopondit, ut diffuſius exhibitum documentum cantat. Ex oppoſito autem dominus ipſe Nicolaus promiſit dominam Carolá uxorem ducere, & inſtumentum dotale conficere, ut ſingularis Patauini iuris exigit diſpoſitio. deinde documenti uerbis hoc pacto conceptis, conſtat, legitimam factam fuiſſe deſponſationem & matrimoniū ipſum celebratum fuiſſe: & illicò præmiſsis uerbis idoneis ad contrahēdum matrimonium iuxta ritum S. R. E. prolatis per Reuerendum Do. fratrem Calixtum, cōtractum fuit uerum & legitimum matrimonium per uerba de præſenti inter ipſam D. Carolam & Do. Nicolaum interueniente tactu manus & coniugali oſculo, præſentibus teſtibus, ut fieri ſolet de quo quidem matrimonio confectum extat inſtrumentum rogatum etc. At cùm pluribus menſibus matrimonio huiuſmodi conſummato Do. Nicolaus in domo ſoceri uixerit, Do. Carola eius uxor in huiuſmodi cohabitatione deceſsit; unde cùm D. Nicolaus prætendat dimidium dotis lucratum fuiſſe authoritate iuris municipalis Lendenariæ, quo cautū eſt uerbis huiuſmodi, rubrica quòd maritus lucretur dimidiam dotis.

Statuimus quòd de dotibus omnibus datis & dandis maritus lucrari debeat dimidium dotis, ſi matrimonium ſolutum fuerit morte uxoris non relicta cōmuni ſobole.

Excipit autem ſocer ſeſe non teneri, quia dominus Nicolaus nullum dotis documentum cōfecerit, ut ſpoponderat.

Secundò, quòd matrimonij onera non ſubierit, quia uxorem ipſam non traduxerit.

Tertiò, quia Patauini iuris diſpoſitio in huiuſmodi ſpecie perpendenda ſit, qua cauetur ſub rubr. de ſucceſsionibus mulierum his quidem uerbis:

Si quis acceperit uxorem, quæ dederit dotem uel quiuis alius pro ea marito ſuo, & ipſa mulier deceſſerit cōſtante matrimonio ſine cōibus filiis aut liberis ex teſtamēto uel ab inteſtato, maritus debeat lucrari dimidiam partem dotis datæ ab ipſa muliere uel ab aliquo ꝑ ex dotē dante. & ſi decederet cōdito teſtō mulier ipſa relinquere poſsit marito ſuo id qđ uoluerit arbitrio ipſius mulieris, & legatū hoc nō cōputetur in dimidia ꝑdicta, ſed habere debeat maritus legatū & partē dimidiā ipſius dotis: & hoc habeat locū in dotibus iam conſtitutis & conſtituendis.

Quare in promiſſa dote iuris huius municipalis diſpoſitionem locum non habere ſocer ipſe contendit. quamobrem quęſitum eſt, utrius cauſa potior exiſtimari debeat, ſoceri, an ipſius generi?

CONSI-

CONSILIVM LXXXV.

SPIRITVS PARACLETI SAPIEN-
tia mihi prælucеat,ut in propoſita facti ſpecie
ſcopum ipſum attingere naleam.

Ro dicti facti clara diffinitione
de tribus ambigi cõtingit. Et pri-
mò ntrum in lncro dotis deferen-
do quoties diuerſi fori coniuges
contrabunt , attendi debeat lex
patriæ uxoris ipſius,an uerò uiri?

Secundò, an municipiorum legibus quomodo-
cunq; conceptis certę partis dotis ipſius lucrum ui-
ris deferentibus locus eſſe intelligatur,ſi uir ipſe ma
trimonij onera non ſubierit , putà uxorem traducẽ-
do,& eam alendo,ut fieri ſoler, & eiusmodi?

Tertiò,an municipalis iuris diſpoſitio deferentis
lucrum certæ partis dotis ipſius datę niris ſine com-
munibus filiis prędecedente uxore,in promiſſa ſim-
pliciter & non numerata locum ſibi uendicet?

Qood ad primum attinet , prima facie cenſendũ
uideretur Patauinę ciuitatis ius inſpiciendum eſſe.
1 † Conſtat etenim illum ipſum,qui agit,eius qui cõ.
uenitur forum ſeqni debere. l. iuris ordinem. C. de
iuriſdict.omn.iud. & l.cùm quędam puella,eo.titu.
& c.cũ ſit generale,& c.ſi clericus,de for.comp. ubi
Doct.omnes aduertunt.Vnde cùm iudex ipſe corã
quo ſocer in propoſito caſu conuenitur , Patauini
iuris diſpoſitionem cnſtodire teneatur.Bart.Alberi.
24 cidia. ff. ad leg. Falcid. ubi Alex. & Iaſ. † idque potiſsimùm cùm ſingularis iuris conceſsio quod ad alterius damnum attinet, ſtrictè potius intelligenda ſit. l. ii. § . ſi quis à Principe. ff. ne quia in loco publ. ubi Barto. Alber. & Iaſ. declarat, Bart. in d. l. fin. ff. de conſti. Princ. Butr. & Abb. in d. c. cùm dilecti, de donat. meritò priuilegium hoc nihil quidquam ſuffragari poteſt, ubi legitima recuſationis cauſa ſubeſt, ne aliàs naturalis iuris effectum, putà defenſionẽ principalis beneficij, ratio aboleret: quod à iuris ratione diſsidet. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. & c. ſuper eo, de offi. & poteſt. indic. delega. ubi Abb. & c. ueniens. de præſcrip.

Quartò non urget, effectum ſuſpitionis huius Excellentiſsimi Ducis perſonam eggredi non debere, quod in aliis diſpoſitionibus perſonę intuitu celebratis traditũ eſt. d. c. quoniam Abbas. & d. c. ſi gratioſè, cum aliis ſuperius adductis. quia ratio hæc in

25 propoſita ſpecie attendi non debet, † quippè quòd ratio remouens caput ipſum, alia membra ei ſubiecta afficiat, quę non leuiter ab eo recedere ſolent. c. nouit, de his quæ fiunt. & c. cùm non liceat, de pręſcrip. unde diuerſa iuris ratio conſtitui non debet. d. l. ita uulneratus. ſuadet enim & rei ipſius putà cauſę grauiſsimi ponderis connexitas, cuius conditio negotium inſeparabile reddit. l. eum actum. ff. de nego. geſt. ubi Barth. Alber. & Caſtr. & c. tranſlato, de cõſtitution. Quibus omnibus ſic perpenſis, legitimã concluſionem eſſe exiſtimo, recuſationis ipſius exceptionem ex conſanguinitatis cauſa proficiſcentẽ Excellentiſsimum Ducem ſuſpectum omninò probantem, uniuerſas quoque Neapolitanę ciuitatis uniuerſitates eadem ægritudinę laborantes, prorſus ab huius iudicij definitione repellere. quod & conſultius

26 tius ea quoque ratione eſt diiudicare, † cùm Canon eam ſemper interpretationem potiorem eſſe diſponat, ex qua minus præiuditium animabus ipſis inferri ſoleat. c. iuuenis, de ſponſalib. ubi Abb. in j. notab. & c. ad audientiam, il ij. de homic. nolunt. uel caſua. ubi Maria. nu. v. & Feli. c. fin. de præſump. nu. xiiii. & Anehar. egregiè reſpondit conſi. clxxix. Prima facie.

27 † Canonis autem ratio ubique ratione euitandi ſcãdali & diſpoſitio potior haberi debet. d. c. ult. de p̄ſcrip. ubi Pariſ. in iii. & iiij. notab. poſt ueteres omnes in c. poſſeſſor, de reg. iur. in vj. ubi Gloſſ. magna uerſi. in his autem. & Aneha. nu. viij. & Deci. & Beroius. c. Eccleſia. S. Mariæ, de conſtitu. uerſ. Quartus caſus. ubi quandoque diſſerui. Laus Deo,

Patauij. v. Kal. Septemb. 1557.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi conditio euenit, quotiens grauatus ſine filijs decedit,*
2 *Subſtitutionis conditio deficit, grauato decedente, uel uno ſuperſtite filio.*
3 *Vniuerſalis loquutio nihil quidquàm excludit.*
4 *Mens ex uerbis oſtendi conſueuit.*
5 *Diſpoſitio teſtatoris ueluti lex obſeruanda eſt.*
6 *Teſtandi facultas cuicunque regulariter competit, fallen. tamen.*
7 *Inſtrumentum in forma propria exhibitum, ſiue quilibet actus effectu non caret.*
8 *Pater non poteſt filium in legitima grauare, quæ abſq; onere filio debetur. & nu. 12.*
9 *Pater tenetur filium alere.*
10 *Pater tenetur filias dotare, quæ quidem dos loco legitimæ ſuccedit.*
11 *Filius quantumcunque reſtituere grauatus, poteſt nihilominus de ſua legitima teſtari. & nu. ſeq.*
12 *Legitima cùm debeatur filio abſque onere, de ea ad libitũ poteſt diſponere, illamque etiam ad ſuos ab inteſtato tranſmittere, non obſtante fideicommiſſo ab eius patre facto de hæreditate reſtituenda ſi ſine liberis etc. & numero 14.*
13 *Filius grauatus reſtituere ſi ſine filijs decesſerit, quòd poteſt duas quartas detrahere, legitimam ſcilicet, & trebellianicam, & de illis liberè diſponere. & eſt comm. opin. & nu. ſequentibus. & 47.*
15 *Filius reſtituere grauatus ſi ſine filijs decesſerit, quòd nihilominus poteſt de dote materna liberè diſponere. & nu. 94.*
16 *Iuri canonico quando ſtandum ſit etiam in foro Cæſaris, & nu. 48.*
17 *Legitima & trebellianica ſemiſſem totius hæreditatis continent.*
18 *Pater an poſſit prohibere trebellianicam filijs primi gradus, latius pro & contrà diſputatur. & de communi & magis comm. opin. & nu. ſequentibus. maximè nu. 29. 45. & 55.*
19 *Correctio legum uitanda.*
20 *Legis poſterioris ea eſt conditio, ut à lege ueteri diſtinguatur, & declarationem recipiat.*
21 *Lex in uniuerſum diſponens, non facilè reſtringenda eſt.*
22 *Exceptio ſiue fallentia non facilè à regula præſumitur.*
23 *Regulæ inhærendum eſt, quam pro ſe qui habet, rem claram cauſamque probabilem habere dicitur.*
24 *Speciale eſſe, ut multi allegant, eſt refugium miſerorum.*
25 *Principale ſi corruit, eius etiam ruit acceſſorium.*
26 *Lex abrogata allegari non debet.*
27 *Argumentum ex ſeparatis non ualere.*
28 *Statutorum ſiue iurium ſingularium conditio extra terminos ſuos protendi non debet.*
29 *Trebellianica poteſt prohiberi à patre filiis & eſt magis commu. opin. & nu. præced. & ſequ. ſed uide nu. 45. de contraria opi. & commu. & magis etiam cõmu. nume. 55. ubi latiſſimè.*
30 *Filius reſtituere rogatus totam & integram hæreditatem, & pleno iure, quod non poſſit trebellianicam detrahere. ſed uide nu. 53. & 68. & 72. & 78. & 83. cum multis ſequentibus ubi latè pro & cõtra et de communi opi.*
31 *Pater & filius una & eadem cenſetur perſona.*
32 *Pater filios tenetur alere, etiam ſpurios attenta iuris Canonici diſpoſitione. nu. ſeq.*
33 *Filij ſpurij alendi ſunt à patre de iure Canonico.*
34 *Filius uiuente patre quaſi dominus exiſtimatur.*
35 *Filius neceſſariò eſt à patre inſtituendus, aut ex cauſa exhæredandus, aliàs corruit teſtamentum.*
36 *Filius ergo hæres.*
37 *Pater contremiſcit in filij pœna, & magis quàm in p̄pria deterretur.*
38 *Caſus omiſſus pro omiſſo habetur.*
39 *Filius grauatus reſtituere, intelligitur ſi ſine filijs deceſſerit.*
40 *Poſſeſſio bonorum patris tranſit in filios ſine alia apprehenſione naturali.*
41 *Dictio omnibus modis, omninò, penitus & omnimodo, quantæ ſit efficaciæ.*
42 *Argumentum de minori ad maius inualidum eſſe.*
43 *Prohibitum fieri minus, multò magis quod eſt maius.*
44 *Fructus perceptos non computant in trebellianicã filij primi gradus. & nu. 54. & 56.*
46 *Doctoris teſtimonio an potius ſtandum ſit in lecturis quàm in conſiliis. & uide nu. 52.*
49 *Legitimam iure naturæ debitam illicò ab obitu patris tanquàm æs alienum ſibi debitum filius detrahit.*
50 *Lex non debet eſſe ſuperflua.*
51 *Extraneus proprio ſanguini præferri non debet.*
57 *Tex. in l. Iubemus. C. de teſtam. non eſt correctus, ut nonnulli exiſtimarunt. & nu. 92.*
58 *Correctio legum uitanda eſt.*
59 *Lege generali ſuperueniente nõ tollitur prior ſpecialis.*
60 *Tex. in §. ſi uerò expreſſim, in auth. de hæred. & fal. eid. declaratur, & de communi intellectu.*
61 *Singularia multiplicari non debent.*
63 *Tex. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad ſenatuſconſ. Trebell. exornatur.*
64 *Voluntas unà cum poteſtate requiritur, ut actus perfici ualeat.*
65 *Actus redditur nullus ex defectu poteſtatis.*
66 *Voluntas legitimis deprehenſa coniecturis diſponere ſolet.*
67 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

Filius

68 *Filius an dicatur prohibitus trebellianicam detrahere ex teſtatoris uoluntate, deprehenſa tamen ex cõiecturis, non autem expreſſa.*
69 *Voluntas expreſſa dicitur, quæ ex generalibus uerbis colligitur.*
70 *Geminata diſpoſitio efficacius ſtringit.*
71 *Bonorum coniunctio, minima quæq; munire ſolet, diuiſio autem maxima quæq; diſſoluere.*
73 *Falcidia uidetur prohibita, ſi teſtator iubet integra legata ſoluenda eſſe. & nu. 76. & 78. ſed latè uide nu. 83. cum multis ſequentib.*
74 *Expreſſum exiſtimatur, quod generali diſpoſitione cõprehenſum fuit. & nu. 91.*
75 *Superflui uitium abhorret legiſlator.*
77 *Falcidia & Trebellianica æquiparantur.*
78 *Trebellianicæ detractio uidetur prohibita, quando teſtatör iuſſit totam & integrã hæreditatẽ reſtitui. et uide ſuprà nu. 30. 53. 68. & 72. & 83. cũ multis ſequẽtib. ubi cõtrà, et latè diſſerit, & ꝑſertim nu. 86.*
79 *Iudex eſt legis executor.*
80 *Voluntas reiterata ueluti magis enixa omnino exequi debet.*
81 *Singula quæ non iuuant, multa collecta proſunt.*
82 *Coniecturarum cõcurſus plurimùm lucis afferre ſolet.*
83 *Velle nemo præſumitur, quod facere non poteſt.*
84 *Doctores non præſumuntur ius in quo uerſantur, ignorare.*
85 *Priuilegia non eſſe multiplicanda.*
87 *Soluere totum intelligitur, qui legis diſpoſitione ita iubente certam partem ſoluit.*
88 *Generalis diſpoſitio ſub quacunque uerborum conceptione prolata, eam recipit reſtrictionem, quam legis ipſius ratio dictat.*
89 *Verba teſtatoris ad iuris diſpoſitionem referri debent.*
90 *Tex. in auth. ſed & in ea, ibid. alleg. exornatur.*
92 *Verbum dicta, refertur ad omnia & quæcunque ſuperius expreſſa.*
93 *Actio, quòd confundatur per aditionem hæreditatis quomodo intelligatur.*
94 *Dos materna in primis deducitur à filio rogato reſtituere, et ſi inuentarium non cõfecerit. & ſuprà nu. 15.*
95 *Fructus legitimam nõ minuunt filiorum primi gradus. & nume. 100.*
96 *Legitima quanta eſſe debeat, & quomodo eius taxandæ ratio haberi debeat. & nu. ſeq. & 102.*
97 *Legitima debetur attenta æſtimatione patrimonij teſtatoris, mortis tempore.*
98 *Legitima eſt quota bonorum, & non hæreditatis.*
99 *Bona alicuius propriè dicuntur deducto ære alieno.*
100 *Legitima ab omni onere libera ipſi filio debetur, nullaq; fructuum facta compenſatione.*
101 *Legitima debetur filio iudicis arbitrio, & prout commodius diuiſio bonorum fieri poteſt abſque partium diſpendio.*
102 *Dos relicta à patre ueluti æs alienum deduci ab hæreditate primùm debet, & eſt comm. opi. et deinde legitima filiorum.*
103 *Dos qualiter conſtituenda ſit.*
104 *Trebellianica prohiberi poteſt quò ad extraneos hæredes, ſecus autem quò ad filios primi gradus.*
105 *Hæres reſtituere grauatus, poteſt quò ad meliorationes factas diſponere ad libitum.*

CONSILIVM XCII.

INDIVIDVAE TRINITATIS MIHI lux adſit, vt huius perplexi facti nodos ſecundum iuſtitiam & veritatem, diſſoluere poſſim.

CASVS.

MAGNIFICVS & Excellens Iuris vtr. Doct. D. Federicus de Portis nobilis Vicentinus moriẽs eius ipſius teſtamento, cùm plura legata reliquiſſet, his quidem uerbis diſpoſuit:

In omnibus autem etc. vniuerſalem illius hæredem inſtituit Manfredum vnicum illius atque dilectum filium, & eius deſcendentes maſculos legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos tantùm uſq; in infinitum. Declarando & iubendo, quòd ſua bona, uidelicèt bona omnia generia cuiuſcumque, quæ ipſi Do. teſtatori obtigerunt tempore diuiſionum cum fratribus eius factarum, ut conſtat inſtrumento rogato etc. & quæcunque bona poſteà per dictum D. teſtatorem acquiſita, & tenta, de quibus emptionibus & acquiſitionibus, publicis inſtrumentis conſtare teſtatus eſt: item alia quæcũque bona præſentia & futura, ſint ſubiecta fideicommiſſo ſtrictiſsimè, nec unq̃ poſsint egredi, nec alienari extra familiam: inſtituendo dictos de Porto hæredes in omni caſu ſecundum gradus prærogatiuam in infinitum.

Item uolens & mandans quòd in hoc teſtamento poſsint & debeant poni & addi ad conſilium ſapientis quæcunq; uerba obligantia & conſeruantia dictũ fideicommiſſum, & ſint & intelligantur appoſita, ac ſi eſſent ſpecificata de uerbo ad uerbum oĩa uerba facientia in fauorem dicti fideicommiſsi: quia firmiſſima mens eſt dicti teſtatoris, ut omnia ſua bona remaneant in familia de Portis.

Contigit deinde magnificum ipſum D. Manfredum huiuſmodi teſtatoris filium ſuptadictis uerbis hæredẽ inſtitutũ, his quidẽ uerbis teſtatũ deceſsiſſe.

Nel reſto ueramente de tutti & qualunq; mei beni coſi preſenti come futuri, laſcio vniuerſale herede il Magnif. infante D. Alfonſo mio nepote figliuolo di detto Magn. D. Hippolito da Porto. Con queſto che ſia obligato oltra il fideicommiſſo che perueniꝛà al Magnif. D. Ioſeppo da Porto darli ducati cinq; mila à ducati cinquecento l'anno doppo la mia morte, pagandoli l'intereſſi ſei meſi auanti, ouer dapoi corſi ogni anno.

Ex qua quidem facti ſpecie de pluribus dubitari contingit.

Et primò, utrum ipſius Magnif. D. Manfredi obitu abſq; filiis, euenerit caſus reſtitutionis faciẽdæ ꝓximioribus de Portis ſecũdũ gradus ꝓrogatiuam?

Secundò, utrum Magnificus Dn. Manfredus omnia bona reſtituere grauatus ſub conditione, ſi ſine filiis etc. teſtari potuerit, & Comitem ipſum Alfonſum legitimè inſtituere?

Tertiò, quatenus & uſq; quam ſummam inſtitutio
hæc rite facta intelligatur?

Quartò, utrum pater ipſe quadrantis deductionē
Senatuſconſulti Trebelliani authoritate faciendam
liberis primi gradus prohibere poſſit?

Quintò, utrum ea pluribus coniecturis in præſen-
ti facto conſideratis, magnifici Do. teſtatoris uolun-
tas legitima colligatur, ut Manfredus ipſe filius hác
ipſam portionē detrahere prohibitus intelligatur?

Sextò, utrum filius ipſe reſtituere rogatus, ut in
præſenti negotio contingit, proximioribus de Por-
to, maternam dotem in primis deducere ualeat, & ius
illud ad hæredem ab eo inſtitutum tranſmiſiſſe in-
telligatur?

Septimò quæritur, quę ſit huius legitimæ portio-
nis ſumma ipſi magnifico Do. Manfredo debita, &
quo tempore eius ratio iniri debeat, & quomodo de-
ductionis huius exequutio fieri poſſit: item & quæ
in ea computari debeant?

Octauò, an legatum quinque miliū aureorum ab
ipſo magnif. D. teſtatore dominabus Helenę & An-
næ filiabus relictum in primis deducendum ſit, uelu-
ti æs alienū ex ſubſtantia huius hæreditatis, antequā
legitimæ huius portionis deductio fiat?

Nonò, utrum ipſi magnifico filio legitimam de-
ducēti imputari debeat, quod ultra ſummam ab eius
patre ſororibus relictam dotis ipſius nomine nume-
rauerit?

Decimò, utrum Magnificus ipſe D. Manfredus
integram hæreditatem paternam reſtituere rogatus,
eam quoque portionem fideicommiſſariis reſtitue-
re compellatur, quam ex teſtamento D. Alexandri
patrui conſequutus eſt, omnem prorſus prohiben-
tis detractionem?

Vndecimò, utrum ſi opera & induſtria magnifi-
ci D. Manfredi filij & hæredis paternæ hæreditati
quidquàm adcreuerit, illius hæredis lucro id ipſum
cedere debeat?

RESPONDI.

QVod ad primum attinet, nemini ambigen-
1 dum eſt, † quin ipſius magnifici D. Man-
fredi obitu ſine filiis fideicommiſſi ipſius
conditio euenerit; & iccircò proximioribus in fa-
milia de Porto, prout teſtator ipſe iuſſit, reſtitutio-
nem eſſe faciendam. l. ex facto tractatum. ff. ad Sena-
tuſconſ. Trebell. §. ſi quis autem ſuſcepit, ibi, ſecus ſi
uiuo patre etc. ubi Bart. Albe. Imol. Alexan. & Ripa
2 uerſ. ratio decidendi fuit, aduertunt. † Conſtat ete-
nim, ſi magnificus D. Manfredus uel vnum ſuperſti-
tem filium reliquiſſet, ſubſtitutionis ipſius condi-
tionem defeciſſe intelligi. l. filiusfamilias. §. ut quis
hæredem. ff. de leg. j. & d. l. ex facto tractatum, tam-
etſi poſteà deceſſiſſet. l. j. C. de condi. inſert. ubi Bar.
Alberic. Bald. Fulg. Ang. Salic. & Corn. nu. j. & ij. ad-
uertunt. & l. cùm uxori. C. quan. dies lega. ced. quod
Ioan. And. aduertit in Specu. tit. de teſta. §. in primis,
uerſ. in emphyteoſim. q. v. per l. hæredibus. ff. ad Se-
natuſconſ. Trebell. & ſæpius reſponſum extat: Oldr.
conſi. xxj. Thema tale eſt. Caſtr. conſi. v. in j. nu. iiij.
uerſic. quantùm. Abb. conſi. xl. lib. j. nu. j. uerſicu. ad
idem. Alex. conſi. cxxj. in princ. in iij. & Deci. conſi.
lxiiij. in ij. dub. uerſ. & ſecundum ea. & conſi. ccxviij.
nu. vj. & conſ. cclxix. num. xiij. & conſi. cccxxiij. Cùm
ſit, nu. iij. & conſi. ccclxxvij. & pluribus aliis conſul-
tò omiſſis. & Maria. iun. conſi. iiij uerſi. iſtis tamen.
nu. viij. in iij. uol. & D. Marc. Mant. conſi. liij. num. j.
& conſi. xcij. nu. j. & nu. xxij. uerſicu. ſed his omnibus
reſpondendum. & conſi. xv. nume. xviij. & conſi. cxc-
iiij. nume. iiij. conſi. cccxix. nu. i. & conſ. cccxxix. nu.
ii. Quarè, cùm magnificus D. ipſe Manfredus abſq;
filiis deceſſerit, conſtat conditionis ac reſtitutionis
caſum eueniſſe cenſeri.

Quod ad ſecundum attinet, uideretur prima facie
dicendum, filium hūc bona omnia & generis cuiuſ-
cunq; ipſi teſtatori in diuiſione obtingentia, & quæ-
cunq; ab eodem acquiſita, ſub arctiſſimo fideicom-
3 miſſo reſtituere grauatū, retinere non potuiſſe: † quip-
pè quòd uniuerſalis conceptionis ea ſit uirtus, ut ni-
hil quidquàm inde exclusum exiſtimetur. l. Iulia-
nus. ff. de leg. iij. l. à procuratore. C. mandati. & l. om
nia. ff. ſi cert. pet. ubi Deci. & c. omnia, de obſer. ieiu.
& c. Romanorum, xix. diſtin. idque potiſſimùm cùm
clauſula illa, item & cuiuſcunq; generis bona, referri
poſſit ſiue ad mobilia, ſeu immobilia, uel ſeſe mo-
uentia, ut aliàs diſtingui ſolet in l. à Diuo Pio. §. in
exequutione. ff. de re iud. ubi Bart. Alberic. & Alex.
& Bart. l. hoc articulo. ff. de hæred. inſti. & Bart. Alb.
Deci. & Cagn. poſt Accurſ. ipſum in l. i. ff. de regul.
4 iur. † Cùm enim mens ex uerbis ipſis maximè natu-
raliter oſtendi conſueuerit, ut docuit Ariſt. in prin.
περὶ τῆς ἑρμηνείας, & legiſlator in l. Labeo. ff. de
ſupellect. lega. & l. Gallus. §. quidam rectè, ibi, qui
ex uerbis colligi poteſt, ff. de liber. & poſthum. ad-
uertit Bald. & in cap. ſecundò requiris, il ſecundo,
de appellation. & l. quidam cùm filium. ff. de hæred.
inſtit. iam conſequens eſt, uoluntatem huiuſmodi
5 ſperni, maxima abſurdum cenſeri debere: † cùm ue-
tuſtiſſimæ duodecim tabularum legis diſpoſitio ca-
uerit, uti rei ſuæ quiſque legaſſet, ita ius eſſe debe-
re. l. uerbis legis. ff. de uerborum ſignification. & §.
diſponat, in authen. de nup. l. penultima. ff. de legat.
ſecundo. & l. cùm virum, C. de fideicommiſſ. cum
ſimilibus.

Cęterùm oppoſitū uerius exiſtimari debet: quip-
6 pè, † quòd teſtandi facultas ex legis ipſius benign-
tate cuicumque competit. l. illa inſtitutio. ff. de hæ-
red. inſtit. ubi Gloſ. ibi, quod uia in ſuo. Butr. Imol.
& Abb. rubrica de teſtamen. & Iaſ. rubr. C. eod. quá-
rę dici ſolet, quemlibet poſſe teſtari, dummodò ei
in ſpecie lex facultatem huiuſmodi non deneget. l. ſi
quæramus. l. qua ætate, & l. ſi is qui. ff. de teſtam. ubi
Doctores. quare, cùm teſtamentum ab ipſo ma-
gnifico D. Manfredo ſolēni forma confectum exhi-
beatur, iam conſequens eſt, oppoſitiones huiuſmo-
di à magnificis aduerſariis factas, futiles cēſeri: quia
lex ipſa repugnat, teſtamentū huiuſmodi effectu ca-
rere debere. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & l. inter
7 cætera. ff. de libe. & poſth. † quod & de quolibet actu
in forma propria exhibito traditum eſt. Bal. l. i. C. ſi
minor ſe maior dix. in fi. & l. cùm te, uerſic. ratio eſt.
C. de prob. & l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti
ignoran.

ignoran. & Abb. poſt Butr. & alios ueteres in cap.
cùm virum, de regulæ.in quarto notab.& in cap.in
præſentia,de probatio.in octauo notæb.& ibi Areti.
Feli. Barbat.Deci.& Beroius, & Deci.conſ.dclxxx-
tj.nume.xv.

Non obſtat, teſtatorem ipſum uniuerſali oratio-
ne uſum fuiſſe: dum eius filium atque hæredem ſub
8 conditione reſtituere iuſsit. quia reſpondeo, † pa-
trem ipſum in portione legitima, naturali ratione
ſuadente filium onerare non poſſe.l.quoniã in prio-
ribus.C.de inoffic.teſtamen.& l.ſcimus.eod.titu.§.
9 repletionem. ubi omnes aduertunt. † Cùm enim is
filium ipſum alere compellatur naturali iure id ip-
ſum ſuadente.l.prima.ff. de iuſti. & iur. §. ius natu-
rale,ibi,educatio liberorum. & in cap. ius naturale,
prima diſtinct. ubi Doctores. §. & uiri & fœminæ,
ibi,puerorum educatio, ubi Glo.in uerbo educatio.
Archi.& Card.Turrecrem. & l.cùm ratio.ff.de bon.
eor.qui ſibi mort.conſciu.& cap.cùm haberet,de eo
10 qui dux. quam poll. per adult. † & filiabus ipſis do-
tem dandi onus huic portioni legitimæ ſubrogatã,
profectum exiſtimatur.Barto.poſt Rayn.& alios ue-
teres.l.Titio centum.§.Titio genero. ff.de conditio.
& demonſtrat.quæſtione ſecunda. quare & legiſla-
tor ipſe humanus parentibus ipſis neceſſarium onus
impoſuit,filiis ipſis legitimam portionem relinquẽ-
di.§.primo.in authen.de trien.& ſemiſſ.& in authen.
de hæred.& Falcid.§.primo, & §.ſi quis autem,& in
authen.nouiſsima.C.de inoffici.teſtamen. ubi om-
nes colligunt. in qua ſanè portione pater ipſe nullo
pacto filium grauare poteſt, & iccircò reſtituendi
onus adiectum intelligi debet in caſu,in quo ille ip-
ſe qui diſponit,facultatem habeat.c. à nobis, il j. de
ſenten.excommu. & aduertit Barto. in l. ſi quis ſub
conditione.ff.de condit.inſtit. & Bald.in l. fina.§.in
11 computatione.C.de iure deliberan. † Quocircà ſæ-
pius reſponſum extat,filium ipſum ſub conditione,
ſi ſine filiis deceſſerit, reſtituere rogatum,rite teſta-
ri,& de huiuſmodi præſertim portione arbitratu ſuo
diſponere poſſe.Bald.conſi.ccc. in quarto, nume.ij.
Signorel.de Homod.conſi.quartodecimo, nume.ij.
Deci.plures adducit conſi.lxxxj.nu.j.& conſi.xxxvj.
nume.j.& ij.& Pariſi.conſi.lxiiij.nume.xxvj.in ij. &
conſi.xxv.nume.vij. & nume.xliij.uolu.iij. & conſi.
xxvij.nume.j.eod.lib.& Maria.iun.conſi.cxxxij.nu:
vij. in primo.

12 Quod ad tertium attinet, reſpondeo, † Magni-
ficum ipſum Do. Manfredum de hac ipſa legitima
portione liberè diſponere potuiſſe, & eius commo-
dum ad quencumque hæredem etiam inteſtatum
tranſmittere: cùm pater ipſe nullum onus adücere
poſsit.d.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic. teſta.
ibi,uel quodcunq; onus introducens tollatur,omnes
aduertunt.et in l.cùm patronus.ff.de legat.ii.et in l.
cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.et pup.et aduertunt
Hoſt.Io.And.Aegi.But.Card.Henri.Boich,Anch.
et Abb.in c.Rainaldus.§.dilectus aũt filius,de teſta.
& in cap.Rainutius, eod.titu. ubi colligunt omnes,
grauatum filium, ſi ſine liberis deceſſerit, quod ad
portionem legitimam attinet, ei in paternis bonis
naturali ratione competẽtem, liberè diſponere poſ-
ſe: & plures adducit Deci. in d.conſi. lxxxj.nu.j. &
d.conſi.ccxxxvj.& Maria.iun. in d.conſ.cxxxij. nu.
vij. in primo.

13 Præthereà † & Senatusconſulti Trebelliani autho-
ritate conſtat,filium ipſum ſub conditione,ſi ſine fi-
liis deceſſerit,reſtituere grauatum, ultra portionem
legitimam, quadrantem ipſum deducere atque de eo
liberè diſponere poſſe.d.cap.Rainaldus. ubi Glo.in
uerbo legitimæ.& Butr.Imol.Ancha.& Abb.nu.xv.
uerſic. & in effectu. & l.Papinianus.§.meminiſſe,in
ultima Glo.ff.de inoffi.teſta.ubi Bar.Ang.& Caſtr.
huiuſmodi interpretationem à communi uſu rece-
ptam affirmant, & in d.l.cohæredi. §. cùm filiæ, &
Bar.Bal.& Fulgoſ. poſt Gloſſ.in l. quanquàm. C.ad
leg.Falcid.ubi Ange. Peruſ.teſtatur ſententiam hu-
iuſmodi in vniuerſo mundo,iudiciali authoritate cõ
probari.& in cap.Rainutius, de teſta. & in c.ſi patet,
eo.tit.in vj.ubi Anch.& Gemin.§.teſtatore.nu.ij. &
Franc.Peruſ.ibi.

14 Quamobrem † paſsim receptum extat, filium ip-
ſum ſub conditione reſtituere grauatum,non ſolùm
legitimam ipſam portionem, uerùm etiam & qua-
drantem ipſum Senatuſconſulti authoritate dedu-
cere poſſe,& ius hoc deductionis, ſiue inteſtatus mo
riatur,etiam ad hæredes extraneos tranſmittere, ſi-
ue teſtatus fuerit,ex eius perſona hæredem illius cõ-
modum hoc percipere. Barto.conſ.xx. Factum ſic ſe
habet.Quidam,in fi. & conſ.xliiij. Super prædictis,
in primo dubio. & Bal.conſi.xxxj.Proponitur,in fi.
& conſi.ccccxxxj.in iij.& ccclxxvij.nu.j.in iij.Ange.
conſi.cxxxj.Cuma.conſ.xxv.Caſtr.conſ.cxj. Subſti-
tutio,uerſi.nunc ergo uidendum. & Fulg.conſi.xix.
uerſ.tertiò principaliter.& conſi.lxxxviij. Proponi-
tur, in ſecundo dubio. & Anch.conſi.clj. Plura ſunt
dubia,ad fi.et Roma.conſi.ccvj.et conſi.ccxxxix. In
hac re breuis ero.et Alex.conſi.cxxxix. in j. et lxviij.
Circa præmiſſam,in iiij.et conſ.lxxviij. Attentis uer-
bis,in ij.et cõſ.ciii.et ccxc.nu.iii.in iii. et Corn.cõſ.
cccxvii. Licèt de iure, in iiii. Curt.Senen.conſ.lxxv.
Dñs Ludouicus.Deci.conſ.lv.et d.conſ.lxxxi. nu.i.
et ii.et conſ.dcxiii.nu.v. et Ruin.conſ.lviii.et conſi.
cxliii.in ii.nu.xii. ubi ꝙ ẽt grauati filios ab inteſtato
ſuccedentes deductionis huius commodum cõſequi
poſſe reſpondit, et Barto.Soci.conſ.xxxiii.et conſil.
lxxxxi.In cauſa,in iiii. et Grat.Bonon.conſ.xvii.nu.
ii.in i.et conſ.lxv.nu.iii.eod.lib. ubi concludit, filiũ
ipſum ſub conditione reſtituere grauatum, teſtari
poſſe,quòd ad legitimam et Trebellianicam attinet,
15 † nec non quòad dotem ipſam maternam, et idem
cõſ.clx.nu.ii.eo.lib. et Mari.iun.cõſ.cxxxi.nu.lix.et
nu.lxv.atteſtatur hanc ſententiam per totum mun-
dum ſeruari.uol.i.et conſ.cxv.nu.xii. uol.iii.conclu
dit,grauatum filium, ſi ſine liberis deceſſerit,de legi-
tima et Trebellianica liberè diſponere poſſe. in qui-
bus portionibus pater ipſe nihil oneris ei iniungere
poſsit.et D.Marcus Mant.conſi.ciii.In præſenti ca-
ſu,nu.i.et ii.vii.et viii.et conſ.ccxci.nu.xiii. et Cra-
uetta conſi.ſecundo,in primo, nu.xi.et ſæpius ſecũ-
dum hanc ſententiam deciſum extat: Guid.Pap.de-
ciſ.li.et lii.nu.i.ubi atteſtatur non ſolùm ſententiam
huiuſmodi in curia Parlamenti obſeruari, ſed etiam
16 in toto mundo: † quia extant textus aperti Pontifi-
cij iuris in d.c.Rainaldus,et d.cap.Rainutius,quibus

etiam in foro ciuili ſtandum ſit.cap.j. et ij. de nou.
oper.nunt. ubi Docto.aduertunt. et in cap.Eccleſia
S.Mariæ,de conſtit.ubi Abb.in v. & vj. caſu ſuæ di-
ſtinctionis.Barba.Felin.& Deci.& Bero.Bonon.nu.
lxxxvij. & Caſsiodo,decil.ij.in titu.de teſtam.nu.ij.
17 †quam ſanè ſummam totius hæreditatis ſemiſſem
continere concludunt omnes in dicto cap. Rainal-
dus.§.dilectus autem filius. & d, l. cohæredi. §. cùm
filiæ.ff.de vulg.& pupill. & Imol. & Alexand. in d.
§.quod vulgò.d.l.in ratione.ff. ad leg.Falcid. & Ol-
drad.in dicto conſi.cxxxj.Quidam habens. & Card.
conſi.nonageſimoprimo in quarto dubio,& Ioann.
de Anania conſi.tertio, Viſo teſtamento.& Alexan.
conſi.xliij. & cxlij. in ſecundo , & xxvj.in primo , &
conſi. tertio , in tertio . & conſi. lxiij. in quarto . &
Capra conſi.xlix.in ſin. & Corne.conſi.cccxxxix. &
Areti.d.conſi.xviij.& Curt.conſi. xvj. & conſi. lxxv.
& Socin. conſi. xxxiij. in quarta quæſt. in primo. &
xcvj.& cxlvj.in ij.& Deci. conſi.lv. uerſicu.ſecundò
in tali reſtitutione.& d.conſi.ccxxxvj.uerſi. in quar-
to.& Pariſ.conſi.xlv.nu.x.& ſeq.& conſi.xlvj. nu.x.
& ſeq.& conſi.xlvj.in ſecundo uol.ubi plures addu-
cit, hoc ipſum receptiſsimum eſſe atteſtantes, ut fi-
lius ſub conditione ſi ſine filiis deceſſerit , reſtitue-
re grauatus , de legitima portione & Trebellianica ,
& iccircò totius hæreditatis ſemiſſe liberè diſpone-
re poſſe . vnde ſequitur magnificum Domi. Man-
fredum rite in huiuſmodi iuribus hæredem relin-
quere potuiſſe .
18 Quartò quæritur, an teſtator hodie quadrantis
Senatuſconſulti Trebelliani authoritate deductio-
nem etiam primi gradus filius prohibere poſsit ? et
prima facie uideretur quòd ſic , ſiue interuam iuris
ipſius rationem intueamur , ſiue legum diſpoſitio-
nem non oſcitanter introſpiciamus. Conſtat etenim
receptiua eſſe , & pro regula conſtituendum, teſta-
torem ipſum deductionem quadrantis huius ipſius,
legiſlatoris Iuſtiniani authoritate prohibere poſſe
cenſeri. §.hinc nobis.& §.ſi uerò expreſsim,in auth.
de hæred. & falcid. ubi Gloſſ. in nerbo ſubſtitutus.
Bart. & Ang.aduertunt. & quamuis legis ipſius uer-
ba falcidiam ipſam exprimát.d.§. ſi uerò expreſsim ,
& d.auth.ſed cùm teſtator.C.ad legem Falcid. vnde
quandoque Accurſ. & Beluiſ.in dict.authen.de hæ-
red.& falcid. & d.authen.ſed cùm teſtator, in uerbo
ceſſat,uerſic.Item in Trebellianica,& ibi Iaco.Butr.
cenſuerunt , quod ad quadrantis huius deductio-
nem attinet , nihil quidquam immutatum fuiſſe. &
Bal.ibi nume.iij.ſub uerbo uidetur, idem concludit,
19 † quòd legum ipſarum correctio potius uitanda ſit,
quatenus legis ipſius uerba ſerant . cap. cùm expe-
diat , de electión. in ſexto . & l. præcipimus . C. de
appella. & l.iubemus. C. de teſtamen. Barto. tamen
conſtitutionem illam in falcidia loquentem , in hoc
quoque quadrante Senatuſconſulti authoritate dedu
cendo,locum habere cenſuit in dict.authen.ſed cùm
teſtator, uerſic. ego autem ſemper dixi contrarium.
20 † quia poſterioris legis ea ſit conditio, ut à ueteri
diſtinguatur, & declarationem recipiat.l. ſed & po-
ſteriores . ff. de legib. & l. ſi quis ſeruo. C. de ſeruo
corrupr.ubi idem Bartol.uerſi.ſed lex antiqua hanc
legem extendit.& Bart.l.omnes populi. ſexta quæſt.
princ.ff.de iuſti.& iur.& ibi Iaſ.& Seuerinàs,& Bar.
l.ſecunda. ff. de legat. primo , uerſicu. quæro ſtatu-
tum . & ibi Alexand.Claud.Socin.& Alciat.qua ra-
tione ſententiam huiuſmodi & ueteres ante Barto-
lum & poſteriores receptius ſecuti uidentur.Odoffr.
Iacob.de Rauen.Petr.de Bellaperti.& Cin. in d.au-
then.ſed cùm teſtatoe. & Alberic.ibi,uerſic.pro alia
uerò upinione . & quippè quod maior ſit ratio in Tre-
bellianica , quia pinguior ſit falcidia ipſa.l. in quar-
tam.ff.ad legem Falcid. ubi Doctores colligunt . &
Bald.in dict.authen.ſed cùm teſtator, nume. xlj. ra-
tiocinando ab æquiparatis ipſi Bartulo ſubſcribit .
nec dubium eſt , quin ueteri lege,Falcidia ipſi Tre-
bellianicæ æquiparata ſit.l.Marcellus.ff. ad Sanatuſ-
cõſult.Trebel.vnde iuris ipſius inſpecta ratione diſ-
poſitum in ſalcidia locum quoque in altero æqui-
peratorum habere cenſeatur.l. fin. C. de indict. ui-
duit. tollen. quam ſententiam æquiorem teſtatur ,
& ideò pro ea ex facto conſulius reſpondit , & Ang.
in dicto §. ſi uerò,uerſi.item quæro an, & in eius re-
pertorio in uerbo Trebellianica, idem exiſtimauit ,
adducens.l. ſi ut allegas.C.ad Trebel.& Barto.auth.
res quæ,& Bald.in fin.antiquæ lecturæ . C.commu-
nia de legat. & l.filium quem habentem. nume. iiij.
C.famil.erciſcun.tametſi Glo. repugnantes aduer-
tat. & Fulgoſ.in dict.authen.ſed cùm teſtator,num.
vij.uerſicu.& quarta conſideratio, & nume.viij. pro
Barto. ſententia præcipuum fundamentum diiudi-
cabat, quòd in ueteri lege facta ſit æquiparatio de-
ductionum huiuſmodi.d.l.Marcellus. §. quod autẽ.
ff.ad Senatuſconſul. Trebell. vnde ſententiam hanc
intrepidè tenendam ſubiiciebat ; quidquid Beluiſ.
ſenſerit,& Salicet.in euidentalibus dict.authen. ſed
cùm teſtator,nume.j.uerſic. pro euidentia , ratioci-
nabatur à ueteris legis ratione ceſſante , unde eiuſ-
dem diſpoſitionem conquieſcere debere . l. tutelas.
ubi Bartol.ff.de capit. diminu. & cap. cùm ceſſante,
de appellation.& inſerius idem nume.iiij. uerſic. &
ſic apparet,concludit ſententiam huiuſmodi uerio-
rem eſſe,refellendo rationes Accurſij quandoq; ali-
ter ſentientis Beluiſij,et Butrigarij & aſſeclarum. &
Corn.ibi in Glo.ij.communem hanc ſententiam at-
teſtatur, & Raynerium eandem ſequi refert & Imol.
de rigure iuris in d.l.Marcellus.§.quod autem.idem
cenſuit,tametſi pluribus rationibus adductis Belui-
ſij ſententiam probabilem aſſerat . quamobrem,cùm
facultas hæc prohibitionis generaliter conceſſa exi-
ſtimetur, & pro regula receptum ſit,idipſum paſsim
permiſſum eſſe,nempè teſtatorem ipſum quadrantis
huius deductionem prohibere poſſe,conſequens eſ-
ſe uidetur,amplius id uerum eſſe uideri : cùm pater
ipſe filium ſub conditione grauatum prohibet qua-
21 drantẽ huiuſmodi deducere, † tùm quòd lex in vni-
uerſum diſponens non facilè reſtringenda ſit. l. j. §.
& generaliter.ff.de leg.præſtan.& l.ſi is qui ducenta.
§.utrum.ff.de reb.dub.& c,ſi Romanorum, xvj.diſt.
cum aliis adductis à Feli.Barbat. Deci. et Beroio in
c.j.de conſtit.in Glo. ſuper uerb. ab omnibus . tùm
22 † quòd flexus à regula non facilè præſumatur.c.cõ-
ſultationi,de tẽp. ordin. ubi But. Imol. et Abb.ad-
uertũt,et Goza. in pñti argumento in cõſ.xlv.nu.ij.
23 † vnde Accurſ.in l.oĩs diffinitio.ff.de reg.iur.regu-
læ

læ adhærendum monet, quemadmodum Bononienſes Carrotio, & ibi Barto. Alberic. Deci. & Cagnol. nu.xxxiij.& Deci.l.j.ff.eod.titu. & Innocen.c.præterea, de dilatio.in fin.uerſic. cùm iniuſta cauſa exprimitur in citatione. & Barto. l. ij. ff. ſi quis in ius uocat.non ier.ubi Ange.& Caſtren.cum aliis adductis à Decio & Cagnol.in dicta l.omnis. concludũt illum ipſum, qui regulæ authoritate nititur, rem claram & cauſam probabilem habere cenſeri, & iuris præſumptione ueram.

Quæ ſanè concluſio quoque procedit, tametſi perſonæ ſingulari iure aliàs utentes ſub ipſius regulæ cenſura comprehendantur. l. in fraudem. ff. de milit.reſtam.in fi.ubi Bal.& Deci.d.l.j.ff.de reg.iur. nu.ix.& l.ij.C.vnde liberi, & c.conſuluit, il j.de appellatio.& conſ.v.in princ.vnde, cùm filij ipſi primi gradus ab huius ipſius regulæ nexu excepti non uideantur, conſultius exiſtimari debet, eos ſub regulæ
24 diſpoſitione comprehenſos intelligi. † Singularis enim iuris allegatio, miſerorum refugium exiſtimari ſolet.d.l. filium quem habentem. in uerbo hæreditaria, ubi Glo. uerſ.ſed reſponde ſecũdum quoſdã, Bar. Bal. Caſtr.& Iaſ.& Deci.conſi.v.nu.ij. uerſ. ſed tamen his non obſtantibus.

Secundò ſententiam eandem probabat Cuma.d.l. coheredi.§.eùm filiæ.nu.iiij.uerſic.uidetur quòd illa lex iubemus, eamq́ue ab effectu ſeu virtute correctionis probari contendebat, ueteris enim iuris inſpecta diſpoſitione quadrantis huius diſpoſitionem teſtator ipſe prohibere nõ poterat.l.Titia, & l.quod de bonis.§.j.ff.ad leg.Falcid. At, cùm aliter conſtitutio Iuſtiniani diſponat.d.§.ſi uerò expreſsim, & d. §.ſed cùm teſtator, iam ſequitur, ut conceſſa facultate prohibendi deductionem totius, multò fortius illam ipſam diminuendi data poteſtas intelligatur: putà, ut fructus in ea imputentur. adducit tex.in nõ abſimili caſu in l.qui plures.ff.de vulg.& pupil. la ij. in prin.qui poteſt ſubſtituere uſq; ad xiiij. annum, etiam ad decimũ id ipſum facere poſſe intelligitur, & l.uideamus. ff. de in lit.iurand.§. iurare autem in infinitum, uerſ.an igitur is.ubi legiſlator reſpondit, cuius arbitrio remiſſum eſt iuramentum, ipſum deferre eũdem, & taxationem illi adiicere poſſe. quam quidem ſententiam ſequi uidetur Alex.in d.l. Marcellus, nu.ix.uerſ.addo quòd mihi plus placet opin. Cini, qui in d.l.iubemus, illius diſpoſitionem correctam eſſe cenſuit.& Cuma. in d.l. in fideicommiſſaria, in princip. quare ſtante hoc fundamento fruſtrà
25 quis oppoſitum contenderet, † quoniam eo ſublato qualitas omnis ei accedẽs corruit.l.j.ij. & iij.ff. de pecul.leg.c.ſi ſuper gratia, de reſcript.in vj. & l.cùm
26 principalis, ubi Dec.ff.de reg.iur.† & in ſpecie iuris ipſius abrogati allegatio obeſſe ſolet.§. hunc igitur. j.conſt.Cod. ubi Alb.Bal.& Caſtr.& Bar.d.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in fi.& Barto.l.fin.ff.de falſ. Bur.Abb.Barb.Felin.Deci.nume.xx.& Bero.nu.xx. d.c.j.de conſtit.

Tertiò demus Zenonis ipſius conſtitutionem adhuc uigere, qua cauit in d.l.iubemus. C.ad Senatuſconſ.Treb.filios primi gradus à patre rogatos reſtituere etc. modis omnibus retenta quarta pro authoritate Trebelliani, non per imputationem redituum (licèt hoc teſtator rogauerit uel iuſſerit) ſed in ipſis rebus hæreditariis dodrantem ipſum reſtitui. ſanè, cùm nullum uerbum prolatum ibi uideatur, quòd huius quadrantis deductio prohiberi non poſ-
27 ſit, † ſequitur ex ſeparatis non rite inferri, l. Papinianus exuli. ff. de minorib. & l. naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquir. poſſeſſ. & l.inter.§.ſacram, ff.de uerb.obliga.in fin.ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt; quod quidem argumentum ex mente Cini elici poteſt in d.l.iubemus, in j.oppoſitione; ueteri enim iure quadrãtis huius deductio prohiberi non poterat. d.l.quod de bonis.§.j.& d.l.à Titio ff.ad leg. Falcid. & tamen eo iure conſtitutum erat, fructus in huiuſmodi in quarta computari.d.l.in fideicõmiſſaria. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.ubi Imol.& Alexan.poſt ueteres omnes aduertunt.vnde non rite concludi uidetur, ut lex prohibens diminutionem per fructuum imputationem, totius quoque deductionem prohibere cenſeatur; quia olim teſtator quadrantis huius detractionem non prohibebat; & tamen in eo fructus computabantur: quod Alexan.docuit in dict.l. Marcellus, nume.ix.& Soci.ibidem nu.xiij. uerſi. ex quo datur intelligi, concludit, fructuum ipſorum imputationem olim legis authoritate fieri, non hominis facultate. Ex quibus infert concluſionem, ut etiam hodie Trebellianica in filiis primi gradus prohiberi poſsit: ut ibi per eum. ad quod Gozadi. apertè reſpondet in d. cõſi. quadrageſimoquinto, nume.xxij. quoniam, ut Soci. poſt Alexand. in d.l. Marcellus, concludit, correctoriæ legis uirtus extrà terminos eius extendi non debeat.d.l.præcipimus. & auth.quas actiones.C.de ſacroſ. Eccleſ. ubi Iaſ.poſt ueteres omnes.

Quartò ſaltem in huiuſmodi caſibus, in quibus ſecundum receptam concluſionem filius ipſe reſtituere rogatus duas quartas deducere poteſt.d.c.Rainaldus.d.c.Rainutius.& d.c.ſi pater, cum aliis ſuperius adductis, ſententiam huiuſmodi probare debemus; quia, ſi Zenonis ipſius conſtitutio.d.l.iubemus. ſingularis iuris diſpoſitionem continet, in caſu tantùm ſuo locum habere debet; quia ſingularis iuris legitima hoc dictat interpretatio.l. quod uerò. ff. de legib.l.j.§.planè ex his.ff.de conſtit.Princi. conſtituit enim Zeno, ut modis omnibus retenta quarta pro Senatuſconſulti Trebelliani authoritate, non per imputationem redituum, (licèt hoc rogauerit teſtator uel iuſſerit) ſed in ipſis rebus hæreditariis dodrantem ipſum reſtitui; vnde conſtat, ſingularis iuris conceſsionem eo tantùm caſu procedere intelligi, quo quadrans ipſe retinetur, nõ autem quo ſemis; quia uerba repugnant.l.iiij.§.toties. ff.de dã. infect.ubi Bart.& §.hæreditas.inſtit. de hæred. inſti.
28 † quare, cùm iuris ſingularis conditio extra terminos ſuos protendi non debeat, putà, ſi perſonæ facta proponitur, illam non egreditur.d.l.prima. §. planè ex his. & l. fina.eod.titu. de conſtit.Princip. & §.ſed quod Principi.inſtit.de iure om.gent. & ciuil.& l. maritum.& l.quia perſonale.ff. ſolut. matrimo. ubi Alexand.& l.cùm patronus, in fi.de leg. ij.ſiue rei ſiue cauſæ facta ſit, illam egredi non ſolet.l.in o͞bus cauſis, & l.priuilegia quædã.ff.de reg.iur.ubi Dec.& c.ij.de auth.& uſu pall. quare priuilegium hoc filiis

ipſis datũ, cùm dodrans reſtitui debet, ad caſum nõ poteſt extẽdi, in quo ille ſemiſſem deducere poteſt. arg.l.forma.§.quenquã.ff.de cenſi.& d.l.quod uerò.ff.de legib.& l.j.§.permittitur.ff.de aq.quoti. & æſt. & Deci.d.l.in omnibus cauſis. Bald.in d.l.iubemus, in prima oppoſitione,& d.auth.res quæ. C.commu. de legat.nu.vj.uerſ.ergo non eſt grauatus ultra quadrantem. & Paul.etiam Caſtr. indiſtinctè concludit in d.l.quod de bonis, nu.iiij.uerſi, ego intelligo illã l.in terminis. diſpoſitionem conſtitutionis ipſius Zenonis locum habere, quando fideicommiſſum purè ab ipſis primi gradus filiis relictum ſit, ſecus ſi ſub conditione: quo caſu grauatus filius ſemiſſem deducere ſolet: & legiſlator ibi quartæ deducendæ facultatem tribuat ex rebus hæreditariis, cùm dodrans reſtituendus ſit. & Bald. ſibi repugnat in d. l. quoniam in prioribus, nu.vij. uerſ. modò quæritur. ubi quærit, an pater poſsit diſponere, ne filius detrahat duas quartas? & pro ratione dubitandi ſubiicit uideri quòd non; quia nullum onus deductioni legitimæ adiicere poſsit, ut legiſlator ibi diſponit: ſubiicit tamen Dinum & Bartholomæum de Pratia oppoſitum cenſuiſſe, eo exemplo, cùm pater, inſtituo, inquit, filium meum hæredem, & ſi ſine filiis deceſſerit, uolo quòd hæreditas reſtituat Titio, eã lege, ut in debitum iure naturæ computetur Trebellianica: ſubiicit Bald. quòd hoc caſu uerum debitum minuitur; inferendo multò magis id concludẽdum in eo, quod non eſt ita debitum. argum.l.Lucius.§.maritus.ff.ad Senatuſconſul.Trebel.& l.ſi debitor.ff.ad legem Falcid.ubi Nico. de Matarel.idem notat: & inquit Bald.præfatos Doctores ita dixiſſe. & idem Paulus Caſtren.in l.mulier.§.cùm proponeretur.ff.ad Senatuſconſul.Trebell.nume.vj. uerſicu. dico etiam quòd illa lex eo pacto interpretatur d. l. iubemus, ut locum ſibi uendicet, cùm vna tantùm quarta deduci debet: ſubiiciens hoc non reperiri ab aliquo dictum: & aliàs eum ex facto reſpondiſſe; & multis placuiſſe, licèt anceps fuerit, quoniam ſententiæ illius authorem nullum haberet. & Alexã.ſequi uidetur in d.l.Marcellus,in princ.uerſic. & iſtud facit ad id,nume.ix.& in prima additione Bal.in d.l. iubemus,uerſic.pro limitatione huius legis. & Corſet.Siculus in tractatu de Trebelliani.§.j.num.iij.& nume.x.plures adducit ſententiam huiuſmodi probantes.

Quintò, ſi contingat patrem ſub hac conceptione filium inſtituere, ut ſi ſine filiis deceſſerit,tali reſtituat, ita ut in quartam Trebellianicam legitimã ipſam imputet, ſanè vnam tãtùm quartam detrahet; quemadmodum cùm uxorem inſtituit ſub conditione ſi ſine filiis deceſſerit, ut reſtituat, ſi expreſsè cauerit, quartam Trebellianicam cum dote data cõpenſari, aliàs utrunque retinet. caſus eſt in l.Lucius. §.maritus.ff.ad Senatuſconſul.Trebel.in uerbo ſenſiſſe, ubi Dinus, Rainerius, Nicolaus de Matarell. & Alberic.uerſicu.facit iſte.§.ad id quod fuit quæſitum à Dino.& in fin.uerſic.ad tollendum omne dubium.& Bald.refert, & ſimpliciter tranſit in dict. l. quoniam in prioribus,nume.vij.uerſic. modò quæritur. & Cuma. & Imol. In d.l.Lucius.§. maritus. & Corſet.in d.§.j. & Gozadi.dict.conſi.xlv.nume.xxj. in primo, quocircà concludendum uidetur, ueriorem eſſe ſententiam legiſlatoris Iuſtiniani & diſpoſitionem in d.§.ſi uerò expreſsim, & d.auth.ſed cùm teſtator.C.ad legem Falcid.ubi cauit,teſtatorem ipſum quadrantis deductionem Senatuſconſulti Trebelliani authoritate expreſsim prohibere poſſe, locũ quoq; ſibi uendicare, ſi cõtingat patrem hoc ipſum iubere in filiis primi gradus ſub conditione ſi ſine filiis deceſſerint,reſtituere rogatis.

19 Quam † quidem ſententiam plures docendo, ut ſuperius adduxi, ſecuti fuerunt, & Corſet. Sicul.in d.tract.de Trebellian.§.j.nu.iij.& x. ſententiam huiuſmodi tuetur, & magis communem & ueriorem teſtatur.

Et ex facto reſpondendo probabiliorem atteſtati fuerunt non inferioris claſsis Docto. Bal.conſi.cccxlix. num.iij.& nu.v.in ſexto,ubi diſputationem admodùm diſputabilem cenſuit.& Angel.conſil.cxxv. nume.iiij.uerſicu. ſimile credo, concludit eo quoq; caſu quadrantis huius detractionem prohibitam intelligi, quo pater iuſsit filium totam & integram hęreditatem reſtituere.l.decem, in fin.ff. de fideicommiſs.libertat.& Caſtren.conſ.xc.& clxij.incip.Quia dubia. & Cuma.conſi.xxv.uerſic.tùm & uerius,cõcludit in terminis d.l.iubemus, quartam nõ detrahi contra prohibitionem teſtatoris. & Corn.conſi.xxij. In hac, in ſecundo nolu. litera Q. corrigere uidetur,quod in dict.l.iubemus, cum Baldo cenſuit,& Alexand.conſ.lxvij.in primo, nume.iij. uerſic.accedit quia fortior, concludit, ſententiam hanc magis communem eſſe, ut pater etiam filiis primi gradus deductionem hanc prohibere poſsit, & conſil. xxix.nu.iij.uerſic. & poteſt pater, ubi ſequitur Dinum,Rainerium & Albericum, Raphaëlem & Imolam in d.§.maritus,& Nicolaum de Neapoli in d.l.ſi debitor,in princ.per illum text.ff. ad legem Falcidi, & interpretatur d.l.iubemus,ut locum habeat, cùm quarta tantùm deducitur, in uerbo Dodrans. uel ſecundum Cinum,ut correcta ſit. & Curt. conſi.lxxj. nume.xvj.& conſi.lxxiij. nume.xxvj. teſtatur communem eſſe ſententiam, ut Trebellianica etiam in codicillis prohiberi poſsit; & Areti. conſil.xij.col. ultima.& idem Curtius iun.in conſi.lij. incip.Circa teſtamentum, colum.penul.in princi. concludit, ꝙ filij primi gradus hodie computabũt fructus in Trebellianicam ſecundum regulas iuris antiqui. d. l. in fideicommiſſaria, & Iaſ.conſ.ccxxxj.in ſecundo,nu. ij.uerſi.nec obſtat d. l. iubemus, probat Caſtrenſis interpretationem, quòd filius ex ea ſingulari iure nitatur, cùm vnam tantùm detrahit quartam, & Rui.conſi.clxxiij.nume.xxj.in ſecundo, ſententiam hanc magis communem teſtatur. & idem conſ.xxxvij.nume.xv. Cini ſententiam probat ſimpliciter cõtra Bal.& Salic. in j.uol. & Steph. Bertran.conſ.clij. nu.xij.in j. ſecutus Corſetum in tracta. de regia poteſt.q.lxxiij. hanc ſententiam magis cõem fatetur. & conſi.cxxx. in tertio, nume.v. Cini & Corſeti opinionem receptiorem affirmat.& Pariſ.conſi.cxxxvj. nume.xxxvi.& xxxvij.in j.eandem ſententiam tueri uidetur, & Alexand.Rube.conſi.xliij.nu.vij. uerſic. circa tertium, hanc ipſam ſententiam communem atteſtatur: ſubijciens,Decium hallucinari,dum oppoſitum

poſitum

poſitum cenſuit in conſi.lxxxi. Quia inquit, illum
minus diligenter Doctores annumeraſſe : addendo
pro hac parte Herculanum & Fabianum de Monte
in d.l.io quartam.ff.ad leg.Falcid.Idem Gozad. di-
ſputando cenſuit d.conſ.xlv.nu.xxj.uerſ. his tamen
non obſtantibus.uſq; in fi.ubi conatur rationes op-
30 poſitum ſuadentes omninò refellere.† & Grat. Bo-
nonien. conſi.ciij.in ij.nu.xiiij. & xv. concludit, fi-
lium qui iuſſus eſt à patre reſtituere totam & inte-
gram hęreditatem,& pleno iure,quartam hanc Tre-
bellianicam deducere non poſſe, ne aliàs diſpoſitio
illa geminata ſuperflua redderetur : quod perabſur-
dum eſt.Bartol.l.ſed & ſi quis.§.queſitum.ff.ſi quis
cautio.& Bal. in c. j.§. prętereà, de lege Corrad. in
uſib.feud.& Iaſ.in l.qui Romę.§.duo fratres,nu.xx-
ix.de uerb.obligati. & ſacra Romana Rota huic ipſi
ſententię acquieſcere uidetur,ut teſtatur Caſsiodo-
rus deciſ.iiij.tit.de teſtam.Cùm enim anno Domini
1514.coram eo diſcuteretur,utrum poſſet pater pri-
mi gradus filiis quadrantis huius deductionem ꝓ-
hibere,refert uarias fuiſſe Dominorum opiniones,
licèt maior pars inclinaret in affirmatiuam: ſub-
iicit tamen partium conſenſu cauſam ipſam fuiſſe
finitam.

Ex quibus omninò diiudicandum uideretur,Ma-
gnificum D.Alfonſum ab ipſo Magnifico Comite
Mamphredo filio & hærede Magnifici & Excellen-
tis domini Federici teſtatoris hæredem inſtitutum
ius nullum habere quadrantem deducendi ipſius Se-
natusconſulti authoritate : quippè quòd magnificus
ipſe teſtator & pater prohibere potuerit , ut ex ſu-
pradictis plenè demonſtratum uidetur, & quemad-
modum inferius etiam oſtendetur,eundem prorſus
hoc ipſum uoluiſſe: unde actus conſummatus in-
telligi debeat.l.j.§.uſus.ff.de procuratorib. ubi Bal.
aduertit,& l.pater Seuerinā.ff.de condi.& demonſt.
& l.nepos Proculo,ff.de uerbo.ſignif. & c. pruden-
tiam.§.ſi pluribus,de offic.deleg.ubi Doct.colligūt,
in humanis actibus conficiendis uoluntatem & po-
teſtatem debere concurrere.

Cæterùm his & eiuſmodi non obſtantibus, indi-
ſtinctè uerius diiudicandum cenſeo, patrem ipſum
nullo pacto prohibere poſſe , quin filius ipſe ſi ſine
filiis deceſſerit,reſtituere rogatus, Senatusconſ.Tre-
belliani authoritate quadrātem huiuſmodi deduce-
re ualeat : & iccircò in propoſito caſu ipſi Magnifi-
co domino Alfonſo ex perſona Comitis Mamphre-
di, primi gradus filij ipſius D.teſtatoris ius compe-
tit quartam hanc deducendi,quam uulgo Trebellia-
nicam appellamus.Quam quidem concluſionem ra-
tionibus,iuribus, & ueterum ac recentiorum autho
ritatibus ueriorem nec non & æquiorem atque re-
ceptiorem eſſe probabo.

Et primò,ſi perſonarum ipſarum,inter quas ne-
gotium pertractatur,conditionem intueamur:diſpo-
nentis enim perſona pater eſt,& ad cuius commodū
31 concluſio tendit,filius eſt 1 † quarum coniunctione
nulla arctior excogitari poteſt.l.fin.C. de impub. &
ali.ſubſtit.in fin.ibi,cùm natura pater & filius eadē
eſſe perſona penè intelligantur.Gloſ.in uerbo eſſe.
32 Barto. Albe.Bald.& Iaſ.aduertunt. † unde naturali
ratione monitus legiſlator parentes ipſos compel-
lit,ut filios ipſos alant.d.l.i.§.ius naturale.ff.de iuſt.
& iur.ibi,educatio.& c.ius naturale,diſt. i.& l.ſi qs
à liberis.ff.de liber.agnoſcen. l.i.& ij.C.de alen.lib.
33 † quam concluſionem Pontificia æquitas ad ipſos
quoque ſpurios extendit.d.c.cùm haberet , de eo
qui dux.quam per adul.pol.ubi omnes aduertunt,
& in c.non ſatis.lxxvj.diſt. Quo nomine & certam
bonorum portionem eiſdem relinquendam legiſla-
tor ſtatuit.d.l.Papinianus.§.quarta.ff.de innoffi. te-
ſtam.& §.meminiſſe, ubi Glo.Barto.Albe.& Caſtr.
& in auth.de trien.& ſemiſſ.in princ.& auth.nouiſ-
ſimè.C.de innoffi.teſtam.ubi Iaſ.poſt ueteres & So-
cin.docuit conſi.cl.nu.xx.io j. uerſi. tamen in con-
34 trarium.† Quare,cùm uiuente patre filius ipſe quaſi
dominus exiſtimetur.l. in ſuis.ff.de liber. & poſthu.
35 † ſtatuit legiſlator illum ipſum neceſſariò in pater-
no teſtamento hæredem inſtituendum.l.inter cęte-
ra.ff.de libe.& poſthu.ibi,neceſſariò,ne aliàs patris
elogium nullum eſſet.in auth.ut cùm de appell. co-
36 gnoſc.† unde Diuus Paulus ad Rom.c.v.concludit,
Si filius ergo hęres. & c.quicūq;. xvii.q.iiij.& auth.
ſi qua.C.de ſacroſ.Eccleſ.& c.ſi qua,xix.q. iii.& l.ſi
filius.ff.de libe.& poſthu.& Soc.conſil.xxiii.nu.xx.
& d.conſi.cl. nu.xliii. in j. ob quam quidem naturę
coniunctionem indiſſolubilem legiſlator ipſe à re-
gulis iuris deflectens ueluti leſbia norma plura ſin-
gularia iura conſtituit.l.patris & filii.ff.de uulga.&
pupil.& d.l.fin.C.de impub.& l.ſi filius qui patri.ff.
de uulg.& pupill.ubi Barto.Ang.Caſt.Alcia. plures
ſuitatis effectus aduertunt,& prodiit Galli Cōſiliū ,
ne aliàs coniunctionis huius non habita rōne elogia
paterna corruerent.l.Gallus.ff.de libe.& poſthu.ubi
Barto.Alexand.Soc.Iaſ.Ruio.Galiaula,& Salamo-
nius uarias pertractant pertinentes huc concluſio-
nes.& l.poſthumorum. & l.filio pręterito. ff. de in-
37 inſt.& irrito teſtam.† Item legiſlator interpretatur
parentes ipſos in filiorum dedecore atq; dolore ma-
gis quàm in proprio deterreri.l.iſti quidem in fine.
ff.de eo quod met.cau.& l.ſi furioſo. ff.de curat. fu-
rio.& l.i.C.eo& e.adferte de pręſump. ubi , in filii
pœna contremiſcit pater , & ciuilem potius quàm
naturalem illius orbitatem eligit.& eadem ratione
quamuis eatenus diſpoſitum intelligatur , quatenus
uerba exprimunt.l.quidam cùm filium.ff.de hæred.
inſtit.ubi Bal.& Imol.l.ſi repetendi.C.de condi. ob
38 cau.† & iccircò ſiue in contractibus ſiue in ultimis
uolūtatibus caſus omiſſus pro omiſſo haberi debeat.
l.ſi extraneus.ff.de cond.ob cau.& l.ſi quandoq;. ff.
ſol.mat.& l.commodiſsimè.ff.de liber.& poſth.& l.
j.C.de caduc.tollen.§.ſin autem ad deficientis. d. l.
Gallus.§.quidam rectè,ibi,qui ex uerbis cócipi po-
teſt.ubi aduertit Bal.& idem in d.c.ſecundò requi-
ris , il ii.de appellati.& plures adducit Dec.in conſ.
lxxxix.nu.ii.& ccccłxxvii.nu.iiii.

39 Iure † tamen ſingulari ob tàm arctam conſuetu-
dinem,& pietatis coniecturam in filiis aliud Papi-
nianus ipſe reſpondit, nempè fideicommiſsi condi-
tionē ipſi nepoti iniuncti defeciſſe intelligi, eo qui-
dem ſuſceptis filiis obeunte : quòd minus ſcriptum
& plus intellectum eſſet.l.cùm auus.ff.de conditi.&
demonſtr.cuius reſponſi ęquitatē ad ulterioris gra-
dus deſcendentes Iuſtinianus ipſe extendit. l. cùm
acutiſ-

acutiſsimi.C.de fideicō.ubi Bal.Fulg.Ang.& Corn.
num.i.ne teſtator uideatur alienam ſobolem prætu-
liſſe. hinc deciſions illius ratio profecta exiſtima-
tur,ut alteri pręter regulas iuris utiliter quis ſtipule-
tur.§.ei uerò qui,inſti.de inutilib.ſtipulatio.ibi, uox
tua tanquàm filii ſit. Glo.in uerbo filii.& in d.l.pa-
tris & filii.ff.de uulga.& pupilla.& Docto.in l.inter
ſtipulantem.§.alteri.ff.de uerb.oblig.
40 Item † hoc,eodem ſingulari iure non ineptè plu-
res cēſuerunt,ab obitu patris quemadmodum libera
bonorum paternorum adminiſtratio in filios tran-
ſit,& poſſeſsionem quoque ipſam ſine naturali ap-
prehenſione tranſijſſe intelligi.Glo.Alcia. poſt ue-
teres in d.l.in ſuis,& in l. cùm hęredes. ff. de aquir.
poſſeſſ.Quamobrem & huius quoque naturalis con-
iunctionis contemplatione ſententia hæc ratio-
ne non caret,ut pater ipſe filium reſtitutionis oneri
obſtringens ſub conditione ſi ſine filiis etc. quadran
tis huius deductionem prohibere nequeat,quæ cui-
cunque extraneo competit,aliàs filius inferioris cō-
ditionis eſſet: quod iuris rationi repugnat. ff. & C.
ad Senatuſc.Treb.& d.l.in ſuis.& §.ſui,inſtit.de hę-
red.qualit.& differ.
Secundò ſcriptę legis authoritate cōcluſionē hu-
iuſmodi indubitatam eſſe oſtendo.ſanait enim Zeno
Imperator in d. l. iubemus. C.ad Senatuſc.Trebell.
quoties filius uel nepos grauatur de reſtituenda hæ-
reditate ab ipſo parente modis omnibus retēta quar
ta pro authoritate Senatuſconſulti Trebelliani, non
per imputationem redditnum,licèt hoc teſtator ro-
gauerit, uel iuſſerit, ſed in ipſis rebus hęreditariis,
dodrantem ipſum reſtitui: cùm ergo poſterior hæc
Zenonis Conſtitutio ueteris legis diſpoſitionem
corrigat,qua cautū erat,ut fructus percepti in qua-
drantem huiuſmodi imputarentur.d.l.in fideicom-
miſſaria.ff.ad Senatuſconſ.Trebell.conſequens eſt,
manifeſtam colligi legiſlatoris ipſius mentem, ut
quemadmodum hanc integram quartam uoluit om-
ninò ab ipſo filio ea rebus hæreditariis, multò for-
tius eundem uoluiſſe, illam ipſam non poſſe prohi-
41 bitionis ipſius uirtute prorſus auferri.†dictio enim
illa,omnibus modis, præciſam hanc interpretationē
ſuadet,quemadmodum ſi lex per uerbum omninò,
ſeu penitus,uel omnimodò concepta proponeretur.
l.græce.§. illud.ff.de fideiuſ. ubi Gloſſ. Bartol. Al-
beric. & Io.ab Imo.plures adducunt.legitimè enim
42 hoc pacto concludi ſolet,† cui minora conficiendi,
facultas denegatur, eidē multò fortius maiorē exe-
quēdi denegatā ptātem intelligi.quemadmodum &
qui ardua magis conficere pōt, multò fortius q̄ ſunt
minora eundē perficere poſſe. l.uideamus. §. iurare
autem in infinitum. ff. de in lit. iurand. concludit
Vlpianus,qui poteſt iuramentum deferre, eundem
taxationem eidem adiicere poſſe.& in d. l.in ſuis. ff.
de libe.& poſth.ibi,quos occidere,eoſdem & exhæ-
redare licebat.& in l.nec ea.ff.ad leg. Iul. de adult.
interpretatur Papinianus facultatem datam à lege
Iulia occidendi adulterum,multò fortius procede-
re,ſi deprehendens illum contumeliis afficiat. & c.p
uenerabilē,in prin.qui fil.ſint legit.conſtituit Pōtifi
cia ſedes facultatē diſpēſandi in ſpiritualibus habētę
multò liberius in temporalibus exercere poſſe. ubi
Gloſſ.in uerbo minori.& c.ex parte,il iij.de decim.
ubi Glo.in uerbo conceditur.quod pro regula con-
ſtitutum eſt ab utriuſque cenſuræ legiſlatore. l.non
debet cui.ff.de reg.iur.ubi Deci.& Cagno. egregiè
declarant,& c.cui quod plus,eo. tit. in vj.ubi Din.
Alberic.Ancha.& Moder.
43 Item † e conuerſò rite concludi exiſtimatur, cui
quod eſt minus interdicitur, maius multò facilius
prohibitum eēſeri.caſus eſt in l.relegatorum. §.po-
teſt alicui.ff.interdic.& relega.Nam prohibitus mi-
nores honores petere ad maiores aſpirare longè mi-
nus conſtituitur.& c.cùm illorum, de ſent. excom.
§. primos,ibi,quibus minora prohibita ſunt, multò
magis maiora interdicta exiſtimantur.& l.qui indi-
gnus.ff.de Senator.& Glo. in d. c.per uenerabilem
& d.c.ex parte,ubi Hoſtien.Butr.& Abb.plura exē-
pla adducunt.
44 Quocircà † non inſulsè Accurſ.in d.l.iubemus,in
uerbo hæreditariis, ſingulari iure indultum cēſuit,
ut filii primi gradus non teneantur fructus perce-
ptos in Trebellianicā imputare;unde idē multò for-
tius reſpectu deductionis totius quadrantis prohi-
bendæ, idem innuere uidetur.& Bald.ipſe emunctę
naris uir hanc ipſam interpretationem expreſsè pro-
bauit in d.l.iubemus,nu.ii.uerſ.nota q̄ teſtōr nō po
teſt diminuere trebellianicam iubendo fructus in ea
computari:unde multò minus concludit illum om-
ninò eam prohibere poſſe.& nu.viii.adducit in ar-
gumentum d.l.uideamus.& idem Bald. in d. l.quod
de bonis.§.quod,uerſ.pono.ff.ad leg. Falcid. & d.l.
in fideicommiſſaria.ff.ad Senatuſconſ.Trebell. ean-
dem ſententiam ſequi uidetur.& Barto. in fin.uerſi.
nota ergo.hunc finem ſingularis iuris diſpoſitionem
ad commodum filiorum introductum tradit.& Bal.
uerſi.fallit in liberis primi gradus.& Salicet. num.i.
uerſic.ſupple textum,concludit diſpoſitionem d.au-
thenticę ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid.non pro-
cedere in liberis primi gradus, quibus pater ipſe
quadrantis huius deductionem prohibere nequeat.
& Caſtr.ibi nu.i.& iij.concluſionem hanc uerā cen-
ſuit ſiue filius rogatus ſit reſtituere filio, ſiue fratri,
ſiue extraneis, ſiue unam deducat quartā, ſiue duas,
putà,quia ſub conditione grauatus ſit.Glo.& Doct.
d.l.quanquam.C.ad leg.Falc.cum aliis ſuperius ad-
ductis,ut ſemper filius hoc iure ſingulari utatur, ne
fructus in quartam imputentur; ergo, ut concludit
Bald.ut ei deductio huiuſmodi prohiberi nequeat;
45 † & communem hanc ſententiam atteſtatur.& Cor.
ibi nu.i.uerſ.& hoc uidetur uerius, hanc ipſam ſen-
tentiam ueriorem interpretatur.& Rom.in d.l.Mar-
cellus.in §.quod autem, in fi.ſecundum hanc ſentē-
tiam quam probat, Florentię iudicatum fuiſſe teſta
tur,& in §.res quæ, eadem.l.concludit legitimā ip-
ſam naturali iure filiis deberi, Trebellianicam antē
ciuili cuius deductionem pater prohibere non poſ-
ſit.& Claudius in d.l.Marcellus,nu.x.uerſi.& iſtam
puto ueriorem.& Iaſ.nu.xlviii.& nu.liii.uerſic.hanc
ſententiam, huiuſmodi communem teſtatur,quòd in
filiis primi gradus Trebellianica non poſsit à patre
prohiberi.& Soc.in tract.regular.regu. ccccxxxii.in
prima fallentia,licèt in d.l.Marcellus,diſſentire ui-
deatur,& Ripa.l.nemo poteſt.ff.de lega.i.nu.lii.liii.
uerſi.

uerſi.nnnquid procedat in filils primi gradus.& ver-
ſic.& tenẽdo quòd . & Crot.ibi col. xi.& Alci.idem
cenſuerunt. & Anron. de Prato ueteri in repetione
d.l.inbemus,& l.io quartam.col.cxxxiiij.in fin.uerſ.
fallit in patre.& Cato Saecus in d.l.iubemus,uerſ. an
autem hæc. & eandem ſententiam tanquàm uerioré
& magis communem fatetur Beroius & legendo &
conſulendo ſemper ſequutum fuiſſe teſtatur. c.in p̃-
ſeotia,de probatio.nu.ccccxlv.uerſ.ſed pro hac opi-
nione.ubi aſſerit ſeotentiam hanc probari à ſcriptæ
legis authoritate.d.l.iubemus & idem Beroius in d.
c.Rainotius,nu.cl.in Glo.in uerbo legitimam,pon-
derat tex.ibi uerſic.in eo uerò. & c.vt ibi latè per eũ.
Quod Ripa docuit poſt alios ueteres. d.l. in quartã,
nu.clii.Nec dominus Torniellus inficiatur in d. l.in
quartam,nu.lxxi.ubi concludit,fructus oou eſſe im-
putandos in quartam dedocendam à filiis grauatis
tameſi pater iuſſerit , per d.l.iubemus , unde neceſ-
ſariò fateri oporteat,illum ſenſiſſe multò fotius p̃-
hibendi facultatem ipſi parenti denegari, aliàs iuris
rationem tot exemplis ſuperius adductis munitam
46 prorſus deſtrueret.† vnde ſequitur,ſi in pręſenti ca-
ſu contrarium reſpondit,ei tamẽ legẽdo magis cre-
dendum eſſe ; ut cenſuit Barbat. in c. i. col. xiiii. de
conſtitutio.& Pariſ.conſ.ex.col.iii.in fi.in i. & Ma-
ria.iun.conſi.lvj.col.ii.& cõſ.clxviii.col.pen.in tj.&
Aymo de antiquit.temp.nu.lvj.

47 Tertiò † concluſionis huius ueritatem oſtendo:
quia receptiſsima eſt & ueterum & recentiorũ ſen-
tentia , filium ipſum ſub conditione ſi ſine filiis re-
ſtituere rogatum , ſemiſſem retinere poſſe ſaltẽ Põ-
tificiæ legis ioſpecta diſpoſitione.d.c.Rainntius , in
uerbo legitima , ubi Abbas & alii,& d.c.Rainaldus.
48 † quæ quidem in contentione ioris Cęſarei inter-
pretum etiam in foro ciuili cuſtodienda exiſtimatur
Bartol.l.priuilegia.C.de ſacroſ.Eccleſ.Abb. Feli.&
Deci.in d.c.Eccleſia.S.Mariæ,de conſtitutio.Gloſſ.
et Doct.in d.l.quanquàm.C.ad leg.Falci.& d. l.Pa-
pinianus.§.meminiſſe,in uerbo falcidia.ff.de innoff.
teſta.& d.l.in ratione.§.quod uulgò. ff.ad leg. Falc.
49 ubi Alex.plures adducit.legitimam enim portionẽ
iure naturali ei ipſi debitã illicò ab obitu patris qua-
ſi æs quoddã alienum ſibi debitum detrahit. d.l.cùm
ratio. ff.de bon.eor.& l.ſcripto. ff. unde liberi. & §.
primum itaq;.& §.ſi quis aũt,in auth.de hęred.& Fal
cid.unde lex bonorum ſubſidium appellat portionẽ
huiuſmodi.l.ſi totas.C.de inuof.teſtam.ubi Gloſ.in
uerbo auferri.& in §.ſi autem non adimplens , in d.
auth.de hæred.& Falcid.& Guid.Papę.q.ult.nu.iii.
uiuente patre quaſi creditorem huius portionis de-
beri tradidit : unde in quadrantem Senatuſconſulti
aothoritate deducendum non imputatur.arg.d.l.ir-
ritum.C.ad leg.Falcid.detrahit ergo ut filius por-
tionem huiuſmodi,trebellianicam autem ueluti ex-
traneus.Vnde mirum non ſit , ſi illum hoc caſu ſe-
miſſem recipere poſſe, receptiſsimum ſit. d.c. Rai-
naldus,& d.c. ſi pater,cũ aliis ſuperius adductis. cui
concluſioni in uniuerſum à Doctoribus prolatæ lo-
cum eſſe exiſtimari debet etiam in caſu ipſius pro-
50 hibitionis; † ne aliâs Zenonis diſpoſitio ſuperfla eſ-
ſet:quem effectum legiſlator abhorret,naturam imi
tatus, j.Cœli.c.iii.& l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.& j.
conſt.C.§.quibus. idq; aduerſus internam iuris ip-
51 ſius rationem,qua cautum eſt, † extraneum proprio
ſanguini præferendum non eſſe.d.l.cùm acutiſsimi,
in fi.ubi Bald.Fulg.Ang.& Corn.nu.i.& l. ſi pręſ.s.
C.de ſeruit.& aqu. Quamobrem ſiogulari iure ra-
tione naturali atqoe ciuili idipſum ſuadente ad cõ-
modum filiorum, Zenonianæ conſtiiutionis diſpo-
ſitionem inductam hoc pacto interpretari debemus.
Barto.Bal.Fulgoſ.Ange.& Salice. in d. l. iubemus ,
ne aliàs oppoſitum ſeu contrarium effectum produ-
ci fateamur : quod à regulis iuris diſſidet.l.quod fa-
uore.C.de legib.& c.quod gratiam, de reg.iur.in vj.
& l.legats.ff.de adimen.leg.declarat Beroins in d.c.
in præſentia, nu. ccccxlvi.

Ex quibus inconcuſſa probatur concluſio , uerã
eſſe deciſionem,parentem ipſum quadrantis, autho-
ritate Senatuſconſulti Trebelliani deductionem fi-
liis primi gradus etiã expreſsè probibere non poſſe.

Secundum quã conclusionem ex facto tùm à ue-
teribus tùm à recentioribus frequentius reſponſum
extat.Franciſcus de Ramponibus inter conſi. Cald.
cui idem Ioann.Calder.adſtipulatur conſi.xli.tit.de
teſtam.uerſi.ſed contrarium. ubi reſpondit ſpeciale
eſſe in filiis primi gradus.& Bal.conſ.cj.Punctus ta-
lis.nu.i.in ii. concludit. filium in legitima non poſ-
ſe grauari, item nec in Trebellianica. & idem Bald.
conſi.ccclxix.in iii.nu.v.& licèt queſtionem diſpu-
tabilem fateatur,uidetur tamen ſentire nõ poſſe p̃-
hiberi Trebellianicam in filiis primi gradus . & ita
intelligi debet,ne ſibi ſit contrarius.arg. l.nam ad ea
ff.de cond.& dem.& Ioann.de Caſtelliono Epiſco-
pus Vicentinus idem cenſuiſſe uidetur , dum re-
ſpondit etiam ex non confectione inuentarii filiũ
Trebellianica non poſſe priuari, conſ.ccxxix. in iii.
uol.conſiliorum Bald.num.ii.uerſi.in ii. cui & ipſe
Bald.acquieſcit.& Ludouicus Pontanus conſil.cvi.
uerſ. quòd autem expreſsè io filiis primi gradus,cõ-
cludit filium ipſum ſub conditione ſi ſine filiis re-
ſtituere grauatum,duas quartas deducere poſſe,non
obſtãte expreſſa patris ipſius prohibitione ; quia di-
ſpoſitio d.l.iubemus,auferens facultatem , portionẽ
hanc diminuendi,multò magis prohibendi ptãtem,
coi legi pater derogari nõ poſsit. d.l. nemo poteſt ,
de leg.i.& l.cùm quis,ubi Bart.de adminiſtr.tuto.&
c.ſi diligenti,de for.comp.ubi Docto. omnes. Alex.
quoque in conſi.v.in iij.uol.nu.xii.uerſ.ſed propte-
reâ,ſecutus ſolennem Baldi deciſionem in d.l.iube-
mus,fatetur ex facto conſultum aduerſus illam re-
ſpondere noluiſſe , ueluti ueram . & licèt poſtmodũ
uariauerit,ut ſuperius adduxi.d.conſi.xxix.nihilo-
minus in d.conſ.v.maturius loqui uidetur,cùm Bal-
di ſententiam ualde ſolennem & ueram atteſtetur :
52 † & quamuis legendo aliter ſentire quandoq; ſit ui-
ſus,maior tamen ei fides in huiuſmodi pręſertim re-
ſponſo admodum deliberatè edito adhibenda uide-
tur.Pariſ.conſi.xci.In fin.uol.iii.& Maria.iun.conſ.
xxiii.col.iii.in i.& Sylua nupt.fol.ctc.& Cagnol. l.
nemo poteſt.ff.de reg.iur.& Capra conſi.xxxvi.uer-
ſic.ſed his non obſtantibus,omninò cõcludit, teſta-
torem ipſum Trebellianicam expreſsè filiis primi
gradus prohibere nõ poſſe.& poſt multos quos ad-
53 ducit,ueriorem ſententiam teſtatur: † unde & mul-
tò mi-

tò minus tacitè, putà, ſi uerbis uſus fuerit eiuſmodi,
totam, integram, & pleno iure reſtituas. quod com-
muniter teneri concludit, & conſil. lxxxiij. uerſic. ſed
certè hoc non uidetur uerum. & conſi. xcij. uerſic. de
Trebellianica uerò, reſpondit, liberis primi gradus
ius competere, quadrantem huiuſmodi deducēdi ex
rebus hęreditariis, non autem per fructuum impu-
tationem. d. l. iubemus, idem Capra conſil. cxliij. idē
concludere uidetur Ioannes de Anania conſil. xxvi.
incip. Viſo puncto & aliis. uerſ. ſed tamē non credo,
conclusionem hanc ſequi uidetur, ſubiiciens filiū
in ipſa legitima grauari non poſſe. d. l. quoniam in
prioribus. itemque & nec in Trebellianica. d. l. iube-
mus. & Guid. Papæ in conſi. cxl. nu. v. uerſ. ad quar-
tum, concludit ueritatem eſſe, ut pater non poſsit
prohibere deductionem Trebellianicæ filiis primi
gradus. quam ſententiam in practica ſeruari teſtatur
licèt in extraneis ſecus ſit. d. l. iubemus. & idem con-
ſil. cxxii. nu. xii. communem hanc ſentētiam fatetur.
54 & Iaſ. conſi. cviii. nu. ii. uerſ. aut illæ filię, in iiij. † dū
concludit, liberos ulterioris gradus fructus in Tre-
bellianicam imputare, aliud innuere intelligitur, q
ad prioris gradus liberos attinet. & idem clarius cō-
55 ſil. xcix. nu. ii. uerſ. ſed (ut dixi) † ſententiā hanc ma-
gis communem atteſtatur, quam inquit & legendo
& conſulendo ſemper ſecutum fuiſſe. & idem conſi.
cxl. nu. vi. uerſ. item tenendo ſententiam hanc, pro-
bat, ut quadrantis huius deductio primi gradus fi-
liis prohiberi non poſsit. & idē cōſ. cxlvi. nu. vj. in
iiij. communem hanc ſententiā atteſtatur, à qua non
ſit in iudicando recedendum. Vnde, licèt idem in d.
conſi. ccxxxi. in ii. nu. ii. uerſi. nec obſtat, Pauli Ca-
ſtrenſis limitationem ſequatur in d. l. mulier. §. cùm
proponeretur, cum aliis ſuperius adductis: in hoc ta-
men reſponſo poſteriùs edito maior ei fides adhi-
beri debet, tanquàm maturius figenti pedem. Bo-
enim laſſus, ut inquit diuus Hieronymus in proœ-
mio Geneſeos optimè figit pedem. l. pacta nouiſsi-
ma. C. de pact. ubi recentiores. & Stephanus quoq;
Bertrandus conſ. xxiij. nu. lxxi. uerſ. quia certum eſt,
priuilegium hoc ſolis filius primi gradus conceſſum
cenſuit, ut fructus in quartam nō imputent; & ideò
ut multò minus eius deductio illis prohiberi poſsit.
d. l. iubemus, cū aliis ſuperius adductis. Decius quo-
que in d. conſi. lxxxi. nu. iii. uerſ. ſed rectè conſiderā-
ti, hanc ipſam ſententiam ueriorem fatetur & magis
communem, nec non & ęquiorem, cùm faueat filiis,
& in iudicando ſequēdam. & idem cōſ. ccxviij. nu. v.
Baldi ſententiam in d. l. iubemus, ueluti ueriorem
probat. & conſ. ccxxxvi. nu. iiij. in iiij. dubio, ubi cō-
cludit filium ipſum, quicquid ſtatuat pater, duas
quartas detrahere poſſe, ſi grauetur ſi ſine liberis de-
ceſſerit reſtituere. quamuis idem conſi. cccclxxx. nu.
xiii. & xiiij. & conſ. cccccxcvi. nu. xxvi. Caſtrenſis li-
mitationem ſequatur: quę tamen cùm prorſus falſa
ſit, ut inferius oſtendam, eius authoritas negligi po-
teſt. Rui. & ipſe conſi. clxiii. in ii. nu. xiiij. & xv. con-
cludit diſpoſitionem. d. l. iubemus, locum habere ét
cùm filius duas quartas detrahere poteſt, & extraneis
reſtituere grauatur. d. c. Rainaldus, & idem Rui. cō-
ſil. xxi. nu. viii. in iij. clarè concludit, patrem ipſum
quadrantis huius deductionem prohibere nō poſſe,
quemadmodum nec diminuere, cùm poſsit filius ét
extraneis ſub conditione reſtituere grauatus, duas
partes deducere: & ibi deniq; refellit rationes om-
nes, quæ oppoſitum ſuadere poſsint. & idem conſil.
cxxxv. nu. v. uerſ. ſed pręmiſsis non obſtantibus, in
iij. pro hac ſententia egregiè loquitur. & Pariſ. conſ.
j. nu. xix. in ii. uerſ. & primum, magis communē ſen-
tentiam fatetur, filium poſſe detrahere Trebelliani-
cam, quamuis expreſsè pater eum deducere prohi-
buerit. idem Pariſ. conſi. xviij in iii. nu. xxvi. & xxvij.
uerſ. potiſsimùm, concludit prohibitionem huius
deductionis in extraneis procedere, non primi gra-
dus filiis. Gozadi. & ipſe conſi. lxxxi. nu. xv. uerſic.
Quartò quoties, ibi, pręmittendo illam communem
opinionem, quòd filiis primi gradus Trebellianica
prohiberi non poſsit. d. l. iubemus, etiam quādo duæ
quartę ſunt deducendę, ut Bart. docuit d. l. quod de
bonis. & Abb. d. c. Rainutius, & Deci. d. conſil. lxxxi.
quicquid Caſtr. ſenſerit. d. §. cùm proponeretur, ſen-
tentiam hanc prorſus approbat, licèt alibi diſputā-
do diſſenſerit, ut ſuperius monui, rationes tamē iu-
ris efficaciores, illius neglecta authoritate, perpendi
debent. l. illam. C. de collatio. ubi Docto. Rube. Ale-
xandri. conſi. too. uerſic. præmiſsis, in fin. commu-
nem hanc ſententiam atteſtatur, quòd in filiis pri-
mi gradus quadrantis huius deductio prohiberi non
poſsit, & conſ. cxliii. nu vj. uerſ. licèt ſit dubiū, hanc
ſententiam communem teſtatur: unde irridendus ui-
deatur, quòd oppoſitum aſſerat in d. conſi. xliii. nu.
vii. uerſic. circa tertium. & Cur. iun. conſi. lxx. nume.
xvi. uerſic. ſtantibus ſupradictis, hanc quoque ſen-
tentiam magis communem ſcripſit, & conſ. clx. uer-
ſic. ad corroborationem pręmiſſorum, nu. x. idem fa-
tetur. ſubiiciēs nō ſolùm eam magis cōmunem eſſe,
uerùm etiam æquiorem, necnon & ueriorem, cùm
efficaciter probetur in d. l. iubemus.

Item Maria. iun. conſi. cxxxi. nu. lix. in i. hanc ip-
ſam ſententiam in puncto iuris ueriorem eſſe eru-
ditè probat, & communem teſtatur, enumerando
plures ueterum & recentiorum, qui illam ſecuti fue-
runt, quos ſi uidiſſent Rub. Alexandri. in d. conſil.
xliij. nu. vii. & Gozad. in d. conſi. cxxxv. & Picus in
d. l. in quartam, oppoſitum non aſſeruiſſent. Vnde
ſubiicit, authoritatem Accurſii, Bartoli, Baldi, Ioā.
Andr. & Archid. Imolę, Ananiæ, & Bolognini, &
plurium aliorum tenentium Trebellianicam abſo-
lutè non poſſe prohiberi, hanc ſententiam, maximè
in liberis primi gradus, fulcire, unde ab ea in iudi-
cando non recedendum cenſuit, prout Veronæ dif-
finitum fuiſſe teſtatur. & idem conſi. cxxxii. nu. i. in
i. aſſerit, & legendo & ex facto reſpondendo, ſenten-
tiam huiuſmodi ſemper ſecutum fuiſſe, prout con-
ſtat in conſi. cxxxvi. nu. vii. eo. uol. i. & idem Maria.
conſi. xxviii. nu. ii. in ii. eandem ſententiam ſequitur
& communem atteſtatur, & idem conſil. cxii. in iii.
nu. iii. uerſ. item etiam Trabellianica, uerior ē, ęquio
rem, & communem ſententiam atteſtatur. & eos, qui
Cyni, & Cumani opinionem communem eſſe alle-
runt, errare cenſuit. eandem ſententiam ſępius con-
ſulendo dominus Mantua ſequutus fuit, conſi. ciii.
num. ix. & x. ubi teſtatur eam magis communem eſ-
ſe, unde in iudicando ſequendā. idem conſi. clxviii.
nume.

aumc. vii. & ccxcj. nu. xiiij.idem cenſuit. & tandem
Crauetta ipſe huic ſententiæ adſtipulari uidetur cõ-
ſil. 50.in j.num.i.dum concludit filium ipſum reſti-
tuere grauatum duas quartas deducere poſſe : pro
qua ſanè ſententia ſępius deciſum fuiſſe, non ambi-
gitur.Guid.Pap.deciſ. lij. ſecundum ſtylum conclu-
dit,hanc ſententiam ueram exiſtimari, quæ in iudi-
cando ſeruari debeat,ut ſtylus Curię Parlamenti ob-
ſeruat.& idem deciſ.lij.& deciſ.liii.indiſtinctè con-
cludit, filium ſub conditione grauatum,etiam ſi in-
uentarium non conficiat, ſemiſſem deducere poſ-
ſe.d.c.Rainaldus,cum aliis ſuperius adductis. & ſa-
cra Romana Rota in deciſ.Caſsiodori.ii.in tit.de te-
56 ſtam.ſecundum hanc ſententiam decidit,†filios pri-
mi gradus fructus in Trebellianicam non computa-
re, licèt duas quartas detrahant,propter diſpoſitio-
nem d.l.iubemus : unde multò fortius cenſuit,com-
modum huius deductionis in totum illis auferri non
poſſe.d.l.relegatorum,& d.l.qui indignus. ff.de Se-
natorib.cum aliis ſuperius adductis:& colligitur ex
deciſ.tertia eo.tit.ubi decidit Rota etiam hæredem
extraneum ob non confectionem inuentarii Trebel-
lianicam non amittere.& quamuis idem Caſsiod. in
deciſ.iiii.eo.tit.de teſtam.affirmet in propoſito caſu
cùm in Rota diſcuteretur, maiorem partem Domi-
norum,Cyni & Cumani ſententiam ſequi uideri, id
tamen credere difficillimum eſt, cùm ipſius cordis
ſcrutator ſolus Deus ſit.c.nouit ille, de iudi. Prętc-
reà,cùm differat tractatus ab ipſa exequutione. l. ſi
pecuniam.ff.de cond.ob cau.& c.tua nos,de his quę
fiunt à pręl.nu.v.ubi Abb. & cap. cùm aliquibus, de
ſent.& re iud.

Tertiò aſſertio Caſsiodori nihil moueri poteſt,
cùm Rota ipſa non iudicauerit.arg.l.fin.C.ad Sena-
tuſconſ. Syllania. nec uetiſimile eſt eam decretum
huiuſmodi fuiſſe edituram, cùm in d.deciſ. ii.mul-
tis adductis rationibus deciderit,filiis primi gradus
quartam hanc deberi ex rebus hæreditariis, licèt te-
ſtator fructus in ea juſſerit imputari. d.l.iubemus.
unde multò fortius cẽſuit Rota in totum huius por-
tionis deductionem filiis eiuſmodi prohibere non
poſſe,aliàs decretum iuris rationi repugnaret. d.l.q
indignus. ff.de Senatorib.& d.l. relegatorum, cum
aliis ſuperius adductis. quod eruditè docuit Maria.
ipſe iun.in d.conſ.cxxai.& nuper in ciuitate Ferra-
rienſi,necnon & Regienſi ſecundum hanc ſententiã
iudicatum fuit, patrẽ ipſum filiis primi gradus,qua-
drantis huius deductionẽ prohibere non poſſe,quẽ-
admodum & ipſius ſacrę Rotæ Romanę ſenſus legi-
timus fuit in d.deci.ii.de teſtam.apud Caſsiod. arg.
l.nam ad ea.ff.de conditio.& demonſtr.cum aliis ſi-
milibus.

Quibus ſic ſtantibus, colligitur quòd concluſio
hæc uerior ſit, ęquior,& communior:& non obſtant
ſuperius adducta in oppoſitum.

Et primò quòd pro regula cõſtitutum ſit, teſtatorẽ
ipſum quadrantis deductionẽ expreſsè ꝓhibere poſ-
ſe,d.§.ſi uerò expreſsim,& d.auth.ſed cùm teſtator,
ſecundum quam regulam, Cyni & Cumani & aſſe-
clarũ ſententia ueluti generaliter conſtitutam,pater
quoque comprehendatur, etiam reſpectu filii pri-
mi gradus : quoniam regulæ fundamentum maximè
ſolidum ſit.d.l.omnis diffinitio,ubi Gloſ. & Bartol.
& Innoc.d.c.pręterea,cum aliis ſuperius adductis.
Quia reſpondeo, Zenonis conſtitutionem huic ipſi
regulæ derogaſſe.d.l.iubemus, ubi Bal.nu.iii.& alii
ſuperius adducti.nec ratione caret,legiſlatorem ip-
ſum regulam huiuſmodi ſeu normam inflexiſſe: quip
pè quòd naturalis ratio arctiſsimę coniunctionis in-
ter patrem & filium exiſtentis hoc ipſum ſuadet.d.l.
cùm auus,& d.l.cùm acutiſsimi,ubi Bal.& Cor. nu.
i.cũ aliis ſuperius adductis.quod egregiè poſt mul-
tos alios,quos adducit,aduertit Iaſ.in d. conſi.cxlvi.
nu.vi.uerſ.tertiò pro eadem parte bene facit, uolu.
iiii.& Maria.iun.in d.conſil.cxxai uol.i.per totum.
Nec eſt,ut quis legis illius iubemus, diſpoſitionem
euadere poſſe teneat: quia interna iuris ratio oſten-
dit Zenonis legiſlatoris hanc mentem fuiſſe, dum
ſtatuit per fructuum imputationem filium ipſum
quartam huiuſmodi non deducere,ſed ea ipſius hæ-
reditatis ſubſtantia, ut multò fortius prohibuiſſe
intelligatur, parentem totius deductionem prohibe
re non poſſe.d.l.relegatorum,cum aliis ſuperius ad-
ductis,ut egregiè declarat Claudius in d. l. Marcel-
lus,cum aliis ſuperius adductis.

Secundò non obſtat quòd Cynus in d.l.iubemus,
in prima oppoſitione,& Cuma in d.l.cohæredi.§.cũ
filio.nu.iiii.uerſi.uidetur quòd illa lex.& Alex.in d.
l.Marcellus,nu.ia,uerſ.adde quòd mihi plus placet,
cum aliis ſuperius adductis exiſtimauerint, genera-
lem Iuſtiniani conſtitutionem quadrantis huius de-
ductionem prohibendi concedentem in d.§. ſi uerò
expreſsim,& d.auth.ſed cùm teſtator,parentẽ quoq;
57 reſpectu filiorum intelligendum eſſe, † & iccircò Ze
nonis conſtitutionem correctam intelligi. d.l.iube-
mus. Quia reſpondeo,interpretationem hanc pror-
58 ſus inſulſam eſſe,†quippè quòd legum correctio per
quàm ſtrictè interpretanda ſit, vnde de vno caſu ad
alium extendi non ſolet. d.l.præcipimus.d.c.expe-
diat,de elect. in vi. qua ratione quoties lex poſterior
uel vnum effectum producere poteſt,ab anteriori le-
ge interpretatiuam diſtinctionem accipit. caſus eſt
in l.ſed & poſteriores.ff.de legib.& docuit Bar.poſt
Glo.in l.ſciendum,in princ.ff.qui ſatiſd.cog. & in l.
ſi quis ſeruo.C.de furt.& ſeru.corr.uerſ,ego autẽ di-
xi contrarium.& l.ii.ff.de leg.i.& diffuſius in l. om-
nes populi.ff.de iuſt,& iur.ubi Seuerinas & Iaſ.vi.q.
principali.vnde lex Iuſtiniani generaliter loquens,
cùm poſterior ſit, diſtinctionem ab ipſius Zenonis
conſtitutionẽ recipere debet, ut locum non habeat
in filiis primi gradus.
59 Secundò † reſpondeo, eam eſſe ſingularis iuris cõ
ditionem,ut ſuperueniente lege generali non aufe-
ratur. l.de decurionibus.ubi Glo.Bart.& Ang.C.de
ſilent.lib.xii. quibus ſubſcribit Roman. in l.hac con-
ſultiſsima.C.qui teſta.face.poſſ. & plures alii addu-
cti à Iaſone in d.conſi.cxlvi.d.uerſ.tertiò pro eadem
parte. Quare,cùm uigente naturali ratione legiſla-
tor humanus ſingulari iure conceſſerit, filios quartã
ex rebus hęreditariis detrahere, non per fructuũ im
putationem,licèt id pater iuſſerit, & iccircò multò
fortius conſtituiſſe intelligatur totius deductionem
prohiberi non poſſe.d.l.iubemus.& dict.l. qui indi-
gnus,cum aliis ſuperius adductis,cõſequens eſt, ge-
nerali

nerali diſpoſitione in ſpecie factam conceſsionem
ſublatam non intelligi. quam ſolutionem probant
Iaſ.in d.conſi.cxlvi.& Rui.in d. conſi. clxiii. nu. xv.
in ii.& Gozad.d.conſ.lxxxi.nu.v.uerſ.quartò quo-
tics.& Soc.iun.d.cõſ.cxxxi.nu.xxviii.in i.& nu.xlv.
Tertiò,quòd Cyni & Cumani interpetatio uera
60 non ſit, ea ratioue probari poſſe uidetur; † quia nõ
defuerunt, qui Iuſtiniani conſtitutionem in Falci-
dia loquentem, in ipſa Trebellianica non procedere
ſenſerint.Glo.in d.auth.ſed cùm teſtator, & ibi Ia-
cob.Butrig.in Glo.ij.& Bald.in princ. & Gloſ. in l.
ſi ut allegas.C.ad leg.Falcid.& Iacob.Beluiſ.in dict.
auth.de hæred. & ſalcid.§.hinc nobis. q.vj. & Ioan.
Andr.in nouella,& Archid.in c.ſi pater, ſuper Gloſ.
in uerbo Trebellianica,de teſtam.in vi. & Ioan. ab
Imol.& Alex.in d.l.Marcellus,in princ.& Ponta. d.
auth.ſimiliter. in fin.quam ſententiam in puncto iu-
ris ueriorem & ſuſtentabiliorem Iaſ.affirmat.d.cõ-
ſil.cxlvi.nu. iiii.quia de iure Digeſtorum, & C.quar
ta hæc prohiberi non poſsit. l.j.§.idem Neratius.ff.
ad Trebell.& d.l. ſi ut allegas.C.ad leg.Falcid.unde,
cùm lex Iuſtiniani in falcidia loquatur,& tamen ſe-
cundum communem ſententiam uirtute extenſionis
paſsiuæ in ipſa quoque Trebellianica locum habere
intelligatur.Bart.d.l.Marcellus & d. auth. ſed cùm
teſtator,non debet ulterius extendi, ut priuilegium
61 filiis conceſſum etiam auferre dicatur, † quia aliàs
ſingularia multiplicarẽtur,quod à iuris ratione diſ-
ſidet.l.j.C.de dot.promiſſ.legum enim correctiones
per ſubauditos intellectus & multiplicatas extẽſio-
nes induci non debent.Glo.notab.in c.cupientes. §.
quòd ſi per ulginti, de electio.in vj.ubi Archid. Ge-
min.& Franc.& l.ratas.C.de reſcind.uend.ubi Do-
cto.& Iaſ.plures adducit,hanc ipſam ſolutionem ꝓ-
bantes in d.conſil.cxlvi.nume. v. in fin. & probant
Gozadi.& Maria.iun.in conſiliis ſuperius adductis.
Tertiò non urget,quòd Zenonis conſtitutio in d.
l.iubemus loquens in imputatione fructuum, non
cenſeatur diſponere quod ad quadrãtis prohibitio-
nem attinet,tanquam effectus huiuſmodi ſeparatam
naturam habeant; unde ex uno ad alterum non in-
feratur.d.l.inter ſtipulantem.§.ſacram,& l.naturali-
ter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſ.quod in ſpe-
cie Cyn.exiſtimauit.in dict.l.iubemus, in j.oppoſi-
tione.Quia reſpondeo,interpretationem huiuſmodi
à iuris ipſius ratione prorſus alienam cenſeri. nam,
cùm legiſlator ipſe præexiſtente naturalis coniun-
ctionis fundamento exceperit filios primi gra-
dus,ut quartã authoritate Senatuſconſulti ex ſubſtã-
tia paternæ hæreditatis deducere poſsint,non autem
per fructuum imputationem, quis eſt qui uelit exi-
ſtimare hanc eiuſdem legiſlatoris mentem non fuiſ-
ſe,ut conſtituere uoluerit totius quartæ deductiunẽ
illis ipſis prohiberi non poſſe? dict.l.uideamus, cum
aliis ſuperius adductis.quare, cũ mens legis obliget,
conſequẽs eſt hunc ipſum caſum omiſſum nõ cẽſeri.
l.cũ mulier,la ij.ibi, niſi qs ex mẽte legis.ff.ſol.mat.
& l. nõis & rei.§.uerbum ex legibus.ff.de uerb.ſign.
unde Baldi interpretatio interna iuris ratione mu-
nita potius attendi debet; unde & communis eſt, ut
ſuperius oſtendi.Deci.d.conſi.lxxxi.& Maria. d.cõ-
ſil.cxxxvi.in j.& conſi.cxii.in iii.num.iii. verſi. item
Trebellianicam. cum aliis ſuperius adductis.
62 Quartò † non urget, aliquos exiſtimaſſe diſpoſi-
tionem d.l.iubemus,locum non habere in caſu quo
filius duas quartas detrahere poſsit,putà ſub condi-
tione grauatus.d.c.Rainaldus,quod Paul.Caſt.cen-
ſuit in d.l.mulier.§.cùm proponeretur,& aliis locis
ſuperius adductis,& Iaſ.conſi.ccxxxi.nu.ii.uerſ. nec
obſtat & Deci.d.conſi.cccclxx.nu.xiii.& cccexcvj.
nu.xxvi.& plures alij ſuperius relati. Quia reſpon-
deo huiuſmodi interpretationem iuris rationi pror-
ſus repugnare, quia immo diſpoſitio d.l.iubemus,
locum habere intelligatur,etiam in caſu in quo filius
duas quartas retinere poſsit: quod Barto.docuit in
dict.l.quod de bonis.§.quod auus.ff. ad legem Fal-
cid. & Paul. ipſe Caſtr.à ſe ipſo diſſentiens in d.l.
iubemus,in princ.Bartolo adſtipulatur,aſſerens eius
interpretationem eſſe tutiorem,& Alex.in d.§.quod
auus,idẽ ſentire uidetur,tametſi in d.§.cùm propone
retur,Caſtrẽſi acquieſcere uideatur.Ang.quoq; in d.
cõſ.xxiii. hanc limitationem refellit. & quamuis in
d.l.iubemus,retenta quarta dodrantem ab ipſo filio
reſtitui diſponatur,id tamen intelligendum eſt præ-
ſuppoſitis terminis habilibus, ut fieri ſolet.l.qui te-
ſtamento.ff.de teſtam.& c.primo,de ætat. & qualit.
putà,ut quàmprimùm deceſsit pater, filius portionẽ
legitimam conſequatur.d.l.ſcripto.ff.vnde liberi,&
d.l.Papinianus, cum aliis ſuperius adductis à Pariſio
in conſiliis,de quibus ſuprà memini. deinde ex reſi-
duo hæreditatis deductæ quarta dodrans reſtituitur,
ſecundum legem Zenonis: & ideò declarationem Ca
ſtrenſis ueluti ineptã refellunt Iaſ.in d.cõſ.cxlvi.nu.
vi.uerſi. nec obſtat quòd testus.lib.iiii,& Rui.d.cõſ.
clxiii.nu.xv. uerſ. nec etiam eſt uerum, in ii. & Soci.
iun.d.conſi.cxxxi.nu.lxiiii.& lxv.in primo.
Quintò non mouet interpretatio Dini & Corſeti
Siculi in d.tracta.de Trebellianica §.i.nume.iii.& x.
63 † per d.l.Lucius.§.maritus.ff.ad Senatuſconſult.Tre
bell. in uerbo ſenſiſſe,ubi Din.Rainer. Alberic.& Ni
col.de Matarellis,& Gozad.in d.conſi.xlv.nume.xxi.
quia lex ibi loquitur in extraneis,non autem in ſuis,
prout præſens quæſtio præſupponit: vnde maior cõ-
petit facultas teſtatoribus ipſis quantùm pertinet ad
extraneos hæredes,quàm ad ipſos ſuos.d.l.cùm acu-
tiſsimi,& d.l. cohæredi, & d.l.ſi filius qui patri, ubi
Barto.& idcircò Paulus Picus in d.l.in quartam, col.
cxiiii.rationem hãc in præſenti negotio nihil quid-
quàm obſtare cenſuit.
Non omitto pluribus aliis modis huiuſmodi op-
poſitiones poſſe diſſolui,quas breuitatis cauſa omit-
tere duxi,cùm poſsint uideri apud Iaſ.Rui.Gozadi.
& Marian.iun.in locis ſuperius adductis. Et ex his
remaneat incõcuſſa concluſio, patrem ipſum nec ex-
preſsè filiis primi gradus, quadrantis deductionem
authoritate Senatuſcõſulti Trebelliani fieri ſolitam,
prohibere poſſe.
Quintò quæritur,poſito quòd Magnificus & Ex-
cell. Do.Federicus teſtator quadrantis huius dedu-
ctionem prohibere potuerit,an id ipſum uoluiſſe in
telligatur perpenſis coniecturis,ex his,quæ in eius te
64 ſtamento diſpoſita fuerunt,eliciti? † Cõſtat enim in
humanis actionibus poteſtatem ipſam vnà cum uo-
luntate coniungi,ut actus conſummari ualeat.d. l. ſi

quæramus.

quærramus.ff.de teſtam.& d.l.conficiuntur.§.toties.
ff.de iure codicill. & d.l.j.§.uſus . ff. de procurator.
65 ubi Bald.& d.c.at ſi clerici,de ind. † poteſtatis enim
defectus actum ipſum prorſus irritum reddit. d.cap.
ſi diligenti, de for. compet.Glo.Card.& Imol.clem.
j.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.in uerbo non obſtante.
rurſus non ſufficit quem poſſe,niſi & uelit.Bald.d.§.
uſus.& cap. prudentiam.§. ſunt & alij, de off.deleg.
necnon & de huiuſmodi uoluntate cõſtet. l.quidam
cùm filium.ff.de hæred.inſtit. quod Iaſon in huiuſ-
modi terminis aduertit in dicto conſil. cxl. numero
vj. in quarto . & Rui.dict.conſi. claiij. nume.xaj. in
ſecundo uol:

Et prima facie uideretur,quòd ſic; nempè uoluiſ-
ſe magnificum D.teſtatorem pluribus perpenſis cõ-
iecturis huius quadrantia deductionem ipſi magnifi-
66 co D. Manfredo & filio & hæredi prohibere: † uo-
luntas enim in huiuſmodi legitimis deprehenſa cõ-
iecturis diſponere ſolet.l.hæredes mei.§. cùm ita. ff.
ad Senatuſconſ. Trebell.& l.licèt Imperator, de leg.
j.& d.l.cùm ſuus.ff.de cond.& demonſtr.ibi.conie-
ctura pietatis. ubi Soci.diffusè poſt ueteres docuit :
& Iaſ.Deci.& Curt.l.j.C.de pact.

67 Prima ergo coniectura eſt, † quòd omnia eius bo-
na generis cuiuſcumq; ſibi in diuiſione cum fratri-
bus obtingentia arctiſsimo fideicommiſſo ſubiecit:
vnde nihil illum exclusiſſe intelligatur.l.ſi is qui . §.
verum.ff.de reb.dub.& l.Iulianus.ff.de leg.iij. & l. à
procuratore.C.mand.idq́ue potiſsimùm.cùm clau-
ſulam aliam generalem reiteret, his uerbis : Decla-
rando & iubẽdo quòd omnia ſua bona uidelicèt bo-
na omnia generis cuiuſcumque etc. Item quæcunq;
bona posteà per dictum D. teſtatorem acquiſita . Itẽ
& alia quæcunq; bona pręſentia & futura,ſint ſubie-
cta etc. Sanè hinc colligi poſſe uidetur,magnifici D.
teſtatoris mentem fuiſſe,ut integra hęreditatis illius
fieret reſtitutio.l.omnia quæcunque.ff.de regul.iur.
Barto. & Deci.l.j.ff.eo.in uerbo quæcumque.Cùm
enim generis cuiuſcunq; bona expreſſerit, mobilia,
& immobilia & ſe mouentia comprehendiſſe intel-
ligitur. l.à Diuo Pio.§.in uenditione.ff.de ſenten.&
68 re iud. † quod Bart.ſenſiſſe uidetur vniuerſalis præ-
cepti uirtute.d.l. Iulianus.de leg.iij.Bar.in l.Centu-
rio, iij.q.princ.ff de vulg. & pupill. & ibi Alexan.&
Iaſ.nu.xlviij. & Ripa nu.cxxx. concluſionem huiuſ-
modi uelut cõmunem ſequi uidentur. pro qua qui-
dem ſententia ponderant ueteres caſum in l. qui to-
tam.ff.ad Senatuſconſul.Trebell.ubi lex inquit:Qui
totam grauatus reſtituit, fidẽ parẽtibus & obſequiũ
defuncti præſtitit, ſi Trebellianicam non detrahat.
& iccircò Glo.in l.decem, in fin.ff.de fideicommiſ.
hæreditat.dum Iureconſultus reſpondit,legatum in-
definitè factum,totum præſtari debere, perinde ac ſi
integrum ſolui teſtator iuſsiſſet.Glo.ibi,in uer. præ
ſtarentur,eo caſu concludit,falcidiæ æquè prohibe-
ri,ac ſi teſtator expreſsè prohibuiſſet.Quocircà Ale-
xand. Iaſ.& Ripa d.l.Centurio, nu.cxxxj. & Decius
conſi.ccxv. Studendo breuitati . concludere uiden-
tur, præceptum teſtatoris vniuerſale reſtitutionem
iubentis, deductionem huiuſmodi prohibitionem
69 continere intelligi; † quòd ſat uoluntas expreſſa di-
catur,quæ ex generalibus uerbis colligatur. Bar.l.j.
q.ij.ff.de vulg.& pupil.ubi Alex.Soc.& Ripa nu.50.

70 Secunda coniectura perpendi poteſt, † quòd ex
huiuſmodi reiterata diſpoſitione, quinimmo & tri-
plicata,enixa mens magnifici Do. teſtatoris colligi
poſsit, ut quadrantis huius deductionem prohibere
uoluerit.l.Baliſta.ff.ad Senatuſconſ.Treb.& authen.
itaque.C.comm.de ſucceſs.& c.j. de treg. & pac. di-
ſponentis enim intentio efficacius colligi ſolet ex
actu uel uerbis reiteratis.l.iij.C. de Epiſc.audi. Idq́;
etiam in ſpiritualibus,non ſolùm temporalibus pœ-
nis irrogandis.c.ult.de conſue. ubi omnes in j. not.
& c. non debet, de conſang.& affin. ubi Abb.in ter-
tio notab.& c.ult.de præſcript.ubi Pariſ.poſt uete-
res omnes in j.not.

Tertia ſit coniectura , quòd bona quæcunq; præ-
ſentia & futura ſtrictiſsimo fideicommiſſo,non ſolũ
ſubiecerit , ſed ulterius quoq; præcepit , ne unquàm
egredi poſsint,nec alienari extra familiã: inſtituẽdo
dictos de Portis in omni caſu hæredes ſecundũ gra-
dus prærogatiuam in infinitum . Quibus uerbis di-
minutionem patrimonij quacunq; ratione fieri pro-
hibuiſſe intelligitur.l.filiusfamilias §.Diui.ff.de le-
gat.j.vnde conſeruationis effectus maximè ſolidus
oriri conſueuit.c.licèt,de vot.ubi Doct.& l.iij.fami.
erciſ.ibi,partium ſolutio. & l.communi diuidundo.
71 ff. eo. † Solet enim coniunctio ipſa minima quæq;
munire,diuiſio autẽ maxima quæq; diſſoluere.l.j.§.
ſin plures.ff.de exercitor. ubi Alberi.uerſic. ex præ-
dictis.& l.ſi pupillorum.ff.de reb.cor. Glo.& Doct.
72 in c.in apibus, vij. q.ij. † quare non defuerunt , qui
ex uoluntate diſponentis,præſupponendo facultatẽ
non deeſſe, ſicuti Cinus , Cumanus & alij in ſupe-
riori dubio cenſuerint quadrantis huius deductionẽ
ſublatam intelligi,quoties ipſe teſtator uerbis æqui
pollentibus expreſsè ipſi prohibitioni ſit uſus, putà,
integram hæreditatem reſtituas,ſiue totam. Gloſ.in
d.l.decem,in fi.in uerbo præſtarentur. ff. de fideicõ.
hæred.& Bald.adſtipulatur in d.auth.ſed cùm teſta
tor.C.ad legem Falcid.nume.vij.uerſic. quæro quid
73 ſi teſtator dicit . † ubi concludit teſtatore ipſo inte-
gra legata ſolui iubente, perinde haberi , ac ſi Falci-
dia prohibita eſſet.& Cuma.ibi, & Corne.nu.vj. di-
ſtinguit,uerſicu.ſed pro concordia,duos caſus, ſi te-
ſtator utatur uerbis omnino æquipollentibus ipſi
expreſſæ prohibitioni,putà, ſi dixerit;pleno iure re-
ſtituas,uel integraliter,uel ſine diminutione,ut tunc
uera ſit Baldi ſententia: & adducit §. ſi autem dici-
mus,in auth.de hære. & Falcid.ibi, puræ & integræ
aſsignationis, tunc enim Caſtren. & Corne.expreſ-
ſam cenſeri factam prohibitionem, cùm alteri indi-
uiduo non competit. l.nominatim. ff. de condit. &
74 monſtr.l.ij.& l. Titius.ff.de libe.& poſthu.† quem-
admodum & expreſſum exiſtimatur , quod genera-
li diſpoſitione comprehenſum fuit. Bart. dict.l.j.de
vulg.& pupill. quæſt.j.& ij. & Ripa ibi nume 50. &
dict.l. Centurio . ubi Iaſ. nume.xlviij. & Ripa nu-
mero cxxxj.

Alter uerò caſus , cùm teſtatoris uerba uel mini-
mum effectum producere poſſunt,tunc nullam pro-
75 hibitionem inducunt ; † quia legiſlator ſuperflui-
tatum abhorret.d.§.quibus.j.conſt.C.& d.c. ſi Pa-
pa,de priuileg.in vj.& Deci.c.paſtoralis,nu.j.de ap-

pell. quæ ſententia uidetur ex mente Bartoli in d.l.
Centurio,uerſi. uel ſi teſtator dixerit , quandocunq;
filius meus. & Ange. l. damni.§.cùm parietem.ff.de
dã.inf.& Bar.l.ſerui electione.§.fi.ff.de leg.j.& Glo.
in l.ſi prior.ff. ſol.mat.& l.nemo.§. à me.ff. deleg.ij.
Quarta ſumitur huius ipſius enixæ uoluntatis cõ
iectura,quòd magnif. ipſe teſtator bona illius alie-
nari prohibuerit,& extra familiã ſuam egredi ; quo
caſu deductio quadrantis huius prohibita uideatur.
in auth.ſed & in ea , & in corpore unde ſumitur. C.
76 ad leg.Falcid. † ubi lex ſtatuit , falcidiam non poſſe
deduci de re prohibita alienari : vñ in Trebellianica
idem diffiniendum uidetur.d.l.Marcellus, ubi Bart.
quod Bal.ibi innuit,& Alexand.in additio.& Ange.
in d.§. ſi uerò expreſsim,uerſicu.item ceſſat falcidia,
77 † cũ enim ueteri iure falcidia & Trebellianica æquĩ
parentur.d.l.Marcellus.§.quod autẽ , ubi Bart.q.iij.
conſequens eſt,ut lex loquens in falcidia locũ quoq;
ſibi uendicet in Trebellianica ; quapropter ſenten-
tiam huiuſmodi plures ueterum & recentiorum ex
facto conſulti ſecuti fuerunt:Ange.conſi.cxxv.inci.
Hoc eſt teſtamentum Petri, nume.iiij.uerſi.ſed exa-
78 minemus, † ubi concludit,ſi teſtator dixerit,ſe uelle
totam & integram hæreditatem ſuam ad aliquem p-
tinere,quòd conceptio illa uniuerſalis omnẽ,& Fal-
cidiæ & Trebellianicæ detractionis facultatem adi-
mit.d.l.decem.ff.de fideicomm.hæred.in fi.& Alex.
conſi.ccj.nu.vj.in vj.uerſi. tamen hoc non obſtante ,
concludit,Trebellianicam cenſeri prohibitam,ſi te-
ſtator dixerit,ſuperſtes iure directo ſuccedat in to-
tum etc.quia paria ſint dicere integrum & totum.d.
l.decem. & l.planè.§.fi.ff.de legat.primo. & l. dota-
le.§.prædij.ff.de fundo dotali,& l.ſi poſt miſsionem.
ff.ad leg.Falcid.in uerbo plena legata,ubi Iureconſ.
decidit tunc plena legata præſtari , quando falcidia
non detrahitur.l.j.§.cùm elicitur.ff. ſi cui pluſquã p
leg.Falcid.& l.nomen.§.fin.ff.de leg.iij. & Bart. d.l.
Centurio, quæſt.iij.uerſicu.tertiò principaliter. idẽ
Corn.ſententiam huiuſmodi ſequi uidetur d. conſil.
xxij.in ſecundo,uerſic.duo autem obiiciuntur. Ber-
trand. conſi. ccxlj. in tertio . Grat. Bononien.conſi.
ciij.in ſecundo,nume.xiiij. & conſi.xxj. nume.xlvij.
eod.uolu.præſertim huic ſententiæ locum eſſe con-
cludit,cùm teſtator ipſe geminatis uerbis uſus pro-
ponitur, putà,omnem,integram,& totam, & pleno
iure reſtituas. arg.doctrinę Bart.in l.ſed & ſi quis. §.
quæſitum.ff.ſi quis cautionib.& Maria.iuni.inclina-
re uidetur in conſi. cxiij. nume. lij. licèt ſolutionem
ex hac doctrina proficiſcentem in eo caſu neceſſariã
non exiſtimet .
Quinta ſit uoluntatis huius cõiectura,quæ ex uer-
bis teſtatoris ipſius ita expreſsis elici poteſt . Rogã-
do quoſcunq; iudices & alios ad quos ſpectat uel ſpe
ctaret,ut uelint conſeruare dicta ſua bona in fidei-
commiſſo & in familia de Portis , omiſsis omnibus
ſolemnitatibus & impedimentis iuris , & omnibus
aliis impedimentis . Quæ quidem uerba ad iudices
directa eorum fidem precibus morientis onerare exi
ſtimantur,ne uoluntatem tàm enixam effectu care-
re patiantur:quod lex abhorret.d.l.uerbis legis.ff.de
uerbor.ſignific.d.§.diſponat, in auth.de nuptiis.& l.
pen.de leg.iij.cum aliis adductis à Decio in conſilio
cccciij.nu.iiij.& ccccxxv.nu. v. & ccccxxvij. nu.ij.
79 † Cùm enim iudex ſit legis exequutor.l.nam præto-
rium ius.ff.de iuſt.& iur.l.ij.ff.de origi.iur.§. parum
eſſet iura condere.& c.iudicantem, xxx.q.v.& c.j.de
ſent.& re iud. lex enim ipſa maximè cupit deficien-
tium uoluntates exequutioni mandari. l.uel negare.
ff.quæ in teſta.delen.& l.& quia.ff. de interrog. act.
§.fi.inſti.qui man.non poſſ. vnde, cùm in conſerua-
tionem huius ipſius fideicõmiſsi in familia de Por-
tis perpetuò tuendã pertinere uideatur integræ hu-
ius hæreditatis reſtitutionem faciendam , nulla de-
ducta quarta.d.l.decem. ff. de fideicommiſs. liber.
& d.auth.ſed & in ea.C.ad leg.Falci.ſatis aperta ma-
gnifici D.teſtatoris mens colligi uidetur,ut magni-
ficus D.Manfredus quadrantem ipſum deducere p-
hibitus intelligatur, idq; potiſsimùm , cùm teſtator
ipſe ſolennitates omnes & iuris & facti impedimen
ta vniuerſa reiiciat,quaſi uelit hanc eius meram uo-
luntatem ex bono & æquo tuendam,quidquid Sena-
tuſconſultum diſpoſuerit . quod mirum uideri non
debet,cùm rei ſuæ quam uelit legem quilibet adiice-
re poſsit.l. in re mandata.C.manda. & l. altius.C.de
ſeruitut. & aqua .
Sexta coniectura elicitur ex uerbis illis ; Volens
& mandans,quòd in hoc teſtamento poſsint & de-
beant poni & addi ad conſilium ſapientis quæcunq;
uerba obligantia & conſeruantia dictum fideicom-
miſſum, & ſint & intelligantur appoſita ac ſi eſſent
ſpecificata de uerbo ad uerbum omnia uerba facien-
tia in fauorem fideicommiſsi, cùm enim ſapiens ip-
ſe & iuris in quo uerſatur peritus.d.l.ij.§.Seruius au-
tem.ff.de orig.iur.& c.cùm in iure peritus , de offi.
deleg.verba illa appoſuiſſet ſine diminutione Falci-
diæ & Trebellianicæ,ut probat uſus & expreſſa pro-
hibitio ſecundum uerba legis, quadrantis huius de-
ductionem impedit.d.§.ſi uerò expreſsim,d.auth.ſed
cùm teſtator,ubi Corn.nu.iiij.& v.& Soci.iun. poſt
multos alios quos adducit cõſ.clxx.nu.xxiiij. & xxv.
in ij.ubi magis cõem ſententiã atteſtatur huius quar
tæ deductionem expreſsè prohiberi poſſe , licèt Iaſ.
in d.conſi.cxlvj.in fi.col.ij.in puncto iuris,oppoſitũ
uerius eſſe teſtetur,quod plurimos maximę autho-
ritatis viros tenuiſſe Maria.ipſe iun. fatetur.d.conſ.
clxx.nume.xxiiij.
Quæ quidem coniectura eò efficacior cenſetur ,
quòd teſtator huius uoluntatis eam ſubiicit ratio-
nem; quia firmiſsima ſit illius uoluntas, ut omnia bo
na illius remaneant in familia nobiliũ de Portis etc.
80 † Vnde toties reiterata uoluntatis expreſsio ueluti
enixa omninò exequi debet.d.l.pen.de legat.ij.& l.
cùm uirum.C.de fideicomm.& d.l.Baliſta.C.ad Se-
natuſconſ.Trebel. non enim ſolùm uerbis mens hu-
mana exprimi exiſtimatur,uerùm etiam & coniectu
ris.d.l.cùm auus.ibi,coniectura pietatis. & d.l.licèt
Imperator, de leg.ij.ibi,niſi euidens,cum aliis addu-
ctis à Dec. in cõſ.ccclxix,nu.j.& conſ.dxlv. nu.viij.
81 & Maria.iun.conſi,clxix. nu.v.in ij. † cui concluſio-
ni, præſertim in ſpecie propoſita, locus eſſe uidetur
propter tot coniecturas ſimul concurrentes, ſi fortè
ſingulæ non ſufficerent.l.ſecunda.ff.de excuſa.tuto.
§.ætas.& l.inſtrumenta.C.de probation. & Gloſ.in
l.ſtipulatus , in principio , ff.de uſur. & c. ueniens.
de teſtib,

82 de teſtib. † qui profectò concurſus in ſtatu conie-
cturali plurimùm lucis afferre ſolet.l.iij. & §.tu ma-
gis.ff.de teſti.& l.de quæſtione.§.tormenta. & l.fi.ff.
de quæſtio.ubi Bart.& Maria.iun.aduertit conſ.lix.
nu.liij.& conſi.lxj.nume.vj.& conſi.lxxj.nume.xvij.
& conſi.lxxia.nu.laaxviij.& caxx.nu.axxvj.& conſi.
cxxxiiij.nu.lxia.& conſi.calviij.nu.xviij. in iij.uolu.
Ea quibus diiudicandum uidetur,magnificum D.Al
fonſum ex perſona magnifici Do.Manfredi Trebel-
lianicam hanc deducere non poſſe,cùm tot coniectu
ris probetur magnificum D.Federicum id ipſum no-
luiſſe,quemadmodum & potuiſſe,non pauci cenſue-
runt : vnde actus prohibitionis eſſentiam accipit.
d.l.j.§.uſus.ff.de procur.ubi Bal. & d.c.prudentiam,
de off.deleg.& c.cùm ſuper,eo.tit.& Barb. in conſi.
lxvj. inter conſi.Curtij, & Deci.conſi.excviij. Et ꝑ
tenui,& Soci.iun.conſ.cax.nu.iiij.in ij.

Quibus tamen non obſtantibus,oppoſitum,ſecú-
dum iuris rationem uerius eſſe cenſeo : quòd immo
magnificus & Excellens D.teſtator,quemadmodum
ſciebat ſeſe non poſſe huius ipſius quadrantis dedu-
ctionem prohibere,id ipſum etiam attentare noluiſ-
ſe : quod pluribus modis probari poſſe uidetur.

Et primò, ſi iuris ipſius præſumptionem intura-
83 mur, qua dici ſolet, neminem † cenſeri id uelle
quod non poteſt:vnde humani actus iuri conformes
interpretari ſolent.l.quæro.§.inter. ff. locati. & l.ſi
duo.ff.de acqui.hære.ibi,qui enim ſcit aut ſcire po-
tuit.Glo.in uerbo non poſſe.Cin.Bar.Bal. & Caſtr.
nu.iij.& l.hæredes mei.§.cùm ita.ff. ad Senatuſconſ.
Trebell.ubi Bar.Cuma.Caſtr.Alex.nu.viiij.& Soci.
nu.xxxv.& Ripa nu.lxxvij.& pertractat Alci. regu.
iij.tract.præſumpt.xxvij.præſumpt.

Quod autē magnificus ipſe teſtator hanc ſibi fa-
cultatem deeſſe non ignorauerit,& generali & ſingu
84 lari ratione probatur. † nemo enim patricius præ-
ſertim & Iuriſconſultus ius ipſum in quo uerſatur
ignorare præſumitur.d.l.ij.§.Seruius. & d.c.cùm in
iure peritus,& Glo.in d.l.ſi duo,in uerbo ſciuit,ſiue
potuit,perſonæ enim conditio legitimum argumen-
tum præbere ſolet, ut quid tale cēſeatur.c.ad noſtrā,
de empt.& uend.ibi, maximè ab eo qui ſolitus erat.
& l.aut facta.ff.de pœn.§.perſona,ubi Glo.& Doct.

Speciali autem ratione probatur, quòd magnifi-
cus ipſe teſtator Iureconſultus Excell. in eius libel-
lo quodam ſeu indice manu propria ſcripſerat: No-
ta quòd pater non poteſt prohibere filios primi gra-
dus Trebellianicam deducere,allegando Decium in
d.conſi.lxxxj. & Curt.iun. in conſil. ſuperius addu-
ctis. Quocircà, cùm certa ſit diſpoſitio legis,ut filiis
primi gradus ex rebus hæreditariis quarta hæc de-
beatur.d.l.iubemus,ſequitur omninò cenſeri teſta-
torem ipſum noluiſſe, quod iuris ipſius inſpecta di-
ſpoſitione non poterat.d.l.nemo poteſt.ff. de leg.j.
& d.c.ſi diligenti,de foro cōp.& d.l.ſi duo,cum aliis
ſuperius adductis.

Secundò non eſt dubium, teſtatorem huiuſmodi
ſciuiſſe præſumi hanc ipſam claram eſſe diſpoſitio-
nem,ut Iuſtinian.ſanxerit expreſsim teſtatorem fal-
cidiam ipſam prohibere poſſe. §. ſi uerò expreſsim,
ubi Ang.nu.xl.uerſ. cōtrarium mihi autem uidetur,
concludit prohibitionem hanc debere fieri uerbis
prorſus expreſsis, quū lex Iuſtiniani aliter ad legis
correctionem intelligi non debeat,& in d.auth. ſed
cùm teſtator. quæ ſententia ratione non caret, quia
cùm ueteri iure Falcidia prohiberi non poſſet. d.l.ꝗ
de bonis.§.quòd autem ff.ad legem Falci.quod qui-
dem ius poſterior Iuſtiniani lex correxit.d.§.ſi uerò
expreſsim.quam deciſionem Doct. in Trebellianica
quoque procedere intelligunt propter deductionē
huiuſmodi & factam à ueteri lege æquiparationē. d.
l.Marcellus. ſanè rationi conuenit,ut forma ab ipſo
Iuſtiniano in l.corrigente præfixa ad vnguem cuſto
diri debeat,ne aliàs lex in falcidia loquens, necnon
& corrigens, in Trebellianica quoq; intelligeretur,
non expreſsim,ſed uerbis æquipollentibus prohibi-
85 ta; † quo caſu ſingularia multiplicarentur aduerſus
iuris rationem.d.l.j.C.de dot.promiſ.ubi Bal.Ang.
& Salic.quare conſuetudo ipſa optima legum inter-
pres.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.& cap.conſue-
tudinis, xj. diſt. obſeruare conſueuit, ut expreſsim
teſtator prohibeat cuiuſcunq; Falcidiæ ſiue Trebel-
lianicæ deductionem,ut conſtat in teſtō magif.Do.
Alexandri. quam conſuetudinem ſuadet uerbū il-
lud expreſsim poſitum in l.corrigente, ne cū lex an-
terior expreſſo legiſlatoris conſenſu nitatē, poſterior
non æquè ſimili munita eſſet : quod à legis ratione
diſsidet.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.ubi Dec.
plures adducit,& cap.j.eo.tit. in antiquis. vnde ter-
minus eiuſdem expreſsim, in potiori ſignificatione
accipi debet.l.j.§.qui.ff.ſi ager uectig.uel emph.pet.
& §.ſed quoties,inſt.de iur.nat.gent.& ciuil.

Tertiò ea quoque ratione probari poſſe uidetur,
quòd teſtator uerbis in hoc ipſo teſtamento poſitis
quadrantis huius deductionem prohibere noluerit.
Nam,cùm exceptis filiis primi gradus detractio hęc
prohiberi poſsit, ut receptius concludunt Docto.in
d.auth.ſed cùm teſtator, profectò detractio huiuſ-
modi ex teſtatoris uoluntate fieri creditur, quoties
expreſsè non prohibet; quia præſumitur uelle, ut
detrahatur. at cùm ſit hodie expreſsè permiſſum, ſi
non ſit expreſsè prohibita contra uoluntatem teſta-
toris deductio hæc fieri cenſetur. d.c. Rainaldus, de
teſt.in fin.quod certè debet intelligi de prohibitio-
ne tacita ex aliquibus uerbis collecta.vnde ille text.
declaratur in prohibitione contra uoluntatem,ſcili-
cèt tacitè ex uerbis collectam, nō ſic ſi expreſsè pro-
hibita proponatur; quia eo caſu deductio nulla fit:
d.§.ſi uerò expreſsim.quocircà in propoſito caſu cū
ſimus in filio primi gradus non ſolùm,non cenſetur
magnificus ipſe teſtator deductionem hanc prohi-
bere uoluiſſe,quia non poſsit, ſed etiam eius prohi-
bitionē non eſſe inductam;quia noluerit,facilè enim
ſi uoluiſſet exprimere poterat abſq; deductione Fal-
cidiæ & Trebellianicæ,& prout magnificus D.Ale-
xander & alij uolentes hanc ipſam deductionem ꝓ-
hibere,exprimere ſolent,quod cùm non fecerit, ſe-
quitur eūdē noluiſſe ſic exiſtimari. d.l. quidam cùm
filium.ff. de hæred.inſti.& l.vnica.§.ſin autem.C.de
cad.toll.& c.ad audientiam,de decim.

86 Ex † quibus ſequitur ueriorem eſſe interpretatio-
nem in propoſito caſu teſtatorem ipſum (tametſi po
tuiſſet) quadrātis huius deductionem prohibere no-
luiſſe, quippè quòd non expreſſerit, ut legis forma

dictat ad vnguem obſeruanda.c.cùm dilecta; de re-
ſcript.ubi Feli.nu.vj.uerſ.nunc de obſeruatione.quã
ſententiam Ang.ipſe ſequutus eſt in d.§.ſi uerò, nu.
v. & vj. & Ludouicus Pontanus authẽ.ſimiliter. nu.
cix.uerſ.& pro hac parte,ubi teſtatur ſex fundamen-
tis adductis hanc ſententiam eſſe ueriorem, pro qua
fatetur iudicatum fuiſſe. & Ioannes de Monte in re-
pet.d.auth.ſimiliter,in fi.& Corn.in d.auth.ſed cùm
teſtator, uerſi.primus caſus, & ea facto plures con-
ſulti reſponderunt: & Oldra. conſi. ccxlviij.nu.iiij.
uerſi.ad quartam quæſt.concludit per illa uerba ple-
no iure reſtituas, quadrantis huius deductionem nõ
impediri; quia aliud importare poſsit, cùm expreſ-
ſim fieri debeat,quod cùm ſciret teſtator,& nõ fece-
rit,noluiſſe cenſeatur.d.l.vnica.§.ſin autẽ.C.de cad.
toll. idq; potiſsimùm cùm magnificus Do. teſtator
ſciret inter Doctores controuerti, an abſolutè Tre-
bellianica prohiberi poſsit.idem Old.conſ.ccxlviij.
nume.iiij.in fi.& Lud.Pont.conſ.xxxij.in fin. uerſi.
item licèt generaliter,cõcludit diſpoſitionem ita cõ-
ceptam: Reſtituas omnem totamq; hæreditatem, nõ
87 prohibere quadrantis huius deductionẽ: † quia to-
tum ſoluere intelligatur, qui legis diſpoſitione ita in
bente certam partem ſoluit.d.l.qui totam, & l.nam
quod.ff.ad Treb.& l.ſolut innis.ff.de ſolut.ubi Bart.
& l.in executione.§.fi.ff.de uerb.obl.& Nell.in tra-
cta. bannit.in iij.par.ij.temp. q.lxxx. quorum iuriũ
auctoritate ſubiicit, ineptã probari interpretationẽ
Glo.in d.l.decem,de fideicõ.liber.idem conſ.lxxxv.
incip.An donatrix,& conſ.lxxxi.Totum fundamẽ-
tum,prope fin.& Capra conſi.xxxvj.uerſ.ſed his nõ
obſtantibus,concludit ueriorem eſſe opini.Trebel-
lianicã non poſſe prohiberi, quod Iaſ.docuit d.cõſi.
calvi. in iiij. poſt multos ueteres quos adducit. & ſi
poſsit,non cenſeri prohibitam per uerba pleno iure
reſtituas totam integram & huiuſmodi, quũ conce-
ptio illa poſsit aliud operari,ut Pont.& Caſtr.uolue
runt. & idem Capra conſ.lxxxiij.in ij.dub. & Areti.
conſi.xij.In cauſa Nicolai.& xxxvij. uerſ. ad ſecun-
dum dico,& Soci.conſ.xiiij.nu. viij.Sequendo ordi-
nem,ubi ponderat dictum cap. Rainaldus, in fin. &
conſi.xxxiij. nu.xvj.in j. xij.fundamentis adductis,
concludit non ſufficere quadrantis huius deductio-
nem æquipollentibus uerbis prohibere. & Iaſ. hanc
ſententiam ueriorem concludit conſ. lxxxiij. Puto
quòd,in j.& d.conſ.cxlvj.in iiij. & Bertrand.conſil.
clviij.in iij.dub.& clxxx.nu.vj.in iij.& Maria.iun.in
non abſimili caſu pro hac ſententia egregiè reſpon-
dit conſ.clxx.in ij.uol.uerſ.veruntamen eis non ob-
ſtantibus.nu.xxij.xxiii,xxiiij.

Non obſtat prima coniectura, quòd declarauerit
omnia ſua bona reſtitui debere, quæ in diuiſione cũ
fratribus facta ei obtigerunt; vnde omnem diminu-
tionem excluſiſſe uideatur.d.l.Iulianus. & d.l.pro-
curatore.C.mand.& d.l.ſi ia.§.utrum.ff.de reb.dub.
88 quia reſpondeo, † cuiuſcunque conceptionis gene-
ralem diſpoſitionem vniuerſali termino prolatam eã
reſtrictionem recipere, quam legis ipſius ratio fert.
l.i.§.lex autem.ff.ad leg.Falcid.ubi Bar. Alex.& Iaſ.
& l.i.C.de ſacroſ.Eccleſ.ubi Bart.& Bald.& Gloſ.&
Bald.l.ii.C.ſine cenſu uel reliq. & Glo.in uerbo ab
omnibus,in cap.i.de conſtit.ubi Abb. Barba.Felin.
Dec.& Bero.& c.quoniam contrà,in uerbo vniuer-
ſa,de proba.ubi Decius poſt ueteres. vnde, cùm re-
ceptum ſit,filium ipſum ſub conditione, ſi ſine libe-
ris,etc.reſtituere grauatũ,duas quartas deducere poſ
ſe.d.c.Rainaldus,& d.c.Raynutius, & d.cap.ſi pater,
cum aliis adductis in d.l.in ratione.§.quod vulgò,&
Soci.d.conſi.xiiii.nu.viii.in primo. & Ruin. d.cõſi.
cxxxv. nu.ix.uerſi.præmiſsis, ſequitur huic facultati
expreſsim derogari debere.

Secunda coniectura non urget, ex uerbis illis: Et
quæcumque bona per ipſum teſtatorem. Vnde ui-
deatur huius deductionis facultatem ademiſſe. d.l.ſi
decem.& l.fi.C.ad leg.Falci. quia reſpondeo, conie-
cturã huiuſmodi ſat leuem exiſtimari, quippè quòd
& ſuprascripta ſolutione corruat.d.l.omnia quæcũ-
que.& l.i.ubi Bar.Alb.& Dec.ff.de reg.iur. & Din.
in rub.eo.in vj.

Prætereà, licèt totam & integram magnificus &
Excellens teſtator dixiſſet,non idcircò ſufficere exi
ſtimatur,ut prohibitio inducta ſit.d.l. qui totam, &
d.l.Lucius.§. hæres, vnde Angeli ſententia in d.§.
ſi uerò expreſsim,Roma.in d.auth.ſimiliter, in fi. &
Capræ & aliorum ſuperius adductorum uerior eſſe
uidetur, quicquid Glo. dixerit in d.l.decem. erube-
ſcimus enim cùm ſine lege loquimur. l.illam. C. de
collatio.

Rurſus Oldradi ſententia Ang. Pont. Caſtr. Ca-
præ,Soci.maioris & iunioris ea ratione uerior cen-
89 ſetur, † quia teſtatoris uerba ad iuris diſpoſitionem
referri debent, cui expreſsim derogatum non ſit. d.
l.ſi duo,ubi Accur.Soci.Bal.& Caſtr.nu.iii.& Bart.
d.§.cùm ita,ubi Ripa nu.lxxvii.at cùm iuris diſpoſi-
tio uelit, rogatum filium retinere quartam, tametſi
præceperit teſtator totam integram & pleno iure re-
ſtitui, expreſſa prohibitio facta uideri non debet. d.
§.ſi uerò expreſsim,d.auth.ſed cũ teſtator. & Maria.
iun.d.conſ.clxx.in ii.nu.xxv.quicquid dixerit Grat.
d.conſ.ciii.in ii.nu.xiiii.

Tertia coniectura non urget,quòd teſtator bona
ſua alienari prohibuerit, ut perpetuò in familia de
Portis remaneant, quare deductionis huius prohibi
tio facta uideatur.d.auth. ſed & in ea, cum aliis ſu-
90 perius adductis,† quia reſpondeo,legem illam loqui
in Falcidia,vnde fortè in Trebellianica ipſa non pro
cederet.arg. l.fin. C. de calumniat. & l. Papinianus
exuli,de minor.

Secundò Iuſtiniani lex loqui uidetur, cùm alie-
natio fit ab ipſo legatario uel fideicommiſſario alie-
nare prohibitis,quare quod ad magnificum D. Man
fredũ attinet,filium & hæredem,ratio ceſſat, ergo &
diſpoſitio l. tutelas,ubi Bar.ff.de cap.dim. quã inter
pretationẽ ut egregiã probat Mari. iun.in conſ.ſuperius
adductis,declarãdo theoricã Bal. d.auth. ſed & ĩ ea.

Tertiò conſtat hãc ipſam prohibitionem expreſ-
ſim fieri debere.d.§.ſi uerò expreſsim, cuius diſpo-
ſitioni æquipollentibus uerbis ſatisfactum non cre-
ditur; quoniam pro forma expreſsio huiuſmodi ad
ueteris iuris correctionem introducta uideatur, ut
docuit Roma.in d.auth.ſimiliter, in quinto fund.in
fine. & Angel. dict. §. ſi uerò expreſsim. quam ra-
tionem Capra ipſe plurimi facit dict. conſi. xxxvi.
et Marianus iunior dict.cõſ.clxx.nume.xxviii.in fi.

in ſe-

in ſecundo, quæ concluſio ſeu ratio niget etiam in
uerbis æquipollentibus & neceſſaria inferentibus id
uoluiſſe teſtatorem, putà, ſi dixerit, ſine diminutione
reſtituas ete. quicquid dixerit Corneus, Maria. enim
iunior in d. conſil. clxx. nu. xxxviij. formę non facilè
iuris publici auctoritatem continenti, renuntiari
poſſe docuit. d. cap. ſi diligenti, & d. l. nemo poteſt,
cum aliis adductis à Bart. in l. iij. ff. de teſta.
91 Nec † urget expreſsim id dici, quod generalibus
uerbis diſpoſitum fuit Bar. d. l. j. q. ij. & iij. de vulga.
& pupill. ubi Iaſ. & Rips. & idem d. l. Centurio, nu.
exlviij. quia reſpondeo, expreſſum in potiori ſignifi-
catione intelligi debere. d. §. ſed quoties. & dict. cap.
penul. de ſenten. excomm. at cùm potius ſit quod ad
ſpeciem, & idcireò indiuiduum refertur. l. in toto. ff.
de reg. iur. & l. ſi hominem. ff. mand. & l. idem Præ-
tor edixit, in prin. ff. de iniur. conſequens eſt, hanc
ipſam probibitionem expreſsim fieri debere, ut lex
iubet, & probat uſus.

Item dico; etiam ſi teſtator expreſsiſſet ſe nolle
eius filium hæredem inſtitutum ſi ſine filiis deceſſe-
rit, reſtituere grauatum, Trebellianicam deduce-
re, quæ probibitio expreſsim facta exiſtimatur. d.
authen. ſed cùm teſtator, ꝙ nihilominus præceptum
hoc in liberis primi gradus ſecundum communem
& ueram interpretationem nõ ualeret. d. l. iubemus,
ubi Glo. Bar. Bal. Alb. Salic. Caſtr. & Corn. cum aliis
ſuperius adductis. quod receptiſsimum eſſe oſten-
di, ut Ruinus diſputando concludit in d. cõſ. cxxxv.
nume. v. uerſicu. præmiſsis non obſt. & Curt. & Ma-
ria. iunior d. conſi. cxxxj. in primo. & Iaſ. d. conſil.
cxlvj. ſententiam hanc efficaciter probari tradide-
runt in dicta l. iubemus. vnde deficiente poteſtate
ſingulari iure primi gradus filiis conceſſo, fruſtrà de
uoluntate diſputamus. d. l. ſi quæramus. ff. de teſta. &
d. l. j. §. vſus. ff. de teſtamen. & d. l. prima. §. uſus. ff. de
procurat. & hanc quartam ſolutionem in non diſsi-
mili caſu Socin. iunior probat conſi. uigeſimooctа-
uo, nume. ij.

Quartò non urget, quòd teſtator quemcumq; iu-
dicem roget, ut omnia eius bona in fideicommiſſo
92 conſeruare uelit; † quia uerbum dicta, refertur ad
omnia, & quæcumque ſuperius expreſſa. Barto. in l.
hæc uerba. §. qui liberis. ff. de vulg. & pupil. ubi An-
gel. Imol. & Alexand. & ideò cùm aliud importare
poſsint, quàm deductionis huius prohibitionem,
conſequens eſt, inde neceſſariũ eſſe nõ cõcludi. An-
gel. d. §. ſi uerò expreſsim, & Corn. in d. auth. ſed cũ
teſtator, uerſi. ſecundus caſus. Nam & confirmatio
fideicommiſsi etiam poſt reſtitutionem factam pro
ximiori de familia conſiderabilis eſt. d. l. filiusfamil.
§. Diui. ff. de leg. j. & l. fin. C. comm. de leg.

Quintò non urget, quòd iuſſerit omnia uerba ad-
di debere ad huius fideicommiſsi confirmationem
pertinentia, perinde ac ſi eſſent ſpecificata; quia re-
ſpondeo, non idcircò inferri quadrantis huius dedu
ctionem prohibitam exiſtimari, quæ uerbis expreſ-
ſis fieri debet. d. §. ſi uerò.

Prætereà dico ſapientem ipſum, factum addere
non poſſe uideri, vñ ius oritur; quia aliàs eſſet tranſ-
gredi, non cuſtodire mentem defuncti. l. j. ff. de teſta.
vñ concluditur: non dixit teſtator, ergo noluit. d. l.
quidam cùm filium. & d. l. vnica. §. ſin autem, & dict.
cap. ad audientiam, de decim. Iuris enim conſultus
ſciuiſſet hoc dicere, ſi noluiſſet, uoluiſſe ob eam po-
tiſsimùm cauſam non exiſtimatur, quia ſeſe non
poſſe ſciebat. d. l. iubemus, & d. l. nemo poteſt, de le-
gat. j. quare nec ſapienti hanc ipſam facultatem d..
re potuit. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. & l. nemo
plus iuris. ff. de regul. iur. & cap. Daibertum, ſepti-
ma quæſt. j.

Ex quibus latè patet, Magnificum Do. Alphon-
ſum hæredem inſtitutum ab ipſo D. Manfredo filio
reſtituere grauato, legitimam & quadrantem Sena-
tuſconſul. Trebelleani authoritate ex perſona illius
deducere poſſe, ut Soci. concludit in dict. conſi. xiiij.
Iaſ. Ruin. ubi ſuprà & Socin. iun. d. conſ. cxxxj. cum
aliis ſuperius adductis.

Sextò quęritur, an Magnificus D. Manfredus ma-
ternam dotem in primis percipere potuerit, & id-
circò ius eam deducendi ad illius hæredem tranſiiſ-
ſe intelligatur? conſtat etenim ex inſtrumento do-
tali exhibito quinque mille aureorum ſummam il-
lam fuiſſe, in qua filius inteſtatæ matri ſuccederet.
§. aliud quoque, in auth. ut cùm de appella. cognoſc.
ibi, patri aut matri. Beluiſ. Bart. & Ang. aduertunt.
& in l. maximum uitium. C. de liber. præter. ubi Bal.
Ange. Fulgoſ. & Corn. filios & filias vnà ſuccedere
aiunt, vñ multò fortius cùm ipſa mater teſtata fuerit,
uoluntas eius exequi debet. d. l. uerbis legis. de uerb.
93 ſignifica. cum ſimilibus. † & quamuis per aditionem
factam ab ipſo creditore actio ipſa confudi uidea-
tur, id tamen non procedit, quantum ad retentionis
effectum attinet. l. debitori. C. de pact. ubi Bal. decla
rat uerſi. extra oppoſitiones, & in l. cohæredi. §. cùm
filiæ. ff. de vulg. & pupill. idque potiſsimùm cùm ma
gnificus ipſe teſtator ex bonis illius reliquerit magni
ficæ dominæ Angelinæ eius vxori tantundem quod
receptæ doti æquipolleat, necnon & uſumfructũ in
certa ſumma, prout conſtat ex ipſo teſtamento, quòd
omne emolumentum ad filium ipſum retentionis
ope pertinet. l. irritum. l. in imponenda. ff. ad legem
Falcid. quod etiam non facto inuentario, Bald. pro-
cedere tradidit, licèt Paul. Caſtr. in l. ita tamen. §. ex
Trebelliano. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. ſcribat
non inueniſſe doctorem tangentẽ, & Baldo ibi Ale-
xan. adſtipulatur. Soci. & Deci. d. l. debitori. nume.
iiij. & v. & Caſtren. conſi. clxiiij. Viſa facti. & conſi.
ſeq. Quæritur primùm, & Ang. conſi. lxiiij. Quoniã
nihil eſt, in fin. & tradit Bartol. & Ioan. ab Imol. in
l. ab omnibus. §. fin.. ff. de legat. primo. & Glo. in uer.
retinet, in l. Stichum aut Pamphilum. §. j. ff. de ſolut.
& Barto. in l. debitor, in fin. ff. ad Trebell. quòd gra-
uatus reſtituere, poteſt quod ſibi ab hæreditate de-
94 betur, deducere. † Quare maternam ipſam dotem in
primis ueluti æs alienum magnificus Do. Manfredus
deducere potuit, & deductionis illius commodum
ad hęredem illius vniuerſalem tranſiiſſe intelligitur,
ut omnes tradunt in dicto §. cùm filiæ. & Caſtrenſis
dicto conſi. clxiiij. & ſequenti, & Alexan. conſ. cxxx-
iiij. Viſo, in fi. uolum. vij. nume. vj. uerſicu. poteſt ẽt
deduci, & Reuerendiſsimus Pariſ. conſi. ix. nu. ix. x.
& ſeq. in j. idem concludit, & Areti. conſi. decimo-
octauo. Viſa, & Curt. conſi. uigeſimonono, in fin.

& Gratus Bonon.in d.conſ.clxx.nu.50.in ij.conclu-
ſionem hanc probat, tametſi filius nullum inuenta-
rium conſecerit; & Maria.iun.d.conſ.clxx.nume.v.
pulchram rationẽ reddit poſt ueteres quos adducit;
quia lex interpretatur illicò ſolutione quadam ima-
ginaria obligationem filiæ adcũtis extinctam. quod
Bar.Imol.& Caſtr.ſenſeruut in d.l. Stichum, per il-
lum tex.ff.de ſolutio. vnde in propoſito caſu uidea-
tur Magnificus D. Manfredus maternam à paterna
hæreditate exegiſſe, & quantitas illa huiuſmodi hæ-
reditati diminuta; vnde fructus illius ab obitu ma-
tris ueluti para dotalia ſubſtantiæ ad filiũ ipſum per-
tinuerunt.l.ſolum.§.meum.& l.fructus, & l.ex diuer
ſo.ff.de rei uendi.Glo.& Doct.in l.in legatia, de uſu
& uſufr.leg.quod Corn.aduertit conſi.cclj.luera T.
in quarto. & idcircò D. ipſe Manfredus de huiuſ-
modi fructibus vniuerſalem hæredem inſtituit,& re-
ctè diſpoſuiſſe uidetur. Bart.& Caſtr.in l.peculium.
ff.de pecul.in prin. & Soci.iun. diffusè docuit in d.
conſi.clxx.
95 Nec enim † fructus filiorum primi gradus legiti-
mam minuere poſſunt, quę ex paterna ſubſtantia de-
betur. l. ſcimus. §. repletionem. & l. quoniam in
prioribus.C.de inoff.teſtam. & tradunt omnes in l.
in quartam.ff.ad leg.Falci. ubi Ripa poſt ueteres nu.
lxxxiij.uerſ.quartò prædictam legem iubemus, & d.
l.in fideicommiſſaria,& tradunt omnes in d.l.iube-
mus,ibi,non per imputationem fructuum, & Pariſ.
d.conſi.ix.nu.xj.in ij.plures adducit, & conſi.xliij.
nu.iij.in iij.& nu.lxxvij.
96 Septimò † quæritur, quanta debeat eſſe legitima
ipſi Magnif.Dn.Manfredo debita,& quomodò eius
taxandæ ratio haberi debeat? & ſanè ambigendum
non eſſe reſpondeo, ueteres noſtros diffiniuiſſe, por-
tionem huiuſmodi eſſe tertiam partem illius, quod
ipſe conſequuturus fuiſſet in paterna hæreditate, ſi
magnif.D.Federicus illius pater inteſtatus obiiſſet,
prius tamen deducto ære alieno. d. l. Papinianus.§.
quarta.ff.de inoff.teſta.& §.vnde ſi quis,ubi Ange.&
in auth.de trien.& ſem.§.j.ubi Bar.& Ang.nu.ij. &
iij.& in d.auth.nouiſsima.C.de inoff.teſta. ubi Glo.
j.& ij.& Bal.& Iaſ.nu.xlix.
97 Cuius † profectò ſummæ ratio iniri debet inſpe-
cto tempore mortis ipſius teſtatoris; nempè qualis
ſit illius patrimonij ęſtimatio.l.cùm quęritur, in uer.
mortis tempore.C.de inoff.teſta. ubi Doctu. colli-
gunt, & Bal.& l.ſi qua pœna, in j. lect.ff. de his qui
ſunt ſui uel alie.iur. & probatur in d.authen. nouiſ-
ſima, ibi, ſubſtantia deficientis. Salice. q.viij. & Iaſ.
98 nu.iiij.uerſ.pondero tex. † vnde quota bonorum ap-
pellatur, non hæreditatis, quia ꝙ in ære alieno eſt,
in morientis ſubſtantia deficit.d.§. quarta. & §. qm̃
autem quarta,ubi Glo.& Docto. & Bar.l.ex facto, la
grande.ff.de hæredi.inſtit.& Bald.l.quoties.C.eod.
99 † quippè quòd bona maximè propriè dicantur, cùm
alienum æs deductum ſit.l.ſubſignatum.§.bona.& l.
Princeps.ff.de uerb.ſign. & Iaſ.d. auth. nouiſsima,
nu. iij.& ex facto ueteres interrogati, ſæpius reſpon-
derunt: Bald. conſil. cccxcj. Præmittendum eſt, in
primo. Angel.conſil.ccxlij. Super puncto,& cclxxx-
vij. Pro clariori. & ccc. Punctus talis,& Fulgo.xxvj.
Stante, & Areti.xix. Ex facto. & Butrius conſi.xl.in
ix.& Corn.cl.in primo, & Soci. lxxvj. in tertio, &
Deci.ccxxxvj.nu.xj.& Pariſ.d.conſi. xlv. nu.ij. in ij.
& D.Mantua in cõl.liiij.nu.viij.& conſ.clxxv.nu.j.
100 Quam † quidem portionem ab omni onere libe-
ram filius ipſe conſequi debet.d.§.repletionem,& d.
l.quoniam in prioribus, nulla ei fructuum facta im-
putatione.d.l.iubemus.& in d.auth.de trien. & ſem.
& d.auth.nouiſsima,ibi,ex ſubſtantia deficientis. &
Pariſ.aduertit dicto conſi.quadrageſimo quinto, nu.
ij.in ſecundo, & Gratus dicto conſ.clx.nume.xxix.
101 † Quam tamen portionem non propria authorita-
te filius ipſe conſequi debet, ſed iudicis ipſius arbi-
trio, prout commodius diuiſio ipſa fieri poſsit,& mi
nori cum diſpendio partium, ut docuit Bar. & l.ſuus
quoq;.ff.de hæred. inſtit. in fine. ubi adducit caſum
in l.non amplius.§.fin.ff.de leg.j.& in l.ij. C.quan-
do & quib. quarta pars.lib.x.uerſi.ex his puto.& idẽ
Bart.d.l.in quartam, uerſic.quartò quæro, concludit
æquitate inſpecta iudicis officio in vna re uel duabus
legitimam ipſam aſsignandam, ut communio euite-
tur.& Bal l.ſcimus,in princ.uerſ.quæro.C.de inoff.
teſtam.& Alexan.d.l.in quartam, uerſicu. confirmo
prædicta,& ibi Ripa nu.cxj.& ſeq.& idem Alexand.
conſi.cclxxxiij.in j. & conſ.cxxxiiij. in iiij. & Curt.
conſi.ult.& Deci.d.conſi.ccxxxvj.nu.ix.
Octauò quæritur, an legatum quinque mille au-
reorum Magnificis dominabus Helenæ, & Annæ fi-
liabus ab ipſo domino teſtatore relictum, ueluti æs
alienum deduci primùm debeat, & idcircò legitima
ipſius domini Manfredi ex toto corpore hæredita-
102 tis conſtitui debeat? † Reſpondeo in propoſito ca-
ſu, licèt ueteres uaria ſenſerint, nihilominus rece-
ptiorem uideri ſententiam, ut dos relicta à patre ue-
luti ęs alienum deduci debeat, deinde facta huiuſmo
di detractione legitimæ ſumma cõſtituatur, ſiue triẽ
tis, ſiue ſemiſsis ſecundum numerum filiorum. quod
Bald. cenſuit in d.l.Papinianus.§.vnde ſi quis, uerſ.
nota hanc Gloſſam ad quæſtionem ſtatuti excluden-
tis filiam, ut habita dote non ſuccedat cum maſculis.
ſanè ſumpto argumento ex eo textu & Gloſſa, cõclu
dit, filij legitimam in huiuſmodi caſu eſſe trientem,
& ibi Ang.uerſ.nota Glo.& idem Ang.§.quarta. ea.
l.& Fulg.ibi nu.iiij.uerſ.ex hac tamen Gloſ.& Ang.
& Imol.idem docuerunt in l.illud.§.ſi duobus.de le-
gat.j.& Ang.l.vnica.§.in primo.in fi.C.de cad.toll.
Cuma.l.re coniuncti.ff.de lega.iij.in j.lect. & Alex.
l.j.in additionibus.§.filium.ff.de bon. poſ.cont.tab.
& Iaſ.l.huiuſmodi.§.ſi Titio.ff.de leg.j. licèt ambi-
gat.cùm enim legitima ipſa ſit tertia eius, quod quis
ab inteſtato habiturus erat deductis ære alieno & fu-
neris impenſa.d.l. Papinianus.§.quarta.& d.§.vnde ſi
quis,cum Glo.in uerb. deberetur: Vicentinum autẽ
ius omninò prohibeat filias ſuccedere, conſequens
eſt magnificum D. Manfredum inteſtato patri ſoro-
ribus conſtituta dote ſucceſſurum fuiſſe: & ideò le-
gitima eius erit triens totius paternæ hæreditatis hu
iuſmodi dotibus prius deductis. ſecũdum quã ſniam
ueteres ex facto conſulti ſæpius reſponderunt: Ang.
conſ.cv. Statuto cauetur.nu.iiij. uerſ.cõtrarium vr̃,
poſt Guliel.in d.auth.nouiſsima, & Bar.in d.l.j.§. ſi
pater. ff. de coniung. cum emancipa. libe. conclu-
dit, filiæ excluſæ à ſtatuto nullam eſſe legitimam,
& ideò

& ideò portionem huiuſmodi maſculorum prætaxari tertiam uel ſemiſſem eius etc. et idem Ange. conſi.ccc. Punctus talis eſt, Statuto ciuitatis Cortonæ, uerſi. ſit ergo. pro hac ſententia affirmat eſſe caſum ſingularem in d.§.unde ſi quis, ubi Glo. in uerbo ſextans. et Cuman. in caſu ſtatuti Vicentini cùm pater filium inſtituiſſet hæredem uniuerſalem, & filiæ dotem legaſſet. idem reſpondit conſi.xxxv. Stante ſtatuto Vicentię uerſi. in cōtrariū, quia legitima ſit tertia pars etc. d.auth.nouiſsima. & Fulg. in caſu eiuſdem ſtatuti conſil. xxvj. Stante ſtatuto ciuitatis Vincentiæ, in ſecundo dubio, Baldi ſententiam potius probari uidetur, licèt iudicem cogitantem relinquat. & Card.conſi.cli.nu.iij. idem ſentire uidetur, & Corneus cxcix. In hac conſultatione, in iij. idē in terminis reſpondit extante filio maſculo & duabus filiabus dotatis. & Alex.conſi.iiij.in iiij. Viſo teſtamento Andreę. & Soci conſi.cl. nu.xix.in j. Collegium Patauinum pro hac ſententia reſpondiſſe teſtatur, ſub ampliſsimo Priori domino Proſdocimo de Comitibus. & Deci.conſi.ncvij.num.xv. In hanc ſententiam inclinat, licèt Pariſ.conſil. liij.nu.lxxiiij. lxxv. in iij. oppoſitum concludere uideatur, eius tamen auctoritas reiici debet, poſtquàm ſententiā huiuſmodi non ſolùm ueriorem, ſed & communem ueteres affirment. Brun. in tract.ſtatut. ſtantibus maſculis, articulo.x.q.ij.num. xxxiiij. vbi fatetur ſe pro hac ſententia reſpondiſſe, & ita fuiſſe iudicatum per Illuſtriſsimum D. Ioānem Iacobum Triultium Regium Locumtenentem generalem in ciuitate Aſtenſi tunc degentem ex conſilio domini Ioannis Campegij.

Nonò quęritur, an quatenus Magnificus D. Manfredus ſummam dotis legatę exceſsit ſororibus in teſtamēto paterno relictæ, tanquā alienatum ſibi in legitimam imputari debeat? & puto quòd non: cùm pater adiecerit arbitratu hæredis & commiſſariorū rem hanc temperandam eſſe, is ſanè uerbis: Item reliquit, & de bonis ſuis dari iuſsit D D. Helenæ & Annæ filiabus pro earum dote ducatos bis mille & quingentos pro quaque earum, & plus & minus habito reſpectu ad conditionem temporum & perſonarum, prout uidebitur infraſcriptis ſuis commiſſariis & tutoribus: dummodò, cum eorū conſenſu etc. Cuius ſanè pręcepti effectus intelligi debet, ut iuris
103 ipſius ratio ſuadet, † decernentis dotem eſſe conſtituendā, prout conditio uiri & coniungis exigit. l. quæro.ff.de iure dot. ubi Doct. & d.auth. res quæ. C. comm. deleg. ut in pluribus reſponſis ueteres noſtri cenſuerunt, breuitatis cauſa omiſsis.

Decimò quæritur, an Magnificus D. Manfredus integram portionem reſtituere compellatur, quam ex teſtamento Magnifici D. Alexandri conſequutus
104 fuit? † Et reſpondeo, quod ſic, cùm ille expreſsè Trebellianicę deductionem prohibuerit, & D. ipſe Manfredus fuerit eius extraneus hæres; unde prohibitionis pręceptum legitimum cenſeatur. d.§. ſi uerò expreſsim, & d. auth. ſed cùm teſtator, & d. l. iubemus, cum aliis ſuperius adductis. & iccircò quod ad dotes Magnificarum Do. Claudię, & Sulpitię attinet omnis quęſtio ſuperflua eſt: quia conſtat non extantibus maſculis, etiam ſecundum Vicentinę legis diſpōnē eas ſuas cenſeri & idcircò in legitima inſtitui. d.l.Papi.§. quarta. & d.§. aliud, in auth. ut cùm de appell.cog. idque potiſsimùm cùm pater eas inſtituerit in legitima quo caſu nec maſculis exiſtentibus deſierunt eſſe ſuę. Soc.conſ.lxxvj. Viſo, nu.iij.
105 Vndecimò reſpondeo † in quęſitis opera & induſtria ipſius Magnifici D. Manfredi & meliorationibus ipſis liberam eius diſponendi facultatem fuiſſe, & idcircò cōmodum huiuſmodi expenſarum & meliorationum ad eius hęredem pertinere. l. domos, cum ſeq.ff.de leg.j. ubi Bar. Ange. & Imola, & Bald. & Ange. in l. emptor.ff. de rei uend. & Bal. l. ii.§. emptor. C. commun. deleg. nu.v. quæ concluſio in quocumque poſſeſſore iuſto procedere debet, ut meliorationes ipſas retinere ualeat. l. ſecunda.§. primo. de alluuio. & paludib. cùm enim ſubſtantia melioramentorum ſit hęreditarium quiddam, ut Barto. docuit. l.i.§. penul.ff.de ſuperfici. & Bald. l. Senatus, & ibi Ange. de lega. primo. & l. pen. C. de ſolutio. & ad quoſcunque hæredes tranſeunt. Fel. in c. cum cauſa, nu. vi. de re iud. & Beroius q.xix.nu.iii. ubi in emphyteota loquitur, & q. xcv. in uaſallo de melioramentis retinendis, non inſubiè diſtinguit; & in eo qui rogatus eſt reſtituere, Doct. in d.l. domos, & Caſtren. conſi.x. & xvii. & cccxxii.

In reliquis ſuppleat prudentia & integritas Pręſtantiſsimi domini iudicare debentis. Laus Deo, Patauij, viij. Idus Octob. 1557.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filius ſub cōditione reſtituere rogatur, quòd poſſit duas quartas detrahere, legitimam ſcilicèt & Trebellianicā, latius demonſtratur, & de receptiori opinione, & quòd ita in ſcholis & iudicijs obſeruatur.*

CONSILIVM XCIII.

SIVE SVBSCRIPTIO EXCELLENTISSIMI I.C. domini Marci Mantuæ, Patauini.

Ieſus Chriſtus innocatus adſit.

QVONIAM ſatis ſuperque ſuper hiſce undecim dubitationibus ex themate elicitis, Excellentiſsimus Conſultor ſcripſit, nec minus eleganter, & iuridicè, quàm copioſè & affluenter, ſuperuacaneum uiſum fuit, mihi præſertim de ſola ſubſcriptione requiſito, aliud quidquam addere, iuxta tex. in l.i.ff. de dot. pręleg. locus enim relictus non eſt, nec liber, quem ipſe non euoluerit, non introſpexerit, nō deniq; inbiberit, ut uideri & legi poteſt. & ſi licet, addendumque eſt aliquid, ad dictum de duabus quartis detrahendis de legitima ſcilicèt & de Trebellianica à filio ſub conditione rogato, ut his, cęteris

pręter-

prętermiſsis, dubiam non hebentibus, addi poſsit,
1 † ſignanter per d.cap. Raintius, & d.c. Rainaldus, in materia allegata de teſtam. quod etiam tenuit Barto. in d.l. Papin. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſtam. & Cur. iun. in auth. ex cauſa, nume. lxxiij. C. de libe. pręt. & cuc hoc idem ſit, rationem aſsignat Abb. in d.c. Rainutius, nume. xxv. ad finem. & uera eſſe opinor, & de conſuetudine ſecuari. Iaſ. in d.l. filium quem, col. iiii. & v. famil. etciſ. & idem ſępe conſuluiſſe teſtatur Bald. & ita ſeruatum eſſe, conſi. ccccxcviij. col. finali vol. i. & quòd eſt quęſtio antiquiſsima, & ꝙ, vt dictũ fuit, totus mundus ita ſeruat. idem conſil. ccxix. col. fin. in ii. & conſi. ccxxi. col. xvj. in pcinci. & quòd eſt opi. canonizata per dicta iura, ut ſuprà, conſi. xxxvj. col. ii. in iii. & quód uſus mundi ſtat in hac parte canonibus, & quòd Papa poteſt interpretari leges, cõſil. cclii. col. ii. & conſi. cccc. in prin. & quòd de hoc apud intelligentes non eſt dubium. & conſil. ccclxxvii. col. ii. eo. lib. quòd opi. Doct. debeat cedere authoritati beati Petri, & eum non præcedere. & conſ. cccclxxxv. in v. Alex. conſi. xliii. in ii. & cxlii. eo. lib. & cii. in iii. & conſil. cxli. col. ii. & Fulgo. conſ. xxxii. col. i. Caſt. cõſ. cccxli. col. i. in i. & conſi. cccciiij. col. fin. eod. lib. Soc. iun. conſ. lix. nu. xxviii. in iii. & breuiter aliis prætermiſsis, quòd ita in Scholis, & iudiciis ſeruetur. & quòd ab hac opinione nullo modo eſt diſcedendum, tradit Bertrandus conſi. ccclxxix. col. i. in i. & quòd receptiſsima eſt opinio, & indubitata, conſi. xiii. nume. i. vol. ii. & Gozzad. conſi lxvii. num. xv. & ex generali conſuetudine totius orbis ſeruatur, etiam in foro ciuili; idem Bertr. conſil. cclxiiii. nu. i. in iii. & quòd ad id, ꝙ trebellianica prohiberi filiis primi gradus non poſsit, & quòd fructus in Trebellianicam non computentur, quòdque commu. opin. ſit, teſtatur idem Bertr. conſi. tricenteſimo, numero vj. & conſi. ccclxxix. lib. iii. & quòad fructus, idem dicimus, ſcilicèt, ſi iudicio teſtatoris percepti ſint, ut oſtendit Gozad. conſ. nonageſimoſeptimo, nu. xiiij. & conſi. ciiii. nu. xxiiij. aliàs filii non eſſent meliores conditionis, quàm extranei, quod non eſt dicendum l. i. §. largius. ff. de ſucceſſ. edict. idem Bertr. conſ. ccc-ii. nu. xv. Adhuc, eo. lib. & conſi. xxxiiii. nu. iii. & cõſil. cix. nume. iii. & conſi. ccxiiii. nu. vi. in ii. Eadẽ re cõcurro in ſententiam prælibati D. Conſulentis D. Iacobi Philippi Portii Excellentiſsimi, mihi uti fratris, honorandi in oĩbus, & per omnia, ut ſuprà cõcluſum eſt. Et ita etiam dico iuris eſſe & de iure, ſaniori iuditio ſemper ſaluo: & in fidẽ me ſubſcripſi, ſolitoque ſigillo ſubſignaui.

Maccus Mantua Benauidius Patauinus. I.C. et Comes.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Notarius tradito inſtrumento parti functus eſt officio ſuo, ſic, ut deinde nil quicquàm addere uel mutare poſſit, etiam ſyllabam, aut punctum, quod ampliatur. nu. 4.*
2 *Notarius quòd poſſit inſtrumentum corrigere, intelligendum eſt, antequàm illud parti tradiderit, aliàs minimè.*
3 *Notario etiam bonæ famæ non creditũ, quòd aliquid per errorem ſcripſerit.*
5 *Officiali de aliquo crimine imputato creditur, niſi excuſationem eius clarè doceat.*
6 *Mandatum Principis officiali factum, ut iniuſtitiã faciat, inualidum eſt, nec illud excuſat.*
7 *Probationes leues & cõiecturales admittuntur in his, quæ difficilis ſunt probationis. & nu. 21.*
8 *Teſtes ſingulares probant iudicis corruptelam, ſeu barattariam, ut uocant, & nu. 21.*
9 *Officiali tradita pecunia licèt mutui nomine, præſumũtur tamen ex cauſa corruptelæ & barattaria.*
10 *Officialis an per ſe pecunias recipiat, an uxori mandet, uel alteri tradi, nil hoc refert.*
11 *Officialis præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis ad fiſcũ pertinentibus.*
12 *Socius criminis eſt idoneus teſtis in caſu corruptelæ iudicis ſiue barattaria.*
13 *Confeſſio ſocij criminis quando faciat inditium.*
14 *Teſtes debent de tempore deponere.*
15 *Teſti perito in arte credendum eſt.*
16 *Teſtibus deponentibus de ſana mente, magis credendũ eſt, quàm deponentibus de infirmitate & furore.*
17 *Teſtis non repellitur eò quòd aliquando fuerit non ſanæ mentis.*
18 *Iudæi an ſint idonei teſtes contra officialem, diſtinguitur. uide ibi.*
19 *Teſtes inhabiles probant contra officialem deponentes de eius corruptela. & nu. præced.*
20 *Fama bona in genere probata, non iuuat, quãdo in ſpecie de delicto probatur.*
21 *Iudicis corruptela ſeu baratteria per unicum teſtẽ probatur, atque etiam ex coniecturis.*
22 *Probatio dicitur euidens, quæ ex cõiecturis colligitur.*
23 *Probatio plena reſultat in perſcrutandis criminibus, ex pluribus indicijs ſimul iunctis.*
24 *Teſtes de auditu non probant.*
25 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonẽ de falſo ſuſpecti ſunt.*
26 *Teſtis in uno falſus, in cæteris quoque præſumitur.*
27 *Teſtis in uno falſus repellendus eſt in cæteris.*
28 *Infamis non poteſt infamiam alteri opponere.*
29 *Amicus non eſt idoneus teſtis, qui tamen ſit arcta amicitia coniunctus.*
30 *Teſtis conſobrinus non probat.*
31 *Probatio ſpecialis elidit generalem.*
32 *Teſtis ueriſimile non deponens, non eſt audiendus.*
33 *Inimicitia præſumitur per accuſationem propoſitam.*
34 *Secreta reuelans qua pœna puniendus, ſi eſt officialis.*
35 *Secretum quando debet, uel non debet reuelari.*
36 *Treguæ & belli idem eſt iudicium.*
37 *Mendacium eſt indicium ad torturam.*
38 *Officialis tenetur de dolo, lata culpa, & leui etiam.*
39 *Falſificans & falſificari mandans an eadem pœna falſi puniantur.*
40 *Falſi pœna eſt deportatio cum publicatione bonorum de iure communi, niſi crimen ſit ualde graue, quia pœna mortis tunc falſarius punitur.*
41 *Diſpoſitio iuris communis ceſſat ob legem municipalẽ, quæ obſeruanda eſt in municipio, quicquid ius cõmune dicat.*

CONSILIVM XCIIII.

SANCTISSIMAE TRINITATIS præſidio ex corde inuocato.

VIso proceſſu & conſideratis his,
quæ per Borronum probata ex-
titerunt, arbitror tàm ſupremum
Cancellarium, quàm Montium de
falſo ac barattaria conuinctos eſſe.
conſtat ſiquidem ea præſumptio-
nibus & teſtibus & demum ex propria eorum con-
feſsione, de quadam additione facta literis ſaluicõ-
ductus poſtquàm fuerunt perfectę, & parti etiã tra-
ditæ. quod falſitatem arguit, ut uoluit Bald. in c. li-
1 teris. extra de fid. inſtr. † qui dicit quòd tradito in-
ſtrumento parti, notarium adeò eius officio functũ
fuiſſe, ut nec minimam ſyllabam, nec punctum illi
addere aut mutare poſsit, & ipſi Baldo ſubſcribit Fe-
linus col. iiii. Quę concluſio adeò uera exiſtimatur,
ut nec per momẽtum temporis poſt inſtrumẽti tra-
ditionem illud alterare poſsit. Specu. in tit. de fid. in-
2 ſtrum. §. poſtremò. uerſ. & nunquid. cõcludit † quod
uulgò traditum eſt, tabellioni permiſſum eſſe, perfe-
ctum inſtrumentum corrigere, locum habere ante-
quàm illius traditio parti facta ſit; quod Alex. con-
cludit in conſ. lxxi. Viſo proceſſu. uol. i. & Bald. in l.
ambiguitatem, in fi. C. de teſtam. & Gram. conſ. xx-
iiij. per totum. at utrunque dictum in caſu noſtro non p-
cedit, quia additio fuit facta poſt datam copiam par-
ti, & ex longo interuallo poſteà, & ſic falſum com-
miſerunt. Nec errore id factum fuiſſe dicẽdum eſt,
ex quo nec ipſi querelati hunc errorem allegant; &
quatenus hoc facerent, ſibi non prodeſſet, quia prin-
cipaliter de errore cõſtare deberet, & ne dum ex cõ-
3 feſsione propria, ſed etiam aliter expreſsè: † quia
notario etiam bonę famæ nõ creditur, quòd errans ali
quid ſcripſerit, ut inquit Bald. in l. cũ proponeretur.
ff. de legat. i. & l. Imperator. ff. de ſtat. homi. & prius
docuit Specu. in d. §. poſtremò, uerſ. ſed nunquid, de
4 fid. inſtr. Amplius exiſtimo, † quòd licèt de errore
conſtaret, notarium ſine licentia ſuperioris aliquid
addere non poſſe abſq; nota falſitatis, ut inquit Spe-
cul. in d. §. poſtremò. & Bal. in d. l. cùm proponere-
tur, & l. fin. C. de eden. & Alex. reſpondit conſi. lxxx-
ix. Viſo, col. i. & iii. & Gramm. d. conſi. xxiiii. Vnde
ſi additio hæc errore facta non eſt, nec error releua-
ret, ſequitur quòd dolo facta cenſeri debet. idq; po-
tiſsimùm, cùm uiros hmõdi, iuris ignorantia nõ ex-
cuſet, toto titu. C. & ff. de iu. & fac. ign. quare ex prę-
dictis clarè concludendum uidetur, eos falſi pœna
condemnandos eſſe. Nec poterunt ſupremus Can-
cellarius & Montius adiuuari excuſationibus ſuis,
uidelicet Montius allegando mandatũ ſupremi Can-
cellarii, & ſupremus Cancellarius mandatum Illu-
ſtriſsimi Gubernatoris: quia de hoc ultimo man-
5 dato nullibi apparet, † & ideò officiali de aliquo cri-
mine imputato nõ creditur, niſi excuſationẽ eius cla
rè doceat: quod Paris de Puteo tradit in tractat. de
ſyndicatu in uerbo An ſi iudici opponatur. nu. i. per
tex. in c. quoniam contrà. de prob. & c. cùm in iure.
de offic. deleg. maximè quando cauſa eſt grauis, ut
Bartol. docuit, & Angel. in auth. niſi breuiores. C. de
6 ſentẽ. ex breuic. † Ex utroque caſu loquendo tàm D.
Tabernæ quàm Montij officialium, principis man-
datum, ut delictum committant, uel iniuſtitiam fa-
ciant, eos non releuat. Hamodeus de Caſtel. in tract.
ſyndi. nu. clix. hinc factum officialis iuſtum, princi-
pis factum exiſtimatur; nõ autem cùm iniuſtum ſit,
quia tunc ut priuatus facere dicitur, & puniri de-
bet. l. ab agnato. ff. dę manumiſſ. & l. creatur. §. Lucius
ff. mand. & Paris de Puteo. in d. tract. in uerſic. ſi de-
linquens, nume. v.

Addo quòd uterque pecunias recepit in pręmiũ
eorum falſitatis, ut Montius de pecuniarum recep-
tione fatetur, & D. Taberna ex teſtibus conuictus
eſt. Montio ſi quid eſt, opponitur, quòd pro addi-
tione huiuſmodi ſcutos uiginti à Borrono recepit,
is autem de decem tantùm fatetur, & ex alia cauſa ſi-
bi datos excipit. uerùm cùm Borroni intentio pro-
bata ſit, cùm de falſitate perpetrata conſtet & pecu-
niarum datione, reliquum erat, ut Montius eius exce-
ptionem probare deberet, putà ex alia cauſa pecu-
nias illas ſibi traditas fuiſſe. l. in exceptionibus. ff. de
probat. & l. actor. C. eo. c. ſuper his, de accuſ. quare
probata falſitate & pecuniarum datione, neceſſariò
inferri uidetur ob hanc ipſam cauſam falſi crimen
eos incurriſſe: quod Soci. tradit conſil. cclxxxvij. &
Marſi. conſ. lxxii. ex falſitate enim præcedente oritur
præſumptio, quòd ſemel malus etc. cuius uirtute na-
turalis bonitatis pręſumptio elidiitur. quare Mon-
tius eius exceptione non probata de falſo ac baratta-
ria conuictus eſt. nec releuat quod de minori ſum-
ma cõfeſſus ſit, quia ſufficit quòd falſum commiſerit
etiam modicam pecuniã recipiẽdo. l. i. §. occiſores.
ff. ad Sylla. & l. ingenuus. C. ad legem Iuli. repet. ut
7 de prædictis ex propria confeſsione apparet, † &
ex iuris præſumptionibus, & indiciis naturalibus &
coniecturis uerisimilibus, quæ fidem faciunt in his
quæ exactè probari non poſſunt. l. non omnes. ff. de
re mili. & Gloſſ. l. i. ff. de proba. & Paris de Puteo d.
trac. in uerbo probatio, nu. iij.

Quòd autem Taberna pariter conuictus ſit, ex te-
ſtibus probatur: nam Marlianus primus teſtis exa-
minatus pro Borrono dicit quòd Taberna nihil age
bat alicui ſeruiendo, niſi pecuniis intercedentibus,
& quòd cùm ſibi eueniſſet caſus, quòd opera dicti
Tabernę uti uellet, uſus fuit medio Iacobi Antonii
Crucęi, qui ſibi dixit, quòd opus erat dare centum
ſcutos Tabernæ pro tali ſeruitio obtinendo. & hoc
cõfirmat Io. Baptiſta Painetus. idem etiã dicit Fan-
tonus, & affirmat Borronus eius frater, etiam in ſpe-
cie ſubdens, quòd in quadam gratia obtenta à domi-
no Io. Croto, abraſa fuerunt nonnulla uerba, & alia
poſita, quæ ipſe uidit. Padernus uerò ne dum de ba-
rattaria in genere, ſed tot & talia in ſpecie deponit,
quæ longum eſſet enarrare. ex quibus concludi ui-
detur, Tabernę barattariam ſaltem in genere proba-
8 tã fuiſſe, † quis plures teſtes etiam ſingulares depo-
nentes de corruptela alicuius officialis barattariam
probant: quod tradit Gramm. conſi. xxxv. nu. xliij.

Sed ulterius deuertendo ab barattariã oppoſitam
per Borronum, dico in caſu ſpecifico probatum ui-
deri pluribus rationibus; & primò quia Bertus fa-

mulus

mulus ipſius Tabernæ & quidem fidelis domino, &
inimicus Borrono, ut ex proceſſu conſtat, in tormẽ-
tis & extra confeſſus fuit ſe recepiſſe bis pecunias à
Borrono, & illas tradidiſſe domino ſuo. nec refert
quod non exprimat cauſam; quia ſumus in delictis,
quæ clam committuntur, unde credibile ſit, Bertũ
ipſum neſciuiſſe, cùm tamen ſi in aliam cauſam lici-
tam recepiſſet, ueriſimiliter ſciuiſſet: præſumptio
9 tamen eſt quòd traditę fuerint,† quia quando pecu-
nię dantur officiali, præſumptio eſt contra ipſum de
Barattaria, tametſi mutui cauſa uel alterius liciti cõ-
tractus in illa numeratione nominetur. quod Bald.
cenſuit per illum text. in l. quiſquis. C. ſi cert. peta. &
10 Thomas Gramm. conſi. xxxv. nume. viij.† nec refert
an ipſe officialis pecunias recipiat uel eas uxori mã-
det alteri tradi. l. ii. ff. de calum. ubi Docto. & Amo-
deus de Caſtell. in d. tract. de ſyndi. & prędicta ma-
ximè procedunt in caſu propoſito, cũ dominus Ta-
berna pro tali diffamatus ſit, ut ex teſtibus cõtra ip-
11 ſum examinatis apparet,† & ex facultatibus per ip-
ſum acquiſitis præſumitur, quòd ex bonis ad fiſcum
pertinentibus paratæ cenſentur. Glo. ordinaria in l.
facultas, aliàs. l. defenſionis. C. de iur. fiſ. lib. x. & Bal.
d. l. quiſquis. C. ſi cert. pet. & quanuis aliqui contra-
rium ſenſerint, tamen concludunt omnes quòd hæc
præſumptio præualet, quando aliis coniecturis ad-
iuuatur. Bald. in dict. l. quiſquis, in fine. et plura in
caſu noſtro concurrunt, ut demonſtratum eſt, & ex
dicto Fantoni & Borroni adiuuatur. Nam Borronus
& Fantonus concordant in una ſumma tradita Ber-
to domini Tabernę mandato præcedente, & ſimul
deponunt ſpecificè cauſam adducentes ut ex proceſ-
12 ſu conſtat. Nec † obſ. quæ prædictis deponentibus
impingi uidentur; quia quòd ad Borronum atti-
net, dico, quòd licèt poſsit dici ſocius criminis tan-
quàm fuerit mediator apud dominum Tabernam,
nihilominus ſiue eum barattarium ſiue alterius cri-
minis ſociũ appellare uelimus, ſemper erit idoneus
teſtis in caſu barattarię & criminis imputatione.
quod Sali. uoluit in l. ea quidẽ. nu. eiiij. uer. quod cre
do uerum. C. de accuſa. Alex. cõſ. lxxiiii. col. i. uol. i.
Marſ. l. diuus Pius. nu. vi. & vii. ff. de quęſt. & ea eſt
ratio, quia delictum ſecretò committitur, & procul
à iuris probis; unde qui deponere deberent de eo, ſi
ab hoc repellerentur barattarii & cæteri mediato-
res? cùm his exceptis nullus foret, qui de eo ſcientiã
haberet? de ſocio uerò criminis inquit Paris de Pu-
13 teo in tract. prędicto in uerſ. confeſsio, nu. i.† quòd
confeſsio ſocii criminis maximum facit indicium
contra alium ſocium, eò maximè quando cum iura-
mento depoſuerunt, per ea quę tradit Bar. in l. Mar-
cellus. ff. rer. amotar. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de
furt. & hoc etiam procedit, licèt ſimus in atrociori-
bus, per eundem Bald. in l. repetit. §. i. ff. de quæſtio.
& Sali. in l. fin. ff. de accuſa.

Quo uerò ad Bertum, Fãtonum, & Borronum, nõ
obſ. quòd per aduerſarios aliqua opponantur, quæ
eorum fidem diminuere uideatur. quia quod ad Ber-
tum attinet, reſpondeo, non obſ. quòd dicatur homo
leuis & ſolitus pati humores melancolicos, ac timi-
dus ac immemor, ut ipſe ſupremus Cancellarius de-
duxit in ſuo ſecundo capitulo, ſuper quo uidentur
14 nouem teſtes depoſuiſſe.† quia dicti teſtes uſque ad
unum non deponunt de tempore teſtificationis ip-
ſius Berti, & propterea non concludunt. l. iii. §. dux.
ubi Docto. ff. de Carbo. edic. & Alexã. conſi. lxxviii.
nume. x. in j. Prętereà, licèt quandoque Bertus hu-
mores huiuſmodi paſſus fuerit, id fuit per accidens,
ut dicit decimus teſtis ex natura ægritudinis, qua ip-
ſe laborabat, quod & in aliis quoq; contingit, ut de-
ponit Cauenagua Prothophyſicus xviii. teſtis qui ip-
15 ſum curauit in infirmitate:† unde ei omninò cre-
dendum. Abb. & alii mod. in c. propoſuiſti. de pro-
bat. Dec. conſi. cxliiii. & Pariſ conſi. lvi. nu. xii. in ii.
ubi propriè loquitur de iudicio Phyſicorum. adeò
quòd quando Bertus non laborabat ęgritudine erat
in bono ſenſu, ut deponit xvii. teſtis. ſed in omnem
caſum Borronus probauit dictum Bertum & tempo
re depoſitionis, & diu ante & poſt fuiſſe & eſſe ſa-
næ mentis & boni intellectus, & pro tali ſemper ha-
bitum fuiſſe, unde ſupremum Cancellarium eidem
pecuniarum, argenti, ueſtium, ſcripturarum, &
proprię eius perſonæ curam mandaſſe, ut proba-
tur ſuper capitulo ſecundo per Borronum produ-
16 cto per tres teſtes clarè deponentes,† quibus ma-
gis creditur ſanam mentem atteſtantibus, quàm aliis
contrarium aſſerentibus. Pariſius conſi. lxxxviii. nu.
17 xii. uol. iii.† nec aliquis à teſtimonio repellendus eſt
eò quia aliquando non fuerit ſanę mentis. Corn. cõ-
ſil. cclxx. nume. xiii. uolum. i. & hoc maximè proce-
dit in caſu noſtro, cũ pro uiro ſanę mẽtis approbe-
tur per ſummum Cancellarium ſuper tertio ſuo ca-
pitulo. quia ſi Bertus fuiſſet inſanus, leuis, & imme-
mor, ueriſimiliter ei nõ credidiſſet oïa bona ſua pro-
ut quilibet iudicare poteſt. Prętereà hoc magis ſci-
re poſſunt Illuſtres domini delegati, qui ſępius ip-
ſum interrogauerunt etiam in tormẽtis. arg. l. teſtiũ.
§. ideoque. uerſ. tu magis. ff. de teſti.

Similiter non obſ. oppoſita Fantono & Borrono,
quia quatenus appareat ipſos aliquando condemna-
tos, demonſtratur iam, quòd per gratias fuerunt
ad ſuum priſtinum ſtatum reſtituti: quem effectum
principis gratia producere ſolet. Corne. conſi. cxxv.
nu. vi. in i. & clxxiiii. nume. v. in iii. ſed ulterius di-
co ex alio omnes ſuprà nominatos fidem debere fa-
cere. nam Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus in
18 uerb. qui ſemel rogatus, per totum, quęrit,† an in q̃-
rela data officiali de corruptela, Iudęi legitimi teſtes
contra officialem cenſeantur? & poſt multa hinc in-
de allegata, concludit diſtinguendo, quòd aut offi-
cialis alioquin eſt bonę famę, & talis qui mũdas ma-
nus habuiſſe dicitur, aut aliter eſt de hoc ſuſpectus,
in primo caſu Iudęi nõ admittũtur, in ſecũdo uerò ſe
cus: quia ſicuti qualitas præcedentis uitæ bonę eli-
dit Indicia quæ urgent contra primam, ita qualitas
malæ uitæ arguit illum contra quem eſt ſuſpicio, &
ipſum aggrauat; quinimmo præcedentibus indiciis
19 prædictis, Paris de Puteo uidetur uelle inferre,† q̃
teſtes qui alias exceptiones huiuſmodi patiũtur ma-
gis grauent ipſum, quàm fortè facerent alii diuerſæ
qualitatis, quia pręſumptio concurrit cum ipſis ui-
delicet ex quo ſunt tales, & officialis utebatur fami-
liaritate ipſorum, quòd & ipſe officialis ſit ſimilis. l.
continuus. §. cùm ita. ff. de uerbo. obl. unde in pro-
poſito

poſito caſu concludendum uidetur, quòd cùm pro-
bata ſit falſitas conſteťq; de mala fama Tabernę & de
familiaritate & domeſticirate Borroni & cæterorum
cum domino Taberna, & Bertus deponat de rece-
ptione pecuniarũ, & Fantonus & Borronus hoc atte
ſtentur, & quod fortius eſt de cauſa dictarum pecu-
niarum fidem faciant ipſum Tabernam de Barattą-
ria conuictum uideri. Nam quod opponi poterat di-
ctis teſtibus quominus integri diiudicarẽtur ex ma-
la fama ipſius Tabernæ probata ſublatum cenſetur,
tot pręſertim præſumptionibus & indiciis contra
ipſum concurrentibus, quæ per contrariam proba-
tionem elidi debebant, & tamẽ factum non fuit; quia
licèt Taberna conatus fuerit bonam famam proba-
re, uſus fuit tamen teſtibus familiaribus, domeſticis,
commenſalibus, uel aliter ſuſpectis, ut ex proceſſu
20 apparet. generaliter enim dicitur † generalem bonę
famę probationem nihil operari recepto delicti in
ſpecie indicio. Inno. in c. audiiis, de pręſcript. & Bal.
in l. ſine poſsidetis. C. de probatio. Alexan. conſ. lxx-
vii. nume. viii. in j.

21 Pręttereà aduertendum eſt, † quòd ſumus (ut di-
ctum eſt) in his, quæ ſunt difficilis probationis, &
quæ ſolent per unicum teſtem probari: ut in termi-
nis de barattaria probanda tradit Marſilius conſ. lxj.
nume. xxxiij. quinimmo in ſimilibus ex coniecturis
& præſumptionibus plena reſultat probatio. Gloſſ.
in l. ij. §. actus. ff. de excuſa. tuto. quam Bald. admira-
tur in rub. eatrà. & C. de proba. & ſequitur Gramm.
22 in conſi. xxvii. nume. xiii. & xiiii. ſubiiciens † quòd
illa dicitur euidẽs probatio quę ex coniecturis col-
ligitur. l. licèt Imperator. ff. delega. j. & l. ſi plures. de
de uulg. & pupill. & Paris de Puteo d. tracta. in uer-
23 bo iudex. nume. ii. † nam in ſcrutandis criminibus
ex pluribus indiciis ſimul iunctis plena reſultat pro-
batio, ut quis poſsit damnari. l. excipiuntur, cùm
Glo. in uerbo particeps. ff. ad Syllania. & l. indicia. ff.
de rei uendic. & Paris de Puteo in d. tracta. in uerbo
mandauit. nume. xxxii. cùm igitur in caſu noſtro tot
concurrant indicia & præſumptiones, non eſt ambi-
gendum, quin Taberna ipſe ei pœnæ ſubiectus intel-
ligatur, cui barattarii & falſi criminis rei ex iuris ci-
uilis diſpoſitione & ſtatutorum obnoxij ſunt. Nec
poteſt iuuari ratione adducta in octauo capitulo, vbi
dixit, quòd poſtquàm expeditæ & ſignatæ fuiſſent
literæ Illuſtriſsimi Locumtenentis, quandoq; factas
fuiſſe & fieri ſolere ſecundum occurentias, diuerſas
additiones ſub eadem met ſcriptura Locumtenentis
de manu ſupremi Cancellarij. quia reſpondetur, q
hoc non eſt probatum: & ſuper eo capitulo duo tã-
tùm teſtes depoſuerunt, uidelicèt Ritius ſecretarius
antiquus & primus, & medicus Cancellarii qui præ-
ter quòd loquantur de literis miſsiuis tantùm, non
autem de ſaluis conductibus, uidentur etiam in-
ter ſe diſcrepare, quia medicus dicit uidiſſe quan-
doque poſt literas Principis firmatas additam fuiſ-
ſe unam lineam uel duas, ſed Ritius ſecretarius di-
cit non recordari uidiſſe, quòd literis ſeu aliis expe-
ditionibus iam firmatis manu Principis ſeu Locum-
tenẽtis facta fuerit aliqua additio ſuper eademmet
ſcriptura, ſaluo de accomodando aliquod uerbum
tantùm. bene dicit uidiſſe ſępius cùm continge-
bat poſt firmatas literas aliquid ſuperinde ſcribi fie-
ri unum poſt ſcriptum, quod in ipſis met literis fir-
matis inſerebatur, ſolùm tamen ſcriptum à ſecre-
tario; quod tamen (ut ipſe dicit) in rebus leuibus cõ-
tigit; & quarum propterea ſubſtantia non alteraba-
tur: & ſic dicti teſtes ueluti repugnantes retorquen-
tur contra ipſum ſupremum Cancellarium.

Non obſt. etiam quòd ipſe dominus Taberna co-
netur opponere Borrono in eius quarto capitulo,
quia licèt plures teſtes ſuper eo interrogati fuerint,
nullus eſt tamen, qui aliquid in ſpecie deponat,
24 † niſi de auditu; immò de auditu auditus, unde non
probant. c. ex literis, de teſti. & c. teſtium. C. eod. tit.
& Corn. conſi. cxxxvii. nu. ix. in iij. aliqui etiam ip-
ſorum falſi deprehenduntur, & omnes uel odio Bor-
roni uel in gratiam Tabernæ depoſuerunt, ut deſcẽ-
dendo ad ſpecialia mox oſtendo. Nam primus teſtis
Io. Antonius de Crocchis de auditu loquitur, nec
dicit à quo intellexerit Borronum uirum triſtem eſ-
ſe. loquitur prætereà præmeditato ſermone dicens:
che à Borrono non ſi de dar fede in iudicio ne fuori.
25 † quod omnes ijſdem uerbis pręmeditatis conclu-
dunt, unde falſi præſumuntur. Barto. l. iij. §. ideò. ff.
de teſtib. nam quando unũ & eundem ſermonem p-
ferunt ipſi teſtes, ſubornati intelliguntur. Corn. cõſ.
cii. nume. xvi. in i. & Decius plures adducit conſ. cc-
xlviii. nume. xxiiii. & Bertrandus conſil. ccxii. nu. ii.
in i. & Crauetta conſi. lxxviii. nu. xi. uerè poſtmodũ
falſus deprehenditur in his, quæ ſuper ſeptimo ca-
pitulo deponit. Primò enim dicit ſępius uidiſſe da-
ri pecunias Borrono deferendas Berto; & poſteà in-
terrogatus de una tantùm uice recordari affirmat.
26 † unde in uno falſus, in cæteris quoque idem præſu-
mitur, ut conlcludit Corneus conſi. cxcvii. in ii. &
Alex. conſi. vi. uol. iiii. & Socin. conſil. lvi. nu. xiii. in
quarto. alias etiam obiectiones patitur, quæ ſuper
dicto ſeptimo capitulo ſuo loco demonſtrabuntur.
ſatis eſt pro nunc, quòd ex iam dictis nullam fi-
dem faciat.

Dominus Hercules Vicecomes, ſecũdus teſtis ne
dum falſus deprehenditur, ſed inimicus Borroni,
de auditu enim deponẽs dicit, quòd Borronus pro-
prias filias proſtituit, & tamẽ nunquàm apparebit, q
27 aliquas filias habuerit, † qui cùm in hoc dicatur fal-
ſus, repellendus exiſtimatur, ut Iaſ. concludit in l. ſo-
rorem, nu. vi. C. de his qui. ut indig.

Marcus Antonius Dugnanus tertius teſtis inimi-
cus eſt Borroni, & aliàs, ut probatum eſt, pugione
percuſsit filium dicti Borroni animo eum occidẽdi
ulterius eſt infamis, & ipſe non erubeſcit detegere
turpitudines ſuas, uolens enim contra Borronum de
ponere, fatetur, quòd ſciente & patiente Borrono
ipſe teſtis tenuit pro concubina ſororem dicti Bor-
roni. & utcunque ueritas circa dictum ipſius teſtis
ſit, nunquàm apparebit quòd Borronus aliquam ha-
buerit ſororem, excepta una, quæ cùm foret illegiti-
ma, & eam nuptui tradidiſſet, nihil amplius fuit, ut
28 illam curaret in uiri poteſtate exiſtentem. † unde cũ
teſtis ipſe ex propria confeſsione ſit infamis, nõ po-
teſt alteri infamiã opponere. Glo. in l. ſi duo. ff. de do
lo. & Gloſ. & Gemi. in c. contra Chriſtianos, de hę-
re. in vj.

Bernar-

ſte ſemper attenditur; quia tantùm concludit quâ-
tùm ratio eſt efficaa, ſecundum Bald. in l. conuenti-
culum, col. pen. uerſic. Et de hoc do regulam. C. de
Epiſ. & cler. Non igitur debuit propter hanc narra-
tiuam Borroni deſiſtere ab interrogatione Princi-
pis, quam facere uolebat, ut dicit. & deprehenditur
etiam melius iſtud mendacium ex literis ipſius Do.
Tabernæ ſcriptis Borrono, & in proceſſu regiſtratis
dùm ipſe Borronus foret Romæ, quia ex data illarũ
apparet, quòd quando additio erat faciẽda Borronua
iam redierat è Roma, & habuerat ea cauſa prędicta
ſcutos centum tantùm, ferè iam menſibus uiginti, &
ſic eſt etiam in hoc mendax, quòd Borronua poſteà
habuerit ſcutos 300. & quòd neſciuerit tractatum,
& quòd Borronus non iuerit Romam. mendaxque
etiam deprehenditur in eo quod audacter affirmat,
quòd Borronus nunquàm ei uel Berto dederit ali-
quas pecunias, & tamen conuincitur ex confeſſione
propria, & ex dicto Berti & aliorum ſupranomina-
torum, quòd Bertus per duas uices habuit pecunias à
33 Borrono. † quòd autem mendacium & uariatio fa-
ciant inditium in reſpondente accuſationis ẽt ſuffi-
ciens ad torturam, tradit Bar. in l. fin. ff. de quæſti. &
in l. de minore. §. plurium. eo. tit. & ſequitur Ang. in
uer. fama publica, quæſt. ai. in tract. malef.

Septimum adminiculum cauſatur ex diligentia
adhibita ne falſitas detegeretur. primò cogitarunt
additionẽ facere ſaluoconductui iam eapedito, for-
tè ne amplius ad Principem haberẽt recurſus, prout
neceſſe fuiſſet, ſi nouum ſaluumconductum fabricaſ
ſent, & quia aliter commodè fieri non poterat, lineã
abraſerunt; abraſionem enim adeſſe cõcludit Suicus
& Calchua. nuũ poſtea eatra Cancellariam adhibue
runt, qui hãc additionem faceret, ut eſſet per eundẽ
conſcripra, per quem & totus ſaluua cõductus, & ita
de facili additio cognoſci non poſſet: & ubi de ipſa
orireturaliqua ſuſpitio, nõ ualeret qui illam ſcripſit
adinueniri. Noluerunt poſtmodùm in libro Can-
cellarię regiſtrari, ne libri uitiati ullo tempore ap-
parerent, ſed de eo copiam tenuerunt, ut medio
ipſius ſe excuſari aliqualiter poſsint, ubi orta eſ-
ſet aliqua diſceptstio. eumq́ue (ut dixi) regiſtratus
non foret, uoluerunt tamen in literis patẽtibus par-
ti traditis aliter apparere, & mentientes inſcripſerũt
regiſtratas in lib. fol. etc. & cùm ita hæc forent com-
poſita, uoluerũt ipſas literas remanere penès Borro-
num, de quo tàm ipſe D. Taberna & Montius, quàm
nominati in literis plurimùm coofidebant. & iſlud
ſic ordinatũ fuit, ne nominati in ſaluo conductu im-
prudenter, cùm inſcij forent iſtud ſibi cõceſſum ex-
titiſſe uia illicita, aliquibus ſaluum conductum de-
monſtrarent, qui falſitatem cognoſcerent.

Quare ex prędictis & aliàs deductis dico, teſtes ſu
ſtineri, ut in hac cã, q̃ ea ſe recipit ꝓbationes minus
legitimas, fidẽ faciant, ẽt ꝙ aliqui ipſorum nõnullas
obiectiones paterẽt. Similiter ea ꝑdictia dico dolũ
34 ĩ falſitate ꝑdicta cõmittẽda ſatis legitimè ꝓbari. † nõ
enim directò probari põt, cũ ea aĩo proueniat, ſed ꝑ
coniecturas, ut cæteræ animi qualitates deprehen-
dũtur. l. dolũ. C. de dolo. An autem iſtę qualitates ſic
conſideratæ iuncta falſitate perpetrata dolum con-
cludant, uideant Illuſtr. & ſapientiſsimi delegati.

Et ſi diceretur, quęlibet cauſa etiam temeraria ex-
cuſat à dolo, & ex parte Tabernæ ac dolum excu-
ſandum probatum eſt, ſaltem per ſea teſtes, quòd
pluries per dominum Tabernam pecuniæ fuerant
traditæ Borrono, ut illas Berto conſignaret cuſto-
diendas. Reſpondeo, poſito ſine ueri præiudicio,
quòd iſtud probatum foret, dolum tamen non ex-
cluderet à falſitate commiſſa tot aliis præſumptioni-
bus de quibus ſuprà, quæ dolum arguunt concurrẽ-
tibua, quarum vnam tantùm hæc ratio reſpicit, uide-
35 licèt traditionis pecuniarum. Præterea † dico, quòd
quælibet cauſa excuſat à dolo, quando eſt legitimè
probata, legitimè autem diceretur in caſu noſtro de
hac cauſa conſtare, quando ex teſtibus omni excep-
tione maioribus, & in ſpecie deponentibua probare-
tur, quorum utrunque deficit in caſu noſtro. Nam
primus teſtis Io. Anto. Chioccha ſuper hoc interro-
gatus dicit, che alle uolte è ſtato præſente mentre
ch'era alla ſeruitù del Tauerna, & ha uiſto ch'il gran
Cancelliere daua dinari à Borrono ꝑ portarli à Ber-
to, & coſi eſſo gli li portaua. & interrogato come foſ
ſero quelli dinari, che ſi dauano à Borrono. reſpon-
de che non ſe raccorda la qualità, ma che il piu delle
uolte quando ſe li dauano, erano inuoltati nel pape-
ro. & ſic tam ea illo uerbo, che alle uolte fu preſen-
te quando ſe dauano dinari al Borrono, quàm ex
hoc inferius dicto, che el piu delle uolte etc. conclu
dit ipſe teſtis, ſe pluries uidiſſe dari pecunias Borro-
no deferendas Berto, & tamen poſt multa interro-
gatus ꝑ quot uices uiderit dati pecunias Borrono,
36 rñdit ſe de vna tantùm uice recordari: † vnde ua-
rius eſt & contrarius, & fidem non facit. l. eos. ff. de
fal. l. qui uaria. ff. de teſtib. Abb. in cap. nihil obſtat.
ff. de uerborum ſignification. & per Moder. in cap.
per tuas, ff. de probatio. uarius eſt etiam, quia primò
dicit, quòd Borronua dabat pecunias Berto, & po-
ſteà interrogatus dicit ſe putare, quòd illas dater.
dicit etiam ſolitum eſſe ſupremi Cancellarij, quòd
quando ſibi deferebantur pecuniæ, quòd uocare fa-
ciebat Bertum, & eo non ueniente, ꝙ illi mittebat
pecunias, prout ipſo pręſente fecit per Borronum. &
hæc ueriſimilia non ſunt. Primò, ꝙ Bertus uocatus
à domino ſuo non uenerit. Secundò, ꝙ ipſo teſte ꝑ-
ſente pecuniæ traditæ fuerint Borrono, quia ipſe te-
ſtis erat ſeruitor, & magiſter domus D. Tabernæ, &
habebat curam aliquando pecuniarum, ut ipſe atte-
ſtatur, dicẽdo quòd pecuniæ traditæ Berto ut ſuprà
poſt biduum ad dñm deferebantur per Bertum uel
per ipſum teſtẽ. quomodò igitur ueriſimile eſt, quod
dicit, ꝙ ipſo præſente pecuniæ traditæ fuerint Bor-
37 rono? certè nõ uideo. † & cùm ueriſimilia nõ depo
nat, fidẽ non faciat. l. nuptura, in fi. ff. de iure dot. l. fi.
ff. quod met. cau. c. quia ueriſimile, extrà de ꝑſumpt.
tradit Pariſ. conſi. lxxaiij. nu. xxiiij. uol. j.

38 Præterea † unà cum cæteris teſtibus deponit per
eundem & præmeditatum ſermonem, in eo quòd
uolens concludere, Borronum uirum non fide di-
gnum, inquit, che à Borrono non ſe gli deue dar
fede, ne in giudicio ne fuori di giudicio. quod om-
nes ſuper hoc interrogati iiſdem præmeditatis uer-
bis utentes dixere, vnde ſuſpecti ſunt de falſo. l. iij.
§. primo, ibi, unum eundemq́; præmeditatum ſer-

monem attulerit, ubi Doct.ff.de teſtib. Bal.conſi. centeſimouigeſimoprimo. & Pariſ.conſ.lxxiij.nu. xxxj.uol.primo. Corn.conſi.cij.nu.xvj. uol.primó.
39 † Accedat quòd eſt domeſticus, & ſtetit per uiginti & plures annos in domo D. Tabernæ, & ab eo plura recepit beneficia, & filij eius, ipſius Tabernæ expenſis aluntur, unde ſuſpectiſsimus eſt, & repellendus, per Feli.in c.literis, de teſtib. per Areti. & alios in §. pater, inſti.de teſta.per Pariſ.cõſ.ciiij.nu.clix.uol.j.

Do. Chriſtophorus Arzonus ſextus in ordine & ſecundus ſuper hoc examinatus, eſt familiaris, domeſticus, & cõmenſalis ipſius Tabernæ, cumquo per aliquod tempus, ut illi morem gereret, ſtetit in carceribus, & in omnem caſum deponit de quadam traditione pecuniarum, quę fuit iam annis viij. vñ hãc de qua loquuntur teſtes per Borronum examinati; non ualet comprehendere, quia additio fuit facta de anno 1553. & ſic iam annis quatuor tantùm, unde non concludit, iuxta.l.non hoc.C.unde cogna.

D. Ioan. Iacobus Saluatorius undecimus & iij. etiam teſtis omiſſo quòd eſt domeſticus & cõmenſalis, & Cancellarius Do. Tabernæ, dicit non recordari quòd unquàm uiderit dari pecunias Borrono, ut Berto traderet; & ſic nedum non obſtat, ſed aliqualiter facit præſumptionem, quòd nullo unquàm tempore Borronus receperit pecunias, ut Taberna dicit deferendas Berto, cùm uerisimiliter hic, qui ſemper penès Do.Tabernam aſsiſtebat, uidiſſet & recordaretur.

Do. Baptiſta ab Vlmo duodecimus teſtis concordat cum cęteris in eo ſermone præmeditato, che in giudicio ne fuori ſi deue dare fede à Borrono concordat in narratione conſuetudinis Do. Tabernę de mittendo pecunias Berto, & eſt familiaris & domeſticus cõmenſalis, ut cęteri. & cùm fuerit examinatus dixit, quòd nihil habebat agere cùm Do. Taberna, & poſt hęc compertum eſt. quòd habitabat in domo ipſius Tabernę, & probata eſt affectio illius, quod ad hanc cauſam attinet, cùm ſępius Borronum conuenerit eum rogando, ut ab hac accuſatione deſiſteret. & deponit de una uice tantùm, quòd uidit pecunias dari Borrono, & fuerunt numeratæ & erant inuolutæ in papyro, quò fit, ut plures patiatur defectus, uidelicèt contrarietatis, domeſticitatis, & affectionis ad cauſam, & ſic non probat. & cùm de una uice deponat, & tamen dicat pecunias fuiſſe numeratas. in quo cæteri non concordant, ſequitur quòd eſt ſingularis, & quòd non ualet tollere probationes Borroni, uidelicèt quòd per duas uices pecunias Berto tradidit, nõ omiſſo quòd eſt bannitus à patria ſua propter homicidium.

Do. Simonetta decimusſeptimus, & quintus teſtis reſpectiuè, patitur ferè omnes obiectiones prędicti Vlmi, ut probatum eſt. & loquitur eodem ſermone præmeditato, & dicit, quòd ab annis ſex citrà uidit dari dictas pecunias Borrono, unde nihil facit, cùm ſingularis reperiatur, & plures patiatur obiectiones.

Marzanus uerò uigeſimusquartus & ultimus ſuper hoc examinatus, per eundem pręmeditatum ſermonem cum cęteris deponit circa fidem non adhibendam Borrono in iudicio nec extra. & dicit quòd iam poſſunt eſſe anni quinque quòd uidit dari pecunias Borrono, unde eſt ſingularis: ſed præter hoc eſt infamis, & ita publicè tenetur; ut probatum eſt, & in dicto ſuo eſt falſus, cùm deponat tempore Ducis Maximiliani Borronum uendidiſſe domum; quam ei tradiderat uxor, & tamen eo tẽpore Borronus uxorem non habebat. & poſtquàm eam duxit, nunquàm ab ea domum habuit, & quod plus & nullam unquàm domum uendidit, licèt ſuper una domo quam ipſe prius emerat, libellum conſtituerit iam annos ferè decem. dicit etiam quòd Borronus ſcutos 200 habuit à D.Rinaldo de Abdua, ut certos libros imprimendos illi traderet, & quòd poſteà id noluit facere; & tamen falſus eſt in hoc, quia libri extant impreſsi ad inſtantiam dicti de Abdua, qui uideri poſſunt, cùm in actis producti ſint. Quare concludo quòd omnes teſtes prædicti tanquàm contrarij, uarij, domeſtici familiares, cõmẽſales & tot defectus ſuprà cõnumeratos patientes, fidẽ non faciunt; maximè, cùm ſint ſingu-
40 lares in eorum dictis, uel ſaltem eſſe poſsint, † cùm nullus ſe reſtringat ad aliquod tempus præciſum & terminatum; ut docuit Bald.in l.edicto.C.de edic. diu.Adriani tollend.& cap.bonæ, de electio.& Bar. in l.Celſus.C.de uſucap.& Corne.conſil.xiii. num. ix. in primo. & ſic cauſa illa allegata per Tabernam non poteſt dolum excludere, tùm quia non probata, tùm etiam quia reſpicit duntaxàt illam præſumptionem ſolam orientẽ ex probatione facta per Borronum de pecuniis traditis per ipſum Bertũ famulum Tabernę, & de commiſsione eiuſdem Tabernę. plura poſſent etiam opponi cæteris teſtibus, uerùm quia in motiuis nullum fundamentum ſit ſuper dictis ipſorum, non inſiſto, ſed cùm opus fuerit, defectus quoque ipſorum demonſtrabuntur.
41 Vnum etiam non omittẽdum duco, † quòd quãdo pro crimine aliquo agitur ad criminalem pœnam aſperrima facienda eſt indagatio, & longè maius quàm ſi ciuiliter procederet.c. qualiter & quãdo, de accuſatio.ubi Docto. & Brun. in tractat. de indic.& tormen.quæſt.iiii.par.ii. nume.v. cùm igitur Regia Maieſtas in literis ſuis mãdet in caſu iſto procedi prout iuris eſt, & qualitas delicti requirit, uidetur etiã mandare, quòd hæc indagatio aſperrima
42 nõ omittatur, † maximè, cùm crimen falſi & barattariæ inter grauis connumeretur tam ex mente ſuæ Maieſtatis quæ dicit quòd quatenus contenta in querela Borroni uera ſint notabilem pœnam requirunt, tùm etiam ex iuris ciuilis & conſtitutionum huius ſtatus diſpoſitione atroces pœnas imponentium & æquiparantium criminibus hęreſis, & læſæ maieſtatis.authen. ſed nouo iure. C. de pœn. iud.& tradit Paris de Puteo in tractat. ſyndicat. in uerbo corruptio, numero primo, & in uerbo multa, & Baldus de Peruſ.in tractatu de ſyndi.nume.xxxix. ſi igitur (ut dixi) omni iure, & iccircò ex mente ſuæ Maieſtatis acerrima facienda eſt indagatio, & Illuſtriſs. dominationes ueſtræ ſi adhuc non ſunt claræ de ueritate horum delictorũ deueniat ad quæſtionem & ad tormenta, quæ ſiquidem ea de cauſa fuerunt adinuenta, ut ueritas quæratur & inueniatur,

tur. Brun.in tractatu prædicto quæſt. prima part. ij. nume.ij. & in primis Illuſtr. Do. Tabernam, demum magnificum Montium tormentis ſubiiciant, ut ſtatim ueritas, quæ uariis impedimentis fuit uelata, elu ceſcet. impedimenta autē ſatis dominationibus ueſtris, licèt ab ipſis proueniſſe nō dixerim, nota ſunt, & aliqua in proceſſu demonſtrantur. etſi nonnulla etiam ea uta non appareant; fuit enim Borronus nulla ſubſiſtente cauſa detentus & per mediam plateam omnibus uidentibus in carceribus conductus, quod factum fuit dum ei opus eſſet teſtes pro ueritate deponenda adinuenire, & ne eos de facili habere poſſet. demum D. Montius qui de commiſsione ſuæ Maieſtatis fuerat detentus, ut ex literis ſuis apparet, ubi originale ſaluiconductus conforme reperitur in literis patentibus, tanquàm ad ipſum, ut dicit ſua Maieſtas ſpectaret, reddere rationem regiſtri prædicti, nulla reddita ratione, ſed potius ut ex conſtituto ſuo uideri poteſt, cùm nihil affirmauerit, & omnia ſub dubio depoſuerit, inconſulta ſua Maieſtate fuit relaxatus, & in præſentiarum per hanc ciuitatem ad libitum ſpaciatur. Vlterius dominus Taberna fuit etiam è carceribus relaxatus, & in Conſilio ſtatus adhibitus dum pro eius parte teſtes forent examinandi, ut ita in deponendis falſitatibus capitulatis audaciores forent, contra mentem ſuæ Maieſtatis & formam iuris, ut per Parid. de Puteo in tractatu de ſyndi. in uerbo Viſo de modo, nume. iij. ubi
43 ait † quòd Regens Neapolitanus quando ſyndicandus eſt, debet exire palatium, quia prouinciales uidentes eum inhabitare palatium, perhorreſcunt querelare contra eum, facit text. in l. prima. C. ut omn. iud. tam ciu. ſubdens quòd per aſtutiam ſimilia fieri ſolent per officiales, vnde aduertendum eſt, ut omnis occaſio, ut dicit ille text. in l. prima, ceſſet, cùm in omnibus iudiciis id ſeruari receptiſſimum ſit. l. apertiſsimi. C. de iudi. & Gramma. conſil. decimo. Nec reclamatio ſeu proteſtatio Borroni ei profuit, quinimmo ob eam cauſam neceſſe habuit ab hac ciuitate recedere, & proſecutionem querelæ derelinquere, cùm ei ob dictam proteſtationem minatum foret. quo fit, ut dominus Taberna reus & conuictus de falſitate, & alioquin pecuniis & authoritate quodammodò formidabilis fauores quàm plures receperit, & è contrà Borronus qui nequiuit ſufferre quòd Taberna iuſtitiam auro barattaret, & ut fidelis ſubditus facere debuerat ſuæ Maieſtati hoc detulit. §. neceſsitate. uerſicu. ſed etiam, in auth. iudices ſine quoquo ſuffrag. & ut pœnam etiam euitaret, in quam ſciens & non deferens de iure incidit. l. prima. C. de priuileg. Scholar. libro decimo. tradit Paris de Puteo in tractatu prædicto, in uerbo Syndicantur. & qui Borronus reſpectu auctoritatis & pecuniarum domini Tabernæ minimè compadus eſt, fuit ita depreſſus, quòd ne laqueo ſuſpenderetur aufugere neceſſe habuit; ita enim ei minatum fuit, poſtquàm ei aduerſus geſta in fauorem Tabernæ tanquàm contra mentem ſuæ Maieſtatis confecta, prouocatus fuit. vnde factum eſt, quòd teſtes Tabernæ auſi fuerint falſitatem deponere, alij uerò ex parte Borroni interrogati uerum dicere timuerunt, & alij deponere noluerunt, uerùm, cùm hæc contra Borronum minus legitimè ſecuta ſint, nunc per terminos iuris procedendo prædictus Illuſtr. Taberna & Montius tormentis ſubiiciantur, & cùm dubium non exiſtat, quòd ex indiciis probatis ad id deueniri poſsit, ex quo ea ad cōdemnandum de iu-
44 re ſufficerent, †ut (ni fallor) demonſtraui, dico etiā prædictos D. Tabernam & Montium per dignitatem, uel ſenectutem uel etiam decrepitatem tutos non eſſe, quominus torquendi non ſint, cū in crimine hęreſis, & lęſę maieſtatis & his ſimilibus, ut eſt baratteria nulla dignitas uel ætas excuſet. Guid. de Suza. in tracta. de indic. & torm. nume. xv. & num. cix. cum ſequē. in Doctore, Conſiliario & ſimilibus de iure & conſuetudine ſeruari atteſtatur. quod reſpō diſſe fatetur, & Brunus ſubſcribit in tracta. prędicto quæſt. iii. par. ii. nu. xxiii. ut igitur ueritas appareret, & emendetur illud quod Borronus iuſtis impedimentis facere non potuit, ad tormenta deueniatur, & ita iuſtitię & mentis ſuę Maieſtatis locus erit, et ſic ex prædictis, quæ iuris eſſe cenſeo, concludendum exiſtimo.

Ad laudem Dei, & eius virginis matris Mariæ.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtatoris uoluntatem pro lege haberi, lex ipſa iubet.*

2 *Teſtator poteſt diſponere quòd hæres computet creditum cum fructibus, ſi tamen hæres ſit extraneus, aliàs minimè.*

3 *Legitima iure naturæ debita, relinquenda eſt filijs iure inſtitutionis.*

4 *Legitima debetur de corporibus hæreditarijs, non autem de fructibus.*

5 *Statutum excludens filias ab inteſtato hæredes eſſe, non procedit, cùm illæ in patris teſtamento fuerint inſtitutæ.*

6 *Dos relicta à patre filia, ſuccedit loco legitimæ.*

7 *Legitima non poteſt à patre ulla dilatione, aut oneris adiectione minui.*

8 *Clauſula generalis non comprehendit prouiſionem in ſpecie factam, neque eam tollit.*

9 *Clauſula generalis in codicilus appoſita, nō refertur ad legatum in teſtamento factum alimentorum, etiam ſi eſſet appoſita ad diminutionem omnium legatorum.*

10 *Dos congrua illa dicitur, ex qua filia commodè uiuere poſſit.*

11 *Subrogatum ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur.*

12 *Teſtator præſumitur quòd uoluerit ſe conformare cum iuris diſpoſitione.*

CONSILIVM XCVII.

QVI TRINVS ET VNVS EST,
mihi præſtet auxilium, ut uera
dicere queam.

MAGNIFICVS D. Alexander de
Porto in eius teſtamento multa le-
gata reliquit, inſtituendo filias, nẽ-
pè Magnificam dominam Claudiã,
& dominam Sulpitiam in ducatis
bis mille & quingentis pro quali-
bet earum, rogando maritos futuros, ut dilationem
facerent pro huiuſmodi dotium ſolutione, quod ſi
differre recuſarent, uoluit quòd de bonis ſtabilibus
illis ſatisfieri poſsit, dum tamen facultatem conce-
derent huiuſmodi bona recuperãdi: & hæredes vni-
uerſales inſtituendo magnificos eius fratres; & de-
nique ſolẽne fideicommiſſum inſtituit, proximio-
res agnatos uocando, & expreſsè quamlibet Trebel-
lianicæ detractionem prohibuit.

Deinde in codicillis iuſsit per dictos hæredes bo-
na ſua locari, & de penſionibus bonorum huiuſmo-
di legata in teſtamento facta perſolui.

Contigit quòd magnificus dominus Manfredus
de Porto uita functus eſt ſine filiis, adeò quòd uenit
caſus fideicommiſsi, quòd ad bona prætacti domini
Alexandri attinet, quæ ad ipſum D. Manfredum per-
uenerunt. & quoniam magnificis dominabus Clau-
diæ & Sulpitiæ dos conſtituta numerata fuit, quæ-
ritur, an hæredes D. Manfredi pro portione ab eo ſo
luta poſsint repetere & conſequi ab ipſis fideicom-
miſſariis portionẽ dictarum dotium ſolutarum per
ipſum D. Manfredum?

Et prima facie uideretur quòd non, cùm ipſe do-
minus Alexãder in ipſis codicillis diſpoſuerit, quòd
de penſionibus legata ipſa perſoluantur; quæ uolũ-
tas iccircò cuſtodiri debet, quia in re ſua quilibet
ſit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati.
1 † vnde lex iubet teſtatoris uoluntatem pro lege ha-
beri. l. uerbis legis. ff. de uerbor. ſignific. & §. diſpo-
nat, in auth. de nupt. & l. j. C. de ſacroſanct. Eccleſ. &
præſertim, cùm dicti hæredes grauati ſint fratres, &
iccircò extranei, vnde potuerit teſtator, tametſi dicti
hæredes fuiſſent creditores ipſius teſtatoris, diſpo-
2 nere, † quòd creditum computaretur cum fructibus.
l. debitor. & l. quod de bonis. §. quod autẽ. ff. ad leg.
Falci. & l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell.
ubi Doctor.

Quibus tamen non obſtantibus ſecundũ iuris no-
ſtri rationem contrarium uerius eſſe cenſeo, quòd
immo ex bonis ipſius D. Alexandri detrahi poſsint
dotes huiuſmodi pro rata & portione ſpectante ipſi
Do. Manfredo. nam cùm dominus ipſe Alexander
fœminas tãtùm decedens filias reliquerit, nõ autem
3 maſculos, † tenebatur eis iure inſtitutionis legiti-
mam relinquere iure naturę illis ipſis debitam. l. cùm
ratio. ff. de bon. damn. & §. primùm itaque, in authẽ.
de hæred. & falcid. in qua portione inſtituendæ fue-
rant. §. aliud quoque capitulum, in authẽ. ut cùm de
appell. cogn. & authen. nouiſsima. C. de inoffici. te-
ſtamen. Nec ideò potuit in codicillis ipſis ordinare
4 quòd ſoluerentur de fructibus, † cùm talis portio
legitimę in corporibus hæreditariis debeatur, non
autem in fructibus. l. ſcimus. §. repletionẽ. ff. de inoff.
teſtamen. vnde teſtator ipſe legis diſpoſitioni ſatiſ-
faciens in eius teſtamento ita ordinauit; quare licèt
maſculos filios reliquiſſet. qui ab inteſtato filias ip-
ſas excluſiſſent ſtante forma Vicentini ſtatuti, nihi-
lominus cùm eas in dote pater inſtituiſſet, filias re-
manere ſuas, & legitimam habere debere receptum
5 eſt, † quo caſu ſtatutum excludens filiam ab inte-
ſtato, non procedit, cùm illa ipſa in patris teſtamẽ-
to inſtituta proponitur, quod Socin. aduertit conſil.
6 lxxvj. Viſo teſtamento, uolu. iij. † & talis dos relicta
loco legitimæ ſubrogatur, & iccircò omnes illius
qualitates conſequi debet. Paulus Caſtren. conſil.
cxxia. & Decl. conſ. cxvj. nu. iij. quæ ſententia faci-
lius in propoſita ſpecie ſequenda uidetur, quoniam
magnificus ipſe D. Alexander maſculos filios non
reliquerit; unde uigore ſtatuti fœminæ ipſæ non
erant excluſæ; ſed legitima eis omninò debebatur,
7 † nec à patre ulla dilatione aut oneris adiectione di-
minui poterat. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi.
teſtamen. quapropter, cùm hæredes ab ipſo domino
Alexandro inſtituti dotes huiuſmodi perſoluerint
filiabus ipſis, ex earum perſona ex ipſis bonis ſolu-
tum conſequi debent. l. prima & ſecunda. C. ad Tre-
bell, quod loco legitimæ filiabus ipſis debebatur.

Non obſtant adducta in contrarium, quoniam di-
co, patrem ipſum in codicillis diſponere non po-
tuiſſe, quòd ex fructibus dotes ipſæ perſoluerentur,
cùm in tempore fuiſſent filiæ ipſæ grauatæ, & in le-
gitima ipſa conſtituenda dilatio omnis ac onus re-
iici debeat. d. l. quoniam in prioribus.

Secundò dico quòd rectè intuenti non conſtat in
ipſis codicillis diſponentem teſtatorem uoluiſſe do-
tes de huiuſmodi penſionibus perſolui, quamuis ſub
iecerit clauſulam generalem, quòd locentur poſſeſ-
ſiones, & ex ipſis penſionibus legata perſoluantur,
8 † generalis enim huiuſmodi clauſula non compre-
hendit prouiſionem in ſpecie factam, quod ad ipſas
dotes attinet. l. doli clauſula. ff. de uerbor. obliga. &
l. ſanctio legum. ff. de pœn. quod in non abſimili ca-
ſu Decius reſpondit conſi. xj. num. xv. & conſi. clxxj.
nume. iij. Conſtat enim generalem clauſulam ſubſe-
quentem, non auferre determinatam præcedentem
prouiſionem. Bal. l. j. C. de legit. hæred. & Iaſ. plura
adducit in l. tranſigere, nume. xviij. C. de tranſact. &
l. in pecuniariis, nume. j. ff. de feriis, ubi concludunt
Docto. clauſulam ipſam, perfectam & ſpecialem de-
terminationem habentem, non tolli ab ipſa genera-
li ſuperueniente.

9 Tertiò dico, † clauſulam generalem in codicillis
appoſitam, non referri ad legatum in teſtamento fa-
ctum alimentorum ipſorum, etiam ſi eſſet appoſita
ad diminutionem omnium legatorũ. l. libertis quos.
§ poſthumis, & ibi Bart. ff. de alim. & cibar. legat. &
docuit Barto. in l. Mela. ff. eo. & in l. talia ſcriptura.
ff. de legat. primo. ergo eodem modo non debet refer
ri ad legatum dotium, quæ ſuccedunt loco alimen-
torum, ut docuit Cinus in l. ſancimus. C. de nupt.
10 † vnde Bald. congruam dotem interpretabatur, ex
qua

qua filia commodè uiuere poſſet. anthen. præterea.
C.unde uic & ux.& Socinus in conſil.cclxxxviij. in-
11 cip. Dominus, in principio, lib.ij. † ſubrogatum
enim naturam illius ſapit, in cuius locum ſubroga-
tur. l. ſi eum.§.qui iniuciarum.ff. ſi quis cautio. & §.
fuerat, inſtitut.de actio.

Non omitto non eſſe exiſtimandũ, parentem ip-
ſum in codicillis retractare uoluiſſe ad filiarum de-
trimentum, quod in teſtamento ad earum commo-
dum inſtituerat.l.nam ad ea.ff.de condit.& demon.
12 † cùm potius iuris ipſius diſpoſitioni ſeſe confor-
mare uoluiſſe cenſeri debet, legitimam filiabus re-
linqui cauentis.l. ſi duo.ff.de acquiren.hæredit. ubi
Cin. Bald. & Caſtren. nume. iij. & Baldus l.preci-
bus.C.de impubec.& Ioann.de Anan.conſi.lxvij. &
Deci.conſi. cclvij.nume.iij.& propterea non eſt præ
ſumendum quòd uoluerit ad dotes ſeſe referre, &
onus in eis apponere; ergo ſequitur, quòd hæredes
domini Manfredi poſſunt ex bonis ipſius domini
Alexandri inuentis in hæreditate dicti domini Mã-
fredi eatenus retinere, quatenus ipſe dominus Mã-
fredus perſoluit in dotibus ipſis conſtituendis & nu
merandis ipſis magnificis dominabus Claudiæ atq;
Sulpitiæ.

Laus Deo.

Patauij, xiij. Menſis Decembris,
1537.

Iacobus Philippus Portius Foroeornel.
ſaluo ſemper ſaniori
iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Referens cenſetur inferre, quod in relato expreſſum fuit. & nu.9.*
2 *Dictio, prout, relationis habet uirtutem.*
3 *Relatio intelligitur facta cum omnibus & ſingulis ſuis qualitatibus.*
4 *Expreſſio quoties requiritur in diſpoſitione, ſufficit quod ea per relationem colligi poſſit. & nu.ſeq.*
5 *Expreſſum eſſe cenſetur, quod iam ex argumentis colligitur.*
6 *Appellatione ab interloquutoria facienda cauſæ exprimendæ ſunt, & non ſufficit per relationem generalem ad acta expreſſionem colligi: fall. tamen, ſi ad certam actorum partem relatio fiat.*
7 *Declarans conceſſionem putà aliquam, nihil noui inducere uidetur. & nu.24.*
8 *Principum gratiæ informes dicuntur ante literarum expeditionem.*
10 *Error non uitiat Principis gratiam, quoties de corpore conſtat. & nu.43.*
11 *Verborum uis attendenda eſt, in quacunq; materia, tametſi ſtrictè intelligenda.*
12 *Pontificis gratia perfectionem habet poſt ſupplicationis ipſius ſignaturam: & eſt communis opi. & numero ſeq.*
13 *Pontificis gratia perfecta intelligitur, quàmprimùm ipſe annuendo & ſubſcribendo dixit, Fiat.*
14 *Principum gratiæ ſeu Pontificis probari debent quò ad ſolẽnitatem probatiuam per literas in forma & ſtylo communi.*
15 *Supplicatione ſignata, gratia intelligitur perfecta, ſic, ut ſummi Pontificis obitu ſuperueniente, illa nõ expiret.*
16 *Beneficium uacare intelligitur, ſi quis antequàm literas expediret, diem ſuum obijſſet, ſi tamen ſupplicatio ſignata fuiſſet.*
17 *Titulus iuſtus dicitur haberi in beneficialibus ex ſola ſupplicatione ſubſignata.*
18 *Penſioni qui conſenſit, etiam ex ſola ſupplicatione ſignata literis non confectis, ſolutionem illius detractare non poteſt.*
19 *Beneficijs in conferendis nullus cum ſummi Pontificis facultate concurrere poteſt.*
20 *Iudex inferior ſuperioris debet diſpoſitionem exequi, non autem inuertere.*
21 *Deliberatè factum immutari non debet.*
22 *Supplicationis tenor nõ eſt attendendus, ſed literarum ipſarum confectio & expeditio.*
23 *Fraus & dolus non præſumitur ſiue corruptio quando res coram pluribus uentilatur.*
25 *Pontifex an poſſit ius diuinum limitare.*
26 *Penſio ſine iuſta cauſa Eccleſijs imponi non poteſt.*
27 *Penſio non poteſt Eccleſijs imponi à Legato ſummi Pontificis.*
28 *Penſio reſeruari non poteſt ſuper fructibus Eccleſiæ cathedralis, niſi ex reſignationis cauſa, uel alia iuſta ſuperiori uiſa.*
29 *Penſio cum perſona extinguitur.*
30 *Penſio non facilè concedenda eſt, & onus tale imponi Eccleſijs: quod quidem pleriq; ſummi Pontifices rectè & piè obſeruarunt.*
31 *Beneficium integrè conferendum eſt, nec illud ſcindi debet.*
32 *Priuilegium ſiue gratia terminos egredi non debet à concedente præfixos.*
33 *Ius quæſitum alteri auferri non debet. & nu.ſeq. maximè 36.*
34 *Pontifex licèt beneficiorum dominus ſit, tamen poſtquàm uni contulit, abſque cauſa eidem auferre non debet.*
35 *Conceſſio facta contra ſtylum curiæ intelligitur potius extorta, quàm iuridica.*
36 *Conceſſio facta etiam motu proprio, non derogat iuri quæſito.*
37 *Diſpoſitio ultima eſt attendenda.*
38 *Relationis uirtus quando operetur.*
40 *Principi exprimi debent in libello ſupplici omnes qualitates, quæ poſſent Principis mentem alterare, uel non alterare.*
41 *Clauſula pro expreſſis habentes etc. quãtæ ſit uirtutis, & efficaciæ.*
43 *Diſpoſitio ſpecialis derogat generali.*
44 *Superioris authoritas ſemper excepta intelligitur.*

CONSILIVM XCVIII.

QVI EX NIHILO CVNCTA CREAuit omnipotens Deus, mihi ad ueritatis fontem digitum intendat, ut quod iuſtum eſt, reſpondere poſsim.

CONTIGIT anno Domini 1544. die xxx. Iulij, fœlicis recordationis Paulum eius nominis Pontificẽ ſummum prouidiſſe Eccleſiæ Maurianẽſi per obitum Ioannis Epiſcopi uacanti de perſona Reuerendiſſimi domini Hieronymi Cardinalis Sancti Georgij, tunc in minoribus conſtituti, reſeruata tertia parte fructuum loco penſionis dictæ Eccleſiæ pro perſona nominanda per ipſum Pontificem ſummum, nulla tunc prorſus facta mentione facultatis transferendi.

Poſtcà ad ſupplicationem bonæ memoriæ Nicolai Cardinalis Ardinghelli tunc electi Foro Sempronienſis, & officium Datariæ exercentis, per uerba fiat, ut petitur, ſub data eiuſdem diei reperitur ſignata ſupplicatio. in qua quidem narrata dicta reſeruatione tertiæ partis fructum Eccleſiæ Maurianenſis, ut ſuprà, ipſe Nicolaus Epiſcopus ad eandem tertiam partem fructuum per eum propria authoritate percipiendam loco penſionis annuæ, ita quòd ꝑ Hieronymum electum nullo pacto uexari poſsit, ac ipſi Nicolao quod ad tertiam fructuum partem attinet, conſtituiam penſionem in toto, uel in parte, in vnum, uel plures, etiam in articulo mortis, libera transferendi facultas conceſſa fuit.

Demum extat alia ſupplicatio ſignata ad preces dicti Nicolai iam ad Cardinalatus dignitatem promoti, ſub data xiiij. Kal. Septemb. anno decimotertio eiuſdem Pauli, & Domini 1547. in qua quidem relatum eſt, quemadmodum ipſi Nicolao Cardinali reſeruata erat penſio annua mille ducatorum aureorum de Camera ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis Maurianenſis, & medietas fructuum Foro Sempronienſis Eccleſiarum ſub certis modo, & forma tunc expreſsis, cum facultate illam transferendi, prout in ſupplicationibus deſuper ſignatis, quarum tenores pro expreſsis, etc. & ſupplicat, atque obtinet, ut illis caſſatis, de nouo loco illarum Reuerendo domino Aloyſio electo Foro Sempronienſi unam quingentorum, & alteram reliquorum quingentorum ſimilium domino Iuliano fratribus ſuis, mille ducatorũ ſimilem penſionem cõſtituentes ſuper eiuſdem mẽſæ Epiſcopalis Maurianenſis fructibus, ac medietate fructuum Foro Sempronienſis, Petro eius ex alio fratre nepoti loco penſionis annuæ reſeruari, atq; conſtitui.

Et quia Reuerendi domini Aloyſius, & Iulianus animaduerſo errore commiſſo in dicta ultima ſupplicatione tentauerunt uelle ſuper illis literas ipſas translationis huiuſmodi expedire, quarum ſanè minuta eſt in manibus Reuerẽdiſsimi D. Summatoris, in qua uellẽt ſupplere defectum, & exprimere, quòd dictæ duæ penſiones in eos translatæ debeantur ex tertia parte fructuum, aliâs ipſi Nicolao Cardinali aſsignata, ac reſeruata.

Quamobrem coram Reuerendiſs. dominis Expeditoribus per Cameram orta fuit incidens quæſtio: An literæ ſecundum minutam huiuſmodi expediri poſsint, uel ne? nam Patroni Reuerendiſsimi atque Illuſtriſsimi Cardinalis Sancti Georgij, negant id fieri poſſe, atque cõtendunt literas ipſas expediri debere ipſi ſupplici libello conſormes, nulla tertiæ fructuum partis prorſus mentione facta, prout nec in ipſa ſupplicatione ulla tertiæ partis huius mentio facta proponitur; & idcircò quæſitum fuit, quid ſecundum canonum ac iuris ipſius rationem in propoſito negotio diiudicandum ſit?

Et prima quidem facie reſpondendum uideretur, literas ipſas confici, atque expediri poſſe, ueluti tertia pars fructuum reſeruata ſit, tametſi transferendi facultas data fuerit in ipſa ſupplicatione, in qua mille ducatorum auri de Camera penſionem conſtitutam fuiſſe narratur, idque relationis ipſius uirtute, quippè quòd tertiæ partis fructuum penſio ſilentio inuoluta non uideatur in hac ſupplicatione, in qua explicitè mille ducati de Camera reſeruati transferũtur, cum relatione facta ad ſupplicationem ipſam,
1 in qua tertia fructuum pars reſeruata fuit. † vnde terminus referens, cenſetur inſerre illud, quod in relato expreſſum fuit. l. aſſe toto. ff. de hære. inſt. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demonſtr. & l. in teſtamento. ff. eo. & auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo. ubi Riminald. Curt. & Deci. aduertunt. uerba enim relationis huiuſmodi ſatis clara uidentur, ibi, ſub certis modis, & forma tunc expreſsis, cum facultate illam transferendi, prout in ſupplicationibus deſuper ſignatis, quarum tenores pro expreſsis etc. Nec
2 dubium eſt † quin dictio illa, prout, relationis ipſius uirtutem habeat. l. edita. C. de edendo, ibi, prout edicti perpetui. Bart. aduertit ad fin. Bald. & alij. & idẽ Bart. in tract. ad reprimendum in uerbo prout, & Bald. in l. j. C. de err. aduoc. ſecundum quam concluſionem ex facto ſæpius reſponſum extat: Ang. conſ. xj. Si dictus Ser Ioannes, & Roma. conſil. ccxciiij. Hæc confeſsio, & Alexand. conſi. xlvj. Viſis, in primo. & conſ. tertio, in cauſa & lite, in ſecundo. & Deci. conſi. ccclxij. nu. j & ccclxxiiij. nume. iiij. uerſicu, iſta enim uerba faciunt.

Idq; potiſsimùm, cùm in hac ſupplicatione clau-
3 ſula hæc ſubiiciatur; quarum tenores, etc. † Vnde, cum omnibus qualitatibus relatio huiuſmodi facta intelligi debet, ut Bar. docuit in l. j. ff. ſi famil. paup. feciſſe dicatur. & l. ſi quis ſeruum. §. fi. uerſi. ſed quæro teſtator. ff. de lega. ſecundo. & Decius conſi. lxiij. nu. v. uerſic. nam in tali caſu. & conſi. dxxxix. nu. ix. uerſic. Et relatio facta intelligitur. & Pariſ. conſil. xxj. nu. xxxix. in iij.

Secundò & ipſorum Ardinghellorum cauſam
4 fouere uidetur, quod uulgò dici conſueuit, † quoties requiritur aliquid in diſpoſitione exprimi, ſufficere, ut illud per relationem ad aliud colligatur. l. prætor ait. ff. de nou. oper. nunciat. in princip. §. interdictũ. in Glo. quatenus Vlp. ibi reddit rationem huiuſmodi, quod edicto prætoris expreſſum eſt, ne poſt operis noui nunciationẽ, quidquàm operis fiat antequàm

quàm uel nunciatio remiſſa ſit,uel loco remiſſæ nũ-
ciationis ſatiſdatio de opere demoliẽdo pręſtita ſit.
Accurſ.in uer. expreſſum,interpretatur, ideſt tacitè,
putà , cùm iubeat Prætor factum opus demoliri,
neceſſariò prohibere uidetur, ne illud ipſum fiat ue-
luti antecedẽs quoddam,ſecundum iuris ipſius ratio
nem.quod Barto.ibi aduertit, Imo.Pont.Alexan.&
Iaſ.nu.cccalv.& eſt caſus in l.ſi quis. §. prohibet. ff.
de edend.Vlp.interpretatur ea ratione prohibitam
editionem ipſi argentario fieri,quia is alteri edere
debeat. ubi Accurſ.in uerb.prohibet.Barto.Albe.&
Caſtr.& plures alios adducit Feli.in c.tranſlato , de
conſtit.nu.iiii.in fi. uerſ.ſed utrum generaliter . ubi
5 ponit concluſionem,† id quod ex argumentis colli-
gitur,expreſſum cenſeri.c. olim , de cenſi. il primo,
ibi, cui renunciaſſe tacitè.& Soc.in l.ii.ff.de libe. &
poſth.in primo notab.& Parſ. d.conſil. xa.nu.lvii.
in tertio.& Soci.iun.conſi.cxxviii.nu. vii.in ſecũdo.
ubi adducit in arg.l.j.C.de diuerſ.reſcrip.& Bart.in
l.prætor ait.§.ſio.ff.ui bon.rap.& idem conſi.cxxix.
nu.xii.eodem uol.ii.quare cùm tertię partis fructuũ
reſeruatio, relatioins uirtute contineri uideatur , in
hac ultima ſupplicatione expreſſa cenſeri debet.

Tertiò ſuadet banc eandem concluſionem uerio-
rem uideri, clauſulę illius uirtute,quarum tenores ꝑ
expreſsis etc.quæ quidem ſpecialis expreſsionis uir
6 tutem habere exiſtimatur.† nam Canonis ipſius di-
ſpoſitione, cautum extat , in appellatione ab inter-
locutoria cauſam ipſam exprimendam eſſe. cle. ap-
pellanti.de appellat.& iccircò non ſufficit per rela-
tionem generalem ad acta expreſsionem illam col-
ligi,ut docuit Ange.§.ſi minus,uerſ.aduertas tamen
ad unum.inſtit.de act. iàm ſi ad certam partẽ acto-
rum ipſa relatio fiat,ſatisfactum exiſtimatur . Bal.in
l.minoribus.C.de iis quib.ut indig.& Alex.l.i.in fi.
ff.de libe.& poſth.& Fran.plures adducit in c.con-
ſuluit,il ii.de appellat.& ex facto reſponſum extat:
Bald.conſil. cccxxxviii.in ii.incip. Ea quæ ueniunt
per modum declarationis. & Butr.conſi.lii.conclu-
dit , plures teſtes in ſummis diſcrepantes in minori
concordes cenſeri.& Deci. plures adducit conſil.vi.
delxxvii.nu.iii.& iiii.Ex quibus ſequi vř lřarũ hu-
iuſmodi expeditionẽ ſecundum intentionem ipſorũ
Ardinghellorum concedendam eſſe , quippè quòd
uerè & propriè expreſſum uideatur in ſupplicatio-
ne referente,quòd in ipſa relata continetur. d. l.aſſe
7 toto.& d.auth.ſi quis in aliquo.† & iccircò cùm Re-
uerendiſsimi domini Expeditores gratiæ conceſsio
nem declarent,nil noui inducere,quod ad illius eſ-
ſentiam attinet,uidentur.l.adeò.§.cũ quis.ff.de acq.
rer.dom.& l.hęredes palàm.§.ſed ſi notam. ff.de te-
ſtam.ubi Bartol.& Caſt.& Bal.d.conſ.cccaxviij.&
Deci.conſi.dcxlvii.nu.ii.& iii.& d.conſi. dclxxavii.
nu.iii.& iiii.Tùm quòd ius ipſum ex ſupplicatione
competens, ueluti in utero exiſtens per litterarum
confectionem ad formam , ceu lucem deduci intel-
ligatur. Bal.l.contractus.C.de fide inſtr.nu.ia.uerſi.
item hoc non ſupplere.ubi Cin. dicit , quòd abbre-
uiaturæ recipiunt perfectionẽ intellectus à iure cõ-
8 muni , † unde ante litterarum ipſarum confectio.
nem Principis ipſius gratiæ informes eſſe dicuntur.
Barb.& Feli.nu. v.& Dec.nu.xvi.rub.de cõſti.plures
adducit Gomeſ. Sarnenſis Epiſcop. in regu. de non
iud.iux.form.ſupp.q.i.uerſicu.nã ſola ſupplicatio.

Quartò concluſio eadem probari uidetur , ſi quis
ponderet uerba illa ſupplicationis,eiſdem modo, &
forma,quibus reſeruata fuit.ſed alia penſio non erat
reſeruata , niſi tertiæ partis fructuum,igitur illi cõ-
formis litterarum expeditio cõcedi debere uidetur.
l.ii.ff.de libe.& poſth.ubi Soc.in primo notab.& in
c.ex parte.de offi.deleg.clarior enim hinc facta re-
9 latio colligit. † & idcircò quod poſitũ,& expreſſum
eſt in relato , in ipſo referente omiſſum cenſeri non
debet,ut eſt caſus in l.in ſumma.ff.de re iudi.& Bal.
docuit in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de inter-
roga.act.& l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond.& demonſt.
& Soc.conſi.ccxxii.Pręſens conſultatio.& clxxaviii.
Viſa bulla , & Soci.iun.conſi.caaix.num.aii.in ii.ex
quibus ſequi uidetur , non urgere quòd in ultima
ſupplicatione narretur , reſeruari penſionem mille
ducatorum , unde quòd extincta alia , nempe tertiæ
partis fructuum diſsimilis transferri dicatur ; quia
pro ipſis Ardinghellis reſponſio colligi poſſe uide-
tur ex clauſulis ſuperius ponderàtis uirtute relatio-
nis mille ducatorum penſionem deductam intelligi
debere contineri in ipſa tertiæ partis fructuum pẽ-
ſione reſeruata .

Quintò concluſionem huiuſmodi iuuare uidetur
10 quod uulgò circumferri ſolet: † errorem ipſum Prin
cipis gratiam non uitiare,quoties de corpore con-
ſtat, atque illud intellectu percipi poteſt.l.ſi quis in
fundi uocabulo.ff.de lega.i.ubi Doct.& §.ſi quis in
noĩe, inſt.de leg. quod ex facto quãdoq; reſponſum
extat:Crauet.conſ.ciiii.nu.aiii.uerſi. nõ obſt.ad hoc
reſpõſio partis. ubi concludit, concluſionem huiuſ-
modi procedere , quando in ſupplicatione contigiſ-
ſet error in nomine, ſecus ſi nomen Sancti ſuppreſ-
ſum fuiſſet : quia prouiſio corruit in ipſis Eccleſiis
inferioribus. Glo.in c.quamuis.in uerb.extendit,de
prębend.in vi.& Sacra Romana Rota idem decidiſſe
uidetur deciſ.dlaaxii.in antiquis. But. Imo. Abb.&
Dec.d.c.ſuper litteris,de reſcript. nu.x.idq; potiſsi-
mùm in pręſenti caſu dicendum uidetur , in quo pẽ-
ſionis ipſius corpus certum eſt , ad quod quidẽ facta
relatione etiã in nomine appellatiuo error uitiare nõ
ſolet. Alex.in d.l.ſi quis in fundi, in ſecundo not.ff.
de leg.j.& ex his concludi poſſe uidetur, literarũ cõ-
fectionem ſecundum petentium intentionem con-
11 cedendam etiã,† ne aliàs à uerborũ ui recederemus,
quibus potius eſt ſtandum in quacunque materia ,
tametſi ſtrictè intelligenda,& odiũ ipſum contineãt.
Glo. & Doct.in c.cõtra Chriſtianos,de hæret. in vi.
& l.non aliter.ff.de leg.iii.& Alex.in l.ex teſtamen-
to.C.de cullatio.& Bart.in l.filium habeo. ff.ad Se-
natũſconſ.Maced.& Aret.l.cum lege.ff.de teſtam.&
Grat.poſt Decium & alios ueteres conſ.xxaiiii.in ii.

Quibuſtamen & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum uerius eſſe cenſeo,quòd immo Reuerendiſ-
ſimi ipſi domini Expeditores per Cameram non poſ
ſint litteras huiuſmodi expedire, niſi conformes ipſi
ſupplicationi , quatenus in ea narratur mille duca-
torum auri de Camera pẽſionem reſeruatam fuiſſe ,
atque illius transferendi facultatem in prænomina-
tos.Quam ſanè concluſionem pluribus modis,atque
ratio-

12 rationibus probari poſſe oſtendo. quarum † prima
ſumitur ab ipſius gratię perfectione, ex ſola ſuppli-
cationis ipſius ſignatura, Clem. dudum, de ſepult. §.
nos etenim. ibi, quaſcunque gratias uerbis, uel ſcri-
pto factas, Glo. in uerbo uerbis. Zenze. Card. & Imo.
aduertunt in c. inſtitutionis. xxv. q. ij. & Bald. docuit
procę. Gregoriano nu. xvi. uerſ. unde nunc quęro. &
Archid. in proœm. Sexti. & Felin. de cõſtitutionib.
nu. v. & Dec. ibi nume. xvj. receptiſſimam ſententiã
atteſtatur, & Beroius nu. lxx. cùm enim mens Prin-
cipis obliget etiam in diſpoſitione uniuerſali, puià
in legis communis uinculo iniiciendo, ut Pontificii
iuris interpretum receptiſſima eſt concluſio in c. i.
de renunciat. in vi. ibi, ne ullo temporis lapſu obli-
uioni mandetur. & iuris Cęſarei interpretes rece-
ptius id fatentur, ut aducrnit Beroius in d. rubr. de
conſtit. nu. lxx. poſt But. ibi, & in c. ult. de conſuet.
& Abb. Aret. & Rip. nu. xxvii. in d. rub. de conſtit. &
ſacra Romana Rota quandoq; decidit deciſ. j. in tit.
de conſti. in nouis ſecundum nouam impręſſionem.
& deciſ. v. in tit. de probat. in antiquis. ſecundum no-
uam impreſſionem. multò fortius in diſpoſitione
13 particulari idem cẽſeri debet. † Vnde receptum eſt,
gratiam ipſam maximè perfectam intelligi, quàm
primùm Pontifex ipſe annuendo. & ſubſcribẽdo ex-
preſſit, fiat. d. c. inſtitutionis. xxv. q. ii. ibi, ſiue in no-
ſtra præſentia, & d. Clem. dudum. §. nos uerò. Ioan.
And. Archid. Anch. Gemi. & Fran. in proœm. Sexti.
quemadmodũ cùm Cęſar ipſe exprimit: Eſto Eques.
Bald. d. l. humanum. C. de legib. & Abb. in c. noſtra,
de reſcrip. in fin. & Fel. d. rub. de conſti. nu. v. & De-
cius ibidem nu. xvi. & Beroius nu. lxx. & extat elegãs
14 reſponſum Geminiani in conſil. cvi. nu. vi. † nam li-
cèt quò ad ſolennitatem probatiuam gratiarum re-
quirantur literę in forma & ſtylo communi. c. quàm
graui, de crimine falſ. & c. ea diligenti, de ſimonia.
tamen quamprimùm Papa ſubſcribit per verbũ fiat,
iam gratia eſt perfecta: ut ibi Gemin. & Clem. dudũ.
quippè quòd gratia ipſa literarum confectionẽ præ-
uenire intelligatur, ueluti ſubiectum qualitatem ip-
ſam & accidens. l. i. ff. de uſufr. & l. i. & ii. ff. de pecul.
leg. & docuit Innoc. in c. conſtitutus, de reſcript. &
Ioann. Cald. in c. quiſquis, de elect. & Fel. d. rub. nu.
v. & Dec. nu. xvi. de conſtit. & Sacra Romana Rota,
15 quandoque decidit, † ſignata ſupplicatione Ponti-
ficiam ipſam gratiam perfectam intelligi: unde ſum-
mi Pontificis obitu ſuperueniente, illam non expi-
rare. c. ult. de conceſ. pręben. in vj. Rota deci. dclxxx.
in antiq. incip. Dic quòd collatio. & deciſ. dccclxx-
ii. Nota quòd ubi gratia, in antiquis ſecundum uete-
rem impreſſionem, & Caſſio. ſuper regulis Cãcella-
riæ de penſionib. deciſ. ii. nu. x. & deciſ. iiii. de cauſa
16 poſſ. & propriet. nu. ii. † quare, ſi is, qui literas ipſas
non expediuiſſet, ſignata tamen ſupplicatione diem
ſuum obiret, beneficium uacare intelligeretur. Arch.
c. ſi electis, uerſ. ex eo, de electio. in vi. & Feli. plures
adducit d. rub. nu. v. & vi. Vnde impetrans uacatio-
nis ipſius conditionem huiuſmodi ſupprimere non
dẽt, ne aliàs ſurreptione impetratio uitiaretur. c. po-
ſtulaſti. & c. ſuper literis, ubi Glo. in uerbo dediſſe-
17 mus. But. Imo. Abb. & Deci. nu. x. † iccircò ex ſola
ſupplicatione ſubſignata in ipſis beneficialibus titu-
lum ipſum inſtũ oſtendi, receptũ uidetur. Inno. c. in
literis, de reſtit. ſpol. ubi But. & Abb. & Caſſiod. de-
ciſ. viii. de reſtit. ſpol. ſiue quis recuperandę agat, ſi-
ue retinendę. & ii. deciſ. de re iudi. cùm bis aduerſus
aliquem pronuntiatum fuiſſet, & ea ſola ſupplica-
tione ſubſignata cõſtaret de non iure tertij, eum ab-
18 ſolutum fuiſſe, refert, † quemadmodum & qui pen-
ſioni conſentit, etiam ſola ſupplicatione ſignata lite-
ris non confectis ſolutionem illius retractare non
poteſt. quod docuit Gigas poſt alios, quos addu-
cit in tracta. penſ. quæſt. trigeſimaquarta. Quam-
obrem in praeſito caſu cùm gratia hæc tranſlationis
ſupplicatione ſignata in mille ducatis auri de Ca-
mera, perfecta ſit, iam conſtat illam ipſam non poſſe
amplius immutari, ut per Reuerendiſſimos domi-
nos Expeditores per Camerã literę ipſæ concedan-
tur ſecundum narratiuam reſeruationis tertiæ par-
tis fructuum, aliàs ipſius gratię eſſentia immutare-
tur. d. Clem. dudum, cum aliis ſuperius adductis. &
Soc. conſi. ali. in iii. & Gemin. d. cõſi. cvi. nu. vi. &
Rota uerius id eſſe cenſuit d. deciſ. dccclxxxii. in an-
tiq. quicquid ſenſerit Aegid. deciſ. dcxliiii. Gomeſ.
enim in regula de non iudican. ſecundum tenorem
ſupplicationis. q. ii. cõcluſionem huiuſmodi uerio-
rem probat, ut obitu eius qui ſignata ſupplicatione
deceſſit, Sacerdotium ipſum uacaſſe intelligatur.

Secundò probo à facultate Reuerẽdiſſ. huiuſmo-
di dñorũ Expeditorũ inſpecta, conſtat etenim infe-
rioris q̃ Pontifex ſummus cõcedens eos cenſeri cõ-
ditionis. c. cuncta. c. nemo. q. iii. c. i. ubi Glo. in uer-
bo ab omnibus, Ioan. And. Hoſt. Abb. & alii de cõ-
ſtitutio. & c. quod tranſlationem, ubi Gloſ. in uerbo
reſeruatam, de offic. leg. Hoſt. But. & Abb. nullus. n.
19 † cùm ſupremi paſtoris facultate concurrere poſſe
cenſetur, in ſacerdotijs ipſis præſertim conferendis.
d. c. propoſuit, de conceſ. pręb. ubi omnes colligunt:
& c. quanuis, il ii. de præben. in vi. & c. dudum, eod.
titu. ibi, maiorem nobis etc. Quamobrem cùm ipſe
ſedis Apoſtolicæ Antiſtes penſionem ipſam mille
ducatorum auri de Cameræ transferẽdi facultatẽ in
hac ultima ſupplicatione conceſſerit, prioribus ex-
tinctis, quomodo inferioris facultatis Præſul huius
ipſius conceſſionis impoſitionem alterare poterit?
c. cùm inferior, de maior. & obed. & Clem. ne Ro-
mani, de electio. ubi Gloſſ. in uerbo tolli. Cardi. &
20 Imo. † concludunt, inferioris eſſe conditionis offi-
cium, ſuperioris ipſius diſpõnem exequi, non au-
tem inuertere, aliàs mandati fines tranſgreſſi actũ
ipſum nullũ proſus redderent. c. cùm dilecta, de re-
ſcrip. ubi Feli. nu. vi. uerſic. nunc de formæ obſerua-
tione. & c. uenientes, de iureiuran. & l. diligenter. ff.
mandat. idque potiſſimùm cùm hoc onus eccleſiis
matricibus in ipſo Summi Pontificis Concillorio
21 imponi conſueuerit: † quare deliberatè factum im-
mutari non poſſit. c. prudentiam, de offic. delegs. §.
ſunt & alii, ubi Glo. Butr. & Abb. & c. ubi periculũ,
de elect. in vj. ſed omninò quod decretum fuit, exe-
quendum. arg. c. ſunt quidam, xxv. q. j. cum aliis infe
rius adducendis.

Tertiò à fine propoſito ipſi legiſlatori & Canonũ
ipſorum auctori literarum ipſarum confectionem
22 ceu expeditionem fieri decernenti. † vnde & decre-
uerit

uerit iudices ipſos non debere dicere ius ſecundum
tenorem ſupplicationis, ſed literarum in forma cõ-
fictarum, in regula Cancell. ut non dicatur ius etc.
ubi plures & ueteres & neoterici aduertunt, gratiá
ipſam interim dici informẽ, ſiue enim ut difficilius
in huiuſmodi beneficiorum impetrationibus fraus
& falſi crimen incurratur, quod ſanè in ſupplicatio-
nibus ipſis longè facilius cõmitti poteſt. d. c. quâm
23 graui, de crim. falſi. ubi Docto. aduertunt. † quippè
quòd literæ ipſæ per plures officialium manus tran-
ſire ſolent, unde difficilius corruptio, fraus & dolus
ſubeſſe poſſunt, d. c. prudẽtiam, & c. nouit, & c. quá-
to, de his quæ fiunt à prælatis, & d. c. ubi, de ele-
ctio. in vj.

Siue ne aliter curiæ officiales damno afficerentur,
quibus ea lege officia ipſa Apoſtolicæ Cameræ prę-
ſules uendiderunt, quos aduerſus naturalem ratiõe
decipi non decet. c. i. de probat. ubi omnes in primo
notab. & c. conſtitutus, de reſcrip. & c. i. de emptio. &
uenditio. quod ipſum Ferretus Vicentinus ſentire
uidetur d. rub. de conſtit. in fin. ſiue propter clauſu-
larum interpretationes, quæ per Abbreuiatores fieri
conſueuerunt, ut Gomeſ. ſcutit in d. regula Verum
dicatur ius ſecundum tenorem ſupplicationis, q. iii.
quibus rationibus non otioſè perpenſis conſtare ui-
detur, Reuerendiſsimis hiſce dominis Expeditori-
bus facultatem hanc non competere, ut cùm gratia
ſit expedita in ipſo Summi Pontificis Conciſtorio;
quod ad penſionis mille ducatorum auri tranſlatio-
nem attinet, poſsint literas conficere, perinde ac eſ-
ſet conceſſa gratia ſuper tertia parte fructuum in ec-
24 cleſia Mauriànenſi reſeruatorum † Nam qui inter-
pretandi facultatem habet rei ipſius *ωσίαν* ſiue eſſen-
tiam immutare non poſſe, ubi, qui declarat, nihil no-
ui dat, ſed datum ſignificat. Glo. in uerbo ſignificat,
& §. ſed ſi notam, ubi Glo. in uerbo quęrimus. Bar-
25 tol. Albericus, Ang. & Caſtr. aduertunt. † qua ratio-
ne hominis ipſius facultatem quantùm pertinet ad
effectum ipſius iuris diuini interpretatiuum non fa-
cilè facultatem limitandi inferre quandoque diſſer-
ui. c. literas, de reſtit. ſpol. ibi, diſpenſare non poſſu-
mus. Glo. & Docto. & d. c. ſunt quidam, xxv. q. i. &
c. ex publico, de conuerſione coniugat. ubi Glo. &
c. nobis, de decim. ubi Glo. in uerbo exemptis, & di-
xi poſt recentiores omnes in d. c. quæ in eccleſiarũ,
de conſtitutio. in primo membro ſecundæ diſtin.
Abb. poſt Innocent. Cynum, Bald. Albericum Ful-
goſium Angelum & Salicetum in l. fina. C. ſi contra
ius uel utilita. publi. & l. quoties. de preci. Imper.
offer. & ibi quid tutius exiſtimandum ſit, ſcripſi ex
mente diui Auguſtini, Thomæ, Scoti atq; Ricardi, &
huius farinę authorum.

Quartò ab ipſorum reſcriptorum natura gratiam
ipſam continentium, concluſionem huiuſmodi uerá
eſſe probo. conſtat etenim ambitioſos cenſeri. cap. ſi
gratioſè, de reſcrip. in vi. in fi. uerſ. præterea, ibi, quę
debet cum ſit ambitioſa, reſtringi. Glo. in uerbo re-
ſtringi. Archid. Gemin. & c. quamuis, il l. in princi.
de præben. in vi. ibi, reſtringi, & c. i. & ii. de fil. preſ-
26 byt. eod. lib. ubi Gemin. & Franc. † quæ concluſio
multò fortius procedit in reſcriptis penſiones ipſas
concernentibus; quippè quòd Summus ipſe Ponti-
fex attentá eius ordinaria pòteſtate ſine iuſta cauſa
eccleſiis ipſis onus huiuſmodi eccleſiis imponere
non poſſe uideatur, ut concludit Feli. plures addu-
cendo in c. ad audientiam. colum. iiij. de reſcript. &
pertractat Caccialup. in tract. de penſio. q. v. & Gi-
gas tracta. eo. q. x. nu. xvii. uerſ. illam tamen conclu-
ſionem. & Roma. cõſ. ccclxix. Circa primũ, in prin-
cip. & Dec. conſ. cccccxxxvi. col. ii. idq; potiſsimùm,
ſi in quota reſeruetur penſio ipſa, quippè quòd be-
neficium ipſum ſcindit, quod tamen Canon integrũ
& ſine ulla diminutione conferri iubet. toto titu. ut
eccleſiaſt. benef. ſine diminut. confer. ubi Goff. Ho-
ſti. & alii omnes aduertunt. & c. de maiorib. & c. ua-
cante, & c. cùm cauſam, de præben. ubi Docto. ad-
27 uertunt. & c. de cætero, de tranſactio. † Quocircá
receptum eſt, ſummi Pontificis Legatum onus hu-
iuſmodi eccleſiis imponere non poſſe. Glo. Clem. i.
de offic. ordin. ubi Docto. & Gigas in d. tracta. pen-
ſio. q. vi. nu. xxii. eoque amplius dicendum & con-
cludendum id eſſe uidetur, ſi contingat onus huiuſ-
modi eccleſię matrici & cathedrali imponi, quia ec-
cleſiarum huiuſmodi interna natura difficilius hoc
admittit propter diuiſam fructuum eccleſiarum hu-
iuſmodi diſtributionem. cap. cùm in cunctis, de ele-
ctió. & idcircò in ſeſsione ultimi Lateranenſis Con-
28 cilij in reformatione Curię ſancitum eſt, † penſio-
nes ipſas non poſſe reſeruari ſuper fructibus eccle-
ſię cathedralis, niſi ex cauſa reſignationis, uel alia iu-
ſta atque urgenti, quæ in ipſius Summi Põtificis Cõ-
ciſtorio honeſta probetur. quod Gigas uidit q. i. nu.
iii. tracta. eo. de penſio. Cùm enim Canonis ipſius
authoritate, immo uerò Euãgelicæ legis diſpoſitio-
ne ex fructibus huiuſmodi eccleſiarum paſtoribus
ipſis neceſſaria debeantur. c. cùm ſecundum Apoſto-
lum, de pręben. & c. cum inſtantia, de cenſib. &
procuratio. deinde quod ſupereſt pauperibus ero-
gandum ſit. c. uidentes. xij. q. i. c. ulti. xvi. q. i. & cap.
conuenior, xxiii. q. viii. Item & Baſilicarum repara-
tioni. cap. unico, x. q. i. & cap. i. de eccleſ. ædif. uel re-
paral conueniens cenſeri debet fructuum huiuſmo-
di deſtinationem ad alios uſus non facilè poſſe con-
uerti. unde & nouem uiri Reuerendiſsimi atq; inte-
gerrimi à Summo Pont. Paul. iii. olim delecti in eo-
rum Conſilio iamdiu uulgato concludunt, abſq; ur-
genti cauſa, Canonis ipſius normam inflecti non de-
bere: inter quos ueluti ſol fulgebat Reuerendiſsi-
mus S. R. E. Cardinalis Theatinus ex nobiliſsima fa
milia Caraſa, nunc uniuerſalis Eccleſiæ paſtor ſan-
ctiſsimus, & Paulus. iiii. nuncupatus.

Poſtremò id longè fortius concludendum uide-
tur in penſione ipſa conſtituta cum facultate trans-
29 ferẽdi, quia exorbitans ſit, † quia cum perſona onus
hoc extingui conſueuerit, quemadmodum uſus fru-
ctus. § finitur. inſtit. de uſufr. & l. antiquitas. C. eod.
& idcircò receptum eſt, onus huiuſmodi non adiici
niſi ex certa Summi Pontificis ſcientia de plenitu-
dine poteſtatis; & pręſertim abſque conſenſu illius
qui eccleſiæ præeſt, cui ſeruitus eiuſmodi imponi-
tur, quod Leo x. paſsim conſueuit facere, Pontificia
ipſa authoritate utens. & abſoluta facultate in ſimi-
30 libus. † Clemens autem vii. difficilius id quidẽ con-
cedebat, quod Canonis ipſius ratio id ſuadeat, ne di-
uiſionis

uiſionis huius onus tandiù continuetur. d.cap. pri-
mo,ut eccleſiaſti. benefic. & dict.cap.de cætero,de
tranſaction. & dict.cap. de maioribus.Paulus autem
tertius eius nominis Pontifex Summus admodùm
difficilem ſemper ſe reddidit in hac ipſa transferen-
di facultate concedenda,præſertim, niſi eccleſię prę
ſul conſentiret : quippe quòd cautum ſit in regulis
Cancellariæ de preſtan.conſenſ.quod Gigas docuit
d.q.a.in fin.& q.xiii.num.ii. & Reuerendiſsimi no-
uem uiri tutius cenſuerunt in eorum conſilio uul-
gato & impreſſo.unde ne tot ſingularia concurrant
aduerſus iuria ipſius regulas,Reuerēdiſsimi ipſi do-
mini Expeditores aduertant ut quàm ſtrictè ſup-
plicatio hæc ſit extendenda in literis, ne gratia ip-
ſa alteretur.

Quintò à differentia ſubſtantiali inter penſionē
quotæ & penſionem in quantitate conſtitutam exi-
ſtēte,Ardinghellos ipſos reiiciendos probo,ſiue ius
eccleſiæ intueamur, ſiue Principis concedentis in-
tentionem.Conſtat etenim, quod ad eccleſiam at-
tinet, ex quotę ipſius reſeruatione beneficium ſcin-
31 di,† quod tamē integrum authoritate Canonis cō-
ferri deberet.d.cap.de cętero, & d.cap. i. ut eccle-
ſiaſtica beneficia,& d.c.de maioribus, cum aliis ſu-
perius adductis : ſecus ex penſione quantitatis,quia
ſola illa in obligatione cenſetur. l.ubi autem. §.i.de
obligatio.Penſio autem in quota ipſius anni euentū
ſequitur atque ab eo pendet,ſiue ſterilitas ſiue uber-
tas præualeat.l.ſi merces.§.uis maior.ff.loc.ubi Bar.
& l.ſi apes.ff.de furt.& plures alias differentias ad-
uertit Caccialupus in d.tract.de penſio. q. vi.& Gi-
gas tract.eo.q.viij.

Item quod ad concedentis ipſius intentionem at-
tinet,multò fortius idem dicendum cenſeri debet,
quippè quòd ſi facultas conceſſa fuit transferendi
penſionem tertiæ partis fructuum,non poteſt in ea
uerificari reſeruatio ſeu tranſlatio penſionis mille
ducatorum,cùm audiam hanc ipſam fructuum ter-
tiam partem deductis neceſſariis oneribus ſeptin-
gentos aureos non excedere.c.ſuſceptum,de reſcrip.
in vi.ubi Gemin.& Franc.aduertunt, & Butr.Abb.
Feli.& Deci.d.c.ſuper literis, nume. vi.concludunt
32 † gratiam ipſam non debere terminos egredi illi
ipſi à concedente pręſtitutos.

Cæterùm, ſi mille ducatorum auri de Camera
ſummā minus cōtineret, idem diffiniri debet.c.cui
non de ſacerdotali, de pręben. in vi.ubi omnes ad-
uertunt, conſenſum eius cui Pontifex ipſe cōceſsit,
gratiam illius,quod ad effectum attinet, imminuere
non poſſe. & tradunt omnes in l.i.§.ſi ſtipulanti. ff.
de uerb. oblig.& præſertim Moderni Mediolanen-
ſes rationem hanc probant, quòd publico iuri priua-
tus conſenſu derogare non poſsit. d. c. ſi diligenti,
de foro comp.ubi Butr.& Abb.& l.iii.ff.de teſtam.
ubi Bar.& l.cùm quis decedens.ff. de admini. tuto.
ubi idem Barto.unde penſionum huiuſmodi eſſen-
tialem diuerſitatem ſolus ipſe Pōtifex ſupplere po-
teſt, & transferendi facultatem concedere, qui &
illam ſub hac conditione reſeruauit.l.eius eſt nolle.
ff.de reg.iur.d.c.propoſuit,de conceſſ.præben.& d.
c.quamuis,& c.dudum,de præben. in vi. & c.i.de re-
gul.iur.in antiquis.

Secundò, ſi Pontificiam æquitatem intueamur,quæ
& à ratione naturali profecta eſſe exiſtimatur. c.cùm
haberet,de eo qui duxit quā poll. per adult. ubi col-
ligunt oēs, ſanè conſtat nālem æquitatem Pontifi-
33 ciam hoc ipſum dictare,† ne ius alteri quęſitum fa-
cilè abſque illius conſenſu auferatur.c. ſuper eo, de
offi.deleg.& c.ex tuarum, de uſu & auth.pal. & c.ex
multiplici de decim.& l.ab emptione. ff. de pact. &
l.i.& ii.C.quando liceat ab empt.diſc.& l. id quod
noſtrum.ff.de reg. iur. & l.ii.§.ſi quis à Principe.ff.
ne quid in loco publ. quamobrem Benedictus ipſe
xiii.eius nominis Pont.Summus in ſpecie conſtituit
regulam de non tollendo iure quæſito.& Adria. vi.
addidit, etiam uigore reſcriptorum motu proprio
emanatorum, conſtitutionis illius uirtutem proce-
34 dere.& Paulus iii. probauit uſu ipſo.† Nā licèt Pon-
tifex ipſe Summus beneficiorum ipſorum dominus
ſit.d.l.propoſuit.& Clem.i.ut lit. penden. & c.ii.de
pręben.in vj. Nihilominus poſtquàm uni contulit,
uix abſque cauſa eidem auferre poſſe uidetur. Abb.
c.fin.uerſic.ego ſuſtentando,de conſtitutio.& om-
nes in d.cap.quæ in eccleſiarum, eodem titu. in ſe-
cundo membro diſtin.poſterioris. alioquin liberæ
huius uoluntatis ſpecies Principis ipſius honeſtam
liberalitatem coinquinaret. ut Bald. inquit in titu.
de pace conſtant.col.ii.& xai.per l.ſi pignori. ff. de
furt.& ideo Innoc.in c.niſi,de renuntia.& Iaſ. in l.
quoties.ff.de rei uend.concludebant, Summum Pō
tificem,ſi hoc contingat,indemnitati tertii conſule-
re debere.& Barbat.ſubſcribit in tract.Cardi.in iiii.
quæſt.ſecundæ partis. quod maximè æquum exiſti-
mo.l.digna uox.C.de legib. quicquid aliqui dicen-
tint in tractat.beneficiorum.in prima quæſt. ſecun-
dæ partis. aſſentatoriam enim caliditatem potius
quàm Chriſtianam doctrinam eſſe cenſuerunt Re-
uerendiſsimi nouem uiri in dicto conſilio reddito
ipſi Paulo iii.Pont.ſummo ita aſſerere, ut quicquid
liberet,idem & liceret.Quamobrem,cùm ipſe Pau-
lus tertius Adriani vj. additionem ſecutus ſit,& uſu
probauerit, ut refert Sarnens in dicta regul. de non
tollend.iur.quęſ. quæſt.prima,char. lav.uerſicu.pu-
tarem tamē,& in procemio ipſius regulę. & teſtatur
Gigas illum ipſum ſe ſe difficillimum reddidiſſe in
ſcindendo eccleſias, penſiones huiuſmodi reſeruan-
do abſque adminiſtratoris cōſenſu dicta quæſt. a.&
xiii.in d.tract.de penſio.uix nunc credendum eſt,&
ius quæſitum abſtuliſſe, & perpetuum onus ac ſer-
uitutem cathedrali eccleſię impoſuiſſe, et pręſulis
ipſius conſenſum negligendo.l.nam ad ea.ff.de con-
ditio.& demonſtratio.& l.huius quoque. §.genera-
35 liter.ff.de hæred.inſtit.† Quare,cùm conceſsio hęc
à ſtylo & communi & proprio aliena ſit, quòd re-
gula cautum ſit, ſine conſenſu prouiſij.penſiones
non reſeruari. quod aduerſus huiuſmodi curię ſtylū
impetratum fuit,potius extortū cenſeri debet. l. uel
uniuerſorum.ff.de pignor.actio.& cap.ex literis,de
conſtitutio. & Biſignet.in deciſ.v.de reſcrip.in an-
tiq.& Felin.cap.in noſtra,in correllario xx. eodem
titu.de reſcrip.& Caſsiod.in terminis tranſlationis
penſionis ipſius deciſ.iiii.ſuper reg.Cancell. in titu.
36 de penſio.nu.vi.† Nam & conceſsio etiā motu pro-
prio facta huic ipſi iuri quęſito derogare non ſolet,
ut

ut docuit Imol. in c.mandatum,col.pen.de reſcript. ubi Felin. & idem plures adducit in cap. ad aures, uerſicu.tertius caſus, eod.titu.& Geminia. in cap. ſi propter, eod.in ſexto.& pertractat Gigas in tractatu de penſio. quæſt. ix. nume. v. & ex facto Cardinalis conſultus reſpondit conſ.cviij. Caſus talis.& cxxvij. in fine. & Deci. cccx. ubi plores adducit. vnde multò fortius id cenſeri debet, ſi ad partis inſtantiam ipſa conceſsio facta proponatur. cap.ſi motio. de præben.in ſexto, ibi, cùm uerò ad partis petitionem.& cap.ſuper eo, de offic.deleg.& Felinus in cap. cùm olim, in tertia & quarta colum. de re iudi. & Bartolus, Baldus, Fulgo.& Iaſ.l.fin.§. in computatione.C.de iure deliberan.in fine,& Iaſ.l.ex facto, in quarto notab.ff.de vulg.& pupill.& Roma.conſi. cccxxxiiij. circa primum. & Deci.conſ. undecimo, & Gomeſ. in dicta regula de non tollen. iure quæſ. quæſt.prima,uerſicu.nam & dictum eſt, Ex quibus cenſeri debet Illuſtriſsimi atq; ampliſsimi S. R. E. Cardinalis Sancti Georgij cauſam longè potiorem atque iuſtiorem eſſe.

Non obſtant modò ſuperius adducta in oppoſitum; & primò quòd uirtute relationis cenſeatur expreſſa reſeruatio tertiæ partis fructuum. d. l. aſſe toto, cum aliis ſuperius adductis. quia reſpondeo,omnia hæc corruere, quæ relationis uirtute nituntur, conſiderando narrationem in ultima ſupplicatione factam mille ducatorum auri de Camera longè quid diuerſum diſpoſitiuè continere, quàm in alia ſupplicatione narratum ſit: unde ea relatio-
37 nis uirtus operari non poſsit, † cùm ultima diſpoſitio attendi debeat in quocumque argumento ſiue inter uiuos ſiue ultimarum uoluntatum. l. pacta nouiſsima.C.de pactis. & §.poſteriore, inſtitut. quib. mod.teſtam.infirm.& l. prima, ſecunda & tertia.ff.
38 de inioſt.& irrit. teſtam. † Nam & relationis ipſius uis ita demum operatur, quando diſponens in termino referente non diſponit recedendo ab ipſa diſpoſitione relata. quo caſu loquuntur Docto. in d. authen. ſi quis in aliquo.& l.prima.ff.de receptstor. cum aliis ſuperius adductis à Decio in dicto conſil. dxxxix. nume. ix. uerſicu. & relatio facta intelligitur. at cùm in caſu noſtro ſecus ſit, ſequitur relationis ipſius uirtutem Ardinghellis ipſis ſuffragari non poſſe.

39 Secundò non urget, † expreſsionem illam ſufficere, quæ ex relatione ipſa colligitur.dict.l. Prætor ait,ubi Bartol.ff. de noui oper.nunc.§.interdictum, cum aliis ſuperius adductis; quia reſpondeo in materia reſcriptorum gratioſorum maximè odioſa & reſtringibili aliud cenſeri debere. d.cap. ſi gratioſè, de reſcript. in ſexto, & d.cap. quamuis, in princ. de præbend. eodem lib. Quocirca Felin. in dicto cap. tranſlato,de conſtitutio.nume.iiij.in fine, uerſicu. ſed utrum generaliter, uerſicu.ſecundus caſus, concludebat,expreſsionem in ſpecie fieri, cùm lex id ipſum iubet.l.iuris gentium.§.qood ferè. ff.de pact.
40 † vnde, cùm canonis expedita ſit ratio qualitates omnes exprimi debere aptas Principis mentem alterare. dict.cap.ſuper literis,de reſcript. ubi Gloſ. in uerbo dediſcemus, & cap.poſtulaſti,eod.titu.de reſcript. ſequitur ſub inuolucro relationis eiuſmodi diiudicandum non eſſe penſionis ſeruitutem ita liberè impoſitam fuiſſe in grauem Eccleſiæ iacturam, & Præſulis ipſius iuris diminutionem, tàm præſentis quàm futuri.dict.cap.ſuper eo,de offic. deleg. & dict.cap.ex tuarum,de uſu & auth.pall. cum aliis ſimilibus.

41 Tertiò non urget † clauſula illa, pro expreſsis habentes etc. quæ ſpecialis expreſsionis uirtutem habere exiſtimatur. dict.clemen. appellanti,de appell. & Bald. & Butr. in conſil. ſuperius adductis. quia illud procedere poſſet in reſcriptis contentioſis,quæ modici ſunt præiudicij, & iuris executionem continent.cap. cauſam quæ, de reſcriptis. et l. falsò .C.de diuerſis reſcriptis. at in gratioſis alia ratio eſſe uidetur, ne tot ſingularia concurrant ſuperius relata contra iuris rationem. l. prima. C. de dot. promiſs. idque potiſsimùm cùm in præſenti caſu agatur de exequenda mente Pontificis concedentis facultatem transferendi penſionem mille ducatorum auri de Camera in perſona duorum nominatorum, cui ſanè gratiæ iam perfecta ea ſupplicatione ſubſignata Reuerendiſsimi Summatores ſeu per Camerā Expeditores interpretandi facultatem habentes, nihil quidquam addere debent, qood rei eſſentiam immutet.dict.l. hæredes palàm.§. ſi notam, cum aliis ſimilibus, & dict.clemen.ne Romani, ubi Glo.in uerbo tolli.

Quartò non urget quòd in huiuſmodi ſupplicatione appoſita ſint uerba eiſdem modo et forma etc. quia reſpondeo, illis & aliis eiuſmodi derogatum intelligi per ſpecialem narrationem diſpoſitiuè factam reſeruationis penſionis mille ducatorum au-
42 ri de Camera, † quæ ueluti efficacior derogat quibuſcunque uerbis generalibus ſub uerborum inuolucro relationis uirtutem innuentibus. l. in toto iure noſtro. ff. de regul. iur. & l. Prætor edixit. ff. de iniur. cum aliis adductis à Barbat. Feli. & Deci. poſt ueteres in cap.primo,de reſcript.idque potiſsimùm cùm hæc implicita caliditas & expreſsio à cōceſsionum huiuſmodi eſſentiali conditione prorſus aliena ſit.dict.cap.ſuper literis,de reſcript. & d.cap. poſtulaſti,eo.titu.

43 Quintò non urget, † errorem in ipſo nomine gratiam non uitiare, quando conſtat de corpore.dict.l. ſi quis in fundi, quod Sacra Romana Rota cenſuit in eo, qui ſupplicauerat pro ſacriſtia & dignitate illa. quia reſpondeo in propoſito caſu regulum huiuſmodi non conuenire,in quo id quod in ultima conceſsione narratur,longè diuerſum eſt ab eo, quod iā diuerſum fuit, cùm penſio mille ducatorum auri de Camera tranſlata in duos,longè plus Eccleſiam ipſam grauet,quàm tertiæ partis fructuum,ut ſuperius dixi; & iccircò obſtat diſpoſitio dicti cap. cui de nō ſacerdotali,de præben. in vj. ubi Docto. colligunt, conſenſum impetrantis non poſſe gratiam ipſam imminuere.& Docto. in d. §. ſi ſtipulanti.d.l. primæ, de uerb. oblig. Quare licèt minor ſit penſio tertiæ partis fructuum, gratia Pontificis prout iacet expediri debet; nam narratio illa reſeruationis & tranſlationis mille ducatorum auri facta eſt potius ad diſponendum,quàm ad demonſtrandum propter commodum ipſius uel ipſorum penſionariorum. d. cap. poſtu-

poſtulaſti. & iccircò attenta facultate Reuerendiſſimorum Expeditorum, error hic corrigi non debet. in caſu autem ſacriſtiæ dignitatis appellatæ, mentio dignitatis pertinebat ad demonſtrandum, unde ibi non uitiat: hoc autem caſu ſecus diuerſa ſubſiſtente ratione. l. tutelas. ff. de cap. diminut. ubi Bart. & L. illud. ff. ad leg. Aquil. cum aliis ſimilib.

Vltimò non urget, negotium hoc, ſecundum bonum & æquum diffiniendum remiſſum fuiſſe, quod de facto appellant: quia dico non iccircò Illuſtriſsimos atque ampliſsimos Præſules iudicare debentes, iuris normam ueluti lesbiam inflectere
44 poſſe, † quippè quòd ſuperioris authoritas à qualibet diſpoſitione, excepta cenſetur. dict. cap. ueritatis, de iureiurand. cum aliis ſimilibus. vnde, cùm priuatus conſenſus publico iuri non deroget, præſertim ad ſpirituales effectus impediendos, quæ fuit Mileuitani Concilij interna ratio. dict. cap. ſi diligenti, de foro competen. conſtat Reuerendiſsimi atque Illuſtriſsimi compromittentis cõſenſum, Eccleſiæ iuri, præſertim cathedralis, derogare nó poſſe in præiudicium diſtributionis fructuum canonis authoritatæ iam conſtitutæ. dict. cap. uidentes, duodecima quæſt. prima. & dict. cap. conuenior, uigeſimatertia quæſt. viij. & d. c. j. & ſecundo, de Eccle. ædif. Quod in non abſimili ſpecie penſionis ipſius conſtitendæ Sacram Romanam Rotam cenſuiſſe, Caſsiod. ipſe teſtatur deciſ. iij. & iiij. nu. vj. de penſion.

Laus Deo.

Patauij, xx. Kal. Ian.
1557.

Portius Imolenſis.

FINIS SECVNDI VOLVMINIS.

ditione, de qua quæritur, ſed dicit quòd infirmitati
ipſius medelam adinuenilſet. quod dictum poteſt
recipere uarias interptationes, prſus alienas à facto
nro. non uteriſimilia dicit, quia Borronus à curia ſuę
Maieſtatis redeundo, literas portauit pro ſua prouí-
ſione obtinéda, cuius partem etiam exegit, unde nõ
indigebat opera Tabernæ ad ſtipendium ſuum obti-
nendum. Falſum uerò dicit, quia hoc ſibi dictum aſ-
ſerit iam menſibus octo, & tamẽ facta diligenti ſup-
putatione menſium apparet, ꝙ cùm ipſe teſtis fuerit
examinatus die xxiij. menſis Apri. & Borronus poſt
menſem Septembr. ſit reuerſus à curia ſuæ Maieſta-
tis, ꝙ falsò dicit iam menſibus viij. à die depoſitio-
nis ſuæ Borronum ei prædicta dixiſſe: quia cùm fue-
rit ad curiam ſuæ Maieſtatis eum non potuit alloqui
in ciuitate Mediolani, & ſic eſt falſus omninò.

D. Io. Bapt. Montius xvj. teſtis dicit, ꝙ quadam
die, de qua non recordatur, ſed eius credere fuit ante
detentionem ſupremi Cancellarij, Borronus ei di-
xit hæc uel ſimilia uerba: Il Gran Cancelliere non
me uol per amico, certo ſaria meglio per eſſo ch'io
li foſſe in gratia, & che me faceſſe reſtituire la mia
prouiſione, perche ho tal coſa che li potrebbe no-
cere, ma ho ancho la medicina. Iſtud dictum non
obſtat, quia fuit ante accuſationem Borroni, & iſtud
quod Borronus dicit, che haueua tal coſa che potria
nocere al Gran Cancelliere, erat ſaluus conductus
uitiatus, quem penès ſe habebat, quo detecto pote-
rat Tabernæ nocumentum afferre. & cùm diceret,
che haueua anchor la medicina, uoluit dicere, quòd
poterat etiam illum ſaluum conductum non demon-
ſtrare, quia eius erat uelle & nolle. Prætereà hic te-
ſtis eſt filius D. Auguſtini Montij, & tractat de ex-
33 cuſando patre, & deponit contra inimicum, † ut pſ-
ſumitur Borronus per accuſationem propoſitam ad-
uerſus patrem, & ſic non probat ad tradita per Ho-
mod. de Caſtel. in tract. de ſynd. nu. cacj.

Hieronymus Galaſsis xxj. teſtis nihil facit, quia
licèt dicat audiuiſſe à Borrono dum ſermonem ha-
beret cum Do. Hieronymo Pectio in Eccleſia San-
cti Celſi hæc uel ſimilia uerba: Se il Gran Cancel-
liere mi haueſſe laſſato pagare la mia prouiſione dal-
la camera, haria tal coſa in mano, che l'haueria libe-
rato da l'imputatione ch'io li ho data: & ſi come li
ho fatto male, l'haria fatto bene; nihil dicit, quod
grauet Borronum, ex quo uerum eſt, quòd ante im-
putationem datam Tabernæ per Borronum erat in
poteſtate ipſius malè & bene facere Tabernæ, & ab
hac imputatione conſeruare, eum ſcilicèt non accu-
ſando: quod fortè non feciſſet, niſi irritatus ob ſti-
pendium ſibi iam interceptum.

Vltimò grauatur Taberna, cùm foret ſupremus
Cancellarius ac Conſiliarius, iurauerítq; ſecreta ci-
uitatis uel domini ſui non manifeſtare, contrarium
feciſſe demonſtretur ex proceſſu, in quo habemus, ꝙ
cùm Comes Io. Anguſſula ei tanquàm officiali de-
tuliſſet Comitem Io. Firmum Triuultium aliqua ful-
cimenta à lecto apparaſſe, quæ tranſmitteret ad par-
tes Pedemontanas, & donaret præfecto Regis Gallo-
rum; & concluſum foret de intercipiendis illis ful-
cimentis, ac literis dum tranſmitterentur, ipſe Do.
ſupremus Cancellarius uia quadam indirecta prædi-
ctum Do. Triuultium admonuit de illo tractatu, ad-
dendo, quod rectè caueret ſibi ne prędicta dona trã
mitteret; quia & dona & literæ interciperentur, ex
quo factum eſt, quòd ueritas huius negotij haberi nõ
potuit; quia fulciméta illa nec literæ tranſmiſſæ fue-
34 runt. † Hinc dico ipſum Do. Tabernam incurriſſe
pœnam periurij, ut uoluit Paris de Puteo in tracta.
prædicto in titu. de exceſsibus Conſiliariorum. qui
& præuaricator nuncupari poteſt, ex quo ſecreta re-
uelauit, ut tradit Bal. qui allegat Hoſti. in l. athletas,
la iij. §. calũniator. ff. de infa. Nec dicatur non fuiſſe
obligatum tenere in ſecreto tractatum factum cum
Comite Ioan. Anguſſola de intercipiendis literis &
fulcimentis à lecto, ex quo ſtante tregua permiſſum
erat omnibus commertium Gallicum, & illud ſecre-
35 tum non habebat à Principe, ſed à priuato. † Nam
reſponderi poteſt; quod tenebatur tenere ſecretum
quicquid eius credentiæ & tanquàm officiali com-
miſſum fuerat, dummodo non foret contra ſtatum
& dominum ſuum, & quia ſecus fecit uenit punien-
dus, etiam quòd amico domini reuelaſſet. Paris de
Puteo in loco ſuprà alleg. nu. iij. qui allegat Barto. &
Bald. in tract. de pace Conſtantiæ. §. ego. in fi. Secre-
tum autem illud dicitur, quod pro ſecreto dictum
eſt, & quod vulgus ignorat, ut dicit idem Bal. in eo.
tit. de pace Conſtan. §. credentias. nu. ij. nec refert, ꝙ
à Principe hoc ſibi ſecretò dictum non foret, ex quo
ſatis eſt quòd erat tale quid, quod ad ſtatutũ & Prin
cipem ſpectabat, unde debebat uel Principem ſuper
hoc conſulere, uel ex ſe bonum conſilium capere.

Prætereà poſito pro nunc quòd tregua illa libe-
rum tranſitum vnicuiq; permitteret, intelliguntur
tamen excepti illi, qui tranſeundo uellent aliquid cõ
tra treguam committere; quia ſicut non eſt permiſ-
ſum treguam uiolare, ita non dicitur conceſſum du-
rante tregua ire & redire eo animo, ut aliquid ad-
uerſus ipſam moliatur. Quare, cùm foret delatum
de Comite Triuultio tale quid propter quod poterat
dubitari de ipſo, maximè concurrentibus aliis indi-
ciis ſeu præſumptionibus, quæ infrà dicentur, non
debuit pdictus ipſe Taberna admonere dictum Co-
mitem ne ad Gallos aliquid tranſmitteret; & cùm
iſtud fecerit, in officio ſuo deliquiſſe dicendum eſt.
quinimmo conſiderari poteſt quòd dolo hoc fecerit;
nam ad quid uoluit admonere Comitem Triuultiũ,
prout fecit, ne ad Gallicanas partes aliquid trãſmit-
teret, ſi & hoc per treguam licebat facere?

Neceſſe eſt enim (iudicio meo) ut uolens rẽ gra-
tã facere Comiti Triuultio, prout ipſe Taberna aſ-
ſerit uoluiſſe, quòd eum admonitum uoluerit de ali-
quo, quod ſecus factum, potuiſſet dicto Triuultio
damnum afferre: quo fit ut non obſtante tregua ip-
ſe Taberna crediderit Triuultium potuiſſe de ali-
quo crimine conuinci. nec iniuria hoc cogitauit, ſi
uolumus animaduertere, quòd licèt tregua adhuc
duraret, rumor tamen erat, quòd per modicum tem
pus deberet perſeuerare, ut poſteà per experientiam
res clara reddita eſt. & tregua regulariter guerrę ac-
36 cedit, † & de tregua & guerra idem eſt iudicium.
Bald. in titu. de pac. Conſtan. §. vaſalli quo tempore.
nu. j. vnde non ſecus ac tempore guerræ non care-
bat ſuſpitione tranſmiſsio illa cum donis ad Gallos.

& eò maximè, cùm ueniret à uiro Triuultio cuius familiam nemo eſt, qui neſciat Gallicarum partium ſtudioſam fuiſſe; & ab eo qui filium apud Gallos habebat Ducem legionum ſuarum, & qui alter pro ſuſpecto habitus, hac de cauſa fuit detentus (& ni fallor) bannitus. Debuit igitur hoc cogitaſſe ſupremus Cancellarius, & ſtudium ſuum in hoc ponere, ut pro bono patriæ res clara redderetur, Sed cùm hæc cogitauerit, uoluit potius rem gratam Triuultio facere, quàm id quod officij ſui erat adimplere; & ita tractatum & ſecretum reuelauit, ex quo de periurio & ut præuaricator ex iam dictis uenit condemnandus.

Prædicta comprobantur, quia conuincitur de duplici mendacio. Primò, quia dicit confeſſorem ſuum ei dixiſſe, quòd tenebatur ſecretum iſtud reuelare, & tñ hoc falſum eſt eo in caſu, quòd non poſſet iſtud facere ſine præiudicio honoris & officij ſui, ut ex dicto dicti confeſſoris colligitur. Similiter eſt mendax & pro tali conuincitur ex dicto D. Comitis Auguſſolæ, quia prædictus Taberna dicit prędictũ Comitem ſibi non reuelaſſe ea quę ſuprà, tanquam officiali, & ut ea in ſecreto haberet: & tamen dictus Comes interrogatus cõtrariũ dicit, quod eſt uериſimilius, ex quo ſoli Reuerendiſſ. Cardinali & ipſi Tabernæ hoc dixit, & qualitas negotij uidebatur requirere, quòd in ſecreto haberetur; maximè, cùm tractaretur de inter-

37 cipiendis literis vnà cum donis. † et cùm dictus Taberna reperiatur mendax, maximum indicium inſurgit contra ipſum, ut uoluit Bart. in l. fi. & l. unius. §. teſtes. ff. de quæſt. per cap. literas, extra de præſump. & tradit Puteus in tract. prædicto, in uerbo mandauit, nume. xxj.

Non obſt. ſi diceretur, non conſtat, quòd parata eſſent illa fulcimẽta à lecto per Comitem Triuultiũ; quia hoc nihil eſt, ſatis ſiquidem uideri poteſt, quòd D. Taberna in officio ſuo deliquerit, quia nunc non agitur contra Comitem Triuultiũ, & fortè dici poſſet, ꝙ ſuper hoc ꝑ Illuſt. delegatos quæſitũ non fuit: quod ſi factum fuit, fortè monitione illa D. Tabernæ omnia ſopita ſunt. verùm in omnem caſum Do. Taberna non poteſt aufugere, quin in pœnam inciderit tanquàm officialis, quia curam rerum publica-

38 rum dicitur habuiſſe: † vnde de dolo, lata culpa, & leui ẽt tenetur. l. magiſtratus. ff. de adm. re. ad ci. ꝑti. Par. de Put. in tract. ſynd. in ver. negligẽtia. nu. xxiiij.

Quare ex prędictis concludendum eſt, dictum ſupremum Cãcellarium incurriſſe pœnam per nouiſſimas conſtitutiones comminatam in tit. de pœn. in prin. ac etiam cõfiſcationis bonorum, ut cauetur alia cõſtitutione in tit. de iur. & priu. fiſ. c. oĩum. Nec obſtat, conſtitutionem in prin. de pœnis, loqui de falſificante, non autem de falſificari mandante, quia dicta conſtitutio declaratur per dictam conſtitutionẽ omnium ſeq. ubi parificantur, quòd quis commiſerit uel committi mandauerit, & ibi expreſſus eſt caſus noſter, uidelicèt falſificationis aut falsò mutationis ſigilli Principis Cancellariæ, aut curiæ eiuſdem.

39 Item falsũ circa ſcripturas Principis etc. † Quicquid de iure cõi controuertatur Docto. ut latè Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. nu. ccclj. de uſuca. cum ſeq. & Affli. deciſ. ult. ij. col. uerſ. ſecunda difficultas. quãquam ẽt eo in crimine pœna falſi tàm puniatur falſificans, quàm falſificari mandans, per text. in l. Diuus. §. ſcribere. ff. de falſ. Nec obſt. quòd text. ille loquatur de filiis & ſeruis, qui ſub poteſtate dñorum & parẽtum ſunt; quia etiam illi de Cancellaria ſecreta ſunt ſub poteſtate ſupremi Cancellarij, ut Montius & Calchus in ſuis examinibus dixerunt, & idem etiam cõfeſſus eſt ipſe ſupremus Cancellarius, dum dixit in ſuis examinibus, quòd ſi uoluiſſet falſitatem committere, facilè ei fuiſſet; quia illi de Cancellaria ad nutum ſuum feciſſent, quicquid illis dixiſſet, prout in ſimili etiam uidemus, quòd propter dignitatem perſonarum permittitur eis à iure facere per alios, quod erat facti merè perſonalis. l. fi. C. de inſtit. ubi Gloſſ. quam ut notab. ſequitur Alciat. in l. centeſimis. §. id autem, ad fin. de uerbor. oblig. alioquin de facili eluderetur diſpoſitio dicti primi capituli, de pœn. in princ. Quia ſupremus Cancellarius ut pœnam euitaret nunquàm ſua manu falſitatem committeret, ſed alicui de Cancellaria ſemper mandaret, ut eam ſcriberet, quibus omnibus imperare poteſt, ut ſuprà dictum eſt. c. ſi ciuitas, de ſenten. excomm. quod maximè in caſu noſtro procedere debet, ſtãte lucro ꝑꝑ dictam falſitatem acquiſito, quod ipſe fecit, & non ſcriptor, vnde propter commodum, quod ſentit, ſentire etiam debet incommodũ, ut in ſimili arguit Do.

40 Iaſ. d. l. ſi is qui pro emptore. nu. ccclxxvij. † De iure autem communi pœna falſi eſt deportatio cum publicatione bonorum, niſi crimen eſſet ualde graue. ut dicit Boër. in j. par. deciſ. lxxxij. col. ij. nume. viij. quia tunc eſt pœna mortis, ut ibi per eũ, & per Marſ.

41 in rub. ff. de falſ. nu. ij. † ſed in caſu noſtro ceſſat diſpoſitio iuris communis, cùm habeamus legem municipalem ut ſuprà, ut dicit Alber. de Roſa. in rub. de arbitr. quod, quicquid dicat ius commune, tu ſerua ſtatutum, ſequitur Iaſ. conſ. cl viij. col. fin. in ij. uol. poſt Bal. in l. Gallus. §. ſi eius, in j. not. ab. ff. de libe. & poſth. Et hæc pro nunc ſufficiant, maximè cũ in cã agatur coram doctiſſimis & integerrimis uiris, à quibus etiam poſtulatur, ut ſi in aliquo dubitabũt, quin dictus ſupremus Cancellarius ueniat tanquàm falſarius puniendus in pœnam mortis, & confiſcationis bonorum, dignentur ſuum motiuum excitare in ſcriptis, ac dare, ut illi poſſit reſponderi, ut de more eſt.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cardinalibus creditur de mandato Papæ eis oretenus facto.*

3 *Officialis an credatur aſſerenti ſibi fuiſſe factum mandatum à Principe, putà de aliquid agendo.*

4 *Cancellarij authoritas & dignitas. & nu. 7.*

5 *Quæſtoris officium quale.*

6 *Secretarij Papæ authoritas.*

8 *Credẽs alicui uiro præſertim alicuius authoritatis excuſatur à dolo.*

9 *Dolum abeſſe ex coniecturis probatur.*

10 *Falſi ſuſpitio ceſſat contra notarium in materia teſtamenti, quando teſtator uiuit, & quæ nam ſit ratio.*

11 *Falſum nõ præſumitur, ubi modicum eſſet præiudicium, niſi malitioſè actum fuiſſet.*

Publi-

12 *Publicè quæ fiunt operantur, ut fraudis ſuſpitio ceſſare uideatur.*
13 *Falſi ſuſpitio quando ceſſet. & nu.ſeq. & 17.*
14 *Falſitas nō præſumitur fieri corā hominū multitudine.*
15 *Sigillum Principis an ſufficiat abſq; illius ſubſcriptione.*
16 *Falſitas non præſumitur ex qualitate perſonæ, dignitate, & authoritate.*
17 *Falſitas ſine ſpe magni lucri committi non ſolet.*
18 *Teſtium numerus ſupplet defectum.*
19 *Teſtes præſumuntur eſſe conteſtes, cùm non appareat de ſingularitate.*
20 *Præſumptio debet fieri, ut delictum euitetur.*
21 *Falſitas ceſſat ceſſante dolo.*
22 *Falſi crimen deteſtabile præ cæteris delictis eſt. & nu.ſeq.*
23 *Teſtis falſarius non admittitur, etiam in crimine falſi.*
24 *Probationes multùm euidentes requiruntur contra officiales ſupremos.*
25 *Teſtes inhabiles admittuntur in his, quæ ſecretò fiunt, difficilioriſq; ſunt probationis. quod tamen limitatur, ut inibi.*

CONSILIVM XCV.

SEV POTIVS MOTIVA ET DVBIA (vt appellant) per Illuſtriſsimos DD. Iudices, ipſi D. Conſulenti pro eorum ſolutione ſiue explicatione tradita.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

IN fauorem domini magni Cácellarij adducitur primò; quòd quicquid ipſe fecit, aut fieri iuſsit, id fecit & iuſsit ex mente & mandato Illuſtriſs. D. Gubernatoris, & ubi id probaret, res clara eſſet. l. non uidetur. §. qui iuſſa, de reg. iur. Cępol. conſ. xxiiij. in fi. qui loquitur in terminis falſitatis. Verùm licèt de mandato Principis non conſtet, attenta tamen qualitate, & officij ſeu magiſtratus dignitate & auctoritate, illi ita aſſerenti credendum fore uidetur. c. nobiliſsimus, xcvij. diſt. ubi Glo. & ibi Præpoſit. in fi. di-
1 cens, † omnibus Cardinalibus de mandato Papæ ſibi ipſis oretenus facto, creditur. Io. And. in c. conſtitutus, j. de appell. Inno. c. cùm olim, j. de priuil. Lapus alleg. xv. & alleg. xxviij. Bal. in c. ij. de fid. inſt. ad
2 fin. † qui dicit regulam. l. ij. C. de mand. Princ. limitari, ut non procedat in Cancellaria Principis, uel in eo qui habet ſigillum Principis, & de quo Princeps confidit, prout de perſona propria. Rom. conſ. lxx. in iiij. dub. Grám. conſ. xiij. nu. xiij. & in conſ. liiij. col. fi. & in deciſ. xxxvj. nu. xxvj. poſt Iaſ. in l. et ſi quacú-
3 que. col. ij. ff. ſi quis in ius uoc. † & licèt Iaſ. & Grám. loquentes de ſimplici officiali reſtringant hoc procedere, quando Princeps eſt præſens in loco, adeò, ut ille cuius præiudicium aliquid fit, quod dicatur fieri de mandato Principis, poſsit facilè certificari, tñ in caſu noſtro tunc temporis Illuſtr. D. Gubernator aderat. Præterea in tanto magiſtratu, ut erat magnus Cancellarius non uidetur admittenda huiuſmodi re-
4 ſtrictio, † quia eius authoritas tanta eſt, ut præſentia Principis Vicarius, eo uerò abſente interrex quodámodo cenſeatur, cuius cenſuræ etiam acta ſua Princeps vult ſubiacere, ut de Franciæ Cancellario tradit Budæ. in annot. in pande. tit. de Præf. Præt. ubi etiam ſubdit, quòd Principis uicem obtinet: & latè de eius dignitate & authoritate Purpu. in l. j. de off. eius, nu. xc. cum ſeq. & Cagn. in l. ij. ff. de orig. iur. nu. cccxlij. & Io. Montaig. in tract. de auth. magni Conſi. poſito poſt quæſtiones Boër. nu. viij. & Boër. ibi n. xxiij. & Guiel. de Bened. in repe. c. Rainutius, uerb. & uxorem nomine. nu. cxciij. cum ſeq. poſt Luc. de Penn. in rubr. C. de quæſt. lib. xij.

Et tantò magis hæc procedunt ſtante ſtylo & cóſuetudine, quæ eſt, ut ipſe ſolitus ſit atteſtari de méte & mandato Principis uiuæ uocis oraculo ſibi facto, & ei ita atteſtanti credatur, ut notorium eſt.

Et quòd in præſenti caſu Illuſtriſsimus D. Gubernator mandauerit, ſiue de eius mente fuerit, ut additio, de qua agitur, fieret, coadiuuatur; quia ipſemet Borronus idē affirmauit Suico, & Suicus atteſtatur.

Nò obſtat ſi diceretur credi magno Cancellario, ita demum ſi tempore actus geſti atteſtetur de mente Principis, ut per literas ſuas. nam reſpondetur, quòd ex proceſſu maximè, & dicto Montij ſecretarij apparet, quòd tunc temporis quando iuſsit additionem fieri, prout requirebat, Borronus id iuſsit affirmando quòd talis erat mens & uoluntas Excellentiſs. Gubernatoris, quo uerò ad modú, id ſuis literis uel ſua ſignatura atteſtari. Reſpondetur etiam, quòd licèt literis ſuis quandoque atteſtaretur de mente Principis, tamen etiam oretenus idem facere ſolitus erat, ut probatum eſt teſtibus: & hoc non diſcrepat à diſpoſitione iuris. l. ij. C. de petit. bon. ſub. lib. x. uerbo ſubſcripſerit, uel etiam reſponſum dederit, ubi Bal.
5 poſt Odof. dixit, † Officium Quæſtoris de quo ibi ſedentis ad latus Principis, eſſe non ſolùm ſubſcribere reſcripta, ſed etiam uiua uoce reſpondere: ideò uiua uoce atteſtando de uoluntate Principis, non dicitur id feciſſe modo inſolito aut indebito, & tátò magis iubendo Secretariis & aliis officialibus Cancellariæ præſentibus.

Accedat quòd etiam ſi non expreſsiſſet tunc ſe id facere de uoluntate Illuſtriſsimi Gubernatoris, tamen ſimpliciter iubendo, cenſetur feciſſe tanquàm edoctum & informatum de illius mente; quod po-
6 tuit facere abſque alia ſuſpitione falſitatis, † prout de Secretario Ppæ tradit Dec. in conſ. clxxv. in viij. col. in prin.

Et ex prædictis uidetur inferri poſſe, conſtitutionem punientem literas Principis falſificantem, uel aliquid falſum circa eas committentem, ſicut nó adaptatur ad ipſum Principem, Locumtenentemùe à quo literæ emanant, & quem abſonum eſſet dicere conſtitutione comprehendi, ita non adaptatur ad magnum Cancellarium edoctum & informatum de
7 mente Principis; † & qui vna perſona cum eo reputatur, ita ut uox magni Cancellarij, uox Principis cenſeatur, ut tradunt Moder. locis ſuprà allegatis, & ſcientia Cácellarij ſciētia Principis reputetur. Hoſti. Innoc. & Feli. in c. cùm dilecta, de reſcrip. poſt Glo. ibi, ubi inferunt quòd ad hoc ut impetrans literas reputetur falſarius, ſufficit ſcientia Cancellarij.

Secundò dicitur io fauorem magni Cancellarij, quòd & ſi cōſtaret de negatiua, hanc ſcilicèt nō fuiſ-
8 ſe de mente Principis, † tamen ipſe probabiliter credidit; per ea quæ affirmabat Borronus cum quo tractabat, & ſic confiſus autoritate ſua & credulitate id fecit, unde excuſatur à dolo, iuxta ea quę notabiliter
9 concludit Cępol. conſ. xxiiij. † maximè concurrentibus multis coniecturis excludentibus dolum, quē abeſſe, abſque dubio cōiecturis probatur. Ang. tract. malef. uerb. ſalſario, in prin. Soci. conſi. cclxxvij. col. ij. & coniecturæ doli ceſſantis plures ſunt.

Prima, modocitas priuilegij, quæ reſultat ex ſaluoconductu conceſſo ad beneplacitum damnato habenti remiſsionem ab offenſis, prout de ſimili ſaluo conductu tradit Deci. conſ. lj. circa med. dicens quia neminem lędit, latè eſſe ioterpretandum, & maximè
10 cùm ſit ad beoeplacitum, & facilè reuocabilis. † ad quòd facit quod dicit Alex. conſ. lxxiiij. in j. col. ij. ubi in materia teſtameuti falſi dicit tractari de modico præiudicio, qn̄ eſt reuocabile, quia teſtator uiuit, ideò ceſſat ſuſpitio cōtra notariū. Accedat quod tradit Feli. in conſi. xx. de fid. inſtr. nume. xxxv. dum reſpondet ad cap. ſi canonici, de off. ordi. in vj. quod ſcilicèt illa ceſſatio à diuinis non erat magni præiudicij, quia noo eſt perpetua, ſed ceſſare debet ceſſante cauſa.

Hinc nidemus huiuſmodi ſaluos conductus non deferri ad Senatum pro appellatione, licèt cootineāt gratiā, quia ſunt modici effectus.

Hinc etiam uidemus io eis non adhiberi illam diligentiam, quæ in literis gratiæ uel aliis magni ponderis adhibentur: quia quandoq; à ſolo Do. Gubernatore & Secretario abſq; magni Cancellarij ioſpectione & ſignatura expediebantur, prout aliqui expediti hoc modo inueniūtur. et alioquin ipſe magnus Cancellarius ſolus literis ſuis mandabat officialibus, ut bannitum tolerarent per certū tempus, quod parum uel nihil differt à ſaluoconductu, prout in actis Prætoris Cremonæ compertum fuit.

11 Clarum eſt autem † modicitatem prę iudicij plurimùm conſiderari in excludenda doli præſumptione in materia ſalſi, ut probatur iu c. ex literis, de fid. inſtr. c. accedens, de crim. falſ. ubi Gloſ. Alex. conſi. xxiiij. in princ. col. ij. ad fi. Deci. cooſi. clxxv. in j. vij. col. Crauet. conſi. xlvj. nu. xij. non affirmarem propter hoc quòd præſuppoſita falſitate malitioſè commiſſa, ea excuſetur propter modocitatem præiudicij, quia conſtitutio indiſtinctè & generaliter loquitur, ut dicit Afflict. in conſt. Qui literas, ſed dico nō præſum dolum, & malitiam abeſſe ob rei modicum præiudicium.

Secunda coniectura oritur ex modo, quo additio de qua agitur, facta eſt; quia ſcilicèt eſt adeò euidēs, ut quilibet indiota cognoſcat lioeam illam additam poſt expeditionem literarum & ſignaturam ab Illuſtriſsimo Gubernatore factam, ideò ceſſat ſuſpitio fraudis; quia ſalſitas ſolet adeò ſimilis ueritati fieri, ut uix poſsit cognoſci, ut colligitur ex tex. in c. licèt, de crim. falſ.

12 Tertia eſt coniectura, † quia palàm omnibus uidentibus, non clam facta fuit, ideò ceſſat fraudis ſuſpitio. l. fin. de rit. nupt. l. nec exiſtimo, de excuſa. tut. Cuma. conſ. xcj. col. fi. ij. col. Craue. cōſ. lxxv. nu. xix.

13 Quarta † cōiectura oritur ex perſonis ad eā adhibitis, uidelicèt Secretarij illiuſmet, qui ad ardua quęcunq; oegotia ſolebat adhiberi, & fideliter ſempèr ſe geſsit, & illiuſmet ſcriptoris, qui eam ſcripſerat, qui eſt notarius collegiatus huius ciuitatis, & eius legalitatem accuſator ipſe fatetur, de quibus non erat ita facilè præſumendum, ut debuiſſet conſentire ſalſitati, ut dicit Cępo. in conſ. xxj. col. pen. uerſ. quinta cōiectura. Cuma. cooſ. cxxxv. col. ij.

Et ſi dicatur, adhibitum fuiſſe Secretarium, quia ſine eo non poterat fortè negotiū perfici, cùm oporteret mutare regiſtrum, quod fieri ſine eius participatione non poterat: iſtud eſt falſum, quia oulla fuerat facta regiſtratio, ut compertum fuit, facta diligēti perquiſitione ad libros; ideò cùm nulla opus ſuret, opera Secretarij in negotio falſitatis, & tamen adhibitus fuerit, oritur maxima præſumptio bonæ fidei, cùm nullum accedat commodum Secretarij. ſcuta enim illa xx. quæ dicit Borronus, paruifaciēda ſunt habito reſpectu ad grauitatē ſceleris & periculi, cui ſe ſubmiſiſſet.

Quinta coniectora oritur ex tot perſonarum numero, quibus patefacienda erat huiuſmodi falſitas, uidelicet Montij Secretarij, Suici ſcriptoris, Borroni procuratoris ſeu ſolicitantis illorum quatuor additorum, & deoique illorum tredecim Fantoni ſcilicèt & ſociorum, qui in prima illius ſalni conductus expeditione continebantur, in quorum manibus uel aliquorum ex eis iam fuerat ſaluus conductus iuxta illius primam expeditionem, ut ex proceſſu apparet: quos ideò latere nō poterat de additione ſecuta, quæ ſi doloſè & præter mentem Principis ſacta fuiſſet, ſecretò ſtare noo poterat.

14 Falſitas † autem ooo præſumitur fieri coram hominum multitudine. l. hac conſultiſsima, in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. ubi Bald. in fin. Iaſ. in l. licèt Imperator, de lega. j. col. iiij. Matſil. in conſi. lxxvij. col. ij. Cranet. conſi. lxv. in fin. & lxxv. num. xix. Ad quod accedat, quia ſaluus conductus ille erat in publicum proſerēdus, & producendus coram Prætore Cremonæ, & eius curia publicandus corā populo: & banniti illi longo cum tempore exules magna omnium admiratione io eius executione in publicum prodire debebaot, prout fecerunt, & conuerſati palàm ſunt in præſenti dominio, quæ omnia Principem latere non poterant, quin ad illius aures deueniſſent.

Sexta coniectura eſt, quia faciliori uia poterat D. magnus Cancellarius falſitatem tegere, uel ſuper folio albo manu Principis ſubſignato ſcribendo, quorum nonnulla penès ſe quandoque habuiſſe probatum eſt: quæ folia licèt eſſent io forma literarum, nō autem patentium (ut vulgò dicitur) ſubſignata, tamen nihil refert; quia multi ſaluiconductus ſolebāt expediri ſuper foliis in forma literarum, nō autem patentium, ut ex oōnullorum productione deprehēditur. uel poterat nullo alio adhibito manu ſua addendo, & atteſtando de mente Principis, prout & in eorum prorogationibus facere ſolebat, uel literis ſuis mandare, ut tolerarentur pèr officiales, prout quandoque ipſum ſolum feciſſe conſtat, ut ſuprà dictum eſt.

Neç

Nec dicatur hoc modo addidit, quia credidit facilius poſſe principē decipi propter propriam ſubſcriptionem; quia ineptaeſt hæc conſideratio, cùm in facto clariſsimum ſit, additionem illam ab omnibus poſſe cognoſci factam per aliquod tempus poſt Principis ſubſignationem, adeò ut nullus potuiſſet decipi, & multò minus oculatiſsimus Princeps; poterat etiam abſque periculo quòd incurriſſet falſitatem committendo, à ſe ipſo vnà cum Secretario expedire ſub nomine Principis, quod in eius poteſtate ex natura officij ſui reſidet, ſigillare, qui abſque du-
15 bio de iure ualuiſſet: †quia ſolum ſigillum Principis ſufficiebat abſque illius ſubſcriptione. c. inter dilectos, de fid. inſtr. c. poſt ceſsionem, ubi Docto. de prob. & tradit Purpur. in l. j. de off. eius, nu. xcj. poſt Bal. in c. ij. de fid. inſtr. & prout per eius præceſſorem ſolebant huiuſmodi & alia maioris momenti abſque Principis ſignatura expediri.

Septima coniectura doli ceſſantis eſt cōfeſsio ingenuè facta negotij, prout ſe habuit iam per magnū Cancellarium, quàm per Montium Secretarium, qui ſi dolosè falſum fieri feciſſent, ut negaſſent ſe de huiuſmodi additione quicquam ſcire, non poterant ne dum conuinci, ſed nec aliquid fortè contra eos fieri, dictū enim ſolius Souici non ſufficiebat, qui de ſeſe exonerando tractabat. & hanc coniecturam ſurgentem ex confeſsione plurimi facit in hac materia ad excludendum præſumptionē doli, Cæpol. conſ. xxxiiij. col. iij. in fi.

Octaua urgens coniectura eſt, quia ſi quid dolo factum fuiſſet, Borronus ille eſſet, qui præ cæteris teneretur tanquam auctor, & qui procurauit & ſollicitauit, & ad hunc effectum retro habuit ſaluum conductum primo loco expeditum, quem facta additione reſtituit, ut ex dictis iàm Fantoni teſtis ab eo producti, quàm aliorum examinatorum conſtat, ſed quo modo uerisſimile eſt Borronum Illuſtriſsimo D. Gubernatori adeò gratum, ſecreta ſecum tractantem, ut dictant diuerſa mandata pecuniarum ſibi ſolutarum, & qui ab eo longè maiorem obtinuerat, & inter alia gratias inſolitas, ut ex dicti Fantoni & Borroni fratris colligitur, qui pro tredecim primo loco nominatis Fantoni ſociis ſimilem ſaluum conductum obtinuerat, ſicut uerisſimiliter poterat & pro iſtis quatuor obtinere uerum ſaluum conductum, noluiſſe omiſſo dicto Illuſtriſsimo Gubernatore, & abſque eius uoluntate tanti emere rem falſam, immo ineptā, quæ celari non poterat, & ſe vnà cum ſociis tanto periculo ſubiicere?

16 Nona †coniectura eſt ex qualitate perſonæ magni Cancellarij tantæ dignitatis & authoritatis, cuius fidei ardua quæq; Principis & Conſilij negotia commiſſa erant, quæ omnem doli & per conſequens falſitatis præſumptionem excludit, ut de Epiſcopo tradit Dec. conſ. clxxv. & Gramm. uoto xxxvj. in fi. poſt Bal. in l. ij. C. de fal. ad fin.

17 Decima †coniectura ceſſantis doli eſt, ubi non cōſtat aliquid emolumenti ad eum perueniſſe, ſine cauſa enim maximi lucri non ſolet committi falſitas. Socci. conſi. cclxxvij. col. j. Marſil. conſi. lxij. colum. iij. & conſi. lxxvij. col. ij. Crauet. conſi. lxxv. nu. xiiij. Maria. iun. conſi. xxxviij. in ij. nu. xij. In caſu autem iſto nō in gratiam illorum quatuor fecit, quos nō cognoſcebat, nec in gratiā alterius, quia non conſtat, nec corruptus pecunia, quia de pecuniis non eſt probatum, ut ſtatim dicetur; ideò uidendum eſt, an ſit probata corruptio ſeu pecuniarum traditio, quam Borronus dicit. & breuiter concludendum uidetur non eſſe probatam, quia Borrono non creditur, tùm ne idem ſit accuſator & teſtis, tùm quia inimicus, & tractat de ſe exonerando, & aliis rationibus, quæ breuitatis cauſa omittuntur.

Fantono ſuper hoc demum producto non creditur, tanquàm uiro facinoroſo & infami ob diuerſa delicta pro quibus capitaliter eſt condemnatus, aduerſus quas condemnationes non apparet per gratiam reſtitutus, & licèt ſit toleratus uirtute ſalui cōductus, tamen ſaluus conductus eum non reſtituit.

Accedat contrarietas non leuis inter eum & Borronum, quorum alter dicit de 400. alter de 200. rurſus alter quòd exibat domum, alter quòd deambulat in uiridario.

Berti famuli dictum omiſſo fundamento uariationis periurij non concludit, quia nec de qualitate dicit, nec de cauſa propter quam acceperit pecunias à Borrono. & in confrontatione cum domino dicit potuiſſe eſſe ex pecuniis propriis domini redituum, uel ſtipendij, quæ prout deferebantur, dabantur domeſticis deferendas Berto, prout quandoque in perſona Borroni contigiſſe deponunt quinq; teſtes ad defenſam examinati, quorum aliqui, licèt nō omni exceptione maiores uideantur ob eorum familiaritatem, tamen contra eorum aliquos nulla exce-
18 ptio probatur, † & numerus ſupplet defectum. l. ubi numerus, de teſti. & licèt non dent ſe pro conteſti-
19 bus, † tū nec ēt apparet eſſe ſingulares, ideò conteſtes præſumuntur, ut tradit Bald. in l. de quibus, col. antepen. Alex. conſ. cxlvj. col. v. in v.

20 Hinc † infertur, cùm potuerit Bertus habuiſſe, ſed in cauſam licitam, in eam potius præſumi recepiſſe quàm in cām illicitam, ad euitādum delictum. l. merito, pro ſoc. Bar. in l. non ſolùm. §. ſed & probari, de ope. no. nunt. ubi Alex. & idē Alex. conſ. lij. in iij. & Deci. in c. præſentia, de prob. in ij. notab.

Excludit etiam ſuſpitionem pecuniarum habitarum ob cām ſalui conductus inſtrumentum productum Bottæ vnius ex illis quatuor à quibus dicuntur ſolutæ pecuniæ, qui deponit aureos cxiiij. penès Borronum de Fantonibus ſibi reſtituēdos, niſi certo termino gratiam à Principe cum Senatus interinatione expeditas conſignet. Clarum eſt autem facultatis magni Cancellarij non fuiſſe, ut illi concederetur gratia, quæ à Senatu poſſet approbari, ideò nec ei erant dandæ pecuniæ depoſitatæ, & per conſequens nec uerisſimiliter datæ præſumuntur.

Non probata ergo traditione pecuniarum, & ſic
21 corruptionis ceſſare uidetur omnis dolus, † ceſſante autem dolo ceſſat crimen falſi. l. quid ſit falſum. ff. de falſ. l. Diuus Pius, eod. tit. l. nec exemp. C. cod. tit. Gand. tit. de falſ. in princ. Ange. tracta. maleſ. uerbo falſario, in princ. Cæpol. conſi. xxj. col. ix. & conſil. xxiiij. colum. ij. cum conſi. cxxxv. col. ij. Alexan. cōſ. lxxiij. in princ. colum. j. Marſil. in rub. ff. de falſ. Rui. conſi. xvij. in iiij. ad fin.

Alia pecuniarũ traditio, qoam dicit Borronus factam ob ſaluum conductum conceſſum illis de Madiis, qui tamen non dicitur falſus, ſed uerus, non uidetur probata per dictum Borconi, cui obſtat, quòd eſt accuſator & principalis; nec per dictum Borroni de Fantonibus, qui inter alias exceptiones quas patitur, & condemnationes contra eum ſecutas, fuit quandoque per Senatum condemnatus ad triremes ob falſum teſtimonium perhibitum. quæ condem-
23 natio eũ infamat, † quia nullum eſt delictum, quod magis famam afficiat, & fidem adimat teſti, quàm falſitas. Ange. §. mitiores. in authen. de nupt. Anan.
24 conſi. xlix. nume. j. & v. † adeò ut teſtis falſarius non admittatur, etiam in crimine falſi ſecundum Marſil. in rubr. de falſ. colum. iij. & ſeq. ubi latè de hoc crimine, & quantùm graue ſit, & famam & honorem lædat.

Quò ad Bertum ſatis ſuprà fuit reſponſum.

Excluditur etiam ſuſpicio habitarum pecuniarũ ex prædicta cauſa, quia illis promiſſa fuit gratia, ut ex proceſſu colligitur, & id affirmat Illuſtriſsimus Gubernator in ſaluo conductu illis conceſſo. quæ in facultate magni Cancellarij non erat, immo nec Excellentiſsimi Do. Gubernatoris, cùm banniti eſſent pro homicidio deliberato, pro qua ſcribendum erat ſuæ Maieſtati, dico per Illuſtriſsimum Gubernatorem non per magnum Cancellarium, ut ipſe Illuſtriſsimus Gubernator in memorato ſaluo conductu expreſsè atteſtatur ſcripſiſſe: igitur uerilimile non eſt, ſolutas fuiſſe ab illis pecunias magno Cancellario tradendas in cauſa ſalui conductus à Principe conceſsi, qui promiſerat gratiam interim dum impetraret gratiam à ſua Maieſtate.

Accedat qoòd cauſa promiſsionis gratiæ & conceſsionis ſalui cõductus illorum de Madiis fuit propter eorum geſta in negotio Brixelli, de quibus tũc temporis fidem fecit D. Gubernator Cremonę, adeò ut dici non poſsit mentionem illam meritorum fuiſſe commentum inuentum à magno Cancellario, ut perſuadere conatur ipſe Borronus: quia cum fide gubernatoris Cremonæ concordat etiam atteſtatio Illuſtriſsimi domini Ferdinandi Gubernatoris in literis ſalui cõductus ab ipſo Illuſtriſs. domino ſubſignatis, de cuius ueritate non controuertitur.

24 Accedat † quòd tractamus de officiali ſupremo, contra quem requiruntur probationes legitimæ & multùm euidentes, cùm pro eo præſumatur, ut poſt Bald. & Affli. tradit in terminis barattariæ Gramm, in conſi, xxxv. nu. xxxvj. cum ſeq.

25 Nec obſtat † tractari de his, quæ ſecretò fiunt, ideò teſtibus inhabilibus credatur: quia reſpondetur ceſſare dictam concluſionẽ, quando teſtes patiuntur non vnam, ſed plures exceptiones, prout in caſu noſtro; ut poſt Soci. & Barbat. tradit Marſil. conſil. cij. nume. xij. & Grammat. d. conſi. xxxv. nume. xxxiiij. Ex quorum dictis aliæ etiam colliguntur reſponſiones, quæ breuitatis cauſa omittuntur.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in c. nobiliſſimus, xcvij. diſt. exornatur.*
2 *Notarius qui chartam albam habuit, ſigillatam tamẽ, poteſt in ea ſcribere quicquid uoluerit, eritq; ei credendum, intellige nihiloſecius ut inibi.*
3 *Reſcripta contra ius, non eſſe attendenda.*
4 *Papa licèt ex certa ſcientia reſcribat, poteſt tamen cõtrarium probari.*
5 *Clauſula ex certa ſcientia, operatur ſolùm in his, quæ in iure conſiſtunt, ſecus ſi in facto.*
6 *Mandatum non creditur, quod rationabile nõ apparet, & contra ſtylum & formam curiæ.*
7 *Principis uoluntas interpretanda eſt, ut iuri conueniat, & qualis de iure eſſe debet.*
8 *Reſcriptum quando interpretandum eſt, & copia Principis haberi poteſt, dẽt ad Principem ipſum recurri.*
9 *Falſitatis imaginem præſeferunt geſta contra communem ſtylum.*
10 *Teſti, qui deponit de ſe exonerando, non eſt credendum.*
11 *Dictio, quicunq;, eſt ſignum vniuerſale.*
12 *Errore factum quid allegans, illum probare tenetur, ad hoc ut excuſetur, aliàs punitur. & nu. ſeq.*
13 *Error poteſt per coniecturas probari,*
14 *Error qualiter allegandus eſt, ab eo qui ſe excuſare uult à delicto.*
15 *Falſum non eſt præſumendum, quando modicum præiudicium afferretur.*
16 *Delicta non debent remanere impunita.*
17 *Salui conductus interpretatio latè facienda eſt.*
18 *Iudices corrumpentes qua pœnã puniantur.*
19 *Stylus loci ſeruandus eſt.*
20 *Falſitas non præſumitur gratis facta.*
21 *Teſtes ſi ſint concordes in negotio principali, licèt in circunſtantiis diſcordent, quòd nihilominus probent.*
22 *Teſtes debent reduci ad concordiam.*
23 *Confeſſioni factæ in tormentis ſtatur, ſi aliàs quis uariauerit.*
24 *Infamis non efficitur condemnatus ob contumaciam.*
25 *Teſtis deponens de facto proprio plenè probat.*
26 *Iudicis corruptio ſeu barattaria ita committitur dando pecuniam, ut iuſtitia locum habeat, ueluti ut ea peruertatur.*
27 *Teſtes aliàs inhabiles quòd admittantur in delictis occultis, quomodo intelligatur.*
28 *Soci. conſ. cxviij. & Marſ. conſ. cij. declarantur.*
29 *Confeſſio dicitur maior probatio, quæ fieri poſſit.*
30 *Falſitate præcedente dolus præſumitur, niſi error probetur.*
31 *Conuerſatio mala poteſt facere aliquem de bono malum.*
32 *Teſtis debet concludere, & rationem afferre ad hoc ut probet.*
33 *Mendacium & uariatio eſt indicium ſufficiens ad torturam.*
34 *Dolus directò probari non poteſt, ſed per coniecturas.*
35 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, legitimè tamen probata.*
36 *Teſtis uarius & contrarius fidem non facit.*
37 *Teſtis non deponens ueriſimilia, fidem non facit.*

Teſtis

38 *Teſtis deponens per eundem & præmeditatum ſermonem cum cæteris, eſt de falſo ſuſpectus.*
39 *Teſtis domeſticus repellitur.*
40 *Teſtis debet deponere de tempore.*
41 *Iudex per ſubtilem indagationem procedere debet, quando pro crimine aliquo agitur ad criminalem pœnam, & longè maius quàm ſi ciuiliter procederetur.*
42 *Falſi crimen inter grauiora connumeratur.*
43 *Officialis ſyndicandus non debet ſtare in Palatio, ne querelantes hoc uidentes perhorreſcant.*
44 *Tortura adhiberi poteſt etiam in dignitate conſtitutis, et ſenibus in crimine leſæ maieſtatis diuinæ aut humanæ & ſimilibus, ut etiam in corruptione iudicis ſeu barattaria.*

CONSILIVM XCVI.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

TAMETSI ſubtiliter ac copioſè per Illuſtriſsimos dominos meos dubitatum fuerit in cauſa querelæ contra Ill. Do. Franciſcum Tabernam intentatæ, arbitror tamen ea, quæ pmota extiterūt, de facili, iure medio tolli poſſe. & conſidero primum argumentū non obſtare, per quod dicitur, prædicto Tabernę aſſerēti ſe commiſsionem habuiſſe de additione facienda, credendum eſſe, per tex. in c. nobiliſsimus. xcvii. diſt.
1 † Quia reſpondeo textum illum & doctrinas ad id ex aduerſo allegatas, omiſſo quòd dici poſſit in Cardinali à latere locum habere, eas intelligendas etiam eſſe, quando ille, qui aſſerit ſe commiſsionem habuiſſe, exponit tale quid, quod committi ſolitū eſt, & ſpectat ad officium ſuum, & eſt iuxta conſuetudinem & ſtylum ciuitatis: ita clarè Bal. in loco in mo-
2 tiuis allegato in c. ii. de fid. inſtr. nu. xix. † ait enim quòd notarius qui chartam habuit albam ſigillatā, poterit in ea ſcribere quicquid uoluerit, & erit illi credēdū omne illud, quod erit de natura negotii, & uolūtate domini; quia ea quę conſueuerunt committi Cancellario, ei etiam intelliguntur commiſſa, cui ſigillū traditum eſt. & hoc uoluerunt Roman. conſil. lix. & Gramm. conſi. xiii. & cęteri ex aduerſo allegati. nec mirum, habemus enim legem ſcriptam in l. reſcript. C. de prec. imper. offer. ad quod etiam facit text. in l.
3 ſi uendicari. C. de pœn. † per quam Imperator mandat omnibus iudicibus, ut eius reſcripta non attendantur, ſi cōtra ius cōceſſa reperta fuerint. & D. Papa in c. ſi quando, de reſcrip. inquit, patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis fuerit inſi-
4 nuatione ſuggeſtum. Hinc etiam uidemus, † quòd licèt Papa ex certa ſcientia reſcribat, poteſt tamē probari contrarium, & ſic de obreptione, ut not. Bald. in
5 l. fin. C. ſenten. reſcin. non poſſ. † Clauſula ſiquidem ex certa ſcientia, operatur ſolùm in his quæ in iure conſiſtunt, ſecus ſi in facto uerſentur: ut idem Bald. in d. l. fin. atteſtatur. & tradit Ancharan. conſi. cccxiii.
6 † cùm igitur illud quòd dicitur mandatum Do. Tabernę de additione facienda, rationabile nō ſit, ſed contra ſtylum & formam Cancellariæ, ei nullo pacto credendum eſt. l. i. ubi Barto. & Docto. C. de manda. princ. quinimmo, ſi literas ſuper hoc datas à Principe oſtenderet, non excuſaretur, cùm ex ſupradictis demonſtratum ſit, reſcripto contra ius obtento ſtandum non eſſe. Verùm aduertēdum eſt, quòd ipſe D. Taberna in eius conſtituto non dicit ſe habuiſſe hāc commiſsionem à Principe, & tamen prędicta procedunt in eo caſu, quo ita factum fuiſſet, ſed dicit Illuſtriſsimum Principem ei mādaſſe expeditionē Borroni. ſed quęſo cur uoluit ipſe mētem principis potius interpretari contra ius & formam ſtylumq; Cācellariæ; quàm ſecundum ea quæ fieri decebat, & de
7 iure permittebantur? † ſic enim uoluntas principis interpretanda eſt, ut iuri conueniat, & qualis de iure eſſe debet, ut per Docto. per illum tex. in l. ex facto. ff. de uulga. & pupill. & not. Bal. in l. omnes populi, col. xix. ff. de iuſt. & iur. & facit optimè tex. in c. quoniam, de natur. liber. & Glo. in c. paratus, xxiii. q. j. ait enim quòd reſcriptum principis debet conformari ęquitati, etiam quòd uerba non patiantur: quantò magis igitur in caſu iſto uerba Illuſtriſsimi Gubernatoris erant ita interpretanda, cùm alium ſenſum recipere nullo pacto poſſent? certè non uideo rationem. Nec ualet allegare commiſsionem ſeu relationem Burroni ſibi factam fuiſſe in cauſa, quòd in hanc opinionem inciderit. Primò, quia non apparet de hac relatione Borroni, & quatenus etiam appareret, attendenda non eſt: quia ſi reſcriptum principis iniuſtitiam continens exequendum non eſt, ut iam dixi, minus relatio facta per unum, qui nullum gerebat officium nec dignitatem, cùm foret contra ius maximè, cùm copia principis haberetur, ut ipſe Taberna habebat, & notorium eſt, & prout in pręſenti caſu habuiſſe fatetur. unde debuit ipſum principem
8 interrogare, qualiter uellet Borronum expediri, † ſic namq; ſolent principes conſuli, quando reſcriptum interpretandum eſt, & copia principis haberi poteſt. per text. quem Iaſ. meliorem de iure dicit, in d. l. ex facto. ff. de uulg & pupil. debuitq; etiam ipſe Taberna poſt hāc interrogationem Principem admonere, ſi & quatenus ei additionē mandaſſet, quid ius & ſtylus in ſimilibus expeteret: hoc enim exigebat officiū ſuum, & ob id omnia quæ à Principe ſubſcribenda erant, prius ipſi Tabernę deferebantur, ut ſcilicèt uideret an iuſtè forent petita, & quid concedi oporteret iuris ordine ſeruato. Nec me mouet maxima authoritas Tabernę allegata, adeò ut Vicarius Principis uel Proreх dici aliquando poſſet: ex prędictis enim patet rñſio. nam fateor maximam fuiſſe eius authoritatem, quia & officium, quod gerebat, iſtud requirit, uerùm eius authoritas conſiſtebat circa expeditionem illorum, qui iuxta formam iuris ualebāt expediri, & iuxta ſtylum Cancellarię, nō autem poterat ius & ſtylum peruertere. nec Purpu. & alii de auctoritate ſupremi Cancellarii diſſerētes, & in motiuis adductis unquàm id dicunt. & licèt probatum ſit, quòd aliquando Princeps mandabat aliquid Tabernæ, & quòd ipſe poſteà illud exequi faciebat, aſſerendo ſe ita in mandatis habuiſſe uiuæ uocis oraculo, & quòd ei credebatur. hoc nihil eſt, ex quo teſtes ſuper hoc examinati atteſtantur quòd Taberna

illas

illas commiſsiones expedicbat per literas miſsiuas
tantùm, & de rebus modici momenri, ut ea dicto
medici & Ricii ſecretarii apparet; nou autem fidem
faciunt de ſaluis cōductibus, minusq; quòd illi adhi
beretur fides, ſi aliquid contra ius & ſtylum ore tan-
tùm demandaſſet, ut in caſu noſtro, in quo tamē nec
ſibi demandatum dicit ſpecificè, ſed prout ſuprà.
Non eſt igitur de caſu uno ad alium inferendum, cū
ſint longè diuerſa, iuxta l. Papinianus eauli. ff. de mi-
nor. Quid uerò operetur illud, quòd in motiuis ad-
ducitur, uidelicèt quòd Borronus dixit, Illuſtriſsi-
mum Gubernatorem additionem illam ſic deman-
daſſe. quæſo, Illuſtr. delegati animaduertant primò
ex quibus illud conſtet, demum cùm ſciant quòd tē-
pore ſalui conductus concedendi Borronus & Ta-
berna erant unanimes, quia in proceſſu apparet, ꝙ
Borronus erat domeſticus & familiaris Tabernæ,
adeò ut ſciret ſecreta domus, & illi permiſſum erat
ire & redire ad libitū & quòd pluries in ſecreto erat
cùm Taberna, potuit Borronus tuoc temporis hoc
diaiſſe, ut in cōmittenda falſitate Tabernam adiuua-
ret, & ut omninò ſaluus conductus uel additio quam
procurabat expediretur, & Suicus nullam difficulta-
tem in contrarium faceret. uerùm debebat nec ipſe
Taberna Borrono credere in his, quæ nec iuſtitiam
9 nec ueriſimilitudinem aliquam continebant, † & in
his quæ contra ſtylum ſuum fieri uolebat, & ideircò
imaginem falſitatis habebat, ut notatur per Bal. in l.
i. ad fin. C. ſeru. fugit. & per Alexan. conſi. xxvii. uol.
ii. maximē cùm Borronum improbum hominē tunc
fuiſſe dicat in proceſſu D. ipſe Taberna, qui in addi-
tione committēda quòd dicat ſic à Principe demā-
datum, non excuſatur, ſed potius magis grauatur, ex
quo falſum eſt, quòd ita à Principe ſibi dictum foret
ut in eius conſtituto, in quo dicitur rantùm ei mā-
daſſe expeditionem Borroni. & iſtud dictum erat in-
telligendum ſecundum formam iuris, & ſecundū ſty
lum Cancellariæ, non autem iuxta relationem Bor-
roni, ut ſuprà demonſtratum fuit. Præterea non ap-
paret quòd Borronus hoc dixerit, niſi ex dicto Mō-
10 torii & Suici, † qui cùm hanc falſitatem adiuuauerint,
& propter hoc conentur ſe exonerare, eis credendū
non eſt l. omnibus. C. de teſti. l. nullus. ff. eo. ti. Alex.
conſi. clix. nu. viii. uol. vj.

Et ex prædictis tollitur etiā quod in motiuis ad-
ducitur, uidelicèt quòd quatenus etiam non appa-
reret dominum Tabernam dixiſſe hoc de mēte Prin-
cipis eſſe, quòd nihilominus ſimpliciter iubēdo, in-
telligitùr tanquàm edoctum de mente Principis il-
lud mandare, quia per propriā confeſsionem ipſius
Tabernę apparet (ut dixi) quòd mens Principis aliter
erat, & quòd ipſe Taberna malè mentem Principis
fuit interpretatus, fortè ut pecunias promiſſas con-
ſequeretur. nec uerùm eſt, quòd conſtitutiones im-
ponētes pœnā falſificanti literas Principis non ha-
beāt etiam locum in falſificante literas Vicegerentis,
quia conſtitutiones contrarium diſponunt, inquiūt
11 enim. † Quicunque falſificauerit, & ſic utūtur ſigno
uniuerſali apto comprehendere etiam ſupremū Cā-
cellarium. l. i. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. l. ait
Dinus. ff. de iure fiſc. l. quicunque, C. de ſeru. fugit.
uel falsò mutauerit ſigillum, literas uel ſcripturas
Principis, Locumtenētis uel etc. & ſic etiam Locum-
tenentem comprehendunt, prout de iure etiam ſi ex-
preſſum non foret, comprehenderent, per ea quæ
tradit Bartol. in l. i. §. ſi quibus. ff. de lega. iii. & in l. i.
C. de offi. eius qui uic. alt. gerit. & Alexand. l. i. ff. de
offic. eius. & Iaſ. in l. conuentionum. ff. de pact. licèt
igitur uox Principis & Cancellarii ſupremi una &
eadem aliquando cenſeatur, ut in motiuis, illud ta-
men poteſt procedere in dubio, ſecus quando ſumus
in claris, ut in caſu noſtro, in quo fatetur ipſe Taber-
na hanc commiſsionē à Principe ſpecificè non ha-
buiſſe: poteſtque procedere quando officialis refert
aliquid iuſtum & rationabile, non autē ut in caſu no
ſtro; unde ut priuatus, non ut officialis in hoc iudi-
candus eſt, ut etiam in aliis per me ſcriptis tetigi al-
legando Parid. de Put. in ſuo tract. de ſyndic. in uer-
bo An ſi delinquens, nume. v.

Ad ſecundum quod in fauorem Do. Tabernę de-
ducitur ad eum à dolo excuſandum, poteſt reſpon-
12 deri, prout etiam aliàs tetigi, † quòd ad hoc ut quis
per errorem allegatum excuſetur, debet prius erro-
rem probare, quodque illud quòd ſibi imputatur, per
errorem fecerit; quià cùm conſtet de delicto per ad-
ditionem factam ad ſcripturam, quæ falſitatem ar-
guit, dolus pręſumitur, niſi per errorem factum pro
betur, ut in ſimili Gandinus in eius tracta. de Maleſ.
ſub rub. de homici. & cor. pœn. nu. xxviii. qui dicit, ꝙ
ſi quis aliquē uulnerauerit, & de his uulneribus ap-
pareat, quòd morte ſecuta ſemper in dolo malo fa-
ctum exiſtimabitur, niſi ſe id nō dolo feciſſe proba-
uerit. & iſtud etiam affirmat Gramm. in eius conſil.
xxiiii. per totum: quod etiam probat Bald. in c. cū
proponebatur. ff. de lega. ii. per illum text. ex quo ibi
13 dicitur, † errorem per coniecturas probari, ſequi-
tur non præſumi, & quòd catenus dictum cenſetur,
quatenus ſcriptum reperitur. Hinc dicit Angel. in l.
14 plagi. C. ad leg. flau. de plag. † quòd hi qui per erro-
rem ſe excuſare uolunt, debent eſſe cauti in eo allo-
gādo & probando, alioquin non præſumitur. cùm
igitur in caſu noſtro iſte nec allegatus, minusq; pro-
batus ſit in proceſſu, ſequitur quòd nec per Illuſtriſ-
ſimas dominationes ueſtras deducendus eſt, nec ſu-
per eo fundamentum aliquod faciendum. Et ſi dice-
retur, error coniecturis probandus eſt, & in caſu no-
ſtro plures concurrant coniecturæ, quę hic ſubii-
ciuntur ergo etc. Reſpōdeo, & per ſingulas cōiectu-
ras diſcurrendo (ni fallor) demonſtrabo eas minimè
obſtare.
15 Primò, † illa coniectura, quæ colligitur ex modi-
citate prę iudicii quod concurrit ex ſaluo conductu
reuocabili ad libitum, per ea quę tradit Alexan. cōſ.
lxxiiii. in i. uol. circa teſtamentum, quòd pariter eſt
reuocabile ad libitum teſtatoris, nil prodeſt: quia
ego dico maximum in caſu noſtro præiudicium cō-
ſiderari poſſe: nam pręſumendum eſt, quòd hi qui
fuerunt additi ſaluo conductui erant uiri facinoroſi,
& qui propter homicidia animo deliberato cōmiſſa
16 exulabant; unde nullo pacto erant reuocādi, † quia
ſic delicta impunita remanent, & uiris probis iniu-
ria infertur: quod fieri non debet. l. ita uulneratus.
ff. ad leg. Aquil. ubi Docto. hinc dico, quòd non eſt
bona illatio de teſtamento ad ſaluum conductum, li-
cèt

ecèt utrunque reuocabile ſit, ex quo per teſtamentum
non poteſt reipub. nec tertio præiudicium inferri,
cùm ſecus ſit in ſaluo conductu. Præterea ea iam di-
ctis aduertendũ eſt, quòd hic ſaluus condoctus aliã
etiam qualitatem habebat, quia & promiſsionẽ gra-
tiæ continebat, quo fit, ut reuocabilis non poſsit di-
ci, & quòd potius nominati poterant gratiam ſpe-
rare, quàm de reuocatione ſaluiconductus dubitare
Et ſi diceretur quòd ſaltem poterant de facto per D.
Tabernam reuocari, licèt in ſaluo cõductu aliter p-
miſſum foret, reſpondeo, & fateor hoc uerum eſſe,
ſed dico id non eſſe in conſideratione, magis quàm
quòd & alius tertius de nouo poſſet banniri, & id
quòd euenire poteſt, conſiderandum non eſt. l. inter
ſtipulantem. §. ſacram, ubi Alex. nume. ix. ff. de uerb.
oblig. & per Docto. in l. ſi diem. ff. de iurild. om. iud.
Vlterius dico, quòd cùm iſti facinoroſi nullã ſpem
haberent propter delicta perpetrata reuertendi ad
eorũ domos, facilè potuerunt adduci, ut pecunias ſol
uerent, & gratiam cõſequerentur, & interim ſaluum
conductum. & hoc dubium non poteſt cadere in no
tario rogante teſtamentum, cùm præſupponamus
eum uirum probum & legalem, prout ſolet ad ſimi-
lia adhiberi, nec ſimili reſtitutione indigebãt, mi-
nuaque alii ex falſitate ipſius notarii cõmodum ſen-
tire poterant, meritò igitur poteſt dici, quòd hæc
coniectura ceſſat, ex quo demonſtratur præiudicium
graue, & illationem non ſubſiſtere, & ſaluum con-
ductum non reuocabilem eſſe, quod eſt fundamen-
tum huius coniecturę.

Et minus doctrina Decii in allegato conſi. li. fa-
cit, ex quo loquitur in ſaluo conductu conceſſo pro
17 mercantiis conducendis, ait enim † quòd latè faciẽ-
da eſt interpretatio; quam ego non nego, cùm ſal-
uus ille conductus longè diſtet à ſaluo conductu, de
quo in caſu noſtro per prędicta. Nec obſtat ꝙ ali-
quando per Gubernatorem ſolerent concedi ſine ali-
cuius alterius interuentu; quia hoc non concludit,
quòd res non ſit magni momenti, ſatis tamen eſt, ꝙ
ſolus ſupremus Cancellarius hoc non poſſet facere.
& licèt aliquando prorogauerit aliquos ſaluos con-
ductus per quindecim dies, hoc nihil eſt, quia aliud
eſt prorogare, aliud de nouo concedere. prorogatio
enim præſupponit neceſſariò ſaluum conductum
præcedere; ſicuti uidemus, qui iuriſdictionem non
habet, non dicitur illam non poſſe extendere. c. ad
diſſoluendum, de deſponſat. impub. l. decem. ff. de
uerb. obli. & fortè ſi orta fuiſſet diſputatio ſuper hoc
non fuiſſet admiſſa illa prorogatio, & ſic potius abu-
ſus poteſt dici, quàm uſus uel ſtylus. oporteret enim
ad hoc ut legitimè foret probata authoritas ſupremi
Cancellarii quò ad iſtas prorogationes, quòd ſemel
uel pluries orta eſſet altercatio ſuper qua iudicatum
eſſet pro ipſo D. Cancellario, alioquin nõ ſtylus, ſed
abuſus, ut dicitur, probatus eſt. Alexan. conſ. cxxxvi.
nu. xxvi. uol. ii.

Secunda pariter coniectura, quę colligitur ex eui-
dentia additionis factę, non obſtat: quia licèt nunc
poſt factum, euidens uideatur, prius tamen dum fo-
ret in intentione ſolùm fabricata, poterat illam mo-
lienti uideri ſatis celata: arbitrabatur enim ꝙ nullo
pacto poſſet cognoſci, ſi ille idem Suicus, qui prius
totum ſaluum conductum conſcripſerat, hanc etiam
additionem faceret manu propria, præcedẽte abra-
ſione & diligentia, quę in ſimilibus adhiberi ſolent.
& ꝙ hoc ſit uerùm, colligitur ea illa exactiſsima di-
ligentia facta primò in perquirendo Suicum, de-
mum in illo aſtringendo ad hanc additionem faciẽ-
dam, cùm ipſe nollet illam facere. adquid enim hæc
nimia diligentia? niſi ut ſaluus ille conductus minus
foret ſuſpectus, quàm eſſet poſsibile, licèt igitur nũc
euidens uideatur additio & falſitas, hoc non euenit,
quia nõ curauerint illam celare, ſed quia in hoc ca-
ſu, prout in cæteris falſitatibus detegendis, Deus mi-
raculum fecit, iuxta illud Baldi in l. ſi ex falſis. C. de
tranſactio. & text. in authentico de teſtam. poſt prin
cipium.

Tertia non etiam obſtat coniectura: nam falſum
eſt, quòd omnibus uidentibus additio ſit facta, in ea
ſiquidem hi ſoli interfuerunt, qui neceſſariò actui
requirebantur, uidelicèt Suicus, qui ſcripſit, & Mõ-
tius Secretarius, qui regiſtri curã habebat, & ſine quo
nihil fieri poterat. An uerò Borronus adeſſet necne,
non eſt curandum, attento quòd erat particeps &
mediator iſtius falſitatis. Præterea Suico aliquid de-
tectum non fuit, quinimmo (ut dicitur) ei fuit ex-
poſitum, quòd ita Illuſtriſsimus Princeps fieri man-
dabat, nõ quia ſic ueritas ſe haberet, ut ex ſupradictis
colligitur, ſed ut Suicum ad id faciendum addu-
cerent, & illi omnem ſuſpitionem quã habebat, adi-
merent.

Ad quartam coniecturã facilis eſt reſpõſio; quin-
immo ex pręcedentibus retorqueri poteſt: dicis nã-
que ea perſonia ad additionem faciendam adhibitis
præſumptionem doli ceſſare. at ego dico, quòd per
Suicum, qui non erat de Cancellaria, & qui prius to-
tum fabricauerat ſaluum conductum, infertur quòd
dolo id fecerit, ut ſcilicèt res magis ſecreta uideretur
de Montio uerò non eſt arguẽdũ, quia, ut ſuprà di-
xi, ad id neceſſariò requirebatur propter regiſtrum.
nec obſt. quòd facta diligenti perquiſitione nulla re-
giſtratio in libris fuerit adinuenta, quia omiſſo pro
nunc quòd illud doli maximum ſit fundamentum,
dico ſaltem inuentam fuiſſe copiam ſaluo conductui
concordantem in filziis, quã pro regiſtro uoluit de-
ſeruire. & ſic concludo, quòd tàm Suicus quàm
Montius neceſſariò actui interuenerunt, an au-
tem ſcuta illa uiginti dolum arguant, inferius di-
cetur.

Quinta quoq; tollitur coniectura, quia licèt plu-
res eſſent comprehenſi in ſaluo conductu, non om-
nes tamen ſcientiam habebant quòd hæc additio fo-
ret per falſitatẽ commiſſa, quinimmo tàm Fantonus
quàm cæteri etiam additi credebant Do. Tabernam
hoc de iure poſſe medio authoritatis ſuæ, quam præ-
ſeferebat. Verùm poſito pro nunc ꝙ ſciuiſſent falſi-
tatem, quis debebat iſtud detegere ex illis, qui in di-
cto ſaluo conductu interuenerunt? Montius non quia
particeps falſitatis & barattariæ: Suicus non, quia ei
dictũ fuerat, quòd ita Princeps mãdauerat, & ſi hoc
non credidiſſet, ex quo illicitum ſciebat illud, quod
geſſerat, ad id non deueniſſet. Fantonus uerò & ſocij
minus, quia ex taciturnitate gaudebant ſaluo con-
ductu, & gratiam ſperabant, quam per detentionem
amiſiſ-

18 amiſiſſent † unà cùm pecuniis per ipſos ſolutis, & in aliam etiam nouam pœnam incidiſſent unà cum D.Taberna & Montio, ut per Parid.de Put. in trac. de ſyndi. in uerb. corruptio, num. i.& ſic nullo pacto poterant ad iſtam notificationem deuenire, q̃a nihil magis erat eorum intentioni contrarium.

Prætereà additio illa non fuit facta aliquibus ex nominatis pręſentibus, ſed illa ſecuta ſolus Fãtonua uel illius frater Borronus eam uiderunt, nec ille ſaluus conductus penès aliquem ex ipſis ſtętit, ſed facta additione penès Borronum remanſit, & hoc factum fuit ea ratione, quia & D. Taberna & illi nominati maximè de Borrono confidebãt, quo uſi fuerunt pro obtinendo ſaluo conductu, & quia non poterat penès quencuuque ipſorum ſtare, cùm unicus eſſet, ita non curabant, ꝙ magis penès unum ex ipſis quã penès Borronum remaneret, in quo (ut diai) fiduciam habebant, & ieirçò non dubitabant de aliquo, maximè cùm iam foret regiſtratus in actis, & quandocunque poſſent copiam authenticam de eo habere. Nec adiuuatur hęc cõiectura ea eo, quòd in actis foret demonſtrandus, quia ad id quoq; patet reſpõſio; quòd in actis nõ remanſit, ſed eo regiſtrato ſtatim Borrono traditus fuit, nec in actis aliquid apparebat de illa additione. Prętereà, quis huic ſaluo cõductui ſe opponeret, cùm à Do. Taberna ſcirent prouenire, cui non obedire periculum erat? unde, licèt poſteà banniti illi in publicum prodirent, in tuto omnia erant, ex quo in actis apparebat ſaluus cundu ctus non uitiatus, non cancellatus, nec quòd aliqua foret facta additio. Quare concludo, quòd nullus excepto Borrono poterat hanc turpitudinem detegere, cùm omnia quo pacto proceſsiſſent, ſciret, & ſaluum cõductum uitiatum penès ſe conſeruaret.

Sexta nõ obſtat coniectura, quę colligitur ex eo, quòd potuiſſet faciliter alia uia hanc falſitatem committere, quæ magis tuta fuiſſet, uel ſcribendo ſuper folio albo ſubſcripto à Principe, quod ſemper penès ſe habebat. quia reſpõdeo, quòd ad numerum folia illa erant conſignata, & de ipſis erat reddenda ratio, in quibus ſcilicèt rebus forẽt diſpoſita arbitrio Principis. arg. tex. in auth. ut iudi. ſine quoquo ſuffr. cũ Gl. ibi in §. ſi quis. & eorum quę tradit Bal. de Peruſ. in tract. de ſyndi. nu. lav.

Secundò erant in forma literarum miſsiuarum, non autem patentium, ut aduerſarii fstentut. Nec obſtat quòd aliqui etiam ſalui conductus fuerint in ſimili forma literarum miſsiuarum deſcripti, quia hoc duntaxàt in caſtris per Principem obſeruabatur & extra ciuitatem. & quòd hoc ſit uerum, inſpiciantur illi, qui fuerunt producti, & res clara reddetur. Nec etiam facit, quòd potuiſſet uel mandare tolerantiam, uel manu ſua cum atteſtatione mentis Principis ſcribere; quia illi, qui ſaluum conductum uolebant, non remanſiſſent contenti ſimplici tolerantia, nec tot pecunias pro ſimplici tolerantia tradidiſſent; quia; ut iam dictum eſt, & ea proceſſu apparet, ſub ſpe gratię ad ſolutionem iſtam deuenerunt. Nec inepta eſt illa conſideratio, quòd hic modus fuerit ſeruatus tanquàm magis habilis ad fallendum Principem, in admittendo ſcilicèt in ſtatu bannitos non admittendos contra eius uoluntatem & ſcientiam, non autem ut oculatiſsimum Principem (ut ipſi dicunt) fallerent, illi oſtendendo hunc ſaluum conductum, quia ſi illi demonſtratus fuiſſet, fateor quòd falſitatem cognouiſſet, & in quolibet etiam alio nouo eam deprehendiſſet, ſciẽs ſe eã non demãdaſſe. Verùm in hoc caſu nihil erat, quòd amplius ad Principem haberetur recurſus, uel illi oſtenderetur ſaluus cõductus, cùm iam foret ſubſcriptus. & licèt quilibet nũc poſsit cognoſcere falſitatem, nihilominus hoc fuit factum caſu, non autem quia in eo ita faciendo omnem diligentiã nõ adhibuerint, ut falſitas non appareret, ex quo eodem ſcriptore uſi ſunt, & præcedente abraſione & aliis remediis oportunis additionem fecerunt.

Nec dicendum eſt, quòd potuiſſet ſine ſubſcriptione Principis ſolo ſigillo ſaluum conductum ualidum de nouo fabricare; quia de iure talis ſaluus conductus ſuſtineri poſſet, & prædeceſſor D. Tabernæ hoc aliquando ſeruauit. quia poſito ſine ueri præiuditio, quòd & de iure & de ſtylo p̃deceſſoris, talis ſaluus conductus ualeret, hic tamen nullum effectum habuiſſet ſtãtibus ordinibus, maaimè Vorma-
19 tiæ in contrarium, ex quibus datur alia forma, † nec non ſtante ſtylo & conſuetudine pręſentis Cancellariæ, quę attendenda ſunt. c. ea parte, & c. ſi quando de reſcript. & alia fuit hęc Cancellaria ſub Sacratiſſimo Cęſare, & alia nunc ſub Sereniſsimo Hiſpaniarum Rege, & alia fuit ſub Duce Franciſco Sfortia, ut notorium eſt; unde de uno ſtylo ad alium non eſt arguendum, ſed fatendum eſt quòd omninò fuit ſeruanda præſentis Cancellarię conſuetudo. Nec ipſe Taberna unquâm demonſtrabit, quòd ſolo ſigillo uel ſubſcriptione in ſaluiſconductibus concedendis uſus fuerit, licèt uti potuiſſe dicatur, fortè ea ratione, qua & additionem præſentem fieri fecit.

Septima tollitur cõiectura, quæ deducitur ea cõfeſsione ingenuè facta, quia uerè non fuit ita ingenua, ut ipſi dicunt: nam additionem non ſimpliciter fuit confeſſus, ſed cum illa qualitate, quòd ita à Principe in mandatis habuerat, & tamen per eius contrariam confeſsionem apparuit poſteà quòd non ita à Principe ſibi fuerat commiſſum, ſed ut Borronũ expediret. Vlterius iſtud non poterat negari, quia aderant Suicus, Montius, Borronus & alii nominati in ſaluo conductu, aderat fides facta Suico, aderat ſubſcriptio manu ipſius Tabernæ, ex quibus conuinci poterat, & ideò exiſtimauit ſibi fore tutius fateri hoc modo additionem, & eam ualere eo modo quo tentauit tacere, quàm negare omninò, & in manifeſtum incidere periculum.

Octaua tollitur, quia quò ad Borronum, uerum eſt, quòd in eandem ferè pœnam incidit, ſi fuit ſolicitator huius ſceleris, ſed per delationem quam fecit, nedum gratiam de iure meruit, auth. ſed nouo iure, de pœn. iudi. Paris de Put. in tracta. de ſyndi. in uerbo corrruptio. nu. i. ſed tertiam quoque partem bonorum D. Tabernæ per conſtitutiones huius ſtatus. & quòd Borronus fecit, ut foret gratus Illuſtriſſimo Gubernatori, de hoc nullibi apparet, niſi ea dicto Tabernæ, & Montii, & illorum, qui ſe hoc prætextu excuſare uolunt. Nec quicquàm faciunt gratię obtentæ, quia illę fuerunt habitæ medio ipſius

Do.

Do. Tabernæ, cuius ope & familiaritate utebatur
& ob ſeruitia ſuę Maieſtatis, ut ex ſaluo cōductu de-
monſtratur, non autem ſolo intuitu Borroni. nec
ualet conſequentia, obtinuit pro Fantono & nōnul-
lis aliis ſociis ſuis, ergo potuiſſet etiam pro iſtis
quatuor obtinere; cùm in his non eſſet eadem ratio,
quæ in illis. arg. l. à Titio. ff. de uerb. obli. & ſi medio
Illuſtriſsimi Gubernatoris ſolo uſus fuiſſet, profectò
D. Taberna pecunias quas habuit hac de cauſa non
recepiſſet: quia igitur erat diuerſa ratio, & quia Bor-
ronus Tabernam eius ſocium in delictis lucrari illos
ſcutos 400. uoluit, & quia nō erat ipſe Borronus alle
gatæ authoritatis apud Principē, medio ipſius Prin-
cipis uſus non eſt. nec fuit puiſio ita inepta hęc, quā
obtinuerunt, ut in motiuis deducitur: quia, ut no-
torium eſt medio huius ſalui conductus hi qui nun-
quàm ſperabant domum & filios ſuos uidere, conti-
nuè poſt ipſum ſaluum conductum his omnibus ga-
uiſi fuerunt, ſperantes etiam hac eadem uia poſſe li-
beram gratiam obtinere, ignorabant ſiquidem hæc
per falſitatem commiſſa, decepti authoritate, quam
pręſeferebat, Taberna ſoli igitur illi, qui nec patriā,
nec filios, nec libertatem curant, ſaluum conductum
cùm promiſsione illa paruipenderent.

Nona tollitur coniectura, & mala fama probata, &
conſiderato quòd delictum iſtud quod ei impingi-
tur, non aliter committi poterat, niſi eius fuiſſet au-
thoritatis, quòd qui talia obtinere procurabant, ad
ipſum cōuolaſſent, tanquàm ad illum ſine cuius me-
dio aliquid concedi non poterat.

Decima tollitur coniectura iiſdem ferè fundamē
tis, quibus aduerſarii eam ſuſtinere conantur: nam
clarum eſt, quòd falſitas eſt commiſſa, nec apparet
quòd in gratiam bannitorum uel alicuius alterius ſit
20 perpetrata. † nec præſumitur gratis facta. Soci. conſ.
cclxxvii. Marſ. conſ. lxii. cum aliis ſuprà allegatis, er-
go intuitu pecuniarū cauſata, ut ex prędictis & aliis
coniecturis & probationibus ex proceſſu reſultan-
tibus neceſſariò colligitur. Et ex his concludo con-
iecturas in motiuis conſideratas non obſtare, ſed po-
tius retorqueri poſſe.

Quò ad oppoſita Fantono & Borrono, ſatis re-
ſponſum eſt aliàs, & per contrarias ſcripturas (Deo
dante) clarius etiam de reſtitutione ipſorum ad pri-
ſtinum ſtatum demonſtrabitur. Contrarietates ue-
rò inter Fantonum & Borronum non ſunt conſide-
randæ; quia, licèt Fantonus dicat ſe uidiſſe dare
tantùm ſcutos 200. & Borronus atteſtetur de 400.
concordant tamen, quòd ſcuti 400. erant in pro-
miſsione ex cauſa additionis prædictę: unde hæc
non eſt contrarietas, quę releuet, quia non eſt circa
ſubſtantialia, & ita committitur barattaria accipiē-
do unam ſummam ſicut aliam, & ſatis eſt quòd con-
cordent in barattaria probanda, quæ eſt fundamē-
21 tum Borroni. † cùm igitur ſint concordes in nego-
tio principali, uidelicèt in datione pecuniarum, &
in quantitate promiſſa, nec non, & in cauſa, licèt di-
ſcordes ſint in circunſtantiis, non releuat; ut per
Glo. in c. dudum, de cōuer. coniug. & Glo. in c. cùm
Eccleſia Sutrina, in uerſ. uacillaſſe, de cau. poſſeſſ. &
propriet. & plenè per Doct. in l. nihil. ff. de uerb. ſig.
tradit Alex. conſi. lii. nu. iiii. uol. j.

Pręter eà dico, quòd Fantonus, qui in teſtem ad-
ducitur, non habet neceſsè ſe concordare cum Bor-
rono accuſatore, ſed debet dicere id quod reuera ui-
dit & ſcit, maximè cùm aliter non appareat quod di-
cit, non ſit uerum, ad not. in c. cùm cauſam, de teſti.
& per Bar. in l. j. ff. de his qui in teſtam. delen. & per
Pariſ. conſ. lvii. nu. lxvi. uol. i. Nec etiam alia conſide
ratio facta ſuper eo; quia unus dicit quòd uolebat
exire domum, & alter quòd intrabat uiridarium, ali-
22 qua eſt, per ea quę ſuprà. † & quia Fantonus omninò
nō firmat hoc. ſed dicit, ſe bene mi ricordo: unde re-
ducendus eſt ad concordiam cum eo qui clarè & ex-
preſsè illud firmat, ut in ſimili per Bart. in l. Gallus.
§. ille caſus. ff. de lib. & poſth. & in terminis per Pa-
riſ. cōſ. l. nu. xiii. uol. iii. Præterea poſſunt concorda-
ri, uolens exire domū & iam pręparatus ad id, for-
tè ut ſolet, primò aliquid expectans, antequàm rece-
deret, deambulat per uiridarium, & ſtatim habitis
pecuniis domum exiuit.

23 Quò ad Bertum † tollitur obiectum de uariatio-
ne & periurio per confeſsionem factam in tormen-
tis, iuxta tradita per Alexand. conſil. xl. uol. i. & per
Gramm. conſ. lxx. numē. xi. Nec refert quòd non di-
cat quantitatem, uel cauſam in quam fuerunt tradi-
tę pecunię, per ea quę aliàs dixi. Veriſimile ſiquidem
eſt, quòd cauſam hanc turpem ignorauerit, cùm hęc
in occulto fiant, & hac de cauſa dici etiam ſoleat, q
leuiores requirunt probationes. Marſ. conſi. lxj. nu.
xxxiij. nec mirum quòd ad pręſentiam domini dixe-
rit, poſsibile eſſe illud quod ipſe dicebat, qui hoc di-
xit tùm ob reuerētialem timorem domini, tùm quia
aliter dicere non poterat, ex quo iam dixerat igno-
rare cauſam, tùm etiam quia omne poſsibile admit-
tendum eſt; quinimmo mirum uidetur quòd ſtante
fidelitate, quam demonſtrauit erga dominum ſuum,
non affirmauerit omninò dictum ipſius.

Inſtrumentum uerò Bottæ; quod dicitur produ-
ctum, & tollere ſuſpitionē pecuniarum traditarum;
iuditio meo illam magis firmat, ex quo apparet, q
pecuniæ fuerunt traditæ Borrono in hanc cauſam, ut
implicarentur pro obtinenda gratia. & licèt ea ob-
tenta non ſit, tamen ex ſaluo conductu apparet de
promiſsione; & licèt in facultate uerè non foret
magni Cancellarii quòd gratia intra certū tempus
concederetur, fuit tamen in eius poteſtate eam pro-
mittendi, & illorum, qui eā procurabant, id credere;
& quidem rationabiliter, ſtante quòd omnia me-
dio ipſius poſsibilia uidebantur propter adſcriptam
authoritatem.

Ad oppoſita Borrono reſpondeo, quòd ipſe fuit
24 condemnatus in contumaciam, † & quando quis ita
condemnatur, non efficitur infamis, quia licèt ex
forma ſtatutorum habeatur pro confeſſo, uerè tamē
non eſt & hac ratione non eſt infamis; ut per Bart.
in l. fuſtium, in fin. ff. de his qui not. inf. & in l. non
ſolùm, ff. de procur. quod etiam tradit Bal. in l. i. col.
x. C. de hæred. inſtit. & in l. i. ii. col. C. de furt. & latè
per Corn. conſi. cxcvi. nu. v. uol. i. Præterea hac de cā
ſponte ſe conſtituit, & fuit per ſententiam Excellen-
tiſsimi Senatus liberatus, unde ceſſat penitus obie-
25 ctum iſtud. † & cùm clarè & ſpecificè in hac cauſa cō
deponat, quòd uidit dare pecunias Do. Tabernæ uel

Berto

IACOBI PHILIPPI PORTII
IMOLENSIS, IVRISCONSVLTI
CONCINNI ET ELEGANTIS,
CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IVRIS,
Liber Tertius.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris perinde ac lex cuſtodiri dēt.*
2 *Epiſcopus debet hæredes compellere, ut teſtatoris uoluntatem adimpleant: ſimiliter & teſtamentorum exequutores.*
3 *Ius quæſitum alicui, auferri non decet. & uide nu. 45.*
4 *Princeps ſolus ius quæſitum tollere poteſt.*
5 *Eccleſiæ bona ſiue iura alienari non poſſe.*
6 *Eccleſiæ antiquiores ſua iura propter nouas amittere non debent.*
7 *Dictio ſemper, præciſam uirtutem habet.*
8 *Iuramenti uirtus præciſa eſt, & inconcuſſa, ideoq́ue obſeruanda. & nu. ſeq.*
9 *Iuris diuini tranſgreſſio mortem operatur.*
10 *Rectores Eccleſiarum ſiue paſtores ſummo Pontifici fidelitatis iuramentum præſtare ſolent.*
11 *Iuramentum non eſt obſeruandum aduerſus aliud iuramentum prius præſtitum.*
12 *Beneficia ſunt indiuiſibilia.*
13 *Epiſcopus non poteſt ius alicui Eccleſiæ competens, alteri dare. fall. in ſummo Pontifice.*
14 *Epiſcopi munus in animarū cura reſidet. & 18. & 21.*
15 *Epiſcopi iudices ſunt & corporum & animarum.*
16 *Epiſcopi ſucceſſores ſunt Apoſtolorum. & nu. 33.*
17 *Epiſcopi nomen, operis eſſe potius, quàm honoris.*
18 *Animarum ſalus, eſt præcipuus finis Pontificiæ legis.*
19 *Epiſcopi conſtituti ſunt, ut ius diuinum, humanumq́ue exequantur.*
20 *Iudex debet iuris eſſe cuſtos atque executor.*
22 *Reſidentia Epiſcoporum eſt de iure Diuino.*
23 *Probatio per rei euidētiam, ſenſusq́; certitudinem grauiſſima exiſtimatur.*
24 *Eccleſia noua conſtrui poteſt & Parochia propter nimiam antiquæ Parochiæ diſtantiam, et parochianorum incōmodū, et ei de antiquis redditibus puideri.*
25 *Epiſcopus poteſt cogere parochianos, ut in ædificanda Eccleſia contribuant, ſi ipſius redditus ſufficientes minimè ſint.*
26 *Epiſcopus poteſt ex cauſa Parochiam ipſam diuidere, etiam inuito Rectore. & nu. 40.*
27 *Epiſcopatus diuidi poteſt à ſummo Pontifice.*
28 *Epiſcopus ſubſiſtēte cauſa rationabili poteſt rem unius Eccleſiæ, alteri concedere.*
29 *Epiſcopus nouas conſtruere poteſt Eccleſias, ſi populi indigentia ſubſit, etiam in antiquæ Eccleſiæ præiudicium. & nu. 40.*
30 *Iuramentum non eſſe ſeruandum, ubi ſalutis æternæ diſpendium eſſe poſſit.*
31 *Cauſa ſuperueniens iuſtam à regula iuris, occaſionem recedendi præſtat.*
32 *Iudex ordinarius poteſt inhibere Delegato, ex aliqua tamen ſuborta cauſa à Principe delegante non perpenſa, aliàs minimè.*
34 *Epiſcopi ordinis clauem et iuriſdictionis in eorum diœceſi cū ſummo Pontifice paris facultatis acceperūt.*
35 *Epiſcopi quandoque diuidunt quandoq; diſiungunt ex cauſa Eccleſias. & nu. 40.*
36 *Epiſcopi tenentur ſemel in anno eccleſias ſuas uiſitare.*
37 *Epiſcopi diſpenſant aduerſus generalia Concilia ex cauſa tamen utilitatis & neceſſitatis, aliàs ſecus.*
38 *Epiſcopi tenentur pro Dei honore, & gregis ſui ſalute omnia eius temporalia effundere.*
39 *Epiſcopi non debent commiſſi gregis curam, & animarum ſalutem deſerere, etiam ſi corporis diſcrimen paterentur.*
41 *Sententia, quæ religioni fauet, amplectenda eſt.*
42 *Ius patronatus per Eccleſiæ conſtructionem et dotationem acquiritur.*
43 *Vicarij Epiſcopi poteſtas.*
44 *Teſtatoris uoluntas, quæ rationi repugnat, & delicti occaſionem præbet, non eſt obſeruanda.*

CONSILIVM XCIX.

QVI HOMINEM EX LVTO PLASMAuit, ac vitæ ſpiritum inſufflauit, & benedictionis actu, originalis iuſtitiæ donum conceſsit, mihi ipſi nunc adſit, ut in propoſiti caſus explicatione, veritatis ſcopum attingere poſsim.

EX PACTO contingit, magnificum Do. Paulum Neuium nobilem Vicētinum eius elogio his ſanè uerbis cauiſſe:

Item legauit egregiæ dominæ Luciæ de Neuo ſorori ſuæ amātiſsimæ totam & integram ipſius teſtatoris poſſeſsionem de Viuario Vicentini diſtrictus, excepta tamen decima, & iure percipiendi fructus decimales dictæ villæ & locorum circunſtantium; quam vult eſſe filiarum ſuarum & hæredum. Item paulò inferius, ibi, & poſt eius mortem ipſa poſſeſsio deueniat in egregiam dominam Agnetem vxorem

nob. V. Do. Melchioris Plegafeti ciuis Vicentini, & dominam Eliſabetham vxorem nob. viri Leonardi de Portis, legitimas & naturales filias & hæredes ipſius teſtatoris, & in earum liberos & deſcendentes legitimos & naturales, quos ſubſtituit ipſi D. Luciæ in huiuſmodi prædio: ea tamen lege & conditione, ut teneatur reſpondere & ſoluere decimam de fructibus & redditibus dictæ poſſeſsionis de Viuario prædictis filiabus. grauans eas & earum liberos & deſcendentes & hæredes, & hæreditatem ſuã, quòd de dicta decima ſua de Viuario extrahere debeant quarteſium ſeu fructus quarteſiales, & ipſos ſoluere & reſpondere quolibet anno in perpetuum Eccleſiæ Sancti Blaſij de Viuario, & ſacerdoti, qui ipſi Eccleſiæ deſeruiat, & hominibus dictæ villæ miniſtrabit Eccleſiaſtica ſacramenta. Mandans commiſſariis, ut quàm primùm eo defuncto Eccleſiam Sancti Blaſij, quæ eſt in curtiuo domus dominicalis ipſius teſtatoris de Viuario deformis & confracta iam diu, deſtruant prorſus, & alteram reædificẽt in alio loco idoneo in dicta villa eorum arbitrio etc.

At cùm priſcis temporibus in villa Viuarij alia Eccleſia eſſet titulo Sanctę Crucis, temporum ac bellorum calamitate collapſa, necnon & magnifici Do. teſtatoris deſcendentes nouam Eccleſiam ſecundum illius iuſſum erexerint, atque ſacerdotem præſentauerint iam inſtitutum, abſque tamen præiudicio iurium ſpectantium ipſi magnifico Comiti Iulio reſpectu partis illius quartæ decimarum: cupiatùe nouam his erigere Eccleſiam, ob cauſas maximè conuenientes ac ſpirituales, atque ei ob Rectoris inſtituendi alimoniam ultra quartam portionem illius decimarum congruos redditus aſsignare: quo nomine ipſi Reuerendiſsimo Epiſcopo Vicentino ſupplicem libellum porrexerit. quæſitum fuit, an ipſe Reuerendiſsimus Ordinarius huic petitioni ſubſcribere poſsit ac debeat?

RESPONDI.

1 PRima quidem facie uideri quòd non: † vetuſtiſsimæ enim duodecim tabularum legis authoritas hoc ipſum diſponit, ut teſtatoris ipſius uoluntas perinde ac lex cuſtodiatur. l. uerbis legis. ff. de uerbor. ſignific. & §. diſponat, in authen. de nupt. & §. exhæredatos, in auth. de hæred. & falcid. & l. pen. ff. de lega. ij. & l. cùm proponeretur, & l. vnum, §. penult. eod. titu. & l. in conditionibus. & l. pater. §. conditionum. ff. de condit. & demonſtra. quod & ex facto maiores noſtri ſæpius conſulti reſponderunt: Rimin. conſ. clxxvj. nume. xvj. in j. & cccxxxvj. nu. xia. in ſecundo. & Socinus iun. conſi. primo, nume. viij. & xv. nu. xj. & ca. nu. a. in iij. ubi plures ueteres adducit. idq; potiſsimùm, cùm defunctorum ipſorum uoluntates ad pietatis ipſius finem pertinere intelligunt. l. j. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ibi, liber ſit ſtylus etc. Quare, & vniuerſalis ipſius Eccleſiæ Paſtor hunc ipſum finem ſedulò curare conſueuit. c. ſi hæredes, de teſtam. ubi Glo. in uerbo adimpleuerint, & in uerbo ab Epiſcopo, & ibi Inno. Hoſti. Ioan. And.
2 But. & Imol. & Abb. aduertunt. † quocircà onus hoc ordinariis iniunxit, ut Eccleſiæ ipſius mucrone hæredes ipſos compellant & ultimarum uoluntatum executores ad defunctorum ipſorum uota adimplẽda. cap. Ioannes, eod. titu. de teſtam. ubi Gloſ. in uerbo diœceſanum. But. Card. Anch. Imol. & Abb. & c. nos quidẽ, eo. tit. ubi Grego. nonus decreuit, cũ monaſterij cõſtructio, quam teſtator iuſſerat, protraheretur, anni lapſu ad ordinarium executionem ipſam pertinere. ubi Gloſ. in uerbo infra annum. c. tua nobis, eo. tit. in princ. & §. cùm igitur. Quamobrem, cùm magnificus D. Paulus Neuius hoc ipſum onus hæredibus eius ac deſcendentibus iniunxerit, ut quae tam decimarum Rectori Eccleſię conſtituendæ perſoluerent, conſequens eſt ab illius iuſſu nullatenus recedendum uideri. d. c. ſi hęredes. quod in non abſimilibus factorum ſpeciebus quandoque reſponſum fuit: Fede. Senen. conſi. cxxix. Caſus talis, teſtator in ſuo. & conſi. clxxiiij. in fin. ubi concludit, teſtatoris ipſius mentem in aliquo ſimili expreſſo exequẽdam eſſe. Cald. conſ. iiij. tit. de teſtam. à ceſſante ratione. & conſi. xiiij. eod. titu. ubi legata diuini cultus finem reſpicientia, ſingulari iure ſuffulta concludit. c. aurum, xij. q. ij. & cap. ult. uoluntas, xiij. q. ij. & d. c. tua nobis. Quocircà cùm magnificus ipſe Comes Iulius inter hæredes ac huius magnifici teſtatoris deſcendentes connumeretur, conſequens eſt, eum ipſum detrectare non poſſe, quin illius factum & ordinationem approbet. l. ij. §. in tis. ff. de uerbor. obliga. & l. ſi uxor. ff. de bon. autho. iud. poſſ. & l. hęredem. ff. de reg. iur. ubi Deci. & Cagnol. plures adducunt, & §. j. in auth. de iureiuran. à morien. pręſt. quod & ex facto nõ ſemel à maioribus noſtris reſponſum fuit: Ang. conſ. lxxxv. Paul. Caſtren. lxiiij. in j. Fulg. lxvij. Alex. xviij. in v. Deci. clxxiiij. in fi.

Secundò, quòd Reuerendiſsimus ipſe Vicentinæ eccleſię Paſtor huic ipſi libello ſubſcribere nequeat;
3 illa quidem ratione probari poſſe uidetur, † quòd ius ipſi Eccleſiæ parochiali titulo S. Bernardini, necnõ & ipſius Rectori à magnificis ipſis Comitis Iulij fratribus præſentato ac rite inſtituto quęſitum, non facilè poſsit auferri. l. qui autem, in prin. ff. de his quæ in fraudem creditorum, ubi Bart. & l. fi. ibi, non cùm lucrum. ff. de acquir. poſſeſ. & eſt caſus in cap. multiplici, de decim. & cap. ſuper eo, de off. deleg. & Inno. docuit cap. fraternitatis, de frigi. & malef. & in lucro quoque radicato idem diiudicandum eſſe non ambigitur. Iaſ. l. non amplius. ff. de legat. j. & Deci. l. in eo. ff. de regul. iur. & l. non fraudantur. eodem titu. Pro qua ſententia ſæpius ex facto reſponſum extat: Roma. conſi. centeſimuoctuageſimoquarto. Corne. cxiiij. in tertio. & Socin. conſi. cx. iij. & Decius cclx. & Pariſius cxxvij. in primo, & v. in quarto, nu. cal. & in regula Cancellarię de non toll. iur. quæſ. Caſſiod. pluribus quæſtionibus diſcurſit, & Gomeſ. ſuper eadem regula quęſt. iiij. uerſicu. primus eſt. & Quintil. eadem regu. q. j. & q. vij. nume. v. concludit,
4 † Principem ſolum & neminem alium ius quęſitum tollere poſſe; quod & Rebuffo in eadẽ regula in pluribus caſibus placuiſſe uidetur in Glo. j.

5 Tertiò quòd ſæpius in Conciliis decretũ ſit, † iura alicui Eccleſię competenti alienari non poſſe. c. nulli, & toto titu. de rebus Eccleſ. non alienã. & cap. primo, eodem titu. in ſexto, & Clemen. unica, eod.

titu.

titu. & cap.ſinc exceptione,& cap.terrulas, duode-
cima quæſt.prima. in Concilio enim Lugdunenſi
dict.cap.j.de rebus Eccleſ.non alienan.in ſeato, de-
cretum eatat, non licere Epiſcopo ant Abbati ter-
ram vnius Eccleſiæ ad alteram uertere,quamuis am-
bæ in eius ſint poteſtate. ubi Butr. aduerſus Archi.
Geminl. Franc. poſt Anchara. & in Concilio apud
Silua.in dicto cap.nulli, decretum negatiuè conce-
ptum eſt omnem alienationis faculiatem adimēs.c.
j.de regul.iur.in ſexto, ubi Din.& Anchar.l.j.ff. de
uerb.obli. ubi Doct. ſuper uerbo non poteſt,aduer-
tunt. & in cap. poſſeſsiones, conſtituit Innocent.
tertius poſſeſsionea ad menſam Epiſcopi pertinen-
tes,aut capituli,Archiepiſcopum alienare non poſ-
ſe. et in Viennenſi Concilio in dicta clem. unica,
ſuſpenſionis pœna aduerſus Prælatum alienantem
irrogatur, & cap.ſine eaceptione,duodecima quęſt.
ſecunda.& cap.placuit, idem deciſum eatat. quin &
in Cabilonenſi Concilio decretum fuit, Eccleſias
antiquitus conſtitutas nec decimis priuandas eſſe.
cap. Eccleſię antiquitus, ſeatadecima quæſti. pri-
6 ma, ubi Archidia. & Cardi. † & in Concilio Vuer-
matienſi,cap.quicumque, eadem cauſa, & quęſtio-
ne, uerſic. ueruntamen, conſtitutum fuit, ab Epi-
ſcopo prouidendum eſſe,ut aliæ Eccleſiæ antiquio-
res ſuam iuſtitiam propter nouas non amittant, atq;
decimam ipſam non perdant, ſed ſemper antiquio-
7 ribus præſeruentur. † Dictio enim illa ſemper,pręci-
ſam uirtutem habere uidetur.l.j.ff.ſolut. matrim.
ubi Gloſſ Docto.& l.ſemper.ff.de iure immunitatis.
aduertit Pariſ.conſi.nonageſimotertio, nume.avj.in
ſecundo, & nonageſimoſecundo, in tertio. Quam-
obrem concludendum uideretur, ampliſsimo Vi-
centino Paſtori hanc ipſam facultatem non compe-
tere, ut hanc ipſam decimarum quartam à uetcri in
conſtruendam Eccleſiam transferre ualeat. cap. de
decimis,duodecima quæſt.ſecunda. §. ſi ergo nulli,
& uerſi.ſed & illa,& pertractatum eatat atque ea fa-
cto reſponſum: Lauren.Rodul.in dicto cap.ſine ex-
ceptione, & Fabia.de Monte in tractatu de empt. &
uendi.in ſecunda parte,nume.cxij.Fede.Senen.con-
ſil.ducenteſimoquadrageſimoſeptimo, Caſus talia,
Quidam Epiſcopus,titu.de reb.Eccleſ.non alienan.
& Calde.conſi.iiij.eo.titu.

8 Quartò † & iuramenti inconcuſſa uirtus hanc ip-
ſam ſententiam probare uidetur, præciſa enim eſt,
quippè quòd diuina lege præceptum ſit, iuramenta
præpotenti Deo præſtanda,in pſalmo cix. & aaxj.&
lxxxviij.ubi diuus Auguſt.in ſecunda narratione li-
9 tera A. & B. † ac cùm diuini iuris tranſgreſsio
mortem ipſam operetur.cap.ultimo, de conſuetud.
ubi omnes aduertunt, & in cap.ult. de præſcript. &
cap.ſæpe,de reſtitu. ſpoli. idcircò decreuit Eccleſia
iuramentum ipſum ſemper cuſtodiendum cenſeri,
donec abſque ſalutis æternæ interitu id fieri poſsit.
cap.debitores,cap.ſi uerò, de iureiuran. & cap. cùm
contingat, & c.& ſi Chriſtus, & ferè per totum eod.
titu. & aduertunt omnes in cap.quamuis, de pact.in
ſeato, & cap.licèt,de iureiuran.eod.lib.Barto.Bald.
Caſtren.& Iaſ.in authen.ſacramenta puberum. C.ſi
aduerſus uenditionem,& §.item ſacramenta,de pace
iuramento firmanda, ubi Bald. & pertractat Baue.
de uirtute iur. octaua parte, & uidit Deci. conſilio
ccccxaaij. nume.viij.& Pariſ.conſil. decimo,nume.
10 ix. in primo. † Quamobrem, cùm ſingulares urbiū
Paſtores Præſuli ſummo fidelitatis iuramentum præ-
ſtare conſueuerint,cap.ego enim, de iureiuran. ubi
Doctores, & Gloſſ.in cap.primo,de pactis,& in ſpe
cie quòd bona Eccleſiarum in eorum diœceſi alie-
nari non permittent, cap.ut ſuper, de reb.Eccleſ.nō
alienan. ubi Glo.in uerbo iuramento.& Abb.nume.
viij.& cap.tua nos,de Eccleſ.ædif.& repar. ubi Glo.
in uerbo obuentiones.& cap.ult.eod.titu. ubi Gloſſ.
in uerbo non alienandis.& Io.And.monuit,& Abb.
nume.j.quanti ſit ponderis iuramentum huiuſmodi.
& cap.ultimo, decima quæſti. tertia, ubi colligunt
omnes, ſponſionem ab Epiſcopo factam omninò cu
11 ſtodiendam: † quare & iuramentum de non reuocā-
dis rebus ad regnum pertinentibus alienatis aduer-
ſus iuramentum ab ipſo Rege præſtitum de illis con
ſeruandis in ſuſceptione coronæ obſeruari non de-
bet, cap. intellecto, de iudiciis, ubi Hoſtien. Ioan.
And. Bald.Butri.Imol. & Abb. aduertunt. Ex qui-
bus ſatis probabiliter concludi poſſe uidetur, Reue-
rendiſsimum ipſum Vicentinum Paſtorem ab hac
ipſa quarta decimarum diuiſione, ipſius iuramenti
uirtute repelli.cap.primo, de noua form.fid. & cap.
ſecundo,de feud. ubi Doctores omnes aduertunt:
quippè quòd conſenſus huiuſmodi alienationis ef-
fectum inducat,quemadmodum diuiſio ipſa aliena-
tionis cuiuſdam inſtar obtinet.l.ſi pupillorum.ff.de
rebus eorum,& tradunt Docto.in l.tres fratres.ff.de
pact. & in l.qui Romæ.§. duo fratres ff.de uerb.obl.

Quintò aduerſus ipſum magnificū Comitem Iu-
12 lium urgere uidetur, † quòd parochia ipſa diuidi nō
poſsit.toto tit.ut Eccleſ.benef.& cap.unico. In Cō-
debet. c.conſilium, de obſerua.ieiun.cap iuuenis.de
ſponſal. ubi Abb. in primo notab.& l.ſunt perſonæ.
28 ff.de relig.& ſumpt.fun.† Nec enim dubiũ eſt, quin
in propoſito noſtro ſecũdum canonis ipſius rationẽ
effectus ipſe potius quàm modus perpendi debeat
cap.quia in tantùm,de ſimo.& cap.certum.de regu.
iur.in vj.docuit Barto.Bald.& Caſtren.in l.fraus.ff.
de legib.& aduertunt omnes in l.non dubium.C.de
legib. Qua ratione receptius exiſtimatur, caſum do
li exceptum ab obligatione iuramenti in d.cap. cùm
contingat.& d.c.quamuis,et intelligendum eſſe ſiue
ex propoſito adfuerit, ſiue re ipſa & contingenter,
nempe enormi læſione data. Butrius d.cap.cum con-
tingat,uer.octauus caſus,et ibi Abb.uerſ.quartus ca
ſus. & plures ex facto conſulti reſponderunt. Deci.
conſil.clxxx. & ſeq.cum pluribus aliis inferius addu-
29 cendis.& Rip.in reſpon.xv.nu.ix.& x.† ubi atteſta-
tur hanc eſſe communem ſententiam,dolum re ipſa
& ex propoſito in contractu contingentem ęquipa-
rari,& Alba nouiſsimè in conſi.lxxxix.nu.viij.

Quartò & eadem ſententia inde probari poſſe
30 uidetur,quòd dici conſueuit,† iuramentum ipſum
ad ignorata non extendi. cap. ad noſtram, il iij. etc.
peruenit. il ii.& d.cap.Quintauallis.de iureiuran. &
tradunt Doct.in l.ſi de certa,& l.ſub prętextu,C.de
tranſact.l.mater decedens.ff.de inoff. teſtam. & l.
legitimam.ff.de petit.hęred.& l.Claudius. ff. de ac-
quir.hæred.& plures adducit Pariſ. cõſ.xx.nu. cxiii.
in i. Quare, cùm nemo ius ſuum iactare præſumatur
cap.ſuper hoc.de renunc.& l.ſi cum aurum.ff.de ſo-
lut.l.Campanus.ff.de ope.liber.d.l.cùm de indebi-
to.ff.de prob.Glo.Barto.& Ponta.& Imol. in l.quæ
dotis.ff.ſol.matr.ſequitur,abſolutionem ſeu renun-
ciationem quacunque prægnanti conceptione factã
caſum ipſum comprehendere non intelligi, in quo
quis ſe ſe enormiter læſum probet. l. quiſquis. ubi
Glo.& Barto.C.de reſcind.uend.& l. Qui Romæ.§.
duo fratres.ubi Barto.xii.q.ff.de uerbo.obli.& Bar.
quẽ poſteriores omnes ſequuntur. in l. i. C. de pact.
l.poſt emancipationem.§.i.ff.de libe. leg.& reſpon-
dit Dec.plures adducens conſultò omiſſo a conſi. n-
lxxxiii. Quamobrem & in ipſo iuramẽto idẽ exiſti-
31 mari debet,† quod ſanè conditiones omnes admit-
tere ſolet,quas conditio actus cui adhęret,exigit. d.
cap.quemadmodum.& d.cap.peruenit,il ii.de iure-
iuran.ubi omnes aduertunt,& in l.ult.& l.indubita-
ti.C.de non num.pecun.ubi Bald.Caſtren.Fulgo.&
Salic.& l.ult.ff.qui ſatiſd.cog.& ex facto non ſemel
reſponſum extat.Oldrad.conſi.ccxxxviii.Cùm mu-
lier.& cclxxviii,Licèt.& Bald.xxix.Caſus,uerſic.te-
ne igitur.in tertio.Ange.cccxv.ſtatuto cauetur.Ro-
man.ccxxia.Non eſt dubium. Alexand. xxxv. in ii.
Corn.cclii.in iiii.Dec.ccxl.num.ii.uerſic.ſed iura-
mentum non tollit illam tacitam cõditionem. & d.
xxxvi. nu.viii.uerſi.& prędicta tacita conditio non
excluditur à iuramento.& Rui.xiiii.in ii.& idcircò
quamuis in hoc ipſo abſolutionis documento prę-
gnans aliqua clauſula ſubeſſet, nihil fratribus ipſis
32 officere poteſt, † cùm id potius tabellionum con-
ſuetudini poſsit adſcribi, ut tradũt omnes in l.quod
ſi nolit. ff.de ędil.edic.& in cap.cum M. de conſtit.
ibi,ut conſueuit.Abb.Feli,Dec.& Rip.nume.xxxvi.
& Abb.d.cap.cùm contingat.ſumendo argumẽtum
ex cap.cum ueniſſent,de inſtit.& d.cap. Quintaual-
lis.& Spec.tit.de emp.& uend.§.nunc uidendũ,uerſ.
quid ſi uendas equum. & Bart.ipſe clarius huiuſmo-
di uirtutem modicam eſſe docuit.l. i q. vi.ff.de iur.
codicil.& Curt.ſen.conſi.50.& lxxvi.& Barba. xlii.
& xlviii.& lviii.in primo,& xvi.& xxxiiii.& xliii.&
lx.in ſecundo.Quamobrem concludendum omninò
ſit in propoſita ſpecie,hos ipſos fratres ad huius do-
cumenti reſciſsionem admittendos eſſe,ne aliàs iu-
ramẽtum ipſum, quod ſubierunt,iniquitatis uincu-
lum eſſet,quod à iuris ipſius Põtificii cãdore pror-
ſus alienum exiſtimatur. d.cap.inter cętera. d. cap.
Quintauallis. cum aliis ſuprà adductis.
33 †Vltimò & ſententiam huiuſmodi maiorum no-
ſtrorum authoritas probare uidetur,qui & legendo
& ex facto reſpondendo hanc ipſam ſententiam ue-
riſsimam eſſe cenſuerunt enormis ipſius læſionẽ ca-
ſum à canonis ipſius diſpoſitione exceptum intel-
ligi, ut omnes tradunt, & maximè Burr. in d. cap.
cùm contingat, uerſi.octauus caſus.poſt alios quos
adducit,& ſubſcribet Abb.et alii recentiores,et An-
chara.in dicto cap.canonum. de conſtitutio. uerſic.
ego quoque conſului. et dicto cap.acceſſorium, nu-
me.xvi.de regu.iur.in ſexto,et Deci.in c.in præſen-
tia,nu.xxviii.ubi Berò.nu.clxxxi.qui plures addu-
cunt,hãc concluſionẽ defendentes,de prob.et Cald.
cõſ.viii.Duæ puellę.de iureiuran. But.xlv.Rigor.et
Anch.xxxia.Pro clariori.et lxxxii.Viſis,et clxxx.Vi
ſa, et cccxli.et ccclxxvi.Fulgo.ccxxxvii. Finis.Abb.
viij. Tria, nume.vj.& cvij. nume.vij.in primo.Are-
ti.conſi.xcv.Viſo.Corne.vj.in primo.& xj. litera F.
& cxiiij.litera C. & clxxxviij. litera B. in tertio. &
Deci.clxxx.& clxxxj.nume.vij. & dlj.nu.iij. & Go-
zad.ix.nume.lxiiij.Cur.iuni.cxlj. Pariſ.j.nume.cvii,
& conſi.ccxviij.et xcvij.et xcviij.in primo.Soci.iun.
conſi.xcviij.nu.vi.in ſecundo,Ripa d.conſi.xv.num.
ix.et x.et nouiſsimè Alba.conſi.lxxxj.nu.lj. et conſ.
ſequen.et pro hac ſententia quandoque deciſum ex-
tat: Afflict.deciſ.xii. et ccxiij. et Capell.Tholoſ.cc-
lxvij.ubi Aufrer. in additionib. et S. Ro. Rot. ean-
dem ſententiam ſecutam fuiſſe atteſtatur Caſsiodo.
emunctæ naris uir deciſ.j. de empt. et uend.Ex qui-
bus omnibus ſatis apertè patet ab hac ipſa ſententia
ueluti crebriore, nullo pacto recedendum eſſe.l.pri-
ma,ibi,et ſanè crebrior,ubi Bart.et Albe.ff. de offic.
Quæſt.et c.ne innitaris,de conſtit.ubi omnes, et cap.
capellanus.ubi Butr.et Abb.de fer.nu.iii. cum aliis
adductis à Decio in conſi. ccccxv.

Non

34 Non obſt. † modò ſuperius adducta in oppoſitū. et primò, quòd iuramenti ipſius uirtus præciſa intelligatur, cuius ſanè obligatio à diuinę legis præcepto proficiſcatur. d.c. debitores. d. cap. etſi Chriſtus, cum aliis ſuperius adductis. Reſpondeo enim authoritates omnes ſuperius in prima ratione adductas intelligi debere ubicumque nullus prorſus dolus adfuerit, quoniam expliciè caſum canon ipſe excipit in d. cap. cùm contingat, & d. cap. licèt, eod. tit. in vj. & d.c. quamuis, de præben. in vj. & authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. & c.j. §. item ſacramenta, de pace iuram. firman. & tradunt omnes in d.c. cùm contingat. d.c. quamuis, concluſionem huiuſmodi intelligi debere, ſiue dolus ipſe ex propoſito in contractu interuenerit, ſiue re ipſa, puta enormi ipſa læſione probata. Quæ ſanè concluſio, maxima ratione munitur, quòd canon ipſe iuramentum ita demum ſolidam ipſi Deo obligationem producere ſtatuat, cū tres ipſos comites, illos ceu fidos Achates habeat. d.c. animaduertendum. d.c. & iurabunt, xxij. q.j. d.c. etſi Chriſtus, de iureiur. aliàs cùm iniquitatis uinculum exiſtimetur, diuus ipſe Ambr. percunctāti Auguſtino reſpondit, nullam illud executionem habere debere. d.c. inter cætera. Et quamuis iuris ipſius diuini authoritate iuramentum ipſum præpoſiti Deo reddendum ſit. d.c. debitores. d. pſal. cix. d. cap. xvj. Matth. d.c. etſi Chriſtus. nihilominus cùm in præſenti caſu eiuſdem diuinæ legis mens ſuadeat, iuramentum ipſum non eſſe cuſtodiendum, c. xx. & xxj. Exod. ibi, rem proximi tui non concupiſces. & alibi, linguam doloſam non diligit Deus. & c.j. de emp. & uend. ſanè ſequitur, humanam ipſam legem hunc ipſum caſum diuinæ legis ſupercilio non compre-

35 hendi, declarare debuiſſe, † quemadmodum D. Auguſt. in pręcepto illo negatiuè cōcepto: Non occides, Eccleſiam poſſe declarat. c. ſi non licet. §. his exceptis, xxiij. q. v. & c. xx. & xxj. de ciuit. Dei. & lib. j. de libe. arbitr. Scotus, Alex. de Ales, Richard. & Barg. in iiij. ſent. diſt. xv. q. iij. & docui poſt omnes alios in c. quę in Eccleſiarum, de conſtit. in j. memb. diſtinctionis princip. D. Abb. nume. ix. ibi, ſit tibi breuis concluſio.

Secundò non urget, quodcumq; intereſſe temporale cōtemplatione ſpiritualis paruipendendum eſſe. d.c. cùm contingat, & d.c. quamuis, ueluti longè inferius. d.c. præcipimus, xij. q.j. d.c. inter incorporalia. de tranſl. præla. Reſpondeo enim hanc ipſam concluſionem ea lege intelligendam eſſe, dummodò interna canonis ipſius ratio aliud non ſuadeat, in qua legis neruus conſiſtere ſolet. l. cùm mulier, la j. ibi, niſi ea mente. ff. ſolu. matr. & c. ult. de regu. iur. in vj. cùm enim huiuſmodi caſu, ex parte enormiter lędentis pactum ipſum ſubſit. c. cùm ex officij, de pœnit. & remiſſ. & c. non dimittitur, de regul. iur. in vj. Quare huiuſmodi caſu cōſultius fuit ſpiritualis intereſſe rationem non habendam, quippè quòd cùm is qui iuramentum obſeruaret, carens iuſtitię & ueritate, potius periurium ipſum incideret. d.c. inter cœtera. d.c. quanto. & canon ipſe pluribus caſibus eius ipſius uinculum nullum declarare conſueuit, ut egregiè declarat Chriſtopho. Caſtil. conſ. xxiij. numero lxiij.

36 Non obſ. ultimum, † nempè canonis ipſius rationem prorſus dictare, illam ipſam interpretationem faciendam eſſe, quæ ipſarum animarum ſaluti tutior ſit. d.c. conſilium, de obſerua. ieiun. & d.c. duo mala, & c. nerui, xiij. diſt. ubi Arch. Præpoſ. Gemi. & Cardin. Turrecrem. Reſpondeo, hæc omnia locum ſibi uendicare, ubi uel modicum ambiguitatis ſubeſt, at cùm in propoſito negotio expeditum ſit, data enormi lęſione dolum ipſum pręſumi. d.c. Quinta uallis, ubi omnes aduertunt. & d. l. omnes. §. Lucius. ff. quę in fraud. cred. qui ſanè ea enormi læſione ꝓbatus, omnes ipſos internos iuramenti comites excludit. d.c. etſi Chriſtus, cum aliis ſuperius adductis, conſequēs eſt hos ipſos fratres prorſus eſſe abſoluendos, & documentum reſcindendum eſſe, ne aliàs iniquitatis ipſius uinculū eſſet, contra diuini legiſlatoris authoritatem. d.c. cùm contingat, cum aliis ſuperius adductis. Et potiſſimùm ſtante uis ipſius illatione, quę omnem conſenſum excludere ſolet. d. l. metum. la ij. §. licèt. ff. de eo quod met. cau. & l. in cōuention. ubi Glo. Alb. & Bart. in j. oppoſ. & Alex. in addit. ff. eo. cum aliis ſuperius adductis. Alexand. conſil. xxxij. in iiij. & Pariſ. x. nu. xcj. in primo. harum enim duarū rationum concurſus, fratrum huiuſmodi cauſam prorſus inconcuſſam reddere cenſetur. Docto. auth. itaque. C. communia de ſucceſſ. §. j. in auth. de conſanguin. & uter. fratr. & l. Baliſta. ff. ad Trebell. & l. cùm ſcimus, ubi Bart. de agrico. & cenſi. libro decimo aduertunt. Bald. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Salicet. & Corn. in ſummario, & in primo notab. in d. authen. itaque, ubi Alberic. uerſ. aut ſuperſunt, & reſpondit Pariſ. conſi. lxix. nu. clxxxvj. & ſeq. in iij. & Soci. iun. conſ. la. nu. xxx. in iij. vol. Laus Deo.

Patauij, Pridie Kal. Mart. M. D. lviiij.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtatoris prouiſio non contemnenda.*

2 *Diſpoſitione à generali receſſum intelligitur per ſpecialem prouiſionem.*

3 *Argumentum ab æquiparatis ualidum eſt.*

4 *Principis factum maximam iuris præſumptionem habet.*

5 *Filius illegitimus ſpiritualium incapax eſt.*

6 *Notorius iuris defectus in proprietate cauſam poßeſſionis abſorbet.*

7 *Poſſeſſor legitimus ut quis dicatur, quæ requirantur.*

8 *Patronus conſtituitur in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi per unicam etiam uicem.*

9 *Iuris patronatus fructus eſt ipſa præſentatio, tametſi præſentans dominus non eßet, dummodo ſit poſſeſſor.*

10 *Patronus quomodo acquirat ius quaſi poſſeſſionis præſentandi. & nu. ſeq. & 16.*

11 *Patroni duo ſi præſentant, quorum alter eſt proprietarius, alter uerò exiſtit in quaſi poſſeſſione, quòd præferatur præſentatio illius, qui eſt in quaſi poſſeſſione.*

12 *Patronus non impeditur præſentare, licèt lis ſuper iure patronatus contra eum mota fuerit, niſi fuiſſet ſuper ea lis conteſtata.*

13 *Beneficij collatio illa rite facta intelligitur, quæ ortum habet ab eo, qui in quaſi poſſeſſione conferendi exiſtit: idem & in electione dicendum.*

14 *Filius legitimè dicitur natus, qui ex his editus eſt, qui ſunt in quaſi poſſeſſione matrimonij. & nu. ſequen. & 32.*

15 *Filiationis quaſi poßeßio operatur filiorum legitimitatem, ideo Aduocati aduertere debent in articulãdo pro filijs. & nu. 32.*

17 *Præſentatio facta ius ad rem tribuit, inſtitutio autem ius in re.*

18 *Iuris patronatus eſſentia ſpiritualis eſt.*

19 *Iuris patronatus cauſa à iudice laico cognoſci non poteſt.*

20 *Iudex laicus cognoſcit quò ad poſſeſſionem facti tãtùm ſuper re ſpirituali.*

21 *Exceptio rei iudicatæ ut obſit, tria requiruntur, & quæ.*

22 *Ius patronatus non poteſt relinqui in ultima uoluntate abſq; eccleſiaſtici ſuperioris conſenſu.*

23 *Ius quæſitum tolli poteſt per ſuperuenientiam conſenſus ſuperioris, qui ab initio non interuenerat.*

24 *Ius patronatus tranſit cum uniuerſitate bonorum.*

25 *Ius patronatus non poteſt uni hæredum particulariter prælegari.*

26 *Patronus unus ſi reijcitur, alteri totũ accreſcit, & eius præſentatio admittitur.*

27 *Patronorum plurium præſentatio præualere debet.*

28 *Sententia in rem iudicatam tranſacta ius conſtituit.*

29 *Sententiæ ſiue rei iudicatæ authoritas eſt, ut nulla iudicialis controuerſiæ amplius ſit ſpes.*

30 *Exceptio in facto conſiſtens ab obijciẽte probanda eſt.*

31 *Præſumptio eſt pro ſententia, etiam poſt appellationem, quatenus tamen reuocata non apparet.*

32 *Filius in quaſi poſſeſſione filiationis conſtitutus, conſequitur patris hæreditatem.*

33 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non eſt admittenda in articulo poſſeſſorij.*

34 *Scripturam producens in iudicio, uidetur approbare omnia in ea contenta.*

35 *Hæredis ex perſona, ipſius iuris eſſentia non immutatur.*

36 *Bona fides præſumitur in patrono præſentante.*

CONSILIVM CII.

QVI AMISSVM ORIGINALIS IVSTItiæ donum humano generi ex lapſu Adæ reſtituere ob inexplicabilem charitatem dignatus eſt, ad ueritatis & iuſtitiæ fontem mihi digitum intendat, vt nullatenus aberrem.

EX FACTO proponitur Do. Iulianum Baldachinum Nobil. Taruiſinum anno 1349. ſacellum conſtruendum curaſſe, dicatum S. Mariæ de Cœlo, in cathedrali Taruiſina, eiq; dotem aſsignaſſe, & ius patronatus in eo ſibi, & ſuis hæredibus perpetuò reſeruaſſe: ut conſtat documento iis quidem uerbis confecto. Ad honorem & laudem Sanctiſsimæ Trinitatis conceſſerunt licentiã D. Iuliano filio quondam D. Gerardi de Baldachinis hæredi & hæreditario nomine quondam D. Humanæ uxoris ſuæ, ac etiam pro ſe & ſuis hæredibus in perpetuum conſtruendi & ædificandi vnum altare in uocabulum & laudem S. Mariæ de Cœlo, & dotandi dictam capellam & altare, & recipiendi ius patronatus pro ſe, & ſuis hæredibus plenũ & integrũ in perpetuum. & quòd per ipſum D. Iulianum & hæredes ſuos poſsit & debeat in perpetuum presbyterum præſentari dicto D. Decano & Capitulo, & per ipſum Decanum & Capitulum confirmari, ut fulius ex fundationis documento exhibito conſtat.

Poſtmodùm eo defuncto contigit magnificã D. Mariam eius ſororem uxorem magnifici D. Iacobi Enſelmini nob Patauini, ſolam ſuperſtitem ex familia Baldachina ei ſucceſsiſſe, q̃ anno Dñi 1410. Enſelminum eius filium ex aſſe ſibi hæredem inſtituit, ſubijciens ſe ius patronatus S. Mariæ de Cœlo ei relinquere, ita quòd illud perpetuò ſpectet & pertineat hæredibus eius deſcendentibus legitimè natis maſculis, & fœminis, ut conſtat ex tenore teſtĩ ipſius.

Ex dicto Enſelmino ſuperſtites fuerunt tres illius filij legitimi, Iacobus maſculus, Raphaella uxor Iacobi Folengi nob. Mantuani, & Dalida uxor Facefij Guſlini nob. Feltri, ad quos tres inſolidum uirtute fundationis ipſius Iuliani, & teſtĩ D. Mariæ trãſlatum fuit ius patronatus S. Mariæ de Cœlo.

Cùm diuerſis temporibus uarij ſacerdotes præſentati fuerint ad eiuſmodi præbendam de Cœlo; tandem anno Domini 1526. uacante dicta præbenda, fuit facta prouiſio de ea in perſonam quondam Reuerendi Dominici Damiani, accedente conſenſu nob. de Guſlinis, de Folengis, & de Capo, & dicto Damiano conceſſa poſſeſsio ſpiritualis per Reuerendos Canonicos, & poſſeſsio temporalis per literas Ducales Illuſtriſsimi Dominij: qui ſemper pacificè poſſedit dictam præbendam uſq; ad annum 1549. quo anno uacante præbenda per illius mortem, ijdem cõpatroni exiſtentes in quaſi poſſeſsione præſentandi ad dictam præbendam præſentarunt Reuerendũ D. Io. Franc. Baſadonna, qui inſtitutus eſt à Reuerendiſsimo Legato, & admiſſus à Reuerendis Canonicis Taruiſinis, atq; poſſeſsionem temporalem obtinuit per literas Ducales Illuſtriſs. Dominij, & ſemper quandiù uixit, fuit in pacifica poſſeſsione.

Contigit nunc de anno 1557. xiij. Maij huiuſcemodi præbenda uacante per mortem Reuerendi Baſadonnæ ultimi Rectoris, & pacifici poſſeſſoris illius, quòd magnificus & Excell. Art. Doct. D. Bernardinus Guſlinus nomine ſuo & patrui præſentauit Reueren. dominum Auguſtinum Boldũ in hac ipſa præbenda inſtituendum, quæ præſentatio à Reuerendiſsimo Legato admiſſa fuit, & illi ſuum conſenſum præſtiterunt magnificus dominus Camillus Folengus, domina Catherina uxor Do. Mauri Capriani, & dominus Notellus Reloius nomine filij & nepotum omnes compatroni. cuius præſentationis ac inſtitutionis poſſeſsionem ſpiritualem Reuerendus Dom. Auguſtinus Boldù obtinuit à Reuerendo Capi-

Capitulo Taruiſij eodem tamẽ die uel xij. D. Marcus
Roncenus præſentat Reuer. D. Vitum Anto. Triui-
ſanum, quem aliàs etiam de anno 1550. ſine effectu
præſentauerat, nunc tamen obtinet bullas à Reueren
diſsimo Legato.

Verùm, cùm præſentatio ſacerdotis ad dictam p̄-
bendam ex ordinatione primi fundatoris debeat cõ-
firmari & admitti à Reueren. Canonicis & Capitu-
lo alioquin eſt inefficax, die xxj. Maij, 1557. Reuer.
Boldù, & Reueren. Triuiſanus comparuerunt coram
eiſdem Reuerendis Canonicis, uterq; pro obtinenda
admiſsione capitulari; & hinc inde pluribus addu-
ctis Reuerendi Canonici admiſerunt Reueren. Bol-
dù præſentatum à Guſlinis, & confirmatum à con-
ſortibus, & admiſsionis huius ſpiritualem poſſeſsio-
nem eidem aſsignarunt; eum inter præbendatos re-
ferendo, & proprium celebrandarum miſſarum onus
ei conſtituendo.

Poſtremò obtenta hac neceſſaria admiſsione ca-
pitulari, coram Illuſtriſs. Dominio Veneto compa-
ruit ipſe Reuer. Boldù contendens actualis & tem-
poralis poſſeſsionis ſibi literas tradi, cui contradicit
Reuer. Triuiſanus quòd immo ei literæ huiuſmodi
ſint potius concedendæ, tanquàm præſentato ab eo
qui potiora iura præſentandi habeat. quam ſanè cõ-
trouerſiam Illuſtriſs. Dominium mandauit cogno-
ſcendam cum onere relationis D. Tiberio Deciano
in Patauino Gymnaſio iuris ciuilis matutino profeſ-
ſori, vnde coram eo iuxta mandati uel commiſsionis
formam quæri contingit, uter nam præſentantium
habeat potiora iura in præſentando ad dictam præ-
bendam? & ſucceſsiuè utri ea præſentatis Reuer. Bol-
dù ſcilicèt, an Reuer. Triuiſano ſint concedendæ li-
teræ Ducales poſſeſsionis temporalis?

Et prima facie uideretur dicendum Excellentiſs.
D. Tiberij hoc munus eſſe, ut referat Illuſtriſs. Dñio
Marcum Roncenum meliora iura habere in pręſen-
tando ad dictam præbendam, quippè q̃ Do. Dalida
Guſlina anno 1484. xviij. Martij in ſpecie diſponẽ-
do in ſuis codicillis ius hoc patronatus præbendæ
de Cœlo Blancæfloræ filiæ ſuæ reliquiſſe probetur,
1 † vnde ſpecialis prouiſio teſtantis cõtemni non de-
bet. §. diſponat, in aut hẽ. de nupt. l. uerbis legis. ff. de
uerb. ſign. l. pen. ff. de leg. ij. Nec dubium eſt, quin
Marcus Roncenus ſit deſcendens à Blancaflora, ſi ar
borem deſcendẽtiæ intueamur, ut ratio dictat. §. ſed
hactenus. inſtit. de gradib. c. fraternitatis, de frigi. &
2 maleſ. l. Iuriſconſultus. ff. de gradi. in prin. † In uni-
uerſo enim iure noſtro à generali diſpoſitione re-
ceſſum intelligitur, quoties in ſpecie prouiſum eſſe
reperitur. l. fi. C. de pact. conuen. c. ſtuduiſti, de offi.
deleg. ubi Abb.

Secundò Marci Ronceni cauſam fouere uidetur
3 ueritas iſtius propoſitionis, † arguendo ab æquipa-
ratis: Ad illum pertinet ius patronatus in hac præ-
benda, ad quem pertinet ius patronatus Eccleſiæ S.
Antonij extrà Taruiſium, quippè q̃ ex efficientis
cauſæ iure utriuſq; iuris huius effectus proficiſcatur,
ut Bal. ratiocinatur in l. de quibus. ff. de legib. nu. iij.
& in l. conuenticulam. C. de Epiſc. & cleri. uerſi. ter-
tio modo arguitur ſic.

Cæterùm, cùm ex relatione domini Aloy-
ſij Noalis Illuſtriſsimum Dominium pronuncia-
uit Marcum Roncenum habere potiora iura in
præſentando ad dictum Prioratum Sancti Antonij,
& ideò præſentato ab eo dandas eſſe literas Ducales
poſſeſsionis temporalis, iam conſequens eſt, conclu
dendum, idem eſſe, quò ad præbendam de Cœlo.
4 † nam factum Principis habilibus interuenientibus
maximam iuris præſumptionem habet. cap. cùm ue-
niſſent, de iudi. c. ſi motu proprio, de præben. in vj.
ubi Docto. & l. fi. C. de legib.

Tertiò, et ipſum Roncenum in tuto ponere uide-
tur, quòd ipſorum Guſlinorum linea defeciſſe dica-
5 tur per obitũ D. Petri Guſlini Art. Doctoris. † nam
Bernardinus illius illegitimus filius eſſe aſſeritur, ut
ex arbore producta, unde ſpiritualis præeminentiæ
incapax eſt. cap. cùm in cunctis, de electio n. ibi, & de
legitimo matrimonio ſit natus. Gloſſ. in uerbo ma-
trimonium. Hoſtien. & Butri. aduertunt. & idcircò
in cap. primo & ſecundo, de fil. presbytero. decerni-
tur, eos ad ordines promoueri non debere. quod po-
tiſsimùm in præſenti caſu concludendum eſt, ſiue
intueamur primi fundatoris mentem, legitimè enim
deſcendentibus tantùm ius quęſitum exiſtimatur, ut
ex fundationis documento notorium inducitur. c. ſi
cautio, de fide inſtrumen. ubi Innocen. & l. preci-
bus. C. de probation. ſiue teſtamentum Do. Marię
1419. perpendamus, quo legitimè tantùm deſcen-
dentes uocantur. Quare, cùm harum diſpoſitionum
uerba non conueniant naturalibus, & illegitimè na-
tis, conſequens eſt, concludendum uideri, ab eo ille-
gitimo deſcendentibus nullum ius competere in
pręſentando.

Quartò, quia eſtò q̃ Guſlini ipſi eſſent in quaſi
poſſeſsione iuris pręſentandi, adhuc tamen reiiciẽdi
6 uiderentur: † tum quia notorius iuris defectus in p̄-
prietate illis obſtare uideatur, cuius ſanè cauſa poſ-
ſeſsionis articulum abſorbet. c. cùm dilectus filius,
extrà de cã poſſ. & propr. Quocircà concludunt oẽs
ante ipſam inſtitutionem, defectus huius notorij ex
ceptionem admittendam. Butr. Ancha. & Abb. in d.
c. conſultationibus, extrà de iure patro. uerſ. ultimò
quęro, & Decius conſi. cxxvij. nu. j. uerſi. ſed tamen
his non obſtantibus, tùm quia ipſi in poſſeſsionem
Ronceni abſentis in Gallia irruiſſe uideri poſsint,
quo caſu quaſi poſſeſsionis pręſentandi facultas eis
prodeſſe non poteſt, ut docuit Inno. in c. ij. de reſtit.
in integr. Butr. & Abb. in c. qn relam, de elect. cum
aliis adductis per Decium conſi. cxxvij.

Quibus tñ nõ obſtantib. prorſus exiſtimo Excel-
lentiſs. D. Tiberium referre debere, D. Bernardinũ
Guſlinum Art. Doct. & patruos ſuos & conſortes ha
bere potiora & meliora iura pręſentandi ad dictam
pręben dam, & ideo Reuerendo Boldù pręſentato ab
eis habentibus meliora iura, concedendas eſſe lite-
ras Ducales poſſeſsionis. quod pluribus rationibus
efficaciter probari demonſtro.

Primò, quia conſtat ex iis, quæ in facto exhibita
fuerunt, Guſlinos ipſos & conſortes eſſe in pacifica
poſſeſsione præſentandi, per præſentationem ipſius
Reuerendi Baſadonnæ nuper defuncti. cõſtat enim
anno Domini 1549. xj. Octobr. uacante præbenda
huiuſmodi per mortem Reuer. Damiani ultimi Re-

ctoris, Victorem Guſlinum nomine proprio & fra-
trum, & nobilium de Folengis de Capo, & de Reloio
præſentaſſe D. Io. Franciſcum Baſadonnam, qui ad-
miſſus & inſtitutus fuit à Reuerendiſs. Legato, & cō
firmatus à Reuer. Canonicis Tarniſinis data ei poſ-
ſeſsione ſpirituali, & die xiiij. Octo. tēporalis poſſeſ-
ſionis literat ab Illuſtriſs. Dominio obtinuit, qui
uſq; ad eius obitum, ueluti legitimè præſentatus &
inſtitutus pacificè dictam præbendam ſemper poſ-
ſedit, ut ueri & iuſti Eccleſiarum Rectores cōſueue-
7 runt. c. j. de inſtitutio. c. i. de regu. iur. in vj. † ubi de-
clarat Anchara, quæ requirantur, ut quit legitimus
poſſeſſor dicatur, & ut ei intruſionis exceptio obii-
ci nequeat. & in regula de triennali poſſeſsione Go-
meſ. plures adducit in quæſt. xxvij. uerſ. quia ille qui
habet. & quæſt. xvij. uerſ. quis dicatur intruſus. &
uerſic. ſolutio, & Caſsiodorus deciſione ix. de cauſa
poſſ. & proprie. diffinit, eum pacificum poſſeſſorem
exiſtimari, qui integri prouentus beneficio gau-
det. cap. ſi tibi conceſſo, de præben. in ſexto. ubi Glo.
8 Archidiaco. Gemin. & Francus. † quamobrem, cùm
uel unica præſentatione quis conſtituatur in quaſi
poſſeſsione iuris præſentandi, ut dicebat Ponta. cap.
conſultationibus, extra de iure patron. ibi, ſi tempo-
re præſentationis ſuæ ille qui præſentauit. Gloſſ. in
uerbo poſsidebat. & in uerbo credebatur. Hoſt. Bu-
tri. Imol. & Abb. aduertunt in primo notab. & uerſ.
9 ſed ratio decidendi, rationem ſubiicit, † quòd præ-
ſentationis ipſius actus, iuris patronatus fructus exi-
ſtimetur, & idcircò ad poſſeſſorem pertinere. §. ſi
quis à non domino, inſtit. de rerum diuiſ. & cap. gra-
uis, de reſtitu. ſpoliat. ubi omnes aduertunt. cui ſanè
concluſioni locum eſſe Doctores concludunt, tam-
etſi ille ipſe, qui præſentandi fructum colligit, do-
minus non eſſet, dummodò poſſeſſor. cap. ex literis,
eod. titu. ibi, ita quòd ſi Abbatiſſa. ubi Gloſſ. ultima
uerſic. & ſatis hoc iuris patronatus exercere, & ibi
Abb. num. iij. & vij. egregiè declarat. & in c. cùm Ec-
cleſia, de cauſa poſſ. & propr. in tertio notab. Quam-
obrem, cùm Guſlini fuerint in quaſi poſſeſsione præ-
ſentandi rectorem ipſum inſtituendum in hac ipſa
præbenda, conſequens eſt, Excellentiſsimum De-
cianum referre debere Illuſtriſsimo Dominio Gu-
ſlinos habere meliora & potiora iura præſentandi, &
præſentato ab eis concedendas eſſe literas Ducales
poſſeſsionis temporalis. cuius concluſionis ueritas
probatur & reſponſis, & ueterum, & recentiorum
in ſimilibus caſibus redditis. Federicus Senen. con-
ſil. ccxxxiiij. Super primo puncto, in ſecundo dubio,
pluribus adductis, eum eſſe in quaſi poſſeſsione cō-
cludit, qui ultimo præſentauit, & Abb. concludit in
d. cap. ex literis, & d. cap. conſultationibus, cū aliis
ſuperius adductis. & Oldradus conſi. cccxij. Thema,
in fin. & Calderinus conſi. duodecimo, in titulo de
10 iure patronat. † ius hoc quaſi poſſeſsionis præſen-
tandi acquiri concludit, ſi ille de cuius præſentatio-
ne agitur, cùm bona fide præſentauerit, ex mente In-
nocen. & Hoſtien. in d. cap. ſecundo, de reſtit. io in-
tegr. & Ioan. And. in d. cap. conſultationibus, item
quòd illius præſentatio admiſſa fuerit, & quòd inſti-
tutus pro Rectore talis Eccleſiæ legitimus habitus
ſit: ut idem Calderinus conſi. xx. eod. titu. uerſicu. ex
qua poſſeſsione. quæ cùm omnia in præſenti caſu
concurrant, iam nodum in ſcyrpo quærere uidea-
tur, qui ambigat, an ipſi Guſlini & conſortes in hoc
ipſo iure legitimè præſentandi exiſtant. & Abb. in
conſi. liiij. in primo uol. nu. ij. concludit, ex ſola præ
ſentatione quem conſtitui in quaſi poſſeſsione præ-
11 ſentandi; & † idcircò infert factis duabus præſen-
tationibus una à proprietario, altera ab eo qui ſit in
quaſi poſſeſsione præſentandi, factam ab eo qui
poſsidet, ueluti potiorem, eſſe præferendum. quod
innuit Innocen. in cap. in literis, de reſtitu. ſpoliat.
Et Cardin. conſi. lxx. nu. vj. uerſicu. ſufficit enim ipſa
quaſi poſſeſsio, adeò concluſionem huiuſmodi ue-
ram exiſtimauit, ut concludat, in literis impetratio-
nis nō eſſe faciendam mentionem patroni, ſed illius
qui eſt in quaſi poſſeſsione præſentandi; quia ei non
fiat præiudicium in præſentatione, quoniam illa
fieri debeat ab eis, qui ſunt in quaſi poſſeſsione pręſ-
ſentandi. & Decius in conſi. cxxvj. nume. iii. uerſic.
præterea et ſecundò, concludit ex vnica præſenta-
tione & ultima quem conſtitui in quaſi poſſeſsione
præſentandi. & conſil. cxxvij. in princ. uerſicu. nam
etiam ex unica præſentatione, & conſi. cxxix. nu. iij.
& conſi. cliij. nume. iiij. uerſicu. & iſta ratione uide-
mus. & ſacra Romana Rota illud idem decidit in
antiquis, in titu. de iure patrona. deciſ. xiiij. ſecun-
dum nouam impreſsionem, inſtitutum, qui ab eo
fuerat præſentatus, qui ſit in quaſi poſſeſsione præ-
ſentandi, non repelli, dato quòd ius patronatus poſt-
modum ab eo qui præſentauit euincatur. & deciſ. j.
12 in nouis, cenſuit, † quòd lis mota ſuper iure præ-
ſentandi, non impedit ipſam præſentationem, niſi
fuiſſet ſuper ea lis cōteſtata, quinimmo deciſ. vij. eo.
titu. cenſuit præſentationem factam ab eo qui uio-
lentus ſit poſſeſſor, de qua tamen qualitate non con-
ſtet, legitimam cenſeri; quia etiam prædo tuendus
ſit. d. cap. in literis, de reſtitu. ſpoliat. ubi But. Anch.
& Abb. & idem Abbas in d. cap. ex literis, & cap.
conſultationibus, cum aliis ſuperius adductis. &
Caſsiod. deciſione ſeptima, titu. de cauſa poſſeſs. &
propriet. nume. ij. Rotam cenſuiſſe teſtatur, ut quis
ſit in quaſi poſſeſsione præſentandi, præſentationis
actum requiri. Quamobrem, cùm conſtet, Guſli-
nos, qui nunc Reuerendum Boldù pręſentarunt,
ipſius Reuerendi Baſadonnæ ultimam pręſentatio-
tionem feciſſe, atque eandem ab Eccleſia admiſſam
fuiſſe, quinimmo uſq; ad eius obitum, legitimum in
ipſa pręben da de Cœlo Rectorem habitum fuiſſe, cō-
ſequens eſt, Excellentiſsimum Decianum Illuſtriſ-
ſimo Dominio referre debere, huiuſmodi patronos
in quaſi poſſeſsione pręſentandi exiſtentes, potiora
& meliora iura habere in pręſentando, & idcircò rea-
lis atque actualis poſſeſsionis literas ipſi Reuerendo
Boldù ab eis pręſentato concedendas eſſe.

Secundò eandem concluſionem iuuat, non abſi-
mile argumētum Sacerdotiorum collationis, in quo
13 ambigi non debet, † quin rite facta collatio ſiue ele-
ctio cenſeatur ab eis proficiſcens, qui in iuris huiuſ-
modi quaſi poſſeſsione exiſtant. cap. querelam, de
electio. ibi, atq; de antiqua cōſuetudine. & cap. cùm
Eccleſia Volaterrana, ibi, & maximè ſi notoriū ſit.
Cardi. Zabar. uerſ. ſexto quarto. ibi, & ſic ſeruatur in
Eccleſia

Eccleſia Patauina, concludit, Capitulum Patauinum
exiſtere in quaſi poſſeſsione eligendi & conferendi,
quare ab eo collationem, & electionem factam legi-
timam exiſtimari, & ibi Butr. & Abb. c. Maſſana, eo.
tit. & Innoc. in e. dilectus, de capell. monacho. ſuper
uerb. poſſeſſorium. & Abb. in d.c. ex literis. d.c. con-
ſultationibus, & d. cap. querelam, æquiparat, ut quis
ſit in quaſi poſſeſsione conferendi, uel eligendi, ſiue
præſentandi, & in e. cùm olim. ij. de conſuetudi. nu.
iiij. uerſicu. tertiò noto. & d.c. querelam, numero v.
Et idcircò, cùm agatur de colligendis fructibus iu-
ris patronatus, ideſt præſentatione ipſa exequenda,
quemadmodum in collatione & electione cenſetur
ritè electus, uel ei iuſta facta collatio, qui ab iis pro-
moti fuerunt, qui in eius iuris quaſi poſſeſsione exi-
ſtunt. d. cap. querelam. d.c. cùm Eccleſia, & d.c. cùm
olim. eod. titu. cum aliis ſuperius adductis, ita & in
præſentationis actu cenſeri debet. d. cap. conſulta-
tionibus, & Federicus d. conſi. cexxxiiij. in ſecundo
dub. & Calderi. d. conſi. xij. & xx. & Cardin. d. conſi.
14 lxx. aliàs lxix. uerſicu. ſufficit. † Quemadmodum &
quis legitimè procreatus exiſtimatur, qui ex iis edi-
tus eſt, qui ſint in quaſi poſſeſsione matrimonij. But.
in cap. ij. in ſexto notab. qui filii ſint legit. & c. quod
15 nobis, eo. tit. in ii. notab. † vnde Bart. cauſarum pa-
tronos inſtruit, ut conficiant articulos ſuper quaſi
poſſeſsione filiationis. Bar. in l. j. §. ad quæſtionem.
ff. de quæſtio. & l. quod Senatus. §. idem per contra-
rium, in fi. C. de libe. agnoſcen. & l. non nudis. C. de
probatio. in fin. Butr. Imol. & Abb. in c. per tuas, ubi
Deci. nu. iij. de probatio. & Angel. conſil. lxxxvij. in
fi. & cxxxvj. & Fulgo. cxxxviij. Viſis, & Alex. lj. Viſo
& diſcuſſo, in j. uol. & Deci. d. conſi. cliij. nu. iij. & cō
cluſionem huiuſmodi ueram fatetur Rocch. Curt. in
uerbo competens alicui. q. xiiij. nu. xxviij. in tract. de
iure patro. immo ab huiuſmodi ſententia neminem
diſcrepare.

16 Tertiò † probo à cōditionibus requiſitis ipſi actui
pſentationis, ut legitimus exiſtimetur, plures enim
coniunctim concurrere debent, bona fides in præſen
tantibus, admiſsio & inſtitutio in pſtato, item quòd
pſentatus & inſtitutus habitus & tentus fuerit pro le
gitimo Rectore quandiù uixit. Cald. d. cōſ. xiij. & xx.

Primò bona fides in compatronis iſtis deſcenden
tibus à D. Dalida Guſlina, à D. Iacobo Enſelmino,
& Raphaella Folenga, qui nunc præſentarunt Reue-
rendum Boldù, clariſsima apparet propter plurea
anteà factas præſentationes ad dictam præbendam,
& Reuerendi Dominici Damiani anno 1525. & Re-
uerendi Io. Franciſci Baſadonnæ 1549. tametſi uni-
ca pſtatio bonę fidei teſtimoniū perhibeat. c. ſi uerò,
ubi Glo. in uerb. reprę ſentetur, de iure patr. & ibi Io.
And. Hoſti. But. & Abb. & Cardi. in d.c. ex literis, in
ij. oppoſ. & Abb. c. j. uerſ. & hæc faciunt, de relig. do-
mi. preſertim cùm ortę ſint ſniæ ad fauorem dictorū
compatronorum, quarū una lata eſt de anno 1515.
ij Maij per Reueren. Cęſarem Bacconum iudicē de-
legatum à Sanctiſsimo Papa, qua adiudicatur dicta
præbenda de Cœlo, Reuerēdo Damiano uirtute cō
ſenſus præſtiti per dños Petrum & Bartholomæum
Victorē, Guſlinos, Folengos & Capos, ueros & legi-
timos cōpatronos dictæ pręběndæ. & altera eiuſdē
Reuer. Bacconi Vicarij Reuerēdiſs. Patriarchę 1528.
xiij. Ianuarij ſuper Prioratu S. Antonij, qua pronun-
tiatur, fratres de Guſlinis filios quondam D. Bernar-
dini eſſe ueros & legitimos compatronos dicti iuris
patronatus. Videntes igitur iſti compatroni qui nūc
præſentarunt Reuerendum Boldù ſuos bis pſtaſſe,
& huiuſmodi ſniās obtinuiſſe, certè bona fide credi-
derunt ſe huiuſmodi pſtandi munus obire poſſe.

Secūdò q̄ præſentati ab ipſis fuerint iuſtituti cla-
rum eſt; nam Reueren. Decanus & Capitulum Tar-
uiſ. præſentationes huiuſmodi approbantes & con-
firmantes, facultatem eorum maximè legitimam p-
bant ueluti in bona fide exiſtentium. Butri. & Abbas
in d.c. ex literis, idq́; potiſsimùm, cùm admiſsio, ſeu
ipſius Eccleſiæ approbatio effectu non caruerit, ut
declarat Calder. conſi. xiij. de iure patron. & Alexan.
conſi. lxxiiij. Viſo, in iiij. uol.

Tertiò, quia Reuerendi Damianus & Baſadonna
habiti fuerunt pro legitimis rectoribus uſq; ad eorū
obitum, quod ipſum eorum qui præſentauerūt, quaſi
poſſeſsionis ius maximè ſolidū reddit, declarāt In-
nocen. Hoſtien. Butr. & Abb. in d.c. ij. de reſti. in in-
tegr. & præſertim, cùm hæc Ronceno ſciente facta
fuiſſe conſtet, qui cùm eundem Triuiſanum in con-
curſu Baſadōnæ præſentaſſet, reiectus fuit per ſniam
Clariſsimorum Aduocatorum. Io. And. in c. bonæ. il
ij. de poſtul. plat. & c. conq̄rente, de off. ord. & Cald.
d. conſ. xij. de iure patr. & Rocch. in tract. eod. verbo
competens. d. q. xiiij. nu. xxx. ubi plura adducit.

Quartò, cùm Reuerendus Boldù ab ipſis Guſlinis
pſentatus, non ſolùm in quaſi poſſeſsione pſentandi
pacificè exiſtentibus inſtitutus fuerit, ſed etiam ipſi
Reuerendo Triuiſano à Ronceno pſentato, contra-
dicente, in longa diſputatione coram Reuerēdis Ca
nonicis, ad quos ſpectat eiuſmodi admiſsio & con-
firmatio uigore primæ fundationis, quia à dictis Re-
uerendis Canonicis & Capitulo admiſſus fuerit di-
ctus R. Boldu, & ei fuerit poſſeſsio ſpiritualis adiu-
dicata per aſsignationē ſolij in choro, & quia relatus
inter præbendatos, ſanè conſtat ius in re ei quæſitū
fuiſſe intelligi. c. quod autem, uerſic. dubium nō eſt,
de iure patr. ibi, quoniam antequàm præſentatio p
diœceſanum Epiſcopum approbetur. ubi Butri. &
17 Abb. nu. iij. & c. cùm autem, eo. tit. † nam præſenta-
tio ipſi ordinario facta ius ad rem tribuit, ut declarat
Bald. in margarita Innoc. in uerbo Patronus. Inſti-
tutio autem ius in re. Anch. in c. j. de regul. iur. in vi.
vnde ſponſalia de futuro contracta per ſolam pſta-
tionē ſequuta inſtitutione reſoluuntur in cōiugium
ſpirituale de pſti ſolius Pontificis diſſolutioni ſub-
iectum: quare, ſi pcedant ſedis Apoſtolicæ puiſionē
ius huiuſmodi quæſitum non facilè tollitur. Ioan. de
Sylua in tract. benef. in iij. part. q. xj. & Gomeſ. ſuper
reg. de nō toll. iur. q̄ſ. q j. uerſ. primò nō hēt locum.

Quare, cùm iuris hæc ſit intentio, ut ius alicui
quæſitum ſuperuenientis Principis diſpoſitione non
auferatur. c. quamuis, de reſcript. in vj. l. ij. §. ſi quis
à Principe. ff. ne quid in loco publ. c. ex ſuorum, de
uſu & author. pall. c. ex multiplici, de decim. vnde &
Cancellariæ regula illhinc & interpretationem pati
debet. c. cùm dilectus, de conſuet. & l. ij. C. de noxa.
non facilè Principis reſcripto illi derogari poteſt; ut

declarat Gomeſ. in d. reg. de non toll. iur. quæſ. q. ij. uerſi. & per iſtum modum. Ex quibus infertur, Illuſtriſsimo Dominio delegationem ad referendum factam, ut ſint dandæ literæ poſſeſsionis temporalis, intelligẽdam eſſe ſine præiudicio iam ab Eccleſia inſtituti, & admiſsi anteà præſentati ab iis, qui ſunt in quaſi poſſeſsione pręſentandi. qui quidem Reuerend. Boldu iſtitutus ſuã exercet poſſeſsionẽ ſpiritualẽ, faciẽs diuina officia cõtinnò celebrari ad dictã pbẽdã.

18 Quintò † iuris patronatus eſſentiam ea ratione ſpiritualem eſſe canon conſtituit, quia ſpirituali adnexum ſit. d. c. quanto, de iudic. & c. de iure, eod. tit. de iure patron. prophana enim ſpiritualibus adnexa eandem naturam aſſumunt. c. præterea, de tranlactio. & l. quæ religioſis. ff. de religio. & ſumpt. fune. Butri. Abb. Felin. Deci. & Beroius in rubr. de iudiciis. qua-
19 propter † iudex ipſe laicus cuiuſcumque conditionis cauſam huiuſmodi cognoſcere non poteſt, cap. ij. eod. tit. de iudic. c. etſi. c. cùm non. cap. ſi diligenti, de foro competenti, & c. tuam. de ordi. cogni. c. laiot,
20 & c. per uenerabilem, qui filij ſint legiti. † quocircà infertur mandanti huiuſmodi formam ad poſſeſsionem facti temporalis pertinere intelligi, cuius cognitio ad laicum ẽt ſpectare põt. Bart. in l. omni. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. quoties. C. de iudic. & Cardi. in c. ſignificauit, de teſtib. & Felin. in d. cap. quanto, nu. v. in fin. quare à mandati forma recedendum non ſit. c. cùm dilecta, de reſcript. ubi Butr. Abb. & Felin. & c. ſuper eo, de offic. deleg. & c. Piſanis, de re iudi. ne aliàs relationis actus mãdati terminos excedens nullius foret authoritatis. arg. l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. & auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo, & c. ut animarum, de conſt. in vj. & l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. cũ ibi adductis à Marſilio & Cagno.

Vltimò ipſi Ronceno nullum præſentandi ius cõpetere, uel inde probari poteſt, quòd anno Domini 1550. die xj. Iunij, cùm præceptum fuiſſet ipſi Reuerendo Baſadonnæ, ut coram Clariſsimis Aduocatoribus compareret ad uidendum intromitti literas Ducales poſſeſsionis temporalis eidem datas, tãquàm præiudicantes ualido iuri patronatus Marci Ronceni, auditis partibus in contradictorio cum aduocatis præceptum fuit reuocatum, & dimiſſus Reuerendus Baſadonna, ut petebat, reiecto Reuerendo Triuiſano: vnde iudicatæ rei exceptio oriri uideatur. conſtat enim inter eaſdem perſonas contentionem uiguiſſe, atque idem negotium poſſeſsionis temporalis pertractatum fuiſſe ex eadem petendi cauſa, unde iudicatæ rei exceptio oritur. l. cùm quæritur, cum duabus ſequentib. ff. de excep. rei iud.
21 l. ſi mater. §. eandem. & cap. fin. de except. in vj. † ubi Glo. in uerbo admitti. Ioan. And. Archid. Gemini. & Franc. tria hęc concurrere debere aduertunt, identitas perſonarum, identitas negotij, identitas cauſæ, ut iudicatæ rei exceptio obſtet, & de facto ſæpius reſponſum extat. Abb. conſil. 50. in primo. Deci. conſil. lvj. uerſ. ſed poſteà, & conſi. ccccxlv. nume. xliij. & ccccLxiiij. in vj. & Ruin. cõſ. cxiiij. nu. xvi. & Pariſ. cõſi. lxxvii. nu. lj. in iii. & D. Maria. iun. xxviii. in j.

Ex quibus omnibus non ſolùm coniunctis, ut quandoque perpendi ſolet, ſed etiam ſingulis ſeparatim conſideratis, conſtat Excellentiſs. Referendarium referre debere, Bernardinum Guſlinum nomine ſuo & conſortum habere potiora iura in præſentando ad dictam præbendam, utporè, qui ſint in quaſi poſſeſsione pręſentandi, atque adeò ipſi Reuerendo Boldu præſentato concedendas eſſe literas Ducales poſſeſsionis temporalis dictæ præbendæ Sanctæ Mariæ de Cœlo.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum. Et primò, quòd ius patronatus præbendę huius Marco Ronceno competere uideatur, ueluti deſcendenti ex D. Blancaflora, cui D. Dalida illud reliquit in codi-
22 cillis ueluti ad eam ſpectans. † quia in primis reſpõderi poteſt, particularem illam Dalidę diſpoſitionẽ nihil ualuiſſe, idq; potiſsimùm cùm ipſa Dalida uiuente Eccleſię nullus aſſenſus acceſſerit, quod fieri debere Io. And. probat in d. c. cùm ſecũdum, de iure patron. in fi. uel cum ante pręſentationem conſenſus huiuſmodi nõ interuenerit, ut requiritur. Calde. cõſ. vi. eo. tit. de iure patr. & Calde. & Abb. in c. illud. eo. tit. & receptius teſtatur Roch. in d. tract. ſuper uerbo pro eo quòd, q. i. nu. v. & Deci. d. conſi. cxxvii. nu. ii. uerſ. dum autem poſteà dicitur, ubi concludit, nominatim iuris huius factam diſpoſitionem non ualere. d. c. cura, cuiuſmodi Do. Dalidæ codicillos facientis diſpoſitio exiſtimatur, nullo Epiſcopi accedente aſ-
23 ſenſu, † et ſi nunc præſentato & inſtituto Boldu ſuperueniret, nullius eſſet authoritatis ad tollendum ius iam ipſi quęſitum. Gome. in d. regu. de non toll. iur. quęſ. & Bart. Alex. & Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſthu. in materia reſtitutionis factę etiam in ampliſsima forma, ut non retrotrahatur in præiudicium tertij. Card. & Imol. in cap. qui diligentia, de electio.

Secundò agitur hîc utri præſentatorum ſint dandæ literę poſſeſsionis temporalis, & iccircò cùm in facto conſtet de præſentatione poſteriori facta ab ipſis Guſsinis & conſortibus in perſona Reuerendi Baſadonnæ, ut ſuperius oſtenſum fuit, nihil aliud indagandum eſt, ſed cenſendum potiora cõpetere exiſtentibus in quaſi poſſeſsione præſentandi. d. c. conſultationibus, cum aliis adductis. Sed ut radicitus euellatur hæc una Ronceni defenſio, dico eiuſmodi diſpoſitionem codicillarem nullam eſſe; nam cùm Dalida inſtituerit ſibi hæredem non ſolùm Blancãfloram, ſed etiam Bernardinum Guſlinum ex tertia
24 parte, et Paulũ Folengum ex alia tertia parte, † certè natura iuris patronatus eſt, ut ad omnes hęredes inſtitutos tranſeat cum uniuerſitate bonorum. Gloſ.
25 in c. cùm ſecundum, extrà de iure patr. † ergo uni ex hęredibus partiatim pręlegari nõ poteſt. Doct. in c. q̃rimoniã. extrà de iure patr. tõnẽ ibi ponũt Abb. & Io. And. quia ius patronatus eſt ius indiuiſibile, & cõſiſtit penès oẽs hęredes inſolidũ. Roch. in tract. eod. io uer. ipſe uel is. q. viii. uerſic. ſed hîc ſuboritur. Et tantò fortius in iis terminis noſtris, quia ius mihi acquiſitum ab auo meo non poteſt ab aliis auferri. lex eſt not. l. cùm qui, ubi Bart. nume. ij & iiij. ff. de interdict. & releg. l. emancipatum. §. ſi quis, ubi etiam Barto. not. nume. j. & ii. ff. de Senator. not. Gloſſ. in l. Diui. ff. de iure patrona. At per fundationem domini Iuliani Baldachini 1349. & per teſtamentum D. Mariæ 1419 Ius eſt quæſitum Guſlinis & omni-

bus

bus aliia deſcendeotibus à D. Iuliano,& à D. Maria,
quia dicit D.Maria: Volens & mandans quòd dicta
iura patronatus ſua ſemper ſpectent & petineant di-
cto Enſelmino eius filio & eiua hæredibus maſculis
& fœminis ex ipſo ltimè deſcendentibus,uoo alteri
ſuccedente.& Iulianus fundator dicit: Et quòd per
ipſum D. Iulianum & hęredes ſuos poſsit & debeat
in perpetuũ pñtari, ergo iſtud ius oĩbua acquiſitum
nõ potuit eia auferri per legatũ D.Dalidæ. Amplius,
cũ hæc diſpõ D. Dalidę oulla exiſtimari dẽat,ueluti
noiatim diſponẽtis de iure patrooatus ſine Epiſcopi
cooſenſu, & contra expreſſam maiorum ſuorum, &
præſertim fundatoris diſpoſitionem,ut ſuperius pro
baui, non eſt dubium, uocem hanc aliia deſcenden-
tibus accreuiſſe uideri, idque præſertim cùm Re-
uerendua Triuiſanus à Ronceno præſentatus in cõ-
curſu Reuerendi Baſadonoæ præſentati à Guſlinis
& conſortibus reiectus fuerit. Bald. io d.cap. quan-
26 to de iudi.in ij.col.† ubi concludit,ꝙ ſi unus ex pa-
tronis reiicitur,alteri totum accreſcere, & eius præ-
ſentatio admittitur. & Barba. ibi ſequitur ex mente
Leaza.in diſput.incip.Patronus Eccleſiæ,& Calder.
conſi.viii. eo.ti.& plures adducit, & probat Rocch.
io dicto tract.ſuper uerbo Ius.q.vi.nu.xx.

Vltimò,ſi hæc omnia ceſſarent,quæ tamen ineui-
tabiliter urgent,certè Dalida oon potuiſſet legare,
niſi quod ſuum erat,vulgata l.nemo plua Iuris.ff. de
reg.iur.ſed dictum iua patronatua non erat propriũ
Do. Dalidæ, ſed etiam filiis ſui Iacobi Enſelmini,
& ſororis ſuæ Raphaellæ Folengæ, ad quas om-
nes trea io ſolidum ſpectabat illud ius patronatus, tã
quàm legitimaa deſcendẽtes D.Mariæ, ergo Dalida
legare potuiſſet tantummodò ſuam tertiam uocem,
aliàs autem minimè. Sed extat legitima deſcendẽ-
tia D. Iacobi Euſelmioi, item Do. Raphaellæ, extat
legitima deſcendentia Do, Dalidæ etiam, Do. Ca-
tharina de Capo uxor D.Mauri Capriani, D.Camil-
lus Folengus D.Bartholomęua Guſlinus et D. Ber-
nardinus nepos,& nobiles Roocent,applicando ſin-
gula ſingulis, qui omnes præſentarunt Reueren-
dum Boldù, & ſunt in quaſi poſſeſsione præſen-
27 tandi, † ergo plurium patronorum præſentationẽ
præualere certum eſt.c.quoniam,extrà de iure patr.
c.1.eo.tit.& d.c.ex lr̃is, & d.c. conſultationibus,cũ
aliis adductis à recẽtioribus in d.c.cũ oẽs, de cõſtit.

Secundò principaliter nihil facit argumẽtum ab
æquiparatis, qui ius pręſentandi ad prębendã com-
petit ei, ad quem ſpectat pręſentatio ad Prioratum
Sancti Antonij extra Taruiſium,quia primùm dico,
exceptionem huiuſmodi in præſenti controuerſia
reiiciendam uideri, in qua agitur de uera facti co-
gnitiooe, ut Cardin.Felio. Barbat.in d.c.quantò,de
iudic. cùm enim neceſſariò concludatur, potiora
iura eum habere io præſentando, qui in ipſius iuris
præſentandi quaſi poſſeſsione eſt.d.c.ex literia,& d.
c.coolultationibua. & probatum ſit non ſolùm pñ-
tationem Baſadonnæ ultimò factam à Guſlinis &
conſortibus,ſed etiam admiſſam & exequuioni mã-
datam, & pręſentationem aduerſarii Ronceni reie-
ctam,iam ſequitur,exceptionem huiuſmodi reiiciẽ-
dam ueluti reſpiciẽtem ſubiectum prorſus remotum
& diſputatum.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de
acquir.poſſ.& c.cùm Eccleſia Sutrioa, de cau.poſſ.
& propr.ubi Doctores colligunt,aliquem obtinere
in poſſeſſorio,& ſuccumbere in petitorio. ut Abb.
poſt Cald. But.& Card.in d.c.ex litera.

Secundò etiam omiſſa hac reſponſione dico fun-
damentũ hoc facilè euitari poſſe:nam quòd D.Aloy
ſius Noalis retulerit Marcum Roncenum potiora iu-
ra pręſentandi habere io Eccleſia S.Autonii,ad poſ-
ſeſſorium iudicium pertinet,quippè ꝙ ipſa D.Dali-
da in aliquali poſſeſsione pręſentãdi ad Eccleſiã exi
ſtebat.quare ſubiecit relator ſaluis iuribua partium
in petitorio. Verùm ſi Roncenus in præſentatione
Sancti Antonii potiora iura hîc contendit, quia
ſit in quaſi poſſeſsione pręſentandi, deberet quo-
que concedere præſentatum à Guſlinis & conſorti-
bus io quaſi poſſeſsione exiſtentibus,ab eodem non
poſſe uexari. Si enim quaſi poſſeſsio illi in Eccleſia
S.Antonii prodeſt, eiuſdem carentia & defectua io
præbenda de Cœlo obeſſe debet, & quaſi poſſeſsio
Guſlinorum & conſortum in ea illos quàm maximè
iuuare,nè aliàa diſpari iure quia utatur: quòd à iuria
ratione alienum eſt.c.cùm omnes,de conſtitut. toto
tit. Quod quiſque iuris.l.etiam. ff. de compenſat. l.
proponas. C.de pact.c.iii.de iureiur.

Tertiò & hoc argumentum ipſi Ronceno, nullo
modo ſuffragari, luce clarius oſtendo, quia cùm in
petitorio fuiſſet reſeruatum ius ipſis Guſlinis & cõ-
ſortibus in ſententia Excellentis Noalis, & poſtmo-
dum coram Reuerendiſs. Legato in ciuitate Vene-
tiarum ageretur,inſtantibus aduerſariis Reuerendua
D.Hieronymus Gualdus iudex delegatua à Sanctiſ-
ſimo Papa, 15. Martii 1539. diffiniuit negocium in
petitorio & poſſeſſorio ad fauorem Guſlinorum, &
præſentati ab eia,iudicans relationem Noalis, & li-
teras Ducales ſuper ea fundatas perperam conceſſas
28 fuiſſe,atque ideò reuocandas. † quæ ſententia cùm
lapſu fatalium in rem iudicatam tranſiuerit, ut ex
actia conſtat, ius conſtituiſſe cenſetur.l.ingenuum.
ff.de ſtatu homi.l.res iudicata.ff.de reg.iur. c. quod
ad conſultationem,de ſenten.& re iudica.ubi Feliu.
nume.x.& xii.& c.quoniam contrà,de probatio.ubi
Glo.in uerbo pręſumatur. Butr. Abb. Deci.& Bero.
29 quamobrem, † cùm ea ſit iudicatę rei authoritas,ut
nulla iudicialia controuerſię amplius ſit ſpes, ipſum
proprio ligone percuti (& quod aiunt) ceu talpam
ſuo indicio detegi. quippè quòd apertiſsimè con-
ſtet, oec S.Aotonii ius patronatus ad illam pertine-
re:& idcircò ex ſuo argumento infertur oec præſen-
tationia facultatem in hac præbenda ullam illi com-
petere.l.i.§.huius autem rei fortiſsimum.ff.de offic.
eius, ubi Alex. Riminaldua & Deci. & l. inter ſtipu-
lantem.§.ſacram.ff.de uerb.obli.ubi Bart.& Claud.

Quartò,ſi licet argumentari ab æquiparatis, ar-
gumentabur etiam ego hunc in modum: Ex deſcen-
dentibua D. Dalidæ ad quem ſpectat iua patronatua
S.Antonii de Feltro, ad eum ſpectat ius patronatua
præbendæ de Cœlo, ſed Guſlini ſunt patroni illius
iuris patronatua,ergo etiam ipſiua, antecedeoa patet
per confeſsionem Marci Ronceni, qui in ſua peti-
tione dicit ad ſe ſpectare ius patrooatua Sancti An-
tonii de Feltro uigore diſpoſitionis Dom. Dalidæ,
quę reliquit omnia iura patronatus ſua Blancę flori,
pro-

probatur etiam per teſtamentum D. Dalidę, in quo
quædam legat dicto altari, ſed illud ſpectat ad Guſli-
nos, ut per bullas collationis datas Reuerend. Natali
Moreno, pñtato à Guſlinis in concurſu cũ Reuerẽ.
D. Nicolao de Dñis pñtato à Marco Ronceno, & p
lõgiſsimã poſſeſsionẽ annorum 70. & plus, ergo etc.
Tertiò nihil obſtat uana obiectio illegitimitatis
D. Bernardini Guſlini, primò, quia nõ fuerit de cõ-
ſilio Feltri, & quia dicatur in arbore, Bernardinus
30 Guſlinus naturalis tñ. † nam hæc exceptio in facto
cõſiſtẽs ab ipſis aduerſariis adamuſsim probari de-
buerat. c. cùm ad ſedẽ, de reſti. ſpolia. uerſ. nos enim
prioris iudicii, ubi omnes aduertunt. c. Cumana, de
electio. alioquin in dubio unuſquiſque pręſumitur
ortus legitimis natalibus, ut clari iuris eſt. Sed dico
Bernardinum Guſlinum primùm legitimum fuiſſe
filium D. Petri, nõ autem naturalem tãtùm, quia D.
Dalida in ſuo teſtamento cum ſibi hæredem ex triẽ-
te inſtituens uocat filium Do. Petri filii ſui, ſibi
nepotem, ut uocat Paulum Folengum filium D. Co-
ronæ filiæ ſuę ſibi nepotem. id quod etiam conſtat
Clariſsimi Capelli diffinitiua ſentẽtia de anno 1525.
31 lata ad fauorem Guſlinorum. † pro qua etiam poſt
appellationem interpoſitam præſumitur, quatenus
reuocata non ſit. Gloſ. Inno. Hoſti. Io. And. & Abb.
diffuſè in d. cap. qm̃ contrà, ubi Glo. in uerbo non
32 pręſumatur. de probatio. † quare in quaſi poſſeſsio-
ne filiationis conſtitutus uideri poteſt, nõ ſolùm ad
patris hæreditatem conſequendam. d. c. ii. qui filii
ſint legit. ubi Butr. in vi. nob. & Abbas, ſed etiã quò
ad hoc ius patronatus conſequendum ſpectat, cum
uniuerſitate trãſiens. d. c. cura. d. cum ſecundũ, & de-
clarat Decius in d. conſi. cxxvii. & cliii. cum aliis ab
33 eodem adductis in d. c. per tuas, de probatio. † tam-
etſi hæc exceptio incongruè uideatur adduci in ar-
ticulo poſſeſsionis, cùm altiorem indaginem reſpi-
ciat. d. c. cùm dilectus, de cau. poſſ. & propr. tradunt
omnes in l. fin. C. de edic. diui Adri. toll. Nec obſtat
quòd Guſlini non ſint de Conſilio, & propterea nõ
ſint legitimi & ueri deſcendentes nobiles familiæ
Guſlinorum. quia certus eſt numerus Conſiliariorũ
Feltri, ideò plures ſunt Feltrini ciues nobiles, qui ta-
men non ſunt de Conſilio, ut omnibus notum eſt,
qualis fuit D. Bernardinus Guſlinus, qualis fuit ẽt
Antonius Victor Roncenus, qui erat nobilis, nun-
quàm tñ de Conſilio neq; unquã propoſitus ad bal-
lotationes fuit, ut patet ex fide producta; non ergo
ualet dicere non eſt de Conſilio ergo non eſt nobi-
lis & legitimè natus. Minus obſtat, ꝙ in arbore
ſua dicatur quòd ſit naturalis tantùm, nam dico ego
arborem iſtam ex ſuo capite effictam eſſe, & repro-
bari per aliam arborem productam per ipſos met
Roncenos, uſque de anno 1514. contra Canonicos
Taruiſinos ad probandum quòd extabat deſcenden-
tia D. Marię, in qua dicitur Bernardinum Guſlinum
fuiſſe filium D. Petri, & ponunt eum tanquam legi-
timum & naturalem, ut alios omnes, non ut natura-
34 lem tantùm. unde ſequitur iuris concluſio, † quòd q
producit aliquam ſcripturam in iudicio, uidetur fa-
teri omnia contenta in ea eſſe uera. Felin. in c. cùm
uenerabilis, col. v. nu. xiii. extrà de excep. Gloſſ. in c.
præſentium, in uer. ſi quis, extra de teſti. & atteſtatur
Spec. in tit. de inſtr. edit. §. uidẽdũ, uerſ. itẽ not. nu. v.
Vltimò nihil facit, Guſlinis ipſis & conſortibus
malam obiici fidem, & intruſos eſſe in iure Ronce-
norum abſentium. quia profectò cauilloſa eſt exce-
ptio huiuſmodi, cùm Bernardinus Guſlinus ultimus
& conſortes maiorum ſuorum præſentationes uide-
rint pluribus ſententiis communitas, ſanè bona fide
crediderunt ius huiuſmodi exercere potuiſſe. l. hęre-
dem. ff. de regul. iur. & in authen. de iureiur. à mori.
35 præſt. † ex perſona enim hæredis ipſius iuris eſſen-
tia non immutatur. l. ii. §. ex iis. ff. de uerb. obligat. &
tradunt omnes in l. fin. C. de hæred. inſti. & præterea
36 iuris diſpoſitio excipientibus ipſis repugnat, † cùm
bona fides in pręſentante præſumatur. c. ſi diligenti,
de præſcriptio. in uerbo bona fide. ubi Hoſtien. Butr.
Abb. Felinus & Pariſius plures adducunt, & Alciatus
in tract. pręſump. reg. iij. pręſumpt. v. poſt Alexan. in
conſi. cc. Viſo, in ij. & conſil. lxxv. in iiii. & Curtius
conſ. lxxxii. quare & aſſerentis conditio durior effi-
ci ſolet. l. ei qui. ff. de probat. l. actor. C. de proba. ubi
Bal. & Salic. & tradunt omnes in cap. in præſentia, de
probat. & d. c. cùm Eccleſia Sutrina, & cap. quia ueri-
ſimile, de pręſump. & plures adducit Alciatus in p̃-
lud. tract. præſump. uerſ. quid ſit præſumptio.
Et ex iis omnibus citra omnem dubitationem cõ-
cludendum exiſtimo, Excellentiſs. D. Deciani rela-
toris munus eſſe, referre Illuſtriſs. Dominio Bernar
dinum Guſlinum & conſortes exiſtentes in quaſi
poſſeſsione iuris pręſentandi ad dictam præbendam
per duas præſentationes ultimas admiſſas, habere
meliora & potiora iura in præſentando ad dictam
præbendam; atque adeò Reuerendo D. Auguſtino
Boldù pręſentato ab eis nedum in poſſeſsione exi-
ſtentibus, ſed ueris etiam p̃ronis dicti iuris p̃ronatus
lr̃as ducales poſſeſsionis tẽporalis concedendas eſſe.
Paduæ, xvij. Kal. Apri. Anno Dñi 1558.
Portius Imolenſis.

Die xxviij. menſis Aprilis 1558.

TIBERIVS Decianus Iureconſ. Vtinenſis pu
blicus Legum interpres in Academia Patauina, uiſis
omnibus iuribus partium, & illis oretenus etiam cũ
earum patronis auditis, refert quòad præſentatio-
nem ultimo loco factam de prędictis ad præbendam
Sanctæ Marię de Cœlo, uacantem per obitum q. Ioã.
Franc. Baſadonnę, meliora & potiora iura præſen-
tandi habuiſſe antedictos de Guſlinis, qui præſenta-
runt prædictum Auguſtinum Boldù, ſtante etiam
comprobatione aliorum compatronorum: atq; adeò
eidem Auguſtino præſentato, & ſucceſsiuè in eiuſdẽ
præſentationis exequutione inſtituto & confirmato
concedendas eſſe literas ducales dicti beneficii, ſaluis
iuribus partium in petitorio.

Die xxx. Aprilis.

ILLVSTRISSIMVS Princeps Venetia-
rũ & Clariſsimi Conſilialiarij auditis partibus iuſſe-
runt in exequutione antedictę relationis fieri literas
Ducales patentes, ad fauorem Guſlinorum & con-
ſortium, & antedicti Auguſtini Boldù præſentati
ab eis. Laus Deo.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 ☞ *Fratres utrinque coniuncti uterinis præferuntur, aut conſanguineis tantùm.*
2 *Vinculo duplici munitus unico tantùm nitentem excludit. & nu. ſeq.*
3 *Creditoris intereſt, plures debendi reos habere.*
4 *Geminatio ipſa in qualibet diſpoſitione plurimùm operatur.*
5 *Pactum nudum producit actionem, ſi eſt geminatum.*
6 *Confeſſio erronea reuocatur. fallit ſi ſit iterata.*
7 *Nepotes ad patrui ſucceſſionem perinde admittuntur, ac ſi eorum pater, ſi uiueret, admitteretur.*
8 *Diuiſio errore facta reſcindi debet.*
9 *Fœminæ non admittuntur in emphyteoſi eccleſiaſtica, nec in feudis.*

CONSILIVM CIII.

Omnipotentis Dei inuocato ſuffragio.

CONTIGIT Ioannem ex priori uxore Franciſcum ipſum, ex poſteriori autem Dominicum, dominum Andream, & Balthaſarem ſuſcepiſſe. Quæſitum eſt, poſt omnium obitum quis domino Andreæ ſuccedere debeat, an Iacobus & Ioannes ex Franciſco defuncti ipſius tantùm conſanguineo fratre, an uerò Cęſar ex Balthaſare ipſius fratre utrinque coniuncto? Et
1 † conſtat Dominicum ipſum & Balthaſarem in ipſius domini Andreæ ſucceſsione potiores eſſe. l. j. §.
fin. ff. de ſuis & legit. hæred. ſanxit enim id clarè Iuſtinianus, ut fratres utrinque coniuncti conſanguineis tantùm aut uterinis ſolùm in prædefuncti fratris ſucceſsione ſint potiores. in authen. de conſa. & uter. fratr. §. quia igitur, ubi Barto. & Ange. ea enim eſt ſucceſſorij edicti conditio, ut aſcendentibus ipſis atque deſcendentibus deficientibus in tertio ſuccedēdi ordine, qui ex latere nuncupatur, utrinque cōiunctorum ratio potior ſit, in auth. de hęred. ab inteſt. uenien. §. ſi igitur, ubi Barto. & Ange. & authen. ceſſante. C. de ſuis & legit. ubi Cin. Din. Alber. Bartol. Bald. Quę ſanè deciſio probabili quidem ratio-
2 ne nititur, † ut duplici nexu munitus unico tantùm nitentem excludat in d. authen. de hæred. ab inteſta. §. ſi igitur, ubi Glo. in uerbo natos; & in d. authen. de conſang. & uter. fratrib. §. hęc igitur, & auth. itaq;. C. communia de ſucceſſ. ubi Alberic. col. iij. uerſ. aut ſuperſunt. Quod & generaliter traditū eſt; unde lex
3 inquit: † Creditoris intereſſe plures debendi reos habere. l. quarta in fin. ff. de libe. leg. & rationum con-
4 curſus, & in qualibet diſpoſitione † geminatio ipſa plurimū operatur. l. Baliſta. ff. ad Senatuscon. Treb. & c. j. de treg. & pac. ubi Gloſ. ſuper uerbo funiculus. Butr. & Abb. quare & geminata affirmatio unā cordis & alteram oris aſſertionem inſert. c. & ſi Chriſtus, ubi Glo. in uerbo affirmatio de iureiuran. & lex conſuetudinem approbans firmius obſeruanda exiſtimatur, qua dignitatum collationem ad Summum Pontificem ſpectare, decretum eſt. c. ſecundo, de prę-
5 bend. in vi. ubi Glo. ſuper uerbo ſtatuimus. † & pactū nudum ſi geminatum ſit, actionem producere ſolet l. iuriſgentium. §. igitur, ubi Docto. ff. de pac. & cap. i. eod. tit. & l. j. §. debitam, de conſtitut. pecun. ff. &
6 Alex. rub. ff. de uerb. obl. nu. xv. † & confeſsio errore facta reuocari poteſt. l. error. C. de iuris & fact. ign. ubi Bald. niſi tamen iterata fuerit. Barb. conſil. lxiiij. in iiij. Quocircà non ineptè legiſlator ſtatuit utrinque coniunctos fratres uno tantùm latere coniunctis præferri. d. authen. itaque. C. communia de ſucceſsio. ubi Cin. Alberic. Barto. Bal. Ange. Salicet. Fulgoſ. Caſtr. Alexan. & Iaſ. & d. auth. ceſſante. C. de ſuis & legiti. & pertractat Dinus in tracta. de ſucceſ. ab inteſtat. nume. xvij. & xviij. & Cin. in tractat. eod. tit. parte nume. vij.
Nec dicat quia id quidē in ipſis fratribus ſolū pro
7 cedere, ſecus in filiis, † quia immo lex inquit, eos ad patrui ſucceſsionem perinde admitti, ac eorum pater defuncto utrinque coniunctus ſi uiueret, admitteretur. in d. authen. de hæredita. ab inteſt. §. ſi igitur uerſi. unde conſequens, in auth. ut fratrum filij. §. itaque. ubi Barto. & Ange. & auth. fratres. C. de legit. hæred. & reſponſum extat Areti. conſi. claiij. col. v. & Dec. ccccaliii. nu. xj. Quinimmo Iuſtinianus ipſe amplius ſanxit, licèt aſcendentes ac utrinque coniūctus frater ſuperſtes ſint, prædefuncti fratris filios eam partem accepturos, quam eorum ſi uiueret parēs laturus erat. in d. auth. ut fratrum filii. §. hoc itaq; & d. auth. poſt fratres, ubi Doctores.
Cui concluſioni locum eſſe reſpōſum extat, tametſi agnati municipali iure cognatis pręferantur, putà, ut tunc fœminæ utrinque coniunctæ uterinos tātùm fratres excludant. Ange. conſ. caia. in fin. quamobrem licèt bona mobilia domini Andreæ inter Cęſarem ex ipſo Balthaſare ex ipſo Franciſco ſuſceptū
8 æquis portionibus diuiſa fuerint, † diuiſio huiuſmodi ueluti errore facta reſcindi debet. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. igno. & l. fi. §. idē quæſiuit, de cond. ind. ubi Caſtren. & Bald. reſpondit in conſil. ccclxxxvi. Frater uterinus. in i. & Dec. conſil. ccx. & ibi. nu. vii. & viii. idem Rui. conſi. clavii. nu. aiij. in ij. & ſępius tùm docendo tùm ex facto rōdendo cōcluſi, ſiue facti ſiue iuris imperitiā huic concluſioni
9 nō obeſſe. † tametſi in emphyteoſi eccleſiaſtica aliud dicendum ſit, ad quam fœminæ ipſę non admittuntur. §. emphyteoſis, in auth. de emphyte. ubi Angel. quemadmodum nec in ipſis feudis regula ipſa perſpecta. c. j. §. & quia uidimus, qui feud. dar. poſſ. ubi Bal. unde in huiuſmodi beneficiis domini benignitate obuenientibus utriuſque coniunctionis uinculum in hæreditariis iuribus percipiendis obſeruari ſolitum, conſiderari non debere, traditum eſt. c. j. de grad. ſucceſ. in feud. ubi Aluar. & Doct. d. auth. itaq;. & Curt. iun. conſi. lxxviij. nu. xj. ubi plures adducit. Laus Deo.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clerici an poſſint donare de bonis eccleſiæ, & in quibus caſibus. & uide nu. 4. & 8. cum ſequentib. quòd non poſſint donare, & eſt comm. opin.*
2 *Clerici altari ſeruientes, de altari uiuere debent.*

3 *Clerici an poſſint de fructibus Eccleſiæ liberè ueluti domini diſponere.& nu.ſeq.& 8.cum ſeq.ubi de communi opi.quòd non poſſint,quicquid nõnulli dixere.*
4 *Donatio facta à clericis de bonis Eccleſiæ inualida eſt, & à ſucceſſore reuocari poteſt.& nu.10.*
5 *Clericorum bona præſumuntur de fructibus Eccleſiæ acquiſita.& nu.7,*
6 *Clerici non faciunt fructus Eccleſiæ ſuos, quinimmo ad eorum reſtitutionem compelluntur quatenus ſuperſunt,& eorum uita neceſſaria excedunt.*
7 *Bona quæſita à clericis præſumuntur ex fructibus Eccleſiæ adepta, & in hoc Eccleſia habet intentionem fundatam.*
8 *Clerici nullam habent diſponendi facultatem de bonis Eccleſiæ ſiue fructibus.& ell comm.opi.*
9 *Clerici æquiparantur potius uſuario, quàm uſufructuario.& uide nu.12.*
11 *Clerici de bonis Eccleſiæ non poſſunt teſtari.*
13 *Bona Eccleſiæ non poſſe alienari.fall.tamen.*
14 *Diſpoſitio ſiue prouiſio negatiuè concepta efficatiorem diſponentis mentem oſtendit.*

CONSILIVM CIIII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduę lux, ut in propoſiti facti explicatione ueritatis ipſius ſcopum attingere ualeam.

CASVS SIVE FACTI SPECIES.

EX FACTO contigit, Reuerendũ Abbatem Rubeum ex redditibus ipſius Eccleſiæ plura immobilia bona acquiſiuiſſe, atque illa ipſa quibuſdã eius cõſanguineis (fructibus tamen ſibi dùm uiueret reſeruatis) pleno iure donaſſe: necnon quod ad bona huiuſmodi attinet, reciprocũ inter ipſos agnatos fideicommiſſum iniunxiſſe. in quo quidem negocio ab ipſius Reuerendi Abbatis obitu dubitari contingit, an donatio huiuſmodi ſolida exiſtimetur, & ueluti ſacrorum Canonum diſpoſitioni repugnans ab ipſo ſucceſſore reuocari poſsit?

Secundò an in bonis huiuſmodi profectitij peculij clericorum ipſorum, fideicõmiſſum ipſum conſtitui ualeat?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, prima facie diffiniendum uideretur, hanc ipſam donationem ueluti legitimam reuocari non poſſe.
c.cæterùm, de donatio.ubi Alexan.iij.eius nominis
1 Pont.Max.† donationem ipſam ab Abbate factam,
niſi rei donatæ quantitas aliud ſuadeat, ratam cẽſeri
noluit, ubi Glo.in uer.ratum.Io.And.Butr.Ancha.
& Abb.& in c.ad hæc.idem Pont.Summus conſtituit,
clericos ipſos dum uiuunt, aliqua de bonis Eccleſię intuitu eleemoſynæ erogare poſſe.& in c.relatum.§.licèt,eo.tit.de teſtam.il ij.idem cõſtituit, cõſuetudinem illam non eſſe improbandam, ut prælati
de bonis Eccleſię pauperibus, qui illi uiuenti ſeruierant, ſiue conſanguinei ſint ſiue extranei pro modo obſequiorum elargiri poſſe.

Secũdò, cùm naturali ratione ſacerdotia ipſa cõ-
2 ferantur, †ut qui ſeruiuerit altari, de fructibus illius
uiuere debeat.c.cùm ſecundum, de præben.ubi omnes aduertunt hanc fuiſſe doctrinam Pauli Apoſtoli
j. ad Corint.iiii.& in c.ſecundum, de cenſi. quod &
ſęculi lege ſæpius cautũ extat.l.ij.§. deniq;.ff.de aq.
plu.arcen.& l.cùm oportet, in princ. C. de bon.quæ
libe.& l.ſecundum naturam.de reg. iur.ubi Deci.&
Cagn.plures deciſiones adducunt. & cap.qui ſentit.
eo.tit.in vi.ubi Dyn. Alb.Anch. & recentiores Pa-
3 tauini. quocircà nõ defuerunt, qui cenſuerint,† clericum ipſum fructus ex ſacerdotio perceptos ſuos facere,& idcirco de illis ueluti dominum liberè diſponere poſſe.l.j.ff.de teſta. & l.id quod noſtrũ.de reg.
iur. quàm ſententiam, Gloſſator tenuiſſe uidetur in
c.ul.de offic. ordi.in vj.in uer.reſeruari.

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus, op-
4 poſitum uerius eſſe diiudicandum cenſeo: † quòd
immo donatio hæc nullius fuerit authoritatis, & idcircò ab ipſo ſucceſſore cõtemplatione Eccleſię omninò reuocari poſſe. nã in Concilio Arelatenſi quã-
5 doque decretum fuit, †bona ipſa ex Eccleſiæ redditibus à Prælatis adepta, Eccleſiæ iuribus quæſita cenſeri.c.i.ii.& iii.de pecul.cler.ubi Glo.in uer.acquiſierit.& in uer.ſuper emerit.& Ioan. And. aduertit,
Hoſtien.Imo.Butr.& Abb.num.iii. & iiii. aduertit
hanc ipſam concluſionem amplius procedere, licèt
clericus ipſe proprio nomine prædia emiſſet. & idẽ
Abb.in d.c.ii.uerſ.nota ſecundò, & uer. item nota
quòd prælatus non eſt dominus fructuum beneficii
6 & in c.fin.eo.tit.ubi idem Abb.nu.v.† cõcludit poſt
multas rationes, etiam clericum adminiſtrationem
non habentem, fructus Eccleſiarum ſuos non facere,
quinimmo ad eorum reſtitutionem compelli, ſi in
non pios uſus ultra neceſſaria conuertat.idem Abb.
poſt Card.& Ancha.in c. j. de teſtam. in iiij. notab.
7 & v.uer.& not.hîc argum.inde colligi cenſuit, † Eccleſiam ipſam eius intentionem fundatam habere, quod
quæſita à pręlatis ex Eccleſiæ fructibus adepta pręſumãtur, quam concluſionem Doct. legendo ubiq;
ſequuti fuerunt.Summiſtæ in rub.de peculio cler.&
alii ſequuntur, quòd acquiſitio facta à clericis ex bonis Eccleſiæ, peculium profectitium exiſtimari; &
idcircò eo defuncto ad Eccleſiã ipſam reuerti.& c.i.
& c.requiſiſti,& c.relatum,il ii.d.§.licèt. de teſtam.
ubi Abb.nu.i.& viii.poſt Io.And.But.Card. Anch.
8 & ibidem Henri.Boich.nu.i.† & Barto. Albe. Bald.
Caſtr. & Salic. in auth.licentiam.C.de Epiſcopis &
cler.aduertũt, nullam clericis ipſis facultatem competere de bonis Eccleſiæ diſponendi, & conſanguineis ipſis relinquendi, & diffusè pertractat Nico. de
Vbal.in tracta.de ſucceſsio.ab inteſtat.uenien.q.vi.
nu.xviii.& receptiorem ſententię atteſtatur, clericũ
ipſum in Eccleſiæ fructibus ſucceſſorem non habe-
9 re conſanguineum, ſed Eccleſiam ipſam, † cùm potius æquiparetur uſuario quàm domino uel uſufructuario. pro qua ſententia ſępius ex facto reſponſum
extat, atque deciſum. Oldr.conſi.ccxxvi.nu.vi.uerſ.
primò quia.& Gaſp.Calder. conſi.ii.de peculio clericis.

ric. poſt plures relatas opini. concludit, clericos de fructibus Eccleſiæ non conſumptis in detrimẽtum ipſius teſtari non poſſe.& Bal.conſil.clxxx. Præmittendum, in j. & Corn. onſ.cccxiiij.in iii.in princ.&
10 uer.his tamen . concludit, † donationem factam ab Epiſcopo Eugubino eius nepoti legitimam exiſtimari, dummodò ex peculio eius induſtria quæſito conſiſtat, aliàs non.& Alex.conſi. cxvi.lib.vii. egre-
11 giè in hoc argumento diſtinguit, & † Soc. conſ.xxxii. plures rationes adducit, cur clericus de bonis huiuſmodi teſtari non poſsit.& Barba.conſi.xx. col.ii.ad fi.& ſequenti in iii.parte adducens c.i.uer.quicquid uerò, de teſta. Franc.Curt.cõſ.xxvii.col.xii.concludit, clericum ipſum in patrimonialibus ueluti laicũ diſponere poſſe.& Zaſius conſi.ix.num.xx.& xxx.& xl.pro hac ſententia egregiè ratiocinatur, & Abbas conſ.lxxix. nume.xv.& Mant.conſ.clxxiii.num.v.in fi.& Rota deciſ.i.in nouis in titu. de reb.Eccleſ.non alie.ſecundum nouam impreſsionem in fine decidit,
12 † prælatum licèt in uita uſufructuarium , in morte tamen uſuarium cenſeri . & Guid.Pap.deciſ.cx. nu. iii.uerſicu. Eps uerò uel Abb. & Capic.deciſ.xcviii. nu.i.& ii.& in deci.ccccxlvi. parlamenti Dephinalis nu.i.ii.& iii.egregiè deciſum fuit , nullam prælatis facultatem competere de Eccleſię bonis diſponendi. & Boër.deciſ.lxxxii.in i.parte nu.vi.Ex quibus conſtat hanc ipſam donationem ſecundum receptam ſententiam nullius eſſe momenti.
13 Secundò † ab interdicto bonorum huiuſmodi cõmercio, concluſionem hanc probari poſſe non ambigitur, toto tit.de reb.Eccle.non alic.& cap. i.eo. tit. in vi.& Clementi.unica, eod. tit.ubi Card.& Io.ab Imol.aduertũt.& cap.ſine exceptione, & c.terrulas. xii.q.i.ubi Archid.& Card.aduertunt, quatuor caſus à generali illa prohibitione excipi . & Abb. poſt alios in c.nulli, nu.v.eo.tit.de reb.Eccle.non alic. at cùm in ſpecie Canon ipſe bona huiuſmodi donare prohibeat.d.c.nulli.uer.alienationis.& extrauaganti Pauli ij.de reb.Eccleſ.non alic.ut aduertit Fabia. de Monte in tract.de emptio.& uenditio. nu. cxii.in
14 prima parte.† quę ſanè legis prouiſiones negatiuè conceptæ efficaciorem legiſlatoria mentem oſtendere ſolent, c.cùm dilectus, de conſuetu.ubi Glo.in uer.à ſuſpenſis. Butr.Imol.& Abb.& l.i. ff. de offic. eius.uerſ.quæ uerò, conſequens eſt, hanc ipſam donationem nullius eſſe momenti, ueluti quę ſacrorum Canonum rationi repugnet.c.qui reſiſtit, xi.q.iii.& c.i.& ii.de maior.& obedi.& c.nam concupiſcentiã de conſtitu.ubi Abb.& Decius nu.v.vi.& vii.plures adducit.

Non obſtat diſpoſitio d.c.ad hęc, cum aliis huiuſmodi.quia immo inde probatur hanc ipſam donationem nullo modo ſubſiſtere cùm immoderata ſit, nec facta fuerit in caſibus ibi expreſsis, unde ceſſante Canonis ratione, legis ipſius diſpoſitio cõquieſcit l.cutels.ff.de capit.dimi.& l.adigere. ff. de iure patrona.& c.cũm ceſſante, de appellatio.ubi Abb.poſt ueteres Feli.& & Franc.

Secundò non urget authoritas Gloſ. in d.c.ult.de de offic.ordina.in vi.quia Archidi. Gemi.& Franc. atteſtantur illam ipſam Gloſſam receptiori calculo reprobari.& Abb.in d.c.i.de teſtamentis. & c. cùm in officiis, & d.c.relatum.§.licèt, de teſtamentis.

Ad ſecundum reſpõdeo clarè ex ſupraſcriptis inferri, nullum in huiuſmodi bonis fideicõmiſſum cõſtitui potuiſſe.d.c.i.de teſtam.& d.c.ii.& d.c.cùm in officiis, & d.c.relatum, il ii.ubi Canon omnino ꝓhibet, & d.auth. licentiam, clericos ipſos de bonis Eccleſiæ diſponere poſſe. & in Concilio Pictauieñ deciſum extat, ut nullus de clero ſiue populo Eccleſiaſtica bona iure cõſanguinitatis cõſequi poſſet, quod ibi Glo. in uer.iure, uerum intelligit , ſiue ex teſtamento , ſiue ab inteſtato : quippè quòd Summi Dei Sanctuarium hęreditario iure non deferatur.c.Apoſtolica, viii.q.i.& c.præſentium.de filiis presbyterorum, cum aliis huiuſmodi. Ex quibus clarè cõſtat ius Eccleſiæ omni caſu inconcuſſum eſſe debere.

Laus Deo.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legitimatio facta per Imperatorem uel ipſius Comitem Palatinum de conſenſu patris legitimati , an ualeat quando legitimatus et bona ſunt ſub alterius Principis ditione non recognoſcentis Cæſarem .& nu.ſeq.per totum conſilium.*

2 *Imperator olim dicebatur mundi dominus, omniumq; ſuperior, & hoc tam de iure quàm de facto.*

3 *Principes acquirunt iuriſdictionem cumulatiuè cum iuriſdictione Imperatoris, non autem abdicatiuè.*

4 *Quod non tollitur nec mutatur, firmum remanet.*

5 *Imperator retinet iuriſdictionem in Ciuitatibus Principum.& eſt comm.opi.*

6 *Principes in quibus caſibus uidentur eximere ſubditos ſuos ab Imperatoris iuriſdictione quò ad legitimationem, & in quibus non.& nu.ſeq.*

7 *Clerici non poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni alicuius laici etiam uoluntariè.*

8 *Clerici non poſſunt legitimari per Imperatorem , aut Comitem Palatinum ipſius, nec etiam filij clericorũ. et nume.17.*

9 *Citatio requiritur in legitimatione, illorũ inquàm quibus ius eſt quæſitum.& eſt comm.opi.*

10 *Imperator retinet iuriſdictionem in terris eorum Principum, in quibus ſeruantur leges Romanæ.*

11 *Imperator retinet etiam hodie iuriſdictionem quò ad ius directum in terris Principum, & apud eos eſt iuriſdictio quò ad ius utile.*

12 *Præſcribens acquirit ſolum utile dominium, uerumtamen illud perimit & extinguit directum.*

13 *Principes qui utile dominium præſcripſerunt , non recognoſcunt ius directum, quod eſt penès Imperatorẽ, quia illud per utile perimitur.*

14 *Imperator poteſt ciuitatem ab inuaſore uendicare uigore ſui directi iuris , licèt Princeps cuius ciuitas prius erat, non curaret illam uendicare.*

15 *Legitimare eſt de reſeruatis Principi.*

16 *Vaſallus unius Principis non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis alterius Principis.*

17 *Imperator non poteſt clericos legitimare nec eorum filios.& ſuprà nu.8.*

Legitimatio

18 *Legitimatio æquiparatur arrogationi.*

19 *Arrogatio & adoptio fit cum cauſa cognitione.*

20 *Doctoris dictũ intelligitur ſecũdũ legẽ, quam allegat.*

21 *Dux Mediolani non recognoſcit Imperatorem.*

22 *Legitimationis ad validitatem facta per Imperatorem in perſonam alicuius exiſtentis ſub alterius Principis ditione requiritur cõſenſus illius Principis. quod tamen intellige ut ibi.*

23 *Legitimationis ad validitatem ut ſuprà, an requiratur expreſſus Principis conſenſus, an verò tacitus ſufficiat.*

24 *Crotus in l. Gallus. §. et quid ſi tãtũ. ff. de lib. & poſthu. & ante eum nonnulli Doct. & Calder. conſi. iij. qui ad inuicem contradicunt, declarantur, & fœdere diſtinctionis concordantur.*

25 *Imperator legitimat ſeu reſtituit natalibus ſubditos Illuſtriſſimi Dominij Veneti, licèt Dominium ipſum nõ ſubſit Imperio, & hoc de conſuetudine, ſciente & patiente ipſo Dominio, & legitimationes validæ efficacesque ſunt tam factæ ab ipſo Imperatore quàm à ſuis Comitibus Palatinis.*

26 *Legitimatio debet fieri ex aliqua iuſta & rationabili cauſa, quando exiſtunt filij legitimi & naturales. & eſt magis communis opi. & uide nu. 29.*

27 *Cauſa iuſta & probabilis cenſetur, quæ habetur ex fide digna relatione.*

28 *Voluntas teſtatoris ſuum debet ſortiri effectum.*

29 *Legitimatio quòd ſit iuſta & probabilis, ſufficit patris voluntas, licèt exiſtant alij filij legitimi. & eſt verior opin.*

30 *Citatio filiorum legitimorum quando requiratur, & quando non, in legitimatione filij naturalis patre conſentiente facta. & de comm. opi. & nu. 33.*

31 *Soc. & Pariſ. in conſi. ibi. alleg. declarantur.*

32 *Dec. conſi. cccvij. exornatur.*

33 *Legitimatione in ipſa filij naturalis patre conſentiente, quando requiratur citatio filiorum legitimorum & quando non, & de communi opi. & ſuprà nu. 30.*

34 *Citatio non requiritur in legitimatione facienda, quãdo Comes Palatinus poteſtatem habet legitimandi citatis & non citatis his, de quorum præiudicio agitur.*

35 *Hæreditas patris ſtatim acquiritur filio iure ſuitatis abſque alia aditione.*

36 *Legitimandi poteſtatem habens illegitimum in vita patris, eo ſcilicet conſentiente, habet etiam poteſtatem legitimandi eum in diſpoſitionis executione factæ per patrem, puta, cum in teſtamẽto ordinauerit quòd legitimetur.*

37 *Expreſſum ſatis dicitur, quod in conſequentiam verborum uenit, & colligitur.*

38 *Spurij dicuntur largo modo filij naturales.*

39. *Verba ſunt intelligenda ſecundum communem uſum loquendi.*

40 *Filius naturalis dicitur ſecundum cõmunem uſum loquendi, qui natus eſt ex ſoluto & ſoluta, quamuis non retenta in ſchemate concubinatus.*

41 *Filij naturalis appellatione in legitimatione ipſa intelligimur de quolibet nato ex ſoluto & ſoluta, etiam non retenta in domo in ſchemate concubinæ.*

42 *Filius naturalis poteſt inſtitui hæres ſub conditione, ſi legitimabitur. & nu. 44.*

43. *Hæredis in inſtitutione pura, requiritur habilitas trium temporum, videlicet teſtamenti, mortis, & aditionis.*

44. *Hæredis inſtitutio purè facta filij naturalis non valet nec per ſubſequentem legitimationem cõualidatur. fall. tamen.*

45. *Filius naturalis ſi inſtituatur tanquàm legitimus, illa inſtitutio habet conditionem, ſi legitimatio eius ſit valida.*

46. *Diſpoſitio loquens de legitimato per oblationem curiæ extenditur ad legitimatum per reſcriptum. & eſt comm. opi. ſed nu. ſeq. de contraria magis comm.*

47 *Tex. in l. communium. §. fin. C. de natu. lib. & §. quoniã variæ, in auth. quomo. natu. effic. leg. exornantur. & nu. præced.*

CONSILIVM CV.

CLEMENTISSIMI REDEMPTORIS inuocato pręſidio.

QVIA inter plura, quæ per partem aduerſam adducũtur ad inpugnãdam legitimationem Mambriani de Godis, & inſtitutionem de eo factam in teſtamento quondã D. Conſtãtini eius patris, præcipuum fundamentum, quo nititur ad impugnationem dictę legitimationis eſt, quòd ideo cenſeri debeat inualida, quia facta per Comitem Palatinum Imperatoris & ipſe Mambrianus, & bona de quibus agitur, exiſtunt ſub ditione Sereniſsimi Dominij Venetorum non recognoſcentium Imperatorem, quod primo aſpectu uidetur multùm urgere, & in quo variæ uidentur Doctorum opiniones, icciréò prius immorabor in reſolutione huius fundamenti, deinde deueniam ad reſolutionem reliquorum, quę minus urgent, & ſatis læuia & fragilia exiſtunt. Quibus omnibus diſſolutis uera & indubitata apparebit cõcluſio firmata per Sp. Iur. Doctorem Do. Franciſcum Merzarium mihi uti fratrem honorandum, uidelicèt quòd legitimatio, & inſtitutio Mambriani ſint efficaces & validæ.

Deueniendo ad primum: Pro clara & aperta reſolutione huius fundamẽti, oportet rem altius exordiri, & plenius attingere illum articulum ſatis tritum, at inuolutum, uidelicèt an & quando valeat legitimatio facta per Comitem Palatinum Imperatoris de conſenſu patris, quãdo legitimatus & bona de quibus agitur, exiſtunt ſub ditione alterius Principis non recognoſcentis Imperatorem: nam ex diſcuſsione præſentis articuli reſultabit clara & aperta reſolutio. Ad iſtud primum & præcipuum fundamentũ quo innititur pars aduerſa ad impugnationẽ huius legitimationis, pro manifeſta comprobatione prædictæ concluſionis, quòd præſens legitimatio ſit admodùm ualida, dico quòd † circa prędictũ

1 articulum, an ualeat legitimatio facta per Comitem Palatinum Imperatoris de patris conſenſu, quando legitimatus, & bona de quibus agitur, exiſtunt ſub ditione alterius Principis, qui non recognoſcit Imperatorem, variæ & diuerſæ primo aſpectu uidentur

Doctorum

Doctorum opiniones, nam opinionem hanc negatiuam, quòd legitimatio non ualeat, nidentur tenuiſſe Bart. in l. qui in prouincia. §. Diuus. ff. de ritu nnpt. & Iacob. Butr. in l. iii. ff. de off. Prçſi. & Abb. in cap. per venerabilem, eatrà qui filij ſint legitimi poſt alios, quos referunt. & eandem uidentur tenuiſſe Bal. in l. j. C. de iur. ann. aur. & in l. eã quã, col. vij. C. de fideicõ. & Corne. cõſ. viiij. col. iiij. in iiij. & conſ. l. nu. ii. & iij. Franc. Curt. ſenior conſi. lav. columna aiij. & duabus ſequentib. Iaſ. conſ. lxa. colum. ii. in ii.. Deci. conſ. cl. col. ij. Rui. conſ. laxxviij. in iij. Pariſ. conſi. ij. nu. aiij. in ij. uol. Soci. iun. conſ. acix. & conſi. 100. in ſecunda parte, poſt plures alios, quos referunt.

At cõtrariam opinionem affirmatinam, ꝙ ualeat legitimatio, uidentur tenuiſſe Barto. conſi. lxav. poſt Iaco. de Belui. quem refert Bal. in proœ. C. & in cõſ. lvij. in ij. Salic. in d. proœ. & in l. j. C. de iur. aur. ann. Pau. de Caſt. conſ. ccaa. ſecundum antiqnam impreſſionem, ſed ſecundum nouam, eſt conſil. clxaa. quod incipit Super eo de quo quæritur, col. ij. in j. uolu. & conſ. cxav. Dubitatur primò, ſecundum eandem impreſſionem, poſt plures alios, quos refert. quam opinionem ſequuntur Alexan. conſil. al. nu. avij. in vij. Deci. conſt. lij. & conſi. lv. col. iiij. & conſil. ccvij. nu. vij. & conſi. cccvij. col. iij. Iaſ. conſi. cx. in fin. in iiij. Pariſ. conſi. j. nu. vj. & viij. in ij. & conſi. x. nu. caciij. in quarto, poſt plures quos referunt. Dico igitur, ꝙ licèt (ut diai) uideantur uariæ Doctorum opiniones circa præſentem articulum, quòd tamen dictæ opiniones non ſunt contrariæ, & fœdere diſtinctionis ad concordiam reducuntur. ea qua diſtinctione & concordia reſultabit, quòd nec lea aliqua nec ratio, nec ulla Doctorum authoritas obſtabit quominus præſens legitimatio Mambriani facta per clariſſimum D. Iacubum Cornelium Patricium Venetum & Comitem Palatinum Imperatotis in exequutione teſtamenti dicti quondam Do. Conſtantini eius patris, ſit & dicatur ualida, non obſtanre quòd ipſe Mambrianus legitimatus & eius pater, & bona de quibus agitnr, extiſtant ſub ditione Sereniſsimi Dominij Venetnrum non recognoſcentium Cæſarem.

Ad comprobationem huius qnod dico, & ꝑ perfecta reſolutione articuli, præmitto duas concluſiones, quę ſunt uerę & indubitatę, & patent ad ſenſum.
2 Prima eſt, †quòd olim Imperator habuit omnem iuriſdictionem in terris ſubiectis ditioni borum Principũ, qui illum non recognoſcunt, ſaltem antequàm illæ terræ ſubiicerentur ipſis Principibua nunc Imperatorem non recognoſcentibus; & eo tempore de iure & de facto dicebatur mundi Dominus. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. & de iure & de facto dicebatur ſummus ſuperior, ut dicit Bal. in l. pen. C. de bon. quæ libe. Bar. in proœm. fforum, col. ij. & in extrauag. Ad reprimend. uerſi. Totins orbis. & ſuam iuriſdictionem poterat exercere de iure & de facto in qualibet parte mundi, ſecũdum Bal. in c. j. de pac. iur. fir. & c. j. de nat. feu. & c. j. qui fen. dar. poſſ. Quæ concluſio non poteſt in dubium reuocari, qnoniam manifeſtum eſt, quòd ante donationem Conſtantini factam Eccleſiæ, Imperator habebat omnẽ iuriſdictionem in terris, quæ nunc Eccleſiæ ſubditæ ſunt, etiam quòad temporalem iuriſdictionem. Et ſimiliter manifeſtum eſt, quòd antequàm ciuitates & oppida ſubiicerentur huic Sereniſsimo Dominio, uel ſaltem anteqnàm ſubtraxiſſent ſe à ſubiectione Imperatoris, Imperator habuit omnem iuriſdictionem in ciuitatibus ſubditis Sereniſs. Dominio, & in aliis ciuitatibus ditioni aliorum Principum.

Secunda eſt concluſio, ꝙ dum iſti Principes non recognoſcentes Imperatorem, acquiſiuerunt ciuitates ſibi ſubditas, & oẽm poteſtatem & iuriſdictionẽ in ipſis cinitatibus de iure per priuilegium, ſeu præſcriptionem, aut de facto, abdicarunt iuriſdictionem Imperatoris ſolùm quòad illos actus, in quibus uoluerunt abdicare, ſed quòad illos actus in quibus noluerunt abdicare iuriſdictionem ab Imperatore, clarum eſt, quòd Imperator illam retinuit, & adhuc retinet. Iſta concluſio non ſolùm probatur authoritate
3 & lege, ſed etiam patet ad ſenſum. † Nam primò probatur, quia hi Principes acquirunt iuriſdictionẽ & poteſtatem cumulatiuè cum Iuriſdictione & poteſtate Imperatoris, non autem abdicatiuè, id eſt abdicando iuriſdictionem & poteſtatem ab Imperatore, ut determinat Ang. in l. hoc autem, in fin. ff. de ſeru. vrb. præd. & Deci. conſi. ccvij. ſenſus huius dicti eſt, quòd omnimoda poteſtas & iuriſdictio horũ Priucipum in ciuitatibua ſuæ ditionis ſe compatitur cũ iuriſdictione & poteſtate Imperatoris in eiſdem ciuitatibus. Et quamuis Principes propter ſuã omnimodam poteſtatem & authoritatem, quam habent in ciuitatibus ſibi ſubditis poſsint eaimere ciuitates & ſubditos ſuns ab Imperatoris iuriſdictione quòad eos actns, à quibus uoluerunt eaimere, tamen quòad eoa actus, à quibus Principes ipſi noluerunt eaimere ſubditos ſuos, Imperator dicitur retinere inter eorum ſubditos ſuam iuriſdictionem quòad illos actus inter eorum ſubditos: quia ſua iuriſdictio ſe compatitur cum omnimoda iuriſdictione & authoritate ipſorum Principũ. Nam attento ꝙ Imperator anteà habuit oẽm iuriſdictionem, ſequitur, ꝙ licèt ceſſet eius iuriſdictio quòad illos actus, à quibus Principes ipſi noluerunt eximere ſuos ſubditos ab Imperatoris iuriſdictione, tamen negari nou poteſt, quòd Cæſar illam retinnit, quòad illos actus, à quibus noluerunt ſubditos ſuos eaimere. quia ſi Principes ipſi dimittunt, & nõ abdicant iuriſdictionem Imperatoris, quòad aliquos actua, quis poteſt negare quin adhuc ſtet & permaneat eius iuriſdictio
4 quòad illos actus? †quod enim non tollitur nec mutatnr, firmum remanet. l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus, ad fin. C. de appell. & in auth. de admi. off. §. fin. Hinc uidemus, ꝙ dum Principes ipſi permittũt, quòd in ciuitatibus ſibi ſubditis uigeant & ſtent leges Romanæ, & quòd ſuę ciuitates utantur & ſubſint dictis legibus, quæ pendent ea Imperatoris iuriſdictione certè nidentur permittere, quòd adhuc in ciuitatibus ſtet & permaneat iuriſdictio Imperatoris, quòad dictas leges Romanas: et quòd ciuitates permaneant ſubditæ Imperatotis iuriſdictioni quòad dictas leges. hoc, ultrà quòd patet ad ſenſum, decidit Barto. in l. hoſtis. ff. de capt. Salice. in proœm. C. & nullus eſt, ꝗ cõtrariũ dicat, uel ꝗ poſsit contrariũ dicere.

dicere. Nam quō dici poteſt ſublatā eſſe illā iuriſdictionē Imperatoris ex ciuitatibus Principum ditioni ſubditis, quā Principes ipſi noluerūt tollere, & pmiſerūt retinere, & ſubditos ab illa iuriſdictione Imperatoris noluerunt eximere?

Nec uideri debet inconueniens, ꝙ ciuitates ſubditæ ditioni Principum permaneant ſubditæ iuriſdictioni Imperij Romani quòad aliquos actus, quia hoc non lędit nec diminuit oīmodam ptātem & authoritatē ipſorū Principū: quia p hoc nō præſuppoit, quin Principes ipſi nō habeāt authoritatē & poteſtatē eximēdi quoties ſibi uiſum fuerit ciuitates & hoīes ſuæ ditionis ab oī et tota iuriſdictione Imperij Romani, etiam quòad ipſas leges Romanas, tollēdo oēs leges Romanas ex uniuerſa ſua ditione. ſed ſolū pſupponimus, ꝙ donec Principes ipſi non eximūt ciuitates & hoīes ſuæ iuriſdictionis à iuriſdōne Imperij Romani quòad ipſas leges, ſed permittūt ꝙ ſtent leges Romanæ, uidētur ēt permittere, ꝙ ſtet iuriſdō Imperij Romani & ipſius Cæſaris, quòad dictas leges Romanas. & Imperator Romanus nō dicetur retinere dictā iuriſdōnem cōtra uolūtatē ipſorum Principum, ſed ex eorum permiſsione & uolūtate quatenus permittunt ꝙ ſtent leges Romanæ, & ipſius Imperatoris iuriſdictio quòad dictas leges.

5 † Et hoc eſt, quare cōiter Docto. dicunt Imperatorem retinere iuriſdictionē in ciuitatibus horū Principum, dum in ipſis ciuitatibus ſtant & uigent leges Romanæ, ut per Bar. in d. l. hoſtes. & in proœ. ffor ū, & in extrauag. Ad reprimend. uerb. totius orbis, per Bal. in c. j. de pac. iur. fir. in uſib. feu. Salic. in proœ. C. Deci. in d. conſ. ccvij. Pariſ. in d. conſi. x. cum infinitis concordantibus.

Ex iſtis duabus concluſionibus quæ ſunt admodum indubitatę, ſequitur neceſſariò ꝙ licèt in his caſibus, in quibus noluerunt tollere Imperatoris iuriſdictionem uoluntariā quòad legitimationē & ſubditos ſuos ab Imperatoris iuriſdōne eximere, Imperator non retinuerit iuriſdictionē quòad huiuſmodi actus legitimandi, ex quo Principes ipſi dum acquiſiuerūt oēm ptātem in ciuitatibus, & hoībus ſuæ ditionis, acquiſiuerunt ēt ptātem eximēdi ſuos ſubditos à ſubiectione & iuriſdictione quòad actus legitimādi, ſicut acquiſiuerunt ptātem eximendi quòad alios actus; tñ in caſibus in quibus Principes ipſi noluerunt tollere Imperatoris iuriſdictionem uolūtariā quòad actus legitimationis, nec ſubditos ſuos à dicta Imperatoris iuriſdictione quòad legitimationem eximere, Imperator Romanus ex uoluntate & permiſsione ipſorum Principum dicetur retinere & exercere in eorum ciuitatibus hanc uoluntariam iuriſdictionem circa actus legitimationis. ita colligitur ex prædictis duabus concluſionibus, & patet ad ſenſum. Nam dum eximūt ſuos ſubditos ab Imperatoris ſubiectione quòad quoſcūq; alios actus, & nō eximūt quòad leges Romanas, nec quòad hāc iuriſdictionem uolūtariā circa legitimationem, ſequitur ꝙ tacitè & in conſequentiā uideantur permittere ꝙ Imperator retineat iuriſdictionē quòad leges Romanas, & quòad ltimationē, & ꝙ ſubditi ſui permaneāt ſubditi Imperij Romani quòad dictam iuriſdōnē. l. cùm Prætor. ff. de iudi. c. nonne benedicimus, extrà de præſumpt. ſequitur ēt ꝙ in caſibus in quibus Principes ipſi noluerunt eximere ſubditos ſuos ab Imperatoris ſubiectione & iuriſdictione quòad actum legitimationis, ꝙ tūc legitimatio facta per Imperatorē uel eius Comitē Palatinū inter hoīes & bona ditionis horū Principū dicetur facta inter non ſubditos & abſq; cōſenſu & licentia ipſorū Principum, immo cōtra eorū uolūtatē. Nam, cùm in caſu iſto ſuæ ditionis hoīes ſint exēpti per ipſos Principes ab Imperatoris iuriſdictione nullo mō cenſeri poſſunt ſubditi Imperatoris quòad hanc iuriſdōnem. Et dū Principes in his caſibus uoluerunt abdicare iſtam iuriſdōnē ab Imperatore quòad hoīes & bona ſuæ ditionis, apparet ꝙ noluerūt ut Impator illā exerceat inter hoīes & bona ſui Principatus. & in iſtis caſibus abſq; dubio ltimatio Comitis Palatini eſſet inualida tanquàm facta inter non ſubditos contra uoluntatē Principum ſub quorum ditione exiſtunt, & procedit illa opinio negatiua. & in iſtis terminis præcisè loquūtur Docto. qui ſequuntur partem negatiuam, & procedunt omnia fundamenta, quę per eos adducuntur ad comprobationem huius opinionis negatiuæ, quòd non ualeat legitimatio, ut infrà declarabitur.

Sed in caſibus in quibus Principes ipſi noluerunt eximere ſubditos ſuos ab Imperatoris iuriſdōne uoluntaria quòad huiuſmodi actus ltimationis, tunc legitimatio facta per Imperatorem uel eius Comitem Palatinū inter hoīes & bona ditionis horū Principū dicet facta inter ſubditos Imperatoris, ſaltim quòad hāc iuriſdctionē uolūtariā circa ltimationē, & ex pmiſsione & licētia ipſorū Principū. Nam, dū Principes ipſi nō eximerūt ſubditos ſuos à dicta iuriſdōne uoluntaria, ſequitur, ꝙ dimittūt illos ſubditos Imperio Romano quòad huiuſmodi ltimationē, ut dictū fuit. Et dum permittunt ꝙ Imperator in eorū ditione retineat hāc iuriſdictionē uolūtariā abſq; dubio Ceſar de eorū licētia & pmiſsione uidebitur illā exercere inter homines & bona exiſtentia ſub ditione ipſorū, & propterea abſq; dubio ualebit dicta legitimatio tanquā facta inter ſubditos Imperatoris quòad hāc iuriſdictionem uolūtariā circa ltimationē, & ex pmiſsione & licētia dictorū Principū: & procedit illa opinio affirmatiua, ꝙ ualeat legitimatio: & in iſtis terminis loquuntur oēs Docto. qui ſequuntur opinionē affirmatiuā. quinimmo oēs Docto. cōueniūt in hoc, ꝙ ualeat legitimatio dummodò dicatur facta inter ſubditos, & de licētia Principis, ſub cuius ditione exiſtunt legitimatus, & bona de quibus agitur, ut infrà declarabitur.

Apparet igitur ex pdictis, ꝙ tota reſolutio pñtis articuli, an & quādo ualeat legitimatio facta per Comitē Palatinū Imperatoris de conſenſu pris, & an ſit ualida, quando legitimatus & eius pater, & bona de quibus agitur, exiſtūt ſub ditione Principis non recognoſcentis Imperatorē, conſiſtit in diſcuſsione & declaratione, qui ſint caſus in quibus Principes uideātur noluiſſe eximere ſubditos ſuos ab Imperatoris iuriſdictione uoluntaria circa actum legitimationis, & qui ſint caſus in quibus non uideātur uoluiſſe eximere, quia primo caſu legitimatio erit inualida, ſecundo abſq; dubio erit ualida. Videamus igitur

tur qui ſint caſus in quibus Principes uideãtur exi-
mere ſubditos à dicta Imperatoris iuriſdictione cir-
ca legitimationem, & in quibus Cęſar vr̃ illã exerce-
re in eorum ditione contrà & aduerſus ipſorum uo-
luntatem abſq; licentia & permiſsione eorum; & ca-
ſus in quibus non uidentur exemiſſe ſubditos ſuos à
dicta iuriſdictione, & in quibus Imperator de eorũ
permiſsione & licentia uideatur exercere hanc iuriſ-
dictionem circa legitimationem inter perſonas &
bona exiſtentia ſub ditione horum Principum. Nam
ex declaratione horum caſuum concordabuntur oẽs
Doctorum deciſiones circa iſtum articulum, q̃ uidẽ-
tur contrariæ, & diſſoluentur oĩa fundamenta, q̃ hinc
inde pro utraq; opinione adducuntur. & apparebit
quòd in terminis huius legitimationis Mambriani,
de qua contenditur, legitimatio dicetur facta per Co
mitem Palatinum Imperatoris inter ſubditos Impe-
rij Romani quòad iſtam legitimationem, & de licen
tia & permiſsione Sereniſs. Dominij Venetorum; &
per conſequens, ꝙ nulla poſsit eſſe dubitatio, qm̃ ſit
& cenſeatur ualida & efficax.
6 Dico igitur ꝙ plures ſunt caſus, † in quibus Prin-
cipes uidentur eximere ſubditos ſuos ab Imperato-
ris iuriſdictione uoluntaria quòad legitimationem.
Primus eſt, qñ expreſsè facerent decretum uel cõſti-
tutionẽ, ꝙ ſubditi ſui non poſsint lĩtari ꝑ Imperato-
rem uel eius Comitẽ Palatinũ, & ꝙ lĩtimationes Im-
peratoris eſſent inualidæ quòad pſonas & bona ſuæ
ditionis. Nam iſto caſu uiderentur eximere ſubdi-
tos ſuos à dicta Imperatoria iuriſdictione uolunta-
ria quòad legitimationem, & illam ab ipſo Cæſare
in ſua ditione abdicare, & Cæſar diceretur illã exer-
cere in ditione horum Principum contra ipſorũ uo
7 luntatem. † Exemplum eſt, dum per ius Pontificium
cautum eſt, ꝙ clerici non poſsint ſe ſubmittere iu-
riſdictioni alicuius laici, ẽt uoluntariè, & ne quis iu-
dex laicus poſsit habere iuriſdictionem quãuis uo-
luntariam in clericũ. c. at ſi clerici. c. cùm non ab ho-
mine, extrà de iudic. cap. ſecondo, & cap. ſi diligenti,
extrà de for. compe. certè uidetur etiam diſpoſitum
quòd nec Imperator, nec eius Comes Palatinus poſ-
ſint exercere hanc iuriſdictionem uoluntariam in le-
gitimando dictos clericos, ſed quòd cenſeantur oĩo
8 à dicta iuriſdictione exempti. † & propterea nõ te-
net lĩtimatio clerici facta per Comitem Palatinum
Cæſaris, ut determinat Deci. in d. conſ. cl. & Pariſ.
cõſ. ij. in ij. uol. & iſte eſt caſus nr̃; non enim exiſtunt
aliqua decreta uel conſtitutiones Sereniſs. Dominij,
quibus caueatur, eorũ ſubditos non poſſe legitimari
per Imperatorem aut per ſuos Comites Palatinos,
& quòd legitimationes Imperatoris & ſuorum Co-
mitum Palatinorum ſint in ſua ditione inualidæ.
Alius caſus eſt, quãdo exiſtunt leges & conſtitu-
tiones ipſorũ Principum, quæ excluderent naturalẽ
filium à ſucceſsione aliquorum bonorum uel ab ali
quibus aliis actibus: nam quòad dictam ſucceſsionẽ
& dictos in bonis de quibus agitur, & qui non cõſen
9 tiũt legitimationi, † ex quo in hac legitimatione exi-
gitur citatio iſtorum quibus eſt ius quęſitum, ut cõ-
cludunt Bart. & cõiter Docto. in l. Gallus. §. & quid
ſi tñ. ff. de lib. & poſth. & Imperator non habet iu-
riſdictionem aliquã in perſonis & bonis exiſtenti-
bus ſub ditione horum Principũ, quòad illos actus,
qui exigunt citationem, ut ſtatim dixi, & hic ẽt non
eſt caſus noſter, quia agit̃ ſolùm de admittendo iſtũ
Mambrianum legitimatũ ad ſucceſsionẽ patris, q. cõ
ſenſit legitimationi in ea parte bonorum, in qua fue-
rat inſtitutus, de qua pater liberè poterat in quemli-
bet quamuis extraneum diſponere, & nulli erat ius
quæſitũ in ipſa parte bonorũ, q̃a erat p̃ter & ultra le-
gitimã iure naturæ debitã, quã D. Conſtantia filia le-
gitima & naturalis habuerat in alia parte bonorum.
Cõſtat enim quòd filius legitimus & naturalis cui pr̃
reliquit legitimam, non habet aliquod ius in aliis bo
nis contra uoluntatem, ſed pr̃tẽ poſſe de illis liberè
diſponere. l. cùm quæritur. & l. parentibus. & l. om-
nimodò. C. de inoff. teſtam.

Quartus ẽt eſt caſus, quãdo agerẽt, nõ ſolũ de ad-
mittendo legitimatum ad ſucceſsionem patris q. cõ-
ſenſerit lĩtimationi, ſed ẽt ad ſucceſsionẽ agnatorũ, q.
nõ conſenſiſſent legitimationi. Et hic caſus põt eſſe
dubius, an uideant̃ Principes permiſiſſe ꝙ Impera
tor hẽat, & exerceat iuriſdõnẽ uoluntariã circa legi-
timationem quòad actũ, ut legitimatus poſsit ſucce-
dere agnatis, q. nõ cõſenſiſſent lĩtimationi, & an cen-
ſeri dẽat abdicaſſe iuriſdõnẽ p̃dictã ab Impatore, &
agnatos p̃dictos, q. nõ cõſenſerũt lĩtimationi, & eorũ
bona exemiſſe à dicta Imperatoris iuriſdõne circa le
gitimationẽ. quẽ caſum nõ diſcutio, quia nõ ꝑtinet
ad ꝓpoſitũ pñtis cõſultationis; & ẽt hic caſus nõ eſt
caſus nr̃; quia hîc nõ agit̃ de admittẽdo Mãbrianum
legitimatũ ad ſucceſsionẽ agnatorũ, q. nõ cõſenſerũt
legitimationi, ſed ſolũ agit̃ de admittẽdo eũ ad ſuc-
ceſsionẽ pr̃is in ea pte bonorũ ꝓ qua fuit inſtitutus.
In iſtis caſibus, maximè in tribus primis lĩtimatio fa-
cta ꝑ Imperatorẽ uel eius Comitẽ Palatinũ diceret̃
facta ſine pmiſsione & licentia Principis, ſub cuius
ditione exiſtũt legitimatus & bona de quibus agr̃: im
mo cõtra eius uolũtatẽ, & inter pſonas nõ ſubditas: &
ꝓpterea eſſet inualida. niſi impetrata fuiſſet licẽtia ab
ipſo Principe, quòad illã legitimationẽ in ſpecie, &
ut ſtatim declarabo oẽs deciſiones Doctorum. & oĩa
fundamenta & rõnes, quæ adducunt̃ ꝓ iſta parte ne-
gatiua, militãt & ꝓcedũt ſolũ in altero prædictorum
caſuũ. Caſus aũt in quo Principes nõ uident̃ exemiſ-
ſe ſubditos ſuos ab Imperatoris iuriſdõne uoluntaria
circa lĩtimationẽ, & in quo Imperator uideatur exer-
cere iuriſdõnẽ circa lĩtimationẽ de ipſorũ Principum
licẽtia & permiſsione, eſt vnus tñ, uidelicet, qñ oẽs
ceſſant caſus prædicti, quia nõ exiſtat aliquod decre-
tũ horũ Principũ, quod aduerſet̃ lĩtimationi quæ fie-
ret per Imperatorẽ uel per eius Comitẽ Palatinũ, &
agitur ſolùm de admittendo lĩtimatũ ad ſucceſsionẽ
pr̃is in ea parte bonorũ, de quibus pr̃ ipſe liberè pote
rat diſponere aduerſus defectũ inductũ, ſolũ per le-
ges Imperiales. & rõ huius eſt, quia cùm nulla exiſtat
lex uel cõſtitutio horum Principum, per quã auferat̃
huiuſmodi iuriſdõ uoluntaria quòad lĩtimationẽ ab
ipſo Imperatore, uel q̃ cõtradicat uel aduerſum legi-
timationem, quæ per ipſum fieret; eùm etiam exer-
ceatur iuriſdictio uoluntaria quòad legitimationem
abſque actu citationis, attento quòd non agitur de
præiudicio alterius, ſed ſolùm de præiudicio patris,
q. cõſenſit lĩtimationi, & de eius ſucceſsione in bonis

de quibus liberè pōt diſponere, certè nullo mō pōt di
ci ꝙ Principes ipſi uoluerint eximere ſubditos ſuos
ab hmōdi Impatoris iuriſdictione uolūtaria quòad
ltimationē in caſu iſto, nec illā iuriſdōnē uolūtariā
ab Imperatore abdicare, cū nullos actus fecerint, ꝑ
quos poſsit apparere, ꝙ hēant volūtatē eximēdi ſub-
ditos ſuos ab Imperatoris iuriſdōne quòad actū ltī-
mādi in caſu ꝑdicto, nec illā abdicādi ab ipſo Impa-
tore. vnde ſequit̄, ꝙ uideant dimiſiſſe illā iuriſdōnē
Imperatori, & ꝑmiſiſſe ꝙ illā exerceat in eorū ditio-
ne, & ꝙ hoīes ſuæ ditionis ſint & permaneāt ſubditi
Imperatoris quòad actū ltīmādi in caſu ꝑdicto; quia
dū illā Imperatoris iuriſdictionē nō tollūt, uidētur
ꝑmittere ꝙ ſtet & remaneat, & ꝙ Imperator illā re-
tineat, d. l. ꝑcipimus. §. fi. C. de app. d. l. ſancimus. C,
de teſta. & quia dū iuriſdōnē quòad alios actus adi-
mūt, & quòad illū actū ltīmādi in caſu prædicto nō
adimūt. in cōſequētiā uident̄ dimittere. l. cū Prętor.
ff. de iudi. d. c. nōne bene dicimus, extrà de ꝑſumpt,
Dum enim nō adimūt, uident̄ cōſentire ꝙ Impera-
tor illā hēat & retineat. l. quā Tuberonis. §. ſunt qui-
dā. ff. de pec. & tātò magis illud dicēdū eſt, dum ipſi
Principes patiunt̄ ltīmationē factā ꝑ Imperatorē uel
eius Comites Palatinos ſortiri effectū in hoībus ſuæ
ditionis: quia ex hac patientia & taciturnitate col-
ligit̄ conſenſus, ꝙ Imperator retineat & exerceat di-
ctā iuriſdictionē uolūtariā, quòad iſtū actū ltīmādi
in hoībus & bonis ſuę ditionis, maximè cū hoc nul-
lū afferat ꝑiudiciū ipſis Principibus, ut ſuprà dixi, &
latius infrà declarabo. l. q patitur. ff. mand. l. j. §. ſcie-
tiā. ff. de trib. l. j. §. magiſtratus. ff. de exerci. l. q bona.
§. cū iuſta. ff. de dam. inf. l. Sabinus. ff. cōmu. diuid. l.
Labeo, cū Glo. ff. de aq. plu. arc. d. l. quā Tuberonis,
§. ſunt quidā. Bar. & Doct. in l. quę dotis, col. pen. ff.
10 ſol. mat. † Accedit, quia dū Principes ipſi permittē-
do ꝙ in ſua ditione uigeant & ſtent leges Romanæ,
uidētur permittere ꝙ Imperator in eorū ditione re-
tineat iuriſdictionē quòad leges Romanas. Barto. in
l. apud hoſtes. ff. de capt. Sali. in procem. C. & dictum
fuit ſuprà, ꝑ quas leges Romanas inducitur defectus
in iſtis filiis naturalibus & illtīmè natis; igitur ēt ui-
dētur ꝑmittere ꝙ habeat & retineat iuriſdictionem
uolūtariā, ꝑ quā poſsit media ltīmatione tollere in
legitimato defectum inductū per ipſas leges Roma-
nas, quæ pendent ab eius iuriſdictione; ut ſicut Impe
ratoris iuriſdictio per ſuas leges afficit & inficit iſtū
filiū illegitimè natum, & inducit defectū, eadē Impe
ratoris iuriſdictio reficiat & tollat ipſum defectum.
arg. l. prout quiſque. ff. de ſolut. & l. nihil tam natu-
rale. ff. de reg. iur. & iſto argumento utitur Salice. in
procem. C. & Paul. de Caſt. in d. conſi. ccccl xviij. col.
viij. & Deci. in d. conſ. cccvij. Pariſ. d. conſ. x. licèt nō
ita explicitè deducant.

Accedit ꝙ in caſu iſto legitimatio Impatoris uel
ſui Comitis Palatini nulli præiudicat, niſi patri, qui
conſenſit legitimationi. non enim ꝑiudicat agnatis
uel aliis, q ceſſante dicta legitimatione admiſsi fuiſ-
ſent ad ſucceſsionē & bona pr̄is, quia ipſi nullū ius
habent in dictis bonis, & pr̄ ltīmati liberè poterat de
illis bonis diſponere, & illos excludere, ꝓut uoluit
& intendit excludere conſentiendo ltīmationi: ita ꝙ
non diceret̄ fieri ꝑiudicium illis agnatis per dictam
ltīmationē, ſed ꝑ uolūtatē & diſpōnē pr̄is, q potuit
de ipſis bonis ad libitum ſuæ uoluntatis diſponere:
ut dicebat Bal. in proœ. C. & Frāc. Cur. in d. cōſ. lxvi
col. xvj. & oēs Docto. tenentes partē affirmatiuā pro
legitimatione. Non ēt ꝑiudicat in aliquo Principi-
45 eſficiantur legitimi.† Hinc eſt, quòd quoties pater inſtituit filiũ naturalẽ tãquã lĩmatũ, illa inſtitutio hẽt iſtã cõditionẽ,ſi lĩmatio eius ſit ualida, q̃a ubi eſſet inualida,nec etiam ualeret inſtitutio. Pau. de Caſt.in l.eam quã.C. de fideicom. quẽ ibi ſequitur Iaſ.col.ii. Dec.cõſ.ccccliii.in fi.& conſi.cclxxviii. col.ii. Pariſ.conſil.aii.nu.ccxxvii.in ii. Cùm igitur inſtitutio iſta cenſeatur facta ſub conditione ſi legitimabitur, ex quo inſtituit illum uti legitimãdũ, neceſſariò ſequitur quòd confirmabitur per ſubſequẽtiam legitimationis, prout confirmatur quando explicitè inſtituitur ſub illa conditione,ſi filius legitimabitur,& in hoc non poteſt eſſe dubitatio.

Secunda eſt oppoſitio ꝙ uigore dictæ inſtitutionis nõ poſſit relinqui plus Mãbriano lĩmato, q̃ D. Cõſtãtię filię lĩmę & ꝙ illud plus,quod fuit relictũ Mãbriano ꝑ dictã inſtitutionẽ ſit applicãdũ Cõſtãtię filiæ lĩmę:quẽadmodũ dicimus in filio lĩmato per oblationẽ curię, cui ex teſtõ pr̃ non põt relinquere plus q̃ uni ex filiis lĩmis,cui minus fuerit relictũ. l. cõium.§.fi.C.de nat.lib.& §.qm̃ uariæ,in auth.quo.
46 nat.eff.leg.† nam deciſio d.§.fi.q̃ loquit̃ in lĩmato ꝑ oblationẽ curiæ extẽdit̃ ad lĩmatũ ꝑ reſcriptum. Ang.ĩ d.§.& qm̃ uarię,& Bal.c.ꝑ tuas extra de maio. & obe.quos refert,& ſimpliciter trãſit Alex.in l.ſed ſi hac.§.pen.ff.de in ius uo.& ĩ l.ex facto.§.ſi quis rogatus,col.fi.ff.ad Treb.quã opi.ſequit̃ & dicit cõem Dec.cõſ.cccxcvii.ſequitur etiã & dicit magis cõem Rui.cõſ.cvij.col.vj.in iii.& eãdẽ ſequit̃ cõſil.lxxxii. col.pen.& fi.& cõſ.lxxxiij.nu.lx.& a.in iii. Illa oppoſitio nõ obſtat triplici rõne.et primò q̃a in facto ꝓſupponitur ꝙ uigore inſtitutionis uniuerſalis,non fuit plus relictũ Mãbriano q̃ ꝓdictæ D.Conſtantię, ex quo deducto ęre alieno & legatis bona D. Conſtantini patris teſtõris non excedebant ualorẽ ducatorũ triũ mille,ex quibus teſtõr legauit ꝓ dote dictæ D.Cõſtãtię mille & quingẽtos.Secũdò,quia licèt pleriq; tenuerint ꝙ deciſio d.l.cõiũ. §. fi.& d.§. & qm̃ uariæ,quæ loquitur in lĩmato ꝑ oblationem
47 curiæ extẽdat ad lĩmatũ ꝑ reſcriptũ Principis, † tũ cõtraria opinio ꝙ nõ extẽdat̃ ad lĩmatũ ꝑ reſcriptũ Principis, ſed ꝙ lĩmato ꝑ reſcriptũ poſſit ex teſtõ pr̃is plus relinqui,q̃ uni ex filiis lĩmis,ẽ magis conueniẽs,& uerè,ut patet latè ex his q̃ ſubtiliter & copioſè dicũtur ꝑ D.Cõſultorẽ in eius cõſilio. q̃ opinio ultra deducta ꝑ eũ poſſet ꝓbari ꝑ rõnes admodũ cõcludẽtes,quas in præſentiarum omitto,qm̃ nõ expedit ĩ ꝓ̃ſentia diſcutere de ueritate ꝓ̃tis opinionis ; an deciſio quę loquitur in lĩmato per oblationẽ Curiæ,ut ſibi nõ poſſit plus relinqui, q̃ uni ex filiis lĩmis,ꝓcedat ĩ lĩmato ꝑ reſcriptũ.ex quo dicta difficultas & oppoſitio ceſſat ĩ cãu nr̃o , tũ ex eo qđ ſ.dictũ fuit , & ĩ facto ꝓſupponit̃,nõ fuiſſe relictum plus Mãbriano lĩmato,quàm D.Cõſtantiæ filię legitimę,tùm q̃a ſumus in caſu in quo Comes Palatinus habuit ptãtem lĩmãdi nãlẽ quòad effectum, ut plus poſſit ei relinqui in teſtõ,quàm uni ex filiis legitimis,& q̃ ipſe Comes lĩmauit D. Mãbrianum, quòad effectũ ut poſſit ſuccedere in oĩbus bonis ſibi relictis ex teſtõ ſui pr̃is,nulla habita diſtinctione,an excedãt quãtitatẽ relictã D.Cõſtãtię filię lĩmę;quo cãu oẽs Doct. cõueniũt,ꝙ lĩmatus in cãu prædicto poſſit ex teſtõ pr̃is plus capere,quàm unus ex aliis filiis lĩmis,cui minus ſit relictũ.ſed ad iſtũ lĩmatũ ĩ cãu iſto nõ extẽdit̃ deciſio, q̃ loquit̃ ĩ legitimato ꝑ oblationẽ Curiæ,q̃ hẽt formã & ordinẽ ſuccedendi de iure cõi ꝑ d.l.cõiũ.§.fi.& d.§.& qm̃ uariæ, ſecũdũ Azo.in ſumma,quẽ refert Ang.in conſ.xvii. Sed lĩmatus ꝑ reſcriptũ hẽt formã & ordinẽ ſuccedẽdi iuxta tenorẽ & diſpõnẽ priuilegii & reſcripti Principis,à quo uel eius authoritate fit legitimatio.vñ ſi tenor & diſpõ reſcripti contineat, ꝙ poſſit ex teſtõ plus ſibi relinqui,quàm uni ex filiis,non põt in dubium reuocari,qm̃ in omnibus bonis ſibi relictis in pr̃is teſtõ,poſſit ſucceder̃, licèt minus relictũ ſit uni ex filiis.ꝙ modò Clariſs.Dñi de Cornelius Comites Palatini per quos facta fuit pñs lĩmatio, habeant à Cæſare authõtem lĩmãdi quòad effectũ , ut poſſit in teſtõ pr̃is plus ſibi relinqui quàm uni ex filiis,clarè apparet ex eo,q̃a ẽ ſibi cõceſſa poteſtas legitimãdi cũ facultate ſuccedẽdi ex teſtõ,& ab inteſtato, ac ſi legitimati eſſent nati de legitimo matrimonio, & cũ ptãte ꝙ poſſint ſuccedere in ea parte bonorũ, q̃ placuerit ipſis Clariſſimis Comitibus,ut patet ex illis uerbis : niſi uos q̃ tales legitimaueritis, etc. & ex illis aliis uerbis : aut eos aliter ſuccedere,etc. Et hæc uerba ad hoc põderãtur ꝑ D. Cõſultorem poſt Rui. conſ.lxvii.circa fi.& cõſ.lxxxvii.nu.xxvii.Cõſtat ẽt ultra eos,ex eo q̃a habẽt facultatẽ legitimãdi quòad effectũ,ut lĩmati comprehendantur in ſtatuto diſponente ſeu loquente de filio lĩmo & naturali, & ſic in ſtatuto quo cauetur quòd filii maſculi legitimi excludant filias legitimas dotatas . nam ex hoc infertur,quòd legitimati per eos poſſunt excludere uigore præfati ſtatuti filias dotatas & ꝑ cõſequens ſuccedere in plus quàm dictę filiæ poſſent . Infinita adduci ad comprobationem huius opinionis poſſem,ſed prædicta ſufficiant:quia res non habet difficultatem.ex quibus omnibus apparet,quòd nulla poteſt eſſe dubitatio quin legitimatio & inſtitutio Mambriani,de quibus quæritur, ꝙ ſint efficaces,& validæ. Laus Deo.

Portius Imolenſis.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 Legitimatio in ſubſidium defectus legitimæ prolis fuit inuenta.

2 Legitimatio baſtardorum non eſt facienda extantibus filijs legitimis & naturalibus. & eſt comm. opinio. & uide nu. 4.

3 Filij baſtardi ſunt odioſi iure diuino, canonico, & ciuili.

4 Imperator poteſt derogare legibus prohibentibus legitimationem fieri non debere filiorum naturalium extantibus legitimis & naturalibus, ſicut eos legitimare poſſit abrogando dictis legibus. et uide numero 20.

5 Legitimatio quo caſu ualida ſit, etiam nõ citatis agnatis. & uide nume. 33. omnino, ubi de communi opinione.

6 Imperator poteſt legitimare in terris Eccleſiæ ad preces tamen patris legitimandi, aliàs minimè. ſed contrà nume. 10.

7 Imperator in terris Illuſtriſſimi Dominij Venetorum ex quadam obſeruantia & ipſis permittentibus, legitimat filios baſtardos, ſed uide nume. 9. ubi contrà & 13.

8 Imperator an poſſit legitimare perſonas non ſubditas, & in terris ei non ſubiectis, pro & contrà diſcutitur, & tandem diſtinguendo reconciliantur opiniones. & nume. 15. de commum opinione, quòd in terris non ſubiectis non poſſit legitimare, etiam de patris conſenſu.

11 Imperator non poteſt filios naturales legitimare in Regno Neapolitano, etiam ad inſtantiam patris.

12 Regnum Neapolitanum non recognoſcit Imperatorem.

14 Veneti non recognoſcunt ſuperiorem. & nu. 18.

16 Iuriſdictio uoluntaria quòd poſſit exerceri extrà territurium, quomodo intelligendum eſt.

17 Imperator non poteſt uti clauſula de plenitudine poteſtatis in terris ſibi non ſubditis.

18 Ciuitas Venetiarum non recognoſcit Imperatorem.

19 Ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem de iure uel de facto, iura Imperatoris habent: idem & de alijs Principibus eſt dicendum ſuperiorem non recognoſcentibus.

20 Imperator quamuis etiam ſtante prole legitima poſſit baſtardos de plenitudine tamen poteſtatis legitimare, nihilominus perperam facit, & hoc faciens, reputatur unum pecus. & nu. 27.

21 Filij propriè illi dicuntur, qui ex iuſtis nuptijs ſunt nati.

22 Comes Palatinus non poteſt ſtante legitima ſobole, legitimare baſtardos abſque iuſta & rationabili cauſa, licèt Imperator pro libito uoluntatis fortè poſſit. & eſt comm. opi.

23 Legitimatione in ipſa requiritur cauſa, etiam ſi fiat legitimatio ad inſtantiam patris. & nu. 25. & 27. & nu. 31. & ſeq.

24 Cauſa quamuis in Principe præſumatur, ſecus tamen eſt in inferiore à Principe, quia de cauſa liquere debet.

25 Legitimatio illegitimorum facta extante ſobole legitima, dicitur potius quædam diſpenſatio, quàm legitimatio. & nu. 28.

26 Opinio illa amplectenda eſt, quæ conciliat opiniones Doctorum diſſidentes, & uarias.

27 Legitimare abſq; cauſa non debet Pontifex, aut Imperatur filios naturales, etſi de plenitudine poteſtatis hoc poſſint, malè tamen agunt. & uide ſuprà numero 20.

28 Filius ſpurius non poteſt abſque cauſa legitimari, cuius legitimatio dicitur propriè diſpenſatio. & uide numero 42.

29 Princeps aliquid de ſibi reſeruatis concedendo, intelligitur ſemper concedere, ut ea cum debita cauſæ cognitione exerceat.

30 Clauſula in fine poſita, ad omnia præcedentia refertur, ad quæ commodè referri poteſt.

32 Legitimatus eſt abuſiuè legitimus, qui non debet filias legitimas excludere, niſi ex magna cauſa.

33 Citatio requiritur filiorum legitimorum in legitimatione filij naturalis, etiam ſi illa fiat ad patris inſtantiam. & eſt comm. opi. & nu. ſeq.

34 Citatio eſt neceſſaria, ubi cauſæ cognitio requiritur.

35 Princeps an poſſit citationem tollere, non modica eſt inter Doctores difficultas.

36 Princeps licèt inter ſubditos ius quærendum re, aut ſpe, de ſuprema poteſtate tollere poſſit, tamen inter non ſubditos, & quò ad bona in alieno territorio exiſtentia, id facere non poteſt.

37 Filij uiuente patre dicuntur quaſi domini bonorum ipſius.

38 Legitimationis ad ualiditatẽ neceſſe eſt in ſupplicatione mentionem facere de filijs legitimis & naturalibus.

39 Legitimandi poteſtas tradita Comiti Palatino quòd poſſit legitimare parentibus uiuentibus et mortuis, quomodo intelligenda.

40 Filio tanquam ſuo hæredi ſtatim mortuo patre acquiritur hæreditas abſq; aditione. & nu. 73.

41 Legitimandi poteſtas tradita cum clauſula quòd poſſit legitimare etiam extantibus filijs legitimis et naturalibus, quid importet & quid non.

43 Filius naturalis qui propriè ſit.

44 Filius dicitur ſpurius, qui natus eſt ex fanticella non retenta in ſchemate concubinatus.

45 Legitimatio facta per obreptionem, eſt inualida. quod ampliatur, ut nu. 48.

46 Obreptio dicitur quando per mendacium aliquid obtinetur.

47 Reſcriptum ſiue priuilegium per obreptionem obtentũ, nullius eſt roboris.

49 Spurius difficilius legitimatur, quàm naturalis.

50 Legitimatio facta de ſpurio tanquàm filio naturali, non ualet. & eſt comm. opi. nu. ſeq.

51 Filij inceſtuoſi difficilius legitimantur, quàm ſpurij.

52 Iuriſdictio non poteſt prorogari à ſubditis, etiam uoluntaria.

53 Bal. in prima conſtitutione Codicis declaratur.

54 Conſuetudo eſt ſtricti iuris, idcircò proprios terminos non excedit. & nu. 56.

55 Bona ſi ſint conſueta concedi in emphyteoſim certo modo, & alio modo concedantur, quòd non ualet conceſſio.

57 *Conſuetudo in uno caſu inducta, non habet locũ in alio, in quo eadem non militat ratio.*
58 *Imperatoris conſuetudo legitimandi eſt, ſaluo iure legitimorum in parte ſua.*
59 *Conſuetudine ſtante naria, non eſt à iure ſcripto recedendum.*
60 *Iuriſdictio uoluntaria in alieno territorio exerceri poteſt, de conſenſu tamen domini illius territorij.*
61 *Scientia in dubio non præſumitur.*
62 *Conſuetudo non inducitur in his, quæ Principi ſunt reſeruata, niſi per tempus cuius initij memoria non exiſtat.*
63 *Conſuetudo ut inducatur, multa requiruntur, & quæ.*
64 *Conſuetudo non inducitur in actibus uoluntariis.*
65 *Præſcriptio eſt, quando tractatur de aliquo iure particulari ex tempore acquiſito, ſed quando tractatur de iure in uniuerſo, tunc dicitur conſuetudo. et de ea tractandum eſt.*
66 *Præſcriptio immemorialis requiritur in iuribus incorporalibus cauſam diſcontinuam habentibus.*
67 *Hæres, ut ex teſtamento hæreditatem capere poſſit, tribus temporibus capax eſſe debet, & quæ ſint hæc tempora.*
68 *Filius ſpurius incapax eſt paternæ hæreditatis.*
69 *Filius naturalis ſtante ſobole legitima, non eſt capax hæreditatis paternæ.*
70 *Legitimatio ſi eſt nulla, erit etiam & hæredis ipſius inſtitutio. & nu. 75.*
71 *Filius naturalis poteſt hæres inſtitui ſub conditione, ſi legitimabitur, uel quando erit capax: ſecus ſi pure inſtituatur, quia non ualeret inſtitutio.*
72 *Teſtamentum non extare, & quòd ſit nullum, aut ruptum, paria ſunt.*
73 *Hæres efficitur ipſo iure filius abſque aliqua aditione, & ſuprà nu. 40.*
74 *Bart. & Docto. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſthum. in materia legitimitatis declarantur.*
75 *Legitimatio non retrotrahitur in præiudicium iuris quæſiti.*
76 *Legitimatio mortuo patre nõ aufert hæreditatem alijs delatam.*
77 *Filio legitimato nõ poteſt pater plus relinquere, quàm uni ex filijs legitimis & naturalibus. & eſt communis ſententia ut nu. ſeq. & 81.*
78 *Text. in §. & quoniam uaria. in auth. quib. mod. natu. effi. ſui. exornatur.*
79 *Priuilegia ſtrictè eſſe interpretanda, & quæ contra Ius commune ſunt.*
80 *Legitimatio per oblationem curiæ fortior eſt, quàm legitimatio ex priuilegio.*
81 *Legitimatio facta ex priuilegio eſt odioſa, et ideò ſtrictè interpretanda. nume. 99. & 101.*
82 *Ratio ubi eſt eadem, idem ius ſeruari debet, licèt caſus ſint diuerſi.*
83 *Diſpoſitio legis uel hominis loquens in uno caſu habet locum in alio, de quo ſi diſponens fuiſſet interrogatus, ita ſtatuiſſet.*
84 *Pater quòd filio legitimato non poſſit relinquere plus, quàm filijs legitimè natis, quæ nam ſit ratio.*
85 *Filij nothi apud Romanos & Athenienſes penitus erãt incogniti.*
86 *Filij baſtardi non ſunt Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, nec bello ſæculari fortes, nec in fide ſtabiles.*
87 *Statutum ne fiant legitimationes, eſt bonum et æquum.*
88 *Filij legitimati ſunt ſimiles filijs ab initio legitimis: ſed fallit in pluribus caſibus, ut nu. ſeq.*
89 *Filij legitimati in pluribus differunt à legitimè natis. & in quibus. & nu. ſeq.*
90 *Statutum de compromiſſis faciendis inter coniunctos, non includit filios legitimatos.*
91 *Frater legitimatus non poteſt fratris teſtamentum querelare, quia turpem inſtituit perſonam.*
92 *Filij legitimati non ueniunt in fideicommiſſo perſonæ nobilis & honeſtæ uocantis filios legitimos & naturales.*
93 *Filij baſtardi etiam legitimati dicuntur infames infamia facti.*
94 *Filij legitimati debent reuereri legitimè natis, nec debent in eadem menſa cum eis ſedere.*
95 *Filij legitimati ex priuilegio non ueniunt appellatione filiorum ex proprietate uocabuli.*
96 *Venetiarum Vrbs noua Roma appellatur.*
97 *Legitimatio eſt ſimilis Alchimiæ.*
98 *Poteſtas alicui conceſſa regulatur à concedentis priuilegio.*
100 *Legitimatio Principis nunquàm uidetur excludere legitimos à ſucceſſione, niſi expreſſè dicatur.*
101 *Priuilegia ita interpretari debent, ut minus lædant ius commune, quàm fieri poſſit.*
102 *Augmentum inducere non debent, quæ ad diminutionem appoſita fuere.*
103 *Exceptio licèt non ampliet regulam, illam tamen benè declarat.*

CONSILIVM CVI.

INCERTI AVTHORIS. DE MAteria præcedentis conſilij.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

DOMINVS Conſtantinus de Godis vxorem habens legitimam Do. Annam de Nigris prægnantem, & Mambrianum filium baſtardum ex quadã fanticella natum, fato proximus ſuum de anno 1530. menſe Augusto condidit teſtamentum, in quo Mambrianũ filium ſuum uniuerſalem inſtituit hæredẽ, caſu, quo D. Anna uxor filiam pareret; & eidem Mambriano facultatem ſe legitimari faciendi conceſsit: filię autem naſcituræ certam reliquit dotem. Quo D. Conſtantino paulopoſt extincto, D. Anna filiam fœminam nomine Conſtantiam ex præfato D. Conſtantino genuit. De anno uerò ſequenti mẽſe Septembris à magnifico domino Iacobo Cornelio Palatino Comite fuit legitimatus modis & clauſulis, de quibus in priuilegio. Succeſsiuis temporibus Sp. Do. Nicolaus de Nigris Commiſſarius domini Conſtantini Iuriſconſultus

conſultus doctiſsimus, & acutiſsimus, ac calidi inge
nij eundem Mambrianum uariis artibus induxit ad
ei faciendum donationes, & remiſsiones maximi mo
menti, & præſertim omnium bonorum mobilium,
& debitorum hęreditatis domini Conſtantini ualo
ria fortè quatuor millium ducatorum, & fructuum
omniũ dictæ hæreditatis per plurimos annos ab ip-
ſo D. Nicolao habitorum. Nec non eundẽ Mambria
num induxit ad faciendum ipſi D. Nicolao complu-
ra legata: ac etiam prædictam Annam ſubornauit ad
ei donandum dotem ſuam ducatorum mille quin-
gentorum computato dotis augmento, & portio-
nem hæreditatis fraternę.

Hinc duo principalia oriũtur dubia. Primò, an
legitimatio in perſonam Mambriani fuerit, & ſit ua
lida quòad præiudicium D. Conſtantiæ? Secundò,
eſto ꝙ ſit ualida legitimatio, an inſtitutio uniuerſa-
lia in perſonam Mambriani in teſtamento domini
Conſtantini facta, fuerit & ſit ualida, & ſeruanda,
uel non?

1 Præmittendum ante omnia cenſeo, † legitimatio-
nem in ſubſidiũ & defectus legitimæ prolis eſſe in-
uentam, ut dicit Io. And. in addi. Spec. in tit. de ſucc.
ab inteſt. in §. ſed ex facto quæritur, in uerb. Goffre-
dus, in uerſic. item ſcias. & Butr. conſi. l. circa princi.
2 & propterea de iure traditum eſt, † non poſſe Impe-
ratorem baſtardos legitimare, ſi extat ſoboles legiti-
ma, ut eſt tex. in auth quib. mo. na. effi. ſui. in §. ſi qs
uerò filios legitimos non habens. & ibi, legitimis ſi-
cuti prędiximus non obſtantibus. & in §. generaliter,
eo. tit. ibi, oĩnò enim legitimis exiſtẽtibus nequaquã
uim legitimorum ei adiicimus, niſi per curiam, aut
per modum dotalium inſtrumentorum. & ibi Gloſſ.
in uerbo in quibus, declarat quòd per Principis re-
ſcriptum non licet extantibus legitimis baſtardos
legitimare. ad idem eſt text. in authen. præterea. C.
de natu. lib. ibi, qui legitimam ſobolem non habent.
& tradit Azo in ſumm. in authen. quib. mo. nat. effic.
ſui. Hinc ait Barto. in authen. item ſi quis. C. de nat.
libe. legitimationem extantibus filiis non prodeſſe.
& idem dicit Salicetus ibi, & idem tradit Baldus in
d. authen. præterea. & latè Alexander conſi. ſexa-
geſimo, penul. colum. incip. Super legitimatione,
libro ſecundo. & hæc eſt omnium Doctorum cal-
culo recepta ſententia, ut dicit Alexand. in l. ex fa-
cto, in princ. quarta colum. ff. de uulg. & pupil. Et
ratio eſt, quia lex ciuilis ſuper publica honeſtate
fundata ad peccati concupiſcentiam refrenandam
ualdè abhorret, ut exiſtente ſobole legitima baſtar-
di ad ſucceſsionem habilitentur. l. fi. circa medium.
C. de natu. libe. quod & lege diuina eſt traditum:
Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, ut in
Geneſ. cap. uigeſimoprimo. & eſt regiſtratum xxxij.
quæſt. quarta. cap. dicat aliquis. quod & in nouo
teſtamento à Paulo Apoſtolo eſt confirmatum, ad
Galat. cap. quartodecimo. Et in terminis quòd de
iure diuino cum legitimis baſtardi ſuccedere non
debent, tradit Bartolus in l. tertia. ff. de teſtam. in
fin. & ibi Baldus, & Angelus, & Alexander conſil.
octuageſimoſeptimo, prima colum. lib. quinto. &
conſil. octuageſimooctauo, in ſecunda colum. eod.
lib. & Decius conſil. quingenteſimoſeptuageſimo-
ſexto, ſecunda colum. & Alci. in l. ſecunda, in prin.
nume. quinquageſimotertio. ff. de uerborum obli.
3 & Anchara. conſ. ccxlj. penul. colum. † ubi ait huiuſ-
modi prolem eſſe odioſam iure diuino, canonico,
& ciuili.

His præmiſsis, uidetur prima fronte dicendum,
4 Mambriani legitimationem eſſe ualidam † cùm legi-
bus ſit ſolutus Imperator, & de ſuprema poteſtate,
ac ex plenitudine poteſtatis legibus legitimatio
nem prohibentibus derogare poſsit cum clauſula
non obſtante, ſecundum Gloſſ. in §. ſi. in auth. quib.
mo. nat. eff. ſui. & tradunt generaliter ſcribentes in
l. fi. C. ſi cõt. ius uel uti. pub. & in terminis eſt deciſio
Iacob. de Belu. in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. in §. &
quoniam uariæ. & tradit Salice. in dict. authen. item
ſi quis, la prima. & Alexan. in l. ex facto. in princ.
in quarta colum. uerſicu. & licèt Bartolus. ff. de uul-
ga. & pupill. & in dict. conſil. clxxxviij. penul. co-
lum. libr. v. & Iaſ. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantùm,
xv. col. ff. de libe. & poſthu. & idem dicendum eſt in
Comite Palatino, cui à Principe poteſtas legitimã-
di ſtantibus legitimis, cum clauſilis derogatoriis eſ-
ſet conceſſa, ſecundum Bal. in l. cùm filius. ff. de teſt.
milit. & Paul. in d. §. & quid ſi tantùm. & Alex. conſi.
ſeptuageſimo, ix. colum. lib. vj. & d. conſi. clxxxviij.
ſexta colum. ſed in priuilegio magnificorum D D.
Corneliorum ampliſsima eſt data poteſtas legiti-
mandi, etiam filiis legitimis extantibus, & cum clau-
ſulis derogatoriis, ergo cenſetur eſſe ualida aſſerta
legitimatio.

5 Secundò † pro hac parte facit; quia dominus Con-
ſtantinus in ſuo teſtamento, Mambriano conceſsit
facultatem ſe legitimari faciendi; quo caſu certum
eſt ualere legitimationem, etiam non citatis agna-
tis, ſecundum Bartol. & Docto. in dicto §. & quid ſi
tantùm.

Tertiò prædicta confirmabatur ſententia, quoniã
& ſi legitimatio in ciuitate Venetiarum ſit facta, li-
bera & Imperatori non ſubiecta, tamen cùm de ex-
preſſo patris conſenſu facta fuerit, ualida eſt cenſen-
da: ut egregiè tradit Bal. in prima conſtit. C. penul.
colum. uerſicu. iuxta hoc quæritur de tali quæſtio-
6 ne. † ubi ait Imperatorem poſſe in terris Eccleſiæ
ad preces patris legitimare, & idem tradit Paul. cõſ.
ccxxij.

7 Quartò † adducitur quædam obſeruantia, quòd in
terris Illuſtriſsimo Dominio ſubiectis eſt ſolitus Im
perator huiuſmodi per ſuos Comites facere legiti-
mationes, Illuſtriſsimo Senatu Veneto ſciente, & pa
tiente, & quædam (ut dicitur) in Excellentiſsimis
conſiliis fuerunt laudatæ.

Quintò, quia teſtamentum domini Conſtantini,
ac eius ultima uoluntas eſt ſeruanda. l. prima. C. de
ſacroſanct. Eccleſ. atque Reipublicæ intereſt defun-
ctorum uoluntates exitum habere. l. ij. ff. quemadm. te-
ſtamen. aper.

Sed præmiſsis, & aliis, quæ dici poſſent nimimè
obſtantibus neq; refragantibus, contrariam ſenten-
tiam ueriorem reor, & probabiliorem. Et primò ur-
8 genti moueor ratione, † quoniam Imperator inter

perſonas non ſubditas,& in terris ei non ſubiectis le
gitimare non poteſt.doctrina eſt Bar.in l.qua in ꝓ-
uincia.§.Diuus.ff.de ritu nupt. & tradit Bald. in l.j.
C.de iure aur. annul. & idem tenet Ioan.And.Butr.
& Abb.in c.per uenerabilem.qui fil.ſint legit.& Ia-
co.Butri.in l.tertia.ff.de off.Præſ.& Anchar.latè in
conſi.cccxa.Primum dubium, in ſecunda col.& ple-
riq; alij Doctores allegati in infra ſcriptis conſiliis.
Eſt uerum quòd nonnulli Doctores,ut Bald.in pri-
ma conſtit.C.& Paul.in d.conſi.ccaxij. contrarium
tenere uidentur, tamen Corneus conſi.ia. lib.quar-
to, in quarta col. multùm ſolenniter Doctorum ua-
riantium opiniones concordat diſtinguendo. Ait
enim Imperatorem in terris ſibi non ſubiectis baſtar-
dos ſibi ſubditos poſſe legitimare, & ita opinio Bal.
& Paul. & aliorum contradicentium procedat; ſed
non ſubditos, & in aliena iuriſdictione minimè le-
gitimare poteſt Imperator. & ita alia opinio ſuprà
relata locum habet. Et hanc ſententiam tradit idem
Corneus conſi.primo. tertia & ſexra colum.in litera
O. lib.tertio. refert & ſequitur Decius conſ.centeſi-
moquinquageſimo, ſecunda & tertia colum. & cõſ.
clvij.fin. colum. & Ruinus conſi.lavij. ſecunda col.
nume.iij. lib.tertio. & Iaſon conſi.laa. ſecunda col.
9 lib.tertio. † vbi concludit non ualere Comitis Impe-
rialis legitimationem in terris Illuſtriſsimi Vene-
torum Dominij facta,& inter eius ſubditos. & idem
tradit Ripa lib. ſecundo interpretationum in prin.
nu.ia.eandem ſententiam tradit Bal.in l. eam quam,
vj.col.uerſi.conſueuit eſſe queſtio.C.de fideicomm.
& pulchrè conſi.claaiij.Caſus,in fin.lib.primo, ubi
10 ait † legitimatum ab Imperatore non ſuccedere in
bonis in terris Eccleſiæ eaiſtentibus, nec in regno
non recognoſcente in ſuperiorem Imperatorem.
eandem ſententiam tenet Caſſanæus Gallicus conſil.
trigeſimoprimo.quarta colum. & Guido Papa conſ.
quartodecimo, circa princ. et Paul. Caſtren. conſil.
ducenteſimouigeſimotertio. Super eo, quod primo,
ſecunda colum.uerſicu.hæc tamen uera.& in conſil.
ducenteſimotrigeſimo. Dubitatur, in ſecunda col,
ubi allegando Hoſtien. concludit,Imperatorem nõ
poſſe in terris Eccleſię legitimare ſine conſenſu eo-
rum, quibus in ſuccedendo fit præiudicium. & ibi
propriè loquitur in legitimatione de conſenſu pa-
tris facta, ut in caſu noſtro. Et idem tenet Curtius
iunior in l.fina. prima colum. numero quarto. ff.de
iuriſdictio.omn. iudic. ubi ait non poſſe Imperato-
rem in iuriſdictione, & terris alienis legitimare re-
ſpectu non ſubditorum, & bonorum in ſua iuriſdi-
ctione non exiſtentium. & idem tradit Fulgoſ.con-
ſil.uigeſimotertio, Hengelpertus, ſecunda colum.
uerſicu. amplius. ubi ait dictam concluſionem eſſe
ſecundum communes Doctorum traditiones, & lo-
quuntur in legitimatione ad inſtantiam patris facta.
quam ſententiam etiam tenet Matthæus de Afflict.
in cap.naturales, in ſecunda col.in titu. ſi de feud.ſit
11 cont.inter dom. & agn. † ubi ait, ita ſeruari in Re-
gno Neapolitano,etiam in legitimatione ad inſtan-
tiam patris facta.& in hoc reperio claram Neapoli-
tanam deciſionem cxviij. Fuit dubitatum. vbi con-
cluditur Imperatorem & Comitem Imperialem nõ
12 poſſe in Regno illo legitimare; † quia ibi non reco-
gnoſcitur Imperator. & idem tenet Crot, in repeti.
d.§. & quid ſi tantùm, fin.col. dicens hanc opinionẽ
ueriorem. quam ſententiam reperio etiam tradere
Signorell. conſil. ccxix. Factum ſic ſe habet, quinta
colum.nume.xiij. inquientem, actum legitimatio-
nis ubique exerceri poſſe inter ſubditos tamen, non
13 homines alienæ iuriſdictionis. † et idem ſolenniter
tradit Pariſ.conſi.lj. in ſecunda colum. lib.ſecundo,
ubi concludit non ualere legitimationem factam à
Comite Imperiali de Patauinis,& aliis Illuſtriſsimo
Dominio Veneto ſubiectis, & loquitur in legitima-
tione ad inſtantiam patris facta. & pulchrè per So-
cinum iuniorem conſi.nonageſimonono, nume.tri-
geſimoſexto, ſecunda par. & latè conſil.centeſimo,
tertia colum. cum tribus ſequen. ead. parte. ubi am-
plè concludit, non ualere legitimationem Comitis
14 Imperialis de Patauinis,& bonis in iuriſdõne † Ve-
netorum exiſtentibus, ex quo non recognoſcunt in
ſuis terris ſuperiorem.et ita etiam multùm ſolẽniter
tradit Rui.conſ.lavj.lib.iij.loquens de Patauinis, &
ſubditis Illuſtriſs. Dominio, & illa legitimatio erat
facta ad preces D. Proſdocimi de Comitibus patris.
15 Et † ex his luculenter apparet, hanc eſſe frequentiſ-
ſimam Doctorum ſententiam, prout dicit Decius d.
conſi.dlvii. circa finem. & conſil. ducenteſimo ſepti-
mo.prima colum.& Iaſ.dict.conſi.ſeptuageſimo.ſe-
cunda col. referens Imol. dicere hanc eſſe communẽ
16 opini. Et ultra Doctores reddo rationem, † quia
licèt ea, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis extra ter
ritorium poſsint exerceri, Gloſ. & Docto.commu-
niter in l.fin.ff.de iuriſdi.om.iudi. tamen intelligi-
tur inter ſubditos, & quòad bona in ſua iuriſdictio-
ne exiſtentia.Gloſſ.ſing.in l.emancipati,in Glo.fin.
in fin.uerbis.ff.de adoption. ut tradit Pariſ. conſi.ii.
ii.colum.lib.ii.& Curt.iun.in d.l.fin. prima colum.
nume.iii.

Et præmiſſa de plano abſq; ullo dubio in caſu no-
ſtro procedunt: & moueor concludenti ratione in
materia noſtra à Doctoribus non commemorata.
Namque aſſerta legitimatio ſtante legitima ſobole
fuit & eſt contra iura diuina,& humana facta,& quæ
non potuit niſi de plenitudine poteſtatis fieri, & cũ
legum derogatione, ut ſuprà adamuſsim eſt demon-
ſtratum: ergo hoc caſu omninò fieri non potuit;
17 † quia Imperator in locis ſibi non ſubditis, & inter
non ſubditos plenitudine poteſtatis uti non poteſt,
Clem.Paſtoralis.§.cæterùm, de re iudic. & ibi notãt
Butrius,& Imol.& tradit Soci.conſ.claiiij.vj.colum.
uerſi. quartus. lib.ſecundo. & refert & ſequitur De-
cius conſil.quatricenteſimoſecundo, circa finem, &
idem tradit Paul. conſi. centeſimoquinquageſimo-
octauo. Viſo & examinato,pen.col. & Alex.conſ.xj.
pen.col. Poſſet etiam,lib.vij.& latè Curt.ſeni.conſil.
lavj.av.col.& ſeq.nu.caaxij. & Soci.conſi.caa.ante-
penul.col.nu. xiiij.lib.iii.& Feli.in c.ad audientiam,
iij.colum. nume. aij. de reſcript. & ibi per Pariſ.cu-
mulatè.

18 At clarum eſt, † almam Venetiarum Ciuitatem, in
qua aſſerta legitimatio fuit facta, cùm ſit in mari ſi-
ta, de iure non eſſe Imperatori ſubiectam, ſecundũ
Bal.

Bal.in rub.ff.de rerum diuiſion.tertia colum.uerſic. circa ædificia. Nam & in conuentionibus iam ſeptingentis annis initis inter Carolum Magnum Imperatorem,& Græcorum Imperatorem cautum fuit, Venetos nemini parere,ſed ſua antiqua fruerentur libertate;ut habet in Cronicis,& Machiauellus libro hiſtoriarum Florentinarum. Et quòd Veneti non ſubſint Imperio,tradit Bart.in l.hoſtis.ff.de capt. & Paul.conſ.cxxxiiij. Notandum.v.col.uerſ. quantum uerò ad ſecundum,& Iaſ.in l.j.C.de ſumm.Trini. & Ruinus conſi.lxvj.lib.iij.

Dominus autem Conſtãtinus,& filij erant & ſunt origine & domicilio Vicentini, & Illuſtriſs. Dominio iam annis 146.ſubiecti, unde in terris Illuſtriſs. Dominij nullam habet Imperator iuriſdictionem, ſed ipſum Illuſtriſsimum Dominium in ſuis terris omnia poteſt,ſicut Imperator in locis ſibi ſubiectis: ſecundum Paulum,Iaſo.& Ruin.& Socio.iun.in dictis conſiliis,& Pariſium conſ.ij.col.ij.lib.ij. inquit enim Iaſon in d.conſ.lxx.ij. col. Notorium eſt & clarum, Sereniſsimum Venetorum Dominium in terris & ciuitatibus ſibi ſubiectis neminem in ſuperiorem recognoſcere,& omnia poſſe,quę Imperator in
19 ſuis terris poteſt. † Nam & alij Principes, & Reſpublicæ de iure,uel de facto ſuperiorem non recognoſcentes,iura Imperatoria in ſuis terris habent; nec in eis ſe ingerere pōt Imperator,ut tradit Deci. d.cōſi. dlvij.ij.col.& cl.ij.col. & Pariſ.d.conſi.ij.ij.col.lib. ij.et Curt.ſenior conſi.lxxiiii.nu.xxxiii. ubi latè allegat concor. Ex quibus uera, & clara remanet concluſio, Mambriani legitimationem eſſe nullam quò ad præiudicium D.Conſtantiæ filiæ legitimæ & naturalis domini Conſtantini, ex quo Imperator non poteſt uti plenitudine poteſtatis in terris Illuſtriſſimi Dominij ſibi non ſubditis,& inter perſonas non ſubditas,ut ſuprà eſt dictum.

20 Secundò in hanc partem plurimùm urget, † quoniam quamuis Imperator in ſuis terris & inter ſuos ſubditos poſſit baſtardos legitimare,etiam ſtante ꝓle legitima,utendo plenitudine poteſtatis, ut ſuprà declaraui;tamen eſt magna iniquitas, & nubentium circumuentio; & Imperator,qui hoc faceret, reputaretur unum pecus; quia non haberet ante oculos iuſtitiã publicæ honeſtatis: hæc ſunt uerba egregia Bal.in c.primo.§. naturales. refert & ſequitur Curt. ſeni.conſ.xix.penul.col.& Feli.in cap.primo,nu.xl. de conſtit.& Iaſ.in d.§.& quid ſi tantùm,num.xcix. per ſolas enim nuptias conſeruatur elegans genus humanum,ut in authen.de nupt.in princ.& tradunt
21 Bal.& Iaſ.in dictis locis,† & propriè illi dicuntur filij, qui ex iuſtis nuptiis ſunt nati. tex. eſt in l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & ibi
22 notat Bal. † Et propterea in legitimatione à Comite Palatino facta ſtante ſobole legitima,cauſa requiritur legitima & rationabilis. quamuis enim Imperator pro libito uolontatis, & cauſa non cognita fortè poſſit baſtardos legitimare,Comes tamen Palatinus,cui à Principe eſt legitimandi facultas conceſſa, non debet neque poteſt legitimare, niſi ex cauſa rationabili & legitima, quæ Imperatorem quoq; mouiſſet; ex quo legitimatio eſt quædam diſpenſatio, in qua inferior,niſi ex cauſa, ſe intromittere non poteſt. Ita ſolenniter Butr.in d.c.per uenerabilem,iiii. col.quem ſequuntur ibi Iaco.Zochus,& Cardi.Alexandrinus char.xiiii.uerſ. requiritur & ſeptima ſolēnitas. eandem ſententiam tradit Ancha.conſ.cccxx. Primum dubiō,pen.col.in fi.& eleganter tradit Roſell.in tract. legitimationum,in tit.Modò uideamus de cauſa formali,uerſ.ſed hîc dubitatur,an in legitimatione debeat inſeri cauſa.et Curt.ſen.conſ.xvi.ix. col.latiſsimè,& conſi.lxv. in ſecundo dub. & aureus Doct.Alex.idem tenet in d.conſi.lx.v. col. uerſicu. rationes ergo.lib.ſecundo.& conſi.xciiii.penul.col. lib.primo.& Ludo.de Sardis in tract. legitimationũ nu.xvii.& Barbat.conſi.xlix.v.col.lib.iiii. & Curt. ſenior conſi.lxxiiii.xxx.colum.nume.lxxxiiii.& ſeq. & conſi. decimonono, quinta col.nume.xxii. ubi ait ab hac communi ſententia non eſſe in iudicando recedendum. eandem concluſionem tradit Dec. conſ. cccvii.iii.col.& ſeq.& conſi.cclxxxvii.fi.col.& cōſi. ccxcii.ii.col.& Soci.iun.conſi.xii.nu.xxviii.ſecunda parte.& conſi.ſeq.cxxi. et pulchrè Guadinus conſ. vi.nu.xxv & lvi.& Iaſ.in d.§.& quid ſi tantùm,nume.
23 cvi. † ubi ait etiam in legitimatione ad inſtantiam patris facta requiri cauſam,quia pater in propria cauſa non poteſt eſſe iudex,nec de cauſa cognoſcere. et idem tradit Pariſ.conſi.vi.nu.xxxvii.lib.ii. & conſi. ix.eod.lib.& latè conſi.xii.nu.clviii. & ſeq. lib.ii. & idem tradit Galliaula in l.ii.in princ.tertia col.ff.de uerbor.obliga.

Et prædicta cōfirmantur ex pulchra Baldi doctri-
24 na in l.ſi teſtamentum.C.de teſtam inquientis, † ꝙ quamuis in Principe cauſa præſumatur;tamen in inferiore à Principe debet de cauſa liquere uocatis iis, quorum intereſt: & refert, & ſequitur Alex. conſ.ii. penul.colum.libro primo. Suprascripta autem concluſio indubitanter procedit qñ fieret legitimatio
25 extãtibus filiis legitimis,ut in caſu noſtro;† tūc enim eſt quædam diſpenſatio ſecundum Decium conſi. cccvii. Viſo puncto, in iii.col.& ita tradit Alexand. conſi.lxxxviii.fin.col. lib.quinto. ubi ait quòd quãuis de iure diuino illegitimi cum legitimis ſuccedere non debeant, tamen Imperator aliquo caſu diſpenſare poteſt: & ſic apparet legitimationem ſtante ſobole legitima factam eſſe quandam diſpenſationem. Et propterea certum eſt tunc cauſam requiri,& legitimam, eò quia eo caſu legitimatio ſit contra iura ciuilia, canonica & diuina: iccircò cauſa requiritur, cùm ſit (ut dixi) potius diſpenſatio, quæ eſt odioſa quàm legitimatio, in qua abſque dubio cauſa debet interuenire.cap.fin.de fil.presbyte. & ita ſolenniter tradit Decius conſi.tricenteſimoſeptimo, Viſo puncto,tertia colum. ubi Doctorum in hac materia diſſentientium concordando opiniones, concludit, ꝙ aut legitimatio fit parte petente filiis legitimis extantibus,uel de filio adulterino; & tunc requiritur cauſa ſaltem in inferioribus à Principe legitimantibus; eò quia huiuſmodi legitimatio eſt à iure prohibita,& ſic dicitur quædam diſpenſatio. ſed ſi non extarent filii legitimi,nec legitimandus eſſet adulterinus, tunc procederet contraria opinio dicentium cauſam non requiri. Et prædictã ſententiam in omnibus tradit Curtius ſenior in conſi.lxv.pen.col.nu. 81.& 82.& conſ.lxxiiii.nu.88.& Soc.iun.cōſ.cxlii.

nu.xxij.j.par.& Gozad.d.conſ.vj.nu.xxv.et eam cla-
rè ſentit Pariſ.conſ.x. peo,col.nu.caxvii.& clxx.lib..
ij.ubi ait,quòd quãdo legitimatio eſt facta patre ui-
uente filios legitimos non habẽti, non requiri cãm:
ergo ſi filios legitimos haberet omninò cauſa requi-
26 ritur. † Et opinio Doctores uariantes diſtinguens
& concilians, eſt in iudicando amplectenda: iux-
ta l.j.C.de inoff.don.& ita in terminis tradit Soci.in
d.conſ.cxxj.in fi.& Soci.ſeni. conſ.lavj.vij.col.lib.j.
27 Et prædicta ẽt bonæ confirmantur ratione; † qm̃
ſtantibus filiis legitimis nõ poteſt fieri legitimatio,
niſi de plenitudine poteſtatis; qua Imperator uel Pa
pa uti non debet,niſi cũ cauſa Bal.& Ang.in l.benè
à Zenone.C.de quadr.præſcripi.& Alex.conſ.cciij.
ſecunda col.nu.v.lib.vj.& in conſ.ſecundo. ſecun-
da col.nume.xj.lib.ſecundo. & Bologni.conſi.lviij.
penul. col. in fine. Hinc ait Bald.in l.ij. C. de com-
mun.rer.alie. quòd Princeps rarò debet uti plenitu-
dine poteſtatis; quia magis cauere dẽt,quàm alius,
Et ſic ex pręmiſsis perſpicuè apparet,etiam in legiti
matione ad inſtantiam patris facta cauſam requiri,
quando legitimatio fieret ſtantibus legitimis filiis,
nec uoluntatem patris pro cã ſufficere, ut per Card.
Alexandrinum, & Zochum in d.c.per uenerabilem,
& Curt.in conſil.ſuprà memoratis, & Alex.d.conſi.
lib.j.& Deci.conſ.cccxciij.fi.col.& Soci. in d.conſi.
cxa.nu.xxviij.& cõſ.ſeq. & Goza. d.conſ.vj. nu.lvj.
& Afflict.& Iaſ.in dictis locis, & Pariſ.in d.conſ.ij.
28 † Confirmatur à ſimili, quia quãdo legitimatur ſpu-
rius,qui de iure legitimari non poteſt, tunc omninò
requiritur cauſa, ex quo cenſetur quædam diſpenſa-
tio, potius quàm legitimatio. ita Deci.conſ.dlxix.
& Curt.ſenior conſ.lxaij.& Paul.conſ.ccxxix.ergo
idem dicendum in legitimatione, de qua agitur,quæ
ſimiliter eſt omni iure prohibita.
29 Alia etiam pulchra corroboro rõne; † quia Prin-
ceps aliquid de ſibi reſeruatis concedendo,intelligi-
tur ſemper concedere, ut cum debita cauſæ cogni-
tione ea exerceantur,et non cum illa totali plenitu-
dine poteſtatis, quam habet concedens, ſecundum
Innoc.in c.cùm ad monaſterium,in uerbo niſi ex cã,
de ſtat.monach.& hanc regulam multùm ſolenniter
tradit Feli.cum pluribus concordantiis in c. quæ in
Eccleſiarum,xij.col.uerſ.quarta declaratio, nu.xlix.
de conſtit.& in c.poſtulaſti,de reſcri.nu.laij. ubi tra
dit, ꝙ quãuis quis à Principe amplam habeat diſpen
ſandi facultatem, id tamen debet cum cauſa facere,
aliàs eſt nullum. & idem tradit Alex.conſ.xciij. iij.
col.lib.j. igitur, licèt Comes Palatinus amplam ha-
beat à Principe legitimandi facultatem, non debet
tamen ſine debita cauſæ cognitione baſtardos legi-
timare in præiudicium maximè ſobolis legitimæ.
Et prædictam concluſionem magis in ſpecie pro-
poſita arbitror uerißimam; quoniam in priuilegio
Imperiali magnificis Corneliis conceſſo in fine hęc
ineſt clauſula. In moderatione tamen cuiuſcumque
actus faciendi ratione, & honeſtate per uos haben-
da confiſi, ut in copia noſtra à char.a.in fin. Ex qui-
bus uerbis euidenter conſtat, Imperatorem uoluiſſe
& declaraſſe, ut actus legitimationum faciendarum
cum debita cauſæ cognitione fieri deberet, habita
30 conſideratione rationis & honeſtatis; † quia clau-
ſula prædicta in fine poſita ad omnia præcedẽtia re-
fertur, ad quæ commodè referri poteſt.l.ſi idem eſt
eodem.§.fi.& ibi Bart. & Doct.ff.de iuriſd.om.iud.
& l.talis ſcriptura.§.fi.ff.de leg.j.& ita reperio Pari-
ſium decidere conſ.ix.vij.viij.& ix.col.lib.ij.ubi in-
finitis iuribus, rationibus, & auctoritatibus firmat
indubitanter ſtante dicta clauſula,requiri cauſam le
gitimam,quæ non tranſcribo; quia uideri poſſunt.
Et idem clarè tradit Pariſ. conſi.aij.nu.clxxv. & ſeq.
lib.ij. vnde, cùm Mãbriani legitimatio fuerit ex ab-
rupto facta, & ex mera Comitis uoluntate,nullaque
cauſæ cognitione interueniente,nec aliqua cauſa in-
ſerta,omninò nulla eſt; ex quo contra tenorem pri-
uilegij facta apparet, & contra limitatam poteſtatẽ
Comiti conceſſam: poteſtas enim Comitis ex pri-
uilegio pendet,cuius tenor diligenter eſt inſpicien-
dus.c.porrò,de priuileg.ut infrà dicam.
Et quamuis D. Comiti fuerit narratum de teſta-
mento & uoluntate D. Conſtantini patris uolentis
Mambrianum legitimari;tamen patris uoluntas mi-
nimè eſt ſufficiens cauſa,ut ſuprà adamuſsim decla-
raui. & D.Comes nullam in priuilegio cauſam ex-
preſsit,niſi quaſdam generales & inſufficientes,quæ
omnibus legitimandis conuenire poſſunt. Dicitur
enim in priuilegio, quòd quandoque illegitimè nati
uirtutibus decorantur,& ꝙ uolebat gratioſo Mam-
brianum fauore proſequi,& conſideratis circunſtan.
31 tiis perſonæ Mambriani. † Nam huiuſmodi cauſæ
generales nihil operantur ſecundum Curt. d. conſil.
xvj.ia.col. & ibi nu.xlia.ait cæci uiderent, & ſurdi
32 audirent, † quòd legitimatus eſt abuſiuè legitimus,
& quòd non debet filias legitimas, niſi ex magna cã
excludere. eandem ſententiam quòd prædictæ cauſę
ita generales non ſint ſufficientes,tradit Dec.d.cõſ.
ccxciij.pen.col.& Pariſ.d.conſi.xij.nu.lxij. & lxiij.
ubi in terminis prædictas cauſas commemorat, &
dicit eſſe inſufficientes.& idem ponit Pariſ. d.conſi.
vj.nu.xxxix.lib.ij.& eleganti ua conſi.ix. nu.xxxix.
& ſeq. Non etenim ſufficit quælibet cauſa,ſed debet
eſſe rationabilis,neceſsitatis & utilitatis publicę,aut
prærogatiuæ perſonarum legitimandarum; ita Car-
din. Alexandrinus in c.per uenerabilem.§.j. in tertio
notab.& Curt.ſen.conſi.lxv.nu.lxxaiij.& Soci.in d.
conſ.cxa;.iiij.col.nu.xx.Hinc Papa in c.innotuit.de
electio.ait,ad inducendam ſuper natalibus diſpenſa-
tionem, debere attendi perſonæ cognitionem, ſi in
ea eſt literarum ſcientia, morum honeſtas, uitæ uir-
tus,& fama ciuitatis conſentiens. Nec ſtatur de cau-
ſa, Comitis aſſertioni, ſed uerè cõſtare debet, quòd
ſit rationabilis,& legitima, ut latè per Pariſ. d. conſ.
ix.nume.axxvij.& ſeq. Quę omnia conſtat in Mam-
briano ceſſare tunc pueto annorum xiiij. & ſimpli-
cis figuræ. Eandem ſententiam tradit Decius conſi.
dlaxvj.pen.col.dicens, clarum eſſe hoc caſu cauſam
requiri, fauorem publicum concernentem. Nam &
in ſimili uidemus in diſpenſatione contra ius diui-
num,uel gentium facta, requiri cauſam fauoris pu-
blici,ut tradit Feli. in c.quæ in Eccleſiarum, ix. col.
uerſi.tertia concluſio,de conſtit.ubi iuribus, & au-
ctoritatibus hoc probat: ergo idem debet eſſe in le-
gitimatione contentioſa; ex quo eſt facta contra iu-
ra diuina,& humana,ut ſuprà demonſtraui.

Et

Et promptius præmiſſa In caſu noſtro procedút,
quia D.Comes in ſuo priuilegio non habet poteſta-
tem ſine cauſa baſtardos legitimandi , quam fortè
Imperator expreſsè tollere potuiſſet, ſi uoluiſſet, ſe-
cundum Ludouicum de Sardis in d. tractatu legiti-
mationum in vj. articulo tertiæ partia , & Pariſium
conſ.x.nu.cxxia.lib.ij.

33 Tertiò † pretenſa legitimatio alia corruit ratione,
quoniam cùm ſit facta contra ius diuinum & huma-
num, ut dixi, uim hēt diſpenſationis, ideo D. Con-
ſtantia, ſeu eius legitimi tutores ad talem legitima-
tionem faciendam citari debuerunt. ſecundum Bal.
in l.nam ita Diuus.ff.de adoptio. & in l. nec quicq̃.
§.ubi decretum.viii.col.verſ.venio ad ſecundũ pun-
ctum.ff.de offic.proconſ.& lega.& in authen. Præ-
tereà.C.de natur.lib.& idem dicit Imo.& Gemin.ĩ
c. grandi, de ſupple.negl.præl.refert & ſequitur ue-
ritatis amiciſsimus Alexand.in d.l.ex facto. iiii.col.
uerſ.& licèt Bar.ff.de uulg.& pup.& cōſ.lxvii.j.uol.
& conſi.nonageſimoquarto in fin.eodem lib.& An-
charan.conſil.ccxli.Ex tenore. uerſicu. ſecundò pro
hoc facit.et multùm egregiè Curtius ſenior conſil.
xvj.xij.col. nu.la.& Iaſon in d.§.& quid ſi tantùm.
nume.cxxxi.& Laudenſis in tractatu legitimatio-
num, quē poſuit in ſua diſputatione incipiente Au-
gerius, in uerſ.an autem in legitimatione. & Decius
conſi.cccxciii.iij.col.& conſi.cccxcii.in fin.& conſi.
cccc axv.iii.col.& Soci.iun.d.conſi.cxlii.iii. col.nu.
xvlii.in j.parte, ubi ait communiter teneri, filios eſ-
ſe citandos in legitimatione ad inſtantiam patris fa-
cienda. & ratio, quia in huiuſmodi legitimatione
contra iura facienda, & in qua de præiudicio filiorum
legitimorum tractatur, requiritur cauſæ cognitio,
ut ſuprà demonſtratum eſt ; ergo requiritur citatio;
34 † quia ubi cauſæ cognitio requiritur, actus ſine cita-
tione explicari nõ poteſt.l.meminerint. C. unde ui.
& l.in cauſa.§.cauſa cognita. ff. de minor. & tradit
Barto.in l.ij.C.de tempor. appella. & per Socinum
conſi.ccxlvi.ii.col.lib.ii. Et hinc inferr Aretinus in
d.§. & quid ſi tantùm.fin.col.quòd ubi legitimatio
ſine cauſa fieri non poteſt, neceſſe eſt dicere requiri
citationem ; quia aliter de cauſa liquere non poteſt.
refert, & ſequitur Ruinus conſi.xcvi.v.col.nume. x.
lib.xiii.& hoc caſu non ualet Imperator citationem
35 remittere. † Quamuis enim ſit nõ mediocris in iu-
re difficultas, an in ciuilibus poſsit Princeps tolle-
re citationem, ut habetur in Clemen. Paſtoralis, de
re iud. & in cap.cùm olim, eod.titu.in antiquis ; &
in c.j.de cauſa poſſ.& propr.& ſolenniter per Soci.
conſi.cxx.antep.& pen.col.lib.iii.ubi pro uera reſo-
lutione partem amplectitur negatiuam : tamen ſe-
cundum omnes Papa, et Imperator inter non ſubdi-
tos nõ poſſunt tollere citationem, per tex.clarum in
d.Clem.Paſtoralis.de re iud.& tradit expreſsè Bal.
& Salic.in l.nec cauſas.ff.de appell.& Alex.conſ. al.
iii.col.lib.vii.& Butrius in d.c.per uenerabilem , &
Abb.in d.c.cùm olim, & Cardi.in d.c.j.de cau.poſ-
ſeſſ.& prop.& ita ſolenniter concludit Soc.in d.cõ-
ſil.cxx.nu.xi.& Curtius ſen.conſil.lxvi.nu.cxxxviii.
& d.conſi.nu.cxxii.tradit aliam pulchram regulam
caſum noſtrum decidentem iuribus & auctoritati-
36 tibus eam confirmando. † quòd quamuis Impe-
rator inter ſuos ſubditos ius quærendum, uel quæſi-
tum re, aut ſpe tollere poſsit de ſuprema & abſoluta
poteſtate, tamen quò ad bona in alieno principatu
exiſtentia ſuperiorem non recognoſcente, iuri alte-
rius & ſpei non ſubditi derogare non poteſt. & ad
hoc allegat ĩ terminis Ang.Laud.& Cardinalē Ale-
xandrinum. & idem tradit Alexã.d.conſ.lxvii.pen.
col. in fi.lib.j. Certum eſt autem filios & filias ſpem
probabilem, & conſiderabilem habere patri ſuc-
cedendi, ſecundum Bar.in l.is poteſt.iij.col. verſ.eſt
& aliud.ff.de acquir.hær.& in l.fi.in fi.C.de pactis,
& ibi Docto.& Alciatus in l.ii.in prin.nu.liiij.uerſ.
quartò limita.ff.de uerb.obl.& eſt tex.in l.nec ei. §.
præterea.ff.de adop.ubi non permittitur, patrem fi-
lios habentem, alios adoptare , ut liberorum ſucce-
dendi ſpes non diminuatur. Hinc Iuriſconſultus in
l.cùm ratio.ff.de bonis damn.ait ; Cùm ratio natu-
ralis patris hæreditatem filiis adiiciat, ueluti ad de-
bitam ſucceſsionem eos uocando, ac ne iudicio qui-
dem parentis, niſi in certis caſibus ſummoueri poſ-
37 ſint: † idcircò filii etiam uiuente patre dicũtur qua-
ſi domini, & ſui hæredes appellantur. tex.eſt in l. in
ſuis.ff.de libe.& poſthu. & eis parentum hæreditas
eſt quaſi debita.l.fi.§.i.C.de cur.fur.& per Gloſ. &
Docto.in l.iii.C.de iur.& fac.ign.& ſic concluditur
ex defectu citationis non ualuiſſe Mambriani legi-
timationem in præiudicium D.Conſtãtiæ filię, Im-
peratori nõ ſubditæ : nec Imperatorē hoc caſu cita-
tioni derogare potuiſſe, & minus Comitem.

Et ſi diceretur, Comitem etiam inuitis filiis ui-
gore ſui priuilegii Mambrianum legitimare potuiſ-
ſe; ergo citatio non erat neceſſaria. reſpondetur, qđ
quamuis legitimatio in ſe ſit mero iure ualida, tamē
quò ad præiudicium ſucceſsionis D.Conſtantiæ fi-
liæ legitimæ & naturalis, non ualet ea non citata, ut
ſuprà probaui. Multa quippè D.Comiti narrare po-
tuiſſent, quæ cum difficilem ad legitimandum red-
didiſſent, putà, allegare matrem Mambriani fuiſſe
fanticellam, & infamem, & aliis perſonis ꝓſtitutã,
prout erat Mambriani mater , uel Mambrianum ex
alio genitum patre ; ut per Curtium Sen.conſil.xvj.
xiiii.col.nu.lxxi.allegantem ad hoc Bal.ſed ego re-
perio Bal.hanc ponentem ſententiam conſi.xv.lib.
ii.in iii.col.in fi.uerſ.item ſi clauſulæ, ibi, & ſi dicat
ad quid.ubi concludit, non eſſe bonam conſequen-
tiam, legitimationem fieri poſſe inuitis agnatis, er-
go non ſunt requirendi ; quia requiſitus talia oppo-
nere poſſet, per quæ Princeps, uel Comes non legi-
timaſſet, ut ibi pulchrè declarat.

Quartò quòd prædicta legitimatio ſit inualida ;
38 alia concludenti probatur ratione ; † quia in legi-
timatione non eſt ſpecialis facta mentio , quòd ex
D.Conſtantino tunc extaret D.Conſtantia filia le-
gitima & naturalis ; prout ad ualiditatem legitima-
tionis eſt neceſſarium, ſecundum Pau. & alios in d.
§.& quid ſi tantùm.& Alex.conſi.xxv.iii.col.lib.j.&
d.conſ.lx.pen.col.lib.ii.& Ruinum cõſ.lxxxvii.nu.
vi.lib.iii.& conſi.lxxxi.num.viii.x.lib.& latè tradit
Curtius ſen.conſ.xxxii.in ij.col. Sed nec in ſuppli-
catione, nec in legitimatione fuit Comiti narratum
tunc extare D.Conſtantiam. licèt nanque in ſuppli-
catione dicatur ex D.Anna tempore mortis Con-

ſtantini

ſtantini prægnante natam filiã, non tñ fuit declara-
tum tunc extare filiam. Non enim neceſſariò infer-
tur, iam per annum nata fuit filia; ergo hodie quo-
que extat. & leges requirunt ſpecialem fieri mentio-
nem liberorum extantium tempore legitimationis,
ut dicunt præfati Doct. omnes. & ſic nõ ſufficit nar-
ratio, quòd mortuo patre nata fuerit filia.

Et ulterius aſſerta legitimatio ſuſtineri non po-
reſt per uerba ſequentia legitimationis dicẽtia: Mã-
brianum capacem omnium ſucceſsionum, & cum fi-
liis ltĩmis, & naturalibus, ſi qui forẽt. Nam ex dictis
uerbis apparet, D. Comitem non eſſe certiorem fa-
ctum Conſtantiam filiam extare; quia illa uerba:
ſi qui forent, ambiguitatem inducunt, & dubitãs er-
ranti æquiparantur. tex. eſt in l. fi. C. de cond. indeb.
Item dicta uerba ſunt conditionaliter prolata, quæ
non diſponunt. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis
omiſſ. cau teſt. Pro qua ratione confirmanda addu-
co pulchrã Alex. deciſionem conſ. la. pen. col. lib. ii.
uerſ. Non obſtante illa uerba. Ait enim quòd licẽt
in uerbis executiuis legitimationis dicatur, ſine præ-
iudicio filiorum legitimorum, non tamen ualet le-
gitimatio, ex quo in ſupplicatione non erat facta
mentio, quòd extarent filii legitimi & naturales. &
eandem ſentẽtiam pulchrè tradit Ruinus cõſ. lxxxi.
nu. xi. vii. lib. iii. & prædictam ſentẽtiam in propriis
terminis tradit Barbatius conſ. xlix. vii. col. nu. iiii.
v. & vi. lib. iiii. ubi hanc ſententiam ſolenniter com-
probat.

Quintò quòd prædicta legitimatio ſit inefficax
quòad excludendam Do. Conſtantiam à ſucceſsio-
ne bonorum paternorum ei mortuo patre quæſita,
39 oſtendo ex defectu poteſtatis D. Comitis. † Nam
q̃uis in prima parte priuilegii legitimandi dicatur,
Imperatorem dare poteſtatem legitimandi, paren-
tibus uiuentibus, uel mortuis, per hoc non uidetur
dare facultatem, ut legitimandi ſuccedant, & aufe-
rant hæreditatẽ aliis mortuo patre quæſitam: quaſi
uelit, quòd Comes poſsit legitimare mortuis parẽ-
tibus, ſed non in præiudicium eorum quibus hære-
ditas eſt quæſita. Ita egregiè Bal. in conſi. aiiii. Super
legitimatione. ii. col. uerſ. Nunc ad uires legitima-
tionis, lib. ii. & dictum conſilium eſt Salic. ut ex ſub-
ſcriptione apparet. refert & ſequitur Decius conſi.
cccxciii. in ii. col. & ita pũctualiter in caſu noſtro eſt
40 dicendum: † quia D. Conſtantiæ filiæ & ſuæ, ſtatim
mortuo patre fuit hæreditas iure ſuitatis abſque ali-
qua aditione quæſita. text. eſt in d. l. in ſuis. ff. de lib.
& poſth. & ibi Doc. & infrà etiam declarabo. Et illa
uerba, mortuis parẽtibus, non æquipollent uniuer-
ſali in odioſis, ut habeant locum etiam adita, uel
quæſita hæreditate; eò quia non eſt eadem ratio, ut
ibi per Decium.

Et prædicta confirmantur ex pulchra doctrina
Soci. in d. §. & quid ſi tñ. nu. aviii. uerſ. ideo aliàs in-
41 tendebam: inquientis, † quod ſi in priuilegio impe-
riali eſt clauſula, quòd poſsit Comes legitimare ẽt
extantib. filiis legitimis, & naturalibus, talis clau-
ſula non cenſetur repetita, quando legitimandus ad
ſucceſsionem bonorum paternorum habilitatur. &
idem clarè tradit Soc. conſ. xcv. iiii. col. lib. iiii. Quã
ſententiam etiã egregiè tradit Bal. in l. ii. C. de ſer-
uit. & aqu. in v. col. uerſ. item nota quòd Papa. dicẽs
42 † quòd ſi Princeps ex plenitudine poteſtatis dat Co-
miti facultatem legitimandi ſpurios, etiam filiis le-
19 *Bona Eccleſiæ non facilè alienationis titulo ſubiacent.*
20 *Clerici tenentur Chriſti pauperes de fructibus Eccleſiæ alere, aliaq́ue facere, ut ibi.*
21 *Lex humana ſi obliget, quantò magis diuina?*
22 *Legis perfectio in charitate conſiſtit. & nu. 28.*
23 *Eleemoſynæ uirtus & effectus.*
24 *Impedienda non eſſe ſiue directè ſiue indirectè, quæ ad ſpiritualem animarum cuſtodiam & ſalutem pertinent.*
25 *Pontificis, ipſiusq́; ſedis Apoſtolicæ facultas ampliſſima eſt.*
26 *Pontifex abſq; cauſa non diſpenſat contra ius.*
27 *Præfationes ſiue proœmium cauſam finalem arguunt.*
29 *Princeps non poteſt reuocare conceſſionem ob ſpirituales cauſas factam.*
30 *Clauſulæ illæ, niſi de uerbo ad uerbum, etc. & decreti irritantis, uel non aliter nec alio modo, quem habeant effectum.*
31 *Priuilegij aut conceſſionis nominatim facta reuocatio, Principis enixam uoluntatem oſtendit.*
32 *Decimæ ſunt de iure diuino.*
33 *Decimæ remitti poſſunt à ſummo Pontifice.*
34 *Verba generalia generaliter intelligenda.*
35 *Monachi mundo mortui eſſe debent, & ipſi Deo uiuere.*
36 *Verba ubi conueniunt, conuenit & ipſa diſpoſitio.*
37 *Negatiua præcedens uerbum poteſt, omnem radicitus facultatem abnegat.*
38 *Principis à ſententia non appellatur.*
39 *Sententiæ tranſactæ in rem iudicatam authoritas.*
40 *Lex abhorret infinitatem negotiorum. & nu. 54.*
41 *Expenſis non debent ſubditi defatigari.*
42 *Ius alteri quæſitum, auferri iurè non poſſe.*
43 *Princeps ſolus diſponere poteſt de plenitudine poteſtatis.*
44 *Clauſulæ motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, actum omninò ſic fulciunt, ut nihil quicquam obijci ualeat.*
45 *Princeps præſumitur cum cauſa aliquid agere. & numero 50.*
46 *Geminatæ clauſulæ diſponentis intentionem enixè declarant.*
47 *Præſumptio eſt pro iudice.*
48 *Pontificis iudicium humanæ non ſubiacet cenſuræ.*
49 *Principis uoluntas legis habet maieſtatem.*
51 *Spiritualia qui ſeminat, poteſt & temporalia colligere.*
52 *Principis declarationi nihil quicquam opponi debet.*
53 *Sacrilegij reus conſtituitur, qui ſummi Pontificis gratiam in dubium reuocat.*
54 *Infinitatis progreſſus non admittendus.*
55 *Pontifex iudicat ueluti Deus.*
56 *Annatæ an ſint de iure Diuino uel poſitiuo. & ſuprà nume: 8.*
57 *Pontifici Max. in caſu neceſſitatis omnia ſunt offerenda.*
58 *Priuilegia Principum obſeruari debere.*

CONSILIVM CVII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, vt veritatis ipſiua ſcopum in propoſiti caſus explicatione attingere poſsim.

CONTIGIT coram Reuerendiſsimis Apoſtolici Fiſci Præfectis, ipſius procuratorem executiuo modo agendo petiiſſe, Caſsinenſia Congregationis, ſiue Sáctæ Iuſtinæ Procuratorem Generalem ad annatarú ipſarum ſolutionem debere compelli, ideſt, dimidij fructuum, quod decimo quoque quinto anno, ipſi Fiſco Apoſtolico deberi prætenditur, ob uniones monaſteriorum, & quorumcunque ſacerdotiorum illi ipſi Congregationi annexorum, ut plurium ſummorum Pontificum cóſtitutionibus cautum eſſe vř.

At, cùm ipſius Congregationis nomine excipiatur, eorum monaſteria huic ipſi oneri non eſſe ſubiecta; quæſitum eſt, utra pars iuſtiorem cám foueat?

Et prima facie pro ipſo Fiſco iudicádum uidere-
1 tur: † non enim defuerunt, qui onus hoc annatas ipſas ſoluendi, ideſt, dimidiam partem fructuum primi anni diuino iure inſtitutam fuiſſe cenſerent, ut ſint ueluti decimę decimarum ab inferioribus in ingreſſu ſacerdotij ipſi ſummo ſacerdoti perſoluendæ. Quod Reuerendiſsimus Feltrenſ. Epiſcopus nuper innuere uidetur in tract. de annat. in primis uerbis.
2 † Cuius ſanè iuris norma cùm inflexibilis ſit. c. ſunt quidam, xxv. q. j. & c. literas, de reſtitu. ſpoli. ibi, nos enim diſpenſare non poſſumus. Glo. Hoſti. Io. And. Aegid. Butr. & Abb. aduertunt, & cap. ex publico, de conuerſ. coniuga. ubi Gloſ. in uerbo conſummatum, & cap. nobis, de decim. ubi Glo. in uerbo exemptis.
3 † quare aduerſus præceptum primæ tabellæ Decalogi, non occides, ut in c. ult. §. moralia autem, vj. diſt. legis ipſius humanæ authoritate diſpenſari non facilè poſſe, quandoq; docui ipſiua etiam diui Auguſtini teſtimonio. cap. ſi non. B. §. his exceptis, xxiij. q. v. & cap. quæ in, de conſti. ubi Abb. uerſ. ſit tibi breuis concluſio, nu. ix. in primo membro diſtinctionis.
4 Innoc. Hoſt. & Butr. † qua ratione Mileuitani Concilii diſpoſitionem niti receptum uidetur, ut nec iuramenti authoritate clericus ipſe coram iudice ſęculari legitimè conueniri poſsit. c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, de foro compet. & Deci. admonuit in c. Sanctæ Mariæ, de conſtit. in prælud. & Bartho. Soci. reſpondit cóſ. xij. in primo. quemadmodum cùm diuinæ legis authoritate Petrus ipſe Chriſti Vicarius conſtitutus fuerit, & ſucceſſores. cap. quodcumque, xxiiij. q. j. & c. ſignificaſti, de elect. cum aliis adductis ab ipſo Feltren. Paſtore in tracta. de poteſta. Rom.
5 Pont. c. j. & vij. † nec uolentes quidem humano iudicio ſe ſubiicere poſſent. c. nemo, & c. aliorum, & c. cuncta, il j. & ij. ix. q. iij. & c. ſi Papa, xl. diſt. ubi Glo. in uerbo à fide deuius. quam ſententiam non ſolùm receptiorem, ſed & ueriorem ibi Cardi. Turrecrem. ratione, & lege, & utriuſque iuris, tùm Diuini, tùm humani peritiſsimorum authoritate oſtendit. & Feltrenſ. ipſe Paſtor in præallegato tract. cap. xxvj. poſt D. Thom. Gaiet. Scot. & S. Bonau. Alexan. de Ales, Auguſtin. de Anchona, & Petr. de Palude, & plures alios, quos adduxi in rub. de conſtit. quicquid labatur Gerſon, & Pariſienſis Academia oppoſitum contendens.

Secundò, ſi rationem naturalem ipſam intueamur in ipſo quoque Canone expreſſam, onus hoc euita-
6 ri non poſſe vř. † Dictat. n. illa, ut qui laborat, idem & manducet, ut D. Paulus monuit, ſpiritualia miniſtráti temporalia exhiberi oportere. c. cùm ſecundum, de præb. & c. cùm Apoſtolus, de cenſ. & exact. quod & Cæſarea ipſe legiſlator in uniuerſum cauit. l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. ibi, quemadmodum pinguedo, & l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. in prin. & l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. quare & in Concilio quandoque decretum fuit, Apoſtolicæ ſedis legatis procurationes ipſas deberi. cap. cum
7 inſtan. de cenſ. proc. & exact. † Nam, & ex Philoſophorum ſententia, militibus quoq; publico ære neceſſaria exhibenda eſſe, D. Thom. quandoque cen-
8 ſuit. ſecun. ſecund. q. lxxxviij. arti. j. † Quamobrem, cùm ſummus ipſe ſacerdos, & Apoſtolicę Sędis Antiſtes pro uniuerſalis gregis cuſtodia aſsiduè inuigilet, quis huiuſmodi portionem illi ipſi non deberi aſſerat? ut ipſiua Eccleſiæ neceſsitatibus inde cóſulere poſsit. c. vnico, ut Eccleſ. benef. cap. ſolitæ, de maior. & obedi. & c. extra unam, eod. titu. & d. c. cum
9 inſtan. & c. qui ſentit, de reg. iur. in vj. † quin & apud Gentilium ſacerdotes hoc ipſum huiuſmodi ratione receptum eſſe traditum eſt. quod enim Ariſto. Metaph. j. ſacerdotum genus apud Aegyptios uacare permiſſum eſſe teſtatur. & Ioan. Gram. ſubiicit, Aegyptios primùm, deinde omnium gentium ſacerdotes fuiſſe diuites, & præſertim ſummos, quippè quibus ipſi inferiores in ingreſſu ſacerdotij mediam reddi-
10 tuum partem offerebant. † quocircà in Concilio Viennenſi celebrato, anno Domini Mcccxj. conſtitutum fuit, hanc ipſam portioné legitimè exigi poſſe. quod & Conſtantienſe probauit, quicquid in Baſilienſi Conciliabulo aliter decretum ſit. Et exactionem huiuſmodi ad Apoſtolicæ ſedis neceſsitatem potiſsimùm legitimam eſſe, Hoſtien & Ioann. And. docuerunt. c. inter cætera, de offic. ord. in Gloſſ. ult. & alij ſequuntur; & inueterato uſu receptiſsimum eſſe, qui rectè ſentiunt, poſteriores omnes fatentur Barth. Bellan. in tract. de charit. ſubſ. q. xvj. & Ferd. Cord. in tract. de ana. & Ecchius in enchir. loc. cóm. cont. Lut. & Gomeſ. in præfatione reg. Cancell. de ualore exprimendo, num. vj. uerſ. & dum, reddit rationem, cur uerus ualor exprimi debeat, nempè, ut ſciri poſsit quanta ſumma ſit perſoluenda pro hac ipſa portione, quam vulgò annatam uocamus, & Caſſiod. in reg. Cancell. quòd nemo plus ſoluere compellatur, quàm in taxa reperiatur, putà, inquit pro annatis. & Gigas in tract. de penſ. q. xxvj. nu, ij. quod nó minus eruditè, quàm eleganter Feltren. ipſe Præſul docuit in dicto tracta. de anna. in ſt. in princ. uerſ. poteſt autem.

Et cùm ex inſtitutione Pauli ij. & Innocentij iij. & Iulij ij. Summorum Pontificium cautum ſit, onus hoc dimidiam fructuum portioné ſingulis quibuſq;

qnindecim annis ab ipſis nninerſitatibus ſine regu-
laribus,ſiue ſęcularibns ſubeundum eſſe ob ſacerdo-
tiorum ipſorum uel monaſteriorum, aut Prioratuũ,
& huiuſmodi uniones illis ipſis factas, cùm ſacerdo-
tia hęc amplius uacatura nõ ſint,uniuerſitatibus ipſia
nunquàm obeuntibus.c.ſi gratioſè,de reſcrip.in vj.
ubi Ancba.Gemi.& Fran.& c.quoniam Abbas, de
oftic. dcleg.ubi Dec.poſt Panormit.& alios neteres
aduertit.Bar.& Alber.in l.ſi communis ſeruus, la ij.
ff.de ſtipul.ſer.iccircò ipſi Fiſco Apoſtolico deberi
ut ſuprà uidetur,ne aduerſus naturalem ipſam ratio-
nem,non mediocri detrimento afficiatur. d.c. cùm
ſecundnm, & d.c.qni ſentit, cum aliis ſuprà addu-
ctis: & ſic conſtitutionem huinſmodi ratio euidẽs
eſſe exiſtimari debet.Quamobrem inferri poſſe ni-
deatnr, huius ipſius perſolnendi onus ab hac ipſa in-
tegerrima Caſsinenſi Congregatione, nulla rimula
11 poſſe uitari.† In nninerſo enim inre noſtro ſubro-
gatum ipſum naturam illius aſſumcre ſolct, in cuius
locum ſubrogatur.c.Eccleſia, il i. ut lit.penden.ubi
Gloſ.in uer.ſucceſſerunt.Butr.& Abb.& Gloſ.in c.
cùm tu, de uſur.in fin.& l.fideicommiſſa.§.ſi in rem
ſnam. ff. de leg.iij.cnm aliis addnctis à Gomeſ.reg.
de non ind.ſecũdum formam luppl. q.vii.uerſ. iltis
12 tamen.† Cùm enim naturalis rationis efficacior ſit
diſpoſitio.§.fi.inſti.de iur.nat.poſitiuæ legis condi-
tio neluti inferioris illi cedere debet.l.ſecunda.ff.de
nſufruct. earum rer. & l. iura ſanguinis. ff.de regu.
iur. & Clemen.Paſtoralis, de re iudic.§.cæterùm, &
uerſic. hoc abhorret natura. qnod egregiè declarat
Cardi. Turrecrem. in cap.peruentit, avııı. diſtinct.
nume. ii. & iii.

Tertiò aduerſus Cõgregationem huinſmodi ur-
get conſtitutionum ipſarum uirtns à fœlicis record.
Iulio iij. Pont.Maa.motu proprio,& ea certa illius
ſcientia æditarum,nec nõ & de poteſtatis ipſius ple-
nirudine,& à Sanctiſsimo Papa Panlo iiij. eins no-
minis Pont.Summo, cuiusmodi uirtus ex ipſarũ in-
ſpectione præciſa eſſe colligitur, quippè quòd de
ipſorum ſummorum ſacerdotum uoluntate,& uer-
bis ipſis cõſtar.c.Marchion.j.q.j.& c.ſecundò requi-
ris,de app.& l.Labeo.ff.de ſnppel.leg.& l.ille aut il-
13 le.§.j.ff.de leg.iij.† At de poteſtate ambigi non dẽt.
c.propoſuit,de conceſſ.prębe.& c.quàmuis,il ij.de ꝑ-
ben.in vj.& Clem.ij.nt lit.pend.quare ſequitur cõ-
ſtitutionum huiuſmodi præciſam obligationem ui-
deri, nempè, ut Caſsinenſis huius Congregationia
procurator ſecundum earum tenorem ſemetipſum
in Camera obligare debeat, qnòd ſingulis quibuſq;
quindecim annis hanc ipſam dimidiam fructuũ por-
tionem ea ſuprà ſcriptis cauſis perſoluet.c.ſi motu,
de præb.in vi.ubi Ioan.Andr.Arch.Anch.Gemi.&
14 Fran.aduertunt,† motu proprio Principis factã di-
ſpoſitionem efficaciorem haberi, & tradunt omnes
in c. ſuper literia,de reſcrip.& diffuſè Staph.in tra-
15 cta.de liter.iuſt.& grat.pertractat.† Præterea ſubeſt
clauſula illa,ea certa ſcientia, cuins quidem nirtute
etiam ius qnæſitum ſublatum eſſe exiſtimatur.Glo.
in c.ad hæc,de reſcrip.in ner.elegerint,in fi.uerſ.ſa-
tis tamen credo.& ibi Ioan.And.Hoſt. But.Abb.&
Feli. unde & diſpoſitioni bninlmodi nihil quidquã
opponi poſſe cenſetur.Bar.in l.conficiuntur. §. co-
dicilli.ff.de inr.codicil.& Bald.in l.eos, in princ.C.
de appella.& c.j.§.ſi quis autem,de pace iur.firman.
Butr.& Abb.in d.c.ad hæc,in Glo.magna.idq; po-
tiſsimùm,cùm adiecta ſit in hniuſmodi deplomati-
16 bus etiam † clauſula illa de plenitudine poteſtatis,
quæ quidem prorſus explicar, Principem ipſum ab
ordinaria poteſtate recedere.d.c.propoſuit,de con-
ceſſ.præben.& d.c.qnamuis, il ij. de præben. in vi.
ibi,maiorem tamen,& c.j.de reſcrip.ubi omnes in j.
not.& Bal.in procœmio decret.docuit,& in prælud.
feud.uerſ.ſed pauca de Principe dicamus.Ioã. And.
But.& Imo.in c.in noſtra, de procur.

Qnapropter, cùm huiuſmodi cõſtitutionnm au-
thoritate excommunicationis ipſins pœna illis ip-
ſis irrogetur,qui monaſteriorum ipſornm & aliorũ
ſacerdotiorum nomina ipſi Congregationi unito-
17 rum non profitentur,† rutior nia potius pro anima-
rum ipſarum ſalnte deligenda uideretur. c.conſiliũ,
de obſeruat.ieinn.ibi,bonarum mentinm & c.iuue-
nis, de ſponſalib.nbi Abb.in primo notab. & c. ad
audientiam, il ii. de hom.uolunr.uel caſua.ubi Ma-
ri.nu.v.Gloſſ.Abb.& Fel.in c.ult.num.aiiij.de præ-
ſumptio. quod Ancha.eleganter reſpondit conſil.c.
lxaia.Prima facie. Ea quibus concludendum uide-
retnr,procuratoris ipſius fiſcalis petirionem nõ ine-
ptam cenſeri.

Quibus tamen, & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitnm ſecundum canonnm ipſorum rationem ue-
rius eſſe cenſeo: quod quidem pluribus rationibus,
18 iuribus,& authoritatibus apettè oſtendo. † Et pri-
mò, quòd bona ipſa Eccleſiis oblata, Deo acqniſita
intelliguntur.l.fi.C. de ſacroſanct. Eceleſ. ubi Bald.
nn.iii.& Abb.c.j.nu.i.de conſ.uer.ratio ſecundi.qua
re bumano uſui lnbtracta intelliguntur.c.ſemel, de
19 reg.iur.in vi.& §.ſacræ res, inſti.de rer. di. † & non
facilè alienationis titulo ſubiacent.c. ſine exceptio-
ne,xii.q.i.& c.nulli,de reb.Eccleſ.non alienan.& c.
i.eo.tit.in vi.aduertunt omnes in c.quæ in Eccleſia
rum,de conſtit. in Glnſ.i. & diffuſè pertractat Fabi.
de Mon.in tract.de empt.& uend.quinimmo initio
naſcentis Eccleſiæ inter conuerſos ad fidem omnia
communicabantur, ut legitur Act.v.& iccircò Ana-
nias mira uirtute ob pecuniam ipſam, quam celanit,
medius crepnit.c.Ananias, xvii.q.i. & c. dilectiſsi-
mis, aii.q.i.deinde procedentibns temporibus bona
buiuſmodi Eccleſiis præſertim matricibus, necnon
& Monaſteriis, Abbatiis, Præpoſituris, Priorati-
bus,& buiuſmodi oblata fuerunt,nempè,ut ipſarum
Eccleſiarum miniſtri diuino cultui incũbentes,qnod
naturalis exigit ratio, inde uiuere poſſent.d.c.cũ ſe-
cundum,& d.c.cùm Apoſtolus,& toto tit. de cleric.
non reſiden.& maximè in c.quia nonnulli, ibi, cùm
igitur Eccleſia. Ioan.ab Imol.aduertit,& c.de cæte-
ro.§.niſi fortè,ubi Gloſ.in uerbo uictualia.Io.And.
20 Hoſti.Butr.& Abb. † deinde,nt ipſius Chriſti pau-
peribus Eccleſiarum ipſarum præfecti,atque prælati
ſubuenire poſsint.c.aurum,& cap.gloriæ Epiſcopi,
xii.q.ii.& c.fi.xiii.quæſt.i. & cap.nlti.xvii.q.i.ibi, ſi
quod pauperum eſt.& cap.conuenior, xvii. quæſti.
viii.denique ut ex reliquis fructibus baſilicæ ipſę uel
conſtrnantur,uel uetuſtate collapſæ inſtaurentur.c.
i.de Eccleſ. ædif. ubi Gloſ, i. in uerbo adiuuent.ubi
Hoſt.

Hoſt.Io.And.Anch.& Abb.Goffr.& Hoſt.in ſum.
eo.tit.& in c.unico, a.q.iii.
Qui ſanè effectus. & clericos ipſos diuino cultui
incumbentes, & balylicas conſtruendi, ac inſtaurā-
di,cùm ſint ſpirituales ad animarum ipſarum ſalutē
pertinentes,quarum ratio cunctis aliis præcellit.cap.
præcipimus, aij.q.j.& cap.cùm contingat, de iure-
iur.& cap.ut animarum,de conſtitu. in ſexto. Nam
& cultum ipſum diuinum frequentari debere, diui-
ni iuris authoritate probari poſſe conſtat: quod &
Propheticus ipſe Spiritus pſalm.1on. concinit, me-
dia nocte ſurgebam, & pſal.xviij. ſepties in diem lau
dem dixi tibi. & cap.primo,de celebr. miſſ.cap.con-
ſuluiſti, eod.titu. vbi Docto. Goffr. & Hoſtienſ.in
ſumma eod. titu. Cæterùm, cùm cultus huiuſmodi
abſque temporalium uſu conſeruari, atque augeri
nequeat.d.cap. cùm Apoſtolus, & clemen.exiui, de
uerbor. ſignif.in prin: & §.cùmque annui redditus.
& cap.cùm haberet,de eo qui dux. ibi, uitæ neceſſa-
ria. & cap.non ſatis, lxxvj. diſtinct.conſequens eſ-
ſe uidetur,hunc ipſum effectum diuini iuris ratione
21 perpenſum intelligi: † ſi enim humanæ legis ſola
ratio obligat.l.cùm mulier.ff.ſolut.matri.ibi,niſi ex
mente.l.nominis & rei.§.uerbum.ff.de uerbor.ſign.
& c.fin.de regu.iur. in ſexto. & aduertunt omnes in
l.non dubium.C.de legib.& in l. Gallus.§.& quid ſi
tantùm.ff.de libe.& poſthu. multò fortius in diuini
iuris interpretatione idem intelligi debet,quippè q
ſolu a legis illius legiſlator interna cordis humani ar-
cana ſcrutetur. cap. nouit ille, de iudic. cap.uni.ut
Eccleſ.benef. & l.cogit.ff.de pœn. & l. illicitas.ff.de
offic.Præſi. & icciircò, cùm ea iuris huius tranſgreſ-
ſione peccatum inducatur. cap.ult de conſuetu.& c.
ult.de præſcript. ubi omnes colligunt in primo not.
conſequens eſt ob huiuſmodi effectum iuris huius
nexum haud facilè poſſe diſſolui. d. c. ſunt quidam,
xxv.q.j.& d.c.literas,de reſtit.ſpol.ubi Gloſ.in uer.
non poſſumus, de conuerſione coniugatorum, ubi
Glo.in uer. conſummatum, & Glo. in d.c.nobis, in
uer. exempt.
Quid de effectu pauperes ipſos paſcendi dicam?
cùm Seruator ipſe maximum in lege præceptum hoc
eſſe reſponderit, ut quis Deum ex toto corde dili-
gat,deinde proximū ſicut ſe ipſum. Luc. x. & Matth.
22 xxa. & c.j. diſtinct.j. † vnde D. Paulus in ipſa chari-
tate legis ipſius perfectionem conſiſtere non ſemel
admonuit, & D. Iacobus hanc ipſam legem Reginā
appellat, nempè à Regum Rege Chriſto Deo latam,
23 † & Propheticus ipſe Spiritus eleemoſynis peccata
deleri cecinit, Danielis iiij. & iiij. Reg. xx. & Eſaiæ
xxxviij.& c.quamobrem,de pœni.diſt.j. ubi D.Hie-
rony. plures eleemoſynæ refert effectus.
Demum, ut ipſius orationis domus conſtruatur,
& reparetur,ad ſpiritualem diuini cultus finem per-
tinet.c.Eccleſ.& c.nemo Eccleſiam, de conſe. diſt.j.
Seruator enim Eccleſiam orationis domum conſti-
tuit, & icciircò ementes in ea deiecit, ne latronum
eſſet ſpelunca.c.Eccleſia, il j. & c.nemo, & c.Eccle-
ſias,ibi, diuinis precibus. d.diſtinct.j. de conſecrat.
24 † quæ quidem omnia cùm ad ſpiritualem animarū
cuſtodiam, atque ſalutem pertineant, & non ſolùm
ex mente,ſed & diuinæ legis uerbis præcepta cenſeā-
tur, conſequens eſt quocumque modo,ſiue directo,
ſiue indirecto hos ipſos effectus impediri non poſſe:
d.c.ſunt quidam, xxv.q.j.& d.cap.literas,de reſtitu.
ſpoli.& c.& ſi Chriſtus,de iureiur. ibi, quædā enim,
& plures adduxit Reuerendiſſimus Pariſ. conſ. lxix.
nu.xxx.in iiij.& pluribus ſequentib.
25 Et quamuis † me non lateat, ampliſſimam eſſe
Apoſtolicæ ſedis facultatem.d.c.nemo, & d.cuncta,
ix.q.iij. cum aliis adductis à Reuerēdiſſimo Camp.
Paſt.in d.tract.de poteſta.ſummi Pont. & potiſſimū
in beneficialibus ipſis.d.cap.propoſuit, de conceſſ.
præben.& d.c.quamuis,de præb. in vj. & clem.ij. ut
lit.pend.id tamen intelligi debere uidetur,dummo-
dò effectus ipſi diuini iuris ratione nitentes non im-
pediatur.d.c.ſunt quidam,& cap.uenientes, de iure
26 iur. ubi Docto.† quamobrem in propoſito caſu,niſi
ſubſit naturalis ipſa ratio,puta neceſſitas, ut Bartol.
conſiderauit in huiuſmodi argumento in procœ.ffor.
& in l.omnes populi, ij. q. acceſ. iij.q.prin.ff.de iu-
ſtit.& iur. uel cauſa ipſa ſubſit peccati exclusiua, pu-
tà maioris boni inductiua, ut cenſuit Abb. & c.ult.
de conſtit. prout uidemus in commutatione uoti, c.
magnæ,& c.ſuper iis,de uot.ubi Doct. & iuramenti
ipſius ſuſceptione.d.c.etſi Chriſtus, & c.quantò, &
d.cap.cùm contingat, de iureiuran. ubi Butr.Imol.
& Abb. diſcutiunt, quibus caſibus iuſta ſit cauſa,
ut Eccleſia ipſa à iuramenti nexu abſoluat, non fa-
cilè effectus huiuſmodi, etiā ſola diuini iuris inſpe-
cta ratione nitentes impediri poſſe exiſtimo. Doct.
d.c.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.in primo memb.
diſtinct. Abbatis, Innoc. Hoſti.Ioann.And.Butr. &
Abb.nu.ix.& ibi Dec.& Bero. plures quæſtiones p-
tractant ad hoc ipſum argumentum pertinentes, &
Pariſ.d.conſ.lxix.in iiij.
Secundò pro huius integerrimæ congregationis
cauſæ ueritate vrget generale priuilegium illi ipſi
ab Eugenio eius nominis iiij. Pont. ſummo conceſ-
ſum,in ſecundo etenim priuilegio, in §.inſuper, ut
liberius,his verbis diſponitur.
Inſuper, vt liberius, ac cōmodius neceſſitatibus
ſuis prouidere,ac hoſpitalitati,& pauperum ſubuen
tioni vacare poſsint,uolumus & decernimus, Mo-
naſteria, Prioratus, loca manualia, Grangias, poſ-
ſeſsiones,& bona, quæ in præſenti ſunt ipſius con-
gregationis,& erunt in futurum, ac prælatos, mo-
nachos,& perſonas præfatas ab omni impoſitione,
exactione,collecta,decima, ſubſidio, aut alio quo-
cunque grauamine quouis nomine cenſeantur per
nos,aut ſucceſſores noſtros faciendo,ſeu imponen-
do,nec non à quorumcunq; occaſione Legatorum,
etiam de latere,Subdelegatorum, Nuntiorum Apo
ſtolicorum, Ordinariorum, Diœceſanorum, ſeu al-
terius cuiuſcunque,etiam Apoſtolica,ſeu quauis au
thoritate,tàm impoſitorum, quàm imponendorum
per literas Apoſtolicas, modò facientes plenam, &
expreſſam,ac de verbo ad verbum de huiuſmodi in-
dulto,& congregatione ipſa mentionē ſpecialē, etc.
27 Nam, † ſi huius ipſius ſingularis iuris procœmij
uerba ponderemus, ibi in §. j. Cupientes igitur, ut
monachi ipſi eo quietiori animo ualeant reddere
altiſsimo uota ſua, ac pro ſalute fidelium exorare:
ſanè conſtat Summum ipſum Pontificem ob finem
æternum

æternum priuilegiũ huiuſmodi conceſsiſſe.l.i.ff. de
orig.iur.& l.fin.ff.de hæred.inſtit.ubi Bart. & Bald.
& docuit Lanfranch. in c.quoniam, de probat. in ij.
not.& Deci.in l.j.ff.ſi cert.pet.col.j. & maximè Pót.
in conſ.xvi. ſatis inde colligi poſſe uidetur, huius ip
ſius ſingularis conceſsionis cauſam ſeu rationem cũ
canonis ipſius fine conuenire.d.c.præcipimus,xij.q.
j.qui quidem in animarum ipſarum cuſtodia conſi-
ſtit.d.c.ut animarum,de conſtit.in vi. & d.cap. cùm
contingat,in Glo.magna,uerſ.ſed canon,de iur.iur.
& Card.Anch.Imol.& Abb.in proœ.Decre.nu.xvi.
quare diſpoſitionis huius authoritas efficacior lon-
gè exiſtimanda ſit.l.Baliſta.ff.ad Senatuſconſ.Treb.
& c.i.de treg.& pac.& authen.itaque.C.commu.de
ſucceſs.& Bart.in l.cùm ſcimus.C.de agric. & cenſ.
lib.x.& docuit Alex.in l.ſi cùm dotem.ff.ſol.mat.cũ
municipalis iuris conſtitutio idem, quod ius com-
mune diſponat.

Deinde pondero effectus à canone perpenſos,ab
ipſo quoque Eugenio conſideratos fuiſſe in d. §. &
ut liberius. Nãlis etenim eſt ſua detractio,ut mona-
chi ipſi mundo mortui,& Deo uiuentes ex fructibus
monaſteriorum neceſſaria conſequantur. d. c. cùm
ſecundum de prębend. & dict.cap. cùm Apoſtolus,
28 de cenſi.Procur.& exactio.† deinde ſubiicitur, ut
poſsint uacare hoſpitalitati, & pauperum neceſ-
ſitatibus. qui profectò actus ad charitatis ipſius
executionē pertinent.d.c.x.Lucę,& Matth.a is.& c.
paſce,& c.non ſatis, lxxxvi.diſtinct.Quapropter iu-
ris huius ſingularis conceſsionē ea cá in lege diuina
expreſſa inconcuſſam eſſe cenſeri debet.c.ult.vi.di-
29 ſtin.& c.i.a.diſtin.& d.c.ſunt quidam. † Quare in-
ferri poſſe uidetur ob ſpirituales cauſas, ſeu effectus
ſingularis iuris factam conceſsionem ob temporalē
cauſam reuocari non poſſe.l.i.ii.& iii.quando lic.ab
emp.diſc.& l.ab emptione.ff.de pact. & l.nihil tàm.
ff.de reg.iur.& c.i.eo.tit.in antiquis.non enim con-
uenientiá ullá tēporale intereſſe cum ſpirituali hēre
exiſtimat.c.inter,de trãſl.pręl.& d.cũ cõtingat,& d.
c.quamuis,de pact.in vi.& c.conſilium,de obſeruat.
ieiun.quippè quòd ius ipſum ſpirituale perpetuum
ſit,& finem non habet,temporale autem facilè la-
batur & effluat; unde comparari non poteſt.c. per
uenerabilem,in prin.qui fil.ſint legit.& d. c. præci-
pimus.& c.ult.de conſue.cum aliis adductis in d. c.
cùm contingat,in ratione deciſionis.

30 Pondero † ulterius clauſulam illam,niſi de uerbo
ad uerbum expreſſa,& ſpecialis mentio huius priui-
legii fiat,& Congregationis ipſius,quę profectò ipſi
reuocationi formam pręfigere uidetur, quemad-
modum clauſula illa decreti irritantis, & clauſula,
nec aliter,nec alio modo.quod Bal.docuit.in l.ſcri-
pturę.C.de fid.inſtr.& Soc.in l.i.ff.de lib. & poſth.
& Doct.in l.magis puto.§.ne paſsim.ff.de reb.eorũ,
quæ ſanè forma,cùm adhibita non ſit in aliquo re-
uocationis diplomate,conſequens eſt reuocationis
ipſius actum imperfectum cenſeri. l. Iulianus. ff. ad
exhib.& l.mulieri.§. res abeſſe.ff.de uerb. ſign.& c.
cùm dilecta,de reſcrip.ubi Fel.nu. vi. uerſi.nunc de
31 formæ. † nam nominatim facta reuocatio propter
uirtutem ſpecialis diſpoſitionis enixam Principis
mentem oſtenderet.l.item prætor edixit, in prin. &
l.item apud.§.ait prætor.ff.de iniur.& l. ſanctio le-
gum.ff.de pœn.& l.in toto.ff.de reg.iur.ubi Deci.&
Cagn.plura adducunt,& dominus Mantua poſt ue-
teres in c.generi per ſpeciem,eo.tit.in vi. quare ſe-
quitur Principis ipſius beneficium inconcuſſum ui-
gere.c.decet,de reg.iur.in vi.& l. fin. C. de conſtit.
Princip.ubi Bar.& Iaſ.& c.cùm dilecti,de dona.ubi
But.Imo.& Abb.

Et inferius in eodem ſecundo priuilegio.§.cæte-
rùm,Summus ipſe Pont. ſubiicit uerba huiuſmodi:
de quibuſcunque poſſeſsionibus ubilibet conſtitu-
tis,quę in præſenti ſunt, uel in futurum erunt Mo-
naſteriorum, Prioratuum,& bonorum prædictorũ,
quæ pręſati Prælati,Monachi,uel perſonæ colunt,
ſeu coli faciunt,uel in futurum facient,uel de armē-
tis animalium, nullus ab ipſis uel ab aliis pro eis
primitias decimas, quarteſia aut alio quocunq; no-
mine cenſeantur exigere,ſeu extorquere pręſumant,
32 nec illas aliquibus ipſi ſoluere teneantur. † Quam-
obrem,cùm decimarum ipſarum ſolutio ſummo ſa-
cerdoti,diuini iuris authoritate fieri debet.cap.i.de
deci.uerſ.rurſus ea ipſis decimis.& c.nouum genus,
eo.tit.ubi Glo.in uer.Leuitis, & c. tua,il i.ibi,in fi.
prin.uerſ.quę diuina lege debentur.ubi Glo.in uer-
bo diuina.Hoſt.& But.c.tua nos,il ſecundo,ubi Do-
cto.eo.tit.& Hoſtien. in ſumm. §. i.& tàm ſummus.
Sacerdos ipſe Monachis ipſis obligationem huiuſ-
modi remittat ut ſemetipſos alant,& iccircò diuinũ
ipſum cultum diligentius frequentent. d. c.cùm ſe-
cundum,& c.quia nonnulli,de cleric. non reſiden.
33 † quę ſanè cauſa naturalis eſt, & maioris boni indu-
ctiua,unde remiſsionem hanc fieri poſſe receptũ eſt
Bart. in d.proœm.digeſtorum.& d.l.omnes populi.
iii.q.v.principali.Abb.Dec.& Bero. in d. c. quæ in
Eccleſiarum, & Bero.Gloſ.cenſuit in d. c.nobis,de
deci.in uerb.exemp.& Albe.in l.quoties,de precib.
impe.offer.& plurea adduxit Pariſ. in d.conſi. lxix.
in iiii. in rationibus pro parte affirmatiua.

Et non ſat expeditum ſit annatarum ſoluendarũ
obligationem diuino iure inductam, & quindennii
ipſarum loco ſubrogati, multò fortius priuilegium
hoc plenam integerrimæ Congregationi ſecuritatē
adferre cenſeri debet.arg.l.in ſuis.ff.de lib.& poſtb.
& l.nec in ea.ff.de adult.& d.c.per uenerabilem, in
princ.qui fil.ſint legit.& c.ex parte,il ii.de decim.&
34 l.iubemus.C.ad Treb.ubi Bald.nu.iii.& vi.† nam,&
in priuilegio ipſo explicat Eugenius quodcumque
onus quocunq; nomine cenſeatur,unde nihil quidq̃
exceptum intelligi debet. c. ſi Romanorum.xix.di-
ſtinct.& Barto.in l.hoc articulo.ff.de hæred. inſti.
& l.ſi is,qui.§.utrum.ff.de reb.dub. effectum namq;
immunitatis ipſe ſacerdos ſummus perpendit, unde
modus omnis quo Caſsinenſis Congregatio uexari
poſsit,ſublatus intelligatur.c.qa in tantùm.de ſimo.
& c.ſi.de reg.iur.in vi.& l.fraus.ff.de legib.ubi Bar.
Bal.& Caſtren.& l.non dubium. C.eo. tradunt oēs
in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liber.& poſthu.
& l.iii.C.de inſtit.& ſubſtit.& l.mulier. ff. ad Treb.

Tertiò pro Congregatione Caſsinenſi huiuſmo-
di inconcuſſum præſtat fundamētum Leonis x. Pót.
Max.declaratio in bulla ædita anno Domini 1520.
xvii.Kal.Iunii.q̃ incipit.Leo Epiſcopus ſeruus ſer-

uorum

norum Dei, ad perpetuę rei memoriam, ex debito
paſtoralis officij, etc. Præfatur enim ibi, finem illius
diſpoſitionis eſſe Congregationis ipſius quietem, ut
poſsint mundo mortui monachi, ipſi Deo uiuere,
35 † quod monachiſmi interna requirit conditio. c. nō
dicatis. xij. q. j. & c. cùm ad monaſterium, de ſta. mo-
nach. & l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cleric. quę ſa-
nè ratio ad finem ſalutis animarum ſpiritualem per-
tinet. d. cap. ut animarum de conſtitut. in vj. & d. c. i.
de celeb. miſſa. & c. ſępe, de reſtitut. ſpol. Deinde re-
fertur in huiuſmodi bulls, tam per Fel. rec. Eugen.
iiii. quàm per Pau. ii. & alios forſam priores Pontifi-
ces, aut poſteriores uaria monaſteria ipſi Caſsinēſi
Congregationi fuiſſe unita. poſtmodum refertur,
quemadmodum Pau. ii. conſtituerat, quòd omnia
monaſteria, quorum prouentus ad ſummam ducato-
rum 100. de camera eſſent taxati, communia minu-
ta ſeruitia, & alia iura debita tam dictæ Cameræ, &
S. R. E. Cardinalium Collegio, quàm officialibus
Ro. Curiæ, reliqua uerò monaſteria eidem Congre-
gationi unita, pro quibus Cameræ Apoſtòlicæ an-
nata, ſiue alia iura ſolui conſueuerunt temporibus
retroactis, de ſoluendo ſingulis certis temporibus
futuris obligatio in Camera facta nō fuerat, annatā
ſeu medios fructus unius anni in poſterum ſingulis
quindecim annis, eidem Cameræ omninò ſoluere
tenerentur, alioquin etc. demum refertur, quemad-
modum diutius litigatum fuerat inter Fiſci, & Caſ-
ſinenſis ipſius Congregationis procuratores, & co-
ram Reuerendiſsimis Præſidibus Cameræ, & decla-
ratum fuiſſe, Præſidentem & perſonas Congregatio-
nis incidiſſe in cenſuras ob non ſolutionem, nec
non ob nō factam obligationem de ſoluendo, à qua
appellatum fuiſſe, & per S. D. cauſam huiuſmodi ua
riis Sacri Palatii Auditoribus fuiſſe mandatam, &
pluribus annis litigatum, pro ut tunc quoque liti-
gabatur non ſine magna perſonarum dictæ Congre-
gationis perturbatione, & tam in ſpiritualibus, q̄
temporalibus detrimento. quare ſubiicit, diſpoſitio-
nem huiuſmodi uerbis conceptam. Nos igitur no-
lentes litibus huiuſmodi finem imponere, & pro ut
tenemur paci & quieti Congregationis huius con-
ſulere, quod utriuſq; cenſuræ legiſlator conſueuit. c.
finem litibus, de dol. & cōtu. & c. ut debitus honor,
de appellat. & l. properandum. C. de iud. eandē Cō-
gregationem, & illius perſonas ſingulares à quibus
uis excommunicationis cenſuris etc. quaecunque ex
cauſa, etiam ob non paritionem rei contra eos iudi-
catę, innodati exiſtunt, abſoluentes, etc.

Motu proprio non ad ipſorum inſtantiam, ſed de
mera noſtra deliberatione, & certa ſcientia, ac de
Apoſtolicę poteſtatis plenitudine cauſas omnes hu
iuſmodi illarum ſtatus pro expreſsis habētes ad nos
aduocamus, & lites, etiam per appellationē pēdētes
prorſus extinguimus. & ipſam Congregationem, &
illius monaſteria, loca, Abbatias, & cōuētus, ac alias
perſonas ad ſolutionem annatarum, communiū mi-
nutorum ſeruitiorum, & aliorum iurium dictæ Ca-
meræ Collegio, aut officialibus, ratione tam præ-
dictorum, quàm aliorum quoruncunque Mona-
ſteriorum, Prioratuum, & beneficiorum, uſque in
pręſentem diem eidem Cōgregationi unitorum, ſu-
per quibus nulla per dictam Congregationem, &
pro ea agentes in d. Camera obligatio reperitur ad
obligationem de eis ſoluendis faciendam, minimè
obligatos fuiſſe, neque ad illas uel ad earum aliquam
condemnari, aut conſtringi potuiſſe; ſed à talibus
in ſolutione ſemper liberos, & exemptos extitiſſe, &
Pauli, Innocentii, ac Iulii, aliorumq; prædeceſſorū
literas huiuſmodi, ac ſuper illis, & illarum prætextu
monitoria, etiam executioni mandata, quòd ad præ-
fatam Cōgregationem, & illius perſonas locum uē-
dicare nequiuiſſe, etc.
36 Quę † profectò declarationis & diffinitiui decre-
ti uerba, cum clara ſint ad commodum, & abſolutā
ipſius Congregationis immunitatem, ſequitur, & di-
ſpoſitionis huiuſmodi effectum conuenire. l. iiii. §.
toties. ff. de dam. infe. ubi Bartol. & l. ita autem. ff. de
adminiſtrat. tuto. in prin. & l. eos accuſare. §. omni-
bus ff. de accuſa. & c. indemnitatibus, §. pen. de elec.
in vj. Anch. & Fran. cum aliis adductis à Dec. in cōſ.
cccclavi. nu. vi. & Ruinus conſil. cxxxiiii. nu. i. & it.
& pręciſa diſponentia uerba huius ipſius declaratio-
37 nis pondero, ibi, locum habere nequiuiſſe. † Nega-
tiua enim præcedens uerbum poteſt, omnem radici-
tus facultatem abnegat. l. i. ff. de uerbor. obligationi.
ubi Dyn. Alberic. & Alciat. poſt ueteres ſuper uer-
bo non poteſt, & c. i. de regul. iur in vi. ubi Dyn.
Anch. & dominus Mantua nu. ii. plura adducit, & l.
nemo poteſt, de leg. i. & l. non poteſt uideri. ff. de iu-
38 dic. † à qua quidem declaratione, cùm ob Principis
Pręrogatiuam appellari non potuerit. l. i. ff. quia & à
quo. & l. fin. C. de legib. & c. i. de reſcript. ubi Doct.
in i. notab. pro ut nullam proponitur ab ea reuoca-
39 tionem interpoſitam fuiſſe, conſequens eſt † iudica-
tæ rei authoritatem ex hac Leonis diſpoſitione Caſ-
ſinenſi Congregationi perpetuam ſecuritatem at-
tuliſſe. l. ingenuum. ff. de ſtat. homin. & l. res iudi-
cata. ff. de reg. iur. ubi Dec. & Cag. & Doct. in c. quo
40 ad conſult. eod. tit. de re iud. † legiſlator enim pro-
greſſus infinitatem abhorret. d. c. ut debitus honor,
& c. licèt, il ii. de teſt. & l. unica. C. de ſent. quæ pro
41 eo, quę int. ubi Curt. & Deci. in ii. not. † ne aliàs ſu-
biecti ipſi inanibus, atque perpetuis affligantur ex-
pēſis, quod publicæ utilitati repugnat. d. l. properan-
dum. C. de iudic. & d. c. finem litibus, & d. §. quibus
in prim. conſtit. Cod. ubi Bart. Bal. Salic. & Caſtrenſ.
quare & legiſlator generaliter conſtituit, iudicatæ
rei authoritate trāſacta, non retractari. l. cauſas uel,
C. de tranſact. & l. fin. C. ſent. reſ. non poſſ. & c. ex-
poſita, de arbi. unde legiſlatoris eſſe receptum eſt, fu
turis normam imponere. c. ii. de conſtit. & c. ult. eo.
tit. ubi Doct. aduertunt, & l. leges, & conſtitutiones,
la iii. C. de legib. & l. tranſacta. ff. de uerb. ſign. decla-
rat Barto. in d. l. omnes populi, in v. q. principali, &
in l. i. q. i. ff. de no. ope. nun. & diai poſt Dec. & alios
42 in d. c. ult. de conſtitut. † Quocirca cùm ex hac Leo-
nis decimi deliberata diſpoſitione integérrimæ Cō-
gregationi Caſsinenſi non modicum ius quæſitum
eſſe intelligatur, id ipſum non facilè illi auferri poſ-
ſe uidetur. l. id quod. ff. de reg. iur. & l. ii. §. ſi quia à
Principe. ff. ne quid in loc. pub. & c. ex tuarum. de uſ.
& author. pal. & c. ex multiplici, de decim. & c. ſuper
eo, de offi. deleg. & Sac. Ro. Rota in uariis factorum
ſpe-

ſpeciebus quandoque decidit deciſ. xxxiii. de præ-
ben. in antiq. nu. iiii. & in non. deciſ. i. eo. tit. uerſ. iij.
nu. v. Quinimmo ſi Princeps ipſe aliter reſcribendo
conſtituat, diſpoſitionem illam potius extortá fuiſ-
ſe cenſeri ſolet. Compoſtel. in c. cauſam, de reſcript.
& Iaſ. in in d. l. fin. ff. de conſtit. Princip. & Fel. in c.
cùm olim, de re iud. col. iiii. & Gomeſ. in reg. de iur.
quæſ. non toll. q. j. uerſ. & hoc, & ex facto quandoq;
reſponſum fuit, Rom. cõſ. cccxxxiiii. Circa primum.
& Dec. conſi. cxc. ubi plures adducit.

Et ſi diceretur, hanc ipſam declarationem ea ra-
tione nullius eſſe momenti, quippè quòd ſummus
ipſe ſacerdos eam ediderit iudicis partes ſubiẽs. Re-
ſpondeo pluribus modis hoc ipſum uerum non eſ-
ſe, probari. & primò quòd potius, ut Princeps, etiã
utens ſublimi prærogatiua diſpoſuerit, quippè quòd
motu proprio, & ex certa ſcientia, nec nõ & de pleni
tudine poteſtatis declarauerit, Caſsinenſem ipſam
Congregationem non potuiſſe comprehendi conſti
tutionis Pau. ij. Innoc. viij. & Iulij. ij. quę ſanè facul-
tas ad iudicem ipſum, cuiuſcunque ſit conditiiionis
pertinere non poteſt. d. c. ſi motu, de præb. in vj. ubi
Docto. & d. c. olim, de re iud. & l. digna uos. C. de le-
43 gibus. † ſolus enim Princeps de poteſtatis plenitu-
dine diſponit, quo caſu ab ordinaria poteſtate rece-
dere intelligitur, & ſublimitatis pręrogatiua uti. c.
quò ad tranſlationem, ubi Glo. in uer. reſeruata, de
offi. leg. & c. j. de reſcrip. ubi Dec. & Bero. in primo
44 not. † vnde clauſularum huiuſmodi uirtus actú om-
ninò fulcit, ut nihil quicquã ei obiici ualeat. Bar. in
l. cõficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. cod. quare & ine-
ptus exiſtimat. q. cãm q̃rit, cur Princeps de plenitu-
dine ptãtis diſponẽs aliquid cõſtituerit. c. i. de trãſa.
ubi Docto. & Bal. docuit in c. j. §. ſi quis aut. de pace
Conſtan. & l. eos, in prin. C. de appel. & in præludiis
feud. d. uerſic. ſed pauca de Principis. & ex facto ſę-
pius reſponſum extat. Oldra. conſ. cclvij. Factum. &
Bar. conſi. cxcvi. & Alexan. conſi. xxix. in i. & iiii. in
v. & cxvj. in vj. in fine, & Guid. Pap. ccv. & ſing. lv. &
Deci. dxvi. nu. viii. & Pariſ. iii. in iiij. & Grammat.
45 conſ. ciuili. xxii. & Ant. Alex. conſ. xvj. † Quocircà
cùm Leo ipſe x. diſpoſitionem huiuſmodi de po-
teſtatis plenitudine promulgauerit, ſatis abſurdum
eſſe uidetur à fiſci procuratore proponi, tùm eum,
ut iudicem declaraſſe, tùm cauſam nullam expreſsiſ-
ſe, omnia in Principe prorſus ſuperflua. Glo. & Ab-
bas in c. ad hæc, de reſcrip. & c. cùm inter, de except.
& d. c. cùm olim, de re iud. & Roma. conſil. xxxvi. in
quinto dub. Alex. conſ. xvi. in i. & ccxvj. in ij. & ccc-
xii. in iiii. & xvi. in v. & Corn. cxci. in i. & cccxiii. in
iiii. & Soc. lvi. & Iaſ. lvi. in j. & xv. in ii. & iii. in iiii.
46 † Quę ſanè cõcluſio eò fortius in pñti caſu ꝓcedere
debet, cùm triplex concurrat cauſa, putà, motu pro-
prio, & ex deliberata & certa ſcientia, necnon & de
poteſtatis plenitudine, ex qua magis enixa Princi-
pis mens colligitur. d. l. Baliſta. ff. ad Trebell. & d. c.
i. de treg. & pac. & auth. itaq;. C. commu. de ſucceſſ.
& in auth. de conſang. & uterin. frat. & docuit Bart.
in l. cùm ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. x. & ex facto
ſępius reſponſum extat, Corn. conſ. lxix. in princ. li-
tera E. & F. & Dec. conſi. cxxxviii. uerſ. & quia ge-
minatio, & Soc. iun. conſ. xl. nu. v. in lib. iii. Ex qui-
bus conſtat, Leonem ipſum x. Pont. max. in hac ipſa
declaratione non iudicis, ſed ſupremi Principia au-
thoritate utentis munere functum fuiſſe.

Item probo, quòd cauſam ipſam in Rota penden-
tem ad ſe aduocarit, quæ facultas inferioribus non
competit, toto tit. ut lit. pend. extra et C. atque illam
extinxerit; quare & ius quæſitum auferre noluiſſe
colligatur, quod ad ſolius Principis prærogatiuam
pertinet. d. c. i. in i. nor. & c. ad hæc, de reſcri. & Sa-
cra Ro. Rota decidiſſe, Gom. ipſe fatetur in rubr. de
non toll. iur. quæſit. q. iii. uerſ. igitur. & in reg. Can-
cel. de impet. benef. q. j. uerſ. Nam Papa.

Secundò nõ urget principaliter, quòd ipſius fiſci
procurator contendat cauſam nullam in hac ipſa de-
claratione expreſſam fuiſſe; quia clara reſponſio in-
47 de facilè colligi poteſt, † quòd pro quocunq; iudi-
ce præſumatur, c. in noſtra, de procurat. & l. ii. C. de
offi. ciuil. iudi. & c. in præſentia, de renunt. & aduer-
tunt omnes in c. quoniam contrà, de probat. in Glo.
ſuper uer. pręſumatur, cum aliis adductis ab Alcia.
in tract. pſump. reg. iii. præſumpt. viiij. quare multò
fortius de diſpoſitione Summi Pontiſicis idem di-
48 cendum ſit, † cuius quidem iudicium humanæ cen-
ſuræ non ſubiacet. d. c. cuncta, il i. & ii. & c. nemo, &
c. aliorum. ix. q. iii. & d. c. ſi Papa, xl. diſtin. ubi Card.
49 Turrecrem. nu. iii. † Cùm enim Principis uoluntas
legis maieſtatem contineat. l. j. §. i. de conſtit. prin. &
d. l. fi. C. de legib. & l. omnium. C. de teſtam. & §. ſed
50 & quod Principi, inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. † ine-
ptè cauſam requiri in eius diſpoſitione luce clarius
conſtat. Bal. in l. ii. col. x. C. de ſeru. & aqu. & Alexã.
in l. quanquàm. C. de teſtam. mil. cum aliis adduct.
ab Alcia. in d. tract. præſum. reg. iii. præſumpt. xi. nu.
xiiii. & reſponſum extat Curt. iun. conſi. xcvi. nu. vi.
& Dec. d. cõſ. cxci. & cccxiii. & ccccііі. & ccccl xxx-
viii. Viſo, nu. xxvii. & quamdoque deciſum fuit, Af-
flic. deciſ. xxviii. & Caſsiod. deciſ. ii. nu. iiii. de pri-
uileg.

Tertiò non urget, fiſcum ipſum ratiocinari pro-
babilem differentię rationem nullam adduci poſſe
inter hanc ipſam Caſsinenſem Congregationem &
alias, quippè quòd oppoſitum ex ipſius Summi Põ-
tificis iudicio colligi poſſe reſpondeo, quatenus
Caſsinenſem ipſam Congregationem ſemper liberã
atque immunem fuiſſe declarauit, cuius ſanè diffini-
tioni ratio requiri non debet. d. c. aliorum, & d. l. fi.
C. de leg. cum aliis adductis in d. c. propoſuit, de cõ-
ceſſ. pręb. Quid enim ſi ſummus ipſe ſacerdos gene-
lis cõceſsionis ipſius immunitates ab Eugenio quar
to huic integerrimę Congregationi ſpirituales cau-
ſas cenſuiſſet? & uelut ex mente diuinæ legis nõ fa-
cilè reuocabiles. d. c. ſunt quidam. d. c. ult. vj. diſtinc.
§. moralia. & d. c. literas, de reſti. ſpol. ubi Gloſ. ſuper
uerbo diſpenſare non poſſumus, qualis illa ipſa ma-
51 xima naturalis exiſtimatur, † ut q. ſpiritualia ſemi-
nat, poſsit & temporalia colligere. d. c. cùm ſecun-
dum, & c. cum Apoſtolus, de cenſ. & exact. necnon
& illa ad charitatis pręceptum pertinens, ut facilius
Cõgregationis huiuſmodi prælati pauperibus ſub-
uenire poſsint. d. c. paſce, lxxxvi. diſt. & c. aurũ, xii.
q. j. & d. c. conuenior, xxiii. q. xiii. demum & tertia il-
la, ut diuini cultus frequentia diligentius & coli &

augeri

nugeri poſsit,quos ſanè effectua expreſſa diuinę le-
gis diſpoſitio ſuadet.d.c.i.de celebr.miſſa.cum aliis
52 ſuprà adductis. † quare ſatis abſurdum ſit huic ipſi
declarationi Pontificiæ quicquàm opponi. d. l.fi.C.
de legib.& l.omnium. C.de teſt.& d.c.ad hęc,de re-
ſcrip.& cap.ad honorem,de uſu & aut.pall. Quid ſi
cenſuerit ipſius Eugenij priuilegio derogatum non
fuiſſe ipſius Pauli ſecundi,& Innocentij viij. & Iulij
ij.conſtitutionibus,ex defectu uoluntatis,quippè qꝑ
in ſpecie & de uerbo ad uerbũ ſeruata forma ab eo-
dem Eugenio præfixa,reuocatio ipſa ſingularis illius
iuris facta non fuerit, unde reuocationis actus om-
ninò nullus.d.c.cùm dilecta, ubi Feli.uerſi.nunc de
formæ obſeruatione,nu.v.& vj.de reſcript.& l. cùm
hi.§.ſi Prætor.ff.de tranſact.ubi Bar.& Bal.Areti.&
Soc.l.i.ff.de liber. & poſth.

Et ſi diceretur Leonem ipſum eadem die ſaltem
ex oblatione Procuratoria Congregationis huiuſce
aliud conſtituiſſe,unde priori declarationi deroga-
tum eſſe uideatur.l.pacta nouiſsima. C. de pact.& l.
ſed & poſteriori.ff.de legib. & l. hac conſultiſsima.
§.ſi autem quis.C.de teſt.reſpondeo, ſecundum hu-
iuſmodi declarationem extortam potius cęſeri pro-
pter modicum temporis ipſius interuallum, l. nam
adeò.ff.de cond.& demonſtr.& d.c.decet,de regul.
iur.in vi.& d.l.fin.ff.de conſt.Princ.Præterea , cùm
non conſtet hãc ipſam oblationem factam fuiſſe,ſa-
tis apparet nullum allegationis huiuſmodi effectum
conſiderabilem eſſe.c.cùm ad ſedem.§.cùm nos aũt,
de reſt.ſpol.& c.cùm in iure,de offi. delegat.& c. in
præſentia,de prob.vii.& viii.not.omnes aduertunt.

Quartò principaliter pro Congregatione ipſa
ponderatur Bulla Clementis vii. motu proprio, ex
certa ſcientia, & de poteſtatis ipſius plenitudine ip-
ſius Leoninę confirmatoria & ampliatoria: iis enim
uerbis diſponit.

Hos igitur dictę Congregationis etc.diſponit.n.
allegatam oblationem ſi fortè in Camera facta fuiſ-
ſet,prorſus nullam intelligi , & iccircò omnia irri-
tat unde nullus legitimus illinc effectus conſiderari
põt.d.l.non dubium.C.de legib.& cap.ult.de regu.
iur.in ſexto. deinde motu proprio , & de mera deli-
beratione,& ex certa ſcientia,& de poteſtatis pleni-
tudine,Leonis s.literas approbat,innouat,& inuio-
labiliter obſeruari mandat cum clauſula decreti ir-
ritantis, ſubiiciens ſeſe ad maiorem cautelam de no-
uo inducere,quarum clauſularum inculcatione eni-
xa ſummorum ipſorum Pontificum colligi põt in-
tentio.d.l.Baliſta,& d.c.i.de treg.& pac.& Bart.ad-
53 uertit l.cùm ſimus.C.de agric.& cenſit.lib.x.† qua-
re ſacrilegii reus cõſtitui poſſe uidcatur , qui Sum-
mi Pontif.iudicium in dubium reuocat. c. qui aut,
xvii.q.iiii.& c.patet profectò.ix. q. iii. ubi Gloſſ.in
uerbo iudicare.& Cardi. Turrecrem.in d.c.ſi Papa.
xliiii.diſtinc.unde ſequitur ipſius Eugenii Priuile-
gium tot uicibus confirmatum , non facilè reuocari
potuiſſe: quod in non abſimili ſpecie Calde. ipſe ex
facto conſultus reſpondit conſi.xi.Habet ordo , ſub
tit.de priuileg.& Feder.Senen.conſi.ccxxxiii.Caſus
talis eſt.

Quintò & ultimò extat Pauli iii. Pontif. Summi
eiuſdem tenoris & decreti irritantis reiteratio,unde
fiſci intentio prorſus elidi uideatur. c. i. & ii. ut lit.
pend.in vi.& c.ii.de præb.eo.lib.& ſępius Ro.Rota
decidit tit.de reſt.ſpol.in antiquis deciſ.vii.& Caſ-
ſiodo.deciſ.i.eod.tit.nu.iii. quamobrem ſi aduerſus
huius Principis declarationem nihil quicquam op-
poni poteſt.d.c.nemo , & c.cuncta , il i.& il ii.ix.q.
iii.& d.l.i.ff.de cõſ. Prin.quid aduerſus tot ſummo-
rũ Pontificum conformes conſtitutiones exiſtimã-
dum ſit, Reuerendiſsimis Præſulibus ſatis conſtare
poteſt.l.i.§.tu magis.ff.de teſtib.ubi Bartol. & c.iu-
dicãtem,xxx.q.v.& c.in cauſis,de tranſact. vbi But.
54 Imo.& Abb.† nam ſi ab ipſo Principe tam ſupremo
diſpoſita retractarentur, progreſſus infinitatis ad-
mitteretur effectus,ſanè omninò à iuris ratione alie-
nus.c.debitus honor,de appella. & l.properandum
in prin. C.de iudi. atque ipſius ſublimitatis præro-
gatiua diminueretur,abſurdiſsimum prorſus , præ-
ſertim in ipſius Chriſti Vicario.c.quodcunque. xx-
iiii.q.i.& c.per uenerabilem.§.rationibus.qui fil.ſint
leg.& d.c.ad honorem,de uſu & auth.pal.& pertra-
ctat pluribus quæſtionibus diſcuſsis Aug. Ancon.in
tract.de poteſta.Papæ.& nouiſsimè Campeg.in tra-
55 cta.ſuprà adducto.† qua ratione non ſemel ex facto
reſpõſum extat,illum ipſum ueluti Deum iudicare.
Deci.d.conſ.cxci.nu.iiii.& cccciii.nu.ix. & ccccxc-
viii.nu.xxvii.& lxii.nu.iii.& dciv.nu.iii.& Reuerẽ-
diſsimus Pariſ.conſil.viii.& Capic.deciſ. iii. cũ hu-
iuſmodi breuitatis cauſa omiſsis.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum ,
56 † & primò quòd annatarum ipſarum inſtitutio di-
uino iure profecta aſſeratur:quia primũ reſpondeo,
idipſum non ſat expeditum uideri , quinimmo earũ
exactionem poſitiuo iure inductam eſſe traditũ eſt:
Hoſtien.Ioan.And.Butr.& Aegid.in d. c. inter cæ-
tera,de offi.ord.in Glo.ult.quocircà ſequitur Pon-
tif.ipſum ſummum,onus huiuſmodi prorſus extin-
guere potuiſſe.§.fin.inſtit.de iur.nat.gent. & ciui.&
l.eiuseſt.de reg.iur.& tradunt omnes in d.c.quæ in
Eccleſiarum.in tertio membro principalis diſtin-
ctionis, Innoc.Hoſt.Butr.& Abb.& in l.fi.C.ſi cont.
ius uel util.publ.

Præterea reſpondeo,nam eſto diuini iuris autho-
ritate annatarum ipſarum exactionẽ poſſe defendi,
nihilominus Pontificia ſedes alicui Congregationi
priuilegium immunitatis concedere poteſt, quem-
admodum etiam in decimis ipſis hoc caſu facta fuit
ab ipſo Eugenio iiii.in d.§.& ut liberius . quam fa-
cultatẽ ipſi Apoſtolicę ſedis Antiſtiti legitimè cõ-
petere Bernardus ipſe Gloſſator cenſuit.d.cap.à no
bis,de decim.in uerbo exemptis, & alii ſequuntur,&
Reuerendiſsimus Pariſ.d. conſil.lxix.in iiii. adducit
ad hoc nonnulla.

Secundò principaliter non urget naturalis ratio-
nis inſpectio , & Apoſtolicæ ſedis indigentia : quia
57 reſpondeo,† in precíſo neceſsitatis caſu conſidera-
to ab Hoſtien.& Ioan.And.in d.c.inter cętera , de
off.ord.in Glo.ult.omnia ipſi Pontif. Summo offer-
ri deberent.arg.tex.in c.iii.de fur.ubi Glo.& Doct.
& c.ius gentium.i.diſtin. ubi Gloſſ. magna in fin.&
Card.Turrecrem.in d.c.peruenit,xviii.diſtin.num.
iii.cæterùm cùm in præſenti caſu nulla ſubſit huiuſ-
58 modi neceſsitatis cõtingentia, † ſequitur priuilegiũ
ipſum

ipſum immunitatis ab hoc & alio quouis onere, ab ipſo Eugenio iiij. huic integerrimæ congregationi conceſſum, inconcuſſum diiudicari debere, d. c. decet, de regul. iur. in vj. & c. cùm dilect. de donat. & l. beneficia. ff. de conſt. Princ. & potiſsimùm ob cauſas ipſas ſpeciales expreſſas tùm alimoniæ pauperum, tùm diuini cultus frequentandi, ut ſuperius deduxi.

Tertiò & ultimò non urgeot Pauli ij. & Ionocen. viij. & Iulij ſecnndi conſtiturioncs pro fiſci ipſius inrentione adductæ: quia reſpondeo, cùm Pontifex ipſe ſummus Leo declarauerit, Caſsinenſem ipſam congregarionem conſtiiutionum huiuſmodi à uinculo comprehenſam non fuiſſe, & idem Clemens vij. & Paulus iij. conſtitucrior, ſequirur adhuc immuniratis ipſius priuilegium ab ipſo Eugenio huic congregationi conceſſuoi, conſtitutipoū huiuſmodi aurhoritate diminui non poſſe. d. c. nemo, & d. c. cun cta, cū aliis ſuperius adductis. et Cald. in d. conſ. xj. in titn. de priuileg. ex quibus diiudicandum ceoſeo hanc ipſam congregationem integerrimam à fiſci petitione omninò abſoluendam eſſe.

Patauij, vj. Kalcn. Februar. MDLIX.

Laus Deo.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſularum derogatoriarum uis & effectus, & multa de eis, & quòd requiritur expreſſa mentio. & nu. ſeq.*
2 *Princeps prædeceſſor quòd non poteſt ligare ſucceſſorem, quomodò intelligendum.*
3 *Priuilegium ſi eſt confirmatum, ſiue gratia, quòd debet fieri de confirmatione expreſſa mentio.*
4 *Princeps nunquam intelligitur reuocare priuilegium conceſſum miſerationis gratia, niſi de eo expreſſa fiat mentio, neq; ſufficit illa clauſula derogatoria, etiam ſi ſpecialem oporteat fieri mentionem.*
5 *Priuilegium an ſit reuocatum uel ne per clauſulam motus proprij, uel aliàs, ſi controuertatur, & dubia res ſit, quòd capienda eſt benignior interpretatio, ut non intelligatur reuocatum.*
6 *Princeps ſucceſſor debet prædeceſſoris priuilegia & gratias obſeruare.*

CONSILIVM CVIII.

EXCELLENTISSIMI I. C. TIBERII Deciani, ſiue eius ſubſcriptio.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

TOTO pectore concurro in ſententiā Excellentiſsimi D. Iacobi Philippi Conſulentis mihi fratris honorandi, ac Excellentiſsimorum DD. ſubſcribentiūm, & quia iàm copioſè, elegāter & exactè omnia per D. Conſulētem fuere excuſſa, ut additioni locus nō ſit, hoc unum dico, probabiliter ac ſecundum iuris terminos cōſultum fuiſſe, quòd motus proprius
per Sanctiſsimum D. N. Paul. iij. de exigendis quiodenius non comprehendit religioſiſsimā hanc Congregationem ſtantibus priuilegiis & immunitatibus ſuis, & pręcipuè fęlicis Rec. Papę Eugenii, comprobatis & confirmatis per Sanctiſsimos Leonem, Clementem, & Pau. iii. quibus per has Bullas in formam motus proprii D. N. derogatum non cenſetur, ſtante quòd de eis ſpecialis, & expreſſa mentio facta non eſt, prout talis forma de expreſsione fienda data eſt per eundem Eugeninm, Leonem, Clementem, &
1 Paulum. † nam clanſulæ derogatoriæ quanrumuis efficaces & pręciſę, & ſi dictū ſit non obſtātibus his quę ſpecialem requirerent expreſsionem, non comprehendunt priuilegia ſimilia confirmata per tot Pontif. niſi de confirmatione facta ſit expreſſa mentio & de uerbo ad uerbum, hoc dicit Cyn. in l. i. C. quand. Imper. inter pup. & uid. quem conſulendo ſequitur Roma. conſi. cccc xxxvi. Quod indultum, in iii. col. uerſ. quinta principalis ratio. & eò magis qó non tantùm ab uno Pontif. ſed à pluribus ſucceſsiuis temporibus confirmata fuerunr, ur idem Rom. ibi optimè comprobat in uerſ. nt priocipalis ratio. & ultrà ibi per eum dicta, reperio qnòd ferè in ſimilibus terminis conſuluir Cald. conſi. xi. Habet ordo, ſub rit. de priuileg. ubi plns dicit, quòd immo etiam ſi in clauſulis derogatoriis fuiſſent expreſsę aliquæ perſonæ priuilegiatæ, & poſteà clauſulę generales, quòd comprehēdet omnes alios priuilegiatos, quòd non comprehendet eos, qui habent priuilegia cum clauſula derogatoria ſpeciali, quòd non poſsint de-
2 rogari, niſi de eis ſpecialis fiat mentio. † & ibi reſpondet ad illud quòd præceſſoc non poteſt ligare ſucceſſorem. & hoc idem cenſuit Feder. de Sen. conſ. ccxxxiii. Caſus talis eſt. ſed in fortioribus teminis, nam ibi conceſſum erat priuileginm monialibus Sanctæ Clarę. pro quibus conſuluit etiam Calder. ut ſuprà, qnòd non tenerentur ad decimas & alias impoſitiones ut ibi. & tamen Benedictus decimus poſteà per literas motu proprio emanatas, decreuit q pro bello contra Saracenos ſoluerentur decimę & alis, cum clauſulis derogatoriis ualde efficacibus & pręciſis: & poſt longam diſputationem tandem cōcludit, habito eſſe conſilio cum alio Excellentiſsimo Decretorum Doct. quòd non intelligatur derogatum dictis priuilegiis Sanctæ Claræ, niſi ſpecialis facta ſit de eis mentio. & ibidem ceſpondet omnibus quę in contrarium adduci poſſent, & tamen ibi cauſa derogandi erat fauorabilior, quàm in caſu noſtro:
3 quia pro bello contra Saracenos. † Ad præmiſſorum corroborationem facit, quod tradit Anto. de Butr. in cap. conſtitutus, col. mihi iii. uerſi. & non ſufficit. ubi quòd ſi gratia ſit confirmata debet fieri expreſſa mentio de confirmatione. adde etiam quod ootanter dixit Mart. Laud. in tracta. de priuileg. quęſt. s l.
4 ubi uoluit, † quòd Papa nunquàm intelligirur reuocare priuilegiū cōceſſum miſerationis gratia, niſi expreſſa de eo fiat mentio; neque ſufficiet ad derogandum ei clauſula illa derogaroria, etiam ſi ſpecialē oport earfieri menrionem. ſic ergo in propoſito noſtro dicendum procul dubio uidetor. quòd cùm priuilegium huic Sanctiſsimæ Congregationi conceſ-

ſum

ſum fuerit ex miſerationis gratia & cultus diuini augendi cauſa, ot in procemiis dicitur, fueritq; cõfirmatum decretis rot ſummorum Pontificũ cum cauſę cognitione & matura deliberatione, & id quidem plures & à pluribus ſucceſſoribus, non debent Illuſtriſsimi execut ores hanc ſumere interpretationem, ut hi motus proprij Sanctiſs. D. N. etiam ſi habeant clauſulas derogatorias pręcilas, extendantur ad ipſa
6 priuilegia. † pręſertim, cùm negari ſaltem non poſſit ex pręd ictis, quòd res in dubium ſit deducta, an ſcilicet per hos motus proprios prędictis priuilegiis & confirmationibus ſit derogatum: quo caſu ea in dubiis capienda eſt interpretatio, quòd non ſit reuocatum, ut conſuluit Cald. d. conſ. xj. item, ut idem ibi tradit cùm priuilegium huius congregationis ſit certum & clarum, & ſemper executum uſque ad hęc tempora, dubium autem ſit ſi motus proprij illud tollant, aut ei in aliquo derogent, certo ſtare debeãt iuſtiſsimi ac religioſiſsimi executores, c. Deus omnipotens, ij. quęſt. j. & cap. nullus, de pœn. diſtinct. vj pręſertim, cùm ſint in poſſeſsione non ſoluendi, ut ibi Calde. conſiderat. neque certè, ſi eſt uerisimilitudini locus, credendum eſt, quòd ſi Sanctiſs. D. N. uidiſſet dictum priuilegium ampliſsimum Eugenij, ac etiam confirmationes tanta conſideratione per ſucceſſores plures factas cum clauſulis derogatoriis, & precisam atque eniaam uoluntatem huius ſanctæ ſedis oſtendentes, quòd dictum priuilegiũ inuiolabiliter obſeruaretur, quòd uoluiſſet ei
7 ſic derogare. † quia cùm ſit fons iuſtitię & gratię, cupiatque ſua à ſucceſſoribus eius mandata ſeruari, conſequens eſt, ut ſuorum prędeceſſorum conſtitutionibus uenerationem & cuſtodiam pręſtet, ut inquit text. in cap. iuſtitię, xxv. q. ii. & non obſeruare decreta prędeceſſorum, ex aduerſo doceret per eius ſucceſſores poſſe ſtatuta ſua diſſolui; nam & alibi inquit text. in cap. ſi ea, eadem cauſa & quęſt. ſi ea deſtruerem, quę anteceſſores ante ſtatuerant, non conſtructor, ſed euerſor eſſe inſti comprobarer. quare ex prædictis omnibus concurro in ſententiam Excellentiſsimi Conſulentis, & idem iuris eſſe dico, ſaluo ſemper rectius ſentientis conſilio & iudicio. Laus Deo.

Tiberius Decianus Vtinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Par in parem, quòd poteſtatem non habeat, quomodò intelligendum.*
2 *Pontifex ſummus, quòd ſucceſſoribus legem imponere non poſſit, quomodò accipiendum.*
3 *Princeps poteſt ſucceſſori legem imponere, id ratione naturali dictante.*
4 *Legiſlatoris munus eſt futuris occurrere negotijs, non præteritis.*
5 *Diſpoſitio tendens ad ſpeciem ueluti potior ac fortior, non debet ab ipſa generali.*
6 *Pontificis ſummi iudicium humanam non patitur cenſuram.*
7 *Altare unum non detegi debet, ut aliud cooperiatur.*

CONSILIVM CIX.

Diuino numine inuocato.

1 QVAMVIS † par in parem facultatem non habeat. cap. innotuit, de elect. §. quamuis autem, ubi Glo. in uerbo in parem. Hoſtien. Butri. & Abb. & cap. inferior, xxj. diſtinct. & l. nam magiſtratus. ff. de arbit.
2 † vnde qui Apoſtolicæ ſedi præeſt ſucceſſoribus legem imponere non poteſt. d. cap. innotuit, & Cardi. clemen. dudum. §. nos, de ſepul. nihilominus id ipſum intelligi debet, dummodò ſucceſſor non deſtruat iudicium prædeceſſoris. Nam, ſi ſummus ipſe Pontifex Legati de latere iudicium obſeruare debet ob præſumptam pręſtantiam illius. cap. cùm in cunctis, de elect. & Specu. titu. de leg. §. ſupereſt, uerſicu. illud autem notandum eſt, multò fortius quod ad iudicia ſedis Apoſtolicæ pertinet, idem ſit diiudicandum propter exactam in eius electione formam adhiberi ſolitam. c. ubi, de elect. in ſexto. ubi Docto. omnes aduertunt. & poteſt uideri reſponſum Mariã. ſuni. in conſi. cxxviij. no. xiiij. tertio uol. Quamobrẽ iudicium Leonis decimi Ponti. Max. abſq; cauſæ co-
3 gnitione proceſsiſſe uix dici poſsit: † ſicq; Leo decimus, & Clemens vij. & Paulus tertius in iis factis, ex quibus iuris uinculum oritur, putà id ratione naturali dictante, ſucceſſoribus legem imponere poſſe exiſtimantur. c. j. de probat. ubi Hoſtien. Ioan. Andr. Bald. Butri. Abb. & Deci. nu. j. plura adducit. vnde, cùm poſsit integerrima Caſsinenſis Congregatio oſtendere nomine huius uniuerſitatis, multę pecuniæ ſummas perſolutas fuiſſe ipſi Apoſtolicæ ſedi, & maximè ſub ipſo Leone decimo, recipiente D. Bernardo Bino mercatore Florentino; iam ſequitur ex hoc actu ſolutionis ſucceſſoribus ratione naturali id exigente normam imponi, ut bonam fidem cognoſcere debeant, & ipſi congregationi ſummas huiuſmodi accepto ferre nũc ipſe Fiſcus debeat. Bal. d. c. j. & ibi Abb. & Deci. nu. vij. & Bald. l. digna uox. C. de legib. exceptio enim illa facta fuit omninò, & prior Apoſtolica ſedes, ergo effectus huiuſmodi actus ſucceſſorem ipſum afficit. c. quoniam Abbas, de off. deleg. ubi Docto. & c. ſi gratioſè, de reſc. in vj. & Bar. l. ſi communis ſeruus. §. j. de ſtip. ſeruor. & Oldra. reſpondit conſil. xciiij. Eleganter, ad fin. cum aliis adductis per Imol. But. & Abb. in c. primo, de ſolut.

Tertiò & Caſsinenſem congregationem abſoluẽ-
4 dam ſuadet, † quòd legiſlatoris ſit, futuris, non autẽ præteritis negotiis legis uinculum inducere. l. leges & conſtitutiones. C. de legib. la iij. ubi Sali. poſt Bal. & c. ij. de conſt. & c. ult. eo. tit. ubi omnes tàm antiqui, quàm recentiores aduertunt. Quamobrem noua hæc Bulla à Sanctiſsimo Domino edita, quod ad futura quindenia non anteacti temporis attinet, effectum legitimum producere debet. Idq́ue potiſsimùm, cùm in ea decernat Summus Põtifex negotiũ hoc ad terminos iuris & uiam: ibi, ad terminos iuris & uiam reducentes etc. qua perpenſa uia ſupe-

rius in conſilio firma concluſio & inconcuſſa fuit conſtituta, huiuſmodi priuilegium Eugenij ex cauſis perpetuis conceſsis, & tot ſummorum Pontificum authoritate confirmatum, irritari non poſſe. Fede. Senen. d. conſ. ccaxxiij. Caſus talis eſt. & Cald. d. cōſ. xj. j. de priuileg.

Quartò quod ad Monaſterium S. Juſtinæ attinet, ea habetur priuilegium ſpeciale conceſſum illi Monaſterio ex cauſa fabricæ ab ipſo eodem Eugenio quarto, & alias cauſas ſpirituales, cui non eſt derogatum, neque in ſpecie neque in genere, licèt facta ſit in hac ultima Bulla mentio generalis priuilegij
5 conceſsi uniuerſæ congregationi. † Diſpoſitio enim tendens ad ſpeciem ueluti potior & fortior, ab ipſa generali elidi non ſolet. c. ſtuduiſti, de off. leg. & cap. dilecti, l'ultimo, ubi Abb. nu. vj. de appell. & l. ſanctio. ff. de pœn. & l. in toto. ff. de reg. iur. ubi Deci. & Cagnol. Deci. & Bero. plures adducunt in cap. j. de reſcr. nume. j. Ex quibus ultra prædicta concludo amplisſimos Præſules, integerrimæ congregationis cāmueluti exceptā iudicare, cū uigeat adhuc ratio impēſarum in extruenda fabrica Eccleſiæ, huſpitalitatis, & pauperum, ergo non debet priuilegij ipſius effectus ceſſare. c. etſi, de iureiur. ibi, cùm ceſſante cauſa, & c. cùm ceſſante, de appell. & l. tutelas, ubi Bar. ff. de capit. dimin.

Quintò, cùm uniuerſæ Europæ pateat, multitudinem ferè innumeram pauperum in Patauina ciuitate ſingulis diebus eleemoſynā ita pinguē uiritim accipere à ſacro monaſterio S. Iuſtinæ, ut fame perire nequeant; quod charitatis præceptum ſuadet. d. cap.
6 aurum, xij. q. j. d. c. paſce, l. a xvj. diſt. † ſanè quāuis ſummi Pont. ea ſit facultas, ut iudicium illius humanam cenſuram non patiatur. d. cap. cuncta, ix. q. iij. d. cap. ſi Papa, xl. diſtinct. ubi clarè Turrecrem. & in beneficialibus quodcumque uelit diſponere poſsit, cap. propoſuit, de conceſs. præben. & cap. quamuis, il ij. eo. tit. in vj. ut diffuſius in conſilio dixi, puto tamen amplisſimos Præſules aduertere debere, quemadmodum canon conſueuerit permiſsione comparatiua uti, c. duo, c. nerui, xiii. diſt. c. officij, de pœn. &
7 remiſs. † ne aliàs detectio unius altaris, ut alterum cooperiatur, iniuſtam miſericordiam inducat. c. eſt iniuſta, xxiiij. q. iiij. ubi Glo. & Doctores.

Imola hæc raptim.

SVMMARIVM,

1 *Confiteri quis tenetur ſua peccata ſingulis annis proprio ſacerdoti, aliàs excommunicatus eſt. fall. nume. 14.*
2 *Hæreticus eſt, qui Apoſtolicæ ſedis præcepta contēnit.*
3 *Excommunicatus exiſtens per annum uel biennium exiſtimatur hæreticus. & nu. 28.*
4 *Clericus non præſumitur criminis ſuſpectus.*
5 *Beneficia duo non debent habere clerici, & quæ ſit rō.*
6 *Hæreſis diffinitio.*
7 *Diffinitio ſi non conuenit, nec etiam diffiniti eſſentia.*
8 *Teſtium legitimus numerus regulariter eſt duorum uel trium.*
9 *Eccleſiæ caput Chriſtus eſt, & eius Vicarius Petrus, & deinde eius ſucceſſores ſummi Pontifices.*
10 *Verba ſunt naturalia inſtrumenta, quibus cordis ſecretum exprimitur.*
11 *Confeſſio, probatio eſt maximi ponderis.*
12 *Proteſtatio declaratoria non paruum habet effectum. Hæreticus ut quis dici poſſit, tria coniunctim concurrere debent.*
13 *Confitens peccata non proprio ſacerdoti, non propterea dicitur hæreticus, licèt non rectè agat.*
15 *Iudices non debēt eſſe ſuſpecti. et ex quibus cauſis poſſunt allegari ſuſpecti. nu. ſeq.*
16 *Suſpitionum quadraginta cauſæ aduerſus iudices notātur, licèt remiſſiuè.*
17 *Lex & diſpoſitio quæcunque ex iuſta cā reſtringi ſolet.*
18 *Confeſſio alieno ſacerdoti facienda eſt de licentia proprij ſacerdotis.*
19 *Conſuetudo eſt altera natura.*
20 *Vicarius generalis exiſtimatur proprius ſacerdos.*
21 *Malum minus tolerandum eſt, & maius euitandum.*
22 *Scandala euitanda eſſe,*
23 *Clericus concubinarius uitandus eſt.*
24 *Notorij maxima eſt uirtus.*
25 *Clericus incorrigibilis deponendus.*
26 *Iudicium non debet eſſe ſuſpectum.*
27 *Suſpecto coram iudice proceſſus agitatus, nullius eſt momenti.*
29 *Hæreſis in crimine duo extrema neceſſariò concurrere debent.*
30 *Præſumptionum adminiculo non eſt opus in claris.*
31 *Veritas attendenda & factum ipſum, & non uerba.*

CONSILIVM CX.

QVI EX NIHILO CVNCTA CREAuit, omnipotens Deus mihi nunc adſit, ut hæreſis ipſius eſſentiam ſecundum ſacrorum canonum mentem explicare poſsim,

CONTIGIT Presbyterum Iacobum Plebanum Ambuli Tridentinæ diœceſis ſupplici libello Illuſtriſs. Cardinali Tridentino porrecto affirmaſſe, ac detuliſſe Do. Gregorium, & Thomæum fratres de Rolandinis illius Parochianos pluribus annis confeſſos non fuiſſe, atque Euchariſtiam ipſam non aſſumpſiſſe, ut ſacrorum canonum exigit ratio, necnon alios impuliſſe, ut proprij ſacerdotis officiis non intereſſent. cuius ſanè accuſationis diffinitionem cùm Reuerendiſsimus ipſe Cardinalis decidendam mandaſſet Reuerendo Do. Franciſco Caruffo canonico Tridentino, coràm eo dubitari cōtigit, an Gregorius ipſe, & Thomæus fratres ueluti hæretici damnari poſsint?

1 Et prima facie uideretur quòd ſic; † quippè quòd ex confeſsione, & reſponſione facta ipſi inquiſitioni conſtet eos ſingulis annis proprio ſacerdoti eorum peccata confeſſos non fuiſſe, unde ut canonis ipſius tranſgreſſores, ſentētię excōicationis obnoxios eos intelligi poſſe vſ. c. omnis utriuſq; ſexus, de pœni. & remiſs. ibi, ab ingreſſu Eccleſiæ. Hoſtien. Ioan. And.
2 Butri. & Abb. aduertunt. † qui enim Apoſtolicæ ſedis præcepta contemnens tranſgreditur, hęreſis reus conſtitui

conſtitui poſſe cenſetur.c.nulli,xix.diſt.& Glo.in c.
firmiſsimè, de hæreti. idque potiſsimùm cùm in hac
ipſa cenſura anni lapſu perſtiterinr. c. excommuni-
camus.§.j.ubi Glo.Butr.& Abb.de ſent.excom. Ec-
cleſię enim ipſius authoritatem inde quis contemne-
re probari poſſe uidetur; quocircà & hæreſis nomi-
ne reus conſtitui.c.grauem,de pœn. ubi Abb.in iij.
not.poſt Innoc.Hoſti.& alios ueteres,quos adducit
Feli.rubr.de hæret.& c.ad abolendam,eo.tit.Gemi.
& Franc.c.contumacia,eo.titu.in ſexto. quamobrē,
cùm & Gregorius & Thomæus ſacrorum canonum
authoritatem contempſiſſe uideantur, Eccleſiæ ſa-
cramenta à proprio ſacerdote non aſſumendo, pro
hæreticis haberi debent. d.cap.primo, & d.c.omnis
utriuſque,de pœnit.& remiſs.& cap.j.& ij. de maio-
rit. & obedi. & Docto.tradunt in cap.nam concupi-
ſcentia,de conſtitut. & d.cap.nulli, xix.diſtinct. ubi
Docto.quod argumentum diffusè pertractat Paulus
Grillan.in tract.de hæret.quæſt.ſecunda,nu.quinto,
uerſ.item quòd præcepta.& Carer.tracta.eo.de hæ-
reti.nu.ij. uerſic.Decimotertiò contrahitur hæreſis.
3 † ubi concludit, perſeuerantem in excommunica-
tione per annum, uel bienninm, hæreticum exiſti-
mari.

Secundò & conditio ipſius deferentis eandem in-
terpretationem ſuadere uidetur,tùm ratione profeſ-
4 ſionis clericalis, † à qua criminis penitùs oīs abeſt
ſuſpitio.c.duo ſunt, xij.q.j. & cap. cùm abomni, de
uita & honeſta.cleri. & c.abſit, xj.quæſt.j. ubi Gloſ.
tùm & ratione muneris curandarum animarum ei
iniuncti conſideratio, quippè,quòd huiuſmodi fun-
ctio maxima integritate fulgentibus uiris mandari
ſoleat.cap.cùm in cunctis,de electìon. ubi colligunt
omnes,& c.ubi periculum,eo.tit.in vj.ubi Gemin.&
Franc. exactam idcircò in ſummi Pontificia electio-
ne formam ab ipſo canone præfixam aduertunt. d.c.
ubi periculum,de elect.in vj.d.cap.cùm in cunctis.
5 † nam ad Concilinm ipſum Lateranenſe eadem ra-
tione conſtituit, ne quis pluribus Eccleſiis animarū
curam habentibus præficeretur.cap.de multa,de præ
bend.& extrauag.execrabilis,eod.titu. quod aduer-
tit Caſsiod.deciſi.prima, tit.eo.de præbend.ex qui-
bus uideretur ipſius Presbyteri Iacobi Stancarij Ple-
bani delationem ueluti iuſtam exequendam eſſe.c.
iudicantem, xxx.q. v.& c.cùm aliquibus,de re iud.&
c.j.eo.tit.in vj.

Quibus tamen non obſtātibus oppoſitum uerius
omninò cenſeri debet, & iudicari ipſos D. Grego-
rium & Thomęum fratres de Rolandinis non ſolùm
catholicè, uerùm etiam piè uixiſſe, & idcircò nul-
lam hæreticæ prauitatis labem incidiſſe, ſed è con-
uerſo presbyterum ipſum Iacobum Stancarium Ple-
banum aſſertum notorinm fornicarium eſſe, quare
& omninò uitandum,& ueluti incorrigibilem depo-
nendum,ut ſacrorum canonum expoſcit ratio:quod
pluribus modis probari poſſe exiſtimatur.

6 Et primò, † ſi hæreſis ipſius diffinitionem inſpi-
ciamus, ut ſit error quidam pertinax, uel peruerſi
dogmatis electio circa fidei articulos, uel Eccleſiæ
ſacramenta, ut colligitur ex cap.inter hæreſim, & c.
hæreſis, xxiiij.quæſt. iiij. & aduertit Goffredus, &
Hoſtien. in ſumma eod. titu. de hæret.uerſicu. quid
ſit hæreſis.& §.j.uerſicu.quis dicatur hæreticus, con-
cludunt, eum ipſum, qui falſam opinionem de fide
catholica uel gignit, uel ſequitur, hæreticum exiſti-
mari. quod quidem de Arrio, & Sabellio & pluri-
bus aliis Diuus Auguſtin.aduerſus Pelagianos acri-
ter diſſeruit. & in c. hæretic. ead.cau.& quæſti. pe-
ſtis huius effectum uanæ gloriæ adſcribit. & Diuus
Thomas diffinitionem huiuſmodi probabat ſecunda
ſecundæ quæſt. xj. articu.ſecundo,& Paul.Grilland.
Caſtilio.in d.tract.de hæretic.quæſt.prima, num.ij.
& Gondiſl.de Villa Diego in tract.eo.quæſt.j.perti-
nacis erroris accidens circa fidem criminis huius eſ-
ſentiam contineri affirmant poſt Diuum Thomam
d.quæſt.xj.artic.ſecundo,uerſ.peſtifera. & Lud.Ca-
rer. tract.eod.nume.primo, uerſi. hæreſis igitur eſt,
poſt omnes diffinitionem ſupraſcriptam approbat,
ut hæreſis ſit à Chriſti fide, & Eccleſiæ pertinax re-
7 ceſſus. † quæ ſanè diffinitio cùm Rolandinis fratri-
bus non conueniat, conſequens eſt nec diffiniti eſ-
ſentiam illis ipſis conuenire.l.j. §. dolum. ff. de dol.
ubi Barto.& l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect.ubi idem
Barto. & Abb. rubr. de ſenten.excommu.& Decius
rubr. de probation. & plures deciſiones adducit Ca-
gnol.in l.omnis diffinitio.ff.de regul. iur.nume.50.
Conſtat etenim ex pluribus atteſtationibus in pro-
ceſſu deductis hos ipſos fratres catholicam uitam, &
maximè piam egiſſe,& Eccleſiæ ipſius ſacramenta ſu
ſcipiendo, & pœnitentiæ maximum fructum con-
ſequendo, nempè peccatorum ipſorum remiſsionē;
& idcircò eleemoſynas faciendo, Eccleſias frequen-
tando ueluti orationis ipſius domos,necnon & pro-
ximos ipſos conciliando, ſacram prætereà Euchari-
ſtiam maxima præeunte cotritione aſſumpſiſſe, ut
æternæ uitæ fructum conſequi poſſent, ut catholica
ipſa inſtituit Eccleſia. dict.cap.omnis utriuſque ſe-
xus,de pœniten. & remiſsionib. & cap.nihil maius,
8 & c.cùm Marthæ, de celebr. miſſ. † ex quibus ſanè
diſpoſitionibus,& legitimo quidem numero.cap.cū
eſſes, & cap.relatum,de teſtamen.& cap.cùm in om
ni,de teſtib.& l.ubi numerus. ff.eo. plenè ſatis pro-
batum eſſe colligitur, eos ipſos nullo pacto hæreſis
9 reos conſtitui poſſe, † caput enim Eccleſiæ Chri-
ſtum ipſum fatentur,& eius Vicarium Petrum,& ſuc
ceſſores, & inde proficiſcentes Prælatos omnes,qua
propter myſtico Eccleſiæ corpori coniuncti intelli-
guntur.cap.primo & ſecundo,de ſumma Trini.& fi.
cath.§.vna eſt Eccleſia.& c.j.§.unde cū in ueteri, de
ſacr.unct.& extr.unam ſanctam,de maior.& obed.&
epiſt.inter claras,de ſum.Trin.& fid.cath.ubi omnes
Doct. aduertunt.

Secundò in nullum fratres huiuſmodi circa fidē
Eccleſiæ ſacramenta errorem incidiſſe,ex eorum cō-
feſsionibus, & proteſtationibus in proceſſu ipſo de-
ductis apparet, in quibus ſemper confeſsi fuerunt ſe-
ſe catholicam fidem agnoſcere, & idcircò illius ſa-
cramenta ſaluti æternæ neceſſaria profiteri; unde
omnis hæreticæ prauitatis ſuſpicio abeſſe intelligi
debet.cap.hæc eſt fides, xxiiij.quæſti. prima.ubi Di-
uus Hieronymus adamuſsim ſcribit: hæreticum
quoque cenſeri maleuolum, qui catholicæ Eccleſiæ
fidem profitentem reum cōſtituere uelit, ubi Glo.in
10 uer.cùm probabit,in fi. † cùm enim uerba ipſa nālia

ſint inſtrumenta, quibus cordis intẽtio exprimitur,
l.Labeo.ff.de ſupell.lega,& c.Marchion.j.q.j. & cap.
intelligentia,de uerb.ſignif.& c.ſecundò requiris,de
appell.ubi Bal.& l.Gallus,in princ,ibi,qui ex uerbis
11 colligi poteſt.ff.de liber. & poſthu, & † non inſulsè
legiſlatores,proprij otis confeſsionem maximi pon-
deris eſſe conſtituerunt.l.vnica.C,de confeſs.& c.ſi,
eo.titu.ubi Docto.& Ioan. And,Butri,Abb.& Deci,
rubr. de probat. aſſerunt partis ipſius confeſsionem
12 probationum omnium uim anteire. † quamobrem
& declaratoriæ proteſtationis maximus effectus ani-
maduertitur in iis, quæ animũ ipſum humanum in-
ſident.l.non ſolùm.§.morte.ff.de noui oper.nuncia,
ubi Bart.& Iaſ.nu.xlviij.& cap.cùm M. de conſtitu,
ubi Butri.Abb.Felin·Deci.Rip.nume.axv.& Ferret,
nume.xv. proteſtationis huiuſmodi hunc ipſum ef-
fectum eſſe fatentur, ut hæreſis ipſius ſuſpicionem
omnem excludat.dict.cap.hæc eſt fides,cum aliis ab
eiſdem adductis,

Tertiò,ſi qualitates omnes perpendamus neceſſa-
riò requiſitas,ut quis non inſulsè hæreticæ prauitatis
reus cenſeatur & conſtituatur,ſatis apertè conſtabit,
nullam prorſus in iis ipſis fratribus deprehendi poſ-
ſe. Diuus enim Auguſt.lib. de utilitate creden. Di-
uus Thom.ij.ſecundæ q.aj·art.j.ij.& iij.& Sanct.Bo-
nau.in iiij.ſent.diſt.axiij.art.iii..& Alexand.de Ales
in ſecunda ſecundæ, in titu. de hæreſ. concludunt,
tria coniunctim concurrere debere, ut quis propriè
hæreticus dici poſsit. Primum,falſam credulitatem.
Glo.in c.qui aliorum,xxiiij.q.iij.& c.j in uerbo pari
ratione,de off.& pot.iud.deleg.Secundum,ut peruer
ſa uoluntas ſubſit in concupiſcibili. Tertium,perti-
nacem impugnandi obſtinationem. alioquin errorẽ
ipſum reuocans hæreticus cenſeri non poteſt.d.cap,
hæc eſt fides.& c.dixit Apoſt. xxiiij.q.iij.

At cùm nulla qualitatum huiuſmodi in fratribus
Rolandinis deprehendatur,conſtat eos proprios hæ-
reticos cenſeri non poſſe,minuſq; & improprié,cùm
ſacram ſcripturam falsò non interpretentur, aut Ec-
cleſiæ priuilegia non impediant, nec Apoſtolicæ ſe-
dis præcepta contemnant,aut tranſgrediantur, qua-
tenus humana fragilitas patitur,ut conſtat ea depoſi-
tionibus ipſis,præſertim ipſorum fratrum,qui eos in
confeſsione audiuerunt,& ipſius pœnitentia,factam
nempè abſolutionem ſecundum Eccleſiæ inſtitutum,
c.oĩs,de pœni.& remiſs. & Gondiſl.& Cater.in tra-
cta.de hæret. in j.par. egregiè declarant,

Non urget idcircò eos hæreticos eſſe contendi,ꝙ
ex eorum confeſsione conſtet proprio ſacerdoti eo-
rum peccata ſingulis annis confeſſum non fuiſſe,aut
ab eo Euchariſtiæ ſacramentum non accepiſſe. d. c.
omnis utriuſq;,quia pluribus modis reſpondere poſ-
ſe affirmo,& interna canonis ratione inſpecta oſtẽ-
13 do. † Et primò,non ſequitur, eum hæreticum eſſe,
qui alieno ſacerdoti peccata ſua confeſſus ſit,præſer-
tim aliqua iuſta cauſa id ipſum ſuadente.d.c.hæreti-
cus eſt,ubi in ſpecie pertinaciam ipſam canon re-
quirit.& c.j.de hæret.ubi Abb.aduertit,& c.ad abo-
lendam,eo.tit.& d.§.j.uerſ.quis ſit hæreticus.& Paul.
Grilland.d.q.j.nu.iij.at cùm hæreſis diffinitio in ſpe
cie ipſius obſtinationis qualitatem requirat,ut ſupe-
rius oſtendi,conſequens eſt,ſpecialem hanc canonis
prouiſionem uelut potiorem prorſus attendendam
eſſe.l.item Prætor edicit, & l.apud Labeonem. §.ait
Prætor,uerſ.ea autẽ.ff.de iniur.& c.ſtuduiſti, de off.
leg.& l.in toto.ff.de reg.iur.ubi Deci.& Cagno.plu-
res deciſiones adducũt. quare,cùm hæreſis diffinitio
non confitenti proprio ſacerdoti non conueniat,et ſi
Eccleſia id ipſum præcipiat, dummodò ex contem-
ptu id non agat, eiuſdem diſpoſitionem eidem non
conuenire cenſeri debet.l.iiij.§.toties.ff.de dam.inf.
ubi Bart.& Alberic.

Item nec ratio canonis conuenit,quippè ꝙ Eccle
ſia ipſa peccatoris mortem non exoptat, ſed ut reſi-
piſcat,et uiuat.c.cùm non ab homine,de iud.ibi, ne
ulterius ſit cauſa perditionis multorum,& c.tua nos,
de pœn.ibi,in arctiſsima monaſteria, & c.eſtote, de
reg.iur.in antiq. quamobrem, cùm nulla incorrigi-
bilitatis ratio urgeat in iis, ꝙ Eccleſiæ iudicio defe-
renda oĩa profitẽtur.d.c.hæc eſt.c.eſtote, conſequẽs
eſt & in huiuſmodi caſu,canonis ipſius diſpoſitionẽ
locum non habere.c.et ſi Chriſtus,de iureiur.& c.cũ
ceſſante,de appell.& l.tutelas,de cap.dim.ubi Bart.
14 Secundò,† ꝙ in generali Concilio cautum ſit,quẽ
proprio ſacerdoti ſingulis annis peccata ſua cõfiteri
oportere.d.c.omnis,in prin.§.ſi quis,ſubiicitur iſ ca
ſus,in quo regula illius tex.inflectitur,putà ea aliqua
cã.Glo.ibi in uerbo proprio, & Butri.& Abb.nu.xj.
uerſ.idem ſi ſubeſt alia legitima cã, putà, odium in-
ter confiteri debentẽ,& ſacerdotem ipſum: ſanè ex-
15 ceptio hæc maxima ratione nititur,†ut quemadmo-
dum in temporalibus iudiciis legiſlator requirit iu-
dicum animos omni affectu, & odij ſuſpitione care-
re debere, aliàs recuſationis cenſura ſubiici. cap.in-
ſinuante, & cap.ſuſpitionis, de off.deleg.& cap.po-
16 ſtremò.de appell.ubi Franc,Peruſ,nu.xx. † quadra-
ginta caſus huiuſmodi enumerat,multò fortius id cẽ
ſeri debet in hoc ipſo ueritatis,& cõſciẽtiæ iudicio,
cùm in eo de irreparabili præiudicio agatur, nempè
de aĩarũ ipſarũ ſalute.c.ꝑcipimus, xij.q.j.& c.cũ cõ-
tingat,de iureiur.ibi,dummodò nõ urget in diſpen-
diũ.& c.quãuis,de pact.in vj.quapropter,cũ de cau-
ſis odij cõſtet ex pluribus atteſtationibus in ꝓceſſu
receptis, quodq; cã huiuſmodi ex perſona Stancarij
Plebani proficiſcatur, atq; ante illius contentioſam
& malignam naturã, potius ſequitur,diſpõnem d.c.
omnis,ex hac ipſa cauſa reſtringi debere, ut ritè do-
17 cuit Abb. quem ſuprà allegaui. † nã cũ ſubeſt legi-
tima cã,cuiuſcunq; conceptionis diſpõ, lex,& con-
ſtitutio reſtringi ſolet. l. aut facta.§. nonnunquàm,
de pœn.& l.ſi hominem.ff.mand.ubi Bart.aduertit,
& Alex.rub.de off.eius,nu.iiij. uel l.cum ſingulari ta
men.& Abb.c.dilecti.ult.de appel.nu.xj. Innoc.Bu-
tri.Abb.& Felin.in c.j.de conſtit.ubi Deci. in ij. le-
ctura,nu.xx.& plura congerit Alci.lib.ij. de uerbor.
ſignification.

Tertiò & hac quoq; ratione diſpoſitionem d.cap.
omnis, in pñti caſu locum non habere ſubiicio atq;
declaro, ꝙ Plebano ipſi huius odii & rixæ inter eũ,
& fratres non ſolùm particeps, uerùm etiam auctor
eſt,ut in proceſſu probatum fuit, vnde ſequitur hu-
iuſmodi ratione Rolandinos fratres à cenſura ipſius
c.oĩs,canonis interna rõne inſpecta liberatos fuiſſe;
ut Gloſ.Hoſti.Butr.& Abb.aduertunt in d.c.omnis.

Et ſi

18 Et ſi diceretur, alieno ſacerdoti confeſsionem faciẽdam fuiſſe de licentia proprij ſacerdotis.d.§.ſi q. Reſpondeo hoc caſu, ſubſiſtente odij ratione culpa Plebani proficiſcente, ut in proceſſu euidenter conſtat, cùm ueriſimiliter potuerint credere Rolandini fratres inſpecta naturali conſuetudine huiuſmodi Plebani contentioſa & difficili, ut teſtes omnes de-
19 ponunt. † uſus enim in naturam facilè conuertitur.l.naturalem.§.apium quoque.ff.de acquiren.rer. domi.& §.pauonum quoque, inſtitu.de rer. diuiſ.c. ad noſtram, de empt.& uend.ibi, & maximè ab eo, qui ſolitus eſt,& Cępol.in tract.de ſimula.contract. præſumpt.xix.ſequitur,licentiam hoc caſu non fuiſſe petendam, quæ petita euidenter obtenta non fuiſſet, & lex ſuperfluitatem abhorret. l. quoties. ff. qui ſatiſd.cog.& Aug.l.ædem.C.loc.Abb.& Deci.c.paſtoralis,nu.j.de appell.

Secundò reſpondeo & proprij ſacerdotis licentiã hoc caſu non defuiſſe, illam (ut mihi in facto præ-
20 ſupponitur) † Vicarius generalis Reuerendiſs. Paſtoris Tridentini, qui & ipſe proprius ſacerdos, quẽadmodum & Archipresbyter ipſius cathedralis exiſtimatur.c.officium, de off.Arch.Glo.c.ij.eo.tit.in vj. & c.ij.de off.leg.eo.lib. & aduertit Abb. d.c.omnis, nu.xij. verſ. ſed quæro quis dicatur. quamobrem ex his colligitur Reuerendi D.Commiſſarij excitatum non inſulsè dubium diſſolut.

Quartò hanc eandem interpretationẽ in præſen-
21 ti negotio probandam oſtendo, † q canon ipſe duobus præpoſitis malis & ſcandalis, maius euitare conſueuit,& minus tolerare cuiuſdam comparatiuæ permiſsionis cõtemplatione.c.duo mala,& c.nerui, xiij. diſt.ubi Glo.Arch.& Tur.crem.& c.officij, de pœni. & remiſs.& c.iuuenis,de ſponſa. ubi Abb.not.j. & c. ad audientiam,& l.ij.ubi Marian.nu.v.de homic.uoluni.uel caſu.quamobrem, cùm animarum ſalus incomparabile quoddam ſpeciale intereſſe contineat. d.c.præcipimus,xij.q.v.& Rolandini fratres ab alieno ſacerdote pœnitentiæ fructum requiſiuerint, ut eorum ſaluti tutius conſulerent, nõ ut Eccleſiæ uniuerſalis præcepta contemnerent, ſiue proprij ſacerdotis reuerentiam denegarent, & ſi nullam licentiã petiiſſent, excõicationis ſnĩam nullam eos incurriſſe
22 uerius eſſe uidetur, † ne aliàs ſcandalo locus datus fuiſſet in animarum perniciẽ; quem effectum canon abhorret prorſus.c.conſilium, de obſer. ieiun. & c.q ſcandalizauerit,de reg.iur.in antiq.& c.fi.de pſump. ubi Feli.nu.xiiij.& in pulchra facti ſpecie Aneb.ipſe conſultus reſpondit conſ.clxxix. Prima facie.
23 Quintò, † cùm Plebanus ipſe Stancarius notorius fornicarius iam pluribus annis fuerit, Mariam quãdam concubinam domi retinendo,ẽt inuitis illius cõcubinæ attinentibus,necnon filium,& filiam ex ea ſuſceperit, ut plures interrogati teſtes deponunt, conſequens eſt, Plebanum huiuſmodi uitari debuiſſe. c. noſtra,de coha.cler.& mul.ibi,nec habẽt operis euidẽtiam.Glo.in uer. euidentiam,cõcludit ibi decidi, Presbyterũ ob fornicationẽ uitari dẽre,cùm in iure confeſſus eſt,uel notorium facti ſubſit; & ibi aduertunt Ioan.And.But.& Abb. & c.tua,eo.tit.uerſ.nos igitur,ibi,ut meritò debeat appellari notorium. quo caſu nec teſtis,nec accuſator requiritur, cùm crimen huiuſmodi nulla poſsit tergiuerſatione cęlari. & c. ult.eo.tit.conſtituit ſacerdos ſummus propriũ pſbyterum oĩnò uitãdum, cùm peccatum ipſum notoriũ ſit, ſiue per ſnĩam, ſiue confeſsionem in iure factam, ſiue rei euidentiam. Glo.ibi in uerb.euitari,uerſ.niſi
24 tribus eſſibus. † notorij enim maxima uirtus eſt, ut presbyteri huius incorrigibilitatem oſtendat, ex quo & Eccleſiæ contemptum, unde deponi debet. d. c. cùm non,de iudi.ubi Abb.nu.xv.& Bar.in l.furti.ff. de furt.& c.ſi quis Diaconus, xv.diſt.ubi Glo.& Archi.in c.pſbyteri, xviij.diſt.ubi Glo.in uerbo captus. Deponũt enim teſtes iam decẽnium integrum, hũc ipſum Plebanum manifeſtum, & notorium fornicarium fuiſſe,quo tẽpore cùm ſnĩam excõicationis ſuſtinuerit, & in peccato mortali euchariſtiam ipſam toties conſecerit,& ſcandalum Plebi toti in perditionem aĩarum obtulerit, quo uitari non debuit? q.
25 à ſuo iudice ueluti † incorrigibilis deponi dẽt.d.c.cũ non,& d.c.grauem,cum aliis ſimilib.hæc enim à pfeſsionis clericalis integritate prorſus aliena ſunt. c. cùm ab oĩ,de uit.& honeſt.cle. & huic Stancario Plebano obiici põt, quod Paulus Phariſeis obiiciebat: Tu,qui dicis non furãdum, furaris etc.& c.cũ oẽs, de conſt. ibi, patere legem,quã tu ipſe tuleris.ubi Glo. & Doct.aduertunt. Inde infertur q R.D. Cõmiſſario ex pluribus atteſtationibus in proceſſu deductis, liquidò conſtat,quanta fides ipſi Stancario Plebano adhibenda ſit, ſiue deferenti Rolandinos fratres,ſiue eos diffamanti in grauiſsimo hęreſis crimine,de cuius notorio crimine conſtat,& excõicationis uinculo illum ipſum implicante. d.c.ueſtra, cum aliis ſimilib.adductis,& Deci.conſi.cccccxxiij.nume.xiij.&
26 Soci.iun.conſi.cxxx.num.xxx.& xxxj.in iij. † cùm enim humana iudicia nulla affectionis ſuſpitione inſtitui dẽant.l.aperiſsimi.C.de iudi.& d.c.j.de ſent. & re iud.in vj. quocircà canon æquum zelo charitatis,non ea maleuolentia inquiſitionis iudicium cõſtituendum decernit.c.qualiter, il ij.de accuſ.ibi, ex zelo charitatis,ubi omnes aduertunt. & c.licẽt Hely,
27 de ſimon. † ſi his proceſſus huiuſmodi nullius eſt authoritatis.Ang.in tract.de maleſ.in uer.hæc eſt q̃dã inquiſitio,ubi Ariminen.plures adducit.
28 Non † urget lapſum biennij adducti, & idcircò excommunicationis patientiam pro hæretica labe haberi.d.cap.contumacia,de ſent.excom.in vj.& c.excõicamus. §.j. de hæret. vñ pœna confiſcationis ipſi fiſco legitimè facta adducatur.c.urgentis,de hæret.& c.cùm ſecundum,eo.titu.in vj.

Reſpondeo huiuſmodi oppoſitionem in præſenti
29 caſu ueram non eſſe, † quia duo extrema in crimine hæreſis neceſſariò concurrere debent, error in initio circa ea, quæ ſunt fidei, & pertinacia in uoluntate. quod docuit Card. Turrecrem.c.in Eccleſia, xxix.q. iij.& c.adducit Apoſtolus,ead.cau.& queſt. quorum neutrum cùm in præſenti caſu non uigeat, conſequẽs eſt, nullam hîc hæreſis pœnam conſiderabilem eſſe. d.c.eſtote.d.l.meritò,& d.c.fi.de præſumpt.quod & Paul.Grill.pertractat quæſt.j.tract.eo. de hæret. nu. vj.& q.ij.nu.v.& Gondiſl.q.ij.nu.iij. & ex facto con ſultus Pariſ.reſpondit conſ.ij.in iiij.nu.clxxaiij.uſq; in fi.ubi concludit non ſubſiſtente ipſius pertinaciæ qualitate, hæreſis ipſius pœnã non irrogari, & Boer.

deciſ.xxxiiij.nu.iiij.uerſ.quia dicendũ,& deciſ.343.
Secundò non urget pro ipſo Plebano præſumen-
dum uideri tùm ex ordinis ſuſceptione, tùm quòd
electus ſit ouium paſtor. cap.uos, iiij.diſtin. & d.c,
abſit, xj.quæſt.iij.ubi Glo.& Doct.& Alcia,d.tract.
præſumpt.xix.præſump.nu.j.quia reſpondeo,in cla-
30 ris † præſumptionum adminiculo opus non eſſe. l.
continuus.ff.de uerbor. oblig. & d.c,ueſtra, & c,tua,
de cohab.cleric.& mul.& l.ille aut ille.§.cùm in uer-
bis, de legat.iij. quamobrem, cùm euidenter in ipſo
proceſſu probatum ſit, Stancarium ipſum Plebanum
non ſolùm rixoſum, & euidenter fornicarium eſſe,
uerùm etiam Paſtorem ſcandalum ouibus ipſis affe-
rentem, Rolãdinos ipſos fratres, quemadmodum &
pluresalios non leui odio proſequentem, conſeqnẽs
eſt, nullam ei deferenti fidem adhibendam. cap. re-
pellantur. & c. cùm P.de accuſat.& quamuis in ſup-
plicatione Illuſtriſsimo Principi porrecta charitatis
31 ipſius zelum præferre oſtendat, † facti tamen natu-
ra animum ipſum infectum, atq; odio plenum de-
clarantis potius attendi debet. toto titu. C. plus ual.
quod agi.& cap.exiſtimant,xj.q.iij,& cap.dilecti,lo
ultimo,de appella. ubi Abb.nu.vj. & l. ſi tamen.§.ei
qui.ff.de ædil.edict.& l.de quibus.ff.de leg.ibi,uer-
bis, an factis, ubi Barto.aduertit,& declarat Deci.l.
non vult,nu.vj.de regu.iur. quocircà ſequitur diffa-
mationi huiuſmodi ex malo animo proficiſcenti nul
lam fidem prorſus adhibendam eſſe, d.c, qualiter &
quando,il ij. in, de accuſat. & c.licèt Hely, de ſimo.
cum aliis ſuprà adductis. ex quibus legitimè proba-
tum eſſe cenſeo, Rolandinos ipſos fratres hæreſis
reos legitimè conſtitui non poſſe, & nullam aduer-
ſus eos pœnam eo nomine commiſſam intelligi, cùm
ſemper catholicè uixerint, nullumùe errorem perti-
naciter defendant, quod ad fidei articulos attinet,
aut ipſius Eccleſiæ ſacramenta, & dogmata ſpectat;
ſed Stancarium ipſum Plebanum uelut notorium,
& incorrigibilem fornicarium deponendum eſſe, &
aliis legitimis pœnis ſubiiciendum. Laus Deo, et
Gloria. Patauij, Kal. Ian. M D lix.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus eſt, qui à iudicio catholicæ Eccleſiæ deuiat, & qui quatuor Concilia non tenet, Nicenum ſcilicèt, Conſtantinopolitanum, Epheſinum & Calcidonenſe. & nu.ſeq.*
2 *Hæreticus manifeſtè deprehenſus per publicam prædicationem uel aliàs legitimè quomodò puniendus.*
3 *Hæreſis in crimine facilius admittitur pœnitẽtia, quàm in aliis.*
4 *Hæreticus eſt, qui tenet animæ mortalitatem, & intellectus uoluntatem.*
5 *Hæreſis crimen nedum crimini læſæ maieſtatis æquiparatur, uerùm crimine uero grauius eſt illo.*
6 *Probationes in crimine læſæ maieſtatis tã diuinæ quàm humanæ, probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
7 *Fornicationem peccatum non eſſe dicens, hæreticus eſt.*

CONSILIVM CXI.

EXCELLENTISS. MARCI MANT. ſiue eius ſubſcriptio.

Dei numine ſemper inuocato.

PRoſpectò, vt dictũ eſt per D.
Conſulentem Excellentiſs. & be-
ne, non uideo quomodò in præ-
ſenti caſu poſsit eſſe ſuſpicio hæ-
reſis in perſonã Gregorij, & Tho-
mæi de Rolandinis, quandoquidẽ
mitto ipſius diffinitionem, quòd eſt error pertinax,
uèl peruerſi dogmatis electio circa fidei ſacramen-
1 ta; ut per eundem poſt Hoſti.& alios. † & quòd hæ-
reticus ſit, qui pro leui argumento à iudicio catho-
licæ religionis deuiat,& qui non tenet quatuor Cõ-
cilia,ſeu non credit, quæ in hiſce continentur, Nice-
no ſcilicèt, Conſtantinopolitano, Epheſino,& Cal-
cidonenſi,ut Apollinariſtæ, de quibus in l.ij. & in l.
quicunque.C. de hæret. Item qui non tenet unitatẽ
Eccleſiæ,uel aliter ſentit,quàm Romana,aut errat in
expoſitione ſacræ paginæ ueteris, & noui teſtamen-
ti. cap. firmiſsima, extrà eo. ad idem ſi de confeſ-
ſione, & reliquis ſacramentis Eccleſiæ aliter ſen-
tiat, quàm ſacroſancta Romana iteratò dixerim,
prædicat & obſeruat. pulchrè Gemin. conſil.quin-
2 quageſimoquarto, col.ij. † & plus quòd ſi manifeſtè
deprehenſus ſit facti euidentia per publicam prædi-
cationem,uel legitima probatione per teſtes, uel ex
ſua confeſsione, pœna caſtigari debet,de qua in c.ad
abolendam, eo.tit.niſi cum pœnituerit. c.pen.§.fin.
3 eo.tit. † ex quo in hoc crimine facilius admittitur
pœnitentia,quàm in aliis,c.ut commiſſ.de hæret.in
vj.quem text,ita declarat Aret.in cap.at ſi clerici,de
4 iudi. † hæreticus item eſſet,qui teneret animæ mor-
talitatem,& intellectus unitatem, ut Alex.& Auerr.
qui ob id anno M D xiij.Kal.Ian.Romę in Concilio
Lateranenſi ſeſs.viij.à fœlic.recorda. Leone decimo
Pontifice Maximo dãnati fuerunt. uerùm nihil ho-
rum eſt, quod obiici poſsit prædictis Gregorio, &
Thomæ: ergo hæretici dici non poſſunt. l. iij. §.to-
ties.ff.de dam.infect.ubi Bar.& l.j.in prin.ff.de teſt.
ubi vulgatum illud,cui non congruunt uerba legis,
ſeu diffinitionis,eidem nec congruit lex,ſiue diffini-
tio.ad quod facit etiam, quia nec conſtat in proceſſu
ſed contrarium potius,igitur abſoluendi ſunt, & pꝑ-
petuum ſilentium delatoribus imponẽdum,ipſos tie
diffamantibus.l. qui accuſare.C.de eden.l.qui de cri
mine.C.qui accuſ.non poſſ.l.diffamari. C.de ingen.
5 & manu.l.Titia.ff.de accuſ. † maximè, quia crimini
læſæ maieſtatis comparatur, immo grauius eſt,æter-
nam,quàm temporalem lædere maieſtatem.c.urgẽt,
6 de hæret. † ſed d. caſu probationes debent eſſe luce
meridiana clariores.l.fin.C.de prob.& mirum, quia
ubi maius eſt periculum ibi,etc. cap.ubi periculum,
de elect.in vj.ergo multò magis in iſto. anth. multò
magis.C.de ſacroſan.Eccleſ. ubi ſignanter Alber.in
rubr.C.de hæret.col.iij.& præcipuè etiam, quia ap-
paret fomite malignitatis crimẽ hoc delatum fuiſ-

ſe à

ſe à presbytero I. Plebano Ambuli manifeſto fornicatore, ut in proceſſu conſtat, qui potius puniendus eſt, quàm exaudiendus, immo quòd ipſo iure à ſacerdotio ſuſpenſus .c.ueſtra.c.ſi.de cohabi.cleric. & mulie. Ang. in §. hæc de eo, in authen. quomodò oporteat Epiſc. & ut per eundem Do. Conſulentem
7 latius, † et plus, cùm ſit talis, quòd tacitè fateri uidetur fornicationem peccatum non eſſe, & malè, quia ita tenens Idolatra, & hæreticus eſt, ut legitur Apocalypſ. cap. ſecundo. Colle&. cap. j. de hæret. Archid. in cap. forum, j. quæſt. j. & ita fuit aliàs concluſum in deciſ. Tholoſ. ccxlvj. & conſequenter ipſe potius puniendus, quàm Gregorius & Thomæus, ea de re in ſententiam præfati Excellentiſsimi Iuriſconſulti domini Iacobi Philippi Portij mihi utì fratris ſemper honorandi, ſicut confirmatum & concluſum eſt ſuprà, deuenio etiam ego Marcus Mantua Bonauidius Patauin. Iureconſultus, Comes, ac legum interpres. & ita iuris eſſe, & de iure dico, ſaniori iudicio ſemper ſaluo.

Marcus Mantua.

SVMMARIVM.

1 ☞ Donatio aliusùe cõtractus an fieri poſſit in teſtamento. & nu. ſeq. & vide nu. 6. & 8. in fin. de commum opi. quòd fieri poſſit. ſed vide nu. 49.
2 Contractus multùm differt à teſtamento.
3 Teſtamenti conditio reuocabilis eſt, ſic ut teſtator nullam imponere poſſit legem ſuæ uoluntati, ut ſi placuerit, poſſit teſtamentum reuocare.
4 Contractus perfectus nullam admittit uariationem.
5 Diſpoſitiones repugnantes eodem contextu ſubſiſtere non poſſunt.
7 Teſtamenta plura in eodem contextu fieri poſſe.
8 Teſtamentum fieri uno contextu quando dicatur.
9 Donatio inter uirum & uxorem aliàs probibita, iuramento firmatur. & nu. ſequentibus. de communiore opin. nume. 17. ſed de contraria opin. & commu. nume. 21.
10 Iuramentum omninò ſeruandum eſt. fallit nu. 12.
11 Animarum in ſalute conſiſtit Pontificij legiſlatoris præcipuus finis.
12 Iuramentum non eſt cuſtodiendum, ſi uergat in ſalutis æternæ diſpendium, aliàs obſeruandum eſt.
13 Mulieres non poſſunt infringere alienationem factam rerum dotalium cum iuramento, ſi illud non ui, aut dolo fuerit extortum.
14 Pactum inter patrem & filium per quod (aliquo recepto) renũciatur bonis paternis, ualidum eſt cum iuramento.
15 Text. cap. Reintegranda. iij. q. i. locum ſibi uendicat nedum inter clericos, ſed etiam laicos.
16 Ratio & mens attendenda.
18 Donatio inter uirum & uxorem cur probibita.
19 Iuramentum contra bonos mores non merè ciuiles, ſed naturales, obligatorium non eſt.
20 Perſeuerantia in peccatis omninò deteſtanda eſt.
21 Merita probari debẽt, etiam ſi cum iuramento fuiſſent affirmata, quando ſumus inter perſonas probibitas, putà inter uirum & uxorem. & eſt comm. opin. nu. ſeq. nec donatoris aſſertioni ſtandum eſt.
23 Donatio contemplatione meritorum ualida eſt inter patrem & filium, & uirum & uxorem, & inter perſonas aliàs donare probibitas. quæ merita probari debent, nec donantis aſſertioni ſtandum eſt.
24 Donatio de qua ſuprà, ualida eſt quò ad æquiualentia merita.
25 Donatio exceſſiua per quam donans enormiter lædatur, an ſit inualida, maximè, cùm donans donatarij blanditijs allectus fuerit.
26 Iuramentum non tenet quotieſcunq; enormis læſio interuenit ex propoſito, ſiue re ipſa, & eſt comm. opi.
27 Statutorum forma ſeruanda eſt à ſubditis, aliàs actus redditur nullus. & nu. ſeq.
28 Forma deficiente corruit actus.
29 Iuramentum quando actum nullum ſubſtineat.
30 Iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis.
31 Laici non poſſunt ſpiritualia complecti in eorum conſtitutionibus, putà diſponere ſuper uoto, decimis, hæreſia, & huiuſmodi.
32 Princeps ſæcularis ex cauſa naturali peccati excluſiua poteſt iuris ſpiritualis nexum diſſoluere, putà ſuper iuramento diſponere, quòd non ſit ualidum. ſed vide nu. ſequentibus.
33 Principibus obediendum eſſe.
34 Confirmans legem uidetur illam condere.
35 Pontifex confirmare debet ſtatuta laicorum diſponentium ſuper iuramento, quòd illud ſit inefficax, non adhibita certa ſolennitate. & quomodo facienda ſit confirmatio.
36 Cauſa in Principe præſumitur.
37 Donatio non inſinuata corruit quando excedit legitimam ſummam.
38 Inſinuatio cur requiratur in donationibus excedentibus legitimam ſummam.
39 Pontificis præcepto non parere, peccatum eſt.
40 Inſinuationis defectus an ſuſtineatur uirtute iuramenti in contractu appoſiti.
41 Donationem inter uirum & uxorem probibitam eſſe.
42 Vxoris deceptio facilè præſumitur in diſpoſitionibus ad commodum uirorum pertinentibus.
43 Clauſulæ inſolitæ in contractu appoſitæ arguunt ſuſpicionem, ac fraudem.
44 Fraudis ſuſpicio colligitur ex inſolitis clauſulis in contractu appoſitis.
45 Donatione ex ipſa irreuocabiliter facta ius acquiritur, & ad hæredes tranſmittitur.
46 Donatio tacitam à lege conditionem recipit, niſi donatarius ipſi donanti non prædecedat.
47 Iuramentum diſpoſitioni alicui accedens eandem interpretationem recipit, quã diſpoſitio illa cui cohæret.
48 Actus humani intelligi ſolent, ut iuris diſpoſitioni ſint conformes.
50 Conſtitutum transfert ueram poſſeſſionem.
51 Probationes ſemiplenæ ſimul iunctæ, faciunt plenam probationem.

CONSILIVM CXII.

INDIVIDVAE TRINITATIS MIHI lux adſit, ut in propoſita ſpecie canonis & legis ueram mentem explicare poſsim,

CASVS.

EX FACTO contigit, Magnificũ D. Carolum Villanonum, Nobilem Mantuanum, inopem tamẽ, omni conatu, & ſtudio operam dediſſe, ut Magnificam D. Ephigeniam uiduã nobilem Cęſenatem, ditiſsimam, deformem tñ, & ſenem, ſimplicẽ quidẽ mulierem, uxorem duceret, certa dotis ipſius cõſtituta ſumma, nempe 1055. quod cùm ex eius animi ſententia eueniſſet, illico ſe ſe in uniuerſi ipſius patrimonii adminiſtrationem ingerere cępit, quod ſatis quidem amplum fuiſſe proponitur. & cùm fortè uxor ipſa in grauem ægritudinem incidiſſet, illã ipſam (ut uir calidus erat) ad teſtandum induxit, in quo ſanè teſtamento pluribus prius relictis legatis, ante hęredum inſtitutionem his quidem uerbis donationem celebrauit.

Item prędicta D. Ephigenia pręſens per ſe & ſuos hęredes in pñtia mei notarij & teſtium infraſcriptorũ non ui, dolo, uel metu, ſeu aliqua alia machinatione circũuẽta ſeu circũducta, ſed ex eius certa animi ſcientia, meraq; & ſpontanea uoluntate, & propter benemerita habita & recepta à dicto eius Magnifico uiro, & in recompenſam portionis, & dotis dictæ teſtatricis ob mortem eiuſdem ſine filiis quomodolibet per dictum eius uirum lucrandæ, & in recompenſam multarum quantitatum pecuniarum erogatarum & expenſarum per dictum eius maritũ in diuerſis litibus & cauſis dictę teſtatricis, non ſolùm iure & titulo legati, ſed magis titulo, iure, & cã puræ & meræ & ſimplicis & irreuocabilis donationis inter uiuos, ita tamẽ quòd præſens donatio nullo ingratitudinis uitio ualeat reuocari, dedit & titulo puræ meræ & ſimplicis & irreuocabilis donationis inter uiuos tradidit prędicto D. Carolo Villanono eius marito præſenti & ſtipulanti & huiuſmodi donationem acceptanti, infraſcripta bona uidelicet decem uoces ſeu portiones principales molendinorum palatii Sarauallæ, Sauarucæ, & Gualgherię comitatus Cęſenæ cum ſuis rodignis, maſcinis, brignalibus, & aliis ſuis iuribus & pertinentiis annexis & connexis, ſeu, ut uulgariter dicitur, mille libre alla bona delle moline predette.

Item unam poſſeſsionem terrę arratorię tornaturarum 60. cum domo & pertinentiis poſitam in Comitatu Faentię in uilla detta le Cariſe à latere uia communis, flumen Faentię & alia ſua latera.

Item bona mobilia dictæ teſtatricis infraſcripta uidelicèt annulos omnes aureos cũ ſuis margaritis, collanas aureas qualcunque & argentarias, ſeu uaſa argentea dictæ teſtatricis. Itẽ ducatos 300. exigẽdos à domino Babtiſta, & domino Bartholomęo & aliis de Seuerolis de Faentia, reſeruato tamẽ ſibi uſufructu etc. Et inferius ibi, præmittens prædicta Do. Ephigenia, ut ſuprà præſens per ſe & ſuos hæredes pręfato D. Carolo donatario ut ſuprà pręſenti & ſtipulanti, huiuſmodi donationem ullo unquàm tempore non infringere, ſeu reuocare, & ita prędicta D. Ephigenia ſponte corporaliter iurauit ad ſacra Dei Euangelia manibus tactis ſcripturis ad delationem mei notarii, donationem huiuſmodi firmam, ratam, & gratam habere, tenere, & obſeruare etc. ſub pœna dupli, ſolenni ſtipulatione promiſſa, & obligatione omnium bonorum præſentium & futurorum, & pœna canonici periurii præſtiti iuramenti.

Poſtmodum his uerbis hæredes inſtituit: In omnibus autem aliis bonis mobilibus, & immobilibus, propriis & emphyteoticis, iuribus, & actionibus tam præſentibus, quàm futuris ſibi hæredes uniuerſales inſtituit, & eſſe uoluit pleno iure ſupradictos Magnificum D. Carolum Villanonum eius maritum, & Do. Claudium Fantagutium, & Do. Tranquillum Venturellum eius nepotes ęquis portionibus & pleno iure.

Ex hac ſanè facti ſpecie tres quæſtiones eliciunt. Et primò dubitari contingit, Vtrum contractus celebratio teſtamenti conditioni repugnet, an uerò quis in eo legitimè contrahere poſsit.?

Secundò, utrum donatio huiuſmodi inter uirum & uxorẽ aliàs prohibita, iuramenti uirtute ſuſtineatur, an uerò quòd municipalis iuris forma in ea prorſus neglecta ſit, nullius ponderis exiſtimari debeat?

Tertiò & ultimò, an donatio huiuiuſmodi nullitatis defectibus ceſſantibus, ſaltem ex capite prædecedẽtiæ ipſius uiri donatarii, & ob plures alias rationes reuocari potuerit?

RESPONDI.

QVod ad primum attinet, prima facie con-
1 cludendum uideretur,† quòd in ipſo teſta-
mento contrahi non poſsit, ſeu quòd con-
tractus uel emptionis uel donationis confectus ab
eo, qui teſtatur, in ipſo teſtandi actu nullius ſit au-
thoritatis; quippè quòd ſcripta lex ſit, ipſum uitiari
extraneo aliquo actu interueniente. l. cùm antiqui-
tas. C. de teſtamen. ubi Gloſ. in uerb. ſuperflua. Bart.
& Alb. & Corn. in uerſi. in tex. ibi, non neceſſarium,
ubi concludunt actum admixtum extra naturæ ne-
ceſsitatem teſtamentum ipſum uitiare, ueluti, ut in-
quit Glo. ibidem, & Ange. ſi quis intermiſceret lu-
2 dum aliquem, & huiuſmodi.† at cùm contractus ip-
ſius interna conditio ab ipſius teſtamenti eſſentia
prorſus differat, ſiue modum intueamur. l. uerba geſ-
ſerunt. ff. de uerb. ſig. & l. Labeo, la ij. eo. tit. ſiue effe-
3 ctum ipſum perpendamus, † quippè quòd ipſius te-
ſtamenti conditio ſubſtantialis adeò reuocationis
effectum admittit. l. iiii. de adi. legat. l. j. C. de ſacro-
ſanc. Eccleſiis, ut ne poſsit is, qui teſtatur, legem ul-
lam imponere libertatis huius effectum impedire.
l. ſi quis, in princi. de lega. iii. & l. nemo, de leg. j. ubi
4 Doct.† Cęterùm contractuum ipſorum interna na-
tura aliud ſuadet, quippè quòd perfecti nullam uaria-
tionem

tionem admitiát.l.i.ii.& iii.C.quãdo liceat ab emp.
diſce.& l. ab emptinne. ff. de pactis. & l.ſicut.C.de
5 actio.& obliga. † Quare cenſendum uidetur diſpo-
tiones huiuſmodi ueluti repugnantes eodem cõtex-
tu ſubſiſtere non poſſe.l.ubi repugnantia.ff.de regu.
iur.l.a.C.de fur.ubi Bar.& Bal.& Bar.in l.inter ſtipu
lantem.§.ſacram,de uerbo.oblig.cum ſimilibus.

6 Oppoſitum tamen uerius eſſe,receptum eſt: † q;
immo & ueditionis & donationis ipſius contractus
in teſtamento confici poſsit. l. aſsignare. ff. de aſsi-
gna.liber.ubi Iurecõſ.libertatis aſsignationis actũ
in teſtamẽti contextu legitimum eſſe reſpondit. &
idcircò Bal.& Sali.in d.l.cùm antiquitas,docuerunt
actus non ſeparatos à diſtributione bonorum, à te-
ſtamenti diſpoſitione alienos non cenſeri. l. eatrio-
ſecus.de uerbo.obli. Vnde ſubiiciebat Bald. Salic.&
7 Corne.in d.l.cùm antiquitas. † plura teſtamenta in
eodem contextu confici poſſe.argu.l.ii.§.ſi plura.ff.
quemadmo.teſtam.aper.& Roma. eandem conclu-
ſionem adamuſsim probari docuit in l.ex ſententia.
ff.de teſtam.tute.ibi,cùm autem patris uoluntate. &
Accurſius ſententiam huiuſmodi ueram eſſe cenſuit
in l.hæredes palàm.§.fin.in uer.alioqui,de teſtam.
8 † quatenus Iurecõſ.ibi uno contextu teſtamentum
confici interpretatur,cùm alienus actus illi non im-
miſcetur, & alienum non cenſeri ſubiicit donatio-
nis uel uenditionis actum,cui ſubſcribunt ibi Bart.
Albe.Bal.& Caſt.& Din.in cap.quod ſemel. de reg.
iur.in vi.in fin.uerſi.ſed ſi ſtaret in finibus.&Glo.in
d.l.cùm antiquitas.C.de teſtam.in uer.ſuperflua. &
ibi Cyn.Barto. Albe.Bal.Ange.Fulgo.Sali.& Corn.
ou.v.diligenter concluſionem huiuſmodi declarat.
& Docto.maximè Roma.in l.ſtipulatio hoc modo.
de uerbo.obliga.& Butr.in rubr.de teſtam.& ſecun-
dum ſententiam huiuſmodi ex facto ſępius reſpon-
ſum extat: But.conſi.xxi. Viſo puncto.in princi.&
& Lapus allega.xci. In primis uidendum. & Ponta.
conſ.clxxi.Pro deciſione.uer.nihilominus commu-
nis.& Dec.conſi.clxia.uerſ.& licèt facta ſit in teſta-
mento, ubi ſententiam huiuſmodi communem eſ-
ſe atteſtatur.

Non obſtat repugnantiæ ipſius cõſideratio,quip-
pè quòd ſufficit ſimilitudinem ipſam ſubeſſe, quod
ad bonorum ipſorum diſtributionis effectum atti-
net.d.l.aſsignare.ff.de aſsign.liber. cum aliis ſupe-
rius adductis,Nec urget, cõtractus ipſius uinculum
poſt abſolutionem ipſius diſſolui nõ poſſe,d.l.ſicut,
quia ſecus eſſe uidetur,prout ratio ſuadet,cùm con-
tractus ipſe connectitur cum uniuerſali diſpoſitio-
ne uel ſingulari ipſius ultimæ uoluntatis, quo caſu
naturam illius aſſumere intelligitur. quod notant
Doctores in d.l.palàm.§.fin.de teſtamen.& Alexan.
plures adducit in d.l.ſtipulatio hoc modo, ut infe-
rius in tertio articulo luce clarius oſtendam.

Quod ad ſecundum attinet, prima facie conclu-
9 dendum uideretur,† donationem huiuſmodi, etiam
inter uirum & uxorem, ipſius iuramenti auctoritate
inconcuſſam reddi,& prorſus ueluti legitimá nullo
10 retractationis modo poſſe reſcindi; † quippè quòd
diuini iuris inſpecta diſpoſitione iuramentum om-
ninò cuſtodiẽdum ſit.c. & iurabunt. xxij.q.iiii.& c.
& ſi Chriſtus.eod.tit.de iureiur. ubi Docto. aduer-

tunt: cuius ſanè iuris norma inflexibilis eſſe exiſti-
matur.c.ſunt quidam.xxv.q.i.& c.ult.§.moralia.di-
ſtin.vj.& cap.literas,de reſtitu.ſpo.ibi,nos enim di-
ſpenſare non poſſumus.Glo.aduertit, & Doct.c.p.
ex publico,de conuer.coniu.ubi Glo.in uerbo con-
ſummatum & cap.nobis,de decimis,ubi Glo.in uer.
ex emptis.

11 Quamobrem † cùm legiſlatoris ipſius Pontificij
præcipuus ſit finis ſpiritualis, qui in animarum ſa-
lute conſiſtit.cap.ut animarum,de conſtitu. in vj.&
Glo.magna.cap.cùm contingat,eo.tit.de iureiuran.
uerſ.ſed canon. & But.Cardi.Ancha.Imol. & Abb.
in procemio Gregoriano nu.xvi.& Io.ab Imo. in c.
quia nonnulli,de cler.non reſi.in prin.iuriſue diui-
ni tranſgreſsio ſecundæ mortis effectum inducat,id
eſt animarum ipſarum interitum.cap.ult. de cõſue.
12 & cap.fin,de præſcrip.† decuit legiſlatorem huiuſ-
modi decernere iuramentum ipſum non cuſtodien-
dum,quoties obſeruatum, in ſalutis æternæ diſpen-
dium uergat,caſus eſt in d.c.cùm contingat.ubi cõ-
ſtituit ſummus ſacerdos,quicquid ſuaderet legis Iu-
13 liæ inhibitio,toto.tit.ff.de fundo dotali,† iurámen-
tum à mulieribus non ui uel dolo pręſtitum ſuper
alienatione bonorum dotalium non retractãda,om-
ninò cuſtodiendum eſſe, cùm id fieri poſsit abſque
ſalutis æternę interitu, & inde colligunt omnes in
notabilibus,& nouiſsimè Alcia.in vi.not.nume.xli.
& cap.mulieres,eo.tit.in vi.ubi Archi.Ancha.Gem.
& Fran.aduertunt.Item & legiſlator huiuſmodi lo-
corum ordinarios excitat,ut cenſuris Eccleſiæ adhi-
bitis iudices temporales compellant,eos,qui iuraue
runt,uinculum huiuſmodi ſpirituale obſeruare.c.li-
cèt,de iureiur.in vj.

14 Item † quamuis Cęſaris lex pactum ipſum inter
filiam & patrem improbet,quo quidem illa certa re-
cepta ſumma nullum ulterius ad paterna bona re-
greſſum habere ſpondeat.l.pactum.C.de colla.& C.
de pactis,ubi Bal.poſt ueteres explicat, qua ratione
Cæſarea illa conſtitutio uitatur,Pontificia tamẽ lex,
ſi iuramentum huic ipſi pactioni acceſſerit, omninò
cuſtodiendum illud ipſum decernit.c.quamuis, de
pactis in vj ſpiritualis enim uinculi nexus maximi
ponderis eſſe cenſetur etiam inter Cęſaris ipſius ſu-
15 biectos.cap.ſi.de foro comp.in vj. † & idcircò rece-
ptum eſt. Ioannis ipſius paſtoris uniuerſalis conſti-
tutionem in c. reintegranda.iii.q.i.licèt ea loquatur
in rebus ablatis Eccleſiarum ipſarum & clericorum,
tamen ex eadem ratione peccati uitandi,etiam inter
laicos deiectos ſibi locum uendicare.quod ibi Arch.
Aegidi.& Gemi.uerſi.quęro quid ſi iſte tertius, ad-
uertunt.& Soci.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poſſ.
quæſt.iii. princi. & Ripa poſt ueteres omnes in cap.
ſępe,de reſtit.ſpolia.in Gloſ.j.quod Innoc.eius no-
minis tertius Pontif.maximus in Lateranenſi Cõci-
lio explicitè cauit in d.cap.ſępe.quippè quòd parum
interſit,quòd ad peccatum attinet, an quis alienum
detineat uel inuadat. Quæ cùm huiuſmodi ſint ex
mente canonis,& tunc ipſum donationis inter uirũ
& uxorem celebratę caſum comprehẽſum exiſtima-
runt,ut ipſius ſpiritualis nexus,id eſt iuramenti uir-
16 tus illam ipſam muniat.† nec dubium eſt,quin ratio
ipſa & mens legiſlatoris, ipſius habenas moderetur.

cap.

cap.fin.de regu.iur.in vj.& c.quia in tantùm. de ſi-
mo.& l.cùm mulier. ff. ſolu.matri.ibi, niſi ea mente
ſumat.& l.nominis & rei.§.uerbum ex legibus. de
uerbo.ſign.& tradunt omnes in l.non dubium.C.de
legibus.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.de libe.&
poſth. Quocircà, cùm in præſenti negotio propona-
tur Magnificam ipſam D. Epbigeniã manibus tactis
ſcripturis deferente ipſo Tabellione iurasse infra-
ſcripta bona ipſi uiro donaſſe, conſequens eſt, dona-
tionem huiuſmodi incõcuſſam & irreuocabilem ex
mente canonis diiudicandam uideri. d. c. cùm con-
tingat, & d.c.quàmuis. quam ſanè concluſionẽ plu-
res Pontificii iuris Interpretes legendo ſequuti fue-
runt. But. Ancha. Imo.& Abb.in d.cap.cùm contin-
17 gat. † ubi Alcia.nu.cxcvi.uerſ.tertiò infertur. hanc
ipſam ſententiam magis communem atteſtatur. ſu-
biiciens non facilè in praxi aduerſus eam obtineri
poſſe.& eandem ſententiam defendunt Ioan. Lign.
Imol.& Barb.in Clem.ne Romani.de iureiur.& in-
ter Cæſarei iuris interpretes Guliel.Cune.& Albe.
in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.de iureiur.
& Bal.in repet.l.ii.eo.tit.col.xix.Bart.& Cuma.in l.
Seius & Augerius.ff.ad leg.Falcid.& l.ſi quia pro eo.
in fin.de fideiuſſo.Imo.in l.ſi quis inquilinos. §. fin.
de leg.i.Caſtr.& Iaſon in l. pacta quæ contra. C. de
pactis.& Corn.authen.ſacramenta.q.v.& x.C.ſi ad-
uer.uendi.& Corſe.Siculus in repe.rubr. de iureiur.
pro qua quidem ſententia ex facto cõſulti infraſcri-
pti patres reſpõderunt: Fede.Senenſ.conſi.cxl.Pun-
ctus.qui ea ratione nititur, quòd prohibitionis cõ-
tractus huius cauſa utiq; perpetua non ſit. Glo. in d.
c.cùm contingat.Hoſt.Ioan.And.& Abb.declarãt.
& Bald.conſi.cccclAd euidentiam,in j. & Caſtren.
conſi.lxxv.Non tamen. & conſ.xcviii.in fin.& Rom.
conſi.xliiii.& ccxcv.& Anch.conſil.cccvil. & Abbas
conſi.xcv.Factum.in ii.& Alex.conſ.viii.Viſis, i ſe-
cundo, ubi atteſtatur hãc ſententiam eſſe communẽ.
& conſi.clvii.Viſo.eo.lib.& conſi.vti.& cõſi.clxxxi.
eo.uol.in vj.& Corn.Peru.conſ.cxviii.in i.& conſil.
xli.in iii.& ccxiiii.in iiii.And.Sicu.conſi. lix.in ii.
Anto.conſil.lxxiiii.& ſeq.Guido Pap.conſi. xxxi.&
conſi.cxc.& conſi.cciiii.& conſil.ccxxxviii.& Deci.
conſ.ccii.nu. ii.hanc ueriorem ſententiam & cõmu-
nem atteſtatur,& conſi.ccxl.& Caſſanę. conſil. ii.&
Bertr.conſ.xlv.iiii.& conſi.lxiii.in ii.& cõſ.ccxxxij.
eo.lib.& conſ.cciiii.in tertio. ubi hanc ipſam ſenté-
tiam magis communem atteſtatur. & Reuerendiſſ.
Pariſ.conſi.xxxiii.& conſi.lxxxvi.in iii. ubi ſenten-
tiam hanc communem eſſe fatetur; ſecundum quam
quandoque in Gallico Senatu deciſum fuit, Capella
Thololana deciſ. cclxi. ubi in additionibus plures
adducũtur.& Boër.deciſ.xcii.nu.vi. ex quibus ſatis
clarè uidetur huius ipſius donationis obligationem
indiſſolubilem diiudicandam uideri.

Quibus tamẽ & huiuſmodi non obſtantibus, op-
poſitum uerius eſſe diiudicandum cenſeo, quòd im-
mo donatio huiuſmodi inter uirum & uxorem etiã
iuris uinculo munita, nullius ſit authoritatis, ſiue
generales legis ipſius prohibentis rationes intuea-
mur, & inde proficiſcentes effectus, ſiue ſpeciales
18 huius ipſius donationis defectus perpẽdamus. † Cõ-
ſtat enim Cęſareum ipſum legiſlatorem idcircò do-
nationes huiuſmodi inhibuiſſe, ne cõiuges ipſi mu-
tuo ſeſe ſpoliarent amore, & ſic alter eorum in ege-
ſtate uiueret. l.i.ff.eo.tit.

Secundò, ne matrimonia ipſa uenalia eſſent. l. ii.
eo.tit. qui ſanè effectus à iuris non ſolùm Pontificii
ratione, uerùm etiam & diuini protſus diſsidet. toto
tit.de ſimo.

Tertiò quia inde educationis liberorũ neglectus
induceretur, qui ſanè actus, & naturalis & poſitiui le-
giſlatoria ſint repugnat. l.i.§.ius naturale.ff.de iuſti.
& iu.ibi, educatio liberorum.& c.ius nãle.j.diſt.& c.
non ſatis, lxxxvi.diſt.& cap.cùm haberet, de eo qui
dux.in matr.& in l.ſi quis à liberis, de libe.agno.ibi,
necat, qui alimenta denegat. qui profectò effectus
cùm ſint ſpirituales, quòd ſeminaria ſint diſsidii atq;
peccati coniugum ipſorum.cap.Gemma.de ſponſ.
19 conſequens eſt, † iuramentum huiuſmodi aduerſus
bonos mores, & non merè ciuiles, ſed naturales, ex
mente canonis obligatorium non cenſeri.cap.nõ eſt
obligatorium.de reg. iur. in vj. ubi Dyn. Ancha. &
D.Mant.& Io. And.Hoſtien.Bal.Aegid.But.Cardi.
Imo. Abb.& Alciat.in d.c. cùm contingat. in primo
caſu, in quo conſtitutionis illius diſpoſitio non pro-
cedit. nec dubium eſt, quin canon ipſe actum prot-
ſus abhorreat, ex quo peccati occaſio induci poſsit
non citò tranſeuntis.c.officii.de pœni.& remiſ.& c.
peccatum non dimittitur.& c.peccati uenia. de reg.
20 iur.in vj. † perſeuerantiam enim & in rectibus ipſis
permanentiam omninò canon deteſtatur.cap.ult.de
conſue. ubi omnes in primo nota. aduertunt.& cap.
non debet. de conſang. & affini. ibi, quantitas pro
his ita ſuſceptæ. Abb.in ii.& iii.notab.aduertit.& c.
ult.de præſcrip.ubi Pariſi.poſt ueteres omnes in pri-
mo notab.colligit: quapropter cùm ob donationes
huiuſmodi coniugia difficiles exitus conſequi poſ-
ſent ob effectus ſuperius perſpectos, conſequens eſt
ex mente canonum iuramẽti uirtutem hoc caſu diſ-
ſolutam intelligi. uel ſaltem abſolutionis ipſius ope
relaxationem concedendam: plerunq; enim cõſue-
uit canon comparatiua permiſſione uti. c.duo ſunt,
& cap.nerui.xiij.diſtin.ubi Archidia. Aegid. Gemi.
& Cardi. Turrecrema. & d. c.officii.de pœni. & re-
miſſ.ubi Abb.poſt ueteres. & c. quid grauius.xxxii.
21 q.iii. † Quamobrem non defuerunt, qui legendo &
ex facto reſpondẽdo inter ueteres & recẽtiores hanc
ipſam ſententiam potius ſequuti fuerint. Bart.in d.
l.i.de iureiu.& d.l.i.de dona.inter uirum.& ibi Ful-
go.& Sali.& Bal.d.l.ſi quis inquilinos.§.fin.de lega.
i.& in d.c.cùm contingat, col.pen.& Cardi. Clem.i.
§.i.de iureiur. & Sali.in l.cùm multæ.C.de don. an-
te nuptias. & Angel.d.l.ſi quis pro eo.de fideiuſſ. in
prin.& Guliel.de Monte Laudu.in d.Clem.i.de iure
iur.& Cardin. Alex.& Henri. Bohic. in c.ult. de do-
nat.int.ui.& uxo.& Rimi.in rub.de iureiur. in pri-
ma concl.& Antonius de Canario in tractatu de in-
ſinuatione.q.xxx.nu.lviii.& in diſputa.incip. Ma-
ritus debitis inuolutus, hanc ipſam ſententiam pro-
bat, quam & naturali ratione munitam Alci. ipſe do
cuit in d.c.cùm contingat. nu.cxcviii. pro qua quidẽ
concluſione conſulti ex facto infraſcripti patres rñ-
derunt. Bal. cõſ.xxviii. & xxix. Vir donauit uxori.&
cccxcviii. in i.& cccxxxviij.in iii.& Caſtr.cõſi.lxv.

Super

Super iſto puncto.& cxciii. In caſu.in tertio.& Soci,
hanc ipſam ſententiam & ueriorem & communem
atteſtatur conſ.lxv.circa primum quęſitum.& Cor-
ne.Peru.conſi.xiiij. Circa primum,& conſ.lxvi.in i.
& Curt.in conſi.lxvi.incip.Sapienter.& Cępol.cau.
cxii.hanc ſententiam probat.& Ferrat. ibi, & Rain.
de Peruſ. & Rainu. de Monte probant, & Caſſan.in
conſue.ſol.clxxv.col.i.& ſeq. & Rui.conſil.cxxx. &
tenendo hanc partem deductis in oppoſitum reſpō-
dent Roma.in repet. d.rub.de iureiur.Curt.& Soci.
in conſiliis ſuperius adductis,quę cum poſsint uide-
ri,breuitatis cauſa ſilentio pertranſeundum duxi.

Secundò & ſpeciali ratione donationem huiuſ-
modi ſuſtineri non poſſe illinc facilè oſtendo,ꝙ ipſa
Magnifica D. donatrix ob merita ipſa ab eius Ma-
gnifico cōiuge in eam collata donaſſe atteſtetur,nec
non ob expenſas , quas ille ipſe in pluribus illius li-
22 tibus ſubierit,† quę profectò merita,nec non & ex-
penſæ cum nullibi probentur , receptiſsimum eſt,
aſſertioni huiuſmodi etiam iuramento ſuffultæ nul-
lam fidem adhiberi , ueluti inter perſonas prohi-
bitas factæ. Gloſſ. in lege ſi donatione. C.de collat.
in uerbo poſtulas , cui Bartol. Angel. & Salicet.
Fulgoſ. Alexan.Corne. & Iaſon ſubſcribunt. nu.vj.
23 † quàmuis enim naturalis iuris ratione inſpecta
inter patrem & filium,uirum & uxorem cōtempla-
tione meritorum acceptorum donatio ſuſtineatur.
l.quod autem.§.ſi uir & uxor. ff.de dona. inter uirū
& uxo.& l.ſi diuortio. ff.de uerbo. oblig. ubi Doct.
humana tamen lex huiuſmodi aſſertioni ſtandū non
eſſe conſtituit,ne facilè illi ipſi impoſtura fieret.d.l.
fraus.de legi.& d.c.ult.de regul.iur.in vj.& idcircò
meritorum probatio,ſi quę in inſtrumēto donatio-
nia aſſerantur,omninò neceſſaria eſt.quod iuris ip-
ſiua interpretes & docendo & ex facto reſpondendo
frequentiſsimo calculo cenſuerunt.Guliel. & Cyn.
in l.fin.de exer.& Bald.in l.ſi tibi. ff.de pactis. Imol.
& Caſtren.in l.Aquilius.de peculio.Angel. egregiè
declarat in d.l.ſi donatione,& ibidem Sali. Alexā.&
Dec.nu.xii.& Bar. in l.ſi fortè. de caſtren. pecul. &
ex facto conſulti ſecundum hanc ſententiā infraſcri-
pti patres reſponderunt.Oldr.conſ.ccxxvj. Quidam
Epiſcopus.& Butr.conſi.xxxix.Quia maior pars. &
Ancha.conſi.ccxlvii.Dubium facit. in fi.& Alexan.
conſi.lv.Conſideratis.& conſi.cj. Viſis.in j.& Deci.
conſil. dxvi.nu.iiii.& Rui.conſi.clxxv.nu.iii.& iiii.
in iiii.& conſi.xliiii.nu.ix.in v. ubi atteſtatur hanc
eſſe ueram & communem ſentētiam,etiam ſi in ſpe-
cie merita ipſa enumerentur.& Reuerendiſsimus
Pariſ.conſi.lxxxviii.nu.xvj.in iii. & nume.xcviij. &
Gratua Bonon.conſi,vii.nu,xxxi.in ii.& cōſ. lxviii.
24 num. iiii.eo,uol.ii,† ubi concludit etiam donationi
ęquiualentia merita ad unguem probari debere. &
D.Mantua generaliter reſpondit , quoties aſſertio
reſpicit intentionem aſſerentis,id,quod aſſerit om-
ninò probandum , quemadmodum in præſenti ne-
gotio, conſ.cxxiiii.in i.nu.iii.& conſ.lj.nu.vi.aliud
concludit,quando proponitur donari inter perſo-
nas,inter quas nulla ſubeſt poſitiuę legis prohibitio.
& idem conſ.clv.nu.xxxvj.& xxxvij.
25 Tertiò † ſtantibus prædictis ab exceſsiua quanti-
tate attētis facultatibus ipſius donatricis idē exiſti-
mandum cenſeo, nempè iuramenti ipſius uirtutem
canonis auctoritate ipſo iure diſſolutam intelligi ,
quippè quòd cùm donans & iurans enormiter læ-
ditur,donatarii dolo id factum præſumi ſolet.l.Lu-
cius.§.omnes.ff.quę in frau. cred.& l.creditor.§.Lu-
cius.ff.manda.& l.eleganter.de dolo. & l.ii.§. circa.
ff.de doli exceptio.& Docto.in l.ſi ſocietatem.§.ar-
bitrorum.ff.pro ſoci.& cap. Quintauallia.de iureiu.
26 † quæ ſanè concluſio intelligi debet ſiue ex propo-
ſito, ſiue re ipſa dolum ipſum , putà ex læſione de-
prehendamus.l.ſi quis cùm aliter. de uerbo. obliga.
ubi Doct.& d.l.iii.§.circa.cum aliis ſuperius addu-
ctis. Quamobrem cùm Magnifica D. donatrix uiri
blanditiis allecta,re ipſa ſaltem, quinimmo ex pro-
poſito iurata enormiter lęſa fuerit,conſequens ē,iu-
ramētum huiuſmodi ueluti internis comitibus ne-
ceſſariis carens, ipſius canonis authoritate diſſolui.
cap.iiii.Hiere.& c.animaduertendum.xxii.q.iiii.&
d.c.& ſi Chriſtus.quam ſententiam ueram & rece-
ptiorem poſt Aretinum & Dec.oſtendi in c.in prę-
ſentia,de probat. ultimo notab.& d. c.cùm contin-
gat.quicquid Imola & Alex.quandoque aliter exi-
ſtimauerint.Butrius enim ibi uer. quartus caſus eſt.
& Abb,uerſ.nonus caſus, & ante eos Bald, idem in-
nuere uidetur rub.C.de rerum permutatio.& cap.i.
§.item ſacramenta.de pac.iura.fir.nec Bar.diſſenti-
re uidetur.l.fin.de præto.ſtipula.& Ancha. d.c.i.de
conſtit.char.xiiii.uerſ.ego autem conſului.& quan-
doque legendo non improbat Alex.l.ſtipulatio hoc
modo.de uerbo.oblig. & plures legendo, l.ii.eo.tit.
de reſcinden.uendit. & authen.ſacramenta.C.ſi ad-
uerſ. uendit. Quare , cùm infraſcriptorum bono-
rū donationē factam eſſe proponatur ob merita ip-
ſa , quę nulla prorſus fuerunt , ibi, uidelicèt decem
uocea ſeu portiones principalea molendinorum, itē
unam poſſeſsionem terrę aratorię tornaturarum
ſexaginta uel circa cum domo , item bona mobilia ,
domū , annulos omnes aureos cum ſuis margaritis,
collanas auri quaſcunque , argentarias ſeu uaſa ar-
gentea d, teſtatricis ; item ducatos trecentos au-
reos in auro. ſanè ſubiici poteſt iudicem ipſum ma-
gis ſcire poſſe , quanta ſit meritorum aſſertioni fi-
des adhibenda ; poſteaquàm euidenter conſtat do-
nationis huiuſmodi actum enormis lęſionis ipſi
donatrici iacturam inferre , & idcircò iuramen-
tum illi accedēs, iudicio,iuſtitia,& ueritate carens,
nullius eſſe ponderis . quod ex facto reſponſum ex-
tat.Fede.Senen.conſi. cxcix.Quæritur.Calder.conſ.
viii.Duæ puellæ.de iureiur.But.conſil.xlv.Iuris ri-
gor.Anch.conſi.xxxix.Pro clariori. & lxxxii.Viſis.
& clxxx. Viſa.& cccxli.& ccclxvi, conſtanter reſpō-
dit,iuramenti uinculum, ſiue dolus adfuerit ex pro-
poſito,ſiue re ipſa,putà ex deceptione , canonis au-
thoritate diſſolui.d.c.cùm contingat. & d.c.quàm-
uis.de pactis.in vi.& Fulgo.conſi.ccxxxvii.Finis.&
Abb.conſi.viii.Tria.nu.vi.& cvii. Quatuor ſunt. in
i.nume.vii.& Caſtren.conſi.clxxvii.Contrà.& Ant.
xcv.Viſo.col,ii.& Corn.conſi.vi.in i.& conſi. ii.li-
tera F.& conſi.cxxiiii.litera C.& conſi clxxxviii.li-
tera D.in iii.& Curt.iunior conſi.cxli.& Deci.cōſi.
clxxx.& clxxxi.cccxlix.nu.vii. dli.nu. iii. ſententiā
hāc communem teſtatur, & Goza. conſ.ix.nu.lxiiii.
& Curt.

& Curt.iuni.conſil.cali. & Reuerendiſsimus Pariſ.
conſi.j.nume.cvij.& cviij.& conſi.acvii.& acviij.in
i. & Maria.iuni.conſi.acviij.in ij.nu.vi. & ſecũdum
ſententiam huiuſmodi quandoque deciſum extat.
Afflict.deciſ.cccxxii. Dominus Ciccus.

Quartò & alia inconcuſſa quidem ratione,& ꝓ-
pugnaculo prorſus ineapugnabili donationem hu-
iuſmodi etiam iuramenti uinculo munitam nullius
ponderis eſſe oſtendo; quippè quòd omnis ab eius
proprio iure & ſingulari pręfixa forma in illius rõ-
17 fectione neglecta fuerit,† cuius iugum ſubiecti effu
gere non poſſunt.l.omnes populi.de iuſti. & iur. &
ibi Bar.pluribus.q.pertractat.& §.ius autem ciuile.
inſtit.de iure natu.gen.& ciuil.& cap.ius autem ci-
uile.i.diſtin.ubi omnes.& cap. quæ in Eccleſiarum,
de conſti.in Glo.i.Quare Barr.poſt Iacob. ab Are.
Albe.& deinde Bal.& Sali.in l.hac edictali.C.de ſe-
cundis nupt.illius legis diſpoſitionem municipalis
iuris authoritate toties ſublatam eſſe concludunt,
quoties ſingularis ipſius iuris promulgatio eſſet eln
ſoria,quod Maris.iun.ea facto conſultus quandoq;
reſpondit conſi.iii.nume.vii.& conſi.cav.num. iii.
conſi.cxli.nu.v.& conſ.lii.nu. ii.in iii. Dictat enim
Cęſenæ lea ſub rubr.Quòd mulieres nuptæ illas ip-
ſas ſe ſe obligare non poſſe,niſi ſeruata forma ibi tra
dita eie.pnta iudicis decreto,& duorum proaimo-
rum bonæ famæ conſenſu,aliâs contractus ipſe nul-
18 lius ſit authoritatis.† quę quidem clauſula formam
inducere exiſtimatur, & quidem eſſentialem, qua
deficiente corruit actus. l. mulieri. §. res abeſſe. de
uerb. ſign. & l.Iulianus,ad eahib. & cap.cùm dile-
cta, de reſcript.ubi Feli.nu.vi.uerſ.nunc de formæ
obſeruatione, qua ratione receptum eſt,neglecta
forma ſiue à lege cõmuni, ſiue ſingulari in minorũ
alienationibus præfixa,uel prædiorum Eccleſiaſti-
corum, alienationem ipſam nullius eſſe authorita-
tis.l.cum hi.§.ſi pretor.de tranſa.ubi Doct.& l.ma-
gis puto.§.ne paſsim.de rebus.cor.& c. i. & c. nulli,
de rebus Eccleſiæ non alien.& c.i.eo.tit.in vi.& cap.
ſine exceptione,xii.q.i.& extrauagan.Pauli ſecundi
Veneti in tit.de rebus Eccleſię non alien.& diffusè
pertractat Fabi.de Mont.in tract.de empt.& uendi.
in prima parte nu.cii.& Brunus in tractatu de forma
in prin. diffusè diſſerit,& potiſsimùm ex adiectio-
ne clauſulæ decreti irritantis formam adiectam cẽ-
ſeri, cuius omiſsione uitiatur actus. & legendo &
ex facto reſpondendo maiores noſtri ſępius exiſti-
mauerunt: Cyn.& Bal.l.ambiguitates.C.de teſtam.
ubi Alex.& Bal.l.comparationes.C.de fide inſtru-
men.q.iii.in fin.concludit in dubio formam huiuſ-
modi ſubſtantialem intelligi.& in l.ſi ut proponis.
C.de nup.& in l.nuptiæ.de ritu nuptis.& Bar.in d.
l.omnes. de iuſti. & iur. & Bal. ibi uerſic.item nota
quòd à forma ſtatuti.col.fin.& idem in l.cùm quid.
ff. ſi cer.pet.& l.i.de lib. & poſth.& ibi Soci.& l.fin.
§.& hoc quidem. C. de iure deliberan. & l. ſeruum
quoque.§.publicè.ff.de procur.At,cùm in propoſi-
to negotio nec iudicis ipſius decretum, nec proxi-
morum conſenſus adfuerit,donationem ipſam nul-
lius eſſe momẽti prorſus diiudicandũ cenſeo. d. §.ſi
prętor.& d.c.cùm dilecta.de reſcript. cum aliis ſu-
perius adductis.pro qua quidem concluſione ſępius
ea facto reſponſum extat: Bal.conſi.ii.Præmiſsis.in
i. & cccxxiiii.Punctus.in ii.& Angel.lxxxviii.Præ-
mitto.& conſi.caxvi.Teſtamenti facto.& Ancha.
conſil.xxxvi. Viſis.& Deci. conſi.ii.nu.ii.& conſil.
ccccxaix.nu.v.& conſi.cccclavi. nu. xiii. & xiiii. &
aviii.& xia.concludit formã nõ poſſe per ęquipol-
lens adimpleri.& conſi.Dxxxii.nu.v. quòd defectus
formæ in minima qualitate actum nullum reddit.&
cõſ.dcv.nu.x. & conſ.dcaii.nu.v.& Rui.conſ.lxiiii.
nu.aiiii.in i.conſ.cxv.nu.xvi.in iii.

29 Et † quamuis me non lateat ipſius iuramenti uin-
culum ſpirituale actũ ipſum eatenus ſuſtinere,qua-
tenus abſque ſalutis æternæ interitu obſeruari po-
teſt.d.c.cùm contingat,& d.c.quamuis,de pactis.&
authen.ſacramenta.ubi Glo.Barto.Bald.Ange.Sali.
& ferè omnes Citramontani, ut teſtatur Iaſon nul-
litatem actus iuramenti uirtute ſuſtineri.quinimmo
ea facto reſponſum extat,ſola ratione periurii eui-
tandi,quę ſpiritualis eſt, & cum temporalibus non
commenſurabili.cap.pręcipimus.xii.q.i.& cap.licèt
de tranſla.pręlato.plures in actu defectus ſuſtineri.
Caſtren.conſi.ccxix.Abb.conſi.viii. Laurentia mu-
lier,in ii.nu.ii.& Deci.conſi.ccccaiiii.Viſo elegan-
ti.num.xv.& avi.& pertractat Bauerius in tracta.de
iura.in axiii.ſpeciali. & Marian.iuni.conſ.axaii.nu.
xviii.in iii.uerſ.& dicitur per iuramentum.

Reſpondeo tamen neglecta forma municipalis iu
ris ipſius D.Ephigeniæ deceptionem præſumi.Bald.
l.ſcripturæ.& l.qui teſtamentum. C.de teſtamentis.
30 † unde iuramenti uirtus,canonis authoritate diſſol-
ui cenſetur, ne aliàs iniquitatis ipſius uinculum eſ-
ſet. d.c.cùm contingat,& d.c.quamuis. & c.quanto,
de iureiur. quo caſu iuramentum ipſum cuſtodien-
dum non eſſe conſtitutum eſt.c.iuramẽti,aaii.q.iiii.
ubi Glo.in uerbo uinculum.& c.quemadmodum.§.
illud.eo.titu. & Ancha.d.cap.i.de conſtitu. uer.ego
etiam conſului.& cõſi.lxxii. Viſis.& plures alios ad-
ducit Deci.breuitatis cauſa omiſſos in d.cõſ.clxxai.
nume.ii.

Secundò reſpondeo municipalis huius diſpoſi-
tionem negatiuè conceptam in perſonas ipſas dire-
ctam, omnem conficiendi actum neglecta forma ab-
ſtuliſſe uideri,etiam in caſu,in quo iuramentum ip-
31 ſum acceſſerit. † et ſi obiiceretur,laicos ipſos eorum
conſtitutione argumentum huiuſmodi ſpirituale cõ
plecti non poſſe,quale eſt iuramentum.d.c.cùm cõ-
tingat,& d.c.quamuis, & d.c.licèt. quemadmodum
nec ſuper uoto, decimis, hæreſia, & huiuſmodi laici
quicquam diſponere poſſunt.c.tuam,de decim. & c.
ſtatutum,de hęre.in vi.ut poſt omnes diſcuſſi in c.
Eccleſia,& d.c.quę in Eccleſiarum, de conſti.& cap.
tuam,de ord.cogni.& cap.per uenerabilem, qui filii
ſint legit.& c.ii.de iudi.

Rñdeo,legiſlatorẽ ipſum humanũ,hoc poſſe rõ-
ne naturali ſubſiſtente,ut docuit Bart.in proœ.ff.
& d.l.omnes. v.q.princ.de iuſt.& iur.uel peccati ex-
cluſiua,ut tradit Abb.poſt ueteres in c.ult.de conſu.
& d.c.quę in Eccleſiarum,in primo membro diſtin-
ctionis.Glo.Cin.Bart.& alii in l.fin.C.ſi contra ius
uel util. quare,cùm Deus doloſam linguam non di-
32 ligat.cap.primo,de empt.& uend. † conſequens eſt,
Principem ipſum ſæcularẽ ex cauſa naturali & pec-
cati

cati excluſiua iuris ipſius ſpiritualis nexum diſſol-
uere potuiſſe uideri; idque potiſsimùm cùm mu-
nicipalis conſtitutionis huius diſpoſitio prohibeat
perſonam neglecta huiuſmodi forma contrahere,
& idcircò actum irritet, tametſi iuramentum ac-
ceſſerit. nec dubium eſt, irritationem huiuſmodi
maximè legitimam exiſtimari, quippè quòd aduer
ſus legis præceptum contrahens naturali ratione
nitentis peccare intelligatur, & idcircò iuramen-
tum huiuſmodi caſu obſeruandum non ſit; quippè
quòd iniquitatis uinculum eſſet. d. cap. iuramenti.
xxii. q. iii. & d. cap. quanto, & d. cap. non eſt obli-
gatorium. quam quidem ſententiam defendit Bar.
d. l. omnes. & d. aucten. ſacramenta. & d. l. ſi quis
pro eo. de fideiuſſo. & plures alij breuitatis cauſa
omiſsi, quos Alcia. adducit d. c. cum contingat. nu-
me. xcii. uerſi. tertius caſus eſt. ſcriptum eſt enim
33 † principi non parentem morte moriturum. cap. ii.
de maio. & obed. & cap. omnis anima. de cenſi. &
cap. nam concupiſcentiam. de conſtit. ubi omnes
colligunt. & quamuis in hoc pacto plurea diſsi-
deant relati ab Alexandro in conſi. xxvii. in primo.
& ab Alcia. in d. c. cum contingat. num. xcii. & ſeq.
in præſenti tamen negotio omnis difficultas pror-
ſus ceſſat, cùm Pontifex ipſe Cæſenatis conſtitu-
tionis diſpoſitionem confirmauerit, ad quem ma-
ximè ſpectat ſpiritualium conſtructio, & ex cauſa
relaxatio. c. nouit, de iudi. & c. per uenerabilem,
34 qui filii ſint legi. † quamobrem ſtante confirmatio-
ne huiuſmodi perinde haberi debet, ac ſi conſtitu-
tio huiuſmodi ab Apoſtolica ſede profecta fuiſſet.
l. i. §. omnia. C. de uete. iure enu. & cap. i. de confir.
uti. uel inu. ubi Docto. & Bal. But. Innoc. & Al-
cia. in d. c. cum contingat, num. cix. uer. tertius ca-
ſus eſt. concluſionem huiuſmodi uerisſimam eſſe
fatentur; pro qua ueteres ex facto conſulti ſæpius
reſponderunt. Pont. conſi. xii. uer. reſultat ergo, ubi
in ſpecie, ita reſpondit in agri Piceni conſtitutione
à ſummo Pontifice confirmata. & conſi. ccccxxxii.
uer. prima ratione doli. & Abb. conſi. lxxi. in pri-
mo. Quinque dubia, & ipſi Pontano acquieſcit Ale
xan. conſi. lxxix. in primo. & Deci. in conſi. dxxxii.
35 num. xii. uer. ultimò concluſioni ſuprafactæ. † Et li-
cèt non ignorem, ipſum Maria. iunio. in d. conſi.
xxxii. num. xviii. in tertio cenſuiſſe ſummi Pontifi-
cis confirmationem ita demum ſtatutis laicorum
iuramenti uirtutem elidentibus, legitimum robur
adiicere, ſi ex cauſa ſufficienti acceſſerit, itemque
ex certa illius ſcientia, & cùm cauſæ cognitio in-
teruenerit. d. cap. i. de confir. uti. uel inuti. ubi Deci.
poſt ueterea: reſpondeo, ſatis audax uideri nego-
tium de facultate uniuerſalis Paſtoris diſſerere, cùm
humano iudicio ille non ſubiiciatur. c. nemo. & c.
cuncta per mundum. ix. q. iii. & capi. ſi Papa, ubi
glo. Turrecrema. num. tertio. xl. diſt. ex mente Theo
logorum & iuris Pontificii interpretum ſententiam
hanc uerisſimam probat, & nuper reuerendisſimus
Feltren. in tracta. de poteſta. ſummi Pont. cap. xxvi.
quicquid Gerſon Pariſienſis Academiæ olim Re-
gens aliter cenſuerit.

36 Præterea cauſam ſemper † in Principe præſertim
ſpirituali præſumi uideri debet. cap. innotuit. de
electio. & cap. ubi periculum, eod. tit. in vi. tametſi
quod ad municipalis huius conſtitutionis cauſam
attinet, de ea liquidò conſtet, & illius confirmatio-
nis, nempè dolum ipſum præſumptum eorum, qui
contrahunt cum mulieribus ipſis, atque minoribus
iudicis ipſius decreto non interueniente, aut pro-
ximorum ipſorum conſenſu, quæ cauſæ cùm ſint
naturales. c. locupletari, de regu. iur. in vi. & l. nam
hoc natura, de condi. indeb. conſequens eſt, con-
firmationem huiuſmodi nullam exceptionem pati,
quicquid cenſuerit ipſe Soci. iun. in confirmatione
ſtatuti Senenſis in d. conſi. xxxii. ibi enim interue-
nerat decretum iudicis, rurſus & proximorum con-
ſenſus, quorum neuter hîc adfuit, unde caſus hu
iuſmodi ſeparatam naturam habere intelligitur,
& ideò ab uno ad alterum ratiocinari non poteſt.
l. inter. §. ſacram. de uerbo. oblig. & l. naturaliter. §.
nihil commune. de acqui. poſſeſs.

37 Quintò, † & alia quoque ratione donationem hu
iuſmodi inſinuationis ipſius defectu prorſus cor-
ruere exiſtimatur: quòd Iuſtinianus ſanxit in l. pen.
C. de donat. ubi glo. & Albe. in principio, & glo. in
l. ſancimus. in uer. trecentos. eo. titulo. uer. nor.
quòd lex. & ibi Fulgo. & Salic. d. l. pen. uer. item no-
ta quòd, & uerſi. cæteris, & Caſtren. poſt Cyn. Bal.
& alios aduertit, inſinuationis formam ab ipſo Iu-
38 ſtiniano requiri, † ne fraudes & deceptiones inter
priuatos facilè inducantur. l. data. C. de dona. ibi,
ſi quidem clandeſtinis, & l. in hac. & l. in dona-
tionibus. C. eod. tit. cum aliis adductis ab Anto. de
Cana. in tracta. de inſinuatione. q. i. nu. i. uerſi. ut
fraus. quæ ſanè concluſio omni remota difficultate
in præſenti caſu procedere cenſeri debet; quippè
quòd conſtitutio ipſa prouiſionis, quam ſummus
ille Pontifex illius confirmatione obſeruari ad un-
guem præcipit, donationes ipſas à mulieribus & mi
noribus factas abſque inſinuatione, tametſi iura-
39 mentum ipſum acceſſerit, irritet; † cui ſummi Pa-
ſtoris præcepto non parere, peccatum omninò fo-
ueret. d. c. ii. de maio. & obed. cum aliis adductis à
Feli. & Deci. in d. c. nam concupiſcentiam. Quo-
40 circà † ex mente eorum, qui inſinuationis defectum
iuramenti uirtute ſuſtineri non cenſuerunt, in præ-
ſenti caſu donationem huiuſmodi prorſus nullam
eſſe diiudicari debet. Old. conſi. liii. num. iii. & Bal.
conſi. ccccl. num. tertio. & ccccli. num. vi. in princ.
& conſi. xviii. num. iiii. uerſi. iii. dubitatur, in tertio.
& conſi. cv. num. i. & conſi. clxiiii. num. iii. in quar-
to. & Roma. conſil. xxvi. pro deciſione. uer. is ta-
men. & Alex. conſi. xii. in i. nu. vii. & Corn. conſi.
vii. in ſecundo. & conſi. cxxvii. litera R. eod. lib. &
Rui. conſi. clxxx. nu. iiii. & xiiii. in vii. & conſi. clix.
nu. vi. & xv. in quarto. & Maria. iuni. conſ. lxix. nu.
xxxvii. & lxxvii. nu. lvi. in princ. & conſi. lxvii. nu.
xviii. & conſi. cxviii. nu. ii. & ix. in ſecundo. ex qui-
bus diſpoſitionibus bina Pontificis ſummi confir-
matione ſubſiſtente iuramenti uirtutem omnino
ſublatam fuiſſe cenſeri debet. arg. l. Baliſta. ad Tre-
bel. & cap. i. de tregua. & pace. & aucten. itaque. C.
communia de ſucceſſ. & Ponta. in d. conſi. xii. in ſpe
cie ſuper hac conſtitutione reſpondit.

Sextò huius ipſius donationis documentum per-

ſpicnis & doli & fraudis coniecturis laborat, quod uariis modis probari poſſe non ambigitur. Et
41 † primò, ſi perſonarum conditionem intueamur uiri & uxoris, inter quos prohibitæ donationis contractus celebratus fuit, Cyn. in l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. & glo. innuit in l. i. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio, & in Speculo de obliga. & ſolu. §. i. & Cardi. c. cauſam matrimonij, de offic. delega. & Barba. ibi, num. xiii. & Bal. conſil. ccxxiii.. Quidam accepit. uer. dum tamen, in primo,
42 † concludunt facilem eſſe mulieris deceptionis præſumptionem in diſpoſitionibus ad commodum uirorum pertinentibus, præſertim forma ipſa neglecta. Bal. d. l. qui teſtamentum. & d. l. ſcripturæ. C. de fide inſtru.
43 Secundò, † ſi modum huius ipſius conficiendæ donationis non ſatis explicatum atque uſu frequentatum perpendamus, ibi, titulo legati, ſiue donationis, uulpeculæ fraus facilè detegitur. l. i. in fin. de actio. empti. & Bald. c. ſuper literis, num. xxxix. de reſcrip. propterea, & meritorum aſſerrio & ſpei non radicatæ habita ratio, ibi, contemplatione dotis quomodocunque lucrandæ. Bar. in l. i. C. de pactis. & l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerbor. obliga. & l. poſt emancipationem. §. i. de libe. leg. & Patiſi. plura deducit conſi. cxxvii. in primo. demum & reiteratio illa ter facta, puræ, ſimplicis, & irreuocabilis donationis, fraudis ſuſpicionem inducit, præſertim ad commodum uiri ſagacis ſimplicem illam aniculam decipere ſoliti. cap. ad noſtram, de emptio. & uendir. ubi glo. & cap. conqueſtus. de uſu. in fin. cui ſubſcribunt Innocen. Hoſtien. But,
44 Imol. & A bb. & ueteres legendo † ex inſolitis modis procedendi, ſuſpicionem fraudis colligi poſſe cenſuerunt. glo. & Bal. in l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. in fin. & in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. & l. i. C. de quæſtio. & c. quia ueriſimile, de præſump. & cap. tertio loco, de probat. & c. i. §. fin. quid ſit inueſti. glo. & Docto. in c. quàm graui, de crimin. falſi. & Feli. in cap. ii. de reſcript. plures adducit, & ex facto reſponſum extat Corne. conſil. ccxxxiii. litera, h, in quarto. & Socin. ccv. num. vi. in ſecundo, & Curt. ſen. conſi. xvii, nume. viii. & Deci. conſi. cccxcix. Soci. iun. conſi. lxxi. nume. xxiii. in vil. & Crauet. conſil. cxliii. numer. ix. & xii. plura exempla explicant, in quibus conditio perſonæ, & inſolitus procedendi modus & ipſius formæ neglectus deceptionis ipſius præſumptionem inducunt; & ſacram Rom. Rotam quandoq; decidiſſe, Caſsiodorus ipſe atteſtatur decilio. prima, de uſur. quocircà iuramenti ipſius uinculum ob uiri recipientis dolum canonis authoritate remiſſum intelligi debet, ne aliâs iniquitatem ipſam foueret, quod à mente iuris alienum eſt. cap. iuramenti, xxii. q. iiii. & d. c. quanto, de iuretur. & ſæpius ex facto reſponſum extat: Feder. Senen. conſil. xlix. Caſus talis. & conſil. cxliii. Conceſsio facta. Caſtrē. conſi. cccxxxvii. primo, in tertio dubio. & Ancha. conſil. ccxlviii. & Abb. xli. & lxxi. in primo. & Alexand. lv. uer. nec obſtat. & 101. in primo. & Aret. xxviii. & Barba. xl. in primo, & xxxi. in ſecundo. & Corn. cclxxxix. in quarto. & Socin. conſil. lxv. circa primum. & conſi. lxvi. præſentem caſum decidere uidetur, & plures alios breuitatis cauſa omiſſos adducit Deci. conſi. clxxxi. nam. ſecundo hanc ipſam concluſionem probantes, ut quoties iuramenti uinculum iniquitatem fouet, ſaltem militantia Eccleſiæ authoritate remitti. Bur. d. cap. cum contingat. uer. quartus caſus. Imol. Abb. & alii ſuperius adducti, ex quibus ſecunda quæſtio reſoluta uidetur ad commodum magnifici D. Alcæi rei connenti.

Quod ad tertium attinet, reſpondendum uideretur, † ex hac ipſa donatione magnifico do-
45 mino Carolo præſenti & acceptanti facta, ius ei irreuocabiliter quæſitum fuiſſe. d. l. ſicut. & d. l. perfecta, cum aliis ſuperius adductis; quod ſanè ius ad eius hæredes tranſiiſſe uidetur. l. ii. §. in his, de uerbo. obligatio. & l. cum qui. eod. titulo. & l. ueteres. C. de contra. & comm. ſtipu. idque potiſsimùm cùm magnifica domina Ephigenia donationem huiuſmodi perpetuò ratam habere iurauerit, Docto. in cap. ueritatis, de iureiur. cum ſimilibus.
46 Oppoſitum tamen uerius eſſe exiſtimo, † quippè quòd donatio huiuſmodi tacitam à lege conditionem recipiat, niſi is, cui facta fuerit ipſa donatio, donanti præcedat. l. ſi à marito. C. de donat. inter ui. & uxo. ubi Docto. aduertunt. & l. ſi inter uirum. de rebus dubi. quod & ipſam dominam Ephigeniam ſenſiſſe ex uerbis illis colligitur; contemplatione lucri dotis: cui niſi præmortua uxore locus eſſe non potuit. l. ſi quis mihi. §. & generaliter, de acquir. hæredit. & l. fin. C. de pactis. & d. l. ſtipu-
47 latio hoc modo, de uerbo. obligat. † quare ſequitur ut iuramentum huiuſmodi donationi accedens eandem interpretationem patiatur. c. quemadmodum, de iureiur. ubi Docto. aduertunt iuramentum ipſum alicui diſpoſitioni accedens, omnes interpretationes recipere, quas natura actus, cui cohæret, admittit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & l. fin. C. de non nume. pecun. ubi Bar. Bal. Angel. Caſtren. Fulgo. & Sali. aduertunt; & ex facto ſæpius à ueteribus noſtris reſponſum fuit: Oldrad. conſil. ccxxxviii. Cum mulier. & conſi. cclxxviii. Licèt queſitum. & Bal. conſil. xxix. Caſus, uir donauit. uer. teneo igitur, in tertio. & Ange. conſi. cccxv. Statuto cauetur, & Roma. conſil. cclxxix. Non eſt dubium. & Caſtren. conſi. xlv. & cccxlv. Circa bona. & Alex. conſi. xxxvii. Viſo, in ſecundo. Corne. cclxi. Quod, in quarto, & Deci. conſi. cccxl. num. ſecundo. uerſi. ſed iuramentum non tollit illam tacitam conditionem, & conſi. dxxxvi. num. viii. & prædicta tacita conditio non excluditur ab ipſo iuramento. & Rui. conſil. xiiii. in ſecundo, & quamuis iuratum fuerit donationem huiuſmodi perpetuam fore, id tamen intelligi debet, quatenus iuris ipſius ratio exigit. l. inſulam, de præſcri. uerb. & l. ſi uno. ff. lo-
48 ca. & cap. intelligentia. de uerb. ſign. † quippè quòd humani actus intelligi ſoleant, ut iuris diſpoſitioni potius ſint conformes. l. ſi duo. ff. de acquir. hæredi. ubi glo. in uerſi. ſcire potuit. Cyn. Bar. & Bal. nu. iii. Bar. Cuma. Caſtr. Alex. nu. viii. & Soci. nu. xxxv. & Ripa nu. lxxvii. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. cum

cũ aliis adductis a Felino & Deci.in c. cauſam quæ, de reſcript. hunc ipſum donationis actũm ea ratione reuocabilem fuiſſe, probari poſſe uidetur, quòd in diſpoſitione teſtamentaria, donatio ipſa celebrata fuerit, cuius interna conditio nullo pacto ſeu obliquo ſeu directo impediri poteſt, quominus maximè liber ſit etiam particulariter diſponendi ſtylus. d.l.i.C. de ſacroſanct. eccleſiis. & l.i.ii. iii. & iiii. de adimen. lega. qua ratione receptum uidetur, donationem huiuſmodi cum diſpoſitione legati & totius teſtamenti, ratione connexitatis reuocabilem eſſe, ueluti ultimæ uoluntatis naturam aſſumpſerit.l. ſi alienam. §.i.ff. de donat.cau. mor. ubi glo. Iacob. de Arena, & Bar. aliàs ſequeretur, quòd quis ſaltem in parte liberam teſtandi ſibi facultatem auferret, quod à iuris ratione eſt alienum.d.l.i.C. de ſacroſanct. eccleſiis. &.l. ſi quis in prin.de lega.iii.ubi Bart.& idem in.l.cum precario. ff.de preca.ubi concludit,quẽ non poſſe facere actũ, ex quo uel in totum, uel in parte libera illius diſponendi facultas impediatur, ratione unionis ſeu connexitatis, ergo reuocatio fieri poteſt. l. cum quis decedens.ff. de lega. iii. ubi Bar. & Bal.in c.j. §. ſi quis, Epiſcopum uel Abbatem. & ex facto reſponſum extat: Angel. conſi. ccclxvi. Comes Robertus. ibi concludit, nulla ratione poſſe impediri liberam teſtandi facultatem, etiam ſuper particulari. & idem erudité cenſuit Rui. in conſi.cxxix. nume.iiii.uerſ. Sed præmiſsis non obſtantibus,in primo, & conſi. lxi.in ii.nu.10. & 11.

Vltimò, cùm in facto præſupponatur, uirtute conſtituti eiuſdem poſſeſsionem in ipſum D. Alcæum tranſlatam fuiſſe.l. quod meo.ff. de acquit. poſſeſsio. puto in bonis huiuſmodi donatis illum ipſum potiorem habendum. Guliel. Soza.in.l. fin. C. de ſacroſanct.eccl.& l. quoties. C. de rei uendi. cui ſubſcribunt alii, Ioan. Andr. in additionibus Specu.titulo de empt. & uendit. §. ſciendum. uerſi. & nota.& Bal.in rub.C. de contrah.emptio.q.xvi.& Abb.cap.2.de conſue. cum aliis adductis à Iaſone
50 in d. l. quoties, in quinto not.† uera enim poſſeſſio ex conſtituti clauſula quæritur, licèt modus ſit interpretatiuus. Bar.l. ab emptione. de pactis. uerſ. ultimò aduertas; & eſt caſus in l.certa.§. 1. ibi,propriè habere.ff. de precario. ubi Bar. & plures adducit Deci.l.contractus, de reg.iur. nu.xii. & ſecundũ hanc concluſionem maiores noſtri ſæpius ex facto conſulti reſponderunt: Old. conſi. xxiiii.num.2. & Bal.ccclxix. Dominus conſtituit, in quinto. Ange. conſil. cvi. Quædam mulier. & Abb. conſil.xci. & Alex.conſi.xiiii. circa in fin. in princ. & 25. in tertio, & Deci.ccxvi. & ccxlvii. & Maria. iun. xvii.
51 num.i. & ii.in ii. Ex quibus† ſimul ſaltem iunctis, conſtat magnifici D. Alcæi cauſam longè potiorem cenſeri, quod legiſlator perpendere ſolet.l.ii. de excuſa.tuto.§. ætas, & l. inſtrumenta.C. de proba. & glo.in l. ſtipulatus. in princ.ff. de uſu. & Bar. in l. de quæſtione. §. tormenta. ff. de quæſtio. & cap.ueniens, de teſtibus, ubi Docto. & Maria. iun. poſt ueteres aduertit conſi. lix.nu.liii. & conſi.lxi. nu.vi.& conſi.lxi.nu.7. & conſi.xxxix.nu.lxxxviii. & conſi.cxxx. num.xxxvi. & cxxxiiii. num. lxix. & cxlviii. num.xviii.in iii.uol.

Laus Deo.

Patauii 12. Kal. Feb. 1559.

Portius Forocorn. quem Imolam nominant.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio eſt pro iudicis decreto. & eſt cõm. opin.*
2 *Legitimè factum retractari non debet.*
3 *Tutor de pecuniis pupilli agros emere debet, nec pecuniam otioſam tenere decet: & nu.5.*
4 *Tutor utilia agere debet, & inutilia prætermittere, quinimmo & cauere tenetur.*
5 *Tutor ſi fundum pro pupillo de eius pecunia emere non ualet, illam ad honeſtum lucrum dare debet.*
6 *Tutor tenetur pupillo ad intereſſe, ſi de eius pecunia agros non emit, aut illam ad honeſtum non dederit lucrum.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis peti poteſt.*
8 *Læſio enormis ubi conſtaret, dolum lex ipſa præſumit, etiam ſi iuramentum interuenerit in contractu, ſic, ut læſus audiri debeat iuramento non obſtante.*
9 *Forma requiſita, ſi non obſeruetur, actus redditur nullus.*
10 *Minorum in contractibus multæ ſolennitates interuenire debent, ad hoc ut illi robur habeant.*

CONSILIVM CXIII.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

CONTIGIT, Fabritium Marconium ex diſpoſitione iuris municipalis Imolenſis legitimum tutorem Balthaſaris eius ex fratre nepotis, illius bona per multos annos adminiſtraſſe: unde, cùm ſuperiori anno nulla prorſus iuris ſolemnitate ſiue communis, ſiue ſingularis, uillicationis eius rationem utcunque reddiderit, & arbitris referẽtibus Prætoria Imolenſis diffinitione abſolutus ſit. Quæſitum eſt, utrum pupillus ipſe reluctari poſsit, & quatenus in tali diffinitione læſus fuerit, legis opem inuocans iudicis authoritate reſtitutus indemnitatem conſequi poſsit?

1 Et prima facie uideretur quòd non, † cùm lex ipſa non ſolùm pro arbitratoribus referentibus, uerum etiam & multò fortiua pro iudicis ipſius decreto plurimùm præſumere conſueuerit.l.ſemel.C. de re mil.lib.xii.& c.in præſentia,de renunt. & l.ab ea parte, ſecundo reſponſo.ff.de probatio.& Spec.in tit. de empt. & uendit.§. nunc uidendum, & com-
2 munem concluſionem atteſtatur Alexand. in l. ſciendum. ff. de uerbor. obligat. & conſi.l. & lxxx.

& xeiii. in 6. uolu. & plures adducit Alciat. x. præ-
ſumpt. reg. iii. tract. eo. cui ſanè abſolutioni cùm
2 & pupillus lubens ac uolens acquieuerit, † nunc ue-
lit legitimè geſta retractare non poſſe cenſetur. l. ſi
quis in conſcribendo. C. de Epiſ. & cler. & C. de pac.
& c. legitimè factum, de reg. iur. in 6.
Oppoſitum tamen ſecundum iuris noſtri ratio-
nem uerius diiudicandum exiſtimo, quòd immo Fa
britius ipſe ſuperioris iudicis auctoritate compelli
debeat, quatenus eius facto ipſi pupillo detrimen-
3 tum illatum ſit; † itam, cùm tempore mortis Balthaſ
ſaris ipſius pupilli patris pecuniam ſuperfuiſſe intel-
ligam, & quotidie ex fructibus hæreditatis congeſta
fuerit, ambigendum non uidetur, quin tutor ipſe le-
gitimus prædium emere cōpelleretur, ne aliâs otio-
ſa eſſet in ipſius pupilli detrimentum. l. tutor qui. §.
ſi depoſitionis, & §. ij poſt. §. pecuniæ, qua. ff. de ad-
miniſtr. tutor. ubi Accurſ. Bart. & Alber. quod ſanè,
cùm non fecerit quatenus pupillo intererat, damnari
4 debet; † quippe quòd conſtet eundem inutilia non
prætermiſiſſe, ut aliâs ſecundum iuris rationem præ
ſtare tenetur. Bar. Abb. & Caſtren. l. legitimos. ff. de
legit. tutor. & Iaſ. l. non dubium. C. de legib. Alex. &
Iaſ. l. prætor ait. ff. de nou. oper. nunt. & Ang. conſi.
ccxii. Præmitti, in fin. & Corn. clxiiii. Videtur, in
quarto, & Signoroll. ccxiiii. & Soci. ccxiii. & Curt.
Iuni. Sapienter. & Soc. Iun. conſ. cxlviii. n. viii. x. xii.
in princ.
5 Vel † non exiſtentibus prædiis ad emptionem pa
ratis, pecuniam huiuſmodi ad honeſtū lucrum mer
catoribus ipſis locare debuerat, licèt non ad uſura-
riam prauitatem. auth. nouiſſimè. C. de admi. tuto.
& c. quis in omnibus, de uſur. & c. ſuper eo, eo. tit.
6 † in quo ſanè cùm defecerit, quod pupilli intereſt ra
tione lucri ceſſantis eum præſtare oportet. Bart. l.
diuus. ff. ad. l. falcid. ubi adſtipulantur omnes, & d. l.
tutor qui, & ea facto ſæpius reſponſum extat: Pon-
ta. conſi. xxviii. uerſ. attamen procurare debet. &
conſi. cxxxix. uerſ. ultimò uerò, ubi egregiè multi-
plicis iuris diſpoſitionem aduertit in hoc argumen-
to, & tandem ſecundum hanc concluſionem reſpon
dit, & conſi. clxxxviii. uerſ. qui autem ad honeſtum
lucrum, & Caſtr. conſ. cxli. Ad bene examinandum,
in quinto dubio.
Et quamuis huic pupillo uſurariæ extorſionis ex-
ceptio facta fuerit, illud tamen aduerſus canonum
rationem ex eorum prorſus imperitia factum fuiſ-
7 ſe uideri poteſt; quia ut pupillus ea fructibus facul
tatis illius uiuere potuerit, hoc intereſſe lucri ceſſan
tis peti potuiſſe, Canonis ratio dictat. c. per ue-
ſtras, de donatio. int. uir. & uxor. ibi, ut de parte
honeſti lucri. glo. in uerbo honeſti. Hoſtien. Butr.
& Abb. & idem Abb. in c. conqueſtus, de uſur. num.
viii. uerſ. duodecimus caſus. Quamobrem cùm le-
gitimus hic tutor pupilli pecuniis fuerit uſus, atque
illas in mercimoniis exercendis impenderit plura
ſuperlucrando, ut legis præſumptio dictat. l. Cam-
panus. ff. de oper. libert. & l. cùm de indebito. ff. de
probatio. Idque in ciuitate Venetiarum ubi com-
moratur, nec prædia emerit, ut facilè eum po-
tuiſſe conſtare poteſt, neque mercatori illam lo-
cauerit, ut lucrum honeſtum ratione intereſſe,
non uſurariæ extorſionis, ut ineptè interpreta-
tus eſt Prætor Imolenſis, conſequeretur; inferri
neceſſariò debet, ſecundum iuris noſtri rationem
lucri huius ceſſantis intereſſe ipſum præſtare com-
pelli. d. c. per ueſtras, & Bart. dict. l. tutor qui. &
Ponta. d. conſil. cxxxix. uerſic. ultimò uerò, cum
aliis ſuperius adductis. Quod enim ſit canone per-
mittente, nullam pœnam mereri ſolet. l. Grac-
chus. C. ad l. Iul. de adul. & c. quod præcipitur,
xiiii. q. i.
Non obſtat legitimum ipſum tutorem abſolu-
tum cenſeri Prætoria ipſa authoritate, pro qua lex
plurimùm præſumere ſolet. l. cùm oſtendimus. ff.
de fideiuſſ. iutor. ibi, in actis inſcribi, cum aliis
ſuperius adductis: quia hoc non procedit ſu pro-
poſito caſu, in quo euidenter apparet pupillum
8 ipſum læſum fuiſſe; † Vnde, ſi enormis conſtaret
læſio partis, dolum lex ipſa præſumeret. l. fin. de
præt. ſtipulatio. ubi Bart. & l. ſi ſocietatem. §. arbi-
trorum. ff. pro ſocio. Vnde, licèt iuramentum in-
teruenisset, læſus tamen audiri ſolet. Butr. Imol. &
Abb. c. cùm contingat, de iureiur. uerſ. octauus ca-
ſus. & uerius eſſe aduerſus eundem Imolam & Ale-
xandrum quandoque docui. c. in præſentia, xv. no-
tab. de probatio. ubi Areti. & Deci. & idem De-
9 ci. conſil. lxxx. & conſi. lxxxi. † Quod ad prætorem
attinet, cùm nulla interuenerit iuris ſiue commu-
nis ſiue ſingularis ſolemnitas, & requiſita forma de-
creti, actus omninò nullus exiſtimari debet. l. mu-
lier. §. res abeſſe. ff. de uerbor. ſignific. & l. cùm hi
ff. de tranſactio. §. ſi prætor, & declarant omnes in
lege prima. ff. de lib. & poſthum. c. cùm dilecta, de
10 reſcript. ubi Felin. num. 6. & † in ſpecie in contra-
ctibus minorum in l. magis puto. §. ut paſſim. ff.
de reb. cor. & in. l. prima. cod. tit. Concludunt om-
nes pupilli perſonam legitimam non fuiſſe, &
plura alia coniunctim requiſita fuiſſe, quæ cùm
omiſſa fuerint, ſequitur, pupillum indemnem con-
ſeruandum cenſeri, Bal. in margar. l. nocen. in uer-
bo contractus minorum. & Fabia. de Monte in
tracta. de emptio. & uenditio. in q. quæ ſint neceſ-
ſaria in alienationibus minorum, & Pariſ. conſi. i.
& xx. in primo uol. ubi octo coniunctim in huiuſ-
modi requiri aduertit.
Ex quibus remanet legitima concluſio, huiuſ-
modi legitimum tutorem ratione huius lucri ceſ-
ſantis, quod ipſius pupilli intereſt, omninò ipſi
pupillo præſtare debere.

Laus Deo.

Patauij xix. Ianuarij 1558.

Portius Forocorneliensis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Damnum ad illum ſpectat, cuius culpa contin-
git.*

Lucrum

2 *Lucrum et damnum, commune inter ſocios eſſe oportere. & nu. 8.*
3 *Socius unus ſi ſoluit condemnationem iuſtè factam, q alter ſocius ab illo repetere ſolutum poteſt.*
4 *Frater pro fratre ſoluens, quòd animo repetendi ſoluiſſe cenſetur.*
5 *Frater redimens fratrem ab hoſtibus, quòd animo repetendi quod erogauit, feciſſe præſumatur.*
6 *Lucrum & damnum quando inter ſocios communicari non debet.*
7 *Inſtrumenti authoritas nullam patitur exceptionem.*
9 *Connexorum eadem eſt uirtus, nec ſeparationem connexa patiuntur.*
10 *Libri rationum probant inter ſocios.*
11 *Verba declarant animi noſtri ſententiam.*
12 *Iniuria facta uni fratri, cæteris facta præſumitur.*
13 *Inimicitia inter aliquos uigens, uſq; ad quartum gradum protendi præſumitur.*
14 *Lis inter coniunctos eſſe non debet, præſertim iudiciaria uia, ſiue ordine; hinc arbitria à legibus diſpoſita.*
15 *Vulneratus quando præſumatur non ex uulnere, ſed eius culpa, aut medicorum obiiſſe.*

CONSILIVM CXIIII.

QVI CRVCIS IPSIVS PATIBVLO humano generi originalis iuſtitiæ donum amiſſum reſtituit, ad ueritatis fontem mihi digitum intendat, ut ſecundum ueritatem reſpondere poſſim.

VIDERETVR in propoſita ſpecie dominum Proſperum fratres illius indemnes conſeruare debere, & ſocios in ipſa mercatura; quippè quòd culpa illius coràm Conſulibus Bergami Querìſminum men-
2 tiri aſſeuerantis, impenſa hæc facta uideatur. † quare damnum ad eum ipſum ſpectat, cuius culpa contigit. l. cùm duobus. §. damna, ibi, ſi nihil dolo, aut
3 culpa, & §. quidam ſagariam, in fin. ff. pro ſoci. † legiſlator enim ibi generaliter diſponit, ſicuti lucrum ita & damnum commune eſſe oportere, quod non ſocij culpa contigit. in Spec. de iudi. §. generalia iudicia ſunt, uerſ. quæro ſi, nume. v. & Bal. l. ſi patruus. C. commu. utr. iud. nu. ii. uerſ. ſed tu dic, ibi, quia eſſent participanda proſpera & aduerſa, quæ ius & natura ſocietatis participari iubet, ut ſuadet & concludit Pet. de Vbal. Per. in tract. de ſoci. viij. par. princip. q. j. uerſ. ſi autem culpa ſocij accidit. At, cùm expenſæ omnes ſiue in liberatione D. Salis factæ ſiue in habenda pace ab ipſo Quæriſmino à domino Seuero & Scipione fratribus ex culpa Proſperi dicentis ipſi Quæriſmino, tu mentiris, profeciſci uideantur, conſequens eſt illum ipſum omnem hanc impenſam ſubire debere. cap. non debet, de regu. iur. in vj. & l. ſi quis in ſuo. §. legis autem Iuliæ. C. de inoffic. teſtam. ubi Bal. & Salic.

3 Secundò † conſtat etiam in ſocietate omnium bonorum inter fratres inita ſi unus ſoluit ob condemnationem alterius delinquentis iuſtè factam, repetitionis beneficio non carere. l. ſi fratres. §. ſocium uniuerſa. ff. pro ſoci. uerſ. per contrarium, ubi Attilius Caſs. & Sabi. reſponderunt, ſi iniuria iudicis damnatus ſit ſocius, conſequi poteſt condemnationis portionem ab aliis, ſecus ſi ob maleficium iuſtè quis cõdemnatus fuerit. quod ibi Bart. aduertit, & Bal. d. l. ſi patruus. nu. x. & uerſ. & nota quòd. & Alexan. conſi. cliiij. nu. iij. in ij. & conſi. ciij. nu. iiij. in iij. & conſi. lxviij. in iiij. & Io. Por. in ij. q. tract. de duo. frat. quocircà cùm in propoſito negotio ab ipſo iudice nulla ipſi Proſpero iniuria illata uideatur. cap. quoniam contra, de probat. in Gloſſ. ſuper uerbo præſumatur. Hoſti. But. Imol. Abb. Dec. & Bero. conſequens eſt, illum ipſum omnem hanc impenſam ueluti propria culpa cõtingentem perſoluere debere. arg. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infect.

4 Tertiò † eſtò, quòd fratres putà D. Seuerus & D. Scipio ſoluerint pro D. Proſpero abſente cclx. aureos pro habenda pace ab ipſo Quæriſmino percuſſo, ſanè cùm impenſa hæc non modica uideatur, repetendi animo ab eiſdem facta cenſeri debet. l. ſi pro fratre. ff. de nego. geſt. & l. ſi negotium. C. eod. ubi Docto. eiuſmodi caſibus fratrem pro ſorore tributa ſoluentem repetendi animo id feciſſe præſumi. &
5 Rui. conſi. xxix. nu. xl. in v. † quamobrem, ſi frater redimat alterum fratrem ab hoſtibus animo repetendi id feciſſe præſumitur. l. liber captus. C. de cap. ubi Bal. uerſ. quòd de fratre, & idem Bald. auth. ſi captiui, uerſ. extrà quæro. C. de Epiſcop. & cleric. & Deci. conſi. dcxxviij. nu. viij. quare cùm lex ſolutum Quæriſmino pro ipſo Proſpero repetendi animo præſumat, conſequens eſt ritè permutatum uideri.

6 Quartò, † quia lucrum & damnum occaſione remota ipſius ſocietatis contingens, alteri communicari non debet, putà, ſi ſocietas ipſa, remota fuerit cauſa, ueluti cùm eo nomine quis Principem adierit: qui quidem ſocij huius familiaritate delectatus aliquid ei donauerit, ſanè eùm nec ſocietas proxima fuerit lucri huius cauſa communicari non debet, ſecus ſi immediata, ueluti quòd ex cauſa ſocietatis abſens promiſſa ipſi donanti adimplere non potuerit, unde donatio reuocata ſit. l. j. C. de don. quæ ſub. mod. & c. uerum, de condi. appoſ. Nam, cùm ſocietas ipſa immediata ſit damni cauſa, inter ſocios illud naturali ratione diuidi debet. l. ſocium qui, in §. ſocius cũ reſiſtere. ff. pro ſoc. & Pet. de Vbal. plures adducit in d. tract. de ſoc. v. & viij. par. princip. uerſ. quædam reſpiciunt extrinſeca. Ex quibus concludendum uideretur, Proſperum ipſum iuſtè condemnatum fuiſſe ad conſeruandum indemnes alios fratres, etc.

Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum ueriùs eſſe cenſeo, quinimmo arbitrandum eſſe concludo, impenſam hanc omnem in negotio Quæriſmini factam inter quatuor hoſce fratres portionibus æquis diuidendam eſſe. quam concluſionem in primis ea ratione probo, quòd inter eos contracta fuerat ſpecialis ſocietas reſpectu mercaturæ, ut con-
7 ſtat ex documento exhibito, † cuius authoritas nullam patitur exceptionem. c. ſi cautio, de fid. inſtr. ubi

Innoc.nu.iij.Butr.& Alb. in l.precibus.C.de prob.
8 unde ambigendum non ſit, † quin damnum & com-
modum inter eos fratres contigens ratione ſocieta-
tis huiuſmodi æquis portionibus diuidi debeat. l. ſi
non fuerint.ff.pro ſoc.& §.j.inſt.eo.in prin.ibi, & ſi
quidem nihil.cùm enim ri ſa huiuſmodi ob ſocieta-
tis defenſionẽ ſecuta ſit,ne aliàs mercatura ipſa exa-
ctione carens fieret non ſoluendo, quod à partium
intentione diſsider.l.Campanus.ff.de oper.lib. l.cũ
de indebito.ff.de probat.conſequens eſt, expenſam
huiuſmodi ueluti connexam à ſocietatis ratione ſe-
gregari non poſſe.c.tranſlato,de conſti.ubi Bal.But.
9 & Deci.nu.ii.& iii.docuerunt, † connexorum eam
eſſe uirtutem,ut ſeparationem non patiantur.& l.cũ
actum.ff.de nego.geſt.ubi Bar.& Caſtr. Quare cùm
impenſarum huiuſmodi effectua ſocietatis ſubiectũ
non egrediatur,putà mercaturam ipſam ex partium
intentione.l.non omnis.ff.ſi cert.pet.l.fin. C.ne ux,
pro mar.& l.j.§ qui interdicto. ff. de iti.actuq; priu.
ubi Bart.& idem in l.Titium.§.altero ff.de admini.
tut.uerſ.ad quod dico quòd iſta eſt regula. & Bal.d.
l.ſi patruus.oume.s.& Ange.conſi.lxxxv. & cxvij.&
Ponta.cclxxj.uerſic. ſed ſucceſsiuè. & Ancha.conſi.
ccciij.& Deci.conſi.xxj,nume.v.uerſ,unde infertur,
conſequens eſt,damnum huiuſmodi inter mercaturæ
ſocios portionibus æquis diuidi debere,

Secundò ab eorum uoluntate ſiue uerbis ſine fa-
ctia declarata,idem uerius eſſe oſtendo,cõſtat enim
ex factis ſocialẽ affectum humani animi colligi ſo-
lere.l.d. quibus.ff.de leg.ibi rebus & factis,Bal.nu.
ii.c.aduertit.& c.exiſtimant,ii.q.iii.& c.dilecti,ii.de
appel.in libro.n. rationum cõmunium ipſius mer-
caturæ & ſocietatis huiuſmodi impenſa hæc deſcri-
pta fuit,unde uiritim unicuiq; fratrum accepto fe-
renda ſit.arg.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.ibi,plenius
proteſtata,etiam expenſas deducit.Bar.in fi.& Caſt,
& Bar.in l.etſi contractus.C.de fide inſtr.& Bal.d.l,
10 ſi patruus.nu.vj.uerſ.ex p̄dictis apparet. † Et quam-
uis libri huius priuata ſit authoritas inter ſocios,ta-
men illi fidem adhiberi non ambigitur.Bar.& Iaſ.l.
admonendi.ff.de iur.iur.& Bal.conſ.xcvi. In Chri-
ſti nomine ad euidentiam generalem,& But.conſil,
lxxi.Primò uidetur hoc dictum à ratione clandeſti-
nitatis,ibi ceſſante.& declarat Deci. d.conſ,xxi.nu,
vj.uerſ.ſed in quæſtione noſtra,

Idq; potiſsimùm,cùm ex literis ipſius D. Seueri
ad ipſum Proſperum ſcriptis die xii. Nouemb. his
uerbis: Dubito che la coſa andarà in lungo con mio
diſpiacer,& danno.colligatur eius intentionẽ fuiſſe
proprium impenſæ huius onus ſubire; quia uer-
bum illud, mio diſpiacer & danno,ad ipſum profe-
rentem refertur.l.qui liberis.§.hæc uerba.ff.de uul.
& pup.ubi Bar.Bal.Imol.Alex.& Iaſ.Item die xxii.
eiuſdem menſis idem D.Seuerus his uerbis ad Pro-
ſperum ſcripſit: Mi è parſo eſſendo quel tuo buon
fratello che ſono, non ſparagnar danari, & tutto
quello,che mi par ti poſſa giouare.ſcoè intelligen-
dum uidetũ de pecunia illius propria,aliàs ſine ſum-
ptu quilibet etiam extraneus alteri conſuluiſſet. l. ſi
11 ſeruus ea lege.ff.de ſer.aſpor.† Quamobrem, cùm
& uerbis & ſcriptura ipſa inſtrumentis equidem
naturalibus declaratur animi intentio. Ariſtote,

in l.Periber.& l.Labeo.ff.de ſupel.leg. & l.nõ figu-
ra.ff.de act.& oblig.& c.Marchion, 1. q.i.itemq; &
rebus & factis unde legitimæ coniecturæ colligi ſo-
lent.d.l.de quibus.ff.de leg.& l.naturalem.ff. de ac-
quir.rer.dom. cum aliis adductis à Dec.in l.nõ uult
hæres eſſe.ff.de reg.iur.nu.vi. ſanè uidetur exiſti-
mandum ultra ſociorum intentionem arbitraodum
non fuiſſe.d.l.iiii.§.hoc autem edictum. ff.de dam.
infec.& c.iudicantem,xxx.q.v.iudex.n. conſenſum
priuatum,ubi publico iuri non derogat, negligere
non debet.in l.in re mandata.C.mand.declarat Bar,
in l.cùm quia decedens. ff. de admi.tuto. & l.nemo
poteſt.ff.de leg.i.But.Imol.& Abb.c.ſi diligenti,de
for.comp.

Tertiò ſi cãm expenſarũ intueamur,idẽ erit dicẽ-
dũ,ſiue remotiſsimã,ſiue remotã,ſiue proximã per-
pendamus; ſanè ſi remotiſsimam intueamur, putà
ſocietatem ipſam,expenſas huiuſmodi portionibus
æquis diuidi oportet,introſpecta partium uolunta-
te tùm uerbis & ſcriptura declarata.d.l.Labeo. ff.de
ſup.leg.& d.l.nõ figura,& l.Gallus,in princ.ibi, q ex
uerbis cõcipi poteſt.tùm factis.l.ſi tantùm.§.et qui.
ff.de ędi.edic.aliàs quicquam decernere ultra partiũ
intentionem,de qua legitimè conſtet,à iuris ratione
alienũ eſt,c.licèt Hely,de ſimo.& l.fin. C. de fidei-
comm.libert.

Si remotam,putà,uerba ipſa à Proſpero probata
aduerſus Quæriſminum,nempè tu mentiris,ſanè cũ
ad ipſius ſocietatis executionem pertineãt,ueluti cõ
nexa, ut ſuperius oſtendi, à ſocietatis ratione auel-
li nõ poſſe uidentur.d.l.cum actum. ff. de neg.geſt.
cum aliis ſuperius adductis. Quòd ſi propinquam
& immediatam introſpiciamus,nempè uulnerũ im-
poſitionem cum ipſe Do. Salis Quæriſminum per-
12 cuſsit † cùm ob iniuriam fratres omnes attingentẽ
id factum cenſeatur.l. lex Cornelia. in prin.ff.de in-
iur.ubi Bar.Albe.& Alex.& Bar.l.cùm ſcimus.C.de
agric.& cenſ.lib.xj.& Bal.l.i.C.de rapt. uirg. & l.i.
C.ſi quacunque prędi.poteſta.& c.i.§.ſimiliter.qui-
bus mod.feu.admit.ſequitur inde contingere impẽ-
ſarum effectum æquis portionibus inter fratres di-
uidendum eſſe.Alex.l.ſi finita.§.de uectigalib. ff. de
13 damn.infect.† Quare Bal.in c. i.§.ſi uaſallus, ſi de
feu. fue.contro,inimicitiam inter aliquos uigentem
uſque ad quartum gradum protendi docuit.& Dec.
conſil.clxiii.incip. In cauſa,& Marſ.conſi.xxxi.nu.
xvi.xvii.conſi.lxviii.num.ii.iii. Si enim alter frater
poſt quàm Quæriſminus ipſum Proſperum ob mẽ-
titam percuſsit,communem iniuriam ulciſci nõ de-
creuiſſet, profectò negotium ipſum aliam impẽſam
nõ exigebat. at cùm D. Salis ulciſci decreuiſſet in-
iuriam cõem, qua ratione Proſper ſolus impen-
ſarum onus ſubire debeat?cap.quæſiuit, de his quæ
fiunt à maiori parte, ibi, ſuos authores.& in c.cùm
omnes,de conſt.ubi Doct.

Quarò ſatis iniquum eſſe detegitur, q Proſper
qui exigere nitebatur pro iure ſocietatis agendo,
ſolita aggrediendo,putà iudiciariam compulſionem
l.unica.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.& c. i. de offic.
ordi.iam ſolus impenſas huiuſmodi perſoluat. uer-
ba.n. illa: tu mentiris, fuerunt longè remotiora ab
expenſis, quàm uulnerũ ictus. Vnde hæc ueluti im-
mediata

mediata ſuadet efficientem cauſam uel ſolam mulċtari.l.ſi is qui.ff.de furt.& c.i.de offi. deleg.ibi, in membro conſenſus operatiui,nal omnes uiritim cõcurrere debent,cùm iniuria communis ultra fuerit, d.l.lex Cornelia,ubi Bart. cum aliis ſuprà adductis. Ex quibus laudi ipſius rigor oſtenditur, unde latius ſit diuiná maieſtatem,prudentem iudicem & æquũ arbitrũ prçoculis habere debere, cuius iudiciũ ſemper eſt uerum.c.i.de ſent.& re iudi.in vi. & l.rem nõ nouam.C.de iudic. & pacem inter fratres fouere, 14 cõſeruare,& augere.†qua ratione cõſtituit legiſlator inter eos iudiciariam uiam relinqui debere. l. quamuis.ff.de recep. arbi.ibi,non differendarum litium cauſa,ſed tollendarũ ad arbitros irur.& l.fi.ff. fam.erciſ.ibi,pietatis officio funguntur. ubi Bal.aduertit:aliás à politico fine prorſus alienum eſt.hinc diſcordias excitari.c.finem litibus, de dol. & cont. c.ut formæ.de ſent.excomm.l. bona fides.ff.depoſi. Barto.Bald.Caſt.Salicet.& Fulgoſ.i.conſt.C.num. iii.Lanfr.& Blan.in prçludiis tract.de arbit.

Nõ urget prima ratio ſuperius in oppoſitum cõſiderata,quòd immò damnum ad ipſum ſocium pertinere debeat, cuius culpa contigit. d. l. cùm duobus.§.damna,& d.§.quidam ſagariam,cum aliis ſuperius adductis,quia reſpondeo, culpam hanc non fuiſſe ordinatã ad caſum damni,& expenſarũ:quinimmo ab ipſis remotiſsimam. nam ſi poſt uerba hec & iniuriam Proſpero illatam à Quçriſmino quieuiſſent fratres, nihil ulterius ſequebatur,quod præſumi debet. l. meritò. ff. pro ſoc. at cùm ictus immediata fuerit cauſa expenſarum,& uulnera ab ipſo Sale illata ipſi Quçriſmino,ſequitur hanc ipſam potius eſſe attendendam.l.qui plures.§.in arrogato.ff. de uulg.& pupi.ubi Docto.idq; potiſsimùm ob cõmunem iniuriam ulciſcendam.d.l.lex Cornelia, cũ aliis adductis à D.Maria.in d.conſil. lauiii.nu.cciii. Quamobrem iura illa in hoc caſu non ꝓcedere cõcludendum uidetur, in quo ultionis actus interpretari debet iuri diſpoſitioni conformis. l. ſi duo. ff.de acquir.hær.ibi,in fi.ſcire potuit.Glo.Cin.Bal. & Caſtr.nu.iii.etiam partium intentione perpenſa. d.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.in fi.d.auth. & ſi contractus, cum aliis ſuperius adductis.

Secundò non urget,ſocium iuſtè condemnatum ab aliis fratribus portionem conſequi non poſſe; quia reſpondeo,attentari poſſe,non ſat iuſtam fuiſ-15 ſe domini Salis & Proſperi condemnationẽ,†quippè, quòd poſt aliquod tempus uulneratus deceſsit, quo caſu non ex uulnere obiiſſe ꝓſumitur, ſed neglegẽtia uel culpa ægri uel curãtis. qua de re ꝑ Docto. in c.ii.de cler.percuſſ.& c.plurimum,de homic. Ange.in l.j.C.de emend.ſeru.Bar.l.fin.ff.de ſicar.Abb. poſt Anto, in cap. præterea,de cler.percuſ. Ang.ubi Auguſt. in trac.Maleſ.uerb.Ex interuallo,& Marſi. latè in d.l.finali.

Secundò dico conuentionem illam, & ſolutionẽ factam ſine conſenſu Proſperi ultra ſummam xxv. aureorum ei obeſſe non poſſe.l.id quod noſtrum.ff. de reg.iur.& l.ab emptione.ff.de pact. Nam ſine ratione facta uidetur, quare ueluti iniuria expẽſa hęc facta ſit,æquis portionibus diuidi debeat. d.l.ſi fratres.§.ob Sciũ.ff.pro ſoc.uerſ.ꝑ cõtrariũ,ubi Doct.

Tertiò non vrget,impenſam hanc ueluti non modicã repetẽdi aĩo factam cenſeri.d.l.ſi negotiũ.C.de neg.geſt.cũ aliis adduc. à Rui.in d.cõſ.axia.nu.xl.i v.quia reſpondeo,præſumptionem hanc elidi urgẽte alia fortiori.l.Diuus.ff.de reſt.in integr.& c.literas, de præſumpt.ſiue iuris ratione munita ſit, uel partium in uoluntate: quare circumfertur, in claria illam non ſuffragari. l. continuus. ff. de uerborum obliga. vnde, cùm ius ſuadeat æquis portionibus impenſam factam ob communem iniuriam ulciſcẽdam diuidi,& hoc intendiſſe fratres probentur ſiue uerbis, ſiue factis eorum perpenſis, prout ſuperius oſtendi, conſtat ab huiuſmodi præſumptionis uirtute receſſum intelligi.d.l.in re mandata.C.manda. & l.ſi quis in conſcribendo.C. de pact.

Quartò non urget, damnum hoc ueluti ex occaſione remota proficiſcens, non debere communicari.d.l.ſocium qui.§.ſocius cùm reſiſteret.ff. pro ſoci. cum aliis adductis ab Vbal. in d. parte v. & viij. in prin.quia reſpondeo, ſuperius probatum fuiſſe Zenonis penuiſsime legis diſpoſitionẽ alteratam fuiſſe,ut ſulet.l.fin.C.de pact.conu. & l. quamdiù.ff.de acquir.hære. Nam etiam ea remotiſsima cauſa fratres portionibus æquis teneri ſuperius oſtendi. d.l. Neſennius,cum aliis ſuprà adductis,quod multò fortius dicendum uideri debet,ſi proximam cauſam impenſarum perpendamus, putà uulnera ob communem iniuriam ulciſcendam illata. quapropter uel ſolum cooperantem onus hoc ſubire debere cenſendũ uidetur,uel oẽs portionibus æquis ueluti ea cõſilia ipſi crimini obnoxios.d.cap.j.de off.deleg.ubi Glo.Inno.Hoſt.But.Abb.& Deci. Laus Deo.

Patauij, v. idus Aprilis, 1558.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Impenſa facta nomine ſocietatis ab uno ex ſocijs debent ab alijs ſecundum portionem ſolui, uel in contractu ſocietatis poni.*

2 *Libro rationum quod ſcriptum eſt, de mandato ſociorũ præſumitur ſcriptum.*

3 *Socij ſiue fratres non habent actionem repetendi, quod erogatum fuit ab uno ex ſocijs aut fratribus contẽplatione ſocietatis.*

4 *Cauſa cauſa quicquid eſt, eſt cauſa cauſati,*

5 *Euentus poſterior formatur ex primordio tituli.*

6 *Origo cauſa attendi ſolet, ex qua effectus ſequitur.*

CONSILIVM CXV.

PRAESTANTISSIMI I. C. HIERONYMI Tornielli, ſiue eius ſubſcriptio.

SI VERVM eſt id, quod in facto præſupponitur, uidelicèt ꝙ expẽſę iſtæ,de quibus dubitatur & agitur,in libro rationum fuerint poſitæ ad computum ſocietatis ipſorum quatuor fratrum per Do.Scipionem, qui adminiſtrabat negotia Bergomi,nullã poteſt habere dubitationem concluſio ſuprà firmata

in

15 *Statuto ſtante quòd uxore prædecedente uir lucretur certam partem dotis, quòd legatum ab uxore factum uiro computari debet in illa parte.*
16 *Paternum conſilium omnibus eſt præferendum.*
17 *Fructua non lucratur bonam fidem non agnoſcens.*

CONSILIVM CXVI.

QVI VNVS EST OMNIPOTENS Deus mihi nunc adſit, ut quid uerum ſit, diffinire ualeam.

CASVS SIVE FACTI SPECIES.

CONTIGIT, Coronã ipſam ſuperſtitibus Deſiderato coniuge, Franciſco, Marietta, & Paula filiabus obiiſſe, poſtmodum Franciſcũ ipſum filium maſculum deceſsiſſe ſuperſtite patre atque ſororibus iam uiro collocatis. Quęſitum eſt, quis ad præmortuæ Coronę ſucceſsionem ueluti potior ſecundum municipalis iuris diſpoſitionem admitti debeat?

Secundò, quis ad Frãciſci hęreditatem poſteà decedentis admitti debeat ſecũdum eiuſdem iuris Patauini diſpoſitionem?

Tertiò, utrum iuris huius authoritas in teſtamẽto ipſius domini Deſiderati ullo pacto alterata uideatur, maximè in illo uerſiculo: Item iure legati ſeu inſtitutionis, uel reſtitutionis ſuę portionis dotis maternæ, ſi aliqua portio ſibi ex forma ſtatutorum communis Paduę ſpectaret, etc.

Quartò, utrum ipſa Marietta & Paula nõ acquieſcentes paterno teſtamento, legati illis in eo relicti commodo priuari debeant?

Quintò & ultimò, utrum cùm hæres domini Deſiderati campos quoſdam non poſſederit iam emptos ab ipſo domino Deſiderato cum facultate redimendi ipſo pretio oblato, ſed & campos atque pecuniam poſſederint uenditores ipſi, an fructus ipſorum camporum ad domini Deſiderati hæredem pertineant?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, prima facie cẽ-
1 ſendum uidetur, † caſum huiuſmodi ab ip-
ſo ſtatuto Patauino omiſſum fuiſſe, &
iccircò communis iuris diſpoſitioni relinquendum
uideri. l. ſi cùm dotem. ff. ſol. mat. & l. ſi extraneus. ff.
de cond. ob cau. & l. commodiſsimè. ff. de lib. & po-
ſthu. ubi Doct. & Deci. aduertit conſi. dcxxvii. num.
vi. loquens in materia iuris municipalis.
Oppoſitum tamen uerius eſſe diiudicandum eſt,
2 † quippè quòd proprij iuris diſpoſitio ad ſpeciem
relata potior cenſeri debet. l. omnes populi, ff. de iu-
ſti. & iur. ubi Barto. Seuerin. & Iaſ. pluribus diſcuſ-
ſis quęſtionibus aduertunt, & c. quæ in Eccleſiarũ, de
conſtitutio. in Glo. j. Doct. omnes, & c. ius autem ci-
uile, diſtinc. j. & §. ius autem ciuile, inſtit. de iur. nat.
gent. & ciu. cũ aliis adductis à Decio & Cagnol. in l.
in toto. ff. de reg. iur. Cõſtat etenim municipalis Pa-
tauini iuris diſpoſitione cautum fuiſſe ſub rubrica
de ſucceſſ. mulie. in reformatione, quòd filia uel mu-
lier etiam deſcendens per lineam maſculinam non
ſuccedat ex teſtamento ſeu ab inteſtato patri, matri,
uel alicui alii aſcendenti per lineam paternam uel
maternam extãte aliquo filio defuncti uel defunctæ
uel alio eorum deſcendente maſculo per lineam
maſculinam ueniente. Quamobrem cùm mater
ipſa domina Corona deceſſerit Franciſco maſculo
ſuperſtite, ſequitur, Mariettam & Paulam excluſas
3 intelligi: † quia cui conueniunt uerba ſtatuti, eidem
& diſpoſitionem conuenire non ambigitur. l. quar-
ta. §. toties. ff. de damn. infect. ubi Doct. & Feli. plu-
res adducit in c. nonnulli, de reſcrip. uerſi. ubi uerba
non conueniunt, & Deci. conſi. cccclxvi. Stante ſta-
tuto, nu. xvj. & Barb. conſi. aj. Illud afferam, in ii. &
Soci. iun. conſi. j. nu. axx. & conſi. ii. nu. x. & conſ. iii.
nume. xv. & conſi. xxxvi. nume. ii. & conſi. xxxix. nu.
lj. in iii. uol.
4 † Fuit enim hęc diuini iuris uetuſtiſsima diſpoſi-
tio, ut à parentum ſucceſsionibus fœminę ab ipſis
maſculis repellerentur. Nu. c. xxvii. quod Ange. ad-
uertit in diſpu. incip. Nobilis quidam. & cõſ. ccacix.
Statuto ciuitatis Tertonæ. Card. Florent. in conſ. ii.
in fin. & Salicet. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin.
& Card. conſi. xax. An ſi Iudęus, de teſtam. & Corn.
conſi. cxv. in ii. uol. & cl. & clxa. eod. uol. & cxxiii. in
tertio. Vnde humanæ legis diſpoſitio licèt quando-
que uariauerit, ſæpius tamen ob publicam utilitatẽ
ſatius eſſe decreuit, huiuſmodi ſucceſsionem ad ma-
ſculos ipſos propter diuturniorem agnationis & fa-
miliarum conſeruationem omninò pertinere. §. cæ-
terùm, & §. item uetuſtas, inſtit. de hæredit. quæ ab
5 inteſt. deferun. & inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. † quo
nomine municipalia iura in omnibus ferè Italię ci-
uitatibus uigentia commendantur. Iacob. de Aren.
quæſt. incip. Statutum, & Ioan. And. in Specul. rubr.
de ſucceſſ. ab inteſt. & Bald. l. maximum uitium. C.
de libe. præter. & l. i. uerſ. ſubſequenter. C. de ſumm.
Trin. & fid. cath. & l. quod uerò. ff. de legib. & l. ii.
C. de in ius uocan. & l. fin. ubi Imol. ff. de hæred. in-
ſtituen. & Barto. l. ii. §. uidendum. ff. ad Senatuſconſ.
Tertullia. & Alber. auth. itaque. C. cõmunia de ſuc-
ceſsio. & Cyn. l. i. C. de adulter. & l. i. C. quę ſit longa
conſuetudo, & ex facto ſępius reſpõſum extat; Ang.
conſ. lxviii. Martinus, & xcix. Viſo. & ciiii. Hîc uidẽ-
da, & Caſt. cccxli. & Roma. conſi. avi. Viſo themate,
& plures adducit Brun. in tractat. de ſtatut. exclud.
fœm. ſtant. maſc. art. iii. nu. aii. & Soci. iun. d. conſil.
xxv. nu. x. in iii. uol. ubi concludit ob hanc ipſam ra-
tionem conſeruandarum familiarum, etiam foren-
ſem matrem excludi. Quare, quantùm pertinet ad
ipſum Franciſcum nemini ambigendum eſt, quin in
dominæ Coronæ matris ſucceſsione ſorores ipſas
excludebat.

Non obſtat contendi omiſſum caſum cenſeri, qa immo uerbis etiam ipſis inſpectis & mente præſens caſus in ſpecie deciſus extat, unde contentio omnis ſuperflua exiſtimatur. d. l. quarta. §. toties. & l. ille aut ille. ff. de hęred. inſtit. & l. iii. C. de libe. præter.

Quod ad ſecundum attinet, an ad ipſius Franciſci ſucceſsionem pater ipſe uelutì potior Mariettam &

Paulam

Paulam ſorores illius excludere debeat ? & prima
6 facie uideretuc quòd nõ,† quippè quòd Patauini iu-
ris diſpoſitio loquens in aſcendentibus & deſcendē-
tibus, non uidetuc intelligenda in ipſorum collate-
ralium hæreditate. l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxalib. &
c. cùm dilectus, de conſuet. ubi Butr. & Abb. & c. in
noſtra, de iniur. & damn. dat. & l. conſtitutiones. ff.
ad municip. ubi Bartol. & l. ii. ff. de legat. i. ubi Bart.
uerſ. ſed pone ſtatutum. & idem Bart. d. l. omnes po-
puli. ff. de iuſt. & iure,

Idq; potiſsimùm cùm teſtator ipſe maternæ do-
tis portionem filiabus ipſis perſolui iuſſerit, unde
uoluntas eius ueluti legis attendi debeat. l. uerbis le-
gis. ff. de uerbo. ſig. & 9 diſponat, in authen. de nupt.
& l. pen. ff. de leg. ii. & l. cum uirum. C. de fideicom.

Secundò, licet Marietta & Paula ab ipſius D. Lo-
conæ matris hæreditate repellantur Patauinę legis
7 authoritate,† non icciicò ſequitur, eaſdem à Fran-
ciſci fratris utrinque coniuncti ſucceſsione repelli,
cùm ſaltem cum ipſo patre admittātur. auth. exſtan-
te, C. de ſuis & legi & auth. defuncto. C. ad ſenatuſ-
8 conſ. Tertull.† poſtquàm enim Franciſcus ipſe ma-
ternam dotem adiuit, illius patrimonium exiſtima-
tur, unde ſoror ab hæreditate matris excluſa, fratris
hereditatē acquirere nõ ꝓhibetuc. l. ſed ſi plures. §. ſi
filio. ff. de uulg. & pup. & l. i. §. ueteres. ff. de acquir.
poſſeſſ. & Bart. l. fin. in prin. uerſ. prętereà poſtquàm
in fin. primæ quęſtionis. ff. ad Senatuſc. Tertull. &
Bald. l. j. q. 50. ff. de rer. diuiſ. & l. j. §. ueteres. ff. de ac-
quic. poſſeſſ. ubi Alex. pluces adducit, & ex facto ſę-
pius reſponſum extat. Barto. conſi. lviii. Ex prędicto
themate. & Ang. conſi. lii. Dominus Gilius, uerſ. nõ
obſtat. & Roma. conſi. lxviii. Circa primum, in prin-
cipio, & Capr. conſ. xii. Etſi uiſo, in fi. & Aret. conſi.
clxi. in princ. & Soci. lxxiiii. in iiii. & Corn. cl. In hac
in iiii. & Dec. cccxxxiii. nu. iiii. & v. & dclv. nu. xxx-
iiii & Soci. iun. lxvii. nu. xxiii. & xxiiii, in iii. uol.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum ue-
rius eſſe cenſeo, quòd immo ſorores ipſæ à Franciſci
fratris ſucceſsione pro ſus repellantur, parente ipſo
ſuperſtite, ſingularis iuris authoritate, quod præua-
let. d. l. omnes populi, cum aliis ſuperius adductis.
Cõſtat etenim ſub rubrica de ſucceſsio. mulie. in re-
formatione uerſ. idem ſeruetur. non ſolùm fœminas
ipſas ab aſcendentium ſucceſsione repelli, uerum
etiam & deſcendētium. ibi enim poſtquàm expedi-
tū fuit præcipuum caput, quo cautum eſt, deſcendē-
tes excludi fœminas à maſculis ab hæreditate aſcē-
dentium, ſubiicitur, idem ſeruari debere in hæredi-
tate deſcendentium, puta, ſi contingat turbato na-
turæ ordine illas ipſas prędecedere. l. nam & ſi parē-
tibus. ff. de inoff. teſtam. nempè ut ſi qs uel ſi qua
decederet ſine liberis matec, uel etiam alii aſcendē-
tes pec lineam maternam, non ſuccedans ex teſtamē
to uel ab inteſtato filiis uel aliis deſcendentibus ex-
tante patre uel maſculis deſcendentibus per lineam
paternam defuncti uel defunctæ.

Subiicitur poſteà in uerſ. ita tamen, quòd cum
aſcendentibus maſculis, putà patre & auo fratres
maſculi utrinque coniuncti admitti debeant, quæ
ſanè diſpoſitio iuri communi conuenire uidetur. d.
authen. defuncto. C. ad Tertullia. & auth. itaque. C.
cõmunia de ſucceſsio. etiam quatenus filios maſcu-
lorum præmortuorum utrinque coniunctorum ad-
mittit. §. cùm filius inſtit. de hæred. quę ab inteſt. de-
ferun. & in auth. de hæred. ab inteſtat. & Deci. conſ.
a. & conſi. ccxii. Quocircà, cùm maſculos admittat,
ſtatutum huiuſmodi fœminas ipſas excludere intel-
ligitur; & iccircò communis iuris diſpoſitionē im-
mutat. d. l. maximum uitium. C. de libe. præter. ſiue
9 uerba intueamur ſiue mentem ipſam. † Quod enim
ad uerba attinet, maſculorum appellatio non conue-
nit fœminis. c. Rainaldus, de teſtam. ibi, ſi abſq; ma-
ſculis. Glo. Goffr. Hoſt. Ioan. And. Butr. & Abb. ad-
10 uerium; † maſculinum nunquàm comprehendere
fœminas, quoties in ipſa diſpoſitione mentio illius
facta proponitur, & Barto. l. cùm auus. ff. de condit.
& demonſtr. quæſt. j. & ii. & ibi Soc. nu. lxxvi. & lxx-
vii. & Iaſ. l. ſi quis. ff. de iuriſd. omn. iud. Quæ ſanè
concluſio ſiue ſimus in diſpoſitione feudali, ſiue te-
ſtamentaria, ſiue ſtatutaria, procedit, ut qualitas ma-
ſculini ſexus expreſſa fœminas ipſas excludat. arg.
l. cùm prætor. ff. de iudic. & c. nonne, de præſumpt.
& c. qualis. xxv. diſtinc. quod & ex facto reſponſum
extat: Abb. conſi. xxxvi. nu. i. & ii. in i. & Alex. con-
ſil. xxx. Quoniam, nu. xxi. uerſ. proptereà reſpondeo
& Deci. conſi. cxciii. nu. v. vnde, cùm pater uocetur
ad filii ſucceſsionem excluſa matre. d. uerſ. idē ſer-
uetur, & in uerſic. ita tamen. d. rubr. de ſucceſsio. ab
inteſt. cum eo fratres maſculi defuncti utrinque cõ-
iuncti admittantur, & filij maſculi præmortuorum
fratrum utrinque coniunctorum, conſequens eſt,
fœminas ipſas excluſas intelligi. d. c. Rainaldus, cum
aliis ſuperius adductis.

Quam interpretationem ſuadet & finis ipſorum
11 ſtatuentium,† qui ad agnationis cõſeruationē per-
tinet. d. §. cæterùm, & d. §. item uetuſtas. & Bart. d. l.
ii. §. uidendum, & Ioan. Andr. in Specu. rubr. de ſuc-
ceſsio. ab inteſtat. cum aliis adductis à Bruno in d.
tractat. ſtatuto. ſtanti. maſc. fœm. exclud. articulo iii.
nume. xii.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, &
primò municipalis iuris diſpoſitionem in linea aſcē-
dentium & deſcendentium loquentem, non eſſe in-
telligendam in hoc caſu, in quo de ſucceſsione col-
lateralium agitur. d. c. in noſtra, cū aliis ſuperius ad-
12 ductis.† quia reſpondeo, non ſolùm ratione ipſa. ſed
& uerbis expreſsis præſentem caſum comprehētum
fuiſſe in illo uerſ. ita tamen, vnde pro omiſſo haberi
non debeat. l. cùm mulier. la ii ff. ſol. matr. ibi, niſi ex
mente ſumat quia. & l. Gallus. ff. de libe. & poſthu.
§. quid ſi tantùm, ubi omnes. & l. nominis & rei. §.
uerbum ex legibus. ff. de uerbo. ſignif & c. ſi. de reg.
iur. in vi. vnde nulla maior expreſsio fieri poſſit. d. l.
ille aut ille. ff. de hæred. inſtit. d. l. iii. C. de lib. præt.
& l. Labeo, de ſupell. legat. & l. non aliter, de leg. iii.

Secundò non obſtat agi de ſucceſsione ipſius fra-
tris, quia reſpondeo, etiam hoc caſu ſtatutum ipſum
excludere fœminas, uocando patrem & fratres ma-
ſculos, unde non alteratur diſpoſitio illius, ſiue aga-
tur de ſuccedendo ipſi matri ſiue fratri, quia utroq;
caſu ſtatutum prouidit, & iccircò non eſt locus d. le-
gi ſed ſi plures. §. ſi filio. & d. l. primæ. §. ueteres. ff. de
acquir. poſſ. cū aliis ſuperius adductis, quia utroque
caſu

caſu ſingularis iuris diſpoſitio ueluti potior præua-
lere debet.d.l.omnes populi,cum alijs ſuperius ad-
ductis.

Quod ad tertium attinet,ueram concluſionẽ exi-
ſtimo,legatum relictum filiabus ab ipſo domino De
ſiderato patre,qui & eas conſtituta congrua dote lo-
cauit,omninò illas repellere, quominus aliquid ul-
terius petere poſsint.id etiam iubente patre in eius
teſtamento cum iuris municipalis diſpoſitione ad
agnationis conſeruationem ſeſe cõformãs ſub rubr.
de ſucceſſ.mulie.in reformatione. idq́; potiſsimùm
cùm illas portionem legitimam cõſecutas fuiſſe in-
13 telligam.l.parentibus.C.de innoff. teſtam. † in qua
dotem ipſam à patre profectam computare tenentur
l.Pomponius Philadelphus. C.fam. erciſ. & l. Titia
centum.§.Titio genero.ff.de cond.& demonſtr. ubi
Alber.Bar.Cuma.& Imol.nam & municipalis hu-
ius iuris prouiſio in d.rubr.de ſucceſs.mulier.exclu-
14 ſas dotari iubet, † unde dotem & legatum in teſta-
mẽto paterno relictum imputare debent.l. quoniam
nouella.C.de innoffi.teſtam.ubi Bald.ſecundo no-
tab.Salicet.& Corn.& l.ſi cùm dotem.ff.ſolut.matr.
ubi Iacob.ab Arena,Barto.Imol.Ponta.Alex. aduer
tunt,relictum à patre,cenſeri relictũ animo cõpen-
ſandæ.& Frãciſ.Tigrini,Bart.& Ricar.de Sali.& Bar.
de Salic.Fulg.Imol.Caſtr.Rom.Alex.Iaſ.Cur.& De
15 ci.auth.prætereà,C.unde uir.& ux.cõcludunt,†ſtan
te ſtatuto quòd muliere prędecedente uir lucretur
certam partem dotis,legatum uiro ab uxore factum
animo compenſandi relictum intelligi.& hoc diffi-
cultatem habere non poteſt,cùm intelligam hæredẽ
ipſum eſſe paratum legitimæ ſuplementum filiabus
huiuſmodi dare, ut congruam dotem accepiſſe in-
telligantur.Cyn.& Salic.in l.ſancimus.C.de nupt.&
Brun.d.tracta.ſtatut.arti.ix.quæſt.viii.nume.lxxiii.
16 † Tametſi lex paternum conſilium in hoc actu om-
nibus præferat.l.nec in ea.ff.de adulter.& l.fin.C.de
cura.furi.& c.adferte,de præſumpt.& l.furioſo,in fi.
ff.de cura.furi.& Bal.docuit.l.pactum quod dotali,
quęſt.xxi.C.de collatio.& Caſtr.conſi.cviii. Super
primo dubio.vij.& Alexand.xxxii. in iiii. & Socin.
cclxxviii.Circa,& Dec. dv.nu.iii.& iiii.

Ad ultimum reſpondeo, campos boſchiuos non
fuiſſe relaxandos,niſi ducentis aureis ipſi hæredi ſo-
lutis, ut ipſa cõuẽtio dictabat.l.ii.§.in his.ff.de uer-
bo.oblig.& l.ueteris.C. de contrah.ſtip.l.legem.C.
de pact.vnde,cùm à morte defuncti hucuſque & ſyl-
uas & pecuniam retinuerint, qui campos ipſos uen-
diderunt, quod à bonæ fidei natura diſsidet. l. bona
fides.ff.de regu.iur.conſequens eſt,fructus ſyluarum
ipſi hæredi reſtituẽdos,& ducentos ipſos aureos quẽ
admodum redimendi facultatis dictat conuentio.
l.cùm proponas.C.de tranſactio.& c.tertio, de iur.
17 iuran.†Nec enim bonã fidẽ non agnoſcentes fructũ
lucrari poſſunt.l.in fundo.ff.de rei uend. & l. bonæ
fidei,& l.quæſitum.ff.de acquir. rer. dom. quemad-
modum enim empti fundi fructus tantiſper ad em-
ptorem pertinent, quoad uenditor uirtute pactionis
uti nolens,pecuniam offert & actualiter deponit. l.
ii. C.de pact.inter emp.& uend.ubi Glo.ult.& l.qui
Romę,in prin.de uerb.oblig.circa fin. Alex. plures
adducit,& Beroius egregiè diſcutit quæſt. viii.nu.ij.

Idq́; præſertim,cùm ante retrouenditionem domi-
nium apud hęredem remanſerit,maximè non ſoluto
pretio.l.quod uendidi aut tradidi. ff. de contrahen.
emp.ubi Glo.& Bar.& §.uenditę quoque res,inſtit.
de rer.diuiſ.ubi Ange.ſequitur,fructus ſyluarum in-
terim ad emptoris hæredem pertinuiſſe.d.l. ii. C. de
pact.inter empt.& uend.ubi Salicet.& alij.

Laus Deo.

Patauij, Kalen. Ian. 1558.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio regulam firmat.*
2 *Diſpoſitio odioſa perquàm ſtrictè interpretanda eſt.*
3 *Proteſtatio & reſeruatio iurium,efficit,ut eius qui re-
ſeruat, ius tueatur.*
4 *Princeps naturali ratione compellitur initas ab eo pa-
ctiones cuſtodire.*

CONSILIVM CXVII.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

EX FACTO proponitur Magnifi-
cam Communitatem Imolenſem
cum tribus Hebręis,qui fœneran-
di artem exercent,Bancherios ſiue
Trapœzitas appellant,conuentio-
nem quandam iniuiſſe,cuius tenor
ex documento exhibito conſtat.Quæſitum eſt,num
Iſaach & Salomon huiuſmodi pactione comprehẽſi
intelligantur? qui ſanè in paternis bonis ęqualiter
cũ fratribus partiendis,ad quos altera ex tribus fœ-
nerandi iuriſdictionibus ius quaſi poſſeſsionis per-
tinet,ius mutuandi ac fœnus ipſum exercendi etiam
ſub fide ſibi reſeruauerint? cùm enim alios Hebręos,
quos Strazzarolos nominant ſiue Propolas ipſa Ma-
nifica cõmunitas expulerit, an Iſaach ſub trium iu-
riſdictionũ clypeo, & Salomon frater excepti intel-
ligantur? Et uideretur quòd nõ,cùm decretũ ipſum
Communitatis nullum,exceptis tribus iuriſdictio-
num poſſeſſoribus,eximat.l.cùm ꝑtor.ff.de iudic.&
c.nonne, de præſumpt.& c.qualis,xxv.diſtinc.Cùm
enim aliis omnibus fœnerandi ius interdicat, ſanè
Iſaach & Salomon comprehenſi quoq; uidentur.l.ſi is
qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.dub.c.omnia.de ob-
ſer.ieiun.& l.item ſi unius.§.Item ſi plures. ff. de re-
1 cept.arbitr.† Exceptio enim fulcire ſolet regulã ip-
ſam,ut ab ea in ſpecie tantùm nominati ea ſua exem-
pti intelligantur.l. nam quod liquidæ. §. fin. ff. de
pœn.leg.tradit Deci.& Cagno.in rubr. ff. dę regul.
2 iur.† vnde inter ipſam Communitatem & tres hos
fœneratores inita conuentio perquàm ſtrictè inter-
pretari debet. l.quicquid aſtringendæ. ff. de uerbo.
obligat.& l.ſecunda.C.de condi. ob cau.ubi Bartol.
vnde,ſi ex uerbis illius Iſaach & Salomon nitantur 3
cùm poſsint non comprehendi, aduerſus eoſdem
interpretatio

interpretatio faciẽda cenſetur.l.ueteribus. ff.de pac. & l.in contrahenda.ff.de reg.iur.ubi Doƈto. & in c. in præſentia, de probatio.

Verùm ne hæc uera non ſint,non parum ambigo; quinimmo oppoſitum à nero propius abeſſe exiſtimo. nam iuriſdiƈtionem huiuſmodi fœnerãdi ab ipſa Pontificiæ ſedis permiſsione quadam,potius q̃ reƈta uia proficiſci conſtat,& iccircò ſecundum iuris rationem ſcƈtionem non recipere. Gloſ.ſecunda c.prudentiam,de off.deleg.& Card.Clem.fin.q.i.de præb.tametſi quod ad exercitium attinet, aliud eſſe intelligatur,ut plures illam ipſam adminiſtrare poſſint.Specul.in tit.de præſcript.§.i.& Bald.l.ſi plures in princ.C.de cond.inſer.& Caſtr.conſi.clxi. Quare,cũ huiuſmodi iuris reſeruatio Iſaach & Salomoni in bonorum paternorum diuiſione facta ſit,putà, ut ſub fide mutuare poſsint,de illo nihil quidquam
3 diminutum fuiſſe diiudicandum eſt; † cùm reſeruatio ipſa eius qui reſeruat,ius tueatur.c.cùm uenerabilis,de except.in fin.& l.non ſolùm.§. morte. ff. de non.oper.nunt. ubi Barto.Imo.Caſtr.Alex.& Iaſ.& c.cùm M.Ferrarienſis,de conſtitutio.ubi Abb. poſt Butr.Card.& Imol. Quocircà, cùm huic ipſi diuiſioni Iſaach, & Salomonis fratres cæteri acquieuerint,nihil eſt nunc ut quidquàm aduerſus illos innouari poſsit. c. ſolicitudinem, de appellatio. & l. ab emptione.ff.de paƈt.& l.tres fratres.eod. tit.& l. qui Romę.§.duo fratres. ff.de uerb.obligatio.Reſeruatio enim eiuſmodi perinde eos ad fœnerandũ habiles reddit,ac ſi nulla diuiſio præceſsiſſet. d. c. cùm M.Ferrarienſis,& Pariſ.conſi.cii. nu. xxv. & xxvj.& conſ.ciii.nu.ii.in iii.uol.

Non mouet,ꝙ ipſi nominatim expreſſi non fuerint: quoniam ſatis eſt,eos ipſos comprehendi ſub tertia fœnerandi iuriſdiƈtione,cuius nomine plures exercere poſſunt,licèt ſubſtantia diuidi nequeat. l. ſtipulationes non diuiduntur.ubi Doƈt. & l.in exequutione.§.pro parte.eo.tit.de uerb.obl.

Rurſus non urget,quòd inter eos qui expulſi fuerunt, nominati fuerint Iſaach.& Salomon: quia reſpondeo, uериſimilius eſſe, Communitatem ipſam potius imperitię cauſa id expreſsiſſe,quàm ut ab ea initam conuẽtionem reſcindere ualeat. l.i.ff. depoſiti.& l.ſicut.C.de aƈtio.& obligatio.& Bart. l.quoties.§.ſed ſi notam.ff.de hæred.inſtituend.& l. ſi li-
4 brarius.ff.de iudic. † Nam & Princeps ipſe ſupremus naturali ratione cõpellitur irritas ab eo paƈtiones cuſtodire.l.i.ff.de pac.& l.Cęſar.ff.de publican. ubi Barto.& c.i. de probatio.ubi But. Anchar. Imo, Abb.& Dec.in primo notab.Et iccircò, cùm Iſaach & Salomon ſub huiuſmodi tertia fœnerandi iuriſdiƈtione defendantur,conſequẽs eſſe uidetur, negotium illis ulterius exhibendum non eſſe.

Laus Deo.

Portius hæc raptim.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium licèt per uerba de præſenti, reſoluitur tamen in uim ſponſaliorum quando eſt contraƈtum cum impubere, & hoc uſque ad tempus pubertatis.limitatur, ut nu.ſeq.*
2 *Malicia ſupplet ætatem.*
3 *Matrimonium quamuis per uerba de futuro contraƈtũ, nihilominus diſſolui non poteſt, ſi carnalis copula fuerit ſubſequuta.*
4 *Matrimonium legitimum inſeparabile eſt.*
5 *Iudex laicus ſuper cauſa matrimonij cognoſcere non poteſt.fall.tamen.*
6 *Neceſſitati ipſi legis authoritas cedit.*
7 *Connexi conditio efficit, ut cauſæ cognitio diuidi nequeat.*
8 *Vxores duas habens, uel mulier duos maritos grauiter uterque puniendus eſt.*
9 *Deliƈta punienda eſſe.*
10 *Vim & temeritatem puniri debere expedit.*
11 *Iaƈtare ſuum nemo præſumitur.*
12 *Probatio nulla maior, ipſa confeſſione excogitari põt.*
13 *Solutum ob turpem cauſam repeti non poteſt.*
14 *Metu geſta, irrita eſſe.*
15 *Principis authoritas à quacunque conuentione ſemper excepta exiſtimatur.*
16 *Paƈta fouentia deliƈta, lex ipſa improbat.*

CONSILIVM CXVIII.

Dei omnipotentis nomine inuocato.

CVM probatum ſit matrimonium contraƈtum inter D.Iulium & ipſam Lucretiam etiam impuberem paulò minorem undecim annis,
1 † quamuis per uerba de pręſenti; cõſtat tñ reſolui in uim ſpõſaliorũ uſq; ad ętatẽ pubertatis,in qua legitimus tantùm aſſenſus ſubeſſe poteſt.c.continebatur.ubi gl.in verbo ętati,& Doƈt.& c.de illis,il j.de ſponſa.impub.Vnde ibi colligunt Doƈto.cùm peruenerint ad pubertatẽ,
2 Eccleſiæ iudicio ſi diſſentiant poſſe diſſolui.† Quod tamen non procedit,ſi malitia ſuppleat ætatem ſiue prudentia,& non deſit naturalis concupiſcentię calor,& ideo ſecuta ſit carnalis ipſa commixtio: fit.n. matrimonij uinculum, ſecundum canonis rationem indiſſolubile,caſus eſt in c.puberes,& d. c. continebatur,ibi.præfato uiro, qui dicit ſe mulierem ipſam cognouiſſe,& c.à nobis tua diſcretio, ibi,niſi carnalis commixtio,& c.de illis,il ii.ibi,cùm in eis ętatem malitia ſuppleuiſſe uideatur.& c. atteſtationes,uerſ. mulier tamen credit ſe uirginem euaſiſſe.& c.ult.eo. tit. de deſponſa. impube.ibi,an prudentia ſuppleret ætatem Doƈto. omnes aduertunt. quare, cùm ex atteſtationibus ſummatim receptis à Reuerendiſsimo Suffraganeo Patauino antequàm præciperet Lucretię,ut ipſi domino Iulio infra triduum ſub pœna excommunicationis adhæreret ueluti eius legitima uxor, planè conſtet inter eos conſummatum fuiſſe matrimonium, conſequens eſt, illud indiſſolubile
3 cenſeri; † quemadmodum cùm uerè per uerba de futuro contraƈtum proponitur, carnali copula ſecuta diſſolui amplius non poteſt.c.de illis,il j.& c.ueniẽs ad nos,ubi Glo.in uerbo cognouit,& Doƈt.& Inno. in uerbo amplexata.Butr. & Abb. in ii.notab. in c.i. de ma-

de matrim.contr.interd.Eccl.contr.& ex facto in uō
diſsimilibus ſpeciebus quandoque reſponſum extat:
Calder. conſi.ii.tit. de ſponſa. Quæ requirantur, &
Card. conſi.cix.Caſus talis, & Deci.conſi.ccclxviii.
4 num. i.† Quamobrem conſtat hos ipſos humano
iudicio ſeparari non poſſe, & priuatis ipſis conuen-
tionibus. c. quos Deus coniunxit, & c. ſi quia cum
matre, in fi.xxxiii.q.ii.& cap.ex publico, ubi glo.in
uerbo conſummatum, de conuerſ. coniug. & plura
adducit Felin.conſi. xxvi.& conſi.xl.ex quibus con-
ſtare poteſt Lucretiam & Diomedem legis Iuliæ
reos poſſe conſtitui, & fornicationis ipſius peccato
obnoxios exiſtimari.

5 Sed † qua ratione iudex laicus in hoc negotio ſeſe
immiſcere poſsit, reſpondeo, ſummo Pontifice de-
legante, Eccelſo Decemuiratui Veneto, difficultas
omnis ceſſat. c. Mennam. ij. q.iii. & glo. in d.c. ſe-
cundo, de iudic. ubi omnes & maximè Deci.nu.xii.
& Beroius in c.dilecti, de arbitr. nu.xxxvi.& c. con-
tingit, eo.tit.nu.viii.

Quod autem Pontificia ſedes cauſam huiuſmodi
6 huic ampliſsimo ordini delegare debeat, † ultra ne-
ceſsitatem notoriam ipſius domini Iulii, cui legis
authoritas cedit. c.Odoardus, de ſolutio. & l. ma-
ritum. ff. ſolut.mat. & c. præterea, unde uir. & ux.
& plura adduxi in cap. quæ in eccleſiarum de con-
ſtitutio. in uerbo inopiæ: ambigendum non eſt,
quin cauſæ & rei connexitas in delegationibus fa-
ciendis plura operetur à iuris regulis exorbitan-
tia. c. P. & G. de offic. & poteſt. iudic. deleg. ubi
Innoc. Butr. & Abb. aduertunt per caſum in c. ue-
niens, il ſecundo de teſtib. ubi Abb.num.viii.& Fe-
7 li. nu.xvi. plures adducuntur; † Connexi enim condi-
tio efficit, ut cognitio diuidi nequeat. c. tranſla-
to, ubi omnes de conſtit. & l. cum actum.ff. de ne-
go. geſt. ubi Bart. & Caſtren. & toto titul. quib.
reb. ad eundem iud.eat. & aduertunt omnes in c.
primo de cauſa poſſeſſ. & propriet. & l. nulli.C. de
iudic.ubi Bal. & Salic. Quocircà, cùm in huius cau-
ſæ matrimonialis cognitione contingat ſubiectum
prophani & ſæcularis criminis coniuncti cum acto
ſpirituali, ſequitur, cognitionem huiuſmodi diui-
di non debere. Alexander enim Feratius unus ex
commiſſariis teſtamentariis huic ipſi negotio non
ſolùm conſenſit, ſed & præfuit, nempè quòd Lu-
cretia ducta & cognita ueluti uxor, ab altero ta-
men & duceretur & retineretur, multipliciter iam
deliquiſſe cenſetur. Et primò, dum immiſcuit ſeſe
rei ad eum non pertinenti, nullum enim ius in puel-
la locandæ ex paterno teſtamento habebat, & ideo
ſuſpitione non caret, quin eam uendere uoluerit.
l. culpa eſt.ff. de reg.iur. & c. non eſt, eo. tit.in vi,
ubi Din. Nec ratio humanitatis & commiſſariæ il-
lum excuſat, cùm non debuerit plus ipſe uelle quàm
pater illius diſpoſuerat, l. fin.C. de curat.furio. & c.
afferte, de præſumptio. & l. illi quidem, in fi.ff. de
eo quod met.cau.

Item quòd puellæ conſenſerit, cùm legitimè
8 coniuncta eſſet in alterum uirum, † cùm tamen
lex actum huiuſmodi acerbiſsima pœna proſequa-
tur. l. eum qui duas, C. ad.l.Iul.de adulter.nec pon
tificia ſedes inultum crimen relinquit. cap. intel-
leximus, & c. ultimo de adulter. ubi Docto. aduer-
tunt, & Hoſtien. tradit in ſumm. eod.tit. In quo
quidem negotio cùm authoritatis conſenſum Fer-
ratius ipſe præſtiterit, adducat ipſe rationem cur
pari pœnæ obnoxius non ſit, ut iuris ratio dictat.
cap.primo, de offic. & poteſt, iudic. deleg. ubi glo.
in uerbo pari pœnæ. & Innocen. Butr. Abb.Feli, &
Deci. & c. ſicut dignum. §. hi autem, de homicid.
uoluntario uel caſua.& docuit Bar.in l.Is qui opem,
ff. de furt.& in l.non ſolùm. §. ſi mandato.ff. de in-
9 iur. † Nec alicui dubium eſſe debet, quin ad politi-
cum finem utriuſque legiſlatoris pertineat huiuſ-
modi auſus cohiberi, quemadmodum & alia quo-
que delicta. l.congruit, ff.de offic.præſ.ubi Bart. &
l. ita uulneratus.ff. ad l.Aquil. & l.illud, eo.tit. & l.
bona fidea. ff.depoſiti, & c.ut famæ, de ſent.excom-
mun. Et præſertim pontificia ſedes, ut tot animæ
à nexu peccati eripiantur, delegationem huiuſmo-
di facere debet, ne perpetuò reatui obnoxiæ pereãt.
c. fi. de conſuet. ubi omnes in primo notab. & in c.
ultimo de præſcript.

Item quòd Eccleſiæ interdictum uiolauerit, un-
de ipſi Abbatiſſæ uia illata potius cenſeri debeat,
quàm excommunicationis contemptus ei adſcribi.
cap. fin. de præſumptio.& c. ſacro approbante, de
10 ſentent. excommu. † quod genus temeritatis prin
cipes ipſi non leuiter punire conſueuerunt.l.extat.
ff. de eo quod met. cau. & l.ſi quis in tantam. & l.
meminerint, cum autem hæc omnia dolo peregiſ-
ſe detegit, quòd poſterior ipſe uir putatiuus ſo-
rorem propriam ipſi Ferratio commiſſario aliâs
uili & pauperi collocauerit, etiam duorum mil-
lium aureorum conſtituta dote, re admodum in-
11 ſolita, & à iuris præſumptione aliena: † quoniam
non facilè quis ius ſuum iactare præſumatur. l.
Campanus, ff. de oper. liber. & l. cùm de indebi-
to. ff. de probatio. & l. quæ doris, ubi glo. & Bart.
ff. ſolut, matrim. Vnde fraudis ipſius, & doli eui-
dens elicitur coniectura. l. dolum. C. de dol. & c.
ueſtra, de cohabit. cleric. & mulier, Bart. Imol.
Pontan. Picus, & Alciat. in l. poſt contractum. ff.
de donatio. & Cæpol. in tract. de ſimul.contract.
inter alias coniecturas hanc quoque conſidera-
re ſolent, unde fraus & dolus præſumatur.

Quod autem ad ipſum Diomedem attinet, fa-
cilè probatur, & eius confeſsione in ſcripturam
redacta, atque ab eo & pluribus aliis teſtibus ſub-
ſcripta, eum ipſum planè ſciuiſſe Lucretiam ip-
12 ſam iam fuiſſe ipſius domini Iulii uxorem, † qua
quidem probatione cùm nulla maior excogitari
poſsit. l. prima. C. de confeſſ. & c. ultimo, eo. tit. &
l. proinde, ff. ad l. Aquil. docuit Lanfr. & Deci.
poſt ueteres in d.c. quoniam contrà, de probatio.
in uerbo confeſsiones, conſequens eſt, illum ipſum
reum conſtitui Cæſareæ conſtitutionis huiuſmo-
di crimina punientis. d.l. eum qui duas, & tot. tit.
C. ad l. Iul. de adult.

Præterea, cùm in eodem documento plures ſum
mas pecuniæ ipſi D. Iulio ſpoponderit, ut iuri ſibi
competenti in coniugio Lucretiæ renuntiaret, at-
que eo nomine fideiuſſorem daret, cùm lex quod-
libet aliud potius præſumat, quàm ut quis ſuum ius

iactet.d.l.Campanus,cum alijs ſuperius adductis,ad-
ducat ipſe Diomedes quæſo ratioẽ quomodo oſten
dere poſſet ſeſe ignoraſſe Lucretiam ipſam non fuiſ-
13 ſe alterius legitimam uxorem ? † Sanè cùm eo nomi
ne etiam quingentos aureos perſolueris ob turpem
cauſam, repetitioni locum non eſſe conſtat.l.ii.ff.de
cond. ob turp. cau.

14 Quod autem ad Iulium attinet, † cùm metu com
pulſus conſenſerit, tam impiæ conuentioni nullum
iuris uinculum producere poteſt,c.cùm dilectus,&
c. Abb.de eo quòd met.cau. & l.iſti. quidem.ff.eo.
ubi Docto. aduertunt. Præterea & neceſsitate ad-
ductus ob plures falsò inſtitutorum proceſſuum ex-
penſasio nullam turpitudinem incidiſſe cenſetur,
c.ſi.de fer. ubi glo.& Docto.& c. Odoardus, de ſo-
lutio. & l.i.ff.de off.eius, ubi glo. uerbo proficiſca-
tur, tametſi his quoque ceſſantibus cõuentionis ex-
ceptio illum nunc eccleſiam adeuntem, nullo modo
15 repellat, † quoniam ſemper principis authoritas à
quacunque humana conuentione excepta exiſtima-
tur, qui nullo pacto flagitiis & ſceleribus fomen-
tum præſtantes actus probat.c. uenientes, & c.quan
to, & c. quinta uallis, de iureiur. ubi omnes aduer-
16 tunt. & icciread lex ipſa improbat pactiones ipſas
delicta fouentes, ueluti politico fini repugnantes.l.
conuenire.ff.de pact.dotalib.& l.fin.C.de pact. & l.
ſi quis mihi bona.§. ſed utrum.ff. de acquir. hæred.
& l.ſtipul. quomodo concepta.ff. de uerbo.obligat.
& c.ne captandæ, de conceſſ. præben. cum aliis ad-
ductis à Dino, Alberico & recentioribus in c. non
eſt obligatoriam. de regul. iur. in vi.

Laus Deo.

Patauij, 13. Cal. Martii 1558.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filius ſpurius licèt de iure ciuili alendus non ſit,
nec eo quicquam relinqui poſſit, tamen ſecus eſt
de iure canonico. quod procedit etiam in terris
imperij.*
2 *Filius ſpurius ne dum ipſe alendus, aut ſpuria dotan-
da, ſed etiam & ipſorum filij. & eſt com.opin.*
3 *Teſtatoris diſpoſitio derogat legi.*
4 *Teſtatoris præſumitur intentio, quòd uoluerit minus
quàm poſſit grauare hæredem.*
5 *Filio ſpurio ſi fiat à patre legatum, an nihilomi-
nus petere poſſit alimenta ultra dictum legatum,
& per totum conſi.*
6 *Experientia rerum magiſtra.*
7 *Voluntas alicuius ex conſuetudine deprehenditur.*
8 *Amor nullus uincit paternum.*

CONSILIVM CXIX.

SANCTISSIMAE TRINITATIS
præſidio ex corde inuocato.

1 QVAMVIS † filius ſpurius à patre
uel eius hæredibus ſecundum Cæ
ſaris legem alendus non ſit, nec eo
nomine quidquam ei relinqui ua
leat, in auth. quib. mod. nat.effi.
in fi.& in auth.ex complexu.C.de
inceſt.nup.ubi Cin.Bart.Bal.Alber. Ang. Fulg. Sa-
lic.& Caſtr.aduertunt, Pontificio tamen iure aliud
cautum extat, nempe eis neceſſaria ſubminiſtranda
eſſe ſecundum modum paternæ facultatis.c.cum ha-
beret, de eo qui dux. quam per adult.pol.ubi. gloſ.
ultima aduertit, Hoſt.Ioan.And.But.Card.& Abb.
in.v.uerſi.ultimò not. & Bar.in dicta auth. ex com
plexu. C. de inceſt.nup. & in l.fi.C.de his quib. ut
indig. & l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg.ii. & l.fin.
§. ſi ſocero.ff. de his qui in frau.cred. cui ſanè di-
ſpoſitioni etiam in ditione Cæſaris ſtandum eſſe nõ
ambigitur, quippè quòd naturali æquitati nitatur,
ut Butr. & Abb. docuerunt in d.c. cùm haberet.nu.
v. uerſi. ultimò tenebis menti. & Imol.in l. ex facto
§. ſi quis rogatus.ff. ad S. C. T. & Alex. in l.i.ff. ſo-
luto.matr.nu. xviii.& ex facto reſponſum extat. Bal.
cõſi. ccccl vi.incip. Recolo.in v.uol.ubi loquitur de
ditione Ducis Mediolani. & Abb.cõſi.cxv.in ii.lo-
quitur in Repub.Senẽſi.non ſubiecta Eccleſię Rom.
& Alex.conſi.lxxiiii. in tertio. & Bal.nouel.in tract.
dot.in vi.parte priuil.16. ita concludit,plures addu-
cens.Ex quibus conſtat ipſi D. Guerino filio huiuſ-
modi Magnifici D. Leonelli unici Equitis ac nobilis
Taruiſini,alimẽta eſſe à patris hæredibus exhibenda
ſecundũ modum patrimonij & conditionẽ familiæ
illius.d.c.cum haberet,& l.ſi quis à liberis.ff.de lib.
agnoſ.Nec enim dubiũ eſt,quin onus huiuſmodi ad
hæredes ipſius Magnifici Equitis tranſeat.l. liber-
tis quos.§.i.ff.de ali. & cib. leg. & in l. ſi quis à libe-
ris.§. idem reſcriptum.ff. de lib. agnoſ. Bar. Alex. &
Claud.in l.iiii.§.Cato,q. vi.in fi.ff.de uerb.oblig. &
d.§.idem reſcriptum.
2 Quam † ſanè concluſionem Pontificii omnes in-
telligunt & ampliant,cũ legis diſpoſitio filiis huiuſ-
modi neceſſaria exhibenda eſſe decernat reſpectu ui
ctus atq; ueſtitus, non ſolùm filiorum, ſed & ex eis
& dictorum nepotum, & filiarum ipſarum, quod ad
dotem attinet illis ipſis conſtituendam.d.l. ſi quis à
liberis.§.nõ tantùm.ff.de lib.agnoſ.ubi glo. adducit
l. ſi filiam.§.i.ff.famil.erc. & Bar.docuit dicta auth.
ex complexu. & Bal. l. mater.C. de iur.dot.& Imol.
in d.l.Mæuius.§. duobus.ff. de leg.ii. quam ſenten-
tiam communem teſtatur Rui. in conſi.incip. Ieſu
Chriſti, cui ſubſcripſerunt Gozad. Hipp. Marſ. Ale
xan.Paul. & Camil.Adulf.
3 Et ſi diceretur, † ſpeciali diſpoſitione teſtatoris
& patris huic legiſlatoris decreto, ut generaliter fie-
ri ſolet, derogatum intelligi.l. fina.C. de pact.
conu. l. ſanctio legum. ff. de pœn. & l. in toto. ff.
de regul. iur. unde dici ſolet, quamdiu locus eſt
ſucceſ-

ſucceſsioni ex teſtamento, tamdiu xb inteſtato ſuccedi non poſſe. l. quamdiu. ff. de acqui. hære. & l. quã diu. ff. de reg. iur. & l. antequam. C. com. de ſucceſſ.

4 Idque potiſsimùm cùm dici conſueuerit,† teſtatorem ipſum minua quàm fieri poſsit, hæredem grauare uoluiſſe intelligi. l. apud Iulianum. §. Seio. & l. ſi ita ſcriptum ſit. ff. de leg. i. in fin. & l. ſi ita relictum fuerit, & l. unum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. ii. & l. nummis. ff. de leg. iii. & plura adducit Dec. in l. in obſcuris. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol.

5 Ex quibus† concludendum uideretur ultra legatum ei in paterno teſtamento nihil quidquam exhibendum eſſe, præſertim, cum ultra legatum 50. ducatorum caſu quo in dumo patris ſtare nolit, uel non poſsit, pro habitatione 12. aureos legauerit; ibi, & oltra li ducati 50. quibus uerbis omnem uiam ipſi filio præcluſiſſe uideatur quidquam ulterius petendi ſoluto legato annuo 50. ducatorum, & 12. aureorum pro ipſius habitatione. Bar. l. ſi tibi purè. ff. de leg. iii. & l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita ſcriptum, in prima oppoſitione. ff. de leg. I. & Pariſ. con ſi. cix. D. Bern. nu. xlvi. in tertio. & Soc. Iun. conſil. cvii. nu. viii. in tertio.

Oppoſitum uerius eſſe exiſtimo, quòd immo ipſi D. Guerino ultra legatum 50. ducatorum, alimenta quoque ſint exhibenda pro modo facultatum ipſius paternæ ſubſtantiæ. d. c. cum haberet, ubi Abb. d. nu. v. uerſ. ultimò tenebis menti, poſt Hoſt. & Butriũ, ex æquitate naturali hoc Pontificium legiſlatorem induxiſſe aduertit: quarè ſequitur, hominem ipſum non facilè facultatem habere rationẽ huiuſmodi deſtruendi. c. cùm inferior, de maio. & obed. & clem. ne Romani, de elect. in glo. In uer. colli, tradunt omnes in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. in prima concluſione primi mẽbri principalis diſtinctionis Abb. cùm in humanis actionibus facultas cauſæ efficientis actum ipſum perficiat. l. i. §. i. ff. de prec. & c. cum ſuper. de off. deleg. conſequens eſt, ꝙ ad hoc caput attinet, naturali ratione Pontificiam diſpoſitionem nitentem, non cenſeri ſublatam. Bar. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & alii ibid.

Quinimmo noluiſſe eundem teſtatorem hanc ipſam diſpoſitionem tollere, potius exiſtimari debet, cùm uerbis non expreſſerit. l. unica. §. ſin autem C. de cad. toll. & l. quidam cum. ff. de hær. inſti. quinimmo, cum iuris huiuſmodi diſpoſitione ſeſe conformare uoluiſſe, ut filio neceſſaria exhibeantur ultra legatum 50. aureorum, aliâs huic rei inſufficiens. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad S. C. T. ubi Bart. Cuma. Caſtr. Alex. nu. iiii. Soc. num. xxxv. Rip. lxxvii. lxxviii. & dixi In c. cauſam quæ, de reſcriptis, poſt Butr. Abb. Fel. Dec. & Bero. nu. i. & reſpondit Soc. iun. poſt ueteres, quos adducit conſi. xx. nu. vi. & conſi. xxix. nu. xi. & lxxii. nu. vii. & conſi. lxxviii. nu. xx.

Vlterius hunc ipſum teſtatorem, filium huiuſmodi ſecundum familiæ illius conditionem alendum eſſe intellexiſſe, ſiue domi manere uellet, ſiue non, ultra pecuniæ ſummam legatam, hinc facilè colligi poteſt, ꝙ idem magnificus Eques filium huiuſmodi erudiendum ad publica Gymnaſia deſtinauerit, & in Gymnaſio Bononienſi unà cum famulo honorificè aluerit, cui rei uix 100. aurei annui ſufficere poſ-

6 ſunt,† ut experientia docet rerum ipſarum magiſtra. c. cum ſit, de elect. in vi.

7 Vnde † ex conſuetudine magnifici Equitis uoluntas illius deprehendi legitimè poteſt. l. librorum. §. qui tamen Caſsius. & d. l. nummis. ff. de leg. iii. & l. ex facto. §. ſi qui rogatus. ii. ff. ad S. C. T. ubi Bar. Imol. Alex. & Rip.

Iuuat autem quòd Magnificus ipſe teſtator amplam habens facultatem etiam famulo legatum pau
8 lò minoris ſummæ reliquerit,† cùm tamen nullus cẽſeatur affectus ipſi paterno comparabilis. l. iſti quidem, in fi. ff. de eo quod met. cauſ. & l. fi. C. de cura fur. & l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. ubi Bal. Ful. & Cor. nu. i. & c. afferte, de præſumpt. Quamobrem ſequitur, teſtatorem diſpoſuiſſe intelligi, quod ueriſimiliter interrogatus reſpondiſſet. l. tale pactum. ff. de pact. ubi glo. Bar. Caſtr. Alber. & alii, & Soc. iun. poſt ueteres, quos adducit conſi. xxxix. nu. xl. & conſi. lxiii. nu. xxxi. & conſi. lxxix. nu. xvii. & conſil. lxxxv. nu. xxx. & conſi. c. nu. xi. & conſi. cxlv. nu. xxi. in tertio. Quòd ſi aliter interpretemur, filius huiuſmodi neceſſaria non habebit, ſecundum decretum Eccleſiæ naturali ratione munitum. d. c. cum haberet, quod à iuris ratione diſsidet, ut Bart. docuit d. auth. ex complexu, & Abb. d. conſi. cxv. in ſecundo cum aliis ſuperius adductis.

Non obſtat ſpecialis diſpoſitio ipſius teſtatoris; quia quod ad alimenta attinet ipſi filio præſtanda, nihil quidquam prohibuit: unde iuris diſpoſitioni potius ſeſe conformare uoluiſſe intelligitur. d. §. cũ ita, & l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. ubi glo. Bar. Bal. & Caſtr. num. iii.

Secundò non obſtat d. l. nummis, cum aliis ſuperiùs adductis; quia immo attenta conſuetudine teſtatoris, ipſius & conditione, & modo facultatum cenſeri debet, hæredes eatenus grauare uoluiſſe, quatenus iuris ipſius ratio ſuadet. d. c. cauſam quæ, & d. l. unica. C. de cad. toll. §. ſin autem ſub. idque potiſsimùm cum res hæc naturali ratione inſpecta, & ſanguinis cõiunctione pertractari debeat. d. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſ. cum aliis eiuſmodi. Laus Deo.

Patauij, nonis Aprilis 1558.

Portius Imolenſis.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Princeps poteſt cauſas appellatione remota delegare.*

2 *Appellatione remota ſi cauſa commiſſa fuerit, quòd duplex eius effectus ſit ſublatus.*

3 *Pontifex poteſt cauſas ſpirituales laicis delegare.*

4 *Excommunicandi facultatem poteſt ſummus Pontifex laicis concedere: & eſt comm. opin.*

5 *Cauſæ eccleſiaſticæ debent eccleſiaſtica dignitate conſtitutis delegari.*

6 *Princeps poteſt legibus derogare.*

7 *Animarum cura quàm maxima eſſe debet.*

8 *Interpretatio in peiorẽ partem fit ob ſalutem animarũ.*

9 *Matrimonium contractum cum impubere per uerba de præſenti, reſoluitur in ſponſalia de futuro. fall. tamẽ.*

10 *Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.*

11 *Veritas non debet eſſe in occulto.*

CONSILIVM CXX.

QVÆRITVR an Pontifex ipſe ſum
mus cauſam appellatione remota
delegare ualeat, Item, an coniugii
negotium laicis ipſis committere
poſsit?
Quod ad primũ attinet, reſpon-
1 deo, † ſummum Pontificem, & Cæſarem cauſas ipſas
appellationis ſublato remedio definiendas mandare
poſſe. c.i.de reſcrip.ibi, inquiſitioni ſuæ reſponde-
mus. & inde colligunt. Hoſt. Io. And. Aegid. Bal,
But. Card. Anch. Imol. Abb. Henr. Bohic. Barb. Fel,
Dec. & Bero. in primo notabili. & c. ſuper quæſtio-
num, de off. & pot. iud, delegati, §. ſi uerò. uerſi. quam
uis in commiſsione facta duobus. ubi Abb. nu. iii.
uerſ. item nota φ delegatus principis. & l, i. in fi. ff.
à quibus appellare non liceat. ibi, ut ſcin ſæpiſsime à
D. Marco iudices datos. Bar. Abb. & Imol, aduertũt,
uerſ. quædam non eſt defenſio inducta a iure ciuili,
2 & inferius uerſ. primus eſt effectus. † Quamobrem
inconcuſſa concluſio conſtitui ſolet, remota appel-
latione duplicem illius effectum ſublatum intelligi,
& ſuſpenſionis uirtutis ipſius ſententiæ, & deuolutæ
cognitionis ad ſuperiorem. Eatincta enim ea, inde
proficiſcentes effectus ſublati intelliguntur. c. cũ ceſ
ſante, de appellationibus. & c. & ſi Christus, de iure
iurando, & l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patronat. &
Abb. docuit in c. ad reprimẽdã, de off. ordinarii. n. a.
uerſ. ſed hoc domini nullo modo puto uerũ. & Io. ab
Imol. d. §. interdum, dicta l. i. à quibus appellare non
licet. uerſi. iiii. eſt effectus. & uerſ. v. & ſubſcribit De
cius in rubr. de appellationib, poſt Hoſt. & alios ue-
teres nu. v, uerſ. ii. principaliter q̃ritur. Quapropter
in hmõi caſibus ſi cõtingat appellari, conſequens eſt
ipſi appellationi non eſſe deferendũ. d. c. i. & d. c. ſup
q̃ſtionũ, in fine, & Speculator & Hoſ. in tit. de appell.
& Bern. rubr. cadẽ de appella. uerſ. φ tollatur. nu. iiii.
& ex facto reſpõſum extat: Alex. cõſi. lxavii. in 3. nu.
aii. ubi plures adducit, & conſi. cxvi. nu. aavi. aavii.
xxviii. eo. uol. & Dec. conſi. xlix. nu. ii. uerſ. v. & ult.
3 Ad ſecundum reſponden, † Pontificem ſummum
cauſas ipſas ſpirituales cuiuſcũq; cõditionis ipſis lai-
cis definiendas mandare poſſe. caſus eſt in c. Mennã.
ii. quæſt. iiii. & ibi gloſ. aduertit, Archid. & Gemi. &
idẽ docuit glo. in c. dilecti filij, de arbitris, ubi Abb.
Hoſt. & alii ueteres aduertunt, & glo. in §. i. av. queſt.
iii. & c. ſi quos, xaiii, queſt. iiii. & idem glo. in c. bene
quidem, in uerbo præter, acvi. diſtin. & in c. i. uerbo
4 præcipimus, aciiii. diſtin, & c, nullus, ai. quæſt. i. † nã
& facultas excõmunicandi ab ipſo ſummo Pontifice
laicis mandari poteſt, ut aduertit glo. in. §. uerũ, in
uerbo Ducibus. aaxii. diſtin. & hanc cõmunem ſen-
tentiam atteſtatur Dec. poſt glo. Hoſt. Anch. Imol.
& Abb. in c. ii. de iudiciis, nu. aiii. & Beroius in d. c. di
lecti filii, de arbitris, nu. xaavi. & in c. contingit. eo-
5 dem tit. nu. 8. nam cùm in c. ſtatutum, de reſcriptis in
vi. deciſum ſit, Eccleſiaſticas & ſpirituales cauſas ui-
ris tantùm in Eccleſiaſtica dignitate cõſtitutis dele-
6 gari poſſe, † dubium nemini eſſe debet, quin illi con-
ſtitutioni Pontificia auctoritate derogari poſsit. l.
eius eſt uelle. ff. de reg. iur. ubi Dec. & Cagnolus, &
c. i. de reg. iur. in antiquis, & glo, in. c. quòd tranſla-
tionẽ, in uerbo reſeruata, de off. legati, unde in praxi
Beroius, concludebat in reſcripto delegationis clau-
ſulã hanc ſubiici debere ex certa ſcientia & non ob-
ſtante. idem Bero. in d. c. dilecti filii, de arbitris. nu.
xxxvi. & d. c. contingit, nu. viii. ubi poſt Abb. Dec. &
alios, quos adducit, animaduertit, olim ſummi Pon-
tificis auctoritate Sereniſs. Venetiarum Ducem cõ-
ponendi mandatum habuiſſe contentiones & diſcor
dias inter Epiſcopos Feltrenſem, & Bellunenſem, &
Teruiſinos ciues, tametſi ſuper Eccleſiæ iuribus con
trouerteretur; quippe φ Pontifex ipſe delegationem
huiuſmodi faciendo, etiam cum fœmina diſpenſare
cenſetur, ut iuriſdictionis huius capax fiat, d. c. Men-
nam, cum aliis ſuperius adductis, ex quibus multò
fortius intelligi debet nemini eſſe dubitandum, quin
eiuſmodi Pontificia auctoritate excellentiſsimo con
ſilio Decem uirorum illuſtriſsimi Dominii Veneti
coniugii cauſam ſummus ipſe Pontifex mandare ua
leat, præſertim delicta ipſa & crimina temporalia cõ
nexa habentem, quia connexorũ ratio in toto iure
noſtro ſcindi non poteſt. c. P. & G. de off. & pot. iu-
di. delegati, ubi Abb. nu. v. & ipſe Feli, plures addu-
cit, & in c. ueniens, il ij. in de teſtibus.
Accedat ut id ſummus Pontifex facere debeat, ma
7 nifeſtum ipſarum animarum periculum, † quarum
ſanè ſalus cùm diuina auctoritate eius curæ mãdata
ſit, & Pontificis iuris præcipuus hic cenſeatur finis.
c. cum contingat, de iureiurando, ubi glo. magna in
uerbo ſed Canon, Arch. Imol. & Abb. & c. ut anima-
rum, de conſtitutionib, in vi. ubi Geminianus & Frã
cus, & omnes aduertunt in proœmio Gregoriano,
maximè Abb. nu. avi. ſanè conſueuit Apoſtolica ſe-
des ob huiuſmodi rationem à regulis iuris recede-
re, caſus eſt in c. conſilium, de obſeruatione ieiunii,
& in c. officii, de pœnitẽtiis, & remiſs. ubi oẽs colli-
gũt, & c. iuuenis, ubi Abb. in primo notabili de ſpon
ſalib. & in c. ad audientiã, il ij. de homicidio uolunta-
rio ſeu caſuali, ubi Maria. nu. v. aduertit ĩ dubio ob ſa
8 lutẽ animarũ, præſumi clericũ eſſe irregularẽ † & ideo
ob eandẽ rationẽ aduerſus regulas iuris fit interpre-
tatio in peiorẽ partẽ, c. ſi. de præſump. ubi glo. uerſi.
itẽ fallit fauore animæ, & Fel. nu. aiiii. & Anch. egre
giè reſpõdet in cõſi. lxaia. incipiente Prima facie. ex
quib. infertur, cũ coniugiũ ipſum etiã cũ impubere
cõtractũ carnali copula cõſummatũ ex cõſtitutione
diuinę legis profectũ exiſtimetur. c. ex publico, de cõ
uerſione cõiuga. ubi glo. in uerbo cõſummatũ. & ibi
Abb. poſt ueteres oẽs, & Hoſt. aduertit in ſumma de
deſpõſatione impuberũ, & eſt caſus in c. i. de deſpõſa
9 tione impuberũ, in vi. † ubi coniugiũ contractũ cum
impubere etiã per uerba de p̃ſenti, reſoluitur in ſpon
ſalis de futuro, niſi tamẽ ſecuta ſit carnalis copula, ut
tradunt ibi omnes, & in d. c. iuuenis, de ſponſalib. &
in c. ult. de ſponſa duorũ. quod cũ in p̃ſenti negotio
cõtigerit, cõſequẽs eſt, indiſſolubile cõiugium huiuſ
modi exiſtimari. c. quos Deus cõiũxit, xxaii. q. iii. &
d. c. ex publico, & c. ult. de ſponſa duorum. At, cùm
D. Iulius quod ad Deũ attinet, & Eccleſiã etiam ip-
ſam militantem, uerè ſit coniunx legitimus ipſius D.
Lucretiæ, & coniugiũ hoc indiſſolubile ſit, licèt a ne-
ceſsitte

ceſſitate cōpulſus hucuſq; tacuerit, quæ ſanè neceſſitas iuris diſpoſitioni nō ſubiacet. cap. Odoardus, de ſolutionibus, & in d.c. conſilium, de obſeruatione ieiunii. qui ſi interim ſit mortali peccato alligatus, eius uxori non adhærens, ipſa quoque miſera uxor
10 eodem uinculo detinetur, & ſpoliatos ipſe, † & plures alij propter conſenſum, uel cooperatiuum, uel auctoritatis, uel conniuentiæ, uel conſilij, eiuſdem delicti uinculo ſunt alligati. cap. i. de offi. & pot. iud. delegati. ubi gloſ. in uerbo pari pœna. Hoſti. Abb. Fel. & Dec. & Bero. colligunt, agentem & conſentientem pari pœna obnoxium cenſeri, quadruplicem conſenſum declarantes. & cùm in peccato mortali Euchariſtiam aſſumentes, iudicium ſibi manducant & bibunt, ut tradunt omnes in c. omnis utriuſque ſexus, de pœnitentiis & remiſſionib. & maximè Hoſtien. in ſumma de ſacramento Euchariſtiæ uel alteris, ſequitur, Pontificiam ſedem, ne tot animæ labantur, & æterni interitus detrimentum patiantur, hanc ipſam cauſam Excellētiſſimo, atque iuſtiſſimo
11 Decemuiratui Veneto delegare debere, † quia omnia potius tollerari debent, quam ut ueritas ipſa ſit in occulto. c. qui ſcandelizauerit, de reg. iur. in antiquis, ut tradunt ibi omnes, & in cap. quoniam contra, de probationib. in ii. & iii. notabili.

Portius Imolenſis.

C A S V S.

DVlcius teſtator in ſuo ultimo teſtamento inſtituit Broilum eius fratrem, necnon Franciſcum eius nepotem ex filio Petri alterius fratris teſtatoris, quem tamen teſtator appellat nepotem ſuum, ſed ut in arbore proponitur, dictus Franciſcus fuit filius Belini, qui fuit filius Petri fratris ipſius teſtatoris, & eos inſtituit per hæc uerba: In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus & immobilibus ubicunque conſtiterint, & eſſe reperiantur, dictus teſtator inſtituit hæredes uniuerſales ſer Broilum ipſius teſtatoris fratrem, & Franciſcum eius nepotem, eo modo & forma prout Broilus eius frater reliquit ipſum teſtatorem, & Franciſcum eius nepotem in ſuo ultimo teſtamento. hac conditione, quòd poſt mortem Broili eius fratris, dictus ſer Franciſcus ſit & eſſe debeat hæres de tota hæreditate ipſius teſtatoris, & quòd poſt mortem d. Franciſci non habentis filios, ſeu filias legitimos ſeu legitimas, dicta ſua hæreditas diuidatur & diuidi debeat illis perſonis, quibus de iure peruenerit de domo ipſius teſtatoris.

Mortuo teſtatore ex dicto teſtamento ſucceſſerunt ſibi dicti Broilus & Franciſcus; deinde moritur Broilus relictis quatuor filiabus & quibuſdam nepotibus ex eis, quæ filiæ & nepotes ex eis erant in rerum natura tēpore teſtamenti dicti teſtatoris, & poſt mortem Broili tota hæreditas præfati teſtatoris peruenit in dictum ſer Franciſcum. Mortuus eſt deinde dictus ſer Franciſcus nullis relictis deſcendentibus, ſed tantùm duabus ſororibus, quæ etiam tempore dicti teſtamenti erant in rerum natura.

Quæritur modò, an per prædicta uerba inducatur fideicōmiſſum, uigore cuius dictus Franciſcus poſt eius mortem ſit & cenſeatur grauatus reſtituere hæreditatem illis de domo teſtatoris, ad quos de iure peruenerit dicta hæreditas? Et an ad dictum fideicōmiſſum admittantur filiæ prædicti Broili fratris ante dicti teſtatoris, an uerò ſorores dicti Franciſci, quæ ſunt filiæ Belini nepotis ex fratre dicti teſtatoris?

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Verba in dubio ſunt ad perſonam teſtatoris referenda, non autem hæredis.*
2 *Verba illa, quòd hæreditas perueniat illis, quibus de iure &c. intelliguntur de iure ciuili ex cauſa inteſtati, non autem ex teſtamento ſiue ſucceſſione ex cauſa teſtamenti.*
3 *Verba de quibus modò dictum eſt, important fideicommiſſum.*
4 *Fideicommiſſum an inducatur per uerbum diuido, puta. ſi dicatur, quòd ſi morietur abſque filiis, bona diuidātur &c. prout de uerbo peruenio, dicitur.*
5 *Filius ſuccedit in locum patris in ſucceſſione legali, at ſecus in fideicommiſſis, & uidetur magis cōmu. opin. ſecundum aliquos, licèt auctor cōtra & de magis etiam comm. opin.*
6 *Fideicommiſſi in cauſa an inſpici debeat proximitas reſpectu perſonæ teſtatoris, an uerò reſpectu perſonæ grauati, ut intelligantur uocati proximiores in gradu ſuccedendi. & uide nu. 11. cum ſeq. & nu. 13. de communi & magis communi.*
7 *Fideicommiſſo in ipſo ſi plures uocati ſunt nomine collectiuo, quòd admittuntur gradatim ordine ſucceſſiuo.*
8 *Fideicommiſſum relictum familiæ in dubio uidetur potius relictū familiæ teſtatoris, quàm ipſius inſtituti.*
9 *Subſtitutione in uulgari attenditur proximitas teſtatoris, non autem hæredis, cui ſit ſubſtitutio.*
10 *Hæreditas dicitur antequam ſit addita, & non poſtea.*
12 *Teſtator, quando poſt mortem inſtituti ſeu ſubſtituti uocat proximiores de domo, quòd omnes ſunt uocati ordine ſucceſſiuo.*
14 *Fideicommiſſum familiæ ſeu agnationi ſi fuerit relictum, intelligitur, quòd omnes in diſpoſitione ſunt collectiuè uocati, & ſimul collectiuè cenſetur fideicommiſſum relictum.*
15 *Teſtator in dubio uidetur uelle ſe conformare cum diſpoſitione iuris.*
16 *Feudum ſi concedatur pro ſe & familia ſua, ſeu pro ſe & deſcendentibus, quòd omnes ſimul & collectiuè uocantur ad ipſum feudum, uerùm actum cenſetur quòd gradatim & ordine ſucceſſiuo ad feudū admittātur.*
17 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe & illis de familia ſeu domo, quòd uidetur actum ut inter ipſos ſit ſucceſſio gradatim & ordine ſucceſſiuo.*
18 *Hæreditas unita cum patrimonio hæredis tranſit ad hæredem hæredis. & nu. 21.*
19 *Hæres hæredis, teſtatoris eſt hæres.*
20 *Teſtator per fideicommiſſariam hæreditatem ſolùm diſponit de hæreditate ſua poſt aditam hæreditatem & poſt mortem inſtituti.*
21 *Hæreditas etiam dicitur poſt aditionem hæreditatis largo ſumpto uocabulo.*
22 *Pariſ. conſi. 83. lib. 2. reprobatur, licèt deinde declaretur quomodo procedat.*

23 *Teſtator an ſemper præſumatur, quòd habuerit maiorē affectionem erga illos, qui ſunt ſibi proximiores, q̄ erga proximiores grauati ſeu fideicommiſſarij.*

24 *Hæreditate non adita, illa ſpectat ad proximiores teſtatoris, non inſtituti hæredis.*

CONSILIVM CXXI.

CLEMENTISSIMI REDEMPTORIS Domini noſtri Ieſu Chriſti implorato præſidio.

ANTEQVAM deueniam ad reſolutionem præſentis concluſionis, pro maiori declaratione præmittenda ſunt quædam, quæ ſunt clara, nec poſſunt in dubium reuocari. Et primò, quòd illa uerba: Et poſt mortem Franciſci, non habentis filios, ſeu filias, dicta ſua hæreditas diuidatur &c. Intelligi debent de hæreditate ipſius teſtatoris, non autem de hæreditate ipſius Franciſci, cui fit ſubſtitutio; per
1 regulam iuris, quæ eſt, † quòd in dubio uerba ſunt referenda ad perſonam teſtatoris, non autem ad perſonam hæredis. l. cùm in teſtamento. ff. de aur. & argen. leg. & ibi Bar. & alij notant. Idem Bart. in l. ex facto, in principio. ff. ad Trebel. Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſth. l. ſi quis Titio, iuncta glo. in primo intellectu. ff. de uſuf. ac latiſſimè Curtius iun. conſi. ſuo v. Ita quòd illud uerbum hæreditas ſua, ea ponitur, idest, hæreditas ipſius teſtatoris, non autem ipſius Franciſci.

2 Secundò præmitto, † quòd illa uerba, quibus de iure peruenerit dicta hæreditas &c. intelliguntur de his ad quos dicta hæreditas de iure ciuili ex ſucceſſione ex cauſa inteſtati peruenerit, non autem de his ad quos hæreditas ipſa ex teſtamento ſeu ex ſucceſſione ex cauſa teſtamenti peruenerit. l. iii. §. de illo, ubi Bar. & alii notant. ff. pro ſoci. l. i. ff. de ſuis & legit. notatur in l. lege obuenire. ff. de uerb. & rerum ſignific.

Tertiò præmitto, q̄ omnia prædicta uerba ſimul iuncta, uidelicet, & poſt mortē Frāciſci nō habentis filios, ſeu filias, dicta ſua hæreditas diuidatur & diuidi debeat illis, ad quos de iure peruenerit de domo ipſius teſtatoris, important fideicōmiſſum poſt mortem Franciſci, in fauorem illorum de domo ipſius teſtatoris, qui eſſent proximiores in gradu ſucceſſionis ab inteſtato. † Quia, ut dictum fuit ſuprà, il-
3 lud uerbum de iure, intelligitur de iure ciuili ex cauſa inteſtati, uigore cuius fideicommiſſi dictus Franciſcus intelligitur grauatus poſt mortem reſtituere hæreditatem illis de domo, qui eſſent proximiores in gradu ſucceſſionis ab inteſtato, prout conſulendo determinat Pariſius conſi. lxxxiii. col. ii. in ſecundo. & licèt Pariſ. loquatur in caſu quando teſtator dixit, quòd poſt mortem inſtituti, & alterius nominatim ſubſtituti, quòd hæreditas ſua perueniat ad illos, ad quos de iure ſpectat & pertinet; & in caſu noſtro teſtator dixit; quòd hæreditas diuidatur illis, ad quos de iure peruenerit. & prima facie uideatur eſſe differentia inter unum caſum & alium; quia in caſu Pariſij uerba ſonant, quòd teſtator diſponit quòd hæreditas perueniat, & in caſu noſtro uerba ſonant ſolùm quòd diuidatur inter illos, ad quos de iure peruenerit, & ſic uidentur exigere quòd prius citra diſpoſitionem teſtatoris ad aliquos de domo ſua hæreditas perueniat, antequam deueniatur ad diuiſionem, quam uerba ſignificant: vnde non uidentur hæc uerba poſſe importare fideicommiſſum, prout important uerba de quibus in caſu, ſuper quo conſuluit Pariſius, quia iſta diuiſio, quam uerba ſignificant, per ſe non uidentur apta ad inducendum fideicommiſſum, ex quo circumſcripta qualibet diſpoſitione teſtatoris, ex ſola diſpoſitione iuris ciuilis debet fieri diuiſio inter illos hæredes, ad quos hæreditas peruenit, ut in tit. ff. & C. famil. erciſc. & quia ſi exigitur quòd prius ex diſpoſitione iuris ciuilis hæreditas teſtatoris ad aliquos de domo perueniat, ut uerba ſignificant, impoſſibile eſt quòd ad eoſdem eadem hæreditas amplius perueniat ex cauſa fideicommiſſi; quia una & eadem res non poteſt ad unum ex duplici cauſa lucratiua pertinere. l. Mæuius. §. duorum. ff. de leg. ii. l. omnes debitores. ff. de act. & obli. inſti. de legat. §. ſi res, attamen te uera non intereſt inter unum caſum & alium, & an uno modo uel alio locutus fuerit teſtator. † Illud enim uerbum di-
4 uidatur, non eſt minus aptum ad inducendum fideicommiſſum, quàm uerbum perueniat, ut latè per Bart. & alios in l. Centurio, per totam ſecundam quæſtionem principalem, & in ultima quæſtione. ff. de uulg. & pupil. & quia hæc uerba denotant mentem teſtatoris eſſe, quòd eius hæreditas perueniat ad illos de domo ſua; igitur ſunt apta ad fideicommiſſum. l. peto. §. frater, cum pluribus concordantibus. ff. de leg. ii. Et quia ſi dicta uerba non inducerent fideicommiſſum, forent omninò ſuperflua, contra l. ſi quando, in principio. ff. de leg. i. & c. ſi Papa, de priuil. in vi. illud autem uerbum, quibus de iure peruenerit, non debet accipi in illum ſenſum, quòd exigatur, ut prius actualiter ex cauſa inteſtati peruenerit; tùm quia hoc attento diſpoſitio teſtatoris nunquam haberet locum in caſu, quo dictus Franciſcus decederet teſtatus, ex quo in caſu iſto hæreditas ipſa actualiter non poſſet peruenire ex cauſa inteſtati ad aliquem. l. quandiu, la ſecunda ff. de acquir. hære. quod eſſet ualde abſurdum. Tum etiam, quia dicta diſpoſitio eſſet prorſus eluſoria, cùm non poſſet hæreditas pertinere amplius ex cauſa fideicommiſſi, illi ad quem actualiter perueniſſet ex cauſa inteſtati, ut ſtatim dictum fuit. Verùm accipi debent in illum ſenſum, ſcilicèt, quibus de iure peruenire, ſeu pertinere potuerit, prout etiam accipitur in caſu, quo dictum eſſet, quòd hæreditas perueniat ad eum, cui de iure ſpectat, & pertinet. Nam illud uerbum ſpectat & pertinet, accipitur in illum ſenſum, uidelicèt, ſpectare & pertinere poteſt, ut in caſu de quo per Pariſium in præallegato conſi. lxxxiii.

Quartò præmitto, quòd filiæ Broili fratris in gradu ſuccedendi ab inteſtato dicto teſtatori ſunt proximiores ſororibus Franciſci, Nam teſtator quò ad ipſas filias Broili eſt patruus, & ſic filiæ prædictæ

dictæ illi coninnguntur in tertio gradu: & quò ad ſorores Franciſci eſt patruus magnus, uidelicet frater aui ipſius Franciſci, & ſororum ſuarum, propterea dictæ ſorores ſolùm in quarto gradu coniunguntur dicto teſtatori. l. Iuriſconſultus. §. tertio, & §. quarto. ff. de gradi. Sed in gradu ſuccedendi ab inteſtato dicto Franciſco, cui facta fuit ſubſtitutio, ſorores ſuæ ſunt proximiores filiabus Broili, auth. ceſſante. C. de leg. here. §. reliquum. auth. de hæred. ab inteſt. ueni. Et ex hoc præmiſſo ſequitur, quòd ſi in huiuſmodi fideicommiſſaria ſubſtitutione intelligimus uocatos eſſe illos, qui in gradu ſuccedendi ab inteſtato eſſent proximiores teſtatori, concludendum utique foret, quòd filiæ Broili admitterentur excluſis ſororibus dicti Franciſci; quia ut dictū fuit ſuprà in gradu ſuccedēdi ab inteſtato teſtatori ſunt proximiores. Non enim dici poteſt quòd ex quo pater ipſarum ſororum erat coniunctus teſtatori in eodem tertio gradu, prout filiæ Broili, quòd id io dictæ ſorores tanquàm ſuccedentes in locum patris ſui, & eius perſonam repræſentantes, dicantur eſſe in eodē tertio gradu, iuxta tex. in §. cū filius. inſti. de hærrd. quæ ab inteſt. defe. & in d. §. reliquum. Quia duobus

5 modis reſpondetur. Et primò, † quòd licèt in ſucceſſione legali filius ſuccedat in locum & gradum patris, & eius perſonam repræſentet, tamen aliud uidetur eſſe in fideicommiſſis, de quibus agitur in caſu noſtro, ut concludunt Bald. & Cuma. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. ſecundo, reprobata opinione de qua per Gloſ. ibi. & uidetur magis communis opinio, ut atteſtatur Decius conſ. j. & conſi. cccc viii. In præſenti conſultatione, ad finem, & conſ. cccc xxii. Viſo eleganti, col. i. & ii. ſequuntur etiam plures alij Doctores relati per Pari. conſi. xxi. nu. xx. in tertio. Sed quia hęc prima ſolutio fortaſſe nō eſt tuta, tum quia iſta differentia inter ſucceſſionem legalem, & fideicommiſſa, fortè non poteſt adaptari ad caſum noſtrum, in quo teſtator dixit, quòd hæreditas diuidatur inter illos ad quos de iure peruenerit. quę uerba denotant mentem teſtatoris eſſe, quòd ex hoc fideicōmiſſo hæreditas deuolueretur ad eos, qui de iure ab inteſtato ſuccederent; & ſic quòd attendi debeat in huiuſmodi fideicommiſſo ordo ſucceſſionis legalis ab inteſtato: tum etiam, quia magis communis opin. uidetur eſſe, quòd nulla ſit differentia inter legalem ſucceſſionem & fideicommiſſa, ſed quòd in his caſibus in quibus in ſucceſſione legali filius ſuccedit in locum & gradum patris, & eius perſonā repręſentat, prout quando agitur de ſucceſſione aſcendentis uel de ſucceſsione patrui, in iiſdem caſibus, etiam in fideicommiſſis filius ſuccedit in locū & gradum patris, & eius perſonam repręſentat, ut dicebat Glo. in d. §. in fideicommiſſo. cuius opinionē dicit communiter approbatam Alex. conſi. lxxxviii. Quod cōcurrere debet, col. i. in 1. uol. & Soc. iunior conſi. c vi. nu. viii. in i. Propterea alio modo reſpondetur, quòd in caſu præſenti agitur, de ſuccedendo dicto teſtatori, qui quò ad iſtas ſorores dicti Franciſci eſt patruus magnus, & propterea non poſſunt ſuccedere in locum & gradum patris ſui, ueluti illū repræſentantem: quia quoties agitur de ſucceſsione patrui magni, uel alterius tranſuerſalis, qui non ſit patruus & frater patris, filius nunquàm ſuccedit in locum patris, nec eius perſonam repręſentat, nedum in ſucceſsione legali, ſed hominis, ut cōcludūt Bar. & alii in d. auth. ceſſante. C. de legi. hæred. Aug. in d. §. reliquum, & eſt caſus in §. igitur, uerſ. huiuſmodi uerò priuilegium, in auth. de hæred. ab inteſt. ueni. Si uerò intelligimus eſſe uocatos in huiuſmodi fideicommiſſaria ſubſtitutione proximiores in gradu ſuccedendi ab inteſtato dicto Franciſco, cui facta fuit dicta ſubſtitutio, concludendum foret omninò ſorores dicti Franciſci admittendas ad huiuſmodi fideicommiſſum, excluſis filiabus Broili tanquā remotioribus in gradu ſuccedendi ab inteſtato dicto Franciſco, ut patet. Ex prædictis apparet, reſolutio primi quęſiti. Nam apparet, quòd pdicta uerba ſunt apta ad inducendum fideicommiſſum, pro quod dictus Franciſcus intelligatur grauatus reſtituere hereditatem illis de domo teſtatoris, ad quos de iure dicta hęreditas perueniret, ut dictum fuit ſuprà in tertio pręmiſſo. Apparet etiam quòd tota reſolutio alterius dubii, uidelicet an ad dictum fideicommiſſum admittantur filiæ Broili, an uerò ſorores dicti Franciſci, conſiſtit in illo articulo, † an

6

in præſenti fideicommiſſo inſpici & attendi debeat proximitas reſpectu perſonæ teſtatoris, ut ſic intelligantur uocati, qui in gradu ſuccedendi ab teſtatori ſunt proximiores, an uerò inſpici & attendi debeat proximitas reſpectu perſonæ dicti Franciſci, cui facta fuit ſubſtitutio, ita ut intelligantur uocati proximiores in gradu ſuccedendi ab inteſtato dicto Franciſco, qui ut dictum fuit ſuprà in quarto & ultimo pręmiſſo. in primo caſu concludendum eſſet pro filiabus Broili, ſed in ſecundo caſu concludendum eſſet pro ipſis ſororibus.

Deueniendo igitur ad iſtū articulum, in quo (ut dixi) conſiſtit tota reſolutio pręſentis concluſionis, prima facie concludendum uidetur, quòd inſpici & attendi debeat proximitas reſpectu perſonæ ipſius teſtatoris, & quòd cenſeantur uocati proximiores ipſius teſtatoris, per plura.

Et primò, quia iſtud in terminis noſtris conſulēdo determinat Pariſ. in prææallegato conſ. lxxxiii. col. ii. in ii. ubi uult, quòd in huiuſmodi fideicommiſſo, in quo poſt inſtitutos, & alios nominatim ſubſtitutos uocantur illi, ad quos teſtatoris hæreditas de iure ſpectat & pertinet, cenſeantur uocati & admittantur proximiores ipſius teſtatoris.

7 Secundò, † quia etiam in eo fideicommiſſo in quo plures uocati ſunt ſub nomine collectiuo, admittuntur gradatim ordine ſucceſsiuo, iuxta tex. in d. l. cū ita. §. in fideicommiſſo, & in l. peto. §. frater. ff. de leg. ii. in l. fin. C. de uerb. ſign. inſpicitur & attenditur proximitas reſpectu perſonæ teſtatoris, non autem reſpectu illius ultimi defuncti grauati, ut concludunt plures Doctores, & præcipuè Iaſ. in conſi. i. & conſi. xlvi. & plures alii, quos ad longum refert Soc. iun. conſi. cxxvi. col. ii. & iii. in i. Et ultra Doctores per eum relatos eandem opinionem firmat Ripa in l. filiusfamilias. §. Diui, nu. xxxi. ff. de legat. i. Rui. conſ. calii. nu. xvi. in iii. Dominus Fabius de Eugubio in ſua repetitione. l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebel. & dominus Io. Antonius Alexandrinus in repeti. l. Gallus.

Gellus.§.quidam rectè.ff.de libe. & poſthu,unde qa
teſtator in caſu noſtro uidetur uocaſſe omnes de do-
mo ſub nomine collectiuo,ordine ſucceſſiuo, & gra
datim,prout ſunt proximiores,ut infrà dicetur,pro-
pterea ſequitur, attenta prædicta opinione, ut in-
ſpici & attendi debeat proximitas reſpectu perſonæ
teſtantis.

Tertiò,quia præſumitur teſtatorem habuiſſe ma-
iorem affectionem erga illos, qui ſibi ſunt proximio-
res,quàm erga illos qui ſunt proximiores illi,cui fa-
cta fuit ſubſtitutio.arg.l.ſi uiua matre.C.de bon.mat.
& eorum quæ notant Barto.& alii in l.hæredes mei.
§.cum ita.ff.ad Trebel.igitur ſequitur,quòd teſtator
præſumatur potius uocaſſe in eiuſmodi fideicõmiſ-
ſo eos,qui ſibi ſunt proximiores, quàm eos,qui ſunt
proximiores dicto Franciſco,cui facta fuit ſubſtitu-
tio; ex quo in interpretando ſubſtitutionẽ intuemur
& inſpicimus affectionem teſtatoris. l.qui liberis.§.
hæc uerba.ff.de uulg.& pup.ſubſt.l.ſi fuerit,in prin.
§.ſed ſi legatum.ff.de reb.dub.l.in conditionibus.in
princ.cum pluribus concordantibus. ff.de condit.&
demonſtr.Soc.in conſi.ccxlia.uol.iiii.& ſequenti in
ſecundo.Rip.in l.Lucius,nu.alix.ff.de uulg.ad quod
8 etiam facit,† quia fideicommiſſum relictum familiæ
in dubio uidetur potius relictum familiæ teſtatoris,
quàm familiæ ipſius inſtituti, ut cõcludit Bart.in d.
l.peto.§.fratre & nulla alia ratio eſſe poteſt, niſi il-
la,quia teſtator præſumitur habere maiorẽ affectio-
nem erga familiam ſuam, quę eſt ſibi magis cõiun-
cta,quàm erga familiam hęredis,quæ eſt minus cõ-
iuncta; & interpretamur teſtatorem ſenſiſſe de illa
familia,ad quam habet maiorem affectionem. Sic in
propoſito dicendum uidetur, quòd ex quo teſtator
præſumitur magis dilexiſſe illos,qui ſunt ſibi proxi-
miores in gradu ſuccedendi, quàm eos qui ſunt
proximiores hæredi inſtituto, cui facta fuit ſubſti-
tutio, interpretari debemus quòd in huiuſmodi fi-
deicommiſſo in quo uocauit proximiores, ſenſerit
potius de his, qui ſibi ſunt proximiores, quàm de
his qui ſunt proximiores dicto Franciſco, cui facta
fuit ſubſtitutio.

Quartò pro iſta opinione plurimùm ſtringit, q
in huiuſmodi ſubſtitutione fideicommiſſaria agitur
de ſuccedendo teſtatori, non autem illi, cui ſit facta
ſubſtitutio.l.cohæredi.§.cùm filię,ubi omnes notãt.
ff.de uulg.uerùm, cùm in ſucceſsione teſtatoris ſo-
leat attendi quis ſit illi proximior, non autem quis
ſit proximior alteri,igitur in fideicommiſſaria ſub-
ſtitutione iuxta ſubiectã materiam ſucceſsionis te-
ſtatoris,de qua agitur, attẽdi debet eadẽ proximitas
teſtatoris.argumento.l.inſulam. ff.de præſcr. uerb.
9 & l.ſi uno.ff.locat. Pro quo facit, † quia in uulgari
ſubſtitutione attenditur proximitas teſtatoris, non
autem hæredis,cui ſit ſubſtitutio, ea ſolùm ratione,
quia per uulgarem ſucceditur teſtatori,ut conclu-
dunt Bar.& communiter alii in l. Lucius. in ultima
q.ff.de uulg.ſubſ. Igitur in fideicommiſsis idem di
cendum eſt, ut attendatur proximitas teſtatoris; &
in dubio intelligantur uocati, qui ſunt illi proxi-
miores, & in illis ſit eadem ratio, quæ in uulgari,
cùm per fideicommiſſa ſuccedatur teſtatori, ut di-
ctum fuit.

Quintò etiam pro iſta opi. plurimùm facit, quia
hęc diſpoſitio loquitur, & intelligi debet de hęre-
ditate ipſius teſtatoris,et de his ad quos hęreditas ip
ſius teſtatoris de iure ex cauſa inteſtati debuiſſet p-
tinere, ut ſuprà dictum fuit in primo & ſecundo p-
miſſo.ex quo ſequitur,quòd illa uerba,& ad quos hæ
reditas ſua de iure peruenerit, intelligantur de his,
ad quos de iure ciuili ab inteſtato hæreditas teſtato-
ris perueniſſet,caſu quo non forent admiſsi Broilus
10 & Franciſcus hæredes inſtituti.† Nam, cùm hære-
ditas teſtatoris ſecundum propriam ſignificationem
dicatur ſolùm antequàm ſit adita.l.ſed ſi plures.§.fi-
lio.ff.de uulg.l.per hæreditariam,& quod ibi nota-
tur.ff.de acquir.rer.dom.l.hæres per ſeruum, ubi ẽt
notatur.ff.de acquir.poſſ.non poterit etiam ſecun-
dum propriam ſignificationem dici,quòd agatur de
hæreditate teſtatoris, niſi in caſu, quo ſit hæreditas
adita per inſtitutos.& ſic iſta diſpoſitio,per quã uo-
cantur illi,ad quos hęreditas teſtatoris peruenerit
iuxta propriam ſignificationem uenit intelligenda
de his,ad quos dicta hęreditas perueniſſet de iure ci-
uili, in caſu quo non fuiſſet adita per Broilũ & Frã-
ciſcum inſtitutos.& cùm in dicto caſu hæreditas p-
ueniſſet ſolùm ad proximiores teſtatoris, uidelicèt
ad filias Broili, non autẽ ad proximiores dicti Fran-
ciſci, propterea ſuccedit quòd ex propria ſignifica-
tione uerba prædicta comprehendant filias Broili
proximiores ipſius Franciſci, cui facta fuit ſubſti-
tutio.Hæc ſunt quæ in effectu urgere uidentur pro
hac opinione, quòd in hac ſubſtitutione fideicom-
miſſaria, inſpicienda ſit proximitas habito reſpectu
ad perſonam teſtatoris,non autem proximitas ipſius
Franciſci, cui facta fuit ſubſtitutio.Adduci quidem
poſſunt plura alia,quæ etiã adducuntur per Docto-
res,pro illa opi.quòd in fideicommiſſo relicto fami-
liæ attendatur proximitas reſpectu perſonæ teſtato-
ris, quæ tamen ea ratione non refero, q̃a leuia ſunt,
& quia ad illa patebit clara ſolutio ex reſolutione eo
rum,quæ ſuprà dicta ſunt.

11 Prędictis † tamen non obſtantibus uериſsimã ar-
bitror contrariam opinionem,uidelicèt quòd in hac
ſubſtitutione fideicommiſſaria inſpicienda ſit pro-
ximitas reſpectu perſonę ipſius Franciſci, cui facta
fuit ſubſtitutio, & quòd in ea intelligantur uocati
proximiores ipſius Franciſci,non autem proximio-
res ipſius teſtatoris. Et pro comprobatione huius
concluſionis, & reſolutione omnium, quæ adducta
ſunt ſuprà in contrarium, conſtituo tres concluſio-
nes, quæ ex infrà dicendis apparebunt ueræ & in-
dubitatæ; ita ut non poſsint amplius probabiliter in
dubium reuocari.

Prima concluſio eſt, quòd in eiuſmodi fideicom-
miſſo,in quo poſt mortem Franciſci non habentis
filios ſeu filias,teſtator uocat illos de domo,ad quos
hęreditas ſua de iure peruenerit, ſunt & cenſeri de-
bent uocati omnes de domo ipſius teſtatoris grada-
tim,& ordine ſucceſſiuo, prout ſi teſtator uocaſſet
familiam uel domum ſuam ſeu omnes de familia,
uel omnes de domo,& progenie ſua.l.cùm ita. §. in
fideicommiſſo.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ii.& l.fin.C.
de uerb.ſign.& ultra prędicta iura,eſt deciſio in ter-
minis Petri de Ancharano conſi.xxvi. Non ſeruãdo
ordinem

ordinem dubiorum.ubi in fortioribus terminis cō-
cludit,ꝙ licèt teſtator poſt mortē inſtituti nō expreſ
ſè uocaſſet oēs de domo, ſeu duos antiqniores de do
mo ſeu progenie ſua, ꝙ non ſolùm duo antiquiores
primi cenſeri debēt uocati,ſed etiam poſt eos duos,
alij duo ſeniores,& ſic in infinitum; ita ꝙ oēs de do
mo ordine ſucceſsiuo prout ſunt ſeniores,intelligun
12 tur uocati. † Eſt etiā deciſio in terminis Pariſij poſt
plures alios,quos refert in conſi.xxx.nu. lvij. & ſeq.
in ii.ubi concludit,quòd quando teſtator poſt mor-
tem inſtituti ſeu ſubſtituti uocat ꝓximiores de do-
mo, quòd omnes de domo ſint & intelligantur uo-
cati gradatim & ordine ſucceſsiuo,& hæc concluſio
non poteſt habere dubitationem.

Alia eſt concluſio,quòd in ſubſtitutione fideicō-
miſſaria,in qua omnes de familia ſeu domo uocantur
gradatim & ordine ſucceſsiuo,prout ſunt proximio-
res, ſemper attenditur & inſpicitur proximitas re-
ſpectu grauati,& illius cui fit ſubſtitutio, non autē
inſpicitur proximitas reſpectu perſonæ teſtatoris,
ita ut prius ex dicta ſubſtitutione admittantur pro-
ximiores illius grauati,cui facta fuit ſubſtitutio ex-
cluſis illis,qui ſunt proximiores teſtatoris.Hanc cō-
cluſionem firmat Soc.in l.ſi cognatia,in fi.ff.de reb.
dub.& in pluribus conſiliis,uidelicèt conſi.ccxlix.
Materia præſentis concluſionis, in ii.& conſil. lxxx.
col.vj.uerſ.aliquando,in iij.& conſi.lxxiij.Capien-
do primum,col.iiij.uol.iiij.Eandem opi.etiam Rui.
firmat poſt alios plures,quos refert in uariis conſiliis
uidelicèt conſ.cj.nume.xviij. & conſi.clxviij.nume.
viij.& conſi.clxxi.nume.xviij.& conſi.cxxxiij.num.
xviij.& conſi.cxxxvij.nume.xxv.& conſi. clxvij. per
13 totum conſilium in ij.uol. † Hanc eandem opi. fir-
mat & dicit communem Soc.iun.conſi.cxxvj.nume.
xxix. vſque ad finem conſilij, ubi enumeratis aucto-
ritatibus Doctorum pro utraque opi. demonſtrat ꝙ
Doctores magis communiter amplectuntur hanc
concluſionem,uidelicèt,quòd in huiuſmodi ſubſti-
tutione fideicommiſſaria attendatur proximitas re-
ſpectu perſonæ grauati,cui fit ſubſtitutio, non autē
reſpectu perſonæ ipſius teſtatoris.quam etiam con-
cluſionem idem Soci.ibi confirmat per plura urgē-
tia fundamenta, & reſpondet fundamentis contra-
riæ opinionis,cuius dicta non tranſcribo,quia apud
illum uideri poſſunt.Quam etiam concluſionem fir-
mat idem Soci.iuni.in pluribus aliis conſiliis, uide-
licèt in conſi.cxvi.nume.vi. & nume. xxv. & conſil.
cxxxiii.nume.xxvii.& conſi.cxxxv.num.iii.in i.uol.
Hanc eandem opinionem dicit ueriorem Pariſ.cōſi.
xl.nu.axxvii.in ij.Illam etiam ſequitur dominus Io.
Alexand.conſi.xxxvi.& xxxviii. Vbi etiam dicit in
iudicando non eſſe recedendum ab iſta concluſione:
quam etiam ſemper ſoleo ſequi legendo,& conſulē-
do.Quę concluſio ultra adducta per Doctores, pro-
batur ratione admodum concludenti.
14 † Clarum enim eſt,quòd in huiuſmodi fideicom-
miſſo,quod reliquitur familiæ ſeu agnationi, aut il-
lis de domo,ſeu familia,omnes de domo ſeu familia
collectiuę ſimul intelliguntur in diſpoſitione uoca-
ti,& omnibus de familia ſimul & collectiuę cenſetur
fideicommiſſum relictum,ut eſt caſus in d. l. peto. §.
fratre, ibi, in fideicommiſſo petitio familiæ compe-
tit.& ibi,omnes de familia fideicommiſſum petunt.
& in d.l.cum ita.§.in fideicommiſſo,ibi,fideicōmiſ-
ſum,quod familię relinquitur. & licèt quantùm ad
uerba ſimul omnes & collectiuè intelligantur uoca-
ti,& ſimul,& collectiuè omnibus cenſeatur relictū
fideicommiſſum,eo tantùm reſpectu quia omnes nō
ſunt in eodem gradu,lex non uoluit, quòd ſimul &
collectiuè admittantur ad fideicommiſſum, ſed ſolū
gradatim & ordine ſucceſsiuo,ita ꝙ inter illos de fa
milia in iſto fideicommiſſo ſit ſucceſsio,& gradatim
unus alteri in ipſo fideicommiſſo ſuccedat,ut eſt ca-
ſus in d.l.peto.§.fratre,& in d. §. in fideicommiſſo.
& in d.l.fi.ubi etiam omnes Doctores notant, & eſt
indubitatum.

Stante igitur hoc,quòd in huiuſmodi fideicom-
miſſo,quod relinquitur domui, ſeu familię ſit inter
illos de domo ſeu familia ſucceſsio,ita ut unus alteri
in ipſo fideicommiſſo ſuccedat,neceſſariò ſequitur,
quòd attendatur proximitas illius grauati,& qui ul-
timo loco obtinuit fideicommiſſum.Nam,cùm cir-
ca dictam ſucceſsionem,& quo ordine dicti de fami-
lia in ipſo fideicommiſſo ſibi ad inuicem ſuccedant,
nihil à teſtatore ſit diſpoſitum,ex quo in ſua diſpoſi-
tione uocat omnes collectiuè & ſimul,propterea ui-
detur uelle,quòd in ſucceſsione dicti fideicommiſsi
inter illos de familia ſeruetur is ordo, qui ex diſpo-
ſitione iuris ciuilis ſeruari ſolet in ſucceſsione inter
15 eos de dicta familia: † ex quo in dubio uidetur uel-
le ſe conformare cum diſpoſitione iuris, ut annotāt
Barto.Alex.Cuma. Ange.& Soc.in l.hæredes mei.§.
cum ita.ff.ad Trebel.idem Barto.in l. ut iuriſiuran-
di.§.ſi liberi.ff.de ope.liber.Et quia teſtator dum di-
ſponit de aliquo, circa quod extet diſpoſitio iuris
ciuilis,cenſetur ſe ad ius ciuile retuliſſe. l. talis ſcri-
ptura.ff.de leg.i.l.non rectè.C.de fideiuſſ. Cùm igi-
tur in ſucceſsione inter illos de familia ex diſpoſitio-
ne iuris ſeruetur is ordo, ut is qui ſit proximior de-
functo, cui ſucceditur,admittatur,ita etiam teſtator
uidetur uelle ut in huiuſce fideicommiſſo ſeruetur
idem ordo,ut qui ſit proximior illi ultimo defuncto
de familia,qui obtinuit fideicommiſſum, & cui in
ipſo fideicommiſſo ſucceditur, admittatur. & illud
multò magis procedit in caſu quo teſtator expreſsè
diſpoſuiſſet,quòd in ſucceſsione illius fideicommiſ-
ſi attendi debeat diſpoſitio iuris, prout contigit in
caſu noſtro; quia teſtator uoluit quòd admittantur
illi ad quos de iure peruenerit ipſa hæreditas. Nam
hoc caſu manifeſtè apparet, quòd teſtator uoluit ꝙ
in ſucceſsione huius fideicommiſsi ſeruetur is ordo,
qui de iure ciuili ſeruandus eſt in ſucceſsione inter
illos de familia.
16 Similiter † uidemus, quòd in inueſtitura feudi,
quam quis recepit pro ſe & familia ſua, ſeu pro ſe &
deſcendentibus ſuis,in qua omnes ſimul & collecti-
uè uocantur ad ipſum feudum, & omnibus ſimul &
collectiuè cōceditur,& tamen actum cenſetur quòd
gradatim,& ordine ſucceſsiuo ad feudum admittan-
tur; ita quòd in feudo ſit inter illos de ipſa familia
ſucceſsio,& unus alteri in ipſo feudo ſuccedat. quia
nihil dictum fuit circa iſtam ſucceſsionem, & quo
ordine ipſi de familia ad inuicem ſibi ſuccedant in
ipſo feudo,actum cenſetur,quòd in ſucceſsione dicti
feudi

conſi.xxi.ad finem in vj.& Soc.iun. conſi. cxvi. nu. xxxiii.in j.& eſt de mente omnium Doctorum in d. l.j.§.ueteres.ff.de acquir.poſſ.& in d. l. ſed ſi plures. §.filio.ff.de uulg.& pup·ſubſt.& iſtud multò magis dicendum eſt in caſu noſtro,in quo conſtat expreſsè quòd teſtator appellat hæreditatem ſuam etiam poſt aditionem,& poſt mortem ipſius Franciſci hęredis grauati, dum dicit quòd hæreditas ſua tunc temporis diuidatur,& poſt aditionem & mortem Broili alterius hæredis: dum dicit, quòd tunc tota hęreditas perueniat ad Franciſcum. Et quia manifeſtè patet, quòd teſtator in hac ſua fideicōmiſſaria ſubſtitutione diſponit & loquitur de hęreditate ſua poſt aditionem,& mortem Franciſci grauati,& quòd diſponit & loquitur de his, ad quos de iure in dicto caſu hæreditas ſua ſpectaret & pertineret.

Ex iſtis tribus concluſionibus ſequitur,quòd omninò in caſu noſtro attendi debeat proximitas ipſius Franciſci,ita quòd proximiores in gradu ſuccedendi ipſi Franciſco ex cauſa instituti, ſint & cenſeri debeant uocati in huiuſmodi fideicommiſſaria ſubſtitutione,non autem proximiores ipſius teſtatoris. Nam,cum clarum ſit,quòd omnes de domo teſtatoris gradatim prout ſunt proximiores, intelliguntur uocati; quia,(ut legitur in teſtamento) teſtator diſponit,quòd hæreditas diuidatur inter illos quibus de iure peruenerit de domo teſtatoris: & manifeſtè patet ex his,quæ dicta ſunt in prima concluſione. Vnde ſuccedit, quòd inſpici debet proximitas reſpectu perſonæ Franciſci,ex quo,ut dictum fuit ſuprà in ſecunda concluſione,communis & uera concluſio eſt, quòd attendatur proximitas grauati, non autem teſtatoris in eo fideicommiſſo,in quo omnes de familia gradatim & ordine ſucceſsiuo admittātur & quia etiam poſito quòd huiuſmodi ſubſtitutio fideicommiſſaria poſt mortem Franciſci intelligeretur limitata & reſtricta ad unum tantùm gradum, uidelicèt ad eos tantùm, ad quos primo loco poſſet hęreditas ipſa de iure peruenire,attamen quia ſumus in fideicommiſſaria ſubſtitutione, per quam diſponitur de hæreditate teſtatoris poſt aditionē & mortem Franciſci, illa uerba, quibus de iure peruenerit, ſolùm poſſunt ſignificare proxiores Franciſci, non autem proximiores teſtatoris, ut clarè demonſtratum fuit ſuprà in tertia concluſione.

Et ultra quòd ex uerborum ſignificatione & ex natura & qualitate ipſius ſubſtitutionis fideicōmiſſariæ,de qua agitur, manifeſtè colligitur,quòd inſpici debeat proximitas ipſius Franciſci grauati, concurrunt in caſu noſtro plures aliæ coniecturæ per quas manifeſtè colligitur,mentem teſtatoris fuiſſe, quòd attendatur proximitas Franciſci grauati, non autem proximitas ipſius teſtatoris. Conſiderandum enim eſt quòd teſtator prætulit ipſum Franciſcum non ſolùm filiabus Broili, ſed etiam filiis maſculis ipſius Broili,quia diſpoſuit quòd poſt mortē Broili ſimpliciter & abſolutè tota hęreditas perueniat in Franciſcum,& ſic in caſu etiam,quo extarent deſcēdentes maſculi ipſius Broili, cū tamen in gradu ſuccedēdi ab inteſtato ipſi teſtatori Franciſcus foret remotior, quia in quarto gradu, & filij Broili proximiores, quia in tertio. Conſiderandum etiam eſt q̄ idem teſtator prętulit filios & filias dicti Franciſci filiis & filiabus dicti Broili. Nam dum grauat Franciſcum poſt eius mortē ſub conditione, ſi non habuerit filios ſeu filias legitimos uel legitimas, apertè colligitur quòd filios & filias ipſius Franciſci prętulit quibuſcunque aliis de domo ipſius teſtatoris ſubſtitutis & uocatis in ipſo fideicommiſſo.l.Luciua la ii.& quod ibi notatur.ff.de hæred.inſtit. & ſic uidetur etiam præferre filiis & filiabus Broili, nō obſtante quòd eſſent proximiores dicti teſtatoris,& filij Franciſci forent remotiores. Vnde hac ratione, quia prætulit filios ſeu filias Franciſci,qui ſunt proximiores ipſi Franciſco grauato excluſis quibuſcūq; aliis proximioribus ipſius teſtatoris, apertè colligitur mentem teſtantis eſſe,quòd poſt mortem Franciſci eius hæreditas perueniat ad proximiores ipſius Franciſci,& quòd eius proximitas attendatur, non autem ad proximiores ipſius teſtatoris, & quòd ipſius proximitas non attendatur. Et ita in terminis ꝑ hanc coniecturam determinat Soci.conſi. xlix.in vj. col.& Soc.iun.dicto conſi.xxvi.nu.xxix.poſſent plura alia adduci ad comprobationem prædictæ cōcluſionis,ſed hæc ſufficiant.

Non obſtant modò ea quæ ſuprà adducta fuerunt pro contraria opinione,quia ad ea patet clara & ma-
22 nifeſta ſolutio ex prędictis. † Nam primò non obſtat deciſio Pariſij in d.conſi.lxxxiij. col. ij.in ti.uol, quia pluribus modis reſpondetur. Et primò quòd dicta deciſio non ſit uera, nec poſsit procedere in fideicommiſſaria ſubſtitutione, quia ut latius declaratum fuit ſuprà in tertia concluſione, licèt in caſu quo hæreditas non ſit adita, & ſic in caſu uulgaris, teſtator diſponat quòd hæreditas ſua perueniat ad eos ad quos de iure ſpectat & pertinet, dicta uerba ſolùm comprehendunt & ſignificant proximiores ipſius teſtatoris,tamen in caſu quo teſtator diſponit de hæreditate ſua in eos, ad quos de iure ſpectat & pertinet per ſubſtitutionē fideicōmiſſariā, & & ſic poſt aditam eius hæreditatem & poſt mortem grauati, dicta uerba comprehendunt. & ſignificant ſolùm proximiores ipſius grauati,non autem proximiores teſtatoris.

Secundò reſpondetur quòd dicta deciſio Pariſij loquitur ſolùm in caſu quo ſubſtitutio fuit limitata & reſtricta ad unicum tantùm gradum, uidelicèt ad eos ad quos primo loco hæreditas ſpectat, & pertinet,non autem loquitur in caſu quo ſubſtitutio extenditur ad omnes de familia,in qua gradatim & ordine ſucceſsiuo,(pro ut eſt caſus noſter) omnes ſunt uocati; quia,ut dictum ſuprà fuit in ſecunda concluſione, ſecundum magis communem & ueram opinionem Doctorum in hac ſubſtitutione attenditur proximitas grauati,non autem teſtatoris.

Tertiò reſpondetur quòd in caſu Pariſij non militant illæ coniecturæ,quæ militant in caſu noſtro, ꝑ quas colligitur manifeſtè mentem teſtatoris eſſe, q̄ attendatur proximitas Franciſci grauati, non autem ipſius teſtatoris,& admittātur proximiores eiuſdem Franciſci, non autem proximiores teſtatoris, ut dictum fuit ſuprà in ultimo fundamento.

Patet etiam ſolutio ad aliud ſecundum fundamētum,dum dicebatur, quòd in illo fideicommiſſo in quo

quo illi de familia uocantur gradatim & ordine ſucceſsiuo, attendatur proximitas teſtatoris, non autem grauati; quia ad illud tribus modis reſpondetur.

Et primò quòd contraria opinio, uidelicèt quòd attendatur proximitas reſpectu grauati in huiuſmodi fidei cõmiſſo, eſt magis cõmunis & uera, ut ſtatim dixi.

Secundò reſpondetur, quòd dicta opinio nõ poteſt aliquo modo procedere in caſu noſtro, in quo teſtator expreſsè diſpoſuit quòd hæreditas perueniat ad eos, ad quos de iure ſpectat, & pertinet. ex quo hæc uerba denotant mentem teſtatoris eſſe quòd circa ſucceſsionem ipſius fideicommiſsi inter ipſos de familia ſeruetur is ordo, qui ſeruandus eſt de iure ciuili in ſucceſsione inter illos de familia ex caſu inteſtati, & proptereà quòd ſuccedant in illo fideicommiſſo proximiores illius grauati, ut latius dictũ fuit ſuprà in ſecunda concluſione.

Tertiò reſpondetur, quòd etiam non poteſt procedere dicta opinio quòd attendatur proximitas teſtatoris in caſu, quo militent illę coniecturę quę militant in caſu noſtro, & per quas demonſtratur mentem teſtatoris eſſe quòd prius admittant proximiores grauati, uidelicèt ipſius Franciſci, non autem proximiores ipſius teſtatoris, ut ſuprà dictum fuit.

23 Ad tertium, † quòd teſtator præſumatur habere maiorem affectionem erga illos, qui ſibi ſunt proximiores, magis quàm erga illos, qui ſunt proximiores Franciſco; & quòd ideo præſumatur potius noluiſſe quòd admittantur ad fideicommiſſum proximiores ſui, quàm proximiores Franciſci, pluribus etiam modis reſpondetur: quòd iſtud argumentum procedit ubi ex diſpoſitione iuris communis hæreditas, & ſucceſsio de qua diſponitur, perueniret ad proximiores teſtantis; quia tunc cenſetur habere maiorem affectionem in ipſo fideicommiſſo erga illos, quàm erga alios. & in his terminis loquuntur Bar. & alij in d.l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. ſecus in quo caſu hæreditas & ſucceſsio, de qua diſponitur, pertineret ex diſpoſitione iuris communis, non ad proximiores teſtatoris, ſed ad proximiores ipſius grauati; quia tunc, ut uideatur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis cẽſetur in ea diſpoſitione ſeu ſubſtitutione habuiſſe maiorem affectionem erga proximiores grauati, & illos præferre, quàm erga proximiores ipſius teſtatoris, ut concludunt Bart. Ange. Cuma. Alex. & Soc. & communiter alii in d.l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. quod multò magis procedit in caſu noſtro, in quo teſtator expreſsè diſpoſuit, quòd in huiuſmodi ſubſtitutione attendatur is ordo, qui de iure communi ſeruandus eſt in ſucceſsione inteſtati, dum diſponit quòd diuideretur hæreditas inter illos ad quos de iure peruenerit; unde cùm teſtator diſpoſuerit de hæreditate poſt aditionem & mortem Franciſci grauati, quo caſu de iure communi ex cauſa inteſtati ſpectat, & pertinet ad proximiores ipſius Franciſci, non autem ad proximiores ipſius teſtatoris, proptereà ut cẽſeatur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, præſumptio ſumi debet, quòd in nouo fideicommiſſo habuerit maiorem affectionem erga proximiores Frãciſci, & quòd illos uoluerit cæteris præferre.

Prætereà, & ſecundò reſpondetur, quòd prædictũ argumentum non procedit in eo fideicommiſſo, in quo plures gradatim eo ordine ſucceſsiuo admittũtur, quia in huiuſmodi fideicommiſſo non præſumitur teſtatorem uoluiſſe preferre proximiores ſuos proximioribus illis grauati, nec quòd habuerit maiorem affectionem erga proximiores ſuos, ſed magis eſt contrà, quòd habeat maiorem affectionem erga proximiores grauati, & quòd illos uelit præferre; quoniam eum uelit iſtos admitti ordine ſucceſsiuo nec diſponit quo ordine debeant inter ſe ſuccedere in ipſo fideicommiſſo, præſumptio eſt, quòd uelit ſeruari in ſucceſsione huius fideicommiſsi eundem ordinem, qui ex diſpoſitione iuris ciuilis ſeruatur, ut latius dictum fuit ſuprà in ſecunda concluſione.

Tertiò reſpondetur, quòd dictum argumentum ceſſat in caſu noſtro, in quo uerba ſunt clara, quæ ex propria ſui ſignificatione comprehendũt ſolùm coniunctos ipſius Franciſci, non autem coniunctos teſtatoris, ut latiſsimè dictum fuit ſuprà in tertia concluſione, à quibus uerbis non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iii. per quod etiã tollitur illud, quod dicebatur quòd teſtator relinquẽdo, in dubio uidebatur cẽſuiſſe de familia ſua, non autem de familia hæredis, ut per Bar. in d.l. Peto. §. fratre. ff. de leg. ii. quia illud procedit ex quo nulla coniectura militat in contrarium, & uerba non minus conueniunt familiæ teſtatoris, quàm familiæ hæredum; ſecus autem eſt in caſu noſtro in quo uerba non conueniunt proximioribus ipſius teſtatoris, ſed ſolùm proximioribus ipſius Franciſci hæredis, quia poſt aditam hæreditatem, & poſt mortem Franciſci hæreditas teſtatoris de iure ciuili pertinet ad proximiores Franciſci, eſt etiam illa coniectura, quia uoluit inter ipſos de domo ſua attendi ordinem ſucceſsiuum, per quod denotatur, mentem eius eſſe quòd attẽdatur is ordo, qui ſeruatur de iure communi in ſucceſsione inteſtati inter ipſos de domo, ſecundum quem præferuntur coniuncti ipſius Franciſci, ut ſuprà fuit declaratum: qui ordo ſucceſsiuus non attenditur in caſu de quo per Bar. in d.l. peto. §. frater, inter familiam teſtatoris, & familiam hæredis, cum ſint diuerſę familiæ, & uni tantùm relictum fuerit.

Ad quartum, quòd in huiuſmodi ſubſtitutione fideicommiſſaria agitur de ſuccedendo teſtatori. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de uulg. & proptereà quòd debeat attendi iuxta ſubiectam materiam proximitas teſtatoris, pro ut etiam diximus in uulgari, quia in illa attẽditur proximitas teſtatoris, & per illam ſucceditur teſtatori. pro ſolutione eſt aduertendum, quòd in fideicommiſſaria in qua plures ordine ſucceſsiuo uocantur, agitur de duplici ſucceſsione, una uidelicèt per quam ſuccedant dicto teſtatori uti eius hæredes; alia eſt per quã unus de familia alteri ſuccedat, non uti hæres alterius de familia, ſed ueluti ſucceſſor in illo fideicommiſſo; quemadmodum. n. dicimus quòd fideicommiſſarius & ſi ſuccedat teſtatori uti eius hæres, dicto. §. cum filię, dicitur tamen etiam ſuccedere hæredi grauato, non tanquàm hæres ipſius grauati, ſed tanquàm illi, qui in eius locum ſuccedit in hęreditate teſtatoris. l. poſtulanti. in uerbo heredis loco. ff. ad Treb. ibi, nam & quę damno dò, &c.

dò, &c. Et quemadmodum agnatus dicitur ſuccedere alteri agnato in ſeudo, non uti hæres ipſius agnati, ſed tanquam ſucceſſor ipſius in dicto feudo in quantum conſequitur illud ſeudum, quod agnatus ipſe prius habebat, ut in cap.i.de ſucceſſ.feud.in uſibus feudorum, & pro ut in quacunque alia re quis dicitur ſuccedere in lucum alterius, quatenus illo ceſſante, qui ipſam habebat, alter in eius loco ipſam conſequitur; ita quòd ubi grauatus aſſecutus fuit hæreditatem teſtatoris, fideicommiſſarius, qui uocatur poſt eius mortem dicitur etiam ſuccedere in hæreditate ipſius teſtatoris dicto hæredi, in quantùm loco ipſius hæredis, qui prius habebat illam hæreditatem, ipſam aſſequitur. modò in propoſitum, & ſi per iſtam fideicommiſſariam ſuccedatur teſtatori, eo reſpectu, quia fideicommiſſarius efficitur hæres teſtatoris, quia tamen non agitur in hac fideicommiſſaria ſubſtitutione, ut ſuccedatur teſtatori directò, & immediatè, ſed in conſequentiam eius, quia ſucceditur in eius hæreditate in locum ipſius grauati, qui illum obtinuit, ſequitur quòd non agitur in hac fideicommiſſaria ſubſtitutione de directa & immediata ſucceſsione in hæreditate teſtatoris, ſed ſolùm de mediata, quæ reſultat in conſequentiam eius, quia ſucceditur in locum illius, qui illam obtinuit. ex hoc ſequitur reſolutio ad argumentum ſuprà factum in contrarium, nam dum dicebatur, quòd iuxta ſubiectam materiam ſucceſsionis teſtatoris attendi debeat eius proximitas, reſpondetur quòd iſtud procedit, quando agitur de directa, & immediata ſucceſsione teſtatoris antequam eius hæreditas alteri ſit quæſita, quoniam tunc uerum eſt quod ex diſpoſitione iuris eius hæreditas ad ſuos proximiores perueniret, ac ſi inſpiceretur proximitas teſtatoris; ſed non procedit in illa ſucceſsione teſtatoris quæ non eſt directa, neque immediata, ſed ſolùm reſultat in conſequentiam eius, quod ſucceditur in locum illius, qui illam hæreditatem obtinuit; quia in caſu iſto inſpicienda foret proximitas illius, qui hæreditatem ipſius teſtatoris obtinuit, ex quo per iuris ciuilis diſpoſitionem poſt eius mortem dicta hæreditas teſtatoris pertineret ad proximiores iſtius, qui dictam hæreditatem obtinuit, non autem ad proximiores teſtatoris. l. ſi quis filium. §. fin. ff. de acquiren. hæredit. l. i. ii. & iii. ff. de pet. hæred. cum aliis concordantibus, de quibus ſuprà tertia concluſione. & hanc ſolutionem licèt ita expreſsè non declaret, ſenſit Soc. iunior in dicto conſilio cxxvi. nume. alia. & ſequen. quod abſque dubio procedit in caſu, quando plures de familia admittuntur ordine ſucceſsiuo; nam dum conſtat quòd teſtator uoluit quòd poſt mortem exiſtentis in primo gradu; & qui obtinuit hæreditatem, alius ſequens in eius locum ſuccedat in dicta hæreditate, apertè colligitur quòd noluit ſuccedi ſibi in illa hæreditate per illum exiſtentem in ſecundo gradu mediatè, & in conſequentiam, dum ſuccedit in locum illius primi, non autem quòd ſibi directò & immediatè ſuccedat. & dum non diſponit quo ordine unus de familia ſuccedat in locum alterius, qui obtinuiſſet ipſam hæreditatem, præſumitur quòd uelit in hac ſucceſſione, per quam unus de familia ſuccedit in locum alterius, quòd ſeruari debeat ordo, qui ex diſpoſitione iuris ciuilis ſeruari ſolet in ſucceſsione inter ipſos de familia, ut latius dictum fuit ſuprà in ſecunda concluſione. & tantò magis quia in caſu noſtro uerba teſtatoris ſignificant, quòd hæreditas teſtatoris diuidatur poſt mortem Franciſci inter illos ad quos de iure poſt aditam hæreditatem, & poſt mortem Franciſci perueniret; & propterea denotant mentem teſtantis eſſe, quòd attendatur proximitas ipſius Franciſci; quia in dicto caſu de iure ciuili ad ipſius Franciſci proximiores hæreditas perueniret, quæ etiam uoluntas teſtatoris, uidelicèt quòd attendatur proximitas ipſius Franciſci colligitur ex pluribus aliis coniecturis, ut ſuprà fuit demonſtratum.

Nec obſtat ſimile de uulgari ſubſtitutione, quia ſolutio patet ex his, quæ ſtatim dixi, & etiam ex his quæ dicta ſunt ſuprà in dicta tertia concluſione. nam, quoniam per uulgarem diſponitur de hæreditate teſtatoris antequam ſit adita, & alteri quæſita, ſequitur, quòd in ea tractetur de directa & immediata ſucceſsione ipſius teſtatoris; quoniam ſubſtitutus uulgaris non adita hæreditate per inſtitutum directò & immediatè ſuccedit ipſi teſtatori abſque eo quòd dicatur ſuccedere in locum ipſius inſtituti; quia inſtitutus illam non obtinuit. l. i. ff. de uulg. l. poſt aduam. C. de impub. & aliis ſubſtit. Et ideò non debet attendi proximitas teſtatoris,
24 † quia in caſu non aditæ hæreditatis per inſtitutum, eius hæreditas perueniret ad proximiores ipſius teſtatoris, non autem ad proximiores inſtituti. l. i. §. in nouiſsimo. C. de cad. toll. cum infinitis concordantibus. & illa uerba ad quos de iure hæreditas ſpectat, & pertinet, in caſu uulgaris ſolùm ſignificant proximiores teſtatoris, non autem proximiores ipſius inſtituti, ut dictum fuit ſuprà in tertia concluſione, ſed ſecus eſt in fideicommiſſaria ſubſtitutione. quia per illam diſponitur de hæreditate poſtquam fuerit adita per grauatum, & poſt eius mortem, & propterea tractatur de ſucceſsione teſtatoris, quæ reſultat mediatè & in conſequentiam, quia ſucceditur in locum illius inſtituti grauati, & propterea inſpici debet proximitas ipſius grauati, ex quo (ut ſæpiſſimè ſuprà dictum fuit) in caſu iſto hæreditas teſtatoris ex diſpoſitione iuris pertinet ad proximiores ipſius grauati, & prædicta uerba, ad quos hæreditas ſpectat & pertinet, in caſu prædicto ſolùm ſignificant proximiores grauati, non autem teſtatoris.

Ad ultimum, quòd ex quo iſta diſpoſitio loquitur de hæreditate teſtatoris, & de his ad quos dicta hæreditas de iure ſpectat, & hæreditas dicatur ſecundum propriam ſignificationem, antequam ſit adita, quòd propterea uerba huius diſpoſitionis intelligenda ſint de his, ad quos hæreditas teſtatoris ex diſpoſitione iuris ciuilis in caſu quo non eſſet adita, ſpectat & pertinet, fuit ſuprà reſponſum in tertia concluſione, ubi dictum fuit, quòd hæreditas etiam poſtquam fuit

adita, dicitur, & quòd expreſsè conſtat, quòd teſtator apertè appellat ſuam hæreditatem poſt mortem Franciſci, & quòd loquitur & deponit de his, ad quos hæreditas ipſa poſtquam fuerit adita per ipſum Franciſcum, & poſt eius mortem ſpectat & pertinet, & dicta uerba ſignificare ſolummodò proximiores ipſius Franciſci hæredis inſtituti, & grauati.

Ex quibus omnibus liquidò apparet quòd concluſio ſuprà facta, eſt uera, & prorſus indubitata, uidelicèt quòd in præſenti ſubſtitutione fideicommiſſaria inſpici debet proximitas ipſius Franciſci, non autem proximitas ipſius teſtatoris; & propterea quòd admittantur ſorores ipſius Franciſci excluſis filiabus dicti Broili.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Verba iſta: Et poſt mortem hæredis non habentis filios, hæreditas diuidatur illis, quibus de iure &c. quòd inducunt fideicommiſſum.*
2 *Subſtitutio compendioſa inducitur per uerba: Si deceſſerit, uel poſt mortem talis &c.*
3 *Subſtitutio compendioſa continet uulgarem & fideicommiſſariam.*
4 *Subſtitutio compendioſa, adita hæreditate reſoluitur in fideicommiſſariam.*
5 *Clauſula codicillaris operatur, quòd uerba directa trahantur ad fideicommiſſum.*
6 *Fideicommiſſo non cenſentur uocati proximiores ipſius teſtatoris, ſed hæredis grauati. & eſt comm. opin.*
7 *Iaſ conſi. clix. uol. iiij. & Dec. conſi. i. & 546. necnon & Pariſ. conſi. lxxxiij. lib. ij. declarantur.*
8 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem.*
9 *Subſtitutio uulgaris expreſſa tollit ſuitatem. & eſt magis com. opin. non ſic tacita.*
10 *Conditio expreſſa à teſtatore impedit tranſmiſſionem, ſecus uerò tacita.*
11 *Clauſula codicillaris quòd ſit concepta per uerba præſentis temporis, uel futuri multùm refert.*
12 *Voluntas tacita non ita conſideratur ſicut expreſſa.*
13 *Gradu remotior quando iudicatur dilectus proximiori.*

CONSILIVM CXXII.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

IVRIDICAM ac rationi conſonam arbitror ſententiam clariſsimi D Hieronymi Tornielli conſulentis, & quanquam adeò copioſè, eleganter & ſubtiliter omnia per eum excuſſa fuerint, ut nulli ſit locus additionis, ne tamen ſecundum Gaium illotis manibus pertranſiiſſe uidear, deducam & ego aliqua pro corroboratione concluſionis per ſuam Excellentiam formatæ.

Et primò in quantùm in tertio præmiſſo conclu-
dit, illos de domo ultimo loco uocatos, per illa uer-
ba: Et poſt mortem Franciſci eius nepotis non ha-
bentis filios ſeu filias, legitimos, uel legitimas, dicta
ſua hæreditas diuidatur illis perſonis, quibus de iure
peruenerit de domo ipſius teſtatoris, cenſeri uoca-
tos per fideicommiſſum collectiuè, nulla uidetur du-
bitatio. Nam ultra per eum dicta, clarum eſt, quòd iſta
1 uerba:† Et poſt mortem dicti Franciſci &c. inducũt
ſubſtitutionem compendioſam, ut declarat Bar. in l.
Centurio, de uulg. & pupi. nu. ia. & nu. xxvi. uerſi.
Tertia fuit opinio, & probat tex. ipſe in d. l. Centu-
rio, & in l. precibus, de uulg. & pupil. ubi omnes ſcri
2 bentes concludunt,† compendioſam induci per iſta
uerba, ſi talis diſceſſerit, uel poſt mortem talis, & ſic,
ubi in conditione ſubſtitutionis facta eſt mentio
mortis, quæ dicitur, ut ipſi dicunt, habere tractum
ſucceſsiuum, ut ſemper quis mori poſsit. l. i. ff. de con
3 dit. inſtit.† & quòd ſubſtitutio facta poſt mortem alicu
ius dicatur compendioſa, quæ continet uulgarem &
fideicommiſſariam, tenuit glo. magna, & poſt eam
Paul. Ful. & Alex. ibi in l. in teſtamento. C. de teſta.
mil. Ang. conſ. cxxv. Incip. Subſtitutiones dictorum,
Dec. cõſi. dlxxii. In caſu propoſito, iii. uol. Quo ſtan
4 te,† cum talis ſubſtitutio ſit compendioſa, adita hæ-
reditate, prout in caſu noſtro præſuponitur eam adi-
tam fuiſſe per q. Frãciſcum nepotem, ſeu uerius pro-
nepotem, cùm uulgaris amplius locum habere non
poſsit, reſoluitur in fideicommiſſariam tantùm, atq;
ideo hoc caſu idẽ iudicatur ac ſi fuiſſet expreſſè fidei
cõmiſſaria, ita declarat Bart. in l. hæredes mei. §. cum
ita, col. ult. circa fi. ff. ad Trebell. Alex. conſi. i. Per-
5 ſpectis, col. pen. uol. i. † & præcipuè ſtante clauſula
codicillari, quæ extat in caſu noſtro, quæ operatur,
quòd immo etiam uerba directa trahuntur ad fideicom
miſſum, ut not. Bal. in l. uerbis ciuilibus. de uulga. &
pupill. & Petr. de Anch. conſi. xxvii. Non ſeruato or
dine, in ii. dubio. Soci. conſi. xii. in tertio dubio, uol.
iii. Dec. conſi. ccccaxxi. Et pro tenui, nu. viii. uol. iii.
& Pau. & Curt. iun. cõſi. xlviii. Præſupponitur, col.
vi. uerſi. nec obſtat ſi quiſquã. atq; eò magis præmiſ
ſa concluſio procedit in caſu noſtro, in quo ſunt uo-
cati generaliter omnes de domo, qui etiam potuerũt
nõ eſſe nati tempore uitæ teſtatoris, ideo neceſſe eſt
ipſos per fideicommiſſum uocatos, ut omnes etiam
non nati uocati intelligantur; aliter enim quàm per
fideicommiſſum uocati cenſeri non poſſunt, ut pul
chrè conſiderat & declarat Bal. conſi. cccv. Non eſt
dubium, uol. iii.
6 Quò † uerò ad principalem difficultatem, in qua
tota uis præſentis conſultationis conſiſtit, an. ſ. cen-
ſeantur uocati proximiores ipſi teſtatori, uel proxi-
miores ipſi Franciſco grauato? puto etiam iuridicè
concluſum, quòd in caſu noſtro proximiores grauati ad
mittantur, non autem proximiores teſtatoris: quia
ita eſt communis concluſio, à qua non eſt receden-
dendum; præſertim in terminis noſtris, quando plu
res ſunt uocati ordine ſucceſsiuo, ut concludunt ma
ximæ authoritatis iuriſconſulti tam legentes quàm
de facto reſpondentes relati & adducti per D. conſu
lentẽ ſuprà. ultrà quos adduco etiã Gozad. idẽ cõſu-
lentẽ cõſ. iiii. incip. Prima facie. nu. xvi. xvii. & Aymo

Crauet.

Crauet.conſi.lavii.iocip.Vltra per me.nu.v.uerſi.&
in terminis,i.uol.qui in facto ut per eos,cõcludũt,ꝙ
in ſimili fideicommiſſo. conſiderando perſonam te-
ſtatoris, filius de iure intraret locũ patris, putà, quia
ille teſtator eſſet auus uel patruus; ſed conſiderao-
do perſooam grauati, non intraret locum patris, &
ſic è contrà, quia io ſimilibus attenditur perſona
grauati ad iudicandum proximitatem nõ teſtatoris.

Pro reſolutione autem contrariorum,& corũ quę
deducuntur per eos, qui contrarium conſuluerunt,
7 † uidelicet Iaſ. Dec.& Pariſ. ultra ſubtiliſſimè de-
ducta per D. conſulentem, puto omnes in ſpecie fa-
cti ſuper quo conſuluerunt poſſe ſaluari, ſi diſtin-
guantur caſus infraſcripti.

Primus eſt, quando teſtator expreſsè diſpoſuit
bona uel hæreditatem ſuam deuenire ad proximio-
res,& ſic expreſsè uocauit proximiores,& hoc caſu,
quia iſtud nomen proximiores, prolatum per teſta-
torem,dubium eſt,quia non declarauit an intellexe-
rit de proximioribus ſibi, uel grauato,ideo locus eſt
coniecturis ad declarãdum hoc uerbum ambiguum;
& io hoc Iaſ.in contrarium allegatus cooſi.clix.iiii.
uol.& Dec.conſi.i.& conſi.dxlvi. tenuerunt, in du-
bio,coniecturaodo mentem teſtatoris,præſumendũ
eſſe quòd intellexerit de proximioribus ſibi,non gra
uato, quia præſumitur illos magis dilexiſſe tanquam
ſibi proximiores. Quæ concluſio in caſu iſto longè
diuerſo à noſtro (ut infra deducam) uidetur ſatis co
lorata ratione fundari; quia, cùm de expreſſa uolun
tate teſtatoris appareat, quòd affectionem habuit ad
proximiores,quia illos expreſsè uocauit, uidetur ſa-
tis congruum naturali interpretationi, ꝙ potius in-
tellexerit de ſibi proximioribus. Quæ tamen ratio
non militat, quando nulla eſt facta expreſſa mentio
de proximioribus,ſed tantùm teſtator ſimpliciter ſe
retulit ad ius commune. nam licèt de iure communi
etiam proximiores admittantur, & per conſequens
uideatur tacitè teſtator ipſos proximiores uocaſſe,
ideo idem uideretur iudicandũ,tamen non eſt nouũ,
ꝙ in materia ultimarum uoluntatũ aliud iudicemus
8 in caſu expreſſo, aliud in tacito; † nam & pupillaris
ſubſtitutio expreſſa matrem excludit, non autem ta-
cita, ut not.in l.precibus. C.de impu.& al.ſubſ.in l.
fi.C.de inſti.& ſubſti.in l.Cẽturio,ubi Bar.in ii.col.
9 de uulg. & pupil.† ſic & uulgaris expreſſa tollit ſui-
tatem ſecundum magis communem.l.ſi filius hæres,
ubi Bar.& Doctores.ff.de libe. & poſth.in l.ſi filius
qui patri.ff.de uulg.& pupil. non ſic tacita, ut notãt
ſcrib. in locis præallegatis, & Bal.in l.iii.C. de hæ-
10 re.inſtit.† ſic quoque conditio expreſſa à teſtatore
impedit tranſmiſsionẽ. l.i. §. ſin autem aliquid ſub
conditione.C.de cadu.tollen.ſecus io tacita.l. condi
tiones extrinſecus.ff.de condit. & demon.l.quæ ſub
conditione.§.fi.ubi glo. & Bar.apertè.ff. de cõditio.
inſti.glo. in uerbo malè petitur, in l. item quia.ff.
de pact. & plura poſſem congerere ſimilia, breuita-
tis cauſa uidenda apud ſcribẽ.in l.cùm quid.ff.ſi cer.
pet. Nimirum ergo ſi in caſibus in quibus conſulue-
runt Iaſ. & Dec. cum eſſent expreſsè uocati proxi-
miores, agitur de interpretanda hac expreſſa uolun-
tate, & coniecturantur ꝙ intellexerit de proximio-
ribus ſibi,non grauato; quia hæc uidetur naturæ ſa-
tis apta & inconueniens; non tamẽ ideo eſt inferen
dum, ꝙ idẽ coniecturari debeat quãdo tacitè cenſe-
tur uocaſſe proximiores,referendo ſe ad ius cõmune,
quia non eſt in hoc par uirtus taciti & expreſſi, ut
dixi,& clarius deducam in tertio caſu.

Secundus eſt caſus, quando teſtator non uocauit
proximiores, & ſic non apparet de hac expreſſa ani-
mi affectione erga proximiores, ſed tantũ ſubſtituit
agnatos,uel illos de familia ſua,uel hæredes ſuos illi,
qui erant de aliena familia,ſed dubitatur de ui illius
relatiui ſuus,an ſcilicèt referatur ad perſonã ipſius te
ſtatoris,uel grauati,ex quo grauatus eſt de diuerſa &
aliena familia. & hoc caſu indubitatum puto,ꝙ refe
ratur ad familiam,agnationem,& hæredes ipſius te-
ſtatoris,nõ autẽ grauati,quia nemo dubitare poteſt,
ꝙ per illud relatiuum ſuus, iam etiã hoc caſu expreſ
ſum,intellexit de ſua agnatione,ex quo quilibet ma-
gis præſumitur familiæ ſuæ habere affectũ q̃ alienæ,
& in his terminis loquũtur omnia iura adducta pro
opinione ſua per Pariſ.in.d.conſi.lxxiii.lib.ii. dato
ꝙ ipſe loquatur in longè diuerſo caſu,ut mox dedu-
cam. In his igitur terminis loquitur glo. in l.ſi quis
Titio.ff. de uſufr. accreſ. ubi loquitur de hæredibus
ſuis, & in eiſdem terminis loquitur Areti. per eundẽ
allegatus in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,in iii.not.ff.
de lib.& poſthu.interpretando illa uerba poſt mortẽ
ſuam. & ſimiliter loquitur Bart. in his terminis in l.
ex facto, io princ.io l. hæredes mei.§. cum ita.ff. ad
Trebel.& in l.cùm in teſtamẽto.ff. de aur.& arg.leg.
& ſecundum prędictos terminos quoq; conſi.lvi.Cõ
ſideratis,in princ.i.uol.& Soc.conſi.cclxix. Materia
præſentis.col.mihi 8.in fi.uerſi.i.difficultas, ii.uol.
uidelicet, quando teſtator uocauit agnatos ſuos, uel
familiam ſuam,ut etiam declarat Bar.in l. ſi cogna-
tis,in fi. de reb. dub. & demum io eiſdem quoq; ter-
minis conſuluit Curt.ſeni.per eundem Pariſi.allega
tus.conſi.xl. Cùm in præſentiarum, nu.aiiii.qui in-
terpretatur iſta uerba familiæ ſuæ. Sic igitur cum in
iſto quoq; caſu, prout etiam io præcedenti tractetur
de interpretatione uerborum à teſtatore probatorũ,
quæ tamen dubia ſunt, & poſſunt pati uarios iotelle
ctus de ſui etiam proprietate, quia ita poſſunt ſalua
proprietate uerbi illa uerba familia ſua, & ſimilia,
referri ad familiam teſtatoris ſicut ad familiam gra-
uati, nimirum ſi in interpretaodis his uerbis dubiis
recurrendum eſt ad mentem illa proferentis.i. teſta-
toris, quæ cum nõ appareat expreſſa, coniectura ſuf
ficiat,& per cõſequens, potẽs uidetur illa cõiectura
quòd uoluerit præferre familiam ſuam alienæ.

Tertius eſt caſus,quando teſtator nullos io ſpecie
uocauit, neque aliquod uerbum protulit, ꝙ dubiam
habeat interpretationem, ſiue uarios patiatur intel-
lectus, ut eſt io caſu noſtro, in quo uocauit eos ad
quos de iure ſpectabit. Et in hoc puto multùm in-
tereſſe per quæ uerba facta fuerit relatio ad ius cõ-
mune, uidelicèt, præſentia ne an futura, putà ſo
dixerit i deueniat ad eos ad quos de iure ſpectat,
an potius dixerit, ad quos de iure ſpectabit uel ſpe
ctauerit. Nam primo caſu, quia qualitas ſucceſ-
ſioois eſt adiecta uerbo præſentis temporis de-
bet regulari ſecundum tempus præſens, & ſic quòd
hæreditas deueniat ad eos, ad quos tunc tempo-

re teſtamenti, ideſt ante aditam hæreditatem ſpectat & pertinet. l. in delictis, §. ſi extraneus, ubi Bar. ff. de noxal. l. Titius, ubi idem Bar. ff. de teſtam. mil. & in materia ſucceſsionum in ſimili conſuluit Alex. conſil. i. Perſpectis, col. vii. i. uol. & Dec. conſi. cxiiii. Et pro tenor, in finalibus uerbis. j. uol. & in iſtis terminis expreſsè loquitur Patiſ. in contrarium allegatus in dicto conſi. lxxxiiii. dum in tertia col. in prin. refert uerba teſtamenti, quæ ſonabant in præſens tempus, uidelicèt ad quos de iure ſpectat & pertinet, in quibus terminis uidetur poſſe ſaluari concluſio per eum firmata, quia cum uerba ſonent in præſens tempus ante aditam hęreditatem, neceſſe eſt conſiderare quomodo deferat, & quibus eo tempore ius commune, ad quod relationem habuit, per prædicta: ſed nulli dubium, quòd ante aditam hæreditatem ius commune detuliſſet proximioribus teſtatoris, ergo, &c.

Secundo autem caſu, qui in ſpecie eſt, ut in caſu noſtro, quando teſtator retulit ſe ad ius commune per uerba futuri temporis, quia in teſtamento de quo agimus, dictum eſt, diuidatur illis quibus de iure peruenerit, attendendum eſt neceſſariò tempus futurum, quo moritur grauatus, quia qualitas ſucceſsionis ad quam ſe refert, adiecta eſt uerbo futuri temporis; & per conſequens mortuo grauato, eo tempore ius commune conſiderat per aditionem hęreditatis effectum fuiſſe patrimonium hæredis, ut ſuprà in ſuo propoſito concludit dominus conſulēs; ideo conſiderat eius perſonam, nō autem perſonam primi defuncti, qui iam hæredem habuit. Neque mirum aut nouum eſt, quòd fiat differentia, an uerba concepta ſint in præſens, uel futurum tempus; nā hoc ſępiſsimè conſideratur in materia ultimarum uoluntatum, 11 † ut in clauſula codicillari, quæ multùm refert, an ſit concepta per uerba præſentis, uel futuri temporis, iuxta not. per Bar. in l. i. in vi. & vii. q. ff. de iure codic. cum concord. adductis per Corn. conſi. cccvii. col. ii. uol. iiii. & Soc. conſi. cxl. col. iiii. uol. i. Iſte autem caſus noſter differt à præcedentibus in hoc, quia in illis extabant uerba aliqua à teſtatore expreſſa, quæ tamen erant dubia, ut proximiores, ſuos, & ſimilia. Neceſſe ergo erat interpretari illa ſecundum mentem coniecturatam ipſius, quæ colligebatur ſatis congruenter ex hac præſumptione, quòd prædilexiſſet familiam ſuam & proximiores ſuos, ſed in caſu noſtro nulla extant uerba per teſtatorem prolata, quæ dubia ſint; clara enim ſunt iſta uerba & aperta, quibus de iure peruenerit, quòd retulit ſe ad ius, cùm autem ius ſemper ſit certum, ideo nulla cadit, aut cadere poteſt hìc interpretatio; neque ideo admittenda eſt coniectura illa quòd uoluerit prædiligere proximiores ſuos, non grauati. nam de proximioribus nullam mentionem fecit, ideò ad eos nullam præſumitur tunc habuiſſe affectionem: quia ſi de illis conſideraſſet, utique expreſsiſſet, ſed uoluit hic teſtator prouidere Frācisco pronepoti & filiis ſuis maſculis & fœminis, poſt autem eius mortem non conſiderauit plus proximiores ſuos quàm grauati, ſed cōmiſit omnia diſpoſitioni iuris communis, uolendo hæreditatem ſuam deuenire ad eos, qui tūc mortuo Frācisco pronepoti ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent. ſicut etiā dicimus, ꝙ qui ab inteſtato decedit, uidetur uocaſſe ſemper uenientes ab inteſtato. uulgata. l. cōficiuntur, de iure codicil. quo caſu ius commune poſt aditam hęreditatē conſiderat perſonam ipſius grauati. l. iii. §. de illo. ff. pro ſoci. l. lege obuenire. ff. de uerb. ſign. l. i. ff. de ſuis & legiti. cum ſimilibus. Et quanquam, ut dicebam ſuperius, cū ius commune ad quod facta eſt relatio, admittat proximiores, ita etiam uidentur conſiderari ipſi proximiores à teſtatore, atq; ideo, idem uidetur dicendum ac ſi proximiores expreſsè uocaſſet, tamē hoc falſum ſu-
12 prà probaui; † quia non ita conſideratur hæc uoluntas tacita, ſicut expreſſa, ut per glo. not. in clem. ſępe, de uerb. ſignifi. in uerſi. partibus, ad fin. quam dicit not. Panor. in c. quoniam contrà falſam, col. ult. de probat. in c. præſentium, col. iiii. uerſi. ſed eſt dubiū, de teſt. Paul. de Caſt. in l. ſi conuenerit, ante fi. de iuriſd. omni. iudi. & melius idem Paul. declarat conſil. cccxxiiii. Viſa appellatione, num. v. i. uol. in nouis, ubi docet & conſulit, ꝙ quando quid exprimitur, illud interpretandum & extendendum eſt, ſecundum uoluntatem & coniecturam exprimentis: ſed quādo tacitè colligitur ex relatione, putà ad aliud, tunc interpretatur ſecundum illud ad quod fit relatio, neq; extēditur, niſi quatenus extēditur ipſe actus, ex quo colligitur uel ad quem fit relatio. & ex quo talis tacita uoluntas colligitur, allegat bonū tex. in l. i. §. Iulianus, & quod ibi not. ff. itin. actuq; priua. in l. fi. C. ne fil. pro patr. l. uolūtariè. C. de excuſ. tut. & ſequuntur prædicta Alex. & Dec. in l. i. §. i. ſuper glo. in uer. ſi quis. ff. quod quiſque iur. Licèt ergo teſtator tacitè etiā hoc caſu noſtro uideatur uocaſſe proximiores, uocauit tamen eo modo quo ius cōmune uocat. ſed ius commune adita hæreditate, ſi non appareat de cōtraria mente, uocat proximiores adeuntis, ut ſuprà concluſum fuit, & deducit latè D. conſulēs, ergo, &c.

Neque etiam obſtat, quòd in caſu noſtro teſtator uidetur uocaſſe illos de domo ſua, ergo uidetur idē dicendum, quod dixi in caſu in quo cōcluſum eſt intelligi de perſona teſtātis, quia fateor hoc uerū fore, quādo eſſent duę diuerſæ familiæ, una teſtatoris, alia grauati, ſed hìc eſt una & eadē, ideo difficultas & dubietas in caſu noſtro non ſtat in illis uerbis de domo ſua, quia ita ſunt de domo teſtatoris ſorores Franciſci, ſicut ſorores Broili. Satis eſt ꝙ in caſu noſtro non ſunt conſiderandæ coniecturæ, in quibus principaliter ſe fundant conſulentes in cōtrarium adducti, ꝙ. ſ. uoluerit potius uocare proximiores ſuos, quā grauati, quia (ut dixi) nulla adſunt uerba teſtatoris dubia, in quorum interpretatione laborandum ſit, ſed omnia referenda ſunt, ut fecit dictus teſtator ad ius commune, quod ſemper certum eſt, ut dixi.

Et quando coniecturis certādū eſſet, plures deductæ fuerunt per D. Conſulentem, ꝙ immo prætulerit ulteriores in gradu proximioribus, maximè, quia prætulit filias Frāciſci ſororibus ſuis propriis de qui-
13 bus agitur, immo & filiis maſculis fratris ſui. † Neq; ideo uidetur inconueniens aut nouū, ꝙ remotior in gradu uideatur ꝑdilectus ꝓximiori ſibi, dūmodò ille remotior ſit proximior ꝑdilecto à teſtatore, ex cuius ꝑdilecti pſona ipſe remotior admittatur; ut in terminis reſpōdēdo huic coniecturæ, ꝙ teſtator uideatur prædile-

prædilexiſſe ſibi proximiores ualde notabiliter conſiderat Alex.cõſi.xxxviii. Perſpectis his, in ultima col. in fi. in vi. uol. dicẽs expreſsè, ꝙ nõ eſt inconueniẽs, ꝙ remotior in gradu habito reſpectu ad perſonã teſtatoris admittatur, dũmodò admittatur ex perſona prædilecti ipſis proximioribus. & in alio propoſito licèt Alexandrum non alleget, ita reſpondet etiam in ſpecie dictæ coniecturæ Alexandrinus conſi.xxii. incip. Teſtator, col.ult. Licèt ergo in propoſito caſu noſtro ſorores Frãciſci remotiores ſororibus Broili admittantur, tamen hoc non refert, quia admittuntur, ex perſona Franciſci fratris ſui, qui fuerat prædilectus & prælatus ipſis ſororibus Broili etiam proximioribus ipſo Franciſco.

Ex præmiſsis igitur concludo rite ac ſecundum iuris noſtri terminos concluſum fuiſſe per clariſsimum D. conſulentem ſorores Franciſci admittendas excluſis ſororibus Broili. Neque reperiri aliquem, qui in ſpecie noſtra contrarium tenuerit, quia conſulentes in contrarium adducti loquuntur in alijs terminis, ut ſuprà deduxi. Et quatenus in terminis iſtis contrarium conſuluiſſent, puto ipſos præter cõmunes iuris deciſiones conſuluiſſe; atque ideo de illis non curandum, cum pro nobis ſtet communis, iuribus uulgaribus.

Portius Imolrnſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Proximitas perſonæ grauatæ attenditur in fideicõmiſſis, & non perſonæ grauantis, & eſt cõm. opin.*

CONSILIVM CXXIII.

DIRIGAT DOMINVS VERBA mea in uiam ueritatis & iuſtitiæ.

CVM oblatus mihi eſſet præſens caſus, † utrum ſcilicèt proximitas attendi debeat perſonæ grauantis in fideicommiſsis, an uerò grauatæ? & articulus iſte uiſus mihi fuerit multùm dubitabilis, tãdem omnibus bene conſideratis, placuit mihi aliâs, & nunc etiam placet, ut potius attendatur proximitas grauatæ perſonæ, quàm grauantis, prout aliâs dixi, & latè probaui in duobus præcedentibus cõſilijs per totũ, ubi oſtendi hanc opin. eſſe ueram, & communem, nõ obſtante quòd pleriq; contrarium dixerint. quoniã & ipſimet hanc opinionem aliquando ſequuti ſunt, ut patet in dictis meis conſilijs. & aliàs ſæpe. & niſi eſſem de ſimplici ſubſcriptione requiſitus, item niſi mala ualetudine detinerer, quàmpluribus comprobarẽ, offerens ſemper me paratum quandocunq; mihi incolumi & ſano detur temporis opportunitas, ea, quæ aliàs dixi, latè comprobare.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Matrimonium ex conſenſu eſſentiam accipit. & nu.iii. & 22.*
2 *Sponſalia contracta per uerba de futuro diſſolui contracto poſteriori matrimonio per uerba de præſenti.*
3 *Conſenſus efficit matrimonium, & cur etiam uerba requirantur.*
4 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
5 *Sponſalia de præſenti non diſſolui, etiam per ſubſequens matrimonium carnali copula conſummatum.*
6 *Matrimonium ſeparari non poteſt.*
7 *Actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem.*
8 *Actus legitimi qui dicantur.*
9 *Conditio habetur pro non appoſita, fauore matrimonij. ſed uide nu.27.*
10 *Diſpenſatio facta aduerſus monaſticæ profeſſionis internam naturam, non ualet.*
11 *Argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale ualidum eſſe. & nu.42.*
12 *Matrimonium ſpirituale non recipit conditionem.*
13 *Forum conſcientiæ appellatur forum ueritatis, in quo poſitiuæ legis præſumptiones non attenduntur.*
14 *Eccleſia militans iudicat ſecundum ius ex facto ortum.*
15 *Mulieri confitenti etiam cum iuramento non conſentiſſe matrimonio, non eſt credendum.*
16 *Voluntas ex uerbis colligitur.*
17 *Propoſitum in mente retentum, nihil operari.*
18 *Conſenſus patris requiritur in contrahendo matrimonio per filium aut filiam de iure ciuili, uerùm ſeens eſt de iure canonico.*
19 *Leges ciuiles non dedignantur ſacros canones imitari.*
20 *Filius poteſt matrimonium contrahere abſque patris conſenſu de iure canonico.*
21 *Filius non poteſt exhæredari hodie iure canonum quicquid ius ciuile dictet, ex quo matrimonium contraxit abſque patris conſenſu, quod quidem ius canonicum ubique ſeruandum eſt.*
23 *Dictio ſi, conditionem ſignificat.*
24 *Verba futurum reſpicientia oſtendunt diſpoſitionis eſſentiam eſſe conditionalem.*
25 *Relatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*
26 *Proteſtationis uirtus quanta ſit.*
27 *Conditionem in matrimonijs apponi, non improbant ſemper canones.*
28 *Extremis probatis, & media probata eſſe cenſentur.*
29 *Filia maritum eligens abſque patris conſenſu, non eſt uirginalis pudoris officium.*
30 *Statutum an ualeat, quo diſponitur, quòd parentes poſſint filios exhæredare ſibi ipſos maritos eligentes.*
31 *Corrigere ſe in continenti nemo præſumitur.*
32 *Errans non uidetur conſentire.*
33 *Matrimonium uitiatur ob errorem.*
34 *Conſilium paternum cæteris anteponendum.*
35 *Dolum ex coniecturis perpendi.*
36 *Animus ex præcedentibus, & ſubſequentibus coniecturatur qualis ſit.*
37 *Dolus in ſpiritualibus actum non uitiat, intellige ut num. ſequen.*
38 *Matrimonium dolo contractum, non eſt nullum, quando matrimonij ipſius eſſrutialia non reſpicit.*

39 *Monaſterij ingreſſus dolo factus quando non uitietur.*
40 *Parentes non poſſunt filios non conſentientes matrimonio obligare.*
41 *Expreſſum intelligitur, quod relationis uirtute colligitur.*

CONSILIVM CXXIIII.

QVI EX NIHILO CVNCTA CREAuit præpotens Deus, ueritatis mihi ſpiritum elargiatur, ut germanam canonum & maximè puram mentem euoluam.

EX FACTO contigit D. Heliſabetham filiam domini Hieronymi Petrobellii Lendenarienſis ciuis diœceſis Adrianenſis anno Domini 1558. die 18. Ianuarij, Rhodigij conſtitutam coram Reuerendiſſimo Adrianenſi Epiſcopo interrogatam, ut narret factum matrimonij, quod aſſeritur contractum inter ipſam & dominum Iulium de Girardinis, his ad unguem uerbis reſpondiſſe.

La prima che mi parlò di queſto fatto fu mia madre, laqual mi diſſe che la deſideraua che io toleſsi per marito M. Giulio predetto, perche la faria che mio padre ſaria contento, & io li riſpoſi che non intendeua di farlo ſe mio padre non ſi contentaua; & lei mi replicò, fallo pure, che io opererò che tuo padre ſarà contento. & queſto fu in caſa noſtra noi due ſole preſente, & fu il meſe di Maggio 1556. & da li à quindici giorni in circa, un giorno detta mia madre il giorno di Paſcha di Maggio mi diſſe che uoleua andar à uedere certo formento che l'haueua fatto ſeminare nelle terre di M. Giouanni Belaggia fratello di detta mia madre, & ſotto queſto preteſto me li menò ancor me; & quando foſsimo li in caſa di detto M. Giouanni mia madre uſcì di caſa & andò nell'ara à parlar con detto ſuo fratello che era iui, & dapoi detta mia madre, M. Giouan predetto, meſſer Giacomo Merzaro Breſciano, & M. Franceſco Crinellaro Cremoneſe, & inſieme M. Giulio predetto entrarono iui nella intrata, & condotti che foſsimo iui tutti mio meſſer barba Giouãni, & mia madre mi diſſero; horſu figliuola ſiamo cõndotti qui per far queſto maritaggio delqual ti ho parlato con M. Giulio, & io li riſpoſi, che lo farei quando mio meſſer padre foſſe cõtento come lei mi haueua gia detto & coſi mio M. barba predetto diſſe le belle parole, & alla prima io non uolſi riſpondere, ne uoleua anco riſpõdere alla ſeconda, ma mia madre & mio barba mi diſſero che doueſsi dir ſuſo di ſi, & forte, & coſi diſsi di ſi tremando, & ancora detto M. Giulio diſſe di ſi, & in ſegno di ciò ci toccaſsimo la mano: & queſto io lo feci con la intention predetta, che mi haueua detto mia madre, che mio padre ſaria cõtento. & dapoi inteſa la uolontà di mio padre, laqual è contraria totalmente da quello che mi ha detto mia madre: io nõ intendo per modo alcuno eſſer ſtata ingannata, anzi addimando eſſer liberata da queſto intrigo, perche non intendo partirmi dal uolere & obedientia di mio meſſer padre.

Quæſitum eſt, uter audiri debeat? an puella diſſolutionem petens, uel declarationem, quòd huic cõiugio obnoxia non ſit, quippè quod ea mente reſponderit dominum Iulium in uirum accipere, ſi pater conſenſerit, an potius ipſe dominus Iulius pro matrimonio diiudicari contendens?

Et prima facie uideretur quòd ſic, nẽpe pro ipſo
coniugio Reuerendiſsimum ipſum Epiſcopum diffi
nire debere, quippè quòd utriuſq; legis cenſura per-
1 ſpecta † matrimonium ex ipſo conſenſu eſſentiam ip
ſam accipiat. c. ſufficiat, & c. matrimonium, xxvii. q.
ii. c. ex literis, de ſponſa. & l. nuptias. ff. de reg. iu. &
§. nuptias itaque, in authentica de nupt. & §. illud,
in auth. quib. mod. nat. eff. leg. & l. fi. in princ. C. de
repud. cum aliis adductis à Decio, & Cagno. in d. l.
nuptias, nu. i. qui ſanè, cùm in præſenti coniugio li
ber puellæ motus adfuiſſe cenſeatur, conſtat omnem
inde conditionem reiiciendam uideri. d. c. ſicut ex
literis tuæ fraternitatis, de ſponſa. ubi concluditur,
2 † ſponſalia cõtracta per uerba de futuro diſſolui, po
ſterius contracto cõiugio per uerba de præſenti, ibi,
uerſi. poſtulationi tuæ. & c. tuæ fraternitati, & infrà,
3 Innoc. iij. reſpondet Epiſcopo Brixienſi, † quòd ma-
trimonium in ueritate contrahitur per legitimũ uiri
& mulieris conſenſum, ſed neceſſaria eſſe uerba quã-
tùm ad Eccleſiam, conſenſum de præſenti exprimen
tia, ubi glo. in uerbo uerba, & c. fi. de ſponſa duorum.
4 † At cùm Eccleſia ipſa de occultis iudicare non con
ſueuerit. c. nouit ille, de elec. & de iudi. & c. quo-
niam contrà, de probatio. & l. illicitas, ubi Bart. de
off. præſ. & iam per uerba de præſenti coniugiũ hoc
contractum uideatur, conſequẽs eſt, illud ipſum in-
diſſolubile exiſtimari. c. i. de ſponſa duorum, & in c.
ſecundo. ubi Pontifex præcipit ducenti quam alter
ſibi deſponſatam per uerba de præſenti, ut eam di-
5 mittat. & in c. iii. eo. tit. conſtituit, † ſponſalia de præ
ſenti non diſſolui per ſubſequens matrimonium etiã
carnali copula conſummatum. & in c. quarto, & pen.
eod. tit. idem conſtituit, quoties contingit aliquem
compelli iudiciaria authoritate, cum qua conſenſit
per uerba de præſenti, ſi ille appellat, interim tamen
ante negotii diffinitionem alteram ducere nõ poſſe.
& in c. ultimo, eo. tit. Idem legislator Innoc. Muti-
nenſem paſtorem inſtruit, ut non obſtante conſue-
tudine illius Eccleſiæ, coniugium contractũ per uer
ba de præſenti non diſſolui poſterioris contempla-
6 tione, etiam ſecuta copula. † Quare, cùm Heliſabethã
& Iuliũ Deus ipſe cõiunxiſſe uideatur, eos nunquã
ſeparari poſſe cenſeri debet. c. ſi quis cum matre, in
fi. & c. quos Deus. xxxii. q. ii. ubi glo. & Docto. & c.
ex publico, de conuerſ. coniug. ubi glo. in uerſi. con-
ſummatum. Hoſtien. Butr. & Abb. & plures addu-
cit Feli. in conſi. xxvi. nu. ij.

Secundò pro matrimonio huiuſmodi adduci poſ-
7 ſe uidetur, quod uulgò circumferri ſolet, † legitimos
actus non recipere diem neque conditionem. l. actus
ff. de reg. iur. & in c. actus. eo. tit. in vi. cuius genera-
lis diſpoſitio in ipſo quoq; matrimonio locum habe
re uidetur. arg. l. Labeo, in princ. ff. de uerb. ſigni. &
d. l. eum actum. ff. de negot. geſt. & l. cùm ſeruus. ff.
8 in fin. de condit. & demonſtra. † Legitimi enim actus,
quicunque probantur ab aliqua ſcripti iuris parte
profici-

proficiſcentes. inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. §. con-
ſtat. & l. legitima. ff. de pact. & l. Graccbus. C. ad
l. Iul. de adulte. Quapropter, cùm ipſius coniu-
gij actus & diuinæ atque humanæ utriuſque legis au-
thoritate probetur. d. c. ex publico, ubi Glo. in uerbo
conſummatum. & d. c. quos Deus. xxxii. q. iii. & Ho-
ſtien. in ſumm. de matr. cõſequens eſt, conditionem
nullam illud accipere poſſe. d. l. actus, ubi Deci. nu.
ii. uerſicu. & uidentur actus omnes legitimi, quos
lex non improbat. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib.
cau. maio.

9 Tertiò † conſtat enim expreſſam conditionem
actui adiectam pro non appoſita haberi, ut coniugiũ
ipſum firmũ remaneat. c. j. de cond. appoſ. & Conci-
lio Aphricano reſcriptum extat, quicunque ſub cõ-
ditionis nomine aliquam deſponſauerit eandem re-
linquere non poſſe, ſed conditionem ipſam frangi,
& deſponſationem firmam manere. gloſſ. ibi inter-
pretatur in conditione non repugnante ipſius con-
tractus naturæ, ut matrimonium non impediat, ſed
pro non adiecta habeatur. & c. ult. eo. tit. ubi Grego.
ix. conſtituit conditiones ipſas aduerſus matrimonij
ſubſtantiam appoſitas, pro non adiectis haberi. ubi
glo. j. in uerbo nota ergo quòd quędam ſunt. Quem-
10 admodum & alibi traditum eſt. † diſpẽſationem ip-
ſam aduerſus monaſticæ profeſſionis internam na-
turam non ualere. d. c. cùm ad monaſterium, in fi. de
ſtat. monac. & Canon. in fi. regul.

Quartò & ſentẽtiam huiuſmodi munire uidetur,
11 † quod ſæpius traditũ eſt à ſpirituali cõiugio ad car
nale ratiocinari poſſe. c. inter in corporalia, de tran-
ſlat. præl. ubi aduertunt omnes. & Hoſt. in ſumm. de
12 matr. † at conſtat ſpirituale coniugium nullam reci-
pere conditionem. c. ſtatuimus, de elect. cum aliis ad-
ductis à Doctorib. in d. c. actus, de reg. iu. in vi. ergo
idem affirmandum uidetur in ipſo quoque tem-
porali.

Quintò dubium non uidetur, quia ſiue regulam
generalem intueamur, qua traditum eſt, pro actus
ualiditate interpretationem fieri debere. l. quoties.
ff. de uerb. obl. & de reb. dub. & de reg. iur. & c. Abba-
tem ſanè, de uerb. ſign. ſiue ſpecialem Canonis pro-
niſionem perpendamus. c. ult. de ſent. & re iud. ibi,
niſi in cauſa fauorabili putà matrimonio, libertate,
dote, ſeu teſtamento pro ipſo fuerit promulgata, idẽ
dicendum uidetur. Quare, licèt abſque conſenſu, p̃-
ſertim quod ad Deum attinet, uidetur non ualere,
quamuis mulier hæc uſa fuerit uerbis affirmatiuis
conſenſum de præſenti inferentibus, putà quòd ſic,
quippè quòd Deus ipſe, qui ueritatis foro præeſt,
omnia uidet & nouit. d. c. nouit, de electio. & de in-
dit. & c. quo iure. viij. diſt. & Ioan. And, & Abb. ad-
13 uertunt in c. plerique, de iur. immunit. † forum con-
ſcientię ueritatis forum appellari, in quo poſitiuę le
gis præſumptiones non attenduntur. glo. c. fraterni-
tas. xii. q. i. ubi Archid. & Card. & Innoc. Hoſt. An-
cha. & Abb. in c. i. de conſt. ubi Feli. & Dec. num. xx.
14 in ii. lectura. tamen † quod ad Eccleſiam militantem
attinet, ſecus, quia illa ipſa iudicat ſecundum ius
ex facto ortum. d. l. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino
ff. ad leg. Aquil. & l. illicitas. §. ueritas, ubi Bart. ff. de
15 off. præſ. † unde huic mulieri etiam cum iuramento
confitenti non conſenſiſſe, credi nõ debeat in præ-
iuditium coniugis, ſed ſecundum prolata uerba Ec-
cleſia ipſa iudicat, ueluti cùm quis uerbis ſophiſticis
uſus ſit, ut mulierem deciperet; ſanè licèt quod ad
Deum attinet, matrimonium deficiente conſenſu
nullum ſit, Eccleſia tamen pro matrimonio iudicat,
ſophiſtica uerba interpretans prout iuris ratio ſua-
det. c. ex literis, de ſponſa. ubi Abb. poſt Hoſt. uerſ.
Ita etiam quoad propoſitum dicit hîc Hoſt. & nu. vj.
etiam adducit caſum in c. tua nos eo. ti. ubi idẽ Abb.
aduertit. cùm quis non conſentit etiam ſecuta copu-
la, quò ad Deum, cum uſus ſit uerbis dubiis ad de-
cipiendum, matrimonium non cenſeri contractum
ſed Eccleſiam aliter iudicare, ſecundum cuius legem
is qui propriam allegat turpitudinem non auditur.
Quare, cùm conſtet hîc de uerbis puellæ, ſequitur
quod ad Eccleſiam attinet pro matrimonio diiudi-
candum uideri, licèt in rei ueritate non conſenſerit,
niſi quatenus parentis uoluntas actum illum pro-
bauerit.

Sextò cum puella hæc interrogata, an ſibi place-
ret dominum Iulium coniugem habere, reſponderit
purè quòd ſic, licèt primùm interrogata non reſpõ-
derit, ſecundò tamen interrogata, etiam iuſſa à matre
& auunculo quòd affirmatiuè reſponderet & altè,
conſenſiſſe uidetur ex uerbis de pręſenti prolatis;
16 † unde coniugii eſſentia colligi uidetur ueluti ex in-
ſtrumento maximè naturali. l. quod Labeo. ff. de ſu-
pell. leg. & c. intelligentia, de uerbo. ſign. & l. ille aut
ille. ff. de hęred. inſtit. & l. Gallus, ibi, qui ex uerbis
17 concipi poteſt. ff. de libe. & poſth. † Nam & lex hu-
mana propoſitum ipſum in mente retentum nihil
operari decernit. l. ſi uerum non repetendi. C. de cõ-
dit. ob cau. & l. ſi extraneus. ff. eo. & l. ſi cùm dotem.
ff. ſol. marr. cum aliis adductis ab Alex. Iaſ. & Alcia.
in l. commodiſsimè. ff. de libe. & poſthu. Poterat. p̃.
puella exprimere ſic, dummodò eius parenti place-
ret, quod cùm non fecerit, aduerſus illam interpre-
tari debere uidetur. l. ueteribus. ff. de pact. & l. in cõ-
trahenda. ff. de contrah. empt. & l. quod Labeo. ff. de
regul. iur.

Septimò ad matrimonij fœderis defenſionem
18 adduci poſſe uidetur, † quòd licet de iure ciuili pa-
tris conſenſus in huiuſmodi neceſſarius ſit, inſtit.
de nupt. in prin. & l. Paulus. ff. de ſtat. hom. & l. ſi ut
proponis, la ii. ff. de nupt. Idq́; potiſſimùm, ſi nubat
indigno, quamobrem Cæſarea lex exhęredari poſſe
conſtituit. l. tertia. §. ſi emancipatus, il j. ff. de bon.
poſſ. contr. tab. & l. libertus, ubi Bar. C. de nupt. ſecus
tamen eſt Pontificia diſpoſitione inſpecta, cuius di-
ſpoſitio in ſpirituali ſubiecto potior habetur. c. ult.
19 de ſecund. nup. & ii. q. iii. §. hunc igitur. ibi, † ſęculi
leges præcipuè in matrimoniis ſacros canones imi-
tari non dedignantur. & Feder. Senen. ex facto con-
ſultus reſpondit cõſi. xxxvi. Caſus talis. Ange. conſi.
xxix. Ex themate, in primo dubio, & conſi. cxcii. Su-
per primo quęſito, in quinto dubio, & Butr. conſi.
xxxv. Viſa forma, in princ. & Abb. c. j. de ſponſa. col.
ii. & c. i. de deſpon, impub. & conſi. lxv. Ad deciſionẽ
20 in ii. † Et quòd filius familiàs matrimonium con-
trahere poſsit abſque conſenſu patris, eſt caſus in c.
ult. xxxii. q. ii. ubi glo. & glo. in d. c. i. de deſpon. im-
pube.

puber.ubi Abb.& gloſſ.in d.l.Paulus, de ſtat. hom.
quippè quòd canonica eſt intentio, ut coniugia ip-
ſa libera ſint, nullaúe intentionis impulſu contrahã-
21 tur.c.Gemma, & c. cùm locum, de ſponſa. † Quare
ſępius reſponſum e atat ſiue iuris communis autho-
ritatem intueamur.d.§.emancipatus, ſiue municipa-
lis, filiumfamiliâs abſque patris conſenſu matrimo-
nium contrahentem neque exhęredari neq; alimen-
ta petere prohiberi. Ancha.conſi.xxj.Pro ſolutione
dubiorum, in ij.dubio.Ange.conſi.xxia.Ex themate
& Abb. conſi.xii. Vt clarè.in primo dubio, & Alex.
conſi.xcvij.in j.Principalis dubitatio.& Curt.conſi.
xxvij.Magnificus, in primo dubio, & Dec.in d.l.nu
ptias, unde puellę ipſius affirmatiuam reſponſionem
non ineptè interpretari debemus, ut huic iuris di-
ſpoſitioni conformis uideatur, ut fieri ſolet. l. ſi duo
ff.de acquiren.hæred.ubi glo. in uerbo uel ſcire po-
tuit.Cin.Bal.& Caſtr.& Bart. l.hæredes mei, §. cùm
ita.ff.ad Senat.Conſ.Treb.ubi Cuma.Caſtr.& Alex.
nu.viij.& Soc.nu.xxxv.& Ripa.nu.lxxvij. & lxxviij.
Ex quibus ſatis primæ fronte, perplexa fuit præ-
ſens conſultatio.

Maturius tamen conſideranti, oppoſitum uerius
cenſendum eſſe omninò placuit: quòd immo ipſa
dominæ Heliſabetta potius audiri debeat, atque illã
huius ipſius coniugij contractum cuſtodire non cõ-
pelli diiudicari debeat; quippè quòd conſenſum ip-
ſum ſub ea cõditione pręſtiterit, ſi pater ipſe acquie-
22 uerit, & nuptias huiuſmodi probauerit. † Qui quidẽ
eùm prorſus reclamet, & nullo pacto conſentiat, ſe-
quitur, puellam ipſam nullum conſenſum præſtitiſſe
cenſeri, unde coniugium nullum contractum intel-
ligi.d.l.nuptias, & d.c.tuæ fraternitati, de ſponſa.ibi
per legitimum uiri & mulieris conſenſum, & infe-
rius ibi, uerba conſenſum exprimentia de præſenti,
& inferius ibi, per conſenſum mutuum ſiue uerbis ſi-
ue factis præſtitum &c. Conſtat etenim ex dedu-
ctis in proceſſu eatenus eam cõſenſiſſe, ſi pater illius
acquieuerit, ut matri primùm interrogãti reſpõdit,
ibi; Et io li riſpoſi che nõ intendeua di farlo ſe mio
23 padre non ſi cõtentaua. † quæ quidem uerba expreſ-
ſam conditionem inferunt, ut declarat Barto. in l. i.
ff.de cond.& dem.q.j.uerſ.tertio caſu regula eſt, ꝙ
dictio ſi, & natura conditionis eſt, ut ſignificet rem
dubiam. Albe.Caſt.& Imo.& inferius in ipſo puellæ
24 conſtituto ibi, fallo purè che io operarò. † quæ uer-
ba futurum ipſum reſpicientia, oſtẽdunt diſpoſitio-
nis eſſentiam fuiſſe conditionalem.l.cum ad præſens
ff.ſi cert.petat.& l.i.ff.de his quæ fiunt ſub cond. uel
mod & iterum, dum eſſet ruri in domo auunculi in
terrogata reſpondit, ſeſe pręſtare conſenſum his uer
bis; Et io lo farei quãdo mio padre ſi cõtentaſſe, co
me eſſa mia madre mi haueua detto. Vnde colligitur
ſubſequentem reſponſionem inſtante matre & auũ-
culo factam quòd ſic, non ſimpliciter, ſed relatiuè in-
telligendam ad tractatum præcedentem, in quo ſem-
per mater ipſa ſpopondit ſe facturam & curaturam,
ut uir illius huiuſmodi coniugio celebrando cõſen-
tiret, & iccircò eo non conſentiente, nihil actum in-
telligi.l.aſſe toto.ff. de hęred.inſtit.& l.ſi ita ſcripſe-
ro.ff.de cond.inſtitutio.& auth.ſi quis in aliquo. C.
25 de eden. † Relatio enim ipſa intelligi debet cũ om-
cùm ipſius dominę Veronicæ approbatio ad huiuſ-
modi fideicommiſsi diſpoſitionem referatur , & fi-
liorum illius ſub hac qualitate tacita acceptatio,con-
ſequens eſt, fideicommiſſum perpetuum inter deſcẽ-
dentes huiuſmodi,prout ipſius Bartholomæi diſpo-
ſitio ſuadet,inductum cenſeri.l.ille à quo. ff.de hære.
inſtit.& l.in teſtamento.ff.de condi.& demonſtr.l.ſi
ita ſcripſero,de cõdit.inſtit.& auth.ſi quis in aliquo
documento.C.de eden.cum ſimilibus.

Ad octauũ reſpondeo,cùm domina Veronica ſe-
mel approbauerit patris illius Bartholomæi diſpoſi-
tionem,maſculis eius filiis portionem illius aſsignã-
do,ſatis uideri Ioannis Mariæ prędecedentis abſque
filiis fratres ſuperſtites per fideicommiſſum ſubſti-

tutos

tutos & eorum deſcendentes potiores exiſtimari; quia uerba diſpoſitionis omnino conueniunt, in qua deſcendentium maſculorum mentio fit. l. iiij. §. toties ff. de damn. infe. & c. Rainaldus, de teſtam. ubi glo. in uerbo ſi abſq; maſculis. Hoſtien. Ioan. And. Butr. & Abb. nu. xxv. & Bart. in d. l. cùm auus. ff. de cond. & demonſt. q. penul. & fi. & ibi Soci. grauatus enim per fideicommiſſum erat ipſe Ioannes Maria alijs maſcu-
24 lis reſtituere, † unde ſucceſsio teſtati excludit cauſam ipſius inteſtati. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & l. quandiu. ff. de reg. iur. & l. antequam. C. communia de ſucceſſ. cum alijs eiuſmodi. idque potiſsimùm ſi in Vicentina ciuitate uigeat ipſum ſtatutum matris excluſiuum ſtantibus fratribus prædefuncti quemadmodum Patauij uiget. unde duplex uigeret ratio, ut in ſucceſsione Ioannis Marię nullum prorſus ius ipſi Veronicæ matri relictum fuiſſet. argum. authentica itaque. C. cõmunia de ſucceſ. & l. Balliſta. ff. ad S. C. Trebel. c. i. de treg. & pac. cum alijs eiuſmodi. Ex quibus ſatisfactum uidetur intentioni petentis atque ſupraſcripta dubia proponentis. Laus Deo.

Patauij xvij. Ianuarij 1558.

Portius Forocornelienſis.

SVMMARIVM.

1 *Statuti diſpoſitio attendi debet illius loci in quo bona ſita ſunt. & nu. 3. ubi de cõmuni opi. & nu. 14.*
2 *Vxor ſequitur forum uiri.*
3 *Statutum non trahitur ad bona extra territorium exiſtentia. & eſt comm. opin.*
4 *Statutum Patauinum declaratur. & nu. ſeq. nec non & Vicentinum ſtatutum. & nu. 9.*
5 *Actor ſequitur forum rei.*
6 *Statuti propria uirtus eſt iuri communi derogare.*
7 *Statuti diſpoſitio ſtrictè intelligenda eſt.*
8 *Statutum quando plures effectus ad iuris communis correctionem producere poteſt, ita interpretari debet, ut unum tantùm operetur.*
9 *Statutũ Vicentinum declaratur. & nu. ſequentibus.*
10 *Qui ſentit commodum, onus etiam ſubire debet.*
11 *Ciues etiam non originarij, onera ſubeunt ratione domicilij.*
12 *Ratio par ubi uiget, non debet diuerſum ius conſtitui.*
13 *Abſurdum euitandum eſt.*

CONSILIVM CXXVII.

QVI VNIVERSA EX NIHILO creauit omnipotens Deus, ueritatis lucem nobis largiatur, ut præſentis caſus dubitationem ſecundum iuſtitiam diſſoluere ualeamus.

VIDEMVS & diligenter conſiderauimus uniuerſum proceſſum Vicentiæ agitatum inſtante Gaſpare Viguntia & uendicante prædium hypothecatum pro dotis reſtitutione dominæ Heliſabethæ eius patruelis contra Magnificos Plegafetos huiuſmodi prædij poſſeſſores &c. necnon & uaria iura prò ipſo Gaſpare ibidem adducta.

Ex quibus concludimus, petitionem ipſius Gaſparis legitimam diiudicari, cùm in ſucceſsione ipſius Heliſabethæ potior exiſtat Vicentini iuris authoritate inſpecta, ut aliàs concluſum fuit, † cuius diſpoſitio attendi debet in loco ubi defuncti bona ſita proponuntur. l. incolæ. ff. ad municip. & l. reſcripto. §. fi. ff. de muner. & honor. & Bart. docuit in l. prima. C. de ſum. Trinit. & fide cathol. uerſi. poſtquam uidimus de ſtatutis. & Bal. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio. col. penul. & Salic. in d. l. prima. C. de ſum. Trinit. num. xiij. uerſic. aut deceſsit in An-
2 glia. † Cùm ergo D. Heliſabetha uiri domicilium contraxerit. l. exigere. ff. de iudic. ubi omnes, & Iaſ. in d. l. prima. C. de ſumm. Trin. & fid. cathol. cum aliis adductis à Decio in conſi. xia. & Cagno. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſdict. omu. iudic. atque decedens bona in agro Vicentino habuerit, conſequens eſt Vicentinæ ciuitatis proprium ius in huiuſmodi ſucceſsione attendi debere. Bal. d. l. prima. uerſi. uenio ad ſecundum, & Salicet. d. num. xvii. ſecundum quam concluſionem ſæpius reſponſum extat. Alexan. conſi. cxviij. Conſideratis, num. iiij. & quinto, in primo, & idem Alex. in conſil. cxi. num. viij. uolum. vij. & Card. Florent. conſi. ij. & Lap. al-
3 leg. xci. In primis, † & Curt. iun. conſi. quinto. Videretur. num. xlii. uerſi. reſpondetur. & conſi. cviij. Circa controuerſiam. num. iiii. & nume. xxx. concludit ſtatuti diſpoſitionem non trahi ad bona extra territorium exiſtentia, & inter recentiores clariſsimus D. Maria. iun. in conſi. xii. num. iiij. in tertio uerſi. nos igitur agimus de ſucceſsione ab inteſtato, & idem conſi. xxv. nu. xii. eod. uol. iii. uerſi. demum iſta opinio, ubi adducit Iacob. de Rauen. Dyn. & Gulielm. de Cuneo in d. l. cunctos. & idem Maria. iun. conſi. lxii. eod. uol. num. ii. hanc ſententiam receptiorem eſſe concludit, ſiue ſtatutum in rem ſiue in perſonam conceptum ſit, ut ſemper attendi debeat ciuitatis illius proprium ius in cuius territorio bona ipſa ſita ſint. Quod & Brunus ipſe teſtatur in tract. ſtaut. maſc. fœm. exclu. q. i. artic. vi. uerſi. prædictam opinionem, poſt ipſum Anchar. in c. i. de conſtit. uerſ. quæro iuxta prædicta, & Gozad. conſi. xlia. uerſi. Quibus non obſtantibus.

Quamobrem Ioan. Ant. Rubeus in conſi. lxxi. Plura mihi, ad fin. & idem Maria. iun. in d. conſi. xxv. in tertio. ſententiam huiuſmodi & concluſionem prorſus inconcuſſam exiſtimari cenſuerunt; & iccircò ab ea in iudicando recedendum non eſſe. c. ne innitaris, de conſtit. ubi Docto. & c. Capellanus, de fer. ubi Butr. & Abb. & l. prima. ff. de off. quæſt. ibi ſanè crebrior.

Non obſtat allegatum ſtatutum Vicentinum ſub rubrica, Quod quiſq; iuris in alium ſtatuerit, uerſi. item quòd in ciuitate Vicentiæ & eius diſtrictu. ubi ſingularis huiuſmodi ciuitatis lex diſponit, Rectorẽ ipſius uel aſſeſſores & cæteros officiales cõmunis Vicẽtiæ illud & par ius ſeruare, miniſtrare, & facere quibuſcunq; peregrinis & exteris, quale Vicentinis ciuibus uel diſtrictualibus redderetur & reddi poſſet in eorum ciuitatibus & locis unde traxerunt originẽ,

ſaluo ſi habitarent in ciuitate Vicentiæ uel Vicen-
tino diſtrictu. quare, ſi Vicentinus litigaret Pata-
uij, ſanè Patauinis legibus eum ſubijci non ambi-
gitur. c. ut animarum, de conſtit. in vi. & tradunt
omnes in l.fin. C. de iuriſd. omn. iud. & in c. quod
clerici, de for. compet. Sed cùm Patauinum ius ſub
rubrica de ſucceſsionibus ab inteſtato, dictet quòd
filius legitimati fœminas ipſas non excludat, aut de-
ſcendentes ex eis, & conſtet Gaſparem ipſum ex le-
gitimato natum fuiſſe, ſanè uideretur illum ab ipſo
uterino fratre iuris huius ſingularis authoritate ex-
cludendum: quia cui competunt uerba legis eidem
& diſpoſitio conuenit. l. quarta. §. toties. ff. de damn.
infec. idque præſertim cùm iuris huius clara diſpo-
ſitio eſſe uideatur, ibi, & ubicunque in præſenti ſta-
tuto ſit mentio de agnatis tranſuerſalibus, qui ha-
beant fœminas uel deſcendentes ex eis excludere,
intelligatur de eis agnatis in quibus nulla macula il-
legitimitatis ſeu aſcendentibus ſuis per lineam pa-
ternam fuiſſet, &c.

4 Nam † dicimus & aſſerimus, huic ſtatuto ua-
rijs modis poſſe reſponderi, unde eius diſpoſitio-
nem in effectu in præſenti caſu ipſi Gaſpari non
obeſſe.

Et primò quia ſtatutum huiuſmodi intelligi de-
bet in caſu in quo Patauinus Vicentiæ litigaret ea
5 ratione impulſus, † quòd actor ipſius rei forum ſe-
qui compellitur. c. cùm ſit, de for. compet. c. dilecti,
eod. tit. & l. in priuatorum. C. de iuriſdic. omn. iud.
hoc enim caſu poteſt procedere ſtatutum ipſum Vi-
centinum, & Patauini iuris diſpoſitionem exten-
dere aduerſus iuris communis regulas. d. l. fi. ff. de
iuriſd. omn. iud. & d. l. cùm quædam puella, ubi om-
6 nes Docto. † Hæc enim eſt iuris ſingularis propria
uirtus, ut communi deroget. uulgata. l. omnes po-
puli. ff. de iuſt. & iur. §. ius autem, inſt. de iur. na. gen.
& ciu. & c. quæ in eccleſiarum, de cõſtit. in glo. 1. ubi
Ioan. Andr. Butr. & Abb.

Cæterùm cùm cauſa huiuſmodi coram Vicenti-
nis iudicibus agatur ea ratione, quia bona in ipſo
Vicentino agro ſita ſint, non ſolùm quòd poſſeſſo-
res huiuſmodi bonorum Vicentiæ domicilium ha-
beant, ſtatutum huiuſmodi iuri communi derogare
non cenſetur, quatenus diſponit, leges uigentes in
ciuitate & territorio ubi bona ſita ſunt attendi de-
bere. d. l. reſcripto. §. fin. Bart. Bal. & Salic. d. l. i. C. de
ſum. Trin. & fid. catho. cum alijs ſuperius adductis.
7 Quæ reſponſio ea ratione probatur, † quòd dici ſo-
let, iurium municipalium diſpoſitionem per quam
ſtrictè intelligendam eſſe. l. ij. C. de noxal. ubi Bart.
Bal. & Ang. & Bart. l. conſtitutiones. ff. ad municip.
& c. in noſtra, de iniur. & damn. dat. ubi Butr. & Abb.
8 † Vnde, cùm plures effectus ius ipſum ſingulare pro-
ducere poteſt, ad unius communis correctionem,
interpretari debet, ut unum tantùm operetur. Do-
cto. in d. l. ij. C. de noxalib. & c. dilecti, de for. comp.
& Feli. in cap. primo de conſt. nu. x. & xi. & Roman.
conſi. clxxx. & cxcix. & Alex. conſi. ccxxix. Ponde-
ratis, in vi. quocircà conſtat, non obſtante ſtatuto
huiuſmodi diiudicari debere, Gaſparem ipſum acto-
rem ſecundum Vicentinæ legis diſpoſitionem in ſuc
ceſsione Heliſabethæ inteſtatæ potiorem exiſtimari,

tametſi ex legitimato patre natus proponatur, cùm
Vicentinum ſtatutum illum comprehendat, quic-
quid Patauinum diſponat.

9 Secundò, † quòd huius ſtatuti Vicentini diſpoſi-
tio hoc pacto intelligi debeat, ut præſentem caſum
non comprehendat; probatur & ratione ipſorum
ſtatuentium inſpecta, quæ colligitur ex uerbis ip-
ſius dum excipitur caſus habitationis, putà, ſi con-
tingat foreſem Vicentiæ, uel in eius diſtrictu habi-
tare, ut tunc ei Vicentinum ſtatutum prodeſſe ua-
10 leat. nam ratio hæc maximè naturalis eſt, † ut qui
ſentit commodum, onus quoq; ſubire debeat. l. cùm
oportet. C. de bon. quæ lib. in princ. l. ſecundum na-
turam. ff. de reg. iur. cum alijs adductis à Decio ibi.
11 † Cùm enim ratione habitationis & domicilij etiam
non originarius onera ſubeat cum ciuibus ipſis, ut
tradunt omnes in d. l. reſcripto, & Iaſ. in l. placet.
C. de ſacroſanct. Eccl. & Imol. diffuſius in c. ultimo,
de uit. & honeſt. cleric. ſanè par ratio ſubeſſe uide-
tur, quod ad bona ipſa attinet, ut cùm propter illa
onera poſsint imponi & quotidie imponantur etiam
forenſibus illorum poſſeſſoribus, ſtatuta Vicentiæ
12 prodeſſe debeant eis; † non enim ubi par ratio eſt, di
uerſum ius conſtitui debet. l. tutelas, ubi Bart. ff. de
cap. diminut. & l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. cum
aliis ſimilibus. dici enim ſolet, exceptionem regu-
lam ipſam declarare. l. nam quòd liquidæ, §. peu. ff. de
pen. leg. & l. in his. ff. de leg. declarat Deci. in l. pri-
ma. ff. de reg. iur.

Tertiò, ſtatuti Vicentini ſenſus legitimus eſſe ui-
detur, non ut in cauſis forenſium Vicentiæ litigan-
tium debeant attendi ſtatuta ciuitatis, unde foren-
ſes trahunt originem, ſed ut ſi in ciuitatibus unde
forenſes trahunt originem, ſeruetur inæquale ius Vi
centinis in illis litigantibus, quod ſeruetur ciuibus,
quòd ſimiliter tale ius inæquale ſeruetur illis foren-
ſibus litigantibus Vicentiæ, & econtrà, quòd ſerue-
tur æquale ius forenſibus pro ut Vicentinis, ſi idem
æquale ius ſeruatur Vicentinis in ciuitatibus foren-
ſium ubi litigatur. & huius ipſius ſtatuti, effectus
erit, quòd ſi in ciuitatibus forenſium ſtatuta proſint
Vicentinis, quòd ſimiliter dictis forenſibus Vicen-
tiæ litigantibus, ſtatuta Vicentiæ proſint & econtrà.
Quæ quidem interpretatio euidenter probatur;
13 † quia abſurdum eſſet intelligere, quòd ſtatuta Pa-
duæ extenderentur ad bona ſita in territorio Vi-
centino, ubi forenſis pro dictis bonis litigaret. hoc
enim iuris rationi repugnaret. d. l. fin. ff. de iuriſd.
omn. iud. ubi Doctores, & d. c. ij. de conſt. in vi. præ
tereà, & in præiudicium ipſorum ſtatuentium re-
dundaret, ſi aliter interpretaremur; quia aliàs in cau
ſa, quam habet Patauinus Vicentiæ aduerſus il-
lum Patauini iuris diſpoſitio attenderetur, quare
abſurda hæc interpretatio reijci debet. l. nam abſur-
dum. ff. de bon. lib. cũ aliis ſimilibus, quare uerus ſta
tuti huius ſit ſenſus, ut dumtaxat inæqualitatem iuris
remoueat inter ciues Vicentinos, atque ipſos fo-
renſes, cuius deciſionis effectus naturali rationi
maximè conuenit: toto titu. ff. quod quiſque iur.
cap. cùm omnes, de conſt. ubi Docto. l. illam. & l. ut
liberi. C. de collat. Quare concludendum ſit, ſtatutũ
huiuſmodi Vicentinum, non obſtare dicto Gaſpari,
propte-

propterea ꝙ in ciuitate Patauioa ſeruatur ęquale ius Vicentinis,cum ipſia Patauinia ciuibus. & iura ſingularia & propria Patauihorum ciuium Vicentinia ibi litigantibus proſunt. Vode ſequitur,ꝙ ſtatutū Vicẽtinum, quo cautum eſt agnatoa eacludere ipſoa cognatoa, dūmodò ea legitimo matrimooio nati ſint, debeat prodeſſe Patauino Vicẽtiæ litigaoti,ut ſeruetur æqoalitas ſecundum naturæ rationem, ab ipſis ſtatuentibua propenſam d.l.i. quod quiſque iur.ff. cum alijs ſuperius adductis.

Quartò & huius ſingularia iuris diſpoſitionẽ ipſi Gaſpari non obeſſe,ea quoq; ratione probatur,quia poſito, quòd ſenſus dicti Vicentini ſtatutj foret, ꝙ cauſa Patauini, Vicentiæ litigantis eo modo decideretur, quo decidenda eſſet, ſi lia ipſa Patauij iostituta fuiſſet, oihilominua huiua ſtatuti diſpoſitio Gaſpari Patauino ciui, Vicentiæ litiganti, non obſtaret pro bonia in Vicentino territorio poſitis; quoniam, & ſi cauſa huiuſmodi diſcuteretur Patauij quamuis pro bonis ſitis in territorio Patauino, iua diceretur, quòd legitimatus agnatus noo excludat cognatum, quia pro bonia huiuſmodi in Patauino territorio poſitia attenderetor ſtatutū Patauioum; cæterùm pro ijs,quæ in Vicentioo territorio poſita ſunt,ius Vicentinum obſeruetur,quo cautum eſt,ut agnatus etiã legitimatus, cognatum ipſum excludat.d.l. reſcripto.§.fi.& tradunt omnes in d.l.i.C.de ſum.Trio. & fid.cath. cum alija adductis à domino Matiano iun. io d. conſi.xav.in iij.uol. & Io. Aotoniua Rub.in d.
14 coosi.laai.cum alijs ſuperius adductis. † Quam quidem ſentẽtiam atque interpretationem in non abſimili ſpecie Soci.probare uidetur. cōſi. claxavlij.nu. ij.uer.& iſta opinio eſt communia & uera. ubi concludit ratione bonurum attendi ſtatota.putâ Vicentiæ, tametſi Vicentinua Patauij litigaret. & idem Soci.conſi. ccxcii.ou.iij. uerſi. prætereà io quocunque. ubi ſubiicit, ſtatutum huiuſmodi loqueos in ſucceſsionibus ab inteſtato; ſemper attendi ubi bona ſiot ſita, ubicuoque litiget ciuis ſtatuentibus illia ſubiectus.& Brun.Aſteoſ. non diſſcotire uidetur in d.tract. ſtatutorum ſtantibus maſculis fœminas eacInd.artic.viii.quæſt.xxv.

Ea quibua non obſtante præallegati ſtatuti diſpoſitione,uera adhuc remanet concluſio,quòd ipſe Gaſpat io ſucceſsione D. Heliſabethæ eiua patruelis potior habeatur, quàm uterious fratér cognatua: & idcircò in huiuſmodi caoſa iua bonum fooere contra Plegaferos bonorum poſſeſſores, ad ipſam D.Heliſabetham olim ſpectantium.& ſecundum hanc interpretationem iudicandum,pronuntiandum & diffiniendum aſſerimus, & concludimus communicato ſæpius iouicem. & diſcuſſo præſenti negotio, & habita matura deliberatiooe.

Nos Hieronymus Torniellua Cæſarei iuris ioterpres ueſpertinus io primo loco, in celebertimo Patauino Gymnaſio, & D. Iacobua Philippus Portius Imoleoſis, Pootificij iuris profeſſor matutinus, in eodem Gymnaſio,& Antonios Catarus in eodẽ Gymnaſio criminalium interprea, dicimua & atteſtamur, ut ſuprà concluſum fuit, iuris eſſe, & ita iudicandum atq; pronunciandum; & ad fidem ſubſcripſimus atq; uoiuſcuiuſque proprio ſigno ſubſignauimus, ſaluo ſemper &c. Laus Deo.

Patanij x.Kal.Nouembris 1557.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes unà cum patruo ſuccedunt: repræſentant enim eorum patris perſonam. & nu.6.*
2 *Filius ſubintrat gradum patris quoties de aui, ſiue aſcendentium ſucceſſione agitur. & nu. 6. & 10. ſed uide omnino,num.14. & ibi, de communi opin. & num.17.*
3 *Teſtatoris diſpoſitionem intelligere debemus, ut iuris authoritati ea ſit conformis. & uide nu.15.*
4 *Effectus ueluti finis perpendi ſolet.*
5 *Diſpoſitio ſingularis ita interpretari debet, ne diſpoſitioni iuris communis deroget, ſed ut ab ea potius interpretationem recipiat.*
7 *Legatum aut fideicommiſſum familiæ relictum, gradatim debetur, & proximior admittitur.*
8 *Diſpoſitionem non debemus iudicare ſuperfluam, ſed aliquid operari debere.*
9 *Falcidiam prohibens teſtator, ſiue trebellianicam, nullumve fideicommiſſum deinde relinquens, quod intelligendum eſt de quarta iura naturæ debita.*
11 *Speciali à prouiſione non eſt recedendum.*
12 *Ordo ſcripturæ ſequendus eſt.*
13 *Proximus intelligitur reſpectu naturalis gradus, non interpretatiui.*
16 *Verba ſic intelligi debent, ut aliquid operentur.*

CONSILIVM CXXVIII.

ADSIT MIHI PARACLETI SPIRItua aura, ut omnem erroria nebulam ab intellectu meo abiiciar, & quod uerum ſit, diffinire ualeam.

CASVS.

FACTI ſpecies eiuſmodi incidit: quidam moriens teſtamẽto cauit, ut ſi quis filiorum eius inteſtatus decederet, proximior ei in gradu ſuccederet. Contigit,quendam ex eis ſuperſtitibus filijs primū, mox uerò alterum abſque filijs ac inteſtatum deceſsiſſe, quæſitum eſt, ao frater io ipſiua fratria inteſtati ſucceſsione ſeu proximior admitti debeat ipſis ex præ defuncto fratre nepotibus prorſus excluſis?

RESPONDI.

1 PRima quidem facie ceoſendum uideri † nepotes in propoſita ſpecie unà cum ipſo patruo ad prædefuncti ſucceſsionem admittendū. Scriptæ enim legis authoritas id ipſum ſuadere uidetur.§. ſi igitur defunctus,uerſi.ſi autem defuncto fratres.& §.ſi autem cum fratribus,ubi gloſſa, & ibi Bart.& Ang. aduertunt, & auth. ceſſante. C. de ſuis & legit.ubi Bald. Ang.Salicet.& Caſtr.& §.i. in auth.ut fratrum fil: in

quibus locis aduertunt Docto. Iuſtinianum legiſ-
latorem ſanxiſſe ad patrui ſucceſsionem, unà cum
ipſo fratre nepotes ea altero prædefuncto in locum
patris admitti, quicquid ueteris legis diſpoſitio ſua-
deret, ut legitur in l. Iuriſconſultus, in princ.ff. de
grad.& §. ſecundo gradu, & §.ſeq. & inſt. eod.§. ſe-
cundo gradu. & §. hoc etiam addendum, inſtit. de
legit.agnat.ſucceſſ.& c.non debet, de conſan.& af-
fin. & c.ad ſedem.xxxv.q.iiii.uerſi. fratres itaque. &
iccircò in ſucceſsione ueluti proximior, potior eſſe
debuerit.d.l. Iureconſultus, & inſtit. de legit.agnat.
tutel. & de legit.agnat.ſucceſſ.§.i.& l.i.ff. ſi tab.teſt.
nullæ extab.aliud tamen Iuſtinianus conſtituit, nem
pè quòd in huiuſmodi caſibus nepotes ipſi pater-
num gradum adingredientes illius portionem fe-
rant, in d.authentico ut fratrum filij, in princ. ibi,
paternum adingredientes gradum, quamuis mero
iure in tertio gradu exiſtant, paternum tamen re-
præſentantes in eodem, & iccircò æquali gradu
cum ipſo patruo concurrere cenſentur.d.§. ſi autem
cum fratribus, cum alijs ſuperius adductis. Quam
concluſionem ſæpius argumentum huiuſmodi per-
tractando ueteres ipſi ſecuti fuerunt, & ex facto re-
ſponderunt; Cyn.in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.in ter-
tio memb. de ſucceſſ. collater. nu.i.ii. & iij. & Dyn.
tract.eod.nu.xvi.uerſi. reſtat ultimò explicatis duo-
bus, & Bart.tract. eo. uerſi.eo. & Roland. Paſſage-
rius tracta.eo.num.xv. uerſi. ſi autem contingat, &
Ant.Roſell.tract.eo.uerſi. ſed ad unum aduerte, nu.
cviij. cix. & cx.ibi, ſi concludamus, & Mathæſilan.
Bonon.tract.eo.iii.artic. princ.nu.i. ubi Bologn.in
additio.& Nicolaus Vbald.Peruſinus iii.parte princ.
num.i.& ij. & Ioan.Oldendorp.tract.eo.num.xv, &
nu.xvi.& Alberic. Bart.Bal.Ang.& Salicet.d.auth.
ceſſante. & auth.poſt fratres.C. de ſuis & legit.† qui
2 omnes aduertunt, filium ipſum parentis locum ac
gradum ſubintrare, quoties de aui atque ipſius pa-
tris ſucceſsione agitur, & Alexan. conſi.lxxxviii. &
cxxxvij. in primo. & xxvij, in tertio.nu.xi. & Corn.
conſi.xxiiij.in ſecundo. & Soci.conſi.li.in quarto.&
Deci.conſi.i. & conſil.cccexij. & cccexliij. & quàm
plures alij breuitatis cauſa omiſsi.

Quamobrem in propoſita ſpecie huiuſmodi legis
diſpoſitionem ſingulari teſtatoris diſpoſitione nõ fa
3 cile ſublatam interpretari debemus,† cũ potius intel
ligi debeat, ut iuris authoritati ſit cõformis.l.ſi duo.
ff.de acqu.hære. ibi, uel ſcire potuit.glo. Cyn. Bart.
Bal.& Caſtr.& Cyn.l.fi.C. de iure delib.§. in cõputa
tione.& Bar.Cuma.& Alex.nu.viij.& Soc.nu.xxxv.
& Ripa.nu. lxxvij. in l. hæredes mei.§.cùm ita.ff. ad
Trebell.Butr.Imol.& Abb.c.cauſam, de reſcrip.& c.
dudum, de decim.& c.exhibita, de iudit.& Bal.l.qui
cunque.C.de ſeru.fugi. vnde in propoſito caſu, cùm
teſtamento ſuo cauerit teſtator proximiorem inteſta
to ſuccedere debere, id uidetur intelligẽdum, prout
iuris ratio dictat, ut nepos unà cum ipſo patruo ad-
mittatur, perinde ac proximitatis effectũ teſtator ipſe
perpenderit, qui in ipſa ſucceſsione conſiſtit ueluti fi
4 ne.d.l.iuriſconſultus, in princ.† quemadmodum in
alijs actibus effectus ueluti finis perpendi ſolet.l.etſi
non ſint.§ peruenimus.ff. de aur. & arg.lega. & l.in
executione.§.pro parte.ff.de uerb.oblig.& l.tertia.
C.de inſt.& ſubſt. ubi Bal.& Salice.& l.mulier.ff ad
Senatuſc. Treb.& l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ubi om
nes.ff.de lib.& poſth. Quare ratione non caret, ut di
ſpoſitio hæc teſtatoris ita interpretetur, ut iuris ratio
dictat. Anch.c.canonum.xiiij.quæſt. de conſtitutio.
& Soci.conſi.xxiij.in primo, nu.xviij.

Secundò, nam & ſi ſingularis iuris conſtitutione
cautum ſit, proximiorem alicui ſuccedere debere, cõ
ſtat nepotem unà cum ipſo patruo admittendum cẽ-
5 ſeri, ea ratione,† ut ſingularis conſtitutionis diſpoſi
tio, iuris cõmunis prouiſioni non deroget, ſed ab ea
potius interpretationem recipiat.l.ſi ſerui ueſtri.C.
de noxalib.ubi Fulgo.& Ang.& Bart.l.omnes popu
li.ff.de iuſt. & iur.vi.q. princ. & l.ii.ff. de leg.i. ubi
Imol.Alex.Soci.& Alcia.& c.cùm dilectus, de con-
ſuetu.ubi Butr. & Abb. in qua ſpecie Bal.reſpondit
conſi.cccexii.incip.In nomine Domini.Caſus talis,
in quinto, & Alex.d.conſ.lxxxviii. Quòd concurrere
debeant.& cõſi.cxxxvij.Præclarè à priori, in primo
& conſi.xxvij. Videretur, in tertio. Quod etiam muni
cipalis iuris diſpoſitione ſuadente proximiorẽ ad-
mitti nepotem ex fratre prædefuncto uirtute repræ-
ſentati gradus unà cũ patruo admitti, & iuris ipſius
6 ſcripti authoritate probari uidetur; † ueluti cũ quis
familiæ fideicommiſſum reliquiſſet, nominatis pri-
mùm deberi reſponſum eſt, deinde qui ex eis proxi-
mo gradu procreati ſunt.l.cùm ita.§. in fideicõmiſ-
ſo.ff.de lega.ii.ubi glo. interpretatur terminum illũ
proximo, quandoq; his conuenire, qui diſpari gradu
ſunt, uel uti nepotes ex fratre cum patruis. d.auth.cũ
ceſſante, cum aliis ſuperius adductis. & licèt Bal. ibi
Accurſij interpretationem non probet, quoniam dif
ferentia conſtitui debeat, an in hominis diſpoſitione
terminus ille proximior proferatur, Imol.tamen ibi
dem & plures alij adducti ab Alciato Accurſij ſentẽ-
tiam tuentur, quoniã proximior in utraq; diſpoſitio
ne ſiue hominis ſiue legis is exiſtimetur, qui ſecundũ
iuris ipſius diſpoſitionẽ uocatur.l.iij.§. ſi duo.ff. de
legit.tuto.ibi, cũ filius ac alterius patroni nepos ſu-
perſtites eſſent, Iureconſultus reſpondit ad filium in
7 primis, deinde ad nepotẽ tutelã ipſam pertinere.† in
uniuerſum enim conſtituit legiſlator relictũ iure le
gati uel fideicõmiſsi familię aut agnationi gradatim
deberi, ut proximiori cuiq; prius perſoluatur.l.fi.C.
de uerb.ſign.ubi glo. in uerbo poſt eos.Alberic.Bal.
Salic.Ang.& Corn.quę cùm eiuſmodi ſint in propo
ſito caſu, cùm ipſi filio inteſtato decedenti proximio
rem teſtator ſubſtituerit, conſequens eſt, eum ipſum
uocatũ cenſeri, qui iuris inſpecta diſpoſitione uoca-
tur, nẽpè nepos cũ ipſo patruo. d.§.fratris, in d.auth.
de hæred.quæ ab inteſt.in d.§.i, in d.auth.ut fratr.fi-
lij & d.auth.ceſſante. Quod ſi aliter ſenſit teſtator,
dilucidius explicare debuerat.l. ſi cùm dotẽ.ff. ſolu.
matr.l.cõmodiſsimè.ff.de lib.preter.& l.ſi extraneus
ff.de cond.ob cau.& pro hac ſententia ex facto con-
ſulti plures reſponderunt. Corn.conſil. xxiiij. in ij.
Alexan. lxxxviij. in primo. & xxiij.in tertio. Aret.
clxiiij.& Soci.li.in quarto.& Accurſij ſententiam ue
luti receptiorẽ ſequitur Rui, cõſi.clxiij.in i.nu.xij.

Quibus tamen non obſtantibus in propoſito ca-
ſu oppoſitum uerius eſſe exiſtimo, quòd immo cùm
teſtator proximiorem ſubſtituerit, frater ipſe ſolus
excluſo-

eacluſo nepote ueluti proximior admittatur.d.§. ſe-
cundo antem gradu.d.l.Iureconſultus.& d.§.ſecun-
do gradu, inſtit.de gradib. cùm enim teſtator pro-
ximiorem uocauerit, ſanè ordinem graduum uerè,
non autem interpretatiuè perpendiſſe uidetur; & ic-
circò interpretatio hæc iuris rationi accommoda-
8 tior præferenda eſt,† ne aliàs ſuperflua eſſet proxi-
mioris adiectio; quod à iuris ratione diſsidet.l. ſi
quádo.ff.de leg.primo,ibi,fruſtrà legaturus erat,&c.
ubi Ioannes ab Imol.poſt alios aduertit.& c. ſi ciui-
tas, de ſenten.excom.in vi.& c. ſi Papa, de priuileg.
eo.lib.& Abb. & Deci. in c. Paſtoralis, nu.i. de ap-
pellatio. & in c. licèt cauſam, nu. iiii. de probatio.
uerſi.his tamen non obſtantibus, & iccircò cùm quia
rem ſibi dari uacuamq; poſſeſsionem ſtipulatus eſt,
partum ancillæ deberi reſponſum eſt, ne aliàs ſti-
pulationis uerba fruſtrà adiecta fuiſſent.l. inſulam,
de præſcript.uerb.& l. ſi ſtipulatus.ff. de actio. emp.
9 † & iccircò ſi teſtator falcidiam ipſam prohibuerit,
nullumve fideicommiſſum reliquerit, ad quartam
iure naturæ debitam terminus ille refertur, ne
aliàs diſpoſitio illa inutilis eſſet. Alcia. rubr. ad l.
falci.& conceſsio alicui & quibuſcunque hæredibus
facta, extraneos quoque eadem ratione comprehen-
dit: quod Deci. reſpondit conſi.dxcix.nu.iii.

Secundò idem promptius concludendum uide-
tur, cùm inter huiuſmodi perſonas ordinata cadat
affectio, unde uerisimilius ſit teſtatorem cenſuiſſe
fratrem proximiorem quàm ex ipſo fratre filium.
l. Gallus.§. quidam rectè.ff. de liber. & poſthu. ubi
Barto. Imol. Caſtren. Alexan. Soci. & Rui. & idem
Soc. in l.cùm auus.ff.de condit.& demonſt. & l.cùm
acutiſsimi.C. de fideicom. in fin.ibi, ne uideatur.&
Bal.& Fulgo.in primo notab.

Tertiò, cùm teſtator huiuſmodi cenſeatur iuris
diſpoſitionem non ignoraſſe.l.regula, in princip.ff.
de iur.& fact.igno. & tradunt omnes in cap. primo
de conſtitutio. in vi. nempè quòd Iuſtinianus ipſe
ueteris iuris diſpoſitionem & regulam inſtexerit,
quatenus proximiori cuique hæreditas ipſa deferri
ſolebat, ueluti fratri, excluſo nepote ex altero fra-
tre tanquam in ulteriori gradu exiſtente. §. ſi plu-
res, inſtit.de legit. agnat. ſucceſſ. & l. conſanguini-
tatis iure.C.de legit.hæred. & l. auunculo.C. com-
munia de ſucceſsio.& l. ſecunda.C.de ſucceſſo, edic.
10 † at Iuſtinianus ipſe aliter conſtituit, & interpreta-
tur filium ipſum parentis gradum repræſentare.d.§.
fratres autem. & d.auth. ceſſante. & d.§. primo. in
auth.ut fratrum filij. Vnde ad iuris ueteris diſpo-
ſitionem facilè creditur teſtatorem huiuſmodi re-
diere uoluiſſe. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de
pact. ubi omnes, & l.i.C. de impon.lucrat. deſcript.
11 ubi Bar. lib. x. unde ab hac † ſpeciali prouiſione re-
cedi non debeat.l.quandiu.ff. de acquir. hæred. & l.
quandiu. ff. de reg.iur.& l.antequam. C. communia
de ſucceſsio.& l. ſanctio legum.ff. de pœn. cum aliis
adductis à Deci. & Cagno. in l.in toto. ff. de regul.
iur. & c.i.de reſcript.& moderni Paranini poſt Din.
& alios in.c. generi per ſpeciem, de reg.iur.in vi.

Quartò non omitto, concluſionem huiuſmo-
di & ſcriptæ legis authoritate probari.l. cùm pater.
§. à te peto.ff. de leg.ii. ibi, ut ſi quos haberet libe-
12 ros † ubi cùm petiiſſet uxor à uiro, ut eis prædium
relinqueret aut propinquis, Iureconſultus reſpondit,
ſcripturæ ordinem ſequendum.l. cùm pater.§. à te
13 peto. eod.tit.ff. de leg.ij. † unde dictio illa proxi-
mus, ſeu proximior, ad naturalem, non autem in-
terpretatiuum gradum referenda uidetur.d.l.fin.C.
de uerbo.ſignific.& l.peto.§. fratre.ff.de leg.ii. ibi,
ita res temperari debet, ut proximus quiſque pri-
14 mu loco inuitatus uideatur.† Idque potiſsimùm
cùm uideatur agi de ſucceſsione ipſius teſtatoris,
cui proximior eſt frater, quàm ex fratre nepos. l.
cohæredi.§. cùm filiæ.ff.de uulg.& pupill.ubi Diu.
Alberic. Bart. Imol. & Alexan.unde ceſſante ratio-
ne cur filius parentis locum ſubintrat, nempe cùm
de patrui illius ſucceſsione agitur.d.§.fratres.d.§.pri
mo, d.auth. ut fratrum filij, & Docto.d.auth. poſt
fratres, iuris quoque illius diſpoſitio ceſſare debet.
d.l.tutelas, ubi Bart.ff.de capit.diminut.& c.cùm ceſ-
ſante. de appellatio. & ſecundum huiuſmodi con-
cluſionem Doctores ſæpius tùm legendo, tùm ex
facto reſpondendo diffiniendum cenſuerunt. Bal.
Cuman. Floria. d.l. cum ita.§. in fideicommiſſo. &
Aug.§. cùm filius inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.uer
ſi.deinde iſta regula. & Nicol. de Matharel.in l.fi.
C.de iuriſd.omn.iud.& Deci.l.ex teſtamento.C. un
de liberi,num.iiii. & Cuma.conſi.cvi. ad fin. & Ale-
xand. conſil.iiii. Ponderatis. & ccv. in ſecundo. &
cxxix. Perſpectis, in quinto.& Soc.xiiii.in fi.in ter-
tio. & Capra conſi.v. Eiſi uiſo. & Curt.iun.conſil.
xxiij. Præſuponitur, nume.ix. & Deci. conſil.i.ubi
oppoſita ſubtiliſsimè diluit. & conſi.lxix. uerſi. ſe-
cundò principaliter. & ccccviij. ad fin. & cccexii. in
fin. ubi atteſtatur in Romana curia, ita fuiſſe iudi-
catum. & Card.Pariſ.non ſemel reſpondiſſe uidetur
conſi. ix.Olim dominus,in ſecundo,num.xx.& xxi.
& lxiui. eod. uol.num.xxxv. & conſil.xxi. Requiſi-
tus, in tertio nu.xx.

Non mouet prima ratio in iuris ipſius communis
diſpoſitione conſiſtens, quia conſiderari non debet
uti teſtatoris mens aliud ſuadeat. d.l.uerbis legis.ff.
de uerb.ſignifi.& d.§.diſponat,in auth.de nup. Idq;
potiſsimùm cùm naturali inſtrumento uerborum
ipſorum maximè propriè expreſſa ſint.l.Labeo.in ti.
de ſuppel.lega.l.ille aut ille.ff.de hæred.inſtit. unde
cùm in præſenti caſu proximior ſubſtitutus ſit, de
eo intelligendum eſt, qui reali linea inſpecta ſecun-
dum teſtatoris mentem proximior ſit, non iuris in-
terpretatione, quippè quòd ſpecialis prouiſio ge-
nerali deroget.l.ſanctio legum.ff. de pœn. & d.l.in
toto.ff. de reg.iur.

15 Secundò † non urget teſtatoris diſpoſitionem ita
interpretandam, ut iuris diſpoſitioni cõueniat. Bar.
d.l.ſi duo. & Bal.d.l. quicunque, & Anchar.d.c.ca-
nonum. quia id non procedit, ubi ſingularis ipſius
teſtatoris prouiſio clara eſt, qui à generali iuris re-
ceſſerit, proximiorem in gradu ſubſtituendo, aliàs
nihil operaretur; quod ualde abſurdum eſt.d.l.uer-
bis. & d.l.in conditionibus. & l. ſi quando. ff. de le-
gat.primo. cum aliis adductis à Decio in c. Paſtora-
lis, num.i.de appellatio.

Tertiò non urget in iuris municipalis interpre-
tatione terminum illum proximior, pariter ne-

poti & fratre atque ipſi fratri conuenire. Alexan.d. conſi.lxxviii, & cxxxvij. in primo. Nam id factum exiſtimari debet, ut ius ipſum ſingulare minus quàm fieri poſsit communi iuri deroget. Bal. & Salicet.d. l.ſi ſerui ueſtri. Butr, & Abb.c.cùm dilectus, de conſuetud. Alex. & Iaſ.d.l.fin.§. in computatione, C. de iur.delib. At hîc ſumus in ipſius teſtatoris interpre
16 tanda uòluntate, † quæ ita debet intelligi, ne ſit inutilia.d.l. ſi quando.ff. de leg. primo. & c. ſi Papa, de priuileg. in vi. & c.ſi ciuitas, de ſent.excõm.eo.libro ubi Gemin.& Franc. & Ang.l.ædem.C.locati.

17 Poſtremò † non urget iuriſconſulti reſponſum, & in primis in d.l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.nam oppoſitum potius ibi probari uidetur, quatenus iuriſconſultus ipſe proximo cuiq; ex familia fideicommiſſum deberi reſpondit. nec Accurſij interpretatio quicquam obeſt, diſparis gradus perſonas quandoq; unà uocari interpretantis, putà nepos ex fratre cum ipſo patruo; quod fieri conſueuit cùm de patrui & aui ſucceſsione tractetur.d.§.ſi uerò fratres.& d.§.i. in auth.ut fratr.fil.& d.auth. ceſſante. at hîc ipſi teſtatori ſucceditur, d.§.cùm filiæ. Præterea & Bal.cui Cuma. & Floria, acquieſcunt acri iudicio in diſpoſitione legis ſiue communis ſiue ſingularis illam ipſam Accurſij interpretationem procedere cenſuit, non autem hominis, & Romanam Rotam iudicaſſe traditum eſt, Deci,d.conſi.i. & conſi.lxxiiij. & Pariſ. conſilijs ſuperiùs adductis. Idque potiſsimùm cùm ipſe teſtator proximiorem ſubſtituerit.& icciroò iuris diſpoſitionem uerisimiliter non ignorans inflectere uoluiſſe exiſtimandus ſit, ne aliás fruſtrà diſpoſuiſſet: quod lex interpretari non conſueuit.l. quarta.§.condemnatum.ff.de damn.infec. & l. quoties.ff.qui ſatiſd.cogan.cum alijs adductis à Deci.in c.licèt cauſam, de probatio.nu.iiii.uerſic, his tamen non obſtantibus. Laus Deo.

Patauij Kal. Auguſti 1549.

Portius Imolanſis.

Subſcriptio Excell. domini Mantuæ.

Licet regulariter filius patris perſonam repræſentet, & in locum ipſius admittatur.§. cùm filius, inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer, attamen caſus iſte præcipuus eſſe uidetur, cùm expreſsè conſtet de uoluntate teſtatoris qualis fuerit, ut ab ea non ſit ullatenus recedendum.uulg.l. in cõditionibus.ff. de cond. & demonſtr. & §. diſponat, in authentica de nupt. Conſiderando amplius inter eas perſonas diſpoſuiſſe, inter quas cadit ordo neceſsitatis & affectionis, uſque adeò, ut non uideatur uoluiſſe quòd nepotes cum ipſo patruo admitterentur; iuxta not. per Bar.& alios in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib. & poſthu. & tradit Curt. iun. conſil. cxxviij. incip. Præſupponitur. col.i. & propterea non poſſum non concurrere in ſententiam Excellentiſsimi domini Iacobi Portij conſultoris, ut ſuprà, fratris ſemper honorandi: fratrem.ſ. admittendum eſſe & admitti debere ad ſucceſsionem fratris prædefuncti nepotibus excluſis, ſaluo tamen ſemper ſaniori iuditio &c. In quorum fidem &c.

Marcus Mantua Bonauitis Iurecõſ. & ſacri Lateranenſis palatij aulæq; Imperialis Comes.

SVMMARIVM.

1 *Caſus fortuitus excuſat.*
2 *Caſus contingens ad dominum pertinet, non autem ad procuratorem.*
3 *Liti cedens non eſt deinde audiendus.*
4 *Litigator temerarius expenſas ſoluere tenetur.*

CONSILIVM CXXIX.

SANCTISSIMAE TRINITATIS auxilio ſemper inuocato.

Quoniam negotiorum me cumulus urget, æquiſsime iudex, iccircò in præſenti negotio paucisſimis agam. In primis igitur ſciendum exiſtimo, quòd licèt conſtaret hunc ipſum Petrum, aduerſus quem agitur, pannum Imolam portandi, mandatum
1 ſuſcepiſſe, quod tamen ex actis non liquet, † adhuc ob huiuſmodi fortuitũ caſum Vatreni & inundationis ſuperuenientis eum non teneri.l. eum qui.§.ſi.ff. de furt.ubi Bart.Bal. Ang. & Imol.merces enim nulla interuenit, nec portandi periculum ipſe Petrus ſuſcepit, quomodò ergo fortuiti caſus euentum ſubire debeat?§.ſi.inſtit. mandati, ubi Ang.& l. à procuratore. & l.in re manda.C.mandati. Quamobrem, cùm negotij huius conſummatio nullam prorſus peritiam requirat, quam & Petrus ipſe non profitetur,
2 † conſtat cõtingentis caſus detrimẽtum ad ipſum dominum pertinere. Din.c.imputari.de reg.iur.in vi. & Bart.d.l.eum qui.§.ſi. Idque potiſsimùm cùm saltem in genere caſus huiuſmodi excogitabilis eſſet; ſciebat enim dominus quòd trãs Vatrenum amnem Petrus ipſe currum ducturus eſſet, unde ei imputari debeat.d.c.imputari.& c.damnum quod quis, de regu.iur.in vi.& l.ſi.§.etſi præfatam.C.de iur.delib.& l.inter cauſas.§.non omnia.ff.manda.& Com.conſi.
3 clvii.in ſi. † Quare & optimo iure uidens Baſſus ſeſe iniuſtam fouere cauſam, liti renunciandum duxit, ut in proceſſu conſtat; & icciroò non facilè audiri debet.l. poſtquam liti.C. de pact.ubi Bart. Alberic. Bal.Caſtr.Salicet. Alex. Iaſ.& Deci. & Alcia. & Innoc.Card. Butr. & Imol.in c. ex tenore, de reſcript.
4 † Quamobrem, cùm accepto iuditio id factum ſit, nõ eſt dubium ceu temerè litigantem actorem huiuſmodi in expenſis condemnandum eſſe.l.edita.C. de eden.ibi, prout edicti perpetui, ubi Docto. in fin. Idque potiſsimùm cùm nulla iuſta ſuperuenerit cauſa.l.deſtitiſſe.ff. de iudic. & Bald. d.l. poſtquam liti in fin.C. de pact.num.aij. æquum enim exiſtimatum eſt, ut qui temerè iuditium aggreditur, malam cauſam fouens, & aduerſarium inanibus fatiget expenſis, impune temeritatẽ huiuſmodi ferre non debere

bere.l.eum quem temerè. ff. de iudit. ubi Ange. de-
clarat,& l.properandum.§.ſin autem.C.de iudit.ubi
Iaſ. poſt ueteres & c.finem litibus.de dol.& cont.&
Clem.ſæpe,de uerbo.ſignif.ubi Franc.& Natt.ſuper
uerbo expenſæ.& diffusè Deci.& Cagno.in l.qui in
alterius,ff.de reg.iur.Laus Deo, iiij.Id.April.1545.

Portius hæc raptim.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Nuntio eredendum eſt, aſſerenti ſe aliquem citaſſe.*
2 *Præſumptio eſt pro notario.*
3 *Geminata atteſtatio præſumptionis uirtutem adauget.*
4 *Quæ ſingula non iuuant, ſimul tamen iuncta proſunt.*
5 *Interpretatio in dubio faciēda eſt, ut actus potius ſubſtineatur, quàm pereat.*
6 *Nullitatis exceptio ex citationis defectu impedit exequutionem trium ſententiarum conformium.*

CONSILIVM CXXX.

Ieſus Chriſtus innocatus adſit.

1 NVNTIO †credendum eſſe,ſi ali-
quem citaſſe afferat, nemini du-
biū eſſe debet.c.cùm parati,de ap-
pellatio.ubi Inno.Ioan.And.But.
Cardi.Ancha.Imul.Abb.& Felin.
& Deci.nu.xi.Bal. Abb. Feli.Lan-
fran.& Dec.in c.quoniam contrà, in uerbo citatio-
nes,de probat.Quod potiſsimùm procedere traditū
eſt, cùm ipſa pars citationem præceſsiſſe neget.Spe-
cul.in tit.de citatio.§.ſequitur.& Bart.l.Diuus,la ii.
ff.de custo.reorum.& l.fin.§.fi.circa fi.de offi.præf.
urb.& Aret.in §.quadrupli, inſtitut. de actio. quod
docendo Doct.concludere conſueuerunt, & de iure
reſpondendo pluribus ex facto conſultis uiſum eſt.
Bald.l.j.§.ſi quis neget,circa finem,quemad.teſtam.
aperiaut.& Ponta.conſi.ccccxcvii.col.pen. & Corn.
conſi.lxxix.in tertio litera D. Quamobrem in pro-
poſito caſu nulla probabilis ratio poteſt adferri, ut
refricetur in dubium, dominum Gentilem in ius nō
fuiſſe uocatum, cum id nuntius ipſe deponat,cui fi-
dem non adhiberi iuris rationi prorſus repugnat.Sa-
licet.l.abſentem,quęſt.v,C.de accuſatio.& l.tres de-
nuntiationes.C.quomodo & quan.iud.uerſi.ſed an
2 credatur. & Deci. d. c.cùm parati.nu.xi.† Præterea
& Tabellio ipſe qui acta conſcripſit, legitimam ci-
tationem præiuiſſe teſtatur, licèt impeditus eam in
actu non redegerit, pro quo lex non parum pręſu-
mere conſueuit.c.ad audientiam,de pręſcriptio.ubi,
ſcriniarium noſtrū,&c.& l.ſi quis decurio.C.de falſ.
& d.c.quoniā,ubi dixi ſup uerbo duos idoneos,&c.
3 †nam & notarij geminata atteſtatio præſumptionis
uirtutem adauget.l.Baliſta. ff.ad Senatuſconſultum
Trebel. & Docto.c.j. de treg. & pace, ait enim in
ipſius ſententiæ uerbis illā ipſam abſente altera par-
te,legitimè tamē citata,latam fuiſſe,nec enim minor
ipſi notario fides adhiberi debet verbis atteſtāti quàm
ſcriptura ipſa.argumento.l.non figura.ff.de actio.&
oblig.& l.Labeo.ff.de ſupell.leg.cùm ſemper utroq;
caſu pro eius ſyncera fide lex plurimùm præſumat.
d.c.ad audientiam,& d.c.quoniam contrà.cum aliis
adductis in l.ii.C.de offi.ciu.iud.& Alciat.in tract.
præſumpt.reg.iij.præſump.xiij.& xiiij.& dixi in d.
c.quoniam contrà,ſuper gloſſ. in uerbo citationes,
4 Quapropter† quæ ſingula nō iuuarent,ſimul iuncta
ſaltem proſint. l. filium diffinimus.ff.de his qui ſunt
ſui uel alie.iur.ubi Bald.& l.de quæſtione. §.tormē-
ta.ff.de quæſtio.ubi Bart.& l.exemplo. C.de pro-
5 batio.† Nam & in dubio interpretatio fieri debet,ut
actus ipſe potius ſuſtineatur.l.quoties.ff.de uerbo.
oblig. & l.quoties.ff.de reb.dub. & l. quoties. ff.de
6 de reg.iur.& c.Abbate, de uerb. ſignif. † Quocircà
nullitatis ipſius exceptio ex citationis defectu addu-
cta, licèt trium conformium exequutionem impe-
diat, Clem.j.de ſent.& re iud.ubi Docto.omnes, &
in Clem.j.de ſequeſ.poſſeſſ.& fruct.ea tamen legiti-
ma ſubſiſtente, reiici debet. Laus Deo. vii.Kalen.
Decembr.1545.

Portius Forocorn.hæc raptim.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filij alendi ſunt à parentibus.*
2 *Legitima filijs debetur.*
3 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
4 *Filiorum prima eſt cauſa in ſuccedendo.*
5 *Filij aut inſtituendi aut ex cauſa legitima exhæredandi ſunt, ad hoc ut teſtamentum ualeat. & nume. 9. & ſequen.*
6 *Teſtamentum nullius roboris eſſe, in quo filius prætermiſſus eſt.*
7 *Inteſtatus dicitur ille decedere, cuius teſtamentum filij filiæve prætermiſſione nullum ſit.*
8 *Teſtamenta quoad poſſunt ſuſtineri debent.*
9 *Legitima relicta ſi non eſt ſufficiens, ſupplenda eſt ab hærede.*
11 *Teſtamentum ob cauſam præteritionis ille rumpere poteſt, qui ab inteſtato ſuccedit.*
12 *Statutum excludens fœminas ob maſculos, in agnationis ipſius conſeruatione reſidet.*
13 *Fœminæ maſculis non extantibus ſuccedunt, etiam ex forma ſtatuti eas ob maſculos excludentis, uel ſi maſculi ſuccedere nolint. & nu.15.& 18.*
14 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
16 *Filius legitimatus an excludat fœminas ſtante ſtatuto quòd fœminæ non ſuccedant extantibus maſculis.*
17 *Agnatio per filios mares conſeruatur, non autem fœminas.*
19 *Patruus an excludat neptes ſtante ſtatuto quòd extātibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*
20 *Filij acquieſcere debent uoluntati paternæ, & diſpoſitioni in teſtamento factæ.*
21 *Clauſula codicillaris quæ nam ſit uirtus, oſtenditur. & de comm.opin.nu.2.*
22 *Hæreditas codicillis dari non poteſt.*
23 *Filius hæreditatē reſtituere rogatus, deducit ſemiſſem.*
24 *Dos filiæ tradita an ſit legitimæ imputanda, latius diſſeritur. & de comm.opi.& nu.ſeq.*
25 *Nepotes an imputare debeant dotem maternam in legitima eis debita in bonis aui.*

CONSI-

CONSILIVM CXXXI.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDI-
viduæ lux, ut quod uerum ſit in præſen-
ti ſpecie diffinire valeam.

CASVS.

EX FACTO proponitur Magnifi-
cum dominum Andream Ferrum
dominam Hippolytam filiam Co-
miti Annibali Burdegalenſi, Lucre
tiam uerò Carolo Cathanęo locaſ-
ſe, quinque mille aureis utrique
dotis ipſius nomine numeratis. quam quidem dotē
Lucretiæ aut illius hæredibus ſoluto matrimonio
reddi pater ipſe ſtipulatus eſt. Poſtmodum ille ip-
ſe pluribus ca ambabus filiabus procreatis nepotibus
Andream eius ex Hippolyta nepotem ſibi ex aſſe hæ
redem inſtituit: matri præterea ſi ſecundo nupſerit,
quingentos aureos legauit. quocircà quæſitum eſt,
an filiarum ipſarum præteritione teſtamentū ipſum
nullum ſit? Itemúe ſi irritum eſt, an inſtitutione
excepta, cætera firma remaneant?

Necnon an codicillaris clauſulæ uirtus illa ſit, ut
nepotes huiuſmodi ex Lucretia prædefuncta ab in-
teſtato ſuccedentes, hæredi ſcripto reſtituere teneā-
tur; tandemq; ſi ad reſtituendum obligati ſint, num
legitimam ipſam portionē, quadrantemúe ex Sena-
tuſconſ. Trebel. deducere ualeant? quòd ſi poſſunt
num eorum matri dos aſsignata huiuſmodi portio-
ni naturali iure obuenienti imputanda ſit?

RESPONDI.

1 ILLVD in primis intelligendum eſt, † eos om-
nes qui geniti ſunt, naturali ratione ſuadente ex
ipſorum parentum ſubſtantia alendos eſſe. l. j. §. ius
autem. ff. de iuſtit. & iur. ibi, cum ins. Alb. Bart.
& Bald. & c. ius naturale, diſtin. j. ubi Archid. Gemi.
& Turrecrem. & l. cum ratio. ff. de bon. damnato. ubi
Bar. ex quo quidem naturæ fonte ciuilis iuris ratio
diſſeminata fuit, cuius ſanè regulis aduerſus pietatē
huiuſmodi detrectantes, iudicis ipſius officium p-
ditum eſt. l. ſi quis à liberis. §. ſi à parente. ff. de libe.
alend. & tot. tit. C. eo. ubi Azo in ſumma Bal. & Sa-
lic. l. fi. §. ipſum autem. C. de bonis quæ liberis.
2 Quæ cum eiuſmodi ſint, † certam ex paternis bo-
nis portionem (quam legitimam appellant) filiis ip-
ſis debere legiſlator ſanxit. l. nam & ſi parentibus. &
l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſtam. ubi Do-
ctores, & auth. nouiſsima. C. eod. ubi Bart. Albe. Bal.
Ange. Salic. Caſt. Alex. & Iaſ. & Cin. Alb. Bal. & Sa-
3 lic. l. ſancimus. C. de nupt. † Cuius quidem portio-
nis locum dotem ipſam ſubire non ambigitur. l. Ti-
tio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtr.
4 ubi Barto. Alber. & Imo. Quocircà † & primam fi-
liorū in ſucceſsionibus ipſis cauſam eſſe, reſponſum
extat. l. i. §. poſt ſuos. ff. de ſuis & legiti. & l. j. C. und.
libe. & §. ſui, inſti. de hæred. qual. & diff. & §. inteſta-
torum. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def. §. j. Hinc illa
ipſa dominii in ſuos hæredes continuatio profecta
creditur, quia ſola quidem amoris nota genitor ipſe
ab eo qui genitus eſt diſtingui ſolet. l. in ſuis. ff. de
libe. & poſth. ubi Bart. Ange. Caſt. Alex. Iaſ. & Alex.
Vnde & plurimi in iure noſtro ex hac ipſa tam arcta
coniunctione oriuntur effectus. l. ſi filius qui patri.
ff. de uulg. & pupil. ubi Barto. Imo. Ponta. Alexā. &
5 Alciāt. Quare † & legiſlatoribus ipſis uiſum fuerit
inter cætera, quæ in teſtamentis ipſis perficiēdis ne-
ceſſariò requiruntur, præcipuam filiorum uel inſti-
tuendorum uel exhæredandorum cauſam eſſe debe-
re. l. inter cætera. ff. de libe. & poſth. ubi Doct. alio-
quin teſtamentum ipſo iure nullum eſſe creditur. l.
ita tamē. §. qui rogatus, ubi Doct. ff. ad Senatuſconſ.
6 Treb. & l. pen. & fi. ff. de lib. & poſth. † lex enim inqt.
ſi filius qui in poteſtate eſt, præteritus ſit, & uiuo pa
tre decedat, teſtamētū ipſum nullū eſſe. l. ſi filius qui
in poteſtate, & l. Gallus, in prin. & §. nūc de lege, ubi
Doct. ff. de lib. & poſth. & l. ſi poſt mortem. §. hi qui.
ff. de bon. poſ. contra tab. ubi Barto. & l. ſi is qui in
poteſtate. ff. de leg. præſt. & aduertunt omnes hanc
ipſam concluſionem etiam in poſthumo procedere
in l. in poſthumo. C. de cont. tab. quocircà in propo-
ſita ſpecie filiarum ipſarum præteritione teſtamen-
tum ipſum ab initio non conſtitiſſe, cenſendum ui-
deretur. inſtit. de exhæred. lib. in prin. ubi Aret. l. i. ij.
& iij. ff. de iniuſt. & irrit. teſtam. & l. filio. præterito.
eod. titu.

Quod eò amplius quoque procedere receptius
uidetur, tametſi præteritus ipſe ſileat. dicto. §. qui. &
d. §. j. inſt. de exhæred. lib. & d. l. filio præterito. & d.
l. poſthumo. C. de contra tab. ubi Alex. Iaſ. Deci. &
Curt. poſt ueteres nu. xiiij. & xxii. nec refert, an ma-
ſculis ipſe, uel fœminæ prætereantur, quippè quòd
7 lex ipſa diffiniat, † inteſtatum illum cenſeri, cuius
teſtamētū filij filięve præteritione nullum ſit. inſtit.
de hæred. quæ ab inteſt. def. §. i. & in auth. eo. §.
nullum, ubi Ang. & l. ſi defunctis, & auth. in ſucceſ-
ſione. C. de ſuis & legit. ubi Salic. ſola enim legiſlato-
ris intentio fuit filios filiasúe ab ipſorum teſtatorū
præteritionis iniuria liberare. §. ſola enim, in auth.
ut cum de appella. cog. ubi Barto. & Ange. cuius ſa-
nè legis non ſolùm uerba, ſed & ratio ipſa tàm in ma
ſculis quàm ī ſœminis uiget. l. lege xii. tab. C. de leg.
hæred. ubi Bald. & Salic. & l. maximum uitium. C. de
libe. præter. & §. ſed & hęc noſtra. inſtit. de exhæred.
lib. & §. cæterùm. inſt. de leg. agn. ſucc. & §. non autē,
in auth. quib. mod. natural. quod & ex facto reſpon-
ſum extat: Dec. cōſi. cv. in primo, & Pariſ. cōſ. lxxiiii.
in ſecūdo. quamobrem cùm in propoſito caſu teſta-
tor ipſe filias præterierit, teſtamentum illius nullum
eſſe cenſeri debet. d. l. inter cætera. & d. l. poſthumo.
quod & ueteres noſtri tum legendo, tum ex facto re-
ſpondendo ſæpius tradiderunt. d. l. inter cætera, cum
duabus ſeq. & d. l. j. ij. & iij. & d. l. filio præterito, de
iniuſt. rupt. & irr. teſt. & d. l. ſi filius qui. de lib. & po-
ſthu. ubi Alex. poſt omnes, & d. l. poſthumo, ubi Cur.
Dec. & plures alii recentiores. & Bald. conſ. lxviii. &
cix. in primo, & xxvi. in iii. & xcv. in iiii. & cccxxxvi.
in v. Quidam & Ange. xciiii. Pro parte, nu. v. & cōſi.
nume. cxxxvi. nume. iiii. & Cuma. conſi. cxxvi. Viſa.
col. i. & Rom. dxvj. In caſu, uer. quod ad ſecundum

& Signorel.de Homod.conſi.cliij.Queſtio talis.nu.
i.uerſ.his præmiſsis.& Soc.cl.in primo.& Iaſ. cxiii.
in primo.& ciiij.in iiij.& Dec.d.conſi.cv. in primo
Et pro tenui.& ccclxxiij.in iij.& Pariſ. d.cõſi. liiij.
nu.primo & ſecundo,& conſi,xxx.& lxij. in tertio.
Quamobrem ex his ſatis clarè colligi poſſe uidetur
ipſius Magnifici domini Andreę teſtamentum nullius
eſſe authoris; ne aliàs abſurdum illud ſequeretur,
ut in dominio ipſo conſequendo plurium fieret
concurſus, quod iuri communi prorſus repugnet
Barto.d.l.in ſuis.& Bald.d.l.maximum.& Caſt. d.l.
poſthumo.& l.patris & filij.ff.de uulg.& pupil.l.fin.
C.de impub.& aliis.& d. l. ſi filius qui in poteſtate,
l.ſi duobus.§.uehiculum.ff.com.diuid.

8 Nec urget,† ſi quis teſtamentum ipſum potius ſuſtinendum
eſſe contemneret. l.in teſtamentis. ff. de
reg.iur.c.cùm dilecti,de donat.quod in quocunque
actu fieri conſueuerit.l.quoties.ff. de uerbo. obliga.
& de reb. dub. quare in ultimis uoluntatibus uoluntatem
ipſam ſępius intueri,quàm uerba diffinitũ
extat.l.cum uirum.C.de fideicommiſsis.& l. cũ acutiſsimi,
eo.tit.& l.pen.ff.de leg.ii.& l.cùm auus.ff.de
cond.& demonſt,ubi Soci. poſt ueteres omnes eruditè
loquitur,& l.hæredes mei.§.cùm ita. ff. ad Tre-
9 bel.† Quapropter, licèt teſtator ipſe minus legitima
portione filiabus ipſis reliquiſſe uideatur, quod tamẽ
eis deeſt potius ab hærede condicere illas ipſas compelli
uideretur,quàm teſtamentum ipſum infringere.
l.omnino,in prin.& l.quoniam in prioribus & l,
ſi quando.§. & generaliter.& l. ſcimus. §. repletionem.
C.de innof.teſtam.ubi Bald.Albe.Ange.& Salic.
Reſpõdeo,non idcircò teſtamentum huiuſmodi
ullo pacto ſuſtineri poſſe uideri, quippè quòd lex
ipſa pro forma requirere intelligatur, filium ipſum
uel inſtitui uel exhæredari debere.d.l, inter cætera.
d.l.in ſuis. & d.l.ita tamen.§. qui rogatus.ff. ad Senatuſconſ.
Trebell. nam & is præteritus exiſtimatur
qui nec inſtitutus nec exhęredatus fuit.d.l. poſthumo.
& d.§.eadem,ubi Ange.& Bart. l. quidam. C.de
10 fideicomm.† nam & lanaît tuſtinianus ipſe præteritionis
iniuriam nullo alio ſiue legati ſiue donationis
uel cuiuſcunque generis eſſet,præterquàm inſtitutionis
ipſius titulo inter patrem filioſque ipſos
ſublatam intelligi, §. aliud quoque capitulum, & d.
§.ſola, ubi Barto. & Ange.in d. auth. ut cum de appell.
& d.auth.ex cauſa,C.de libe. præt. ubi Iaſ.poſt
ueteres & recentiores Bononi.quod & ex facto conſulti
plures reſpõderunt.Bald.cõſi.ii, Verba ſtatuti.
& cix.Licèt filiæ in primo,& Roma.d.conſi.nxvi. &
Iaſ.d.conſi.cxiii,& Dec.d,conſi.cv.Ex quibus colligitur,
filias huiuſmodi omnino præteritas uideri.d.l,
inter cætera,& d,l.ſi filius qui in poteſtate,

Rurſus non monet quòd municipali iure cautum
ſit,deſcendentibus utriuſque ſexus extantibus, maſculos
fœminis ipſis excluſis,ſuccedere debere;quare
eas ueluti exhæredatas repelli.Bart. l.fin. §. fin. ff.
& l. interpoſitas. ult. not. C. de tranſact. & d. c. in præ-
22 ſentia, ubi omnes aduertunt 13. not. † qua ratione te
ſtes ſuper ipſa conſanguinitate receptos, niſi neceſſa-
riò probent, aduerſus producentem interpretationē
fieri reſponſum eſt. Alex. cōſi. lxxxii. nu. v. in primo.
23 & Dec. d. c. in præſentia, uer. vi. & ult. col. ix. † & id-
circò q equus qui obiit in itinere idem fuerit, quem
ſcholaris conduxerat, neceſſariò probari debet. Io.
And. & Hoſt. in c. auditis, de præſcrip. ubi Abb. nu.
xxiiii. xxv. & Alex. conſi. cxviii. in primo, quare, cū
in propoſito caſu teſtes non probent eundem fundū
eſſe, quem actor in petitione narrauit, atq; in ipſis ar
ticulis deduxit, probationē huiuſmodi inanem eſſe
cenſendum eſt. l. demonſtratio falſa, ubi Bar. in fin.
princ. ff. de cōd. & dem. & l. ſi quis in fundi. ff. de leg.
primo. & l. i. C. ſi unus ex pluribus, ubi Bal. & Imol. l.
is qui reus. ff. de publ. iud. unde ſequitur, actorem
ipſum reiiciēdum eſſe. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut.
& d. l. actor qui. & d. l. ad probationē. C. de proba. &
c. cùm eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propriet.

Non mouet, q lex inquit, iudicem ipſum uerisimi
libus argumentis moueri debere. d. l. iij. §. tu magis.
24 ubi Bar. & l. ob carmen, in fin. ff. de teſt. † quare &
probationum ipſarum uim in iudicum arbitrio loca
tam eſſe, receptum ſit. Bar. l. Lucius. ff. de his qui not.
infam. & Imol. l. q teſtamēto. ff. de teſt. & Corn. cōſi.
cccciiij. Rem arduá. litera K. in iiii. Dec. conſi. xciiij.
25 nu. i. In caſu. † quemadmodum & receptum eſt quan
doq; ſufficere teſtes ipſos uerisimilia deponere. c. in
noſtra. de teſt. & Bar. l. ii. in fin. de furt. & Alex. cōſil.
liii. in i. nu. iii. Reſpōdeo in primis, iudicum arbitriū
in ijs quæ à legiſlatore diffinita ſunt, nullū exiſtima-
ri. l. i. ff. de iur. delib. ubi Bal. & c. de cauſis, de trāſac.
Quare, cùm diffiniat lex actorē ipſum eius intentio-
nem exactè probare debere, d. l. actor, cum aliis ſupe
rius adductis; idq; in præſenti ſpecie factum non ſit,
conſequens eſt, legis definitioni omninò parendum
eſſe. c. erit autem. iiii. diſt. in fi. & l. proſpexit. ff. qui &
à quib. & c. in memoriam. xix. diſt. quod autem ad ue
riſimiles probationes attinet, id intelligi debet, cum
de inditiis probādis agitur: nam cùm inditium ſit cō
iectura ex argumentis, & ſignis in unum cōiectis, nō
neceſſariis tamē ex cauſis orta. Bal. d. rub. C. de ꝓba.
& d. l. non hoc, operępretium eſt in huiuſmodi quid
uerisimile eſt, attēdi debere. Fel. d. c. in præſentia, nu.
xvi. uer. ii. limita, & in ſpecie propoſita præſumptio-
ni nullatenus innitēdum eſt, cùm propria atque abſo
luta requiratur probatio. Bar. d. l. i. & Bal. d. l. i. C. de
ſalu. interdicto. & Neguſ. d. tract. de pigno. d. vii. par
te principali, at cùm ambigua ſit, aduerſus producen
tem interpretari debet. d. c. in præſentia, & d. l. duo
ſunt Titij. & d. l. actor. & d. l. qui accuſare. & l. ueteri-
bus. ff. de pact. ubi Alex. & Iaſ. poſt ueteres.

26 Præterea, ſi q Leander fundum hunc uendicare ne
queat, alia quoq; ratione potiſsimùm probari poſſe
uidetur; q ipſi Petro Paulo paterno auo ſuus hæres
Bonuecio illius parēte de medio ſublato adnatus ſit.
l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rupt. teſt. & l. Gallus, in
princ. §. nūc de lege, ubi Bar. ff. de lib. & poſthu. un-
de ei bona iuraq; uniuerſa aui obuenerunt. l. in ſuis.
ff. de lib. & poſth. & l. ſi filius qui patri. ff. de uulg. ubi

Docto.& §.cum filius.inſtit.de hæred.quę ab inteſt.
defec.glo.& Docto. rubc.C. de poſth.hæred.inſtit.
nepos enim prædefuncti patris locum ſubintrat,
ipſique auo ſuus hæres ædnaſcitur : unde conſi-
lium Galli teſtari nolentibus non parum proficit.
d.l.Gallus,per totum.& d.l.poſthumorum,quocir-
cà,cum in uniuerſum ius defuncti ſucceſſerit.l.nihil
aliud.ff.de uerb.ſign.ubi Bar.& Alciat.& Bæc.rubc.
27 ff.de aequic.hered. † in quæ ſanè bonorum obuen-
tione ſemetipſum immiſcuerit Leander exigendo,
liberando,uendendo, atque alios actus gerendo,qui
fieri nequeũt citra ius & nomẽ hęredis.l.pro hęrede.
& l.gerit.ff.de æcq.hær.ubi Bar.Alex.& Iaſ. & quã-
uis illa ipſa dominij continuatio, quæ legis xii.tab.
authoritate in ipſos filios fieri ſolet. d.l.i ſuis,p̃toris
ipſius beneficio remitti conſueuit.l.puberibus & l.
neceſſariis.ff.de æcquir.hæred.ubi glo. Bart.& Ang.
& d.l.ſi filius.ubi Alciat.& §.ſed his promittit. inſt.
de hæred.qual.& differ.ubi Ang.& Fab.in propoſi-
ta tamen ſpecie, cùm Leander ipſe hæreditati auitæ
ſeſe immiſcuerit,nihil eſt, ut nunc abſtenſionẽ alle-
get,cùm hęres ſit.l.ii.C.de iure delib.ubi Bal.& Bar.
l.frater a fratre.ff.de cond.indeb.ubi Iaſ.num.xlii.&
idcircò iura hæreditatis huiuſmodi & actiua & paſ-
ſiua ſuſtinere debet.d.l.nihil.d.l.i.ff. de acquir. hæ-
red.& inſt.de leg.agn.tutel.& l. ſecundũ naturam.ff.
de reg.iur.ubi Dec.& c.qui ſentit, de reg.iur.nu.vi.
28 † unde ſequitur, defuncti factum illũ ipſum immu-
tare non poſſe.l.ii.§.hoc ius.ff.de uerb. obli.& l.ue-
teris.C.de contrah.ſtip.& d.l.cùm à matre.C. de rei
uend.eadem enim cum defuncto perſonam repræſen
tat.in auth.de iur.inc.à moriẽte præſtito.§.i. & idcir
cò defuncti malæ fides ipſi hæredi obeſſe ſolet.l.cùm
hęres.ff.de diuer.tẽp.præſ.& l.uitia.C.de acqu.poſſ.
dixi poſt Pariſ. & ueteres in cap.ultimo de præſcrip.
queſt.ix. Nam, cùm Leander ipſe ex Petri Pauli hæ
reditate lucrũ cœperit, illius fructum præſtare debet
l.uxor.C. de bon.auth.iud.poſſ.l.ſi tertius.§.fi.ff.de
aquæ plu.arc.& d.l.cùm à matre.C. de rei uend.& l.
ſi ab eo.C.de neg.geſt.& l.ex qua perſonæ.ff. de reg.
iur. Hinc & hæredis mentionem in contractibus
ipſis, fruſtrà fieri traditum eſt. d.l.ueteris. & l. eum
qui ita.§.i.ff.de uerb.oblig.& l.non ſolùm.§.morte.
ff.de nou.oper.nunc. ubi Alexan.fruſtrà igitur Petri
Pauli fructum Leander illius hæres retractare con-
tendit.l.uenditori.C. de reb.alien. non alien. & d.l.
ex qua perſona,ubi Dec.& c.primo de teſt. ubi Abb.
poſt ueteres: & ex facto ſæpius reſponſum extat.
Anch.conſi.ccxliiij.Quia quæſtio.Caſtr.conſi.xvii.
In cauſa.Fulg.lxvij. Pater familiâs. Cumæ.cõſi.xxiij.
Quidam Rom.xviij.Viſa.Dec.conſi.clxxxiiij.in fi.
29 Illud prætereà ſilentio non inuoluam,† uulgò cir
cumferri ſolere, quem ſecundum iuris rationem de
euictione obſtringit actio, eundem agentem repel-
lere exceptionem.l.uendicantem.ff. de excep. & l.
exceptio.C. eo.& Corn. conſi.ccciiij. in tertia parte
litera F.
30 Nec † urget allegata læſio, quoniam illa ipſa pro
bari debuerat.l.nam & poſteà.§. ſi minor.ff. de iure
iur.ubi glo.Bart. Ang.& Caſtr.& l.minoribus.ff. de
minor. & c.conſtitutus, de reſtit. in integrum, ubi
Doct.in glo. ultima. & d.l.neceſſariis. & d.l. impu-
beribus.ubi Bal.Imol.& Ang.& idem Ang.l.prima.
C. ut ſe ab hæred.abſt.& Alex.& facto conſultus eru
31 ditè reſpondit conſi.xxi. in primo nu.ix. † Prætereà
& ipſa in integrum reſtitutio ab ipſo prætore petẽda
& obtinẽda fuerat.d.l.impuberib. & d.l.neceſſariis,
quod Alci.poſt ueteres oẽs.l.i.& d.l.ſi filius q patri
ff.de uulg.& pup.& lib.i.de uerb.ſig.egregiè docuit.
32 † Quæ q̃dẽ ꝓbatis ꝓbãdis,lapſis a 5.annis infra qua
drienniũ impetrãda erat.C. de tẽp.in integ.ubi Azo
in ſum.in fi.eo.tit.ubi Bal.& Sal. quod cũ factum nõ
fuerit,ſibi ipſi imputet.l.damnũ quod quis,de re.iur.
ubi Dec.& l.fi.§. & ſi præfatã. C.de iure delib. Quæ
cùm eiuſmodi ſint, cõſtat Leandrum ipſum reiicien
dum eſſe.l.abſentem.ff.de pœnis. & c.inter dilectos,
in fi.de fid.inſtr.& c. ex literis, de probat.c. cũ ſint,
de reg. iur.in vi.& l.fauorabiliores.ff.eo.ubi Dec.&
Cag.atq; ueluti temere iudicium huiuſmodi aggreſ
ſus ſit,in expenſis condemnandus eſt.d.l. eum quem
temerè.ff.de iud.ubi Ang.& d.§.& ſi quidem. & c.fi
nem litibus.de dolo & contu.ubi But. Anch.& Abb.
& Pariſ.conſi.lxxxvii.nu.i.in quarto. Laus Deo.

Patauij, x.Kal.Iul. 1549.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum intelligitur renuntiatum per diuiſionem bonorum factam. & nu.ſequentibus. ſed uide nu. 13. 15. & 16. ubi contrà.*
2 *Promittens cum iuramento,non auditur ſi contrauenire cupit.*
3 *Verba pregnantia multùm operantur.*
4 *Filia in bonis patris fideicommiſſo ſubiectis detrahit ſemiſſem. & nu.8.*
5 *Legitima uicem ſubit alimentorum.*
6 *Filius debet in legitima hæres inſtitui.*
7 *Hæres reſtituere grauatus, quartam trebellianicam detrahit.*
8 *Filius reſtituere grauatus,duas quartas deducit, quod receptiſſimum eſt, & ad hæredes ſuos illas tranſmittere poteſt.*
9 *Procurator efficitur dominus litis p litis cõteſtationẽ.*
10 *Mors non præſumitur, ſed probari debet.*
11 *Procuratoris poſterioris conſtitutione prior reuocatur. quod tamen rectè intelligas, ut ibi.*
12 *Res nõ dicitur integra poſtquã facta eſt litis cõteſtatio.*
13 *Diuiſionem per ſimplicem inter fratres factam, non uidetur renuntiatum fideicommiſſo. & uide num.16. cum multis ſequentibus.*
14 *Donatio non præſumitur.*
15 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ſi diuidantur,non ob id fideicommiſſo renuntiatum eſſe cenſetur. quod ampliatur. nu. ſeq.*
16 *Fideicommiſſo non cenſetur renunciatum per diuiſionẽ bonorum factam, etiam exiſtente clauſula,quòd nihil contra diuiſionem opponi poſſit: & licèt quoad hoc ultimum non deſint contradictores, tamen ita ſe habet comm.opin.ut nu.ſeq.etiã cum iuramento. nu.18. & cum clauſula ex certa ſcientia.nu.20.& 21. & uide fall. nu.26.*
17 *Clauſula generalis ultra ſpeciales expreſſas nil quidquam*

quam infert.
19 *Tranſactionē non ualere ſuper his quæ à teſtamento de pēdēt, niſi ipſius uerbis lectis, cognitis, atq; inſpectis.*
21 *Renunciatio fideicommiſsi nō inducitur per diuiſionē bonorum factā, etiā cū iuramento. & eſt cō.op.nu.13.*
22 *Iuramenti uirtus magna eſt.*
24 *Iurantis conſenſus ultra illius intentionem extendi non debet.*
25 *Fideicommiſſo, ſine ipſius expectationi renunciari pōt.*
27 *Fideicommiſſo an per diuiſionem ſit renunciatum, quia uariæ ſunt opiniones, fœdere diſtinctionis concordantur.*
28 *Priuilegia non ſunt multiplicanda.*
29 *Notorium ſufficit allegari.*
30 *Clauſula, ſola ueritate inſpecta, &c. quāta ſit potētia.*
31 *Clauſula, ſola ueritate inſpecta, non poteſt niſi à Principe in reſcriptis apponi.*
32 *Filia ſi nominetur in teſtamento, & inſtituatur hæres ut filia, quòd cenſetur legitima. fall. tamen.*
33 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtanti.*
34 *Procuratori non præſumitur à domino mandatum aliquid illicitum.*

CONSILIVM CXXXV.

QVI VNVS NVLLA PRAEEXISTENTE materia cuncta creauit prępotens Deus mihi nunc adſit, ut in præſenti negotio quid ſit uerum explicare poſsim.

HIERONYMVS Caluus moriens
teſtamento ſuo ita cauit: Con-
ſtātiam filiam meam legitimam &
naturalem ex aſſe hæredem inſti-
tuo. quòd ſi abſque filiis deceſſe-
rit, Alexandrum, Ceccum & Cæſa-
rem fratres æquis portionibus ei ſubſtituo. Cōtigit
Conſtantiam ipſam nullis ſuperſtitibus filiis eius ip-
ſius uiro hærede inſtituto deceſsiſſe. Quæſitum eſt
an ius ſubſtitutionis euanuerit, quippè quòd inter
Ceccum, atque ipſam Conſtantiam diuiſionis tran-
ſactionisúe cuiuſdam documentum confectum fue-
rit, cuius quidem uirtute ipſi fideicommiſſo renun-
tiatum, Conſtantiæ contendit hæres. Et ſi firmum
remāſerit, quæ portio ad huiuſmodi hęredem ex hac
ipſa inſtitutione ſpectare ualeat?
1 Reſpondeo † in primis huic ipſi fideicommiſſo
renunciatum uideri. lex enim inquit fideicommiſsi
perſecutionem ceſſare, cùm ipſa ſubſtitutio preca-
ria fratrum conſenſu remiſſa ſit. l. cum proponas, la
prima. C. de pact. ubi Barto. itemve tranſactionē ip-
ſam ratam cēſeri de fideicommiſſo ipſo uiciſsim in-
ter fratres dato. l. de fideicōmiſſo. C. de tranſact. ubi
Alb. Bar. Bald. Ange. Caſtr. Alex. Ial. Deci. & recen-
tiores. quare, & cum ipſa Cōſtantia in propoſita ſpe-
cie de proprio iure non parum remiſiſſe uideri poſ-
ſit, conditionis ueluti incertum quoddam remiſſum
uidetur. l. prima. C. de pact. ubi Albe. Bal. Ang. Dec.
& recentiores. quocircà dicēdum ſit, Ceccum ipſum
ius ipſius fideicommiſsi remiſiſſe: quod abſque du-
bio potuit cùm eius commodum præcipuè reſpice-
ret. l. ſi quis in conſcribendo. C. de Epiſ. & cler. & l. ſi
quis in conſcribendo. C. de pact. & c. ſi diligenti. de
for. compet. & quandoque reſponſum extat: Oldr.
conſi. ccxli.
2 Accedit † quod & in huiuſmodi diuiſionis inſtrumē-
to ultra promiſsionē ipſam iuramēto ſuffultam, quæ
quidem agētē repellere ſolet. l. ſi quis maior. C. de trā-
ſact. ubi Barto. Bald. & Alex. & auth. ſacramenta pu-
berum. C. ſi aduerſ. uend. ubi Barto. Caſt. & Imol. &
l. ſi quis pro eo. ff. de trāſac. & tradunt omnes in c. cū
contingat, de iureiur. Gemi. & Franc. c. quamuis, de
pactis, in vi. Bauer. diffusè in tract. de iurament. in ea
enim ſanè promiſſum fuit, nil contra Ceccum alle-
3 gaturum, ſed omnia in ea contenta rata &c. † appo-
ſita etiam fuerunt quædam prægnantia uerba, quo-
rum uirtus ſalua eſſe nequeat, niſi fideicommiſsi
huiuſmodi ius remiſſum ſit. l. qui Romæ. §. duo fra-
tres. ff. de uerb. oblig. ubi Din. Old. Alberic. & Bart.
prima, ſecunda & ſexta quæſtione. ff. de uerb. oblig.
Promiſſum enim in hoc ipſo inſtrumento fuit, Cec-
cum ipſum nihil unquam occaſione diuiſionis hu-
iuſce quidquàm petiturum: optimo igitur iure de
fideicommiſsi ipſius renuntiatione intelligendum
eſſe cenſeri debet. Ioan. And. in Specu. de teſtamen-
tis. §. in primis, uerſ. quòd ſi duobus. & Barto. d. §. duo
fratres. q. vj. & ibidē Alexā. col. xix. & ex facto ſæpius
reſponſum extat. Alexan. conſi. viij. in v. Curt. ſen.
conſi. lxiii. col. xvi. uerſ. quarta principalis quæſtio.
Soc. conſi. xliij. col. ii. uerſi. ſecundò multùm opera-
tur. in quarto. Dec. conſ. xcix. col. ii. & dcxiij. Domi-
na Catherina. nu. iii. Curt. iun. conſi. xlix. nu. xii. &
xiii. Quamobrem, cùm ipſe Ceccus aduerſus huiuſ-
modi tranſactionem nullo unquàm tempore aliqua
cauſa, ratione uel ingenio uenire ſpoponderit, mirū
eſt aliquos inueniri, qui adhuc fideicōmiſsi ius ſal-
uum eſſe contendant: Doct. d. l. j. C. de pact. & d. l. de
fideicommiſſo. & d. §. duo fratres. d. l. qui Romæ. ff.
de uerbor. oblig.
Non omitto, plus etiam debito ipſius Cecci no-
mine petitum fuiſſe uideri, quàmuis fideicommiſſo
4 renuntiatum non eſſet. † conſtat enim Conſtantiam
ipſam ceu Hieronymi teſtatoris filiam ſemiſſem ip-
ſum ex hac ipſa inſtitutione deducere poſſe. naturali
enim ratione perpenſa legitimam ipſam deducere
poteſt. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. teſtam. l. j.
ff. de bon. damna. cui ſanè portioni nullū onus adiici
poteſt. l. quoniam nouella. l. quoniam in prioribus.
C. de inof. teſtam. cuius ſanè portionis ſumma olim
quadrans erat. d. §. quarta. hodie uerò triens. in auth.
de trient. & ſemiſſ. & auth. nouiſsima. C. de inof. te-
5 ſtam. ubi Bald. Ange. & Salic. † Quæ profectò por-
tio alimentorum uicem ſubire exiſtimat, filiis in bo
nis parentum debitorum. l. j. §. ius autem naturale. ff.
de iuſt. & iur. & c. ius autē naturale. j. diſtin. & l. Ti-
tio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & dem. ubi
6 Barto. Albe. & Imo. † unde honorabili inſtitutionis
titulo relinqui debet. §. aliud quoque. in auth. ut cū
de appel. cog. propter illam maximè coniunctionem
inter patrem & filium exiſtentem. l. in ſuis. ff. de lib.
& poſth. & l. ſi filius qui patri. ff. de uulg. & pup. ubi
Docto. nec abſque legitimis cauſis auferri poteſt
d. auth. ut cum de appell. §. cauſas. & auth. nō licet. &
auth. ex cauſa. C. de lib. præt. ubi Bal. Salic. Cor. Iaſ.
& recen-

& recentiores aduertunt.
7 Ruſſus † conſtat quemlibet reſtituere grauatum
quadrantem ipſum ex Senatuſconſ. Trebell. diſpoſi-
tione deducere poſſe. l. i. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.
& inſt. eo. ubi Docto. aduertunt, c. Rainutius. c. Rai-
8 naldus, de teſtamentis. † Et idcircò receptiſsimum
eſt, filium ipſum ſub cōditione reſtituere grauatum
duas quartas deducere poſſe. l. eam quam. C. de fidei-
commiſſ. ubi Docto. & c. ſi pater, de teſtamentis, in
vj. & l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg. & pupil. ubi
Docto. & tractatum & quandoq; reſponſum extat:
Old. conſi. cxxxi. Quidam habens. Cardi. conſi. xci.
Reſpondeo. in quarto dubio. Cor. cxlvi. In hac, in ſe-
cundo. Alex. xliii. Attenta. & cxlii. Circa primum, in
ſecundo. Aret. xviij. Viſa. Soc. xxxiii. Proſequēdo, in
primo. Curt. lxxv. col. iiii. & vj. Deci. conſi. lv. & Pro
tenui. & ccii. Vt præſens. & ccxxxvj. Quapropter in
propoſita ſpecie ambigendum non ſit, Conſtantiam
ipſam ſemiſſem deducere atq; ad illius hæredes de-
tractationis huiuſmodi facultatem tranſmittere po-
tuiſſe. l. omnimodò. l. ſancimus, & d. auth. nouiſsima.
C. de inof. teſtam. & l. quanquàm, & l. irritum. ff. ad
leg. Falcid. & Bald. reſpondit conſi. ccxc. Hę quęſtio-
nes, in tertio. & Dec. conſi. lxxxj. nume. primo, & Pa-
riſ. xciij. in ſecūdo, nu. xliii. Ex quibus ſequitur, Cec
cum ipſum pœnas eas euadere non poſſe, quæ plus
debito petentibus erogari cōſueuerunt. l. j. C. de plus,
pet. & c. j. extra eod. ubi Innoc. Hoſt. Ioan. And. But.
& Abb. aduertunt.

Non omitto quòd & ipſa prouinciali coſtitutio-
ne idem cautum ſit, unde illius uinculo Ceccus ipſe
obſtringitur. l. Baliſta. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. &
c. i. de tregua & pace, Bar. l. cùm ſcimus. C. de agric.
& cenſ. lib. x. & auth. itaque, C. communia de ſucceſ.
Nec illū excuſat hoc ipſum eius procuratori in ſpe-
cie mandatum non fuiſſe, cùm ſciens paſſus fuerit
ſuper hac petitione procedi: quare perinde haberi
debeat, ac ſi ab ipſo initio mandaſſet. l. ſemper quod.
ff. de reg. iur. ubi Dec. & c. ratihabitionem, de reg. iu.
in vj. ubi Din. Anch. & alij.

Poſtremò & Cecci proceſſus ineptitudo inde
probari uidetur, quòd & reos ab ipſius iudicij ob-
ſeruatione abſoluendos eſſe conſultius ſit. l. prope-
randum. §. ſin autem. C. de iud. & Doct. rub. de ſen-
9 tentia & re iud. & Aretin. conſi. lxxiiij. † Procurator
enim ipſe litem conteſtatus eſt, unde eius dominus
conſtitutus intelligitur. l. poſt exceptum. ff. de pro-
cur. ergo ius huiuſmodi ad eius hæredes trāſmiſſum
exiſtimatur. l. nihil aliud. ff. de uerbo. ſign. l. cùm hæ-
redes. ff. de acquir. hære. l. ii. §. ex his. ff. de uerb. obli.
& l. eum qui, eo. tit. & l. ueteris. C. de contrah. emp,
nec dubium eſt, quin iudicii acceptatione quaſi cō-
trahi intelligatur. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecul. &
auth. auferatur. C. de lit. conte. & c. j. extra eo. tit. ubi
Bal. But. & Abb.

Et ſi quis diceret, mortem ipſam uniuerſa diſſol-
uere. §. deinceps, in auth. de nup. & §. morte, inſt. mā-
10 da. Reſpōdeo. † mortem ipſam non facilè præſumi
cùm facti ſit, & idcircò probari debet. l. in bello. §. fa-
cti. ff. de capt. & poſtl. idque præſertim, cùm uſque
ad centum annos quis uiuere præſumatur. l. fi. C. de
ſacr. ſanc. Eccl. ubi Docto. præterea, quod uulgo tra-
11 ditum eſt, † poſterioris procuratoris conſtitutione
priorem reuocatum intelligi. l. ſed & ſi. §. cum pro-
curatorio. ff. de procur. ubi Caſtr. & c. ſi duo, de pro-
cur. in vi. intelligendum eſſe uidetur, re integra exi-
ſtente. inſtit. in titu. mand. & Azo in ſumma. C. eod.
12 † & quia lite conteſtata, cùm amplius res integra
non ſit, uix fieri poſſe uidetur, l. amplius non peti.
ff. rem rat. hab. & l. non uidetur. ff. de iud. & Docto.
tradunt in rub, extra eo.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum uerius
eſſe diiudicandum cēſeo, quippè quòd in primis cō-
13 ſtet † ex ſimplici diuiſione inter fratres grauatos fa-
cta, ius præcariæ ſubſtitutionis nullo pacto diſſolu-
tum intelligi. d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer.
oblig. ibi, malè iudicatum. ubi Gloſſ. in tertia parte
principali Dinus, Old. Alb. Bar. quæſt. prima. Ang.
Imo. Caſtr. Alex. & Iaſ. Remiſsio enim ipſa, dona-
14 tionis cuiuſdam ſpecies eſſe cenſetur, † ideoque non
facilè præſumi conſueuit, l. cùm de indebito. ff. de pro-
bat. & l. Campanus. ff. de ope. lib. & c. ſuper hoc, de
renunt. & l. quæ dotis, ubi Glo. Barto. Roma. Imo. &
15 Alex. ff. ſol. mat. † Quocircà bona ipſa fideicommiſ-
ſo ſubiecta diuidentes, ius ſibi in futurum ſub con-
ditione competens remittere non intelliguntur. l. ſi
filius. ff. de don. ubi Doct. & l. cùm pater. §. hæredi-
tatem, il ſecundo in ſecunda lectura. ff. de leg. ſecun-
do, ubi Din. Albe. Bar. Bald. Ang. Caſt. ibi in fine, &
Imol. uerſ. item nota. cùm igitur in propoſita ſpecie
Conſtantia ipſa ſine filiis deceſſerit conditionē eue-
niſſe reſtitutionis ipſius diiudicari debet, cui diuiſio
ipſa non derogauit. d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
de uerb. oblig. ubi Barto. quęſtione prima & alii ſe-
quuntur. & Io. And. in Specul. de teſtamentis. d. §. in
primis, uerſ. ſed quid ſi fideicommiſſarius, quod &
paſsim reſponſum extat: Bart. conſi. lxxxix. & Bald.
cōſ. lxxxiiii. incipiente, Res prohibitæ alienari. nu.
primo, & conſi. lxxxix. Dominus Thomas, nume. ix.
& conſi. cxci. In teſtamēto Rolādi. nu. iii. & ccccvii.
In quęſtione, & conſi. ccccxl. in tertia parte nu. xii. &
& conſi. ccclxvii. in quarto. & Cuma. conſ. cviii. Te-
ſtator. & cxli. Viſis, & cxxxiii. & Fulg. xli. Caſus talis,
in tertio & quarto dubio.

Fortius ex ipſa ſimplici diuiſione precariæ ſubſti
tutionis ius remiſſum non fuiſſe cenſeri debet, & li-
cèt laudi ipſius uirtute diuiſio ſecuta fuerit, adhuc ta-
men ius ab ipſo futuro euentu pendens, firmum re-
manſiſſe cenſetur. d. l. cedere diem. d. §. duo fratres
d. l. qui Romæ. de uerb. oblig. nam & ſentētiæ ipſius
uigore facta diuiſio ius ipſum futurum non attingit,
l. nam quemadmodum. ff. de iudic. & Bald. d. conſi.
ccccxl. & cxci. & Cuman. d. conſil. cviii. & aliis ſu-
perius adductis, & Corn. conſil. cl. in tertio litera
L. in fin. & cccxxxix. Quamuis, in primo, & Ale-
16 xan. ccviii. Ponderatis, nume. v. & vj. in vi. † Et fra-
tres onere reſtitutionis grauati ex laudo ipſo diui-
ſioni accedente generaliſsima remiſsione liberati nō
intelliguntur. Barto. d. quęſtione prima, & Pont. cōſ.
ccccii. Pro deciſione, per totum: & Cuma. d. conſi.
cxxxiii. Adeò enim in huiuſmodi renunciationibus
ſtrictè procedi ſolet, ut quamuis fratres in bonorum
emphyteoticorum diuiſione omnibus iuribus etiam
habendis uel quæ habere ſperarent, renunciauerint,

nihilmoi-

nihilominus ad alterius prædecendentis ſucceſsio-
nem, eccleſia ipſa excluſa, alterum admitti reſpõſum
extat. Bar. d. §. duo fratres. quæſt. x. & Fed. Senenſ.
cõſi. lxxvii. Factum ſic ſe habet, conſi. cexxviii. Factũ
tale eſt, duo fratres. & Alex. cõſi. xxi. nu. 4. in v. qui-
nimmò, licèt in ipſa bonorũ fideicõmiſſo ſubiectorũ
diuiſione clauſula illa appoſita ſit, nil cõtra diuiſio-
nẽ aliquid facturos &c. adhuc ius fideicommiſsi inte
grũ remanere dicendũ ſit, quicquid Roger. Din. Iac.
Aren. & Alber. aliter exiſtimauerint in d. §. duo
fratres, quibus Bal. ipſe ſubſcribere uidet. quoniam
huiuſmodi clauſula de nõ contrafaciendo &c. aliàs
nihil operaretur, quod à iuris ratione plurimùm diſ
ſidet. l. ſi quãdo ff. de leg. primo, & c. ſi Papa. de priui
leg. in vj. Hugo. tamen & Pet. & Bart. d. §. duo fratres
quæſt. prima, reluctantur, quos & Bal. ſequitur. l. qui
cum tutoribus. ff. de tranſact. Imol. Caſt. Alex. & Iaſ.
d. §. duo fratres, num. 24. 25. 26. & ibidem Aret. &
Caſt. & l. tres fratres. ff. de pact. licet enim alter fra-
trum nil contra diuiſionem huiuſmodi facturum
ſpoponderit, intelligenda eſt huiuſmodi promiſsio
nis diſpoſitio non ultra actus ipſius conditionis, nẽ-
pe ut fideicommiſsi futuri nullam remiſsionem in-
ducat. l. ſi ſtipulatu. ſſ. de uſur. Mod. rubr. ff. de uerb.
17 oblig. ubi Iaſ. Crot. & Ruin. † Nec enim generalis
clauſula ultra ſpecies expreſſas q̃dquã infert. l. ſi de
certa. ff. de tranſact. l. fi. §. idem quæſiit. ff. de cond. in
deb. prçſertim, cùm hoc ipſum ius ex teſtamento pẽ
deat. l. Paulo Calimacho. §. primo. ff. de leg. primo &
Port. d. l. tres fratres. quamuis Ang. Rogerium ali-
quo pacto ſequutus, diſtinguat, an fideicommiſſum
ipſum reciprocum ſit, & aliàs pro ut latè pet. ipſum
d. §. duo fratres. & conſi. cclxxxvii. Pro clariori deci-
ſione. nihilominus per huius noſtri clauſulam futu-
ro fideicommiſſo renuntiatum non eſſe, receptius,
eſt, Bar. d. §. duo fratres quæſtione ii. vbi. Imol. Caſt.
Alex. Aret. & Iaſ. & Bal. d. l. cum tutoribus. & d. l. tres
fratres, d. §. hçreditatẽ. quod & à quàplurimis reſpõ-
ſum extat Bar. conſ. lviii. Ex themate prædicto, et cõ
ſi. lxxii. Ea facto proponitur, & Bal. in d. conſi. cxci.
& conſ. cccxlix. Super eo. in fi. in iii. & ccccxl. eo. lib.
18 † vbi probat iuramenti adiectionem non obſtare. &
Caſtr. d cõſi. cxcviii. Quia dubia. in ii. col. prima. &
ii. Imol. conſi. ultimo In caſu prçmiſſo. Anan. conſi.
xxiix. col. fin. Viſa. cùm enim ius ex ſubſtitutionis
euentu procedens, nondum radicatum ſit. d. l. cedere
diẽ ff. de uerbo ſigni. & Bar. l. poſt emancipatione in
§. primo ff. de lib. leg. renuntiatione ipſa ſublatũ in-
telligi nõ poteſt. d. l. cùm de indebito d. l. ſi filius. ff.
de donat. & Rom. d. cõſil. ccccii. & Corn. cccxxxix.
nu. i. & cl. in. iii. & Alex. conſi. cvii. in cauſa, in iiii. &
conſi. viii. uiſo. & conſi. xxi. & conſi. xl. ſuper in v. &
Barb. col. xlviii. illud afferam, in primo. & Capra cõſ.
lxxxix. & Dec. conſi. lxix. & proleaui, nu. 2. & conſil.
lxxxvi. Viſo in primo & conſil. xcix. & ccxliii. &
cclxvii. in ii. & dcxiii. Domina, nu. iii.

In propoſito igitur caſu quòd cùm diuiſioni ip-
ſi ac. propter eam celebratæ conuentioni prægnan-
tia uerba non acceſſerint, quæ aliter ſuperflua ſint
niſi fideicommiſſo ſub conditione relicto renuntia
tum. ſit Io. And. d. §. in primis. Bar. d. §. duo fratres
quçſt. vj. ubi Imol. Alex. & Iaſ. & Soc. conſi. xliii. col.
vii. uerſ. j. multum in iiii. & Cur. ſen. conſi. lxiii. col.
xvi. uerſ. iiii. principalis quæſt. & Curt. iun. conſil.
xlviiii. nume. xii. xiij.

19. Illud quoque ſilentio non inuluam, † vulgò cir-
cumferri tranſactionẽ ipſam ſuper his, quæ à teſta-
mẽto dependent, aliter non ualere, niſi lectis, cogni-
tis, inſpectisúe ipſius teſtamenti uerbis. l. de his. l.
nec ferendus. ff. de tranſac. ubi Bar. Bal. Ang. Caſt.
Alex. & Iaſ. & l. prima §. ſed ſi neget. ff. quemad. teſt.
ap. ubi Bar. & Bal. d. l. iii. fratres, ubi Doct. omnes cõ
uentio enim ſuper iis quç ex teſtamento pendent,
aliter fieri non poteſt quam cognitis atque ipſius te
ſtamenti verbis inſpectis, Doct. d. §. duo fratres, & d.
20 l. nec ferendus, cùm aliis ſuperius adductis. † Quo-
circà, licet appoſita eſſet clauſula illa, ex certa ſcien
tia, conſultè ac deliberatè, adhuc ſupraſcripta con-
cluſio procedere exiſtimatur: nam ex teſtamenti ip
ſius tenore iũcta tabellionis aſſertione in ipſa renũ
ciatione potius errorem ad fuiſſe probatur. Alex. d.
§. duo fratres. & l. ſi quis. §. ſi. ff. ſi quis caut. & l. ſi dari
ff. de uerb. oblig. quod & reſponſum extat: Soc. conſi.
ccxiiii. col. vi. uerſi. ſed ſi ita in ii.

21. Nec † urget q̃ iuramentũ ipſum appoſitũ fuiſſe
contendat, itemq; quòd generalis adſit relictorũ in
teſtamẽto renunciatio: nõ enim ſufficiunt hæc ut ſu
praſcripta concluſio. non procedat, quicquid ſi ipſe
rit Ang. in d. §. duo fratres. Bart. enim Imol. Caſtr.
Alex. & Iaſ. refragantur & ex facto reſponſum ex-
tat. Corn. con. vi. col. iii. in primo & Soc. cõſi. ccxiiii.
22 col. vi. in ii. † & licèt magna ſit ipſius iuramẽti uirtus
c. uetũ. c. ſi uerò, & c. cùm contingat, de iur. iur. & in
prçſenti ſpecie renunciationẽ valere traditum ſit. Io.
And. in Specu. in tit. de inſtr. edic. §. porro. Bart. &
Imol. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Bal. l. antiquam
§. fi. in fin. C. ad Vellei. & Alex. conſi. xi. nume. 25. &
23 26. in ii. † Contrarium enim receptius eſſe uidetur.
Bal. c. cum inter col. prima de renunciat. & Fede. Se-
nenſ. conſi. cxv. quçritur Ang. xcii. Cor. cxxxv. col. ii.
& iii. in ii. Soc. conſi. ccxiiii. in ii. & ciii. in iii. & xxv.
24 in iiii. nu. 13. † Conſenſus. enim iurantis ultra illius
intentionem extendi non intelligitur. l. fi. C. de non
num. pecu. & c. quemadmodum & c. quintauallis, de
iur. iur. & l. indubitali. C. eo. tit. de non numer. pecu.
quod paſsim reſponſum extat. Bal. d. conſi. ccccxl. in
iii. & cccxxxvii. in iiii. & Capr. conſi. xxix. col. iiii. &
Curt. conſi. iii. & conſi. xliii. col. ix. Pariſ. conſi. xii. in
ii. nu. lxxxviii. & lxxxix.

Minus mouet, quòd teſtamentum ipſum Hierony
mi nuncupatiuum fuerit Ceccusúe ipſe extraneus
hæres ius ex ipſo teſtamento perueniens non igno-
raſſe exiſtimetur Bar. d. §. duo fratres quçſt. iii. ubi
Ang. Imol. & Caſt. Alb. Bar, & Alex. d. l. q. cùm tuto-
ribus. Nam licet in propoſito caſu clarũ ſit, ſufficere
quòd tranſigentium ſuper ipſo teſtamento ſcientia
præſumatur. d. l. de his & d. l. non eſt ferendus. & d. l.
prima quemmad. teſt. aperi. ubi Doct. aduertunt, &
paſsim reſponſum extat: Alex. conſi. xi. Viſo col. v.
in ii. & conſi. lxxvi. Ponderatis. col. v. in iij. Pariſ. cõ-
ſi. xlvi. Põderatis has nu. xiiii. xv. xvi. Reſpõdeo enim
hãc ipſam ſcientiã & talia oppoſitũ ſuadentia in hoc
ipſo caſu nõ procedere, in quo fideicõmiſſum ipſum
reciprocum non fuit, ſed duntaxat Ceccus ac ipſe
Hiero-

Hieronymus Conſtãtiæ ſubſtituti fuerunt, caſu quo
ſine filus decederet, quo caſu eueniẽte, ſubſtitutioni
locum eſſe eaſtimandum eſt, tametſi bona ipſa pro
induiſo cùm Cecco uel aliis fratribus exiſtentia, in-
25 ter ipſum ac neptẽ diuiſa fuerint. † clarum enim eſt
fideicommiſſariæ expectationi renũciari poſſe. d. l.
prima. C. de priui. d. l. cùm proponas, ubi Alb. Bart.
Bal. Ang. Sal. Caſt. Alex. Iaſ. Curt: Dec. Cag. & Man-
tua. quod procedit etiá in ipſis minoribus, qui nullo
modo ſeſe læſos fuiſſe allegare poſſunt: quãdo tantũ
eis remittitur, quaniũ aliis remittunt. d. l. de fideicõ-
miſſo, vbi Doct. omnes, d. l. prima. C. de pact. ibi con
ditionis incertũ, declarans Gozad. & Alciat. plura
enim æqualitatis ipſius conſeruandę cauſa, ſingulari
iure introducta fuerũt. l. ut liberis. C. de collat. l. in-
ter fratres. C. de inoffi. teſt. l. maximum uitium. C. de
libe. præter l. uer. ff. ſolu. matr. ubi Ponta. & Alex. l. fi.
26 C. de fruc. & lit. expen. † in hoc ergo caſu quando
fideicommiſſum reciprocum eſt, remiſsio ea ipſa di
uiſione ac tranſactione fieri poteſt. & tunc procedit
quòd ſuperius cõcluſum fuit, cõmodo proprio quẽ-
libet renunciare poſſe. d. l. ſi quis in conſcribendo. C.
de pact. nam & huiuſmodi renunciationi læſio nulla
inducitũ, iũ & mortis captãdæ uotũ aboletur, cui eſſe
ctui lex ipſa adſiſtit. l. ſtipulatio hoc mõ cõcepta, ff.
de uerb. oblig. l. fin. C. de pactis, ubi Cag. & d. l. j. eo.
tit. qui ſanè caſus clari iuris eſſe uĩ, cùm expreſſè con
ſtat de ipſorũ renunciãtium intentione. d. l. prima, d.
l. cùm proponas. & d. l. de fideicommiſſo. & Bal. d.
conſi. cccxl. nu. xxx. & d. conſi. cccxxxvii, nu iiii.
27 Quando † autem non conſtat, ſed ſubeſt ſufficiens
præſumptionis ipſius cauſa, putà. quòd uerba poſt
generalẽ renunciationem prægnantia ſint Io. Andr.
d. §. in primis, Dec. & alii ſuperius adducti. uel quia
aliter ſalua recti ſermonis rõne uerba renũciationẽ
ipſam ſubſequentia intelligi non poſſent. Bart. d.
quæſt. vj. Curt. & alii in reſponſis ſuperius adductis.
Vel quòd ſcientia præſumi poſſet in diuidente bona
ipſa fideicõmiſſo ſubiecta, omnibus huiuſmodi caſi
bus fideicõmiſſum reciprocum eſſe oportet, vt renũ
ciatio inducta intelligatur. Bar. & alii Doct. d. §. duo
fratres, quęſt. iiii. & d. l. prima. & hoc pacto proce-
dunt ſupraſcripta Doctorũ reſponſa, in quibus diui-
ſione ipſa in ſuperioribus caſibus fideicommiſſo re-
nunciatum eſſe reſponſum eſt. ſemper enim loquunt
quando fideicommiſſum ipſum reciprocũ eſt, quod
Dec. in cõſiliis ſuperius adductis ſatis clarè innuit, &
ipſe Pariſ. d. conſi. xlvi. nu. xxi. & axii.
Fortius non defuerunt qui illud quoque coæque-
uum ac inter partes non obſcurum eſſe requirerent
ad hoc ut reciprocum ipſum fideicõmiſſum remiſ-
ſum eſſe intelligatur. d. §. duo fratres. vbi Ang. & dd.
cõſiliis ſuperius adductis. quocircà licèt in propoſito
caſu quã plures rationes adducãtur, q̃bus in ipſa diui
ſione inter Ceccum ac neptem facta, ſubſtitutioni
precariæ renunciatum fuiſſe dicendum ſit, putà ꝙ
prægnantia uerba ſubſequuta fuerint generalem ip-
ſam clauſulam. Io. And. d. §. in primis. Socin. d. conſi.
xliiii. uerſ. multum, in iiii. Pariſ. conſi. lxxi. ſimplex
diuiſio. quod tñ falſum eſſe deprehenditur ex ipſa di-
uiſionis. ipſius conuentione. arg. l. ſi ex plagis. §. in cli
uo Capitolino. ff. ad l. Aquil. vel ꝙ uerba ipſa ſuper-
flua eſſent. d. l. ſi quandò. vel quòd teſtamentum ip-
ſum nuncupatiuum fuit, & idcircò ipſi Cecco non
ſolùm in genere, ſed etiam in ſpecie innotuerit. Bart.
d. §. duo fratres. d. queſ. iiii. & Iaſ. ibi nu. cvii. & cviii.
Alex. d. conſi. cxiiii. Ponderatis, in primo, & Fel. c.
quod ad conſultationem, de re iud. & Pariſ. conſi.
xcv. Eſt ferè triennium. in iii. nihilominus cum fidei
commiſſum huiuſmodi reciprocum non fuerit, ſed
dumtaxat patrui ſint ipſi nepti, ſubſtituti nullam fu
turorũ iurium renunciationem inductam fuiſſe, di-
cendũ eſt, ne aliàs donationis pręſumptę effectus
quidam induceretur. l. cùm de indebito. ff. de prob.
& l. Campanus. ff. de oper. lib. & l. quæ dotis. ff. ſolu.
28 matr. ubi glo. Bart. Roma. & Imol. † nam & iuris no
ſtri ratio ſuadet ſigulariũ multiplicationẽ euitãdam,
eoq; præſertim cùm ſermonis adeò effuſus ordo non
adfuerit, ut renunciantem in manifeſtum periculum
immitteret. l. fi. C. de dot. promiſſ. & d. l. ſi certa, de
tranſact. & l. cùm te, ubi Mod. eo. tit.
Non mouet procuratoris ipſius mortem probatã
29 non eſſe, † quippè quòd in tota ciuitate notorium id
ſit, factum non abeuntis, unde ſolam allegationẽ ſuffi
cere concludendum ſit. c. ueſtra, c. tua. c. ultimo de
cohab. cler. & mulier. ubi gloſ. Innocet. Bal. Anch. &
Abb. glo. clem. appellanti, de appell. & Doct. rub.
C. de probat. & Bar. l. i. quæſt. prima. ff. de nou. oper.
30 nunc. † Præterea, non omitto Reuerendiſsimum ip
ſum Legatum hanc ipſam cauſam ſola ueritate inſpe-
cta diffiniendam mandaſſe; quo caſu iudex ipſe laxas
admodùm habenas habere exiſtimatur, Bart. in tract.
Ad reprimẽd. in uerb. ſummariè. & cle. ſæpe. de verb.
ſig. Card. & Imol. & But. & Abb. in c. dilecti, de iu-
31 dic. † & quamuis clauſula hæc ab inferiore à principe
in reſcriptis apponi non ſoleat. glo. d. clem. appellã-
ti, & Doct. c. primo, de conſt. tamen id non procedit
cum ipſo legato de latere. vt notatur per Fel. c. olim,
de accuſ.
Ruſus non urget plus debito petitũ fuiſſe uideri;
32 † quoniam licèt Cõſtantia in ipſo teſtamẽto, ut filia
hæres inſtituatur, & idcircò legitima cenſeri debeat.
d. auth. item ſi quis. C. de natur. lib. d. §. ut autem. in
auth. ut liceat matri & auiæ: id tamen in propoſito
caſu non procedit, quoniam ipſius matris in hone-
ſta conditio repugnat Hieronymi ipſius conditioni,
cùm uiliſſima meretrix fuerit, ut ipſi teſtes depoſuẽt;
hic autẽ ciuis patricius. quæ ratiõe pręſumptio ex no
minatione & inſtitutione legitimos fieri nolẽtis om
ninò ceſſat. Ang. d. §. ut autẽ. Bal. & Ang. d. auth. itẽ
ſi q̃s. Io. And. c. per tuas, q̃ filij ſint legitimi, & perrra
ctat Cæpol. Cautel. cxct. & cxcii. & reſpondit Bart.
cõſi. cxx. uerſ. primò uidendũ eſt. cui nõ audet Caſt.
refragari conſi. cccexxia in ii. unde conſequens ſit eã
ipſam dumtaxat quadrantem Sena. conſ. Trebellian.
authoritate deducere poſſe. d. l. prima, & tot. tit. ff. ad
Sena. conſ. Trebell.
Nec urget proteſtationẽ ipſam in petitione factã
33 nõ fuiſſe, † euius uigore ꝓteſtantis ius in tuto reddi
cõſueuit. l. non ſolùm. §. morte, ubi Doct. ff. de noui
oper. nunc. & c. cùm M. Ferrarienſis, de conſt. Reſpõ
34 deo † in ipſo mãdato ad litem & cauſas nunquã quid
quam illicitũ petenti ipſi procuratori à domino mã
datum eſſe exiſtimatur. Abb. But. Anch. & Fel. c. ad

hoc

hod Deus, de lit. conteſt. quod & in procuratore tra-
ditum eſt, plus debito petente. doli enim probatio
requiritur ſaltem ex ipſius domini ratificatione. l. i.
C. de plus petit. ubi Bal. Ang. & Salic. modo enim deli-
cti preſumptio cadere. cõſueuit, ubi alia poteſt aſſu-
mi. l. merito. ff. pro ſocio. & l. ſi procurator. ff. de cõd. in-
deb. qđ & in cõſtitutionis Anchonitanę interpretatio
ne Alex. ipſe ea facto cõſultus reſpondit cõſi. lxxiii.
nu. v. in vj. quæ cùm ita ſint in propoſito caſu Cecci no
mine iuſſu huiuſmodi precariæ ſubſtitutionis rectè
proſequutum fuiſſe exiſtimo. Laus Deo.

Patauij, Cal. Decemb. 1549.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici quicquid acquirunt, ipſi eccleſiæ acquirunt.*
2 *Clerici præſumuntur ex redditibus eccleſiarum acquere re. & nu. 5. fall. ut nu. 7.*
3 *Clericis ab inteſtato decedentibus eccleſia ſuccedit.*
4 *Clerici non poſſunt teſtari de bonis eccleſiæ abſque ſummi Pontificis licentia.*
6 *Inſtrumentis ſtandum eſt, donec contrarium liquidiſſimis argumentis probetur.*
7 *Clerici habentes pingue patrimonium, non præſumũtur de bonis eccleſiæ acquiſiuiſſe. & nu. 12.*
8 *Probandi onus illi incumbit, qui dicit.*
9 *Interpretatio in meliorem partem fieri debet, ſic ut delictum excludatur.*
10 *Salutis æternæ nemo præſumitur immemor.*
11 *Penſio propriè non eſt eccleſiaſticum beneficium.*
13 *Clerici de bonis propriis patrimonialibus uel aliunde acquiſitis, præter quàm quòd ab eccleſia ſeu bonis eccleſiaſticis liberè diſponere ualent tam inter uiuos quàm ex teſtamento.*

CONSILIVM. CXXXVI.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

EX facto proponitur, Magnificũ Dominum Joannẽ Petrum Lupũ Clericũ Imolenſem plura prædia Pompeij eius ipſius filii noĩe acquiſiuiſſe, quædã uerò, ſibi ipſi emiſſe. poſtmodũ dominæ Pãthaſileæ ipſius Pompeij uxori uniuerſa eius bona mobilia atque immobilia purè ac irreuocabiliter inter uiuos donaſſe. quã quidem donationẽ Panthaſilea ipſa à Reuerendiſsimo Legato de latere prouinciæ Romandiolæ confirmari obtinuit. Quæſitum eſt, cùm ipſe dominus Ioãnes Petrus clericus eſſet, penſioneſq; nõnullas ex bonis eccleſiaſticis, ſingulis annis haberet, an ſummus ipſe Põtifex quicq̃ iuris in huiuſmodi bonis ex ſingulari reſeruatione bonorum ipſorum clericorum (quæ ſpolia appellant) prætendere ualeat? potiſsimùm in his ipſis quæ nomine proprio dominus ipſe Ioannes Petrus emerat, & dominę Pãthaſileę iuratus donauerat?

Reſpondeo in primis uniuerſa huiuſmodi bona ad Apoſtolicam camerã pertinere uideri, idcircò ab
illius fiſcali procuratore uendicari poſſe. exploratiſ-
1 ſimi eoim iuris eſſe creditur, quidquid clericus ipſe
acquirit, ipſi eccleſiæ acquiſitum exiſtimari. c. cleri-
cus qui. xij. q. j. & c. duo, vbi Archid. & c. quia nos, de
teſtamen. vbi glo. ſuper verb. teſtamentum. c. j. eo. tit.
in fin. & c. relatũ, ilij. & cap. officij, eod. titu. vbi Io.
And. But. Card. Anch. Io. ab Imol. & Abb. & Spec. in
2 tit. de ſtat. monach. verſi. viij. † Cũ enim clerici ex ec-
cleſiarũ redditibus acquirere pſumãtur, optimo iure
conſtitutũ eſt, ab eis quæſita eccleſiaſticis iuribus ac-
creuiſſe cẽſeri. c. j. ij. & iij. e. vnuſquiſquam, & c. fi. de
pecul. cleric. vbi Hoſt. in ſumma, vbi Ioan. And. But.
Card. Anch. Imol. Abb. & Barb. & c. præſenti, de of-
fic. ordinarij in ſexto, vbi glo. But. Archi. Gem. Imol.
3 & Franc. † Qua ratione clericis ipſis inteſtatis Eccle-
ſiam ſuccedere ſolere, conſtitutum eſſe exiſtimatur.
d. c. j. d. c. relatum, vbi Doct. & authẽ. licentiam. C. de
epiſco. & cler. vbi Bar. Albe. Bald. Ang. Salic. & Caſt.
Fortius, facultas illa ex vetuſtiſſimæ legis benignita-
te cuicunque de rebus ſuis arbitratu ſuo diſponeo-
di conceſſa. l. verbia legis. ff. de verb. ſig. & §. diſponat,
in authen. de nupt. l. j. C. de ſacroſan. eccle. glo. l. illa
inſtitutio. ff. de hæred. inſt. & Abb. d. rub. de teſtamẽ
4 tis: † in clericis ipſis coanguſtatam fuiſſe receptũ eſt,
nẽpè, vt abſque ſingulari ſummi Pontificis facultate
teſtari non poſsint. d. c. j. d. c. relatum. vbi Doct. om-
nes, & d. auth. licentiam. Quare cõſequẽs exiſtimari
debeat, Mag. domini Ioan. Petri bona tanquàm eccle
ſiæ ipſius contemplatione acquiſita, ab ipſius Apoſto
licæ Cameræ Procuratore fiſcali vendicare poſſe. d. c.
fi. de pecul. cleric. d. c. præſenti, vbi Anch. d. c. relatũ,
vbi omnes. Quod & quandoque deciſum in Sacra
Romana Rota fuiſſe videri poſsit, deciſione. 856. in
antiquis ſecundum veterem impreſsionem, incipien
te Cùm Camera.

Sed ne hęc vera non ſint in propoſita ſpecie non
parum ambigo: quinimmo oppoſitum ſecundum iu-
ris tum pontificij tum Cęſarei regulas, reſpondendũ
exiſtimo. Et primò, quòd ad illa ipſa bona, quę ipſius
domini Pompei nomine empta fuerunt, attinet, ne-
mini ambigẽdum exiſtimo, quin illa ipſa liberè abſq;
vlla controuerſia ad eundem ſpectent. l. j. ij. & iij. & l.
quamuis. & l. multum. C. ſi quis alter. vel ſibi. vbi Azo
5 in ſumma. Bar. Bal. Salic. Ang. & Caſt. † Et ſi quis di-
ceret, immo ex eccleſiarum ipſarum redditibus bona
huiuſmodi potius acquiſita cenſeri. d. c. fi. de pecul.
cler. d. c. præſenti, vnde ueritati ipſi inſtrumentorum
conceptio cedere debet. d. l. quamuis, ubi Salic. d. c.
cùm ea officij, de teſtamẽtis: & d. l. multum. C. ſi quia
alteri uel ſibi, & tot. tit. C. plus ualere quod agitur, &
d. c. cum ex officij, de teſtamentis, ubi Inno. Hoſtien.
Io. And. Abb. & Imol.
6 Reſpondeo, † inſtrumentis ipſis catenus ſtandũ
eſſe quatenus contrarium liquidiſsimis argumentis
non conſtet. l. precibus. C. de prob. & l. non nudis, &
l. actor. eo. tit. ubi Bal. Salic. & Fulg. & c. ij. de fide in-
ſtru. ubi Butr. Abb. & Fel. quod potiſsimùm in præ-
7 ſenti negotio cenſendum eſt, † quoniam ipſe magni-
ficus Eques do. Ioannes Petrus ante penſionum hu-
iuſmodi acquiſitionẽ patrimoniũ ſatis pingue habue
rit, quocircà nihil quidquã ex ipſius eccleſiæ bona ac-
quiſitum videri poſsit, d. c. j. ij. & iij. de pecul. cler. d.
cap.

eap.relatum,ubi Doct.d.c.cùm ex officijs,& d.c.præ
8 ſenti,de offi.ordina.†q; ſi apoſtolici fiſci procurator
aliud intendit,eius ipſius aſſeuerationem clarè oſten
dere debet.l. ei qui.ff. de proba.l. qui accuſare. C. de
eden.& d.l.actor & l.non ex nudis. C. de proba. ubi
9 Dec.viij.not.poſt omnes alios aduertit. † unde,cùm
in meliorem partem interpretatio fieri debeat.l. merito.ff.pro ſocio,ubi Bart.& Alb. & c. eſtote, de reg.
iur.in antiquis,Magnificum dominum Ioan.Pet.Ferè octuagenarium virum ſummæ probitatis & inte-
10 gritatis inſignem,† æternæ ſalutis adeò iumemorē
non fuiſſe,præſumere debemus, vt ſemel Deo dicatū,
ad vſus humanos reuocare voluerit.l.fin.C. ad l. Iul.
repetuod.& c. ſancimus.j.q.vij.& c. dudum, de præſump.& c.j.de renunciat.vbi Innoc. & cap. ſemel, de
reg.iur.in vj. quare dicendum ſit,einſmodi bona nul
lo prorſus impedimento obſtāte ad Pōpeium ipſum
pertinerè,quippè quòd in eis Apoſtolici fiſci procurator nullum ius prætendere poteſt.

Quod autem ad alia bona attinet,quæ ſuo ſibi nomine quæſiuit,idem quoque dicendum videtur. primùm,quia magnificus ipſe dominus Ioannes Petrus
nullum prorſus ſacerdotiū (vt in facto proponitur)
perſonatum aut adminiſtrationē aliquā habentē curam animarum poſſedit, quo fit, vt minus iuris Apo
ſtolico Aerario quæſitum in eius ipſius bonis intelligi debeat.d.c.præſenti,vbi glo.& Franc.& Archid.c.
ſtatutum,eo.titu.in vj. & quāuis penſiones quaſdam
exiles ac tenues ei Apoſtolica ſedes cōceſſerit, patrimonio tamen non caruit:quare ex ipſius eccleſiæ bonis acquiſita bona eius præſumi non poſſunt. d. cap.
vlt.d.c.relatum.vbi Doct.& d.auth.licentiam.

11 Accedit,†quòd & penſio ipſa καταχρηστικῶς, eccleſiaſticū beneficiū, ideſt, impropriè eſſe exiſtimetur.
Bal.Butr.Abb.& Fel.c.ad audientiam.il ij.de reſcriptis.nume.5.& Anch.c.quāuis.de præben.in vj.dixi
rub.de reſcrip.poſt Dec.&Bero.quod ſanè argumentum à veteribus pertractatum extat: Ioā. Bapt.Caccialup.de S.Seueri. in tracta. penſionum volu. xj. &
12 Hier. Gig. eo. tract.†Quare cùm ex penſionum huiuſmodi redditibus dominus ipſe Ioā. Petrus viuere
potuerit,patrimonijùe fructus lucrari,ex quibus huiuſmodi bona acquiſiuerit.c.cùm ſecundum Apollo
lum,de præben.innoc.& Abb.c.Epiſcopus, eo. titu.
& Arch.d.c.ſtatutum, conſequens eſt, acquiſitiones
huiuſmodi ex eccleſiæ fructibus factas non fuiſſe præſumi.d.c.præſenti, & d.c.relatum,vbi Doct. omnes
aduertunt.

Non omitto,quòd magnificus ipſe dominus Ioā.
Petrus plura ex eius ipſius induſtria acquiſiuerit,Reuerēdiſsimo.n.Forocorneliēſi Epiſcopo pluribus annis à ſecretis fuit,poſtmodum & Illuſtriſs. Cardinali
Saluiato,pluribusve alijs prælatis,à quibus & munera
& bonorum emphyteuticorū inueſtituras obtinuit,
vnde & ex proprijs bonis acquiſiuiſſe cenſeri debeat.
d.c.j.ij.& iij.& vlt.de pecul.cler.& d.c. i. & d.c.relatum,vbi Doct.d.cap.cùm ex officiis.Quare in huiuſmodi bonis ſucceſſores habere poſsit.l. presbyteros,
& d.authen.licentiam.C.de epiſ.& cler.ex quibus colligi poteſt,ſaltem ſimul iunctis,Apoſtolici fiſci procuratorem prorſus explodendum eſſe l. filium. ff. de
his q̃ ſunt ſui vel alien.iur. ubi Bal.l.de q̃ſtione §.tormenta,vbi Bart.ff.de quæſt.& ſecundum concluſionē
ſuperius conſtitutam, à veteribus noſtris quādoq; ex
facto reſponſum extat.Corn. cōſi. cccxiiii. Videt in
præſenti cōſultatione,in iii. Alexan. cōſi.cxvi. Viſo
chirographo, lib. vii. Socin. conſi.xci. Caſus ſuper
quo. in iii. & Reuerendiſs. Pariſ. conſil. xxxiii. in
13 Eccleſia cathedrali. lib.iiii.†Vnde inferri neceſſariò
poſsit, ipſum dominum Ioan.Pet.de bonis huiuſmodi liberè diſponere potuiſſe.l.in re mandata. C. mād.
l.altius.C.de ſeruit.& aqua.Butr.& Abb.c.ſi diligenti,& c.ſignificaſti,de foro compet. & idcircò legitimè de illis teſtari potuit. d. c. relatum, & d. c. cùm
ex officiis, nam & Canon donationes ipſas à clericis fieri facilius patitur.d.cap.ad hæc, de teſtamentis
vbi Doct.& d.cap.vlt.de pecul. cler. & Soc. d. conſi.
xci. & Pariſ.d.conſi.xxxiii.non enim quod minus eſt
illi ipſi denegatum videri debet, cui maiora conficiēndi facultas tributa fuit.l.nō debet.ff. de reg. iur. authen.multò magis.C.de ſacroſan.eccl.vbi Bald. & l.
ii.de leg.primo. vbi Bart.Alex.Iaſ.& Soc. Ex quibus
concludi poſſe videtur,hanc ipſam donationē (quicquid contendat Apoſtolici fiſci procurator) incōcuſſam exiſtimari debere. Laus Deo.

Patauii. Calen. Aprilis. 1550.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Mens ex verbis colligitur.
2 Fœmina non ueniunt ad ſucceſsionem quoties de maſculis ſit mentio.
3 Voluntas ſola,etiam ex coniecturis collecta ſufficit in fideicommiſsis, ut quid uoluerit teſtator exiſtimetur. & uide nume.18.
4 Teſtator præferendo maſculos fœminis, uidetur præ oculos habuiſſe agnationis propagationem, & ſic fideicommiſſum induxiſſe,& uide nu.18.
5 Fideicommiſſum fuiſſe inductum à teſtatore inter maſculos deſcendentes ex quibus coniecturis probari poſsit,quando apertè non conſtat.
6 Soror ſemel à fratre excluſa perpetuò excluſa cenſetur,& uide nu.19.
7 Ablatiui abſoluti conditionem important.
8 Conditio deficit unius etiam filij ſuperexiſtentia, quando dictum fuit,ſi ſine filijs quis decederet, & nu.12.
9 Qualitas adiecta uerbo terminatur ſecundum tempus eiuſdem.
10 Subſtitutus ad hoc ut excludatur, oportet quòd filius hæreditatem adeat.
11 Maritus ſi vxori uſumfructum relinquat, ſi filios ſubſtiterit,quòd illicò dies legati cedit,filio ex ea edito.
12 Subſtitutionibus in fideicommiſſarijs conditio illa à teſtatore appoſita,ſi hæres ſine liberis deceſſerit & c. ſtatim deficit liberis ipſis editis, uel uno etiam nato.
13 Subſtitutio ultimo decedenti expreſsè fieri debet, uel ſaltem poſt mortem omnium, quando pluribus reciprocum fideicommiſſum iniunctum ſit.
14 Fideicommiſsi onus ad hoc ut inter deſcendentes fuerit impoſitum,neceſſe eſt colligi ex his,quæ in teſtamento diſpoſita reperiuntur.

Filij

15 *Filij poſiti in conditione ſuccedunt ab inteſtato, & eſt commu. opin.*
16 *Teſtatoris prouiſio quando ceſſat, ſubintrat legis diſpoſitio.*
17 *Fideicommiſſi onus non facilè præſumitur.*
20 *Ceſſante ratione ceſſat, & diſpoſitio.*

CONSILIVM CXXXVII.

QVI EX NIHILO CVNCTA creauit omnipotens Deus mihi nunc adſit, vt præſentis facti ueram deciſionem proferre poſsim.

EX FACTO contigit Ioannē Compoſtellam dum moriretur his ſanè uerbis teſtatum fuiſſe. In omnibus autem ſuis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus præſentibus & futuris ſuos hæredes uniuerſales inſtituit & eſſe uoluit Bartholomæum & Antonium nepotea ſuos & filios condam Matthæi fratris ipſius teſtatoris, æquis portionibus: quos ad inuicem ſubſtituit iure fideicommiſſariæ ſubſtitutionis: ita quòd ſi alter eorum deceſſerit ſine filiis maſculis legitimia & naturalibus eidem ſuperſtes ſuccedat de gradu in gradum uſque ad infinitum. ambobus uerò decedentibus ut ſuprà, ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus, tunc uoluit & iuſsit quòd eius bona & hæreditas deuoluantur ad maſculos deſcendentes de domo & familia ipſius teſtatoris, uſque in infinitum ſeruata ſemper gradua prioritate.

Contigit, Antonium ipſum abſque filiis obiiſſe, cui Bartholomæus ipſe ſecundum teſtatoris iuſſum ſucceſsit; qui deinde & duobus filiis necnon & tribus filiabus ſuperſtitibus deceſsit. deinde breui temporis ſpatio maſculi ipſi adita hæreditate deceſſerūt, ſuperſtitibus tamen ſororibus ipſis & matre. Quocircà quæſitum fuit, num ad huiuſmodi hæreditatem mater ipſa & ſorores admitti debeant, an uerò proximiores maſculi in illa ipſa ueluti potiores admitti debeant?

Et prima facie reſpondendum uideretur, ad proximiores ipſos maſculos hanc ipſam hæreditatem
1 pertinere, † ſi diſponentis ipſius ex uerbis collecta
mens perpendatur. l. quidam, ubi glo. ff. de condit.
inſt. Idque potiſsimum, cùm ex uerbis exordium
ipſum implentibus hoc palàm colligi poſſe uideatur
l. ultima. ff. de hæred. inſt. ubi Bart. & Bal. & l. filium
habeo. ff. ad Maced. ubi Bart. & l. i. ff. de orig. iur. &
l. i. ff. ſi cert. pet. ubi Alex. Dec. & Curt. & c. quoniam
contrà, de probat. ubi Lanfr. Brix. in ſecundo. not. &
2 ibi diffuſius dixi. † Quocircà, cùm diſpoſitionis exe-
cutionem teſtator ipſe in maſculos retuliſſe uidea-
tur, conſequens eſt, fœminas ipſas repellendas eſſe
uideri. c. Rainaldus, & c. Rainutius, de teſtamentis,
ubi glo. in uerb. abſque filiis maſculis. Hoſt. But. &
Abb. & idē Abb. in conſi. xxxvi. nu. iii. in primo uol.
Secundò hanc ipſam ſentētiam inde probari poſſe
3 cenſeri debeat, quòd uulgò circumferatur, † in fidei-
commiſsia ſolas uoluntatis coniecturas ſufficere, ut
quid teſtator ipſe uoluerit, eaiſtimetur. l. cùm proponebatur, & l. unum ea familia. §. fin. ff. de leg. ii. & l. pen. ff. de leg. primo. & l. fideicommiſſa. §. Item ſi quis. ff. de leg. iii. & l. hæredes mei. §. cùm ita, ubi Doct. ff. ad Sen. conſ. Trebell. & Soc. diffusè diſcutit in l. cùm auus. ff. de cond. & demonſt. poſt Corn. & Sali. in l. cùm acutiſsimi. & l. cùm uirum. C. de fideicom. & Rip. in l. Centurio, ad fi. ff. de uulg. & pup. & ex facto ſæpius reſponſum eatat: Soc. conſi. cxl. in primo. Dec. conſi. xv. & conſi. xxaviii. & conſi. cv. & Pariſ. conſi. xxxvii. Si bona, in ſecundo.

Sanè non leuis & hæc quidem coniectura uideri
4 debet, † quòd teſtator ipſe maſculos fœminis ubiq;
prætulerit, unde agnationis propagationem præ oculis habuiſſe eaiſtimetur. §. cæterum, inſt. de leg. agn. ſucceſſ. & l. maaimum uitium, ubi Bal. Sali. & Corn. C. de lib. præt. Io. Andr. in additionibus Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in princip. & Albert. Brun. plures adducit in tracta. de ſtatut. ſtantibua maſculis fœminas exclud. in princip. Et quamuis non deſint, qui hanc ipſam coniecturā in inducendo fideicommiſſo ſufficientem non eſſe contendant, non defuerunt tamen qui oppoſitum uerius eſſe aſſeuerauerint: Bart. l. liberorum. ff. de uerb. ſignific. & ex facto paſsim reſponſum eatat, & quandoque deciſum: Corn. conſi. lxxiiii. in ſecundo, conſi. ii. in quarto, & Iaſ. conſi. iiii. ad fin. in quarto, & Alex. xxviii. xxxi. cxx. cxliii. & Dec. cōſi. cclaa. & cccaiii. & daui. & dxlv. & dalvi. & dlxxiiii. & dlxaviii. & dclv. & Soci. conſi. cxvi. In cauſa, in tertio, & Curt. iun. conſi. xliii. xlviii. lxix. laxavii. acvi. & cxiii. & Ruin. conſi. cai. in ſecundo, Gozad. conſi. xavi. lxiiii. & lxxxvii. Pariſ. conſi. xxavii. num. xaxiiii. & xxxv. in ſecundo, & Soc. iun. conſi. cxix. & cxxvi. in primo, & Crauet. conſi. lxii. in fin.

5 Tertiò † ponderari poteſt & non leuis coniectura
ex illo uerbo, de hærede in hæredem, & de gradu in gradum uſque ad infinitum, qui effectus contingere non poſſe uidetur, niſi antecedentis neceſſarij uirtute perpetuum fideicommiſsi onus inter maſculos iniunctum intelligatur. l. denique. §. ultimo. ff. de pecul. leg. l. ii. C. de dot. promiſſ. ubi Bal. aduertit. & l. ii. ff. de iuriſd. omn. iud. & uidetur theorica Bart. in dicta l. Centurio. ff. de uulg. & pup. ſubſt. ubi concurrentibus tribus coniecturis, fideicommiſsi onus inter deſcendētes proximiores maſculos iniunctum eſſe concludit, putà, quòd liberi ſint poſiti in conditione & grauati, & alia qualibet coniectura muniti, putà per dictionem maſculos, uel per excluſionem fœminarum, uel digreſsiones ad alios gradus ſubſtitutionum; quæ tamen omnes coniecturæ in propoſita ſpecie ſimul, & coniunctim concurrere uidentur; unde intentio maſculorum proximiorum hoc caſu ſatis legitima uideri poſsit. Ruin. d. conſi. cxi. Viſo ac perlecto, col. fin. in ſecundo.

6 Quartò, † quia dici ſolet, ſorores ipſas ſemel à
fratribus excluſas, perpetuò repelli debere, tametſi maſculus ipſe deinde moriatur. Bal. in c. primo. §. cùm etiam. in tit. Epiſcopum uel Abbatem. & idem Bald. in auth. ſed & ſi quis, & in l. in quibus. C. de ſecund. nupt. & Bart. docuit in l. fina. ff. ad

Tertull.ubi Alex.in addit.& in pluribus reſponſis cō
ſultò breuitatis cauſa omiſsis , & Aret. conſi. clix.
Viſo puncto , col.pen. Ex quibus uideretur in pro-
poſita ſpecie, qui in linea maſculorum proximiores
ſunt ipſi Bartholomæo ſuccedere debere.

Quibus tamen non obſt. oppoſitum, ſecundum iu
ris noſtri rationem, uerius eſſe exiſtimo, atque diſ-
finiendum concludo, decedentibus ipſius Bartholo-
mæi filiis nullum prorſus fideicommiſsi onus iniun
ctum intelligi debere. quod ſanè ex ipſius uerbis te-
ſtamenti colligi poſſe , cuique facilè conſtare po-
teſt , ibi , ambobus uerò decedentibus ut ſuprà ſine
filiis maſculis legitimis & naturalibus , tunc uoluit
& iuſsit, &c. At , cùm Bartholomæus ipſe duobus
maſculis ſuperſtitibus filiis obierit, iam conſequens
eſt, fideicommiſsi onus & conditionem omninò de-
7 feciſſe intelligi, † nam conceptio illa ablatiui abſo-
luti, ambobus uerò decedentibus, &c. conditionem
ipſam inferre exiſtimatur.l. à teſtatore.ff.de condit.
& demon.& rub.ff. ſolu. matr. ubi Alex.Soc.Iaſ. Al-
8 ciat. & alij recentiores, † & idcircò quemadmodum
cum diſpoſuit teſtatore ſi ſine filiis uel liberis de-
ceſſerit , uel unius filii ſuperexiſtentia conditionem
defectam intelligi, cùm inſtitutus ipſe decedit , hoc
quoque caſu ius diuerſum conſtitui non debet.l. ex
facto tractatum.§. ſi quis autem ſuſceperit.ff.ad ſen.
conſ.Trebell. Iureconſ. ibi reſpondit , conditionem
illam ſi ſine liberis,defeciſſe intelligi, ſi filios ſuper-
ſtites inſtitutus ipſe relinquat , ſecus ſi uiuo patre de
cedant , tunc enim reſtitutionem faciendam inde
Doctores colligunt, Bart. Imol. Alex.& Rip.uerſi.ra
tio decidendi fuit.quia cùm conditio hæc ſi deceſſe-
rit , mortis ipſius termino concludatur , ſanè illius
inſtanti terminari debet.l.ex facto.ff.de uulg. & pu-
9 pil.† quare & circumferri ſolet qualitatem uerbo ad
iectam ſecundum eiuſdem tempus intelligendā eſſe.
l. ſi extraneus.§. in delictis.ff. de noxal. quod rectè
Imol. & Alex.in ti.not.in d.§. ſi quis autem , colligi
exiſtimarunt, quamuis Rip.nu.iii.à contrario ſenſu
10 id fieri fateatur. † nam , cùm filium adiuiſſe opor-
teat, ut ſubſtitutus excludatur , qui ad uiuentis hæ-
reditatem aſpirare non debet.l.ſi quis.§.utrum.ff. de
acquir. hæred.l.ex eo. C. de inut. ſtipul.l.ult. C. de
pact. neceſſariò oportet hunc ipſum filium grauatō
ſuperſtitem eſſe, quamuis ſolo momento ſuperuixe-
rit. quod Bal. docuit in c.i. Epiſcopum , uel Abba-
tem.§.cum eſſet. & probatur in d.§. ſi quis autē, uerſi.
aut igitur ſuperuixit. & in l.ſed & in illo, ibi, nec ap
11 pareat qui ante ſpiritum amiſerit.ff.de reb.dub.† Et
idcircò, cùm uir uxori uſumfructum reliquiſſet, ſi
filios ſuſtulerit, ſanxit Cæſar legati diem illicò cede-
re, filio ex ea edito, quamuis poſtmodum decedat.l.
cùm uxori. C. quando dies legati cedat . necnon, &
cùm quis Tralianum ſi ſine liberis decederet , inſti-
tuiſſet ac ſubſtituiſſet, nepote ex filia edito ſubſtitu-
tum ipſum prorſus excludi, Cæſar cauit.l.i.C.de con
di. inſert. ubi Fulgoſ. in glo. prima aduertit contin-
genter fieri mentionē inſtitutionis in eo caſu nepo-
tis ex ipſa filia, unde iuris diſpoſitū inde non alterari.
d.l.ex facto tractatum.d.§. ſi quis autem,& l.filiusfa
12 miliâs.§.cùm quis.ff.de leg.i.† Quamobrē Io:And.
in additione Specu.in tit. de teſtamētis,§. in primis,
uerſi.in emphyteuſim, quæſt.ij.cōcludebat, in ſubſti
tutionibus fideicommiſſariis conditionem, ſi ſine li-
beris deceſſerit, defeciſſe cenſeri liberis ipſis quam-
primùm grauato morieñti ſuperſtitibus, quicquid po
ſteà contingat.l.hæredibus.ff. ad ſena. conſ.Trebell.
ubi filij grauati reſtituere donec binos filios educa-
uerint, duobus ſtatim ſuſceptis eo onere ſoluti, Scæ-
uolæ ipſius authoritate intelligitur.quod & in uariis
factorum ſpeciebus reſponſum extat , nempe filios
ipſos ſub hac conditione grauatos, ſi ſine filiis, uel li
beris, uel uno edito , tametſi illicò decedat, omnem
fideicommiſſariam diſpoſitionem effluxiſſe intelli-
gi. Oldr.conſi.xxi. Thema tale eſt. Caſtr.conſi.v.in
primo,nu.iiii.uerſi.quantùm.ubi ponderat d.l.filius
familiâs.d.§.cùm quis.ff.de leg.primo.& Abb.conſi.
xl.in primo, nu.l.uerſi.ad idem.ubi concludit, ſub-
ſtantiam ſi ſine liberis, uel unico nato euaneſcere.d.
l.i.C.de cond.inſert. & Alex. conſi.xxxi.in princ.in
tertio, conditionem illam ſi ſine liberis, ſola filia ſu-
perſtite defeciſſe reſpondit, d.l.i.C. de cond.inſert.
& l.non eſt ſine liberis.ff.de uerb.ſign. & Dec.conſi.
lxiii. in ſecundo dubio , uerſi. & ſecundum ea quæ
narrantur.& conſi.ccxviii.nu.vi. & conſi.cclxix.nu.
xiii.& conſi.cccxxiii.nu.iij.& conſi.ccclxxvii.& plu
ribus aliis conſultò omiſsis. & nouiſsimè ſecundum
eandem concluſionem dominus Marian.iun.reſpon
diſſe uidetur, conſi.iiii.nu.vlii.uerſi.iſtis tamen non
obſt.in iii.uol.& dominus Marc. Mant.cōſi.liii.nu.
i.& conſi.xcii.nu.i.ubi in terminis ſequitur conſiliū
Oldr. & nu.xxii.uerſi. ſed his omnibus , ubi loqui-
tur etiam cùm maſculorum & deſcendentium in con
ditionali enunciatione mentio facta proponitur. &
conſi.cxv.nu.xviii.& conſi.cxciiii. num.iiii.& conſi.
cccxix.nu.i.& conſil. cccxxix.nu.ii. in quibus Oldr.
deciſionem etiam inter deſcendentes ſequutus fuit.
13 Secundò † eandem concluſionem illinc quoque
probari poſſe non ambigitur, quòd uulgò receptum
ſit, cùm pluribus etiam ſub conditione uocatis reci-
procum fideicommiſsi onus iniunctum ſit, neceſſa-
riū cenſeri, ut ſubſtitutio ultimo decedenti expreſsè
facta proponatur, uel ſaltem poſt mortem omnium,
qui poſiti fuerint in huiuſmodi conditionali diſpo-
ſitione.l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.ii.ubi Se
ia libertis fundum legauit, ac ſubiecit ; Fidei autem
ueſtræ Verę ac Sapide committo, ne fundum meum
uendatis, eumq; qui ex uobis ultimus deceſſerit cū
moreretur , grauo ut reſtituat Sempronio liberto &
ſucceſſori meo Berillo & Sapido &c. At, cùm in pri
ma parte teſtamēti nulla reciproca ſubſtitutio adie-
cta ſit, in ſecunda tamen adiecerit uerbum ꝙ ultimus
deceſſerit, reſpōdit Paulus nouiſsimū nominatim ex
preſsis reſtituere debere. unde Dinus,& Bar.aduer-
tunt, cùm ultimus grauatur , in toto grauatū intelli-
gi,& neceſſariò prædecedenti ſubſtitutū exiſtimari.
& ibidem Imol.& Caſtr.ſecuti fuerunt,& in l.uel ſin
gulis.ff.de uulg.& pup.ubi Alex.in ſexta reſtrict.ſe-
cundi caſus.Bal.Aug. & Salic.in l.pen.C. de imp. &
aliis ſubſt. & Soci.in l. hæredes mei.§. cùm ita.ff. ad
ſen.conſ.Trebell.uer. primus caſus. & Rip.ibi num.
xxix.plures adducit, & dominus Marianus iun.cōſi.
lxlx.& conſi.ciiii. & conſi.ccxlx. in tertio uol. At,
cùm filii & deſcendētes ipſius domini Bartholomæi
nulla

nulla reciproca diſpoſitione uocati fuerint, conſequens eſt, fideicommiſſariæ ſubſtitutionis diſpoſitionem ipſam effluxiſſe intelligi. d.l. prima. C. de condit.inſerr.d.l.hæredibus.ff.ad ſen. conſ.Trebell. cum aliis ſuperius adductis.

14 Tertiò, † ad hoc ut fideicommiſsi onus inter deſcendentes inductum eſſe cenſeatur, & filios eorum qui poſiti ſunt in conditione, neceſſe eſt, hoc ipſum colligi ex his, quæ in teſtamento diſpoſita reperiuntur. l. Lucius.§.tres hæredes, uer. non proponi rogatum, ff.ad ſen.conſ.Trebell. declarat Iaſ.in l. poteſt.col.iii.ff.de uulg. & Rip.in d.l. hæredes mei.§. cùm ita. num.xvii. & omnes in l. uel ſingulis.ff. de uulg. & in l.Titia Seio.§. Scia libertis.ff.de leg. ij. & Caſtr.conſi.51. In cauſa, in princip.& Soci. conſil. ciiij. in tertio, non enim ſufficit teſtatoris uoluntatem huiuſmodi eſſe adſeuerare, niſi illa quidem ex uerbis uel factis apertè colligatur.l. quidam cùm filium.ff. de hæred.inſt.ubi Bal.& Imol.& Soci. declarat in d.conſi.ciiii.in tertio,& Pariſ.conſi.lxxxvi. nu.sx.in ſecundo. Quamobrem, cùm in propoſito caſu Compoſtella ipſe teſtator non adiecerit clauſulam illam, etſi filij Bartholomæi ſine filiis deceſſerint, proximiores ſubſtituo, conſequens eſt, illos ipſos nullo fideicommiſsi onere grauatos intelligi. l.unica.§.ſin autem ſub conditione.C,de caduc.toll. ubi Bal.& alij, & d.l.quidam cùm filium, & cap. ad audientiam, de decimis. Quare diffiniendum & iu
15 dicandum ſit, † cùm ipſius Bartholomæi filij, illi ipſi ab inteſtato ſucceſſerint, ut Accur. cenſuit in l. Lucius, la tertia.ff.de hæred.inſt.in uerbo. præiulit, & ei ſubſcribunt omnes Bar.Iacob.Aren.Alber. & plures refert Dec.in l.i.C.de pact. num.xix. poſt Iaſ.ibi nu.xiii.& Curt.& Corn.d.l.i.C. de cond.inſert. patrimonium eorum hoc proprium effectum fuiſſe. Glo.in l.i.§.ueteres.ff. de acqui.poſſ.cui ſubſcribunt Bart. Alb.Rom.Imol. Alex.Iaſ.Socin. & Rui.& idcircò ſecundum iuris communis diſpoſitionem ultimo eorum decedenti matrem & ſorores ſuccedere debere.§.ſi uerò cum aſcendentibus, in auth. de hæred.quæ ab inteſt.ueniunt. auth.ceſſante.C.de legit.
16 hęred. † cùm enim teſtatoris prouiſio in hoc ipſo negotio ceſſet, legis diſpoſitio ſubintrat.l. ſi cùm dotem.ff.ſolut.matr. ubi Doct. & l. ſi extraneus.ff. de condit. ob cauſam, & l. commodiſsimè.ff. de lib. & poſthu,ex quibus apertè conſtat ipſius Bartholomęi filios nullo fideicommiſsi onere grauatos intelligi;
17 † quippè quòd fideicommiſsi onus non facilè iniunctum præſumatur.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de uulg. & pupil.ubi Doct.aduertunt.

Non obſt.allegata mens teſtatoris, præſertim maſculos ipſos, etiam ſub conditione uocantis, quo caſu fœminas perpetuò excluſiſſe uideatur. d.c. Rainaldus, & cap. Rainutius, de teſtamentis, ubi glo.in uerb. abſque filiis maſculis. Quia reſpondeo huiuſmodi Compoſtellam teſtatorem dumtaxàt proximiores deſcendentes maſculos illius uocaſſe, caſu quo ambo hæredes ab eo inſtituti ſine filiis maſculis decederent. At, cùm ipſe Bartholomæus duobus ſuperſtitibus filiis deceſſerit, conſequens eſt ſiue uerba ſiue mentem diſpoſitionis intueamur.l. quarta.§. toties. ff.de damn.inf. ubi Bart. & l.pen.ff. de leg. ii. conditionem fideicommiſsi effluxiſſe intelligi filiorum huiuſmodi maſculorum ſuperexiſtentia.d.l.prima. C. de cond.inſert.d.l. filiusfamiliâs.§. ut quis hæredem.ff.de leg.primo, cum aliis ſuperius adductis.

18 Secundò, † non urget contendi ex coniecturis fideicommiſsũ ipſum inductum cenſeri.d.l.cum proponebatur.d.l. cùm auus, cum aliis ſuperius adductis: inter quas ſanè coniecturas, maximam illam exiſtimari, quòd teſtator maſculos fœminis ubiq; prætulerit. Docto.d.l. maximum uitium.C. de lib. præter. & Bar.in l.liberorum.ff.de uerb.ſignifi.cum aliis ſuperius adductis. Quia reſpondeo, hanc non eſſe ſufficientem coniecturam, ut onus fideicommiſsi inter eos qui ſunt poſiti in conditione iniunctum cenſeatur, ut concludit Dec. poſt plures quos adducit in d.l.i.C. de pact.num.xix.& ibi Alciat. & Cagn.& potiſsimùm, cùm iure municipali caueatur, ut ſtantibus maſculis fœminæ ipſæ non ſuccedant, ut concludit Rip. in d.l. Centurio, & Cagn. in d.l. prima.C.de pact.& Soc.in d.conſi.ciiii.& Soci.iun. in d.conſi.cxviii. in ſecundo.

Præterea, cùm uerba teſtamenti hîc clara ſint, quibus teſtator proximiores maſculos uocat eo tantum caſu, quo Bartholomæus abſque filiis maſculis deceſſerit: & iam conſter duobus ſuperſtitibus illum ipſum obiiſſe, concludi debet, nullum amplius fideicommiſsi uinculum inductum cenſeri. Bart.d.l. ij,ff.ad ſen.conſ.Tertull. & Doct. d.rub.ſolut.matr. cùm aliis ſuperius adductis.

Tertiò, non mouet q́ ipſe teſtator adiecerit clauſulam illam, de hærede in hæredem, & de gradu in gradum uſque in infinitum: unde perpetuum fideicommiſsi onus inter maſculos iniunctum cenſeri debeat.d.l. denique.§. ultimo.ff. de pecul.leg. & l.ii. C.de dot.promiſs. cum aliis ſuperius adductis. Quia reſpondeo, hæc omnia procedere potuiſſe, quotiens Bartholomæus ipſe, qui ſucceſsit Amonio, ſuperſtites maſculos non reliquiſſet. at, cùm conditio hæc appoſita fuerit, ſi ambo ſine maſculis deceſſerint, & ipſe Bartholomæus duos maſculos ſuperſtites reliquerit, conſequens eſt, tametſi illi poſtmodum ſine filiis deceſſerint, omnem fideicommiſsi conditionem euanuiſſe intelligi. d.l.uxori.C.quando dies legati cedat. d.l.hæredibus,& d.l.ex facto.ff. ad ſen. conſ.Trebell, & Oldr. d.conſi.xxi. cum aliis ſuperius adductis.

19 Quartò, † non urget, quòd dici ſolet, ſorores ſemel à fratribus excluſas perpetuò reppelli debere: quia id ita demum procedit, cùm ſupereſt perſona cuius contemplatione ſorores ipſæ excluſæ fuerũt.
20 † at, cùm hîc ceſſer huiuſmodi ratio, huiuſmodi quoque diſpoſitio locum habere non poteſt.l.tutelas.ff. de cap. dim. ubi Bart. & c. cùm ceſſante, de appell. ubi Butr.Abb. & Felin.

Præterea, cùm uerba teſtatoris clara ſint, ſorores fœminas ita demum excludentis, ſi ambo eius hæredes ſine maſculis deceſſerint: & Bartholomæus ultimus duos ſuperſtites reliquerit, conſequens eſt, fœminas hoc caſu ex iuris communis diſpoſitione uocatas, excluſas perpetuò non uideri, ne aliâs diſponẽtis uoluntati, quę regina dicitur, uis in-

feratur. l. uerbis legis. ff. de uerb. ſignifi. & §. diſponat, in auth. de nupr. Ex quibus & pluribus aliis con ſultò omiſsis, ueluti non neceſſariis, diiudicandum cenſeo, hos ipſos proximiores agnatos ab bonorum Bartholomæi filiorum ſucceſsione omninò repellendos eſſe; quippè quòd nullo fideicommiſsi onere grauati intelligantur. Laus Deo.

Patauij, 4. Kal. Iulias 1558.

Iacobus Philippus Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Prætor dicitur bonus uir.*

2 *Expenſas non modicas fieri uia iudiciaria, ſeu ordinaria, ut dicunt, ideoque compromiſſa fuere introducta.*

3 *Ratio & cauſa ex procemio colligitur.*

4 *Arbitros à fratribus adeundos eſſe in eorum controuerſiis, pietatis ratio atque officium diſponit.*

5 *Sermo ſimpliciter prolatus in uno actu uerificatur. & num. 11.*

6 *Bannito ſecuritas conceſſa ueniendi, intelligitur pro prima uice.*

7 *Mandatum de iudicando finitur primo diffinitionis actu, quamuis iudex ſibi exequendi facultatem reſeruauerit.*

8 *Compromiſſo finito an iterum cauſa compromittenda ſit inter coniunctos uigore ſtatuti dictantis quòd cauſæ inter coniunctos compromittantur.*

9 *Promittens præſentare aliquem in iudicio toties & quoties & c. quòd per binam præſentationem liberatur.*

10 *Compromiſſum bis factum inter coniunctos authoritate ſtatuti, quòd non debet amplius reiterari ex legis neceſſitate. ſed uide num. 12.*

12 *Compromitti toties cauſa debet inter coniunctos ſtante lege municipali de cauſis inter eos compromittendis, quoties neceſſe eſt, ut finis ipſi cauſæ & liti imponatur. & uide ſuprà. nu. 8. & 10.*

13 *Inſtrumenti editio toties facienda eſt, quoties eſt neceſſaria.*

14 *Ratio eſt anima & neruus legis.*

15 *Ratio ſola legis obligat, ideoque qui rationem negligit, & uerba obſeruat, legem ipſam non cuſtodit. fall. in hominum diſpoſitionibus.*

16 *Interpretatio in hominum diſpoſitionibus aduerſus illum facienda eſt, qui legem apertius dicere potuit, & non fecit.*

17 *Fœminæ quòd excludantur extantibus maſculis, diſpoſitum exiſtimatur, ut ipſa conſeruetur agnatio: uerùm ceſſantibus maſculis ipſæ ſuccedunt.*

18 *Procurator tenetur appellare, nec per unicam appellationem conſtituentis menti ſatisfactum uidetur.*

19 *Iudicis declinatoria poſt litis conteſtationem allegari non poteſt.*

20 *Clauſula, quidam alij, in reſcriptis appoſita, ultra quatuor non admittit.*

21 *Compromiſſum publicatis atteſtationibus an peti poſſit.*

22 *Compromiſſum fieri non debet, ubi nulla iuris ambiguitas, aut facti perplexitas habetur, non obſtante ſtatuto, quo caueatur cauſas inter coniunctos compromitti debere.*

23 *Iuri quæſito non facilè præiudicatur.*

24 *Compromiſſum ſi in prima inſtantia non fuerit petitum, an locus ſit ſtatuto dictanti cauſas inter coniunctos compromitti debere.*

CONSILIVM CXXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis mihi lux adſit.

O. FRANCISCVS Ghinnus & Petrus Rauennâs fratres, qui mutuo documento ſemetipſos abſoluerant, nouas quaſdam petitiones alter aduerſus alterum aditis arbitris porrexerunt, qui quidem intra tempus ferendo arbitrio præfixum, diſcuſsis
1 omnibus negotium ipſum diffiniuerunt. † Cæterùm contigit, alterum ad boni uiri arbitrium reductionem petiiſſe, nempè Prætoris ipſius. l. ſocietatem. §. arbitrorum. ubi Bart. ff. per Soc. Alterius uerò procurator foro comparens plurimùm contendit de huiuſmodi laudi iuſtitia, iudiciaria ſerie cogno-
2 ſcendum non eſſe; † quippè quòd ea uia non modica clientes ipſi diſpendia ſubire compellantur. l. recuſare. ff. ad ſenatuſcon. Trebell. ibi, litis rimentium, & l. properandum. §. ſin autem, il ſecundo. C. de iud. & c. finem litibus, de dol. & contum. cum aliis adductis à Bart. Bal. Ang. Fulg. & Caſt. in prima côſt. C. num. ii. & iii. quinimmo Prætorem ipſum ceu arbitratorem, laudi illius cenſuram ſuſcipere debere petit, uel ſaltem alios illius iuſſu ab ambabus partibus eligendos, eius ipſius officium hoc nomine implorando inſtetit. l. ii. §. hoc autem, ubi Bart. ff. de damn. infe. & c. iudicantem, xxx. quæſt. v. ea potiſsimùm ratione nitens, quòd hoc ipſo municipali & proprio iure cautum extet, iudicem ipſum agnatos compellere debere, ut in eorum controuer-
3 ſiis arbitros ipſos adire debeant, † cuius iuris ratio euidens ſanè ex ipſo procemio colligitur, ut fieri ſolet. l. fin. ff. de hæred. inſt. ubi Bart. & Bal. & l. filium habeo. ff. ad Maced. ubi Bart. & Lanfranc. c. quoniam contrà, in not. de probat. & ex facto quandoque reſponſum extat: Alex. conſi. lxx. Viſis, in ſecundo, & Dec. ccci. ut ipſi ſanguine, ita & beneuolentia con-
4 iunctiores eſſent. † quocircà lex fratres ipſos diſponit, pietatis officio fungi in eorum controuerſiis arbitros ipſos adire. l. quamuis. ff. de recept. arb. ubi glo. & Bal. & l. fin. ff. fam. erciſ. ubi idem Bal. quamobrem ad publici & politici finis executionem municipalia huiuſmodi iura pertinere exiſtimantur. Bart. Bald. & alii in d. prima conſtitutione. C. & Lanfran. de Orian. nec non & Firm. in tractatu de compromiſsis in princ. aduertunt. & ex facto quandoque reſponſum fuit: Bal. conſi. ccclxxvii. in quarto, & Rom. diiii.

Quæ quidem licèt huiuſmodi ſint, prætorem tamen ipſum ſubſiſtere contingit, tametſi nodum in ſcirpo quærere uideatur. argumento. l. ſcire. ff. de legib. & l. non dubium. C. eo. ubi Bart. & Bald. aduertunt, legis ipſis neruum in ipſa ratione con-
5 ſiſtere. urget enim in primis, † quòd ſermo ipſe ſimpli-

ſimpliciter prolatus unico actu conſummationẽ ob-
tinuiſſe uideri poſsit.l.boues.§.hoc ſermone. de uer.
ſigni.ubi Bart.& Alex. At, cum ſemel compromiſ-
ſum fuerit, indeq; laudum ſecntum ſit, municipalis
iuris diſpoſitioni ſatisfactum fuiſſe uideri poſsit.c.
ii.de tregua & pace, ubi Bal. & Abb. quod & eo exẽ
plo probari poſſe uidetur, quòd conceptio illa cum
nupta erit, primas nuptias ſignificari reſponſum ſit.
6 dicta l.boues.§.hoc ſermone.ubi Alc.† unde & ſecu-
ritas ueniendi aliquo exuli conceſſa, prima uice exe-
cuta uidetur. Bart.l.i.ff.ad l. Iul.maieſt.& l.dotis.ff.
de iur.dot. nec nõ & diſpenſatio ad duo curata,prio
ribus collatis abſoluta intelligitur.c.i.de præb.in vi.
7 †mandatum quoque de iudicando,primo diffinitio-
nis actu conſummatum fuiſſe exiſtimatur, quamuis
iudex ſibi ipſi exequendi facultatem reſeruauit, Bal.
8 conſi.lxiii.in primo, † quocircà idem quoq; in pro
poſita ſpecie reſpondendum uideretur, in qua ſin-
gularis legis noſtræ uerbis compromiſſum inter
agnatos requirentis, laudo ipſo ſecuto ſatisfactum
eſſe uidetur; alioquin infinitatem ipſam incurre-
mus, à qua ſanè legiſlator uterq; prorſus abhorret.c.
licèt, il ſecundo de teſtib.& d.l.properandum.C.de
iud. & l.unica.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt
proſe.& l.qui bona.§. ſi.ff.de damn.infe. quare. rei-
terandi facultatis iuſſus duabus uicibus expirat.l. fi-
9 deicommiſſa.§. ſi quis.ff. de leg.iii.† nec non & bi-
na præſentatione ſi quis ſpopõdit toties quoties ſi-
ſtere, liberari exiſtimatur. Ang.& Alex.l.ſi finita,in
princ.ff.de damn.infe. & Bal.l.ſuperuacuam.ix.col.
C.de his quę pœn.nomine & Caſt.l.ſi quis reos.ff.de
cuſt.reorũ,& Alex.ex facto conſultus reſpondit con
10 ſi.cxlv.in ſecundo. † Quocircà,cùm authoritate re-
giæ pragmaticæ bis compromiſſum factum expiraſ-
ſet, reiterandum non eſſe, decifum extat: Afflictus.
decis.xlvi.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum ſecundum iuris noſtri rationem diffinien-
dum exiſtimo, quippè quòd municipalis huius iuris
ratio fuerit, ut lites inter huiuſmodi fratres ampu-
tentur.l.hæc conditio.ff.de cond.& demonſt.& Bal.
11 d.conſi.cccliiii.& conſi.cccclxxxvij.in quarto. †Qua
re quod uulgò traditum eſt, ſermonem ſimpliciter
prolatum ad unicum actum pertinere.d.§.hoc ſer-
mone.d.c.ii.ubi Bal.Abb.& Fel.& idem Fel.d.c. li-
cèt, il ſecundo de teſtib. quippè quòd orationis hu-
iuſmodi denunciatio effectum cõſequuta uideatur.
Anch.conſi.cccxvij. Tria dubia. pluribus tamen exẽ
plis procedere non ſolet, Fel.d.c.ii. & d.c.licèt, &
Alc.d.§.hoc ſermone.nam in ipſius legis diſpoſitio-
ne aliud eſſe ſciendum eſt, in illis enim ſermoni etiã
ſimpliciter prolato toties ſerendum eſt, quoties ipſa
ratio eius effectum ſortita ſit, mensq́ue illius adim-
pleta. Raph.Cuma. Roma. Ales.l.ſi cùm dotem.§.i.
ff.ſolu.matr.& Fel d.c.ii.in quinta limitatione,& d.
12 c.licèt, in fin.& Alc.d.§.hoc ſermone.†Quamobrẽ,
cùm huius ipſius ſingularis iuris perſpicua ſit inten-
tio, lites ipſas auferendi.d.l. quamuis, & d.l. fin.to-
ties ad compromiſſum agnati ipſi compelli debere
uidetur, quoties neceſſe eſt, ut ipſis litibus & con-
trouerſijs finis imponatur. Bald.l.fideicommiſſa.§.ſi
quis decem.ff.de leg.iii.& Fel.d.c.licèt dilectus, de
teſtib. quod receptius eſſe traditum eſt: Alex.conſi.
lxx. in ſecundo.& Iaſ.in l.duobus.§.ei qui.col.iii.ff.
de iureiur. & Rip. rubr.ff. ſolut. matri. nu.xxxviii.
nam cùm quis iurando affirmauit quidquam per ſa-
lutem illius factum fuiſſe, nihilominus iteratò iu-
randum eſſe, reſponſum eſt, licèt ſummi Dei con-
templatione id ipſum feciſſe intelligatur: idq́ue ut
iuris intentioni ſatisfiat. l. qui per ſalutem.ff. de iu-
13 reiur. ubi Bald. Pont. & Iaſ. † Item lex ait ex edicto
prætoris ad inſtruendum editionem fieri debere, an
ſi ſæpius editio petatur, permittenda ſit? & certè quo
ties opus eſt, illam concedendam conſtat.l.ueluti.§.
hæc inſtitutio.ff.de edend.ubi glo. Bal. Alex.& Iaſ.
Quocircà in propoſito caſu cùm ex municipalis le-
gis iuſſu compromiſſum faciendum ſit, ut lites in-
ter agnatos extirpentur, toties fieri debet, quoties
legis ipſius rationi ſatisfactum ſit. Bald.poſt Cin. &
Petr.l.ſi ut, la prima.nu.xviij. C.quomodo & quan-
14 do iudex. † aliàs, cùm in ipſa ratione legis neruus
conſiſtat.l.ſcire.de legib.ubi glo. & Bal.& l.cùm mu
lier, la ſecunda,ff.ſolu.matrim.ibi,niſi ex mente ſu-
mat quis. & l.nominis & rei,§.uerbum ex legibus.ff.
de uerb. ſignifi.c. ultimo de regu.iur. in vi. illa ipſa
negligeretur, ſi prætor ipſe ſedulò non curaret in-
ter hos fratres lites extingui. Iaſ.d.l.qui per ſalutem.
15 & Alex.d.conſi.lxx.& Dec.conſi.xxii.† aliàs qui le-
gis uerba obſeruat, quam cuſtodire iurauit, contem
pta ratione,periurij pœnam incurrere non ambigi-
tur; quippè quòd ſola legis ratio obliget.d.c. ulti-
mo,de reg.iur.in vi. ubi Din.& d.l. non dubium, &
l.ſi quis maior. C. de tranſact.ubi Doct. licèt in ho-
minum diſpoſitionibus eatenus obligatio inducta
intelligatur, quatenus uerba ipſa inſerant.l. Labeo.
ff.de ſuppel.leg.l.filium.ff. de hære i.inſt. ubi Bal.&
Imol.l.ueteribus.ff.de pactis.l.ſi extraneus.ff.de cõ-
16 dit.ob cauſam.† unde dici conſueuit, in hominum
diſpoſitionibus aduerſus illum interpretationem fa
ciendam, cùm legem apertius dicere potuerat.l. in
contrahenda.ff.de reg.iur. l.quod Labeo.ff.de con-
trah.emptione,ut dixi poſt omnes in c.in pręſentia,
17 de ,pb.† Et idcircò in lege municipali, quæ fœminas
ab ipſa ſucceſsione extantibus maſculis excludit, qđ
diſpoſitum exiſtimatur, ut agnatio ipſa conſeruetur
quæ ratio ueinſtiſsimæ xii. tab. legi quandoque præ
oculis fuit.§.cæterùm, inſt.de legit.agnat.ſucceſſ. &
l. maximum uitium.C.de lib.prætcr.ubi Bal.& De-
ci. conſil. cccclxxx. & plures adducit Brun. in tra-
ctatu de ſtatutis ſtantibus maſculis fœminas exclu-
dentibus in principio. ſi huic ipſi rationi locus
eſſe non poſsit, putà, quia agnati non extent, uel
huiuſmodi ex quibus agnatio ipſa propagari non
poſsit, huic conſtitutioni locus eſſe non ſolet, ut fœ
minæ excludantur.l.i. C. de ſecund.nupt.ubi Bal. &
Ang.conſi.cclxxxii. & cclxxxiij. Inaduertentia ſta-
tuentium, in fine. quod enim ab oppoſitis argumen
tum ſumitur, Papiniani authoritate fortiſsimũ cen
ſetur.l.i.uerſi.fortiſsimum.ff.de officio eius cui. ubi
Deci.poſt ueteres nu.ii. & idcircò in iuris diſpoſi-
tionibus per unicum actum in ſermone ſimpliciter
prolatum rationi legis non ſatisfieri exiſtimatur.d.
§.i.& d.§.bæc dictio.& Alex.d.§.hoc ſermone,& ex
facto non ſemel reſponſum extat: Rom.conſil.diiii.

Alex.d.conſi.lxx.& Dec.conſi.xxij. num.i.& conſi.
xciij. Et pro tenui.

Quinimmo, ſi contingat, etiam in hominum di-
ſpoſitionibus ſimplicem ſermonem unico actu lo-
quentis intentioni non ſatisfieri, ut præſcripta con
cluſio uera eſſe uidetur. d.l. hæc conditio, ubi Bart.
18 †quemadmodum ſi quis conſtituit Titium procu-
ratorem ad appellandum, ſanè unica appellatione,
conſtituentis menti ſatisfactum non uidetur, ut l.in-
uitus.C.de procur.ubi Cin.Petr.& Bald.licèt in hæ-
rede certam ſummam dare damnato, aliud ſit.d.l.ſi-
deicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de leg.iij. ubi Bal. &
l.i.§.ſi cui.ff.ut legat. nomine caueatur. ubi Bart. quod
ſi in hominum diſpoſitionibus concluſio hæc rece-
pta ſit, in quibus tamen à uerbis recedi non ſolet.d.
l.filium, multò fortius in legum ipſarum conceptio-
nibus id conſtitui debet, quarum ſola mens obligat.
d.c.ult. de reg.iur.in vi.& Bald. idem ſentit d.conſil.
cccciij. & Feli.d.c.ij. Quare in huius iuris munici-
palis diſpoſitione interpretatio illa probanda potius
ſit, ut toties agnati ad cõpromiſſum ſint compellen
di, quoties inter eos motæ litis controuerſia ſopita
non ſit. Alex.d.§.i.& d.conſi.lxx.in ſecundo.& Dec.
d.conſi.xxii. aliâs legis huius prouiſio eluſoria red-
detur.d.l.quamuis, ubi glo. Bar.Bal. Caſt. & Sal.d.
procœmio Cod.& d.l. properandum.§. ſin autem.C.
19 de iud.† nam quamuis litis conteſtatio iudicis de-
clinandi facultatem auferre ſolita ſit.l.iii.§.idem ſcri
bit.ff. de pecul. & Aleia. poſt ueteres.l. edita.C. de
edend. & in Specul. de exceptionibus in princ. cùm
tamen iudicis huius declinatio idcirco non fiat, quod
iudex ſecundum iuris regulas iudicaturus ſit, ſed quod
non tãquam arbitrator ſecondum bonum & æquum
negotium hoc diffiniturus ſit.l.proſpexit.ff.qui & à
quibus. & l.quædam §.fideiuſſor.ff.mand.ſanè mu-
nicipalis legis præcepto hoc ipſum iubendi prorſus
parendum eſt.d.l.fin. & Bar.d.§. arbitrorum. Butr
& Abb.c.quintauallis, ex quibus infertur cùm & ip-
ſa municipalis iuris diſpoſitio ad remouendas lites
inter agnatos perfecta ſit.d.l.quamuis, etiam in iuris
articulis arbitratores adeundos uerius eſſe uideri.l.
cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de leg.ii.Bald.l.ancil-
læ. C. de furt.

Non urget opponi infinitatis ipſius abſurdum, à
quo lex utruſque cenſuræ abhorrere conſueuit.c.li
cèt, il ſecundo, de teſtib.clem. unica de ſenten.& re
iud.& l.unica.C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt,
ubi Curt.&Dec.in ſecũdo notabili, quare, eius quod
intereſt taxatio, dupli ſummam excedere nequeat.d.
20 l.unica.† & clauſula illa in reſcriptis appoſita, qui-
dam alij, ultra quatuor non admittit.c.cùm in mul-
tis, de reſcript.in vi.ubi glo.in uerb.multis.Archid.
Gem.& Franc.& præſentationis promiſtio etiã quo
ties opus fuerit, bina ſatisfactione expleta intelligi-
tur.l.qui bona.§. fin.ff.de damn.inf. & Alex. plures
deciſ.adducit in l.ſi finita.eod.tit.in princ.nam, ut li-
tes inter agnatos extirpentur, à iuris regulis recedi
debet.l.i.ff.de arbitr.& d.l.quamuis, & d cap. licèt,
ad fin.ubi Fel.tametſi nullus infinitatis effectus con-
ſiderabilis ſit ſtante petitionis reductionis ad arbi-
trium boni uiri libera facultate.d.§.ſocietatem, ubi
Bart.Caſt. & Alex.quæ tertiò interponi non poteſt.
tot.tit.ne liceat tertiò prouocare.& d.clem.unica.de
ſent.& re iud.& cle.i. de appell.

Rurſus non mouet, quoſdam, argumentum hu-
iuſmodi pertractantes, exemplum ponere, quòd ela-
pſo tempore ad laudandum præfixo, compromiſſum
denuo fieri debeat. Rom.d.conſi. viiii.& Soc.ccxxi.
in ſecundo. Viſa, & Marſ.ſing.clxxii.nam non idcir-
cò infertur, eos ipſus ſentire ſecuto laudo compro-
miſſum denegandum eſſe.d.l.quamuis.& l.neq; nata
les.C.de prob. doctorũ enim authoritates ſecundũ
iuris rationem moderari debent.d.l.ſi.ff.fam. erciſc.
Alex.d.§.i. in qua neruus legis conſiſtit.d.l.ſcire.d.
l.non dubium.d.cap.ultimo, de regu.iur. in vi.aliâs
ſententia Doct. ipſorum ex uerborum cortice diiu-
dicaretur, quod abſurdiſsimum eſſet.d.l.ſcire.& d.l.
non dubium.& l.ii.C.com.de leg.tot.tit.C.plus ua-
lere quod agitur. & c. dilecti, il iij.de appell.& An-
cha.conſi.ccciii. quamobrem & laudo ipſo ſtatuto,
cui partes non acquieuerint, concluſionem huiuſmo
di quoque procedere non ambigitur.d.l. quamuis.
quam ſententiam & dominus Marc. Peruſ.ex facto
conſulius reſpondendo probauit in conſi. manuſcri
pto:& Io. Baptiſta Carl. reuerendiſsimi Legati Pe-
21 ruſini auditor iudicando ſecutus eſt. † unde ſi altera
partium publicatis atteſtationibus coram iudice or-
dinario compromiſſum peteret, ſupraſcripta non
procedere exiſtimarem. Bald. l.i. C. de tranſact. &
Caſtr.d. procœmio Cod. Cùm enim eo tempore in
cauſa concluſum ſit.l.fin.C.de compenſ. ubi Bald. &
Caſt.quia diſpendia iudicialia multiplicari non de-
bent.l.eum quem, de iudi.c.finem litibus, de dolo, &
contuma. Alex.& Iaſ.in l.ſi cauſa cognita.C.de trãſ.
22 † quemadmodum in iis quæ nullam iuris ambigui-
tatem aut facti perplexitatem continet, huiuſmodi
ſtatuto locus non eſt. Cor.conſi.lx.incipiente, Quo
niam, litera D. in quarto. ueluti inſtrumentum con
fectum adeſſet literæque commiſſoriæ executionem
in promptu habentes. Bart.l.& poſtremum.ff. de trã
ſact.& l.ambitioſa.ff.de decret. ab ord.fac. col.viii.
& Iaſ.d.l.ſi cauſa cognita. quod & procedere poſſet
exceptione aliqua ſubſiſtente, quę litis ingreſſum im
23 pediret.Bal.l.fratres.C.de tranſact.† nec enim legiſ
lator ius alteri quæſitum facilè permittit auferri.
Bal.l.fratres. C.de tranſact. Innoc.Bal. Butr.& Abb.
24 in cap.quæ in Eccleſiarum, de conſtit.† Nec defue-
runt, qui huic iuri municipali locum non eſſe cenſe-
rent, ſi in prima inſtantia compromiſſum ipſum pe-
titum non fuerit.Caſt.conſi.cccxx.in primo, quæ ta-
men in re amplius deliberandum exiſtimo.

Laus Deo.

Patauij, pridie idus Martij 1549.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtis proxeneta nihil quicquàm probare uide-*
tur, & nu.21.

2 *Teſtes recepti ad futuram rei memoriam adhoc ut pro-*
bent, plura requiruntur requiſita, & quæ ſint,
enucleantur.

Teſtes

3 *Teſtes non recepti prout iura dictant, nullam faciunt probationem.*
4 *Teſtes mille ſingulares tantùm probant, quantùm unus.*
5 *Probatio iuſta & legitima dicitur illa, quæ animum iudicantis impellere ſic poteſt, ut rem ita ſe habere æxiſtimet.*
6 *Probationum materia in iudicum arbitrio poſita eſt.*
7 *Filius hæres patris factum retractare nequit. & nu. 12.*
8 *Scriptura priuata contra ſcribentem probat, & eſt commu. opin.*
9 *Obligatio per epiſtolam citè contrahitur.*
10 *Teſtium uirorum grauiũ depoſitio ſufficientior alijs eſt.*
11 *Teſtium in duorum uel trium ore omnis deprehenditur ueritas.*
13 *Inſtrumentis quanta fides adhibetur, oſtenditur.*
14 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
15 *Inſtrumentum & teſtes ad tractatus probationem pertinent.*
16 *Concluſio attendenda eſt, ueluti operis ipſius finis.*
17 *Genuenſis Reſpub. Principis regalia exercet.*
18 *Inſtrumenta publica ubi non deſunt, ſuperfluum eſt priuatas adducere atteſtationes.*
19 *Diſpoſitiones humanæ ita interpretandæ ſunt, ut iuris diſpoſitioni ſint conformes.*
20 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*
22 *Honor theſaurus eſt incomparabilis.*
23 *Iudex ex bono & æquo reiectis iuris apicibus inter parentes, & filios iudicare debet.*

CONSILIVM CXXXIX.

ADSIT MIHI TRINITATIS indiuiduæ lux, vt in propoſiti facti explicatione ipſius iuſtitiæ ſcopum attingere valeam.

CVM ILLVSTRIS D. Catherina. Saula olim Illuſt. D. Ioannis Ioachini de Paſſano vxor in eius viri teſtamento filijs ipſis tutrix, & curatrix relicta fuerit, atque ei in huiuſmodi hæreditatis adminiſtratione cum tribus ex pluribus nominatis commiſſarijs, vel executoribus plena ſit data facultas, his quidem verbis in ipſo teſtamento prolatis char. 4. in fine. Laſſo tutori, curatori, commiſſarij, & eſſecutori del mio teſtamento, & inſtituiſco gli infraſcritti con ogni inſtanza da me pregati, che in honor de Iddio & della Vergine ſua madre ſiano contenti accettare, & ben guidare queſta à loro commeſſa cura, Madona Catherina mia conſorte &c. Idemque diſpoſuerit, ab omni tutela filios eius liberos eſſe, cùm primũ minor eatu. xvj. annum compleuerit, & maior xxj. char. 4. in principio, ibi, oltra di queſto ordino che li detti miei figlioli ſiano ſotto la tutela & cura delli infraſcritti tutori, & curatori, ò vero commiſſarij à loro per me dati in fin che il minore ſerà di età di xvj. anni, alla quale peruenuto che ſia, rimanghino liberi nella loro propria tutela, & fin che il maggiore ſarà peruenuto a l'età ſua de anni xxj. Cęterùm, cùm cauſa cognita decretum ſit vtrunque & minorem, atque maiorem, pręfixam in ipſo teſtamento ætatem compleuiſſe, & idcircò ſecundum ipſius Illuſtris D. teſtatoris mentem eos ipſos ab omni tutela, & cura liberos eſſe, vt ex publico documento de huiuſmodi decreto conſtat, ea tamen lege interpoſita, ut mater ab ipſius tutelæ onere liberata intelligeretur, reſeruato tamen filiis ipſis iure petendi adminiſtratæ tutelæ rationem. Itemque & ipſi matri, vt quatenus iuris diſpoſitio ferat, Magnifico D. Iulio filio minori iam defuncto ſuccedere debeat. Qua quidem in re & ipſius adminiſtrationis negotio, ſeu rationis redditione cùm plures ſummas Illuſtris D. Catherina variis ex cauſis ſibi deberi pręteudat, & potiſſimùm ob donationem pp nuptias, ſeu cõtra dotis cõſtitutionem ipſi doti æquiualentem: unde plenum ſit factum compromiſſum in Clariſſimos Iurecõſultos D. Tiberium Decianum, & D. Guidonem Pancirolum, eorùm eis dubitari contingit: An donationis propter nuptias conſtitutio probata intelligatur, quæ quidem ipſius dotis ſummæ æquipolleat?

Et prima facie uideretur dicendum quòd non:
1 ſnam atteſtatio Magnifici D. Baptiſtæ Pinelli Adurni, cùm proxeneta fuerit, nihil quidquam probare uidetur. l. deferre. ff. de iure fiſ. in fine, ubi glo. in uerbo interrogari, & Bart. uerſi. ſicut dicimus, qui adducit caſum in authen. de teſtibus. §. pen. & hoc tenet glo. in cap. Romana, de teſti. in vj. in uerbo in teſtamento, ubi Ioan. Monach. Archid. & alij in glo. pen. & idem docuerunt Ioan. And. Butr. Card. Imol. & Abb. in cap. dilectorum, de teſti. cog. & plures deciſiones breuitatis cauſa conſultò omiſſas refert Alexand. conſi. cxxviii. nume. 1. uerſi. & ſecundum nerã opinionem, in ii. ubi concludit, proxenetam ipſum etiam ſi nullum expectet ſtipendium, legitimum teſtem non eſſe ad probandum ea, quæ in ipſis conuentionibus continentur. & idem conſi. aiii. uerſi. his quæ in themate, in primo, nu. x. & conſi. cxaiii. Viſo, in v. & conſi. cxxvii. Viſo proceſſu, in vii. col.

Secundò quòd ad eundem D. Baptiſtam Pinellũ Adurnum, & dominum Bartholomæum Cõpagnum Mercatorem Florentinum ad perpetuam rei memoriam interrogatos idem reſpondendum uideretur,
2 nempè eos ipſos nullam prorſus fidem facere. †conſtat enim plura requiri, & quidem coniunctim adhoc, ut huiuſmodi atteſtationes rite receptæ intelligantur, & idcirco probent. Et primò citationis ipſius præambulum requirebatur, etiam naturali iure inſpecto. clem. Paſtoralis, de ſent. & re iudi. uerſi. cęterum, ibi, hęc natura abhorret, & c. Deus omnipotens. ii. q. i. & c. caueant, & cap. omnia. ix. quæſt. iii. & docuit Lanfranc. in cap. quoniã contrà, de proba. in uerbo Citationes, & ibi Dec. Pariſ. & Bero. plures deciſiones adducunt conſultò omiſſas. cùm ergo pars, cuius intererat hanc ipſam receptionem non fieri, uocata non fuerit, ſequitur, huiuſmodi atteſtationes illegitimè receptas intelligi. d. §. pen. in auth. de teſti. ubi Bart. & Ang. & auth. ſi quis. C. de teſt. ubi Bal. Ang. Fulg. & Sali. necnon & ex facto quãdoque cõſultus Alex. reſpõdit cõſi. cciii. in ii. nu. 10. & 11. Item ob inſtantis obitus periculum uel futuram abſentiam, uel quia ſenio ſint confecti, uel aduerſa ualetudine laborent, teſtes huiuſmodi recipi ſolent. c. quoniam frequenter. §. ſunt & alii, ut lit. non conteſta.

teſta.& d.cap.ſignificauit,vbi gln.in verbo idoneos,
3 de teſti.Butr.Abb.& Feli.† At,cùm ij ipſi teſtes non
oſſent eiuſmodi,conſtat receptionem nullam omni-
nò cenſeri.c. cùm ceſſante, de appellat.& c.& ſi Chri
ſtus,de iure iur.& l.tutelas.ff. de capit. diminut. vbi
Bar.ſanè non ritè factum pro infecto haberi conſue-
uit.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogant.& l.iiij.§.condem
natum.ff.de re iudi. Quare,& hoc nomine atteſtatio
nes receptę nullius ponderis eſſe, Deci. quandoquu
reſpondit in conſi.cij.Et pro tenui.

Tertiò iudicantem ipſum in primis interrogan-
dorum hoc caſu teſtium conditionem perſcrutari
oportebat,deinde interloqui,eos eſſe tales, quos Ca-
non ad perpetuam rei memoriam interrogari requi
rit,quod Specu.aduertit in tit.de offi.omn.indi.§. po
ſtremò,verſi.item ſi teſtes petuntur,& glo.in l.in le-
ge Aquilia,quam ibi Bart. ſingularem appellat.ff.ad
l. Aquil.quod profectò cùm factum non ſit, cõſtat te
ſtibus huiuſmodi nullam uideri prorſus fidem adhi-
bendam.Soci.conſi.ccxliiij.ver. vlterius,& Marian.
Iun.conſi.lxxxvj. nume.14.ver. quartò etiam requi-
ritur, in ij. & Guid. Pap. deciſ. ccxxxj. Abſolui de-
beant,uerſi.ſic etiam in ſimili.

Poſtremò infrà annum depoſitiones huiuſmodi
ij ipſis denunciari debuerant,quorum intererat; qđ
cùm factum non ſit,virtus omnia huiuſmodi depoſi-
tionis abolita exiſtimatur.d.cap.quoniam frequen-
ter,ibi,atteſtationes ſic receptæ non valeant. glo. in
verbo non ualeant. Hoſt.Ioan.And.Butr.Imol. Cae
dina.Anch. & Abb.

Tertiò principaliter non parũ ipſius Illuſtris D.
Catherinę cauſam oppugnare videtur, quòd conte-
ſtes ipſe Adurnus,& Compagnus non videãtur,qua-
re ſingulares teſtes probare non conſueuerunt. l. vbi
numerus.ff.de teſti.c.ſuper eo,& c.licèt uniuerſis,de
4 teſti.† & ideò Bald. in l.iuriſiurandi. C. de teſtibus,
uerſi.deinde nota rationem,dicebat, ꝙ tantùm pro-
bant mille teſtes ſingulares quantùm unus. & Alex.
coſi.xxi.in iiii.& Deci.conſi.cxxxi.viſo,& Soci. Iun.
conſi.50.nu.5.& conſi.cxlvj.nu.9.in primo.

Quibus tamen non obſtantibus,oppoſitum verius
eſſe dijudicandum cẽſeo, nempè conſtitutionem do-
nationis propter nuptias doti æquiualentem rite fa-
ctã intelligi,& de huiuſmodi conſtitutione legitimã
5 fieri fidem,† conſtat etenim iuſtam eam probationẽ
exiſtimari,quæ iudicantis animum impellere poſsit,
ut rem ita ſe ſe habere exiſtimet.l.teſtiũ. §. tu magis.
ff.de teſti.ubi Bar. & reſpondit Corn.conſi.lxi.Viſa,
in iii. Socin. conſi.xi.ver.illa autem, in iii. & conſi.
xcviii. Iuſtiſsime,in iiii.& Deci.conſi.cccccx. In ca-
6 ſu,uerſi.& ſufficiens, quare dici ſolet† materiam pro-
batoriam in iudicum arbitrio poſitam eſſe.d. l. iij.§.
eum gis.ff.de teſti. ubi Bar. Alberi.& Salic.& Bart.
in l.Lucius.ff.de his qui not.infa.& Bald.in l. fin. in
princi.C.cõmin.uel epiſt.& Caſtr.in l. admouendi,
colum. pen. & Seueri. ibi colum. xvi. de iure iur. &
Butr.& Abb.c.ex literis,de probationib. & quando-
que reſponſum extat,Dec.conſi.cccclviii.ver. mo-
dò hic.& conſi.cccclxiii.In cauſa.ver. cogitabam, &
Soci.Iun.conſi.xxiii.nu. 10. uerſi.& ad hoc. in ij. &
conſi.xc.nu.19.eod.nolu.

Quibus ſic præludiorum loco præmiſsis & præ-
ſuppoſitis, intentionem Illuſtris D. Catherinæ ex
pluribus ad unguem probatam exiſtimo. & primò
ex literis ſcriptis ad Illuſtrem D.Ioannem Ioachiũ
à Magnifico D. Baptiſta Pinello Adurno, in quibus
refertur intentio magnifici D. Nicolai Sauli fratris
ipſius Illuſtris D. Catherinę, ibi, con queſto che
V. S. li faceſſe altrotanta contradote ò piu, perche
eſſendo eſſa di anni xxii.ò in circa che coſi è la veri-
tà, ſeguendoli qualche diſgratia di V. S. alla quale
N.S. dia longa uita,che reſtarebbe più difficultoſa à
rimaritarſi.verba enim huiuſmodi in tractatu coniu-
gii prolata contrahentium intentionem, quemadmo
dum in quocunque argumento,indicare cõſueuerũt
l.i.ff.de orig.iur.l.vlt. ff.de hæred. inſtit.ubi Bart. &
Bald.& Lanf. in d.cap.quoniam contrà,in ij. notab.
nume. 2.de probationib. & Dec. plures adducit poſt
Caſtr.& Alexan.in l.j.ff.ſi cert.pet.nu.4.& 6. & Pon
ta. cõſi.xvi.& plures alii ab ipſo Deci.adducti in d.l.
j.ff.ſi cert.pet. d.nu.4.& 6.

Item inferius in eiſdem literis,ibi, quanto alla par
te della contra dote ſerà rimeſſa in me,& ſerà hono-
reuole per V. S. ſendo io tutto ſuo la priego adon-
que faccia tal coſa.nam facultas illa in uerbo, rimeſ-
ſo à me,ipſius Illuſtris D. conſenſum præſupponere
uidetur ueluti antecedens quoddam. l.ab emptione.
ff.de pactis.l.j.& ij.C.quãdo liceat ab emptione diſ-
cedere.& l.in commiſsiones. ff. de iuſt. & iur. & l.de-
cem.ff.de uerb.oblig.§.ſeruus autem.inſtit. de capit.
7 dimi.† unde vixeſt,vt patris ipſius conſenſum filius
hæres retractare poſsit.l. cùm à matre.C. de rei uẽd.
l.ij.§. in his.ff.de uerb.obli.& l.ueteris.C.de contra-
henda ſtipu. cum aliis adductis à Dec. & Cagn. in l.
hæredem.ff.de reg.iur.

Item ex literis ipſius Illuſtris D. Ioannis Ioachi-
ni pro earum reſpõſione ad ipſum Adurnum miſsis,
de illius conſenſu legitimè conſtat, quemadmodum
in ducentorum locorum obligatione contradotis
huius nomine ipſi Illuſtris D. Catherinæ facienda,
quibus plena fides adhiberi debet,aliis præſertim cõ
currentibus adminiculis.l.inſtrumenta.& l.rationes,
& l.exemplo.C.de probationib.ubi Bal.Salic.& Ful-
8 go. & tradunt omnes in l.j. C. de edend. † ubi Deci.
poſt Alexan.nu.ij.in ij.notab. communem ſententiã
atteſtatur,quod ſcriptura priuata contra ſcribentem
probet,& latè Socin. Iun. in d. conſi. cij.in iii. nolu.
9 nu.19. † Nec dubium eſt,quin obligatio & per epi-
ſtolam rite contracta cenſeatur.l. cùm taberna. §. idẽ
quæſiuit.ff.de pignorib.ibi,reſpondi,cùm conueniſ-
ſe de pignoribus uideatur,quod Alex. aduertit conſi.
clxxxij.nu.7.in ij.& Socin.Iun.d. conſi.clxxxij. Le-
ctis.nu.7.in ij. & d. cii. nu. 19. in iii. in fortioribus
terminis etiam ſine die & conſule legitimè probatũ
ex priuata ſcriptura concludit.

Secundò contradotis huius conſtitutionem pro-
bare uidentur literæ Magnifici D. Bartholomæi Cõ-
pangni mercatoris Florẽtini miſſæ ad ipſum Illuſtrẽ
D.Ioannem Ioachinum,ibi, & breuemente moſtra-
no deſiderio di parentarſi con V.S. riſpoſero quanto
alla prima parte qual è del augumento, poi che coſi
V.S. deſidera,eſſer contenti non farne alcuna men-
tione,ma del tutto & per tutto rimetterſene à quello
che piacerà à V. S. & in queſta riſpoſta che fu pron-
ta &

ta & riſoluta hanno moſtrato tanta liberalità che V.
S. di taggione vien loro piu ubligata, che ſe contrat-
to ſe ne foſſe fatto, & reliqua. quaſi innuāt literæ hu
iuſmodi inter partes actum, vt augmentum huiuſ-
modi fieret , tametſi Sauli conſenſerint requirente
id Illuſtr. D. Ioanne Ioachino, ne contradotis huius
in inſtrumento matrimonij ulla mentio fieret: quo-
circà huiuſmodi partium intentio executionem con
ſequi debet. l. in conuentionibus. ff. de verb. ſignifi.
vbi glo. in verbo placuit, & toto titu. C. plus valere
quod agitur, ubi Bal. poſt Azo. declarat, intentionē
diſponentis in quocunque argumento perpenden-
dam & exequendam. l. benignius. ff. de legibus. & l.
ſcire. §. illud. ff. de excuſatio. tuto. & c. ſecundò requi
ris, de appel. vbi Dec. & cap. intelligentia, de uerbo-
rum ſignifi. & ex facto ſæpius reſponſum extat: Pa-
riſ. conſi. iii. nu. 57. in iii. & Gozad. conſi. lv. quæri-
tur. nu. 7. & Soci. conſi. xxxvi. nu. 12. in iij.

Tertiò & Illuſtr. D. Catherinæ intentio probari
videtur ipſius D. Pinelli Adurni depoſitione, qui
quidem interrogatus his verbis deponit: de conſen-
ſu & uoluntate ipſius Illuſtr. D. Ioannis Ioachini
fuit conclusum quòd dictus dominus Ioannes Ioa-
chinus deberet facere augmentum de decem milli-
bus libris Ianuæ, ut ſunt ſuæ dotes, & quòd ipſe de-
beret obligare loca dicta ducentum, & ſancti Geor-
gii, ea tamen conditione quòd uiuente ipſo domino
Ioanne Ioachino poſſet ſemper diſponere de dictis
locis, rato ſemper & firmo manente cōcordio, quòd
poſt mortem ipſius D. Ioannis Ioachini dictū aug
mentum reſtaret ualidum & in obſeruatione dicti
concordij facti. 1534.

Idē deponit D. Bartholomæus Compangnus in
inſula Briuāniæ interrogatus, quòd omninò inten-
tio Illuſtr. D. Ioannis Ioachini erat, vt augmentum
dotis conſtitueretur in ſumma articulata trium mil-
le coronatorum, licèt noluiſſet huius augmenti men
tionem fieri in ipſo cōtractu matrimonij, ſed in alio
contractu ſeparato, ut & idem D. Pinellus Adurnus
deponit, quem & ipſe Compangnus cōtellem appel-
10 lat, † quorum duorum grauium uirorum depoſitio
ſufficere deberet ad iudicantis ipſius religionem &
animi motum inſtruendum. l. ubi numerus. ff. de te-
ſtibus. & l. iij. §. tu magis. & l. ob carmen, eod. titu.
11 †Euangelica enim lege decretum eſt, ex ore duorū
vel trium veritatem omnem deprehendi. Matthæi
xviii. & ij. ad Corinthios xiii. cap. licèt, il primo, &
cap. in omni, de teſti. & cap. cùm eſſes, & cap. relatū,
de teſta. & Soci. Iun. aduertit plures adducens con-
ſultò omiſſos conſi. cij. num. 14. in iij. quamobrem
ab hac ipſa conuentione & cōtracta obligatione nō
facilè dijudicari debet Illuſtr. domini filiis & hære-
dibus recedendi facultatem conceſſam eſſe. l. ſicut.
C. de actionib. & oblig. & d. l. ii. §. ex his. ff. de verbo.
oblig. & l. eum qui, eod. tit. & l. ueteris. C. de contra-
12 hen. & commit. ſtipu. † cùm enim hæres defuncti
perſonam repræſentet. §. j. in auth. de iure iur. à mo-
ri. præſt. & l. nihil aliud. ff. de uerbo. ſigni. illius ip-
ſius factum nullo pacto oppugnare poteſt. d. l. cùm
à matre. C. de rei vendi. & l. matrem. C. de probatio-
nib. cum aliis adductis à Decio & Cagn. in l. hære-
dem. ff. de reg. iur.

Quartò ex publico mandato ipſi Magnifico D.
Pinello ab Illuſtr. D. Ioanne Ioachino facto plenè
conſtat de contradotis huius conſtitutione, ibi, de
augmento huiuſmodi, & nomine quidem donatio-
nis propter nuptias, & ibi, & ad augmentandum do
tes per uiam donationis inter uiuos prædicatę D.
Catherinæ pro tota illa ſumma & quantitate pecu-
niarum, ſeu bonorum, quę dicto ſuo procuratori me
lius & liberè uidebitur & placuerit.

13 Quocircà † ſtante huiuſmodi documēto amplius
hæſitandum non uidetur. l. in exercendis. C. de fide
inſtrumentorum, vbi Salic. poſt Bald. & cap. ſi cau-
tio. extra eod. vbi Imol. nu. 2. & 3. miraculoſam pel-
li mortuæ fidem adhiberi docuit, & poſt illum Butr.
Imola & Abb. d. cap. quoniam cōtra, in uerbo inſtru
mentorū productiones, & in uerbo public. ubi Lan-
fran. Dec. & Bero. aduertunt, documentum ipſum à
publica tabellionis autoritate uirtutem aſſumere. &
l. ſi quis ex argentarijs. §. i. ff. de edendo. ubi Bart. &
cap. ad audientiam, de præſcrip. ibi, ſcriniarium no-
ſtrum &c. quod & Soci. Iun. poſt plures ueteres con
ſultò omiſſos aduertit conſil. cxxxii. nume. 8. in iii.
cere ſi quis dicat:ſuſcipio omne periculũ,uel ſit meo
riſgo, & periculo, ſeu ſaltem quando omnia huiuſ-
modi uerba iunguntur. & idem Iaſ. io d.conſi.cvii.
in primo,tametſi Soci.conſi.cxxiii.io primo, & Rip.
io d.tracta.de peſte nu.liii.cenſuerint unum caſum
fortuitum in ſpecie exprimendum eſſe,& poſteà ge-
neralem clauſulam ſubiici, purà, omne aliud pericu
lũ &c. & Ripa ibid.nu.lvii. Quare cùm illuſt.D.Vir
ginia in ſpecie omnes fortuitos caſus ĩ ſe ſuſceperit,
hãc ipſam generalem expreſsionẽ ſufficere intelligi.

Quintò, & ſententia eiuſmodi illinc probari uide
tur,quia eſtò caſum hunc fortuitum eſſe,atq; inſoli-
tum,illuſtr. tamen D.Virginia remiſsionẽ huiuſmo
16 di petere nõ poſſe exiſtimatur,† quippè ꝙ fortuitos
caſus in ſe ſuſcipiens,etiam ad inſolitos tenetur, ut
Bal.& Alex. docuerunt, & Iaſ.in d.conſi.cvii.in pri-
mo, hanc ipſam cõmunem ſententiã atteſtatur.idq;
potiſsimùm uigore pactionis perindè tenetur,ac ſi
eſſet propriè emphyteota,quo caſu inter ſolitos, &
inſolitos caſus differentia conſtitui non ſolet:Doct.
in d.l.i.C.de iure emphy.& d.c. potuit, loca.

17 Sextò,aduerſus illuſtrẽ D.Virginiã urget,† ꝙ for
tuitum caſum non denunciauerit, ad quod etiam cõ
ductor legitimè tenetur. l. item quæritur. §. exer-

citu.ff.locati.& docuit Caccialu.in l.diem functo,in
iiij.q.ff.de offi.Aſſeſſo.& Parpal.in l.ſi quis nec cau-
ſam.§.ſi.ff.ſi cert.peta.ubi concludunt,quòd licèt in-
quilinus propter peſtem, uel periculum aliud libe-
retur; tamen ipſi domino denunciare tenetur, &
claues ipſas remittere.
18 Septimò non omittendũ puto † ꝙ in ipſo inſtru-
mento renunciatũ ſit exceptioni doli,cõdictioni ſi-
ne cauſa,& omni auxilio,quod illo renunciás ſe tueri
poſſet.quo caſu quicũq; etiá ſimplex colonus in om
nibus caſibus,in quibus remiſsio fieri ſolet,penſionẽ
ſoluere tenetur,ut docuit Alberi.in d.§. exercitu,ubi
affirmat, collegium Bergomenſe ita diiudicaſſe, &
Cæpol.in ſuo tract.c.xlviij.idem docuit.& Iaſ.in l.ĩ.
liij.& pen.col.& Alberic.ibi,col.iij.& l.licèt,ad finẽ
C.locati. Pro qua quidẽ ſententia ex facto quandoq;
reſponſum extat:Calder.conſi.xxliij.nu.vi. & Ioan.
de Anan.cõſi.lxxv.cũ pluribus aliis adductis à Crot.
in l.iiij.§.Cato.nu.xxxiiij.de uerb.oblig. in 2.lectu.
& Corr.in uerbo.Conductor, col.iij.& quamuis Ful
go.conſi.cxciij.poſt Bald. conſi.cccclv.in primo, &
Claud.in d.l.interdũ.in d.§.quod ex naufragio. col.
ij.de acquir.poſſeſſ.& Rip.in d.tract.de peſte nu.liii.
uideantur aliter ſentire,nempè uerba quantũcunque
prægnantia non ſufficere in ſuſcipiendo caſus for-
tuitos niſi ſaltem in genere ſubalterno exprimantur:
Docto.in d.§.quæſitum, & d.l.Titius.in princ.quod
& ex facto reſponſum uidetur: Roma. conſi.ccxi. &
conſi.cccclxxii.& Deci.conſi.xxvii.& cix.nihilomi-
nus cum præcedens opinio plurium authoritate ni-
tatur,tutum non eſſet ab ea recedere.c.ne innitatis.
de conſti.& c.Capellanus,de feriis ubi Butr.& Abb.
19 † Idq; potiſsimùm cùm iuramenti uinculum ſubſit,
quod ſpecialis cõſenſus uim habere cenſetur.l.ſi con
uenerit.ff.de iuriſd.omn.iu.& l.ſi quis pro eo.ff.de fi
deiuſſ.ubi Doct.& pertractat Bauer.in trac.de iureiur.
Non obſtant modò ſuperius adducta in oppoſitũ:
Et primò ꝙ emphyteota, qui maximam penſionem
ſoluit fructuum contemplatione ad inſtar cõducto-
ris remiſsionem mereatur ob caſus fortuitos; quia
reſpondeo,caſum belli non excuſare cùm ad rem em
phyteuticam acceſſus non prohibetur, licèt inde fru
ctus percipi nequeant,ut in primo fundamento ſupe
rius cõcluſum fuit. Item ꝙ requiratur damnum eſſe
enorme.d.l.ii.C. de reſcind.uendi. ubi Docto. ut in
ſecundo fundamento ſuprà concluſum fuit. & ꝙ
pactionis ſpecialis uirtute emphyteutici contractus
conditio alterata non ſit, ut ſuperius in tertio funda-
mento diſcuſſum fuit,& in quarto,& vij. Item ꝙ de-
nunciatio neceſſaria erat,ut in vi.& vij. fundamento
concluſum fuit ſuprà.
Secundò non urget ꝙ in ipſa pactione ſpecialiũ
caſuum enumeratio non fiat; quia reſpondetur,ſuſce
ptionem fortuitorũ caſuum ſine alia enumeratione
ſufficere, ſecundum cõmunem ſententiam,ut in quar
to fundamento ſuperius oſtenſum fuit, & potiſsimũ
ipſius iuramenti attenta uirtute, ut in ſeptimo fun-
damento concluſum fuit ſuprà.
Tertiò non urget quòd pactum ipſum non exten
datur ad caſus fortuitos, atque inſolitos, quia reſpon
20 deo, † licèt caſus belli extraordinarius uideatur, &
idcircò ſub generali diſpoſitione non comprehen-
datur.d.l.ſi ex toto.ff.de leg.i.ubi Docto.tamen in-
ter fortuitos inſolitos nõ uidetur connumerari.Bart.
in d.l.Seio.§.Medico.ff.de annu.lega.& Dec.in con-
21 ſi.vii.col.penul. † ubi inſolitum caſum exiſtimant,
qui perquam rarò contingit. Alex. conſil.cviii. in
tertio, & Iaſ.aduertit in d.§.quæſitum, & Corn.in d.
conſi.xii.in quarto, & Rip.in d. tract. de peſte,nu.
lxxviij. Cæterùm, cùm caſus belli præſertim in Gal
lia Ciſalpina maximè frequens ſit,conſequens eſt, il-
luſtrem D. Virginium, quæ omnes caſus fortuitos
ſuſcepit, ab hoc ipſo excuſabilem non cenſeri. d.l.in
toto, & d.l.fin. C. de pact. conuent. cum aliis eiuſ-
modi. Laus Deo.

Patauij, viij. idus Octobris 1560.

Portius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Emphyteotæ non fit remiſſio mercedis propter ſterilitatẽ, uel alium caſum fortuitum, dũmodò res tota non pereat.fall.ut nu.ſeq.& uide nu.10.et 12.*

2 *Emphyteota ille, qui canonem fructibus correſpondentem ſoluit, quia tunc uidetur potius perpetuus conductor quàm uerus emphyteota, poteſt ex cauſa ſterilitatis, uel alterius fortuiti caſus, putà belli petere ſibi remiſſionem canonis fieri ſiue mercedis, & eſt comm. opinio.*

3 *Belli onera & detrimentum ad locatorem ſpectant, & non ad conductorem.*

4 *Conductor licèt perpetuus, nõ tenetur ad reparationis rei conductæ impenſam.*

5 *Conductori facienda eſt remiſſio mercedis quando tot onera prædio imponuntur,quæ fructus abſorbent.*

6 *Caſus fortuitus non uidetur comprehenſus in generali renunciatione caſuum fortuitorum, cui contrahens ſi in ſpecie fuiſſet interrogatus,non fuiſſet renunciaturus,& eſt cõm.op.ſed uide nu.20.ubi etiã de cõi.*

7 *Conductori facienda eſt remiſſio mercedis ob enormem tamen læſionẽ,licèt in ſe caſus fortuitos ſuſceperit.*

8 *Conductor licèt in ſe ſuſceperit omnes caſus fortuitos, tamen inſolitos non uidetur ob iſtam generalitatem ſuſcepiſſe. amplia,ut nu.ſeq.& nu.23.*

9 *Gabellæ remiſſio facienda eſt publicanis ob caſus fortuitos inſolitos,quibus in ea enorme damnum paſſi ſunt, etiam ſi iuramentum in contractu interuenerit.*

10 *Emphyteota tenetur ad caſus fortuitos prout legem ſibi in contractu appoſuit, & ſe obligauit.*

11 *Pactum ſuſceptionis caſuum fortuitorum ualidum eſt.*

13 *Conductor periculum in ſe ſuſcipiens ad quod prius tenebatur, ſuſceptio hæc operatur, ut de caſu teneatur, etiam partis culpa proueniente.*

14 *Emphyteotæ ſi fuerit conceſſum quòd poſſit alienare cui uoluerit, quòd intelligitur etiam ſine domini conſenſu.*

15 *Emphyteota promittens ſoluere canonem renunciando omni iuri & exceptioni in ampla forma cum iuramento, quòd non poteſt opponere remiſſionem fieri ex cauſa belli.*

16 *Iuramentum ubi interuenit, obligatio præciſa eſſe exiſtimatur.*

17 *Emphyteota tenetur ſoluere onera.*

Condu-

18 *Conductor quotiens rei conducta fructus percipere non probibetur, licèt poſtmodum ei hoſtium uel prædonum incurſu uis inferatur, tamen nulla fieri mercedis remiſſio debet.*
19 *Rumus conſi.72.lib.i. reprobatur.*
21 *Contractus factus in teſtamento propriam naturam non egreditur.*
22 *Colono non fit remiſſio mercedis propter bellum.*

CONSILIVM CXLIIII.

QVI SEDET AD DEXTERAM DEI patris Aduocatus nunc, & humani generis futurus Iudex, mihi nunc adſit, ut in præſenti ſpecie quod uerum ſit, diffinire ualeam.

EX FACTO contigit, nobilē quendam plura prædia in emphyteuſim conceſsiſſe ea lege adiecta, ut ipſe emphyteuta penſionem fructibus penè correſpondentem ſingulis annis perſolueret; necnō & ſpeciali pactione adiecta, ut perpetuis tēporibus promiſſum canonem ipſe emphyteota perſoluere teneretur, oēs fortuitos caſus in ſe ſuſcipiendo, ad quos uerus proprius & perpetuus emphyteota tenetur. Cæterùm, cùm caſus belli euenerit, & idcircò cōductor plures ſumptus, necnō & onera ſubire cōpellat; quæſitum eſt, an hoc nomine, canonis ei remiſsio facienda ſit? & idcircò an penſionis ipſius retentione uti ualeat?

1 Et prima facie uideretur q̃ ſic; quippè † q̃ pro regula conſtitutū ſit, in cōtractu liuellario ſeu emphyteotico remiſsionē canonis faciendam non eſſe, ſiue propter ſterilitatē, uel caſum aliquē, dummodò res tota nō pereat. l.i. ubi Bar. Alb. Bal. Sali. & Iaſ. aduertunt. C. de iur. emphy. & Bar. in auth. perpetua. C. de ſacroſ. eccl. & uidetur caſus in auth. de nō alien. in §. lex itaq;, & glō. & Abb. poſt ueteres ī c. potuit. locar. Alex. & Aret. in l. interdū. §. ſi quod ex naufragio. ff. de acq. poſſ. & Spec. in tit. locati. §. nunc aliqua. uerſi.
2 cxxxvij. † Hoc tñ nō procedit cū eiuſmodi canon ꝓmiſſus fuerit, qui fructibus ipſis æquipolleat: tunc. n. cōtractus perpetuę locationis potius uidetur: ut Bar. docuit in d. l. i. 2. opp. & Bal. in iiij. nu. vii. & Sali. col. iij. & Iaſ. col. iiij. & xxi. & in l. iij. §. in amittenda. in iiij. not. ff. de acq. poſſ. in ij. lect. Card. Butr. & Imol. in d. c. potuit. Beluiſ. & Ang. in auth. de non alien. in d. §. lex itaq;. pro qua ſentētia ſæpius ex facto reſpōſum extat: Fulg. conſ. ccxxiiij. Alex. cxii. nu. v. vi. vij. in primo. Corn. cōſi. clxxxi. Viſis, uer. nec etiā obſtat nu. xli. in ſecūdo, ubi atteſtatur hāc cōmunē eſſe ſententiā. & Bar. conſi. xiiij. & Aret. lv. & iij. & Bellon. conſ. xxi. Vbi concludunt perpetui locationis cōtractum uel emphyteoticū pro quo canon huiuſmodi perſoluat, æquiparari. & Dec. in auth. qui rē, in prin. C. de ſacroſ. eccl. & diffusè diſcuſsit Cagn. in l. ij. 33. q. in ij. & tertio caſu nu. cciij. & ſeq. C. de reſci. uend. quare cùm in p̃ſenti ſpecie negari nō poſsit quin ꝓ
3 miſſus ipſe canon fructibus ipſis correſpōdeat; † unde ipſum emphyteotā propter ipſius belli onera retentione uti poſſe, q̃ppè q̃ eorū detrimentū ad locatorē potius pertinere uideatur, ut inq̃t Bal. in d. l. i. C. de iure emphy. & in l. cùm duobus. §. ſi in coëunda. ff. pro ſoc. poſt princ. Pro qua ſentētia reſpōdiſſe uidetur Rui. cōſi. lxxvii. De duobus principaliter, in
4 primo, † quemadmodū uidemus reparationis impenſam ad perpetuū conductorē non ſpectare, quippè q̃ penſionē fructibus correſpondentē ſoluat, ut concludit Alex. in d. conſi. cxii. & con. iiij. in q̃nto, & Aret. d. cōſi. lv. & iij. & Bolog. liiij. & Iaſ. d. l. i. nu. xxv. quo caſu ob enormem ipſam læſionē locū habet remediū. d. l. ij. C. de reſc. uend. ubi Cag. aduertit. idq́; potiſsi-
5 mùm, † cùm hoc caſu p̃ſupponatur tot onera huiuſmodi prędiis imponi, ut fructus oēs abſorbeant, quo caſu remiſsio fieri debet: ut Bart. concludit in d. l. i. col. ij. uer. quæro dicitur hîc. nu. ix. & in fi. d. l. quęro. & ibi ſequuntur Bald. col. ult. & Sali. fi. Iaſ. nu. lxxxi. uſq; ad nu. ciii. & Claud. d. §. quod ex naufragio. & in non abſimilibus factorum ſpeciebus quandoq; reſpōſum extat. Cald. conſi. iiij. locati. & Roman. ccccxvij. in propoſito, & Car. xcii. uer. q̃ & ſi præſupponatur.
Secundò hāc ipſam ſententiā fouet q̃ in generali ſuſceptione caſuum fortuitorū nullus expreſſus fuerit, quare obligatio ipſa nulla uideat. l. ſed & ſi quis.
6 §. quæſitū. ff. ſi quis caut. † Cùm. n. fortuiti caſus innumeri ferè ſint generali renuntiatione ille cōprehenſus exiſtimari nō debet, cui quis in ſpecie renunciaturus nō fuiſſet. l. i. C. quæ res pig. oblig. poſſ. l. obligatione. ff. de pign. quæ ratio & in ipſis cōtractibus quoq; urget; q̃a & in iudicijs quaſi cōtrahatur. l. iii. §. Idē ſcribit. ff. de pecul. & idcircò in ꝓpoſito caſu permiſsio generalis nō uidet̃ efficaciter promittentē ad caſus fortuitos obligare, ut Ioan. Azo, & Bulg. cōcludunt in d. §. quæſitū. & ibi Alber. col. vii. refert alios idē cenſuiſſe. & Dy. in reg. cōtractus. de reg. iu. in vi. Specu. cōmodati in princ. & §. iam dicendū. loc. uer. ad euidentiā, & ſeq. per caſum c. i. extra eo. cōmod. ubi Barb. col. vi. cōmunē ſentētiā atteſtatur. & Imol. in l. Titius. ff. de lib. & poſth. quę ſentētia eò facilius in p̃ſenti ſpecie omni dubio carere uidetur, cùm in ſententię executione cōtractus huiuſmodi celebratus fuerit, quare iudicialis origo attēdi debeat. l. unā ex familia. §. ſi ex falcidia. ff. de leg. ij. ubi Bar. & l. ſi fide iuſſor. §. fi. ff. de leg. i. & Ioan. ab Imol. ꝓbari uidetur
7 cōſi. vii. in caſu, ubi cōcludit, † cùm fuiſſet cōuentū, q̃ Titius cōductor non poſsit conqueri, nec alicuius damni reſtitutionē petere aliquo modo uel cauſa, excepto caſu belli aut peſtis, q̃ licèt ſtricto iure ſi contingat damnū, extra caſus tamē exceptos, remiſsionē non fieri, tamen ſi enormis ſubſit læſio, nō uideri iniquum arbitrio boni uiri remiſsionē fieri, quēadmodū ſi enormic damnū eueniat ex aliis impedimentis, quā occaſione belli, & ſic cōcludit nō uideri iniquū ſi remiſsio fiat ob enormē ipſam læſionē. d. l. ii. C. de reſc. uend. c. i. de emp. & uend. & l. ex cauſa. §. i. ff. de minor. & ī terminis idē cōſuluit Anch. cōſi. lxxxviii. Præmiſſa facti. & Deci. cccviii. & cccxii. & dcxcvii. & Rip. tract. de peſte in ſecunda parte nu. cxxxiiii. & Ang. conſi. xxxii. q. iii. & Cald. conſi. iiij. & Rui. d. cōſi. lxxvij. idem concludunt ſi contingat graues impenſas ob ipſius belli timorem ſubiri.
8 Tertiò † conductoris cauſam fouere uidetur, quia

licèt omnes fortuitos caſus in ſe ſuſceperit, propter
tam generalitatẽ ipſam inſolitos caſus ſuſcepiſſe non
uideretur, ut Bar. docuit d. §. quęſitum. & in d. l. Seio.
§. Medico § de annuis legat. & Bald. in l. falſus. C. de
fur. & Bald. Alb. & Sali. in l. licèt. C. loc. & Clau. d. §.
quod ea naufragio. pro qua ſentẽtia Alber. in d. l. li-
cèt. in fin. ponderat caſum in l. conductor. §. ſed ſi la
bes. ibi, ſed ſi credo. ff. loc. & ibi, ſi feruore ſolia inſue
to &c. Et pro hac ſententia quandoque conſulti ue-
teres reſponderunt. Ang. conſi. lxxxiu. & clxxiiij. &
Alex. xviii. in ſecundo dubio, in primo, ubi conclu-
9 dit † publicanis ipſis faciendam eſſe remiſsionem
ob caſus inſolitos, etiã ſi interuenerit iuramentũ in
ſuſceptione caſuum fortuitorum. & idem Alex. in
cõſi cxviii. in iij. & Soc. exxiii. Circà, in quarto, & Fe
li. c. ſedes, de reſcr. poſt Alb. in l. fiſtulas. §. frumẽta.
ff. de cõtrab. emp. & Firmian. in trac. gabellarũ q. xxv.
in ſecunda parte, & Fulg. conſi. cxciii. Factum, in ult.
quęſito. Imol. in l. pretia rerum ff. ad leg. falc. & Iaſ.
in d. §. quæſitum. quamobrem, cùm inſperatum bellũ
contigerit, remiſsionem huiuſmodi maximè juſtam
eſſe, ut in ſpecie ipſius belli caſus, concludit Com.
conſi. xaiii. in ij. & cõſi. xii. in quarto. & Rip. in trac.
de peſte in ij. parte nu. xcvii. in ſecunda reſtrictione,
& nu. cviii. uer. ſed hîc alia dubitatio, ubi concludit,
quòd licèt quis ſuſcipiat omnem caſum fortuitũ co-
gitatum uel incogitatum, nõ tamen tenetur ſi nec à
prudentiſsimo caſus huiuſmodi prçuideri potuiſſet.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus oppo
ſitum ſecundum iuris noſtri rationem uerius eſſe cẽ-
ſeo; quippè ꝙ licèt penſio ab ipſo emphytheota pro
miſſa fructibus ipſis æquipolleat, nihilominus ſpeciali
ꝓuiſione hominis ipſius legis diſpoſitioni derogatũ
concludi debet. uulgata. l. in toto. ff. de reg. iur. ubi
Dec. & Cagn. & l. ſanctio legũ. ff. de pœn. & l. fin. C.
10 de pact. conu. † cùm enim omnes caſus fortuitos ſu-
ſceperit, ad quos uerus & proprius emphytheota te-
netur, aduerſus legẽ contractui dictã nulla remiſsio
fieri debet. l. legem. C. de pact. l. i. §. ſi cõuenerit. ff. de
poſ. & c. i. extrà eo. ubi oẽs aduertunt. at cùm inter
fortuitos caſus bellũ ipſum cõnumeretur. l. in rebus.
in princ. ff. cõmod. & §. item is inſtit. quib. mod. re
cont. & d. l. i. ff. cõmo. & C. de iure emphy. l. i. ubi Iaſ.
nu. xxxv. ideo tenetur, tametſi nõ remaneant tot red
ditus qui ſufficiant ad canonis ipſius ſolutionem, ut
Bart. & Sali. ibi concludunt, & Imol. in d. c. qui po-
tuit, quidquid aliter ſenſerit Bar. in d. l. i.

Secũdò diſpoſitione iuris maximè clara, eadẽ ſen-
tentia probari uidetur, ꝙ traditum eſt, pactiones
ſuper fortuitis caſibus initas eſſe debere. d. l. i. uer. in
quo omnia. ubi Iaſ. iii. & iiij. not. nu. ii. pactũ igitur
operari debet, ut remiſsio peti non poſsit ob fortui-
tum ipſius belli caſum. d. l. in rebus. in princ. ff. cõ-
11 mod. † nec. n. ambigi debet quin pactio ſuſceptionis
caſuum fortuitorum ualeat. d. l. i. C. de iure emphy.
& d. l. i. C. cõmod. & ibi Doct. & l. quæ fortuitis. C.
de pig. act. & l. ſi quis fundũ in prin. ff. loc. & Alb. in
l. licèt. C. eo. & l. negotium. C. de neg. geſt. & uidetur
caſus, quod ad onerũ impoſitionem attinet in l. Lu-
cius. ff. de euict. & ex facto reſponſum extat: Caſtr.
conſi. ccxx. in primo, Alex. lii. nu. ix. in primo, & quã-
doque deciſum, Afflict. dec. liiij.

Tertiò à legis generalitate idem diiudicandũ uiä-
12 detur, † ſanxit. n. legiſlator, emphytheotam ipſum ad
caſum fortuitũ teneri. d. l. i. uer. ita ut interdũ. ubi nul
la ſit diſtinctio, an caſus ipſi ſoliti ſint, an uerò inſo-
liti; ergo indiſtinctè intelligi debet. c. ſi Romanorũ.
xiii. diſt. & l. ſi is qui. §. utrum. de reb. dub. & l. i. §. &
generaliter. de leg. pręſt. quamobrem, cùm pactionis
uirtus diſpoſitioni iuris accedat, etiã inſolitũ caſum
emphytheotã ipſum præſtare debere, cenſendum eſt.
auth. itaq;. C. cõm. de ſucceſ. & l. Baliſta. ff. ad S. C.
Treb. & c. i. de treg. & pa. aduertit Bart. in l. cùm ſci-
mus. C. de agric. & cenſ. lib. xi. aliàs pactio hæc nihil
operaretur, quod à iuris ratione prorſus alienũ eſt:
ut docuit Bar. in in d. §. quæſitũ. & Bal. in rubr. C. de
cõtrah. emp. q. ix. & Ang. l. ædem. C. loc. & Dec. poſt
13 Abb. c. paſtoralis, nu. j. de appel. † unde, cùm quis pe
riculum ſuſcepit, ad quod prius tenebatur, ſuſceptio
huiuſmodi operatur, ut de caſu etiã partis culpa pro
ueniente teneatur. Bar. d. §. quæſitũ, & Rip. d. trac. de
peſt. in ij. parte. nu. lxxa. & ſeq. uer. limitatur ſecũdò,
quocircà Sali. in d. l. fi. C. de iur. emph. concludebat,
14 ꝙ † ſi pactũ initum ſit, ꝙ emphytheota poſsit alienа-
re cui uoluerit, id intelligendũ eſſe, etiã ſine domini
cõſenſu, ne aliàs pactum ipſum otioſum ſit, aduerſus
iuris ipſius rationẽ. l. ſi quando, de leg. l. & c. ſi Papa,
de priuil. in vi. & Iaſ. ibidẽ adſtipulatur nu. iiij. & De
ci. conſi. clxiiij. nu. iii. & claxi. Quamobrẽ, cùm hæc
cõmunis ſentẽtia eſſe uideatur, Bal. & Alex. d. §. quæ
ſitum, & Iaſ. atteſtatur conſi. cvii. in primo, cõſtat ab
ea nullo pacto recedendũ uideri. l. i. ff. de offi. quæſt.
ibi, ſanè crebior eſt, ubi Bart. aduertit.

15 Quartò, † cùm emphytheota in ipſo documẽto ca
nonem annuum ſoluere ſpoponderit, & cuilibet iuri
& exceptioni in ampliori forma iureiurando renun-
ciauerit, ſequitur nõ ineptè huiuſmodi exceptiones
opponi; ut Alb. decidit in d. l. itẽ quæritur. §. exerci-
tu. ff. loc. & l. licèt. C. eo. tit. ubi atteſtatur in Lombar
dia conſuetudinẽ hanc eſſe inconcuſſam. & ſubſcri-
bit Cæpol. cap. xlviii. & Iaſ. d. l. i. nu. 101. & Crot. l.
iiij. §. Cato. in ij. lect. de uer. obli. nu. xxxiiii. & Cotta
in memor. uer. conductor, & Alex. d. §. quod ex nau
fragio. & ibi Claud. & ex facto quandoq; reſponſum
extat: Cal. conſi. xxiiii. loc. & Crau. l xxv. & quandoq;
deiſum, Capie. deciſ. lxxxvii. nu. x. & deciſ. lxxxviii.
Nã cùm in præſenti ſpecie oẽs caſus fortuitos cõdu-
ctor ipſe ſuſceperit, deinde omnibus iuribus renun-
ciauerit, in qua generali renunciatione caſus oẽs cõ
prehendũtur, ad quos ſeſe adſtrinxit. d. l. ſi is qui. §. ue
rũ. iam ſequitur, has ipſas exceptiones nunc ineptè
opponi, quod à maioribus noſtris in nõ abſimilibus
caſibus ex facto reſponſumq; extat: Goz. l. ii. nu. cciiij.
C. de pact. inter emp. & uend. Alex. conſi. ii. uer. pon
dero illa uerba, in ſecũdo, & Soc. ciii. in tertio, & Cal
ca. conſi. xxiiii. nu. vii. viii. & Dec. conſi. cccclii. Goz.
conſi. liii. nu. ix. & lxxxiii. nu. xiii. & lxxxviii. nu. xix.
Et quandoque deciſum fuit: Afflic. decil. clxxxi. &
ccxx. in princ. quæ concluſio omni dubio carere ui-
detur, inſpecta uniuerſalitate ipſius renunciationis
ibi, omnibus iuribus quomodocunq; & qualitercũq;
competentibus &c. quæ profectò ſuperflua redde-
retur, ſi inſoliti caſus non cõprehenderentur, quod
abſurdiſsimum eſſet. Bal. d. q. ix. d. rubr. C. de contr.
empt.

empt.& copioſè diſſeruit. Rip.in l.ſi unquam.C.de
reno.donat.nu.cxviii.& ex facto ſæpius reſponſum
extat: Bal.conſi.ccccvi. in quinto. Alex.conſi. xxx.
num.vi.q.vi.in quinto, & cxciii.q.iii. in ſecundo, &
conſi.iii.nu.viii.uerſi. fortius uolnit Imola, in pri-
mo, & Iaſ.conſi.cxiiii.in quarto, & Barb.conſi.xxx.
in primo, & Crau.conſi.ccxc. & ccxciiii. & cccviii.
16 idque potiſsimum † cùm iuramenti uinculum adeſſe
proponitur, cuius oblatio præciſa eſſe exiſtimatur.
d.c.cùm contingat.de iureiu.& c.quamuis, de pact.
in vi.ubi omnes aduertunt, & Alex. egregiè in con-
ſi.lviij.Viſis, & cxxxiii. Super. in quinto
17 Quintò eandem ſententiam iuuat, † quòd ſecun
dum communis iuris rationem, huiuſmodi onera à
proprio emphyteota debeantur.l.ij.in princ. & ibi
Bal.in vi.diſt.nu.xxx.C. de iure emphy. & Andr. de
Iſer.in tit.quæ ſint regalia, in uerb. & plauſtrorũ, &
ibi Afflictus, & pertractat Petr.de Vbald.in tractatu
de collect.in conc.xx.in iij.uol.tractatuum, & Brun.
Aſtenſ. in tractatu ſtatut. excludentium fœminas
ſtantibus maſculis in viii. articulo, q.xxii. & Curt.
ſen.conſi.xxxvi. Super controuerſia. & Socin.cxix.
Circà, in primo, ubi paſsim concludunt, quòd em-
phyteota etiam Eccleſiæ teneatur ad collectas, præ-
ſertim, cùm modicam penſionem ſoluat: quamob-
rem in propoſito caſu cum proprio conſenſu ſeſe
emphytheota ſubiecerit conditioni proprij contra-
ctus emphytheotici, ſequitur eundem omnia onera
hæc, ſiue leuia, ſiue grauia ſint, ſubire debere; quip
pè quòd lex ipſa nullam in hoc argumento diſtin-
ctionem adhibeat.l.de precio, de publ.in rem act. &
d.l.i.§. & generaliter. de leg. præſt.
18 Vltimò hanc ipſam ſententiam confirmat, † quòd
quoties rei conductæ fructus percipere conductor
non prohibetur, licèt poſtmodũ ei hoſtium uel præ-
donum incurſu ius inferatur, nullam tamen ei remiſ
ſionem fieri debere, receptum eſt. Alb. Aug. Sali. &
Fulg.in l.damnum.C.loc.Bar.l.ſi merces.§. uis ma-
ior.uer.quandocunq; conductor.ff.eo. tit. Bart.Bal.
& Caſtr.in l.ex conducto.§ ſi uis.eod.Imol.in c.pro
pter.uer. ſupraſcripta.nu.vii.viii. & col.x. ſuper ſe-
cunda glo. locat. & pertractat Gig. de penſ.q.lxii.
nu.xv.& egregiè reſpondit Ang.conſi.cccii.uer. ſed
licèt non audiatur.
19 Nec urget † ſi opponeretur, quòd emphytheota
huiuſmodi re conducta debet liberè uti, ſi onera hæc
ſubire compellatur, aliàs remiſsionẽ faciendam ſiue
iuſtè ſiue iniuſtè impediatur, in collectarum argumẽ
to ſubtilis Rui.ex facto conſultus reſpondit d.conſi.
lxxvii.uer. & eodem, nu.vii.in primo, ubi ponderat
caſus in l.uim facit.ff. de ui & ui arm. Nam reſpon-
deri poteſt, quòd lex illa loquitur & probat quo pa
cto quis dicatur impedire libertatem uſus, & loqui-
tur de impedimentis liberam rei poſſeſsionem reſpi
cientibus, ſed ipſa onerum ſolutio non eſt eiuſmodi,
cùm liber acceſſus ad rem pateat, ergo ex terminis
diuerſis inepta redditur argumentatio.l.Papinianus
exuli.ff.de minor.& l.fi.C. de calum.quod Bart.exi-
ſtimauit in ſpecie, cui omnes adſtipulantur.d.l.inter
dum.§.quod ex naufragio. de acquir. poſſ. in fin. &
Lauden. in c.i.de alien.feu. pat.
Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum: &
primò ꝙ emphytheota qui ſoluit canonem fructibus
æquiualentem conductori potius æquiparetur; quia
pactionis uirtus rationem huiuſmodi generalẽ elidit
d.l.in toto.de reg.iur. d.c.i.de reſcrip.
Secundò reſpondetur, ſtante renunciatione gene
rali geminata & reiterata, & iuramento accedente ra
tionem huiuſmodi ceſſare.d.c.cùm contingat.& d.l.
Baliſta, cum aliis adductis à Rip.in d.l. ſi unquam.
& Crau.d.conſi.ccxc.
Tertiò reſponderi poteſt, cùm huiuſmodi emphy
theota fructus ipſos percipere prohibitus non ſit;
licèt damnum patiatur, in eis perceptis nulla fieri de
bet remiſsio.d.l.damnũ.quod. Azo Bald. Sali.& Iaſ.
cenſuerunt d.l.i.C.de iur.emphy. quicquid ibi dixe-
rit Bar.nam Iaſ.nu.lxxxi.uſque ad nu.cxxx.oſtendit
receptius aduerſus illum doctores ſentire.
20 Secundò nõ urget, ꝙ † aliqui caſus fortuiti in ſpe
cie expreſsi non fuerint, quia reſponden, in argu-
mento iuris emphytheotici ſatis eſſe iure cautum
ſufficere pactum in genere ſubalterno ſuper caſibus
ipſius fortuitis.d.l.i.uer. hinc omnia.C. de iur.em-
phy.& eſt communis ſententia in l.i.C. cõmod.& l.
quæ fortuitis, in fi. C. de pign. act.& l.ſi negotiũ.C.
de neg.geſt.Alb.l.licèt.C. locat.& ſuadet.l.ſi qs fun
dum, in princ.ff.de locat.& docuerunt Mart. & Acc.
d.§.quæſitum.ubi Bart.Ange.Caſtr.Alex. & Bart.&
Alex. communem ſententiam atteſtatur.l. Titius,
in fi.de libe.& poſth.& Rip. pertractat tract. de peſte
in ſecunda parte.nu.lxx.uer.ſed quid, & ex facto re
ſponſum extat: Alex.clv.in vi. Corn.ccxxviii. in ſe-
cundo, Iaſ. cvii.in primo.
Non obſt. ꝙ contractus huiuſmodi factus aſſe-
ueretur pro executione ſententiæ, unde cauſa iudi-
cialis attendi debeat.d.l.unum ex familia.§. ſi de fal-
cidia.ff.de leg.i.ubi Bar.& idem l.ſi fideiuſſor.§. me
miniſſe, de leg.i.quia negari poteſt contractum hu-
iuſmodi iudicialem actum eſſe, cùm ſit purus con-
21 tractus, qui iudicialem naturam nõ ſortitur, † quẽad
modum receptũ eſt, cõtractum factum in teſtamẽto
propriam naturam non egredi.glo.Bar.& Caſtr.in l.
hæredes palàm.§.uno contextu.ff. de teſtam. & in l.
cùm antiquitus.ubi Alex.& Iaſ.C.eo.tit. qui cõtra-
ctus non reuocatur, licèt teſtamentum ipſum reuo-
cetur, ut in d.§.uno contextu.& Old.reſpondit cõſi.
x.& cxiiii.nec Bar.d.§.ſi de falcidia, dicit cõtractum
ſortiri naturam iudicialem.
Nec urget ꝙ emphytheota caſus fortuitos inſoli-
22 tos ſuſcepiſſe uideatur: quia reſponderi poteſt, † bel
li caſum præſertim in Ciſalpina Gallia inſolitum nõ
eſſe, ut in ſpecie decidit Calca.d.conſi.xxiiii.uer.ad
hoc confirmandum, nu.vii.ubi aſſerit urgere conſue
tudinem, ꝙ propter bella & depopulationes non fiat
remiſsio.& ibi adducit Alb. & refert uulgò dici ab
Angelo fuiſſe uenerabili Bedæ reuelatum, & idcircò
propter regionis conſuetudinem caſus belli conſi-
derabilis erat, unde remiſsio nulla fieri debeat.d.l.ex
23 cõducto.§.ſed ſi labes, & d.l.fiſtulas.§.frumẽta.† qua
tenus ibi deciditur, ꝙ ille, q ſuſcipit in ſe caſum, nõ
tenetur ſi immoderatæ niues præter conſuetudinem
fruges corruperint, nõ aũt ſi ſecundũ conſuetudinẽ;
ut Rip.docuit in l.ii.in prin.nu.lv.ff.ſol.mat.& in d.
tract.de peſte, in uer.quarta reſtrictio.nu.xcvij.

Prætereà quamplures ſuperius relati in tertio,& quarto argumento partis ſecundæ tenuerunt,etiam caſus inſolitos cõprehendi. quod præcipuè procedere uidetur in argumẽto propoſito, in quo caſus fortuitus etiam inſolitus emphyteotam non liberat; ut patet in exemplo chaſmatis ipſius, ut tradunt Doct. ſubijciẽtes caſum peremptionis rei emphytheoticæ.

Non obſtat conſ.Imolæ ſeptimum cum aliis ſuperius adductis; quia ipſe loquitur in caſu meræ locationis, & in quo per pactũ fieri debebat remiſsio in caſu belli, peſtis,& ſterilitatis; unde mirum uideri non debet, ſi eueniat damnum non modicũ ex timore belli uel caſus alterius es clarè expreſsus, q̃ debet fieri remiſsio, quia de eo iudicatur, ſicut de caſu belli, cùm eundem effectum pariat, ſecundum Anch.& Deci.ſuperius adductos. At in caſu noſtro emphytheota fortuitos omnes caſus ſuſcepit,unde nulla remiſsio fieri debeat; quare es ſeparatis nulla prorſus argumentatio legitima intelligitur.l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ibi,ſed hæc diſsimilia ſunt. de uerbo. oblig.& c. inter incorporalia. de tranſl.prælat, ubi Imol. & Abb. Laus Deo.

Patauij, vi. idus Octobris 1560.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum paternum abſque domini conſenſu nec nõ & agnatorum alienari non poteſt.*

2 *Feudum abſque domini conſenſu, & agnatorum donari non poteſt,etiã ſi ſit donatio propter nuptias. nu.ſeq.*

3 *Donationis omne genus prohibitum eſt de re feudali, niſi domino & agnatis conſentientibus.*

4 *Feudis in ipſis nulla attenditur uaſalli ordinatio abſq; conſenſu domini, ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate.*

5 *Feudum alienatum abſque domini conſenſu ad proximiores agnatos deuoluitur, & eſt cõm.opinio.*

6 *Feudatarius eùm gratis feudum concedit, an abſque domini conſenſu id facere poſſit?*

7 *Feudum adhoc ut legitimè alienetur, debent agnati conſentire, nec ſufficit ſolus domini conſenſus.*

8 *Feudum ſi refutetur à uaſallo, acquiritur alteri in inueſtitura comprehenſo.*

9 *Feudum ſi donetur, requiritur inſinuatio.*

10 *Feudum etiam pro anima non poteſt in præiudicium agnatorum relinqui.*

11 *Bona feudalia non ueniunt in obligatione uniuerſali omnium bonorum.*

12 *Feudum paternum quotiens ad agnatos in eodem proximitatis gradu exiſtentes deuolutum eſt, non poteſt, qui illud poſſidet, unum ex illis præeligere in aliorũ præiudicium, niſi omnes prorſus conſentiant.*

13 *Feudi alienatio inter agnatos fieri poteſt abſque domini conſenſu, quod tamen rectè intelligendum eſt, ſcilicèt in proximiorem & qui ſucceſſurus eſſet.*

14 *Princeps iure quæſito aliquem priuare non conſueuit.*

15 *Alienari prohibita, poſſunt alienari inter eos, qui ſunt de familia, necnon & inter conſortes, putà emphytheotas.*

16 *Patronus poteſt compatrono ius ſibi in eccleſia competens cedere, etiam abſque Epiſcopi authoritate.*

17 *Feudi diuiſio abſque domini conſenſu prohibita eſt. fall.tamen inter conuaſallos.*

18 *Emphyteutæ poſſunt inter ſe alienare, etiam ſine conſenſu domini.*

19 *Feudorũ conditio alteratur per conſuetudinẽ & uſum.*

20 *Conſuetudo allegata probanda eſt.*

21 *Conſuetudo ratione carens nullius eſt momenti.*

CONSILIVM CXLV.

QVI VNVS AD DEXTERAM DEI patris ſedet Aduocatus nunc, & humani generis futurus Iudex, mihi ſedulò adſit, ut quod uerum ſit diffinire ualeam.

CONTIGIT anno domini 1221. 3. Kal. Martij, Federicum eius nominis Cæſarem Auguſtum, Federicum alterum, nec non Adelpretum ac Riprandinum illius nepotes ex certa ſcientia Comites conſtituiſſe ac nobiles, perindeſi ex nobilibus Comitibus originem duxiſſent, necnon & hæredes ex eis legitimè diſcedentes, liberando eos ac eorum generationem legitimam in perpetuum ab omnibus angariis &c. & inferius in contextu inueſtituræ infraſcripta uerba leguntur: Inſuper inueſtimus, damus, atque largimur, & imperiali authoritate confirmamus iam dictis Federico & nepotibus eius Adelpreto & Riprandino & eius hæredibus generaliter & integraliter iuriſdictionem & diſtrictũ merumq; & mixtum imperium & Tolonea, Ripatica, & omnẽ publicam functionem totius Curtis & territorii caſtri Archi, Burgij,& uillæ & Turbolis, caſtri Drenæ & caſtri Spinetæ,& omniũ locorum, quæ ipſe Federicus & ſui nepotes habent & tenent, uel in futurum habebunt, & omnium habitantium in prædictis terris & locis nunc & in futurum, & quæcunque deſcendunt ex ipſis in montibus, & planis, pratis, paſcuis, ſyluis, uenationibus, piſcationibus, molendinis ripaticis, & cum omni iure & honore; ita quòd liceat eidem Federico & eius hæredibus & nepotibus Adelpreto & Riprandino eorumque hæredibus, & cohæredibus, uſque in infinitum prædictam iuriſdictionem & diſtrictum & c. ut diffuſius ex inueſtituræ documento eshibito conſtat.

Deinde anno Domini 1413. die 14. Septembris Sigiſmundum Cæſarem Auguſtum his quidem uerbis Comitem Vinciguerram inueſtiuiſſe, ex certa ſcientia, ac de Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine conceſsiſſe caſtrum Architridentinæ diœceſis cum omnibus & ſingulis hominibus ſubditis, iuribus, honoribus, libertatibus, uillis & omnibus molendinis, agris, uineis, pratis, paſcuis, ſyluis, rubetis nemoribus uenationibus, aquis, piſcationibus, limitibus, diſtrictibus, locis, planis, mõtibus, uſibus, cõſuetudinibus & obſeruãtiis, cẽſibus reddit ibus & aliis quibuſlibet emolumentis, bonis ac pertinentiis quocunque nomine nuncupentur in uerum ac perpetuum Comitatum &c. Teque ſupradictum Vinciguerram & filios

lios tuos legitimos Sacri Romani Imperij Comites Archij uidelicèt creauimus, &c. & paulò inferius ibi, Et quòd tu Vinciguarra filij tui & eorum hęredes maſculi ex te & ex eis legitimè deſcendentes in inſipitum Comitatus Archij ac præeminentiarum Comites ſitis &c.

Tertiò Maximilianum Cæſarem anno Domini 1497. inueſtiuiſſe Comitem Andream, & Odoricũ, & eorum hæredes in huiuſmodi Comitatu Archi ac cæteris caſtris ac dominiis & iuribus, quę poſſident.

Demum Carolum quintum Cæſarem inuictiſſimum his ſanè uerbis inueſtituram confeciſſe: Humiliter nobis ſupplicauit quatenus ipſos & quemlibet eorum inſolidum pro ſe & hæredibus de Comitatu Archi, Caſtris, bonis & c. & ibi, Nos igitur conſiderantes fidem, quam progenitores eorũ &c. & inferius recepto prius fidelitatis & obedientię conſueto iuramento nobis in animam eorum & de certa ſcientia præfatum Odoricum, eiuſque filios prænominatos Hieronymum, Nicolaum, & Paulum, necnon Antonium, & Alexandrum, Gerardum & Vinciguerram pro ſe ac hęredibus & quemlibet eorum inſolidum pro parte cuilibet eorum de iure ſpectante in ipſo Comitatu & pertinentiis quibuſcunq; quantùm de iure poſſumus, inueſtimus, quæ à maioribus noſtris ſacris Imperatoribus, progenitoribus eorum cõceſſa fuerunt. quibus ſanè conceſſionibus ſub hac forma cõceptis, ex facto proponitur, ſupplici libello Comites Scipionem & fratres Carolum ipſum adiiſſe, atq; ei retuliſſe quemadmodum nullus ex Archi Comitibus tàm ex antiqua eius familiæ conſuetudine, quàm etiam ex conuentionibus, aliàs inter Comitẽ Nicolaum eorum patrem ac Comitem Hieronymũ eorum patruum initis, poſſet bona ſua immobilia nec eorum partem uendere nec alio quouiſmodo alienare, niſi prius per eum denuntiatum fuerit dictis Comitibus affinibus ac ſanguine proximioribus, & tamen præfatum Comitem dominum Hieronymum iam à nonnullis menſibus nõ tantùm uendidiſſe bona contra formam dictæ conſuetudinis ac ipſarum conuentionum, ſed in futurum uendere niti in fraudem dictarum fratrum ac conſortum ipſius Archi Comitum. quamobrem Carolus ipſe mandauit cauſam huiuſmodi omnemque controuerſiam quã ipſi Comites habere putãt, Illuſtriſſimo Cardinali Mãtuæ ſummariè cognoſcendam ac decidendam abſq; tela iudiciaria. corã quo proceſſum fuit ad nonnullos actus, uerùm interim Comes Hieronymus & Comes Franciſcus eidem Cæſari ſupplicauerunt, ut Cæſarea benignitate cõfirmaret donationem omnium bonorum præſentium & futurorum cuiuſcunq; generis factam ab ipſo Comite Hieronymo eidem Comiti Franciſco. interim dum Comites Scipio & Frãciſcus monomachia negotium hoc diffinire nellent, Sereniſſimus Romanorum Rex literis miſſis ad Illuſtriſſimum Ferrarię Ducem effecit, ut contentionẽ huiuſmodi ille ipſe cõponeret. mira enim eius prudentia utranque partem adduxit, ut ei intra ſua cederent. quo facto commiſſarium ad Archi Caſtrum deſtinauit, qui Illuſtriſſimi ipſius Ducis nomine bonorum donatorum poſſeſſionem apprehẽderet. quãobrem, cùm illuſtris Comes Hieronymus ex hoc ipſo actu ſeſe lęſum fuiſſe cõqueratur, coràm Cæſareæ maieſtatis delegatis quæſitum fuit, utrum Illuſtris ipſe Comes Hieronymus hęc ipſa bona ad feudum pertinentia ipſi Comiti Franciſco donare potuerit, an potius Illuſtribus Scipioni, & Paulo, necnon & fratribus in ipſa inueſtitura comprehenſis ius reuocandi competat?

Reſpondi, donationem huiuſmodi illegitimè fa-
1 ctam cenſeri. conſtat etenim feudorum hanc eſſe naturam, ut abſque domini conſenſu alienari non poſſint, c. j. de alienatione feudi paterni, in princip. ubi cautum eſt, feudum paternum alienari non poſſe niſi dominus ipſe conſentiat, & agnati omnes, quorum intereſt hanc ipſam alienationem non fieri. & ibi aduertunt Iſer. & Alua. & Affl. in compendio, primo not. nu. j. & cap. Titius, ſi de feu. fue. cont. & cap. j. §. hoc quoque, de ſucceſſione feud. ubi ſanxit indiſtinctè Lotharius Cæſar feudorum alienationem abſq; dominorum conſenſu prohibitam eſſe. & c. j. de prohib. feu. alie. per Loth. ubi Aluar. nu. ii. aduertit, ubi cautum eſt, feudum ipſum nullo commercij genere diſtrahi poſſe: ut in cap. j. de uaſal. qui cont. cõſt. Loth. feu. alie. & cap. j. de prohi. feu. alie. per Fed. ubi Aluar. & Afflic. nu. j. & ii. & in Speculo de feudo. §. quoniam. uerſ. xxx. & ibi Ioan. And. & tit. de pignoribus. §. i. ad finem, & tradunt omnes Pontificij iuris interpretes in c. quæ in Eccleſiarum, de conſt. quamobrem, cũ Illuſtris Comes Hieronymus huiuſmodi feudum abſq; Cæſaris, & agnatorum proximiorum conſenſu alienauerit, in ipſum Illuſtrem Comitem Franciſcum transferendo, conſequẽs eſt, proximioribus agnatis ius reuocandi competere uideri. dicto cap. i. ubi Iſer. Bald. Alua. & Afflic. nu. i. & ii. de aliena. feu. paterni. quod pertractatum eſt atque ex facto reſponſum, necnon & quandoque deciſum: Iacob. de Sancto Georgio in tractatu de feud. & Curtius in tractatu eodem char. xl. necnon & Zal. & Rom. cõſi. xxii. & Soci. conſ. xix. & cxii. in ii. uol. & Deci. conſi. clxxxv. uerſ. ulterius, nu. viii. ubi concludit, ſecũdum iuris communis diſpoſitionẽ uaſallum nõ poſſe feudum ipſum alienare domino nõ conſentiẽte. & Rui. conſ. vii. in ii. nu. i. ubi concludit feudatarium regulariter aſq; domini conſenſu de feudo diſponere non poſſe dicto cap. i. de ſucceſſione feu. & cap. i. §. donare, qualiter olim feu. alienari poterat. Afflic. deci. cxi. nu. ii. ubi etiam Neapolitani regni conſtitutione idẽ cautum eſſe concludit ultra iuris communis diſpoſitionem, & deciſione ſequenti cõcludit in feudo franco aliud eſſe.

2 Secundò † in huiuſmodi feudis antiquis non eſt dubium, non ſolùm uenditionis ipſius titulum interdictum cenſeri, ſed etiam donationis. d. cap. i. §. donare, qual. olim feu. alienari poterat. ubi Iſer. Præpoſitus, Bal. & Aluar. nu. i. uerſ. quod eſt. cùm enim omnis alienationis ſpecies interdicta ſit in feudis ipſis. d. cap. i. poſt principium, de prohib feud. ali. per Fede. ubi omnes, conſtat donationis quoque titulum prohibitum eſſe intelligi. §. alienationis, in autentico
3 de non alienand. ubi Angel. † quare in d. §. donare, Alua. poſt Bal. & Præpoſ. nume. i. uerſ. & intelligas, concludebant, omne genus donationis interdictum cenſeri ſiue ſimplex ſit, ſiue inter uiuos, ſiue propter nuptias,

nuptias, ſiue cauſa mortis.l.alienum.§.donationis.ff.de uerb.ſign.ubi Doct.& l.filius.§.patri.ff.de donationib,& cap.nulli,de rebus Eccleſię non alienan. pro qua concluſione ex facto ſæpius reſponſum extat: Anan.conſi.lxxxi.in fine, per d.cap.i.§.donare.qualiter olim feudum, niſi domino conſentientē & agnatis.& Ioan.Barth. de Scaramp.conſ.cviij.nu.
4 xxix.inter conſilia Bruni concludit, † quòd in feudis nulla hominis uaſalli ordinatio attēditur, ſiue inter uiuos, ſiue in ultimis uoluntatibus, purà teſtamēto, ſiue legati titulo uel donationis. c. unico de ſucceſſione feudi in principio.& d.§.donare.& d.cap.i.
5 qualiter olim feud.& d.cap.Imperialem.§.i.† & Albert.Bru.conſi.xxxvi.nu.i.Omnipotentis Dei. feudum alienatū ad proximiores agnatos deuolui, cōmunem ſententiam eſſe atteſtatur, ſecundum Gloſſam in cap.i.§.hoc quoque, in uerbo partem, de ſucceſſione feudi,& ibi Ardiz.Bal.Iſer.& Alua.Præpoſitus, & Afflic. & eſt caſus in cap.i.§.ſedut tres. per quos fiat inueſtitu.& Alex.conſi. xxx.uerſ.fortius, tenuit admodum difficile eſſe conſuetudinem ipſam probare, cuius authoritate feudorum alienatio permiſſa intelligatur. idem Ioan. Scaramp.in conſ.cxi. concludit, feudum ex contractu donationis nō poſſe alienari, niſi reſeruetur ius domini,& proximiorum agnatorum. itemq; nume. vi. inſtrumentum huiuſmodi inſinuationis defectu nullum cōcludit, uerſic.præterea poteſt.
6 Tertiò ſingulari iure dici conſueuit, † cùm uaſallus gratis feudum concedit, abſque domini conſenſu id fieri poſſe uideri.cap.beneficium, ſi de feu.uaſal.ab aliis fuerit inueſ.& c.i.§.illud, de prohi.aliena. feudi per Fede.& gloſ. in titulo de Capit. Corradi.§.præterea & titu.de lege Corr.& §.ſimiliter.& Scaramp.d.conſi.cxi.nu.i. & Rui.conſi.ii.in i.num.i.&
7 vii.& Pariſ.conſi.iii.nu.xxiii.in i. † quemadmodum & cùm ipſi agnati conſentiunt; ad quos feudum ipſum pertineret.d.c.i. de aliena.feu. pat.ubi alienatio feudi paterni non ualet, etiam domino conſentiente, niſi agnatis proximioribus alienationem huiuſmodi approbantibus ubi Bal.aduertit,& conſ.ccc.in ii.nu.primo.
8 Quartò, † quando uaſallus refutat, nā alteri in inueſtitura comprehenſo acquiritur.c.unico, de eo qui ſibi & agnatis.& d.cap.i.de feudo paterno.nec enim alienatum cenſetur, quod in corpore agnatorū conſeruatur.l.uoluntas.C.de fideicomm.& l.i.C.de impon. luc.deſcript.libro.x.& Bald.d.conſi.ccc.in ii.
9 † Quinimmo & huiuſmodi caſu hæc ipſa inſinuatio requiritur, tùm propter conditionem donantis ſeu refutantis, argumento legis penultimæ.C.de donationib. inter uirum & uxorem, tùm quia natura propria feudalis conditionis id exigit; & idcircò, cùm uaſallus feudum ipſum pro derelicto habeat, inſinuatio requiri non uidetur.d.l.ſancimus.C.de donationib.& Bal.d.conſi.ccc.nu.ii.uerſ.ſecundum ſequitur uidere.tametſi oppoſitum Scaramp. ipſe cōcludat d.conſi.cxi. uerſi. præterea alius eſt defectus nu.vj.
10 Fortius † concluſio dicti.§.donare, amplius procedit, ut feudum in præiudicium eorum quibus ex antiquis inueſtituris fuit ius quæſitum, non poſsit fieri alienatio; ut nec de eo pro anima poſsit diſponi.d.§.i.ibi, nulla teſtatoris ordinatione.& Gozadinus reſpondit conſi.viij.num.xxi.& Gratus Bono.conſi.xi.nu.xxxvii.in j. Quamobrem, cùm Illuſtris Comes Hieronymus omnia eius bona alienauerit, & titulo donationis in Illuſtrem Comitem Franciſcum tranſtulerit abſque Cæſaris ipſius conſenſu in nepotum præiudicium id fieri non potuiſſe, concludēdum uidetur.l. id quod noſtrum.ff.de reg.iu.& l.ab emptione.ff.de pactis.& Affl.dec.ccxxxii.
11 † quocircà & uniuerſalia bonorum diſpoſitio feudalia non comprehendit. l. obligatione generali. ff. de pigno.& ex facto quādoque reſpōſum extat: Aegid. conſi.xvi.Alex. clxix.uerſ.fortificantur, in ſecundo uol.& Guido Papæ conſi.cc.xv.& conſil. ccxviii. & Maria.iun.conſi.lxxii.nu.50.in j.

Quartò & huiuſmodi donationis diſpoſitionem prorſus elidere uidetur, quod uulgò traditum eſt
12 † quoties ad plures agnatos in eodem proximitatis gradu exiſtentes feudum paternum deuolutum eſt, non poſſe eum qui poſsidet, unum ex illis præeligere in præiudicium aliorum, niſi omnes prorſus cōſentiant.d.cap.j.de ſucceſſione feudi pater. in principio, ubi rationem reddūt Bald.Iſer.Præpoſ. Alua. & Affl.quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat.cap.cùm omnes, de conſti.& l.quod maior.ff.ad municipales.quam ſentētiam ueteres & recentiores tùm legendo, tùm ex facto reſpondēdo ſequuti fuerunt.Bald.cap.i.§.hoc quoque colum.viii. de ſucceſſione feudi. Iſer.Præpoſi.Alua.& Afflic.in d.c.i.de ſucceſſione feu.pat.& in d.c.i.in §.hoc antē de ſucceſ.feudi pater.cum enim ſemel ſit ius eis quæſitum ipſius domini promiſſione, etiam eo nolente præiudicium afferri non poteſt.d.l.id quod noſtrū.& l.ſi aut, C.de actionib.& obligationib. & l. ab emptione. .ff.de pactis.& Bald.Iſer.Alua.& Afflic.d.§.hoc quoq;.& cap.j.§.ſi.quæ ſit prim.cau. ben. amit. ubi Alua.concluſ.xxxvii.& Fel.in cap.quę in Eccleſiarum,de conſtitutionib.nu.lxxxviii.uerſi.adde. & Ioan.Rain.in repetitione capituli imperialem.§.habito,colum.xiiii.de prohib.ali.feu per Fede.& Curtius Papienſis tractatu de feud.in iii.parte char. 50. colum.i.uerſiculo tertia eſt, cum duabus ſequentibus.& ex facto reſponſum extat: Bald.conſi.cccix.& cccxciiii. lib.i.& Cuma.clxiii.ver.ad primū.& clxvii. Ioſeph.& Alexan.conſi.xxx.in i.& conſ.xcviii.& ſequēti in quarto.& Soc. xix.Adſit.in i.& Cur. ſenior xxv.& xlviii.uerſ.ſi alienat feudum. idem conſi.lxvi. col.xv.ampliat etiam ſi tali alienationi domini conſenſus accederet.& conſi.lxxv.colum.ii.& Dec.cōſi. cclxix.circa medium,& cclxxxix.Viſa, in principio & Alber.Brun.conſi.iii.& Iaſo.conſ.lvii.colum.iiii. in iiii.& Gozadi.conſi.xxvi.nume.xli. & Reuerendiſſimus Pariſ.conſi.ii.nume.ix.in primo & conſil. lxv.nu.xlix.in iii.quocircà, cùm filij Illuſtris Comitis Nicolai ſint ex fratre nepotes ipſi Illuſtri Comiti Hieronymo, conſequens eſt in præiudicium eorum nempè proximiorum hanc ipſam donationem nullā cenſeri; cui nec Cæſaris, nec ipſorum maſculorum proximiorum conſenſus acceſſerit.d.c.i. de ſucceſſione feu.pat.
13 Non obſtat † quòd donatio huiuſmodi inter cōſortes uaſallos facta dicatur, deſcendentes ipſos in

prima

prima inueſtitura comprehenſos: conſtat etenim ex
arboris ipſius inſpectione hos omnea ex Federico
primo inueſtito,& Aldepreto,& Riprandino nepo-
tibus deſcendere: unde donatio facta in agnatum ab
ipſo Illuſtri Comite Hieronymo legitima uideatue
d.c.j.de alie.feu.pater. ubi gloſ.in verbo cõcederet,
reddit rationẽ cur paternũ feudũ inter agnatos alie-
netue; quippè ꝙ non tàm alienatio quàm refutatio
exiſtimetur,ut in fine,ibi,ex rextu.& idẽ probari ui-
detur cap.j.§.ſi cliẽtulua,ibi,fratri uel nepoti,de alie.
feu.& cap.i.§.ſi res,tit.per quos fiat inueſtitura. ibi,
tibi uel proximiori.& inferiua ibi,uel à te uel pro-
ximiore.& Alua.in d.c.i.de ali.feu.par. nu. v.uerſic.
nota intee agnaros aliquid permitti,quod non con-
ceditur reſpectu extraneorum,puta,ut inter eos feu-
di alienatio fieri poſsit abſque domini conſenſu.

Reſpondeo hanc ipſam alienationem abſque do-
mini conſenſu in eum fieri poſſe, qui proximior ſit,
quiq; ei qui donat inteſtato ſucceſſurus eſſet: ut Al-
14 uar.ibi egregiè declarat.† Nec enim facilè Princeps
iure quæſito aliquem priuare conſueuit, niſi publicę
utilitatis ratio ſubſit.l.itèm uerberatum. ff.de rei uẽ-
dica.& l.Lucius.ff.de euict.aduertunt omnes in l. ſi.
C.ſi contra ius uel utilitatem publicam.& cap. quæ
in Eccleſiarum,de conſtitn.in ſecundo membro di-
ſtinctionia principalis ipſius Panormitani , & ibi
Deci.nume.xxxii.poſt ueteres. at cùm Illuſtris Co-
mes Franciſcus non ſit proximior, huiuſmodi legis
diſpoſitio illi connenire non poteſt.l.iiii.§ totiea.ff.
de damno infect.ubi Barto.l.maritua , la ii. §. ſi ex-
traneus.ff.ad legem Iuliam de adult. ubi idem Bart.
15 Secundò non urget † quòd res prohibita alienari,
poſsit tãtùm inter eos qui ſunt de familia ipſi com-
mertio ſubiici.l.pater.§.ſi,aliàs libertis.ff.de leg.iii,
quocircà,& inter cõſortea emphyteotas res emphy-
teotica abſq; domini cõnſenſu alienari poteſt,ut do-
cuit Specul.in tit.de emphy.& Barto.& Io.ab Imola
in l.ſi domus.§.i.ff.de legat.l.Bald.in l. uoluntas. C.
de fideicommiſſ.& Iaſ.l.ii.C.de iure emphy. & plu-
res ex facto conſulti ex facto reſponderunt : Bald.
conſi.cxv.Proponirur,in ii.& aliàs ex facto conſul-
tus ita reſpondi in cauſa inter Epiſcopum Imolen-
ſem & oppidanos Bagnarlæ.incipit Epiſcopus Imo
16 lenſis . † Et patronus ipſi compatrono abſque Epi-
ſcopi authoritate ius ſibi in Eccleſia competens ce-
dere ſolet. cap.illud, de iure patron. & cap. ex inſi-
nuatione, ubi gloſ.& But. quicqnid Abb. ibi aliter
ſenſerit,hanc ipſam ſentẽtiam ueriorem teſtatur. Ca
ſtrenſis.l.cum hi.§.ſi nni uel pluribua. ff. de tranſa-
17 ctionib.† Qusmobrem quòd Federici cõſtitutiooe
inter ipſos uaſallos ipſa diuiſio interdicta ſit, intee
conſortes tamen non procedere traditum eſt. d.cap.
i.§.pręterea,il it.de prohi.feu.ali.per Fede.nec enim
ambigitur,quin ipſa diuiſio alienationis cuiuſdam
ſpecies exiſtimetur:Bald.d.§.præterea,& l.i.C.ſi ad-
18 uerſus uendi.† inter conſortes emphyteotas aliena-
tionem permiſſam intelligi . quod Io. Andr.ſentire
uidetur in Speculo de emphyteuſi.§.nunc aliqua,nu.
xciii.Barto.& Bald.l.in familię.C.famil.ercis.Albe.
Bald.Sali.& Iaſ.d.l.fin.C.de iure emphy.nu.cxiiii.&
Gult.Suza.in d.l.uoluntas.C.de fideicomm.& Ioan.
And.d.§.nunc aliqua,nu.xciii.Bar.Imol.& Alexan.

in l.ſi domns.§.fin.de legat.i.& l.qui Romæ.§. duo
fratres, quæſt.x.ff.de uerbo. oblig. & Bartol. in l. &
ideò.ff.de condic.fur.& d.§.ſi uni.d.l.cùm hi , & ex
facto ſæpius reſponſum extat: Barto.conſi.lviii. Ex
themate.& Calde.conſi.x.rit.locati.& Fede. Senen.
conſi.ccxxviii. Factum tale eſt.& Rui.conſi.cxiii.in
i.nu.i.& licèt Bar.hác quæſtionem ſemel indeciſam
reliquerit, Iaſon tamen ſententiam hanc ſecutus ui-
derur,d.l.iii.nu.cvij.& Alex.ex facto conſulius ean-
dem ſecutus uidetur,ut ibi per Iaſonem.

Reſpondeo,deciſiones huiuſmodi euitari poſſe,
ipſarum inueſtirurarum atento tenore, in quibus,
proximioribus ipſis ius quæſirum eſſe uidetur.Bald.
l.unica.c.quando non petentium partes.& d.conſi.
cxv.unde ſpecialis diſpoſitionis uirtus ueluti foe-
tior attendi debet.l.in toto.ff.de reg.iur.

Secundò reſpondeo ſupradictas deciſiones locum
non habere,ubi eius qui in caſu alientiaonia uocatue
conſenſus non ſubeſſet.d.l.id quod.d.l.ab emptione
cum aliis ſuperius aductis : quod non facilè conſue-
uit præſumi.cap.ſuper hoc,de rennnciatione,& l.cũ
de indebito.ff.de probationib.& l. quæ dotis. ff. ſol.
matr.& l.Campanus.ff.de oper.liber.Pręterea & di-
ci poſſet,deciſiones huiuſmodi in neceſſariis , non
autem uoluntariis alienationibus locum ſibi uendi-
care; & iccircò ex diuerſis non rite inferatur. l. ult.
C.de calumn.& l.inter.§.ſacram.in fine.ff.de uerbo.
obligatio.

Tertiò non urget hoc caſu conſuetudinia ipſius
uirtutem adduci, quæ non leuis eſſe conſueuit. l. ſi
de interpretatione.ff.de legib.& l.optima.& l.de q-
bus,eodem tit.& l.i.& ii.C.quę ſit longa conſuetu-
do.& cap.cùm conſuetudinis, ii.diſtinctione,& cap.
i.& cap.cùm conſuetudinis , eodem titu. de conſue-
19 tudine.† Nec enim dubium eſt,qnin feudorum ip-
ſorum conditio ab ipſo uſu alteretur,ut tradunt om-
nes in præludiis feudorum,& ex facto ſæpius reſpõ-
ſum extat: Card.conſi.xcvii.num.vii.in i. & Cuma.
conſi.iii.poſt principium,& Barba.conſi.cxi.nume.
vii.in i.& cclxxvi.nu.vii.eodem libro, & xviii.num.
xiiij.in ii. & Caſſan.cclxvi.num.i.& Alex.vi.in pri-
mo,& Bru.xxxvi.nu.iiii. & Scaramp.d.conſi.cxi.
20 Reſpondeo,† hanc ipſam conſuetudinem in pri-
mis non probari,& idcircò eius ipſius allegationem
non ſufficere.c.cùm Eccleſia Sutrina , de cauſa poſ-
ſeſſionis & proprie.c.cùm ad ſedem.§.nos etenim.de
reſtitutione ſpoliat.

Secundò,quòd uenditiones huiuſmodi celebratæ
fuerint,ſi & quatenus ipſi domino placuerit, & non
aliter nec alio modo . cuius proteſtationis uirture
ius competens in tuto locatum fuit. Bar. Alex.& Iaſ.
l.non ſolùm.§.morte,nu.xlviii.ff.de ope.nou.nunc.
21 Tertiò reſpondeo , † conſuetudinem huiuſmodi
eſtò quòd probaretur , nullius eſſe momenti : quip-
pè quòd ratione careat,cùm ius tertio competat.cap.
ultimo,de conſuet.ibi,& ratione nitatur.& in ſpecie
reſponſum extat : Mar.inu.conſi.ci.nume.ix.& x. in
ii.quin & ipſius domini conſenſus agnatis præiudi-
cium adferre nequit , quibus ex forma inueſtituræ
ius quæſitum ſit. cap.i.de ali.feu.pat.ubi omnes ad-
uertunt,& Rui.reſpondit conſi.lxix.nu.xxi. & xxii.
in iii. & Curt. iun. in tracta. feudorum concluſione
xlvij.

xlvii.uerſ.tertia igitur eſt regula.& Maria.iun.conſ.
ciij.in ſecundo.Ex quibus ſatis apertè colligi poſſe
uidetur, hanc ipſam donationem nullius eſſe momenti. Laus Deo.

Patauij, Idibus Octobris 1556.

Portius Imolenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Filio naturali non ſolùm alimenta ſunt praſtanda, ſed etiam eius uxori & filijs.*
2 *Pater tenetur alere ne dum filium, ſed etiam uxorem eius atque filios.*
3 *Spurij ſunt alendi inſpecta iuris Canonici diſpoſitione. & nume.6.*
4 *Mater tenetur filium ſpurium alere etiam de iure ciuili. quod ampliatur ad uxorem dicti filij atque liberos.*
5 *Filij naturales ſiue ſpurij alendi ſunt, & iſtud onus tranſit ad hæredes, & eſt comm.opi.nu.ſeq.*
6 *Filia ſpuria eſt dotanda pro modo facultatum patris.*
7 *Spurij ſunt alendi de iure canonico, quod obſeruandum eſt etiam in terris Imperij.*

CONSILIVM CXLVI.

Dei omnipotentis nomine inuocato.

1 IN CAVSA Brixienſi,† An domino Baptiſtę naturali filio ex domino Baſilio de Paſculis alimẽta tantùm ſint præſtanda, an uerò & eius etiam uxori, nec non & filijs? Reſpondendum exiſtimo, non ſolùm naturali, & ſpurio alimenta ipſa præſtanda eſſe & alia neceſſaria, putà habitationem, & ueſtes, ſed & filiis eius atque uxori: quippè quòd conſtitutio Pontificia diſponat, liberis huiuſmodi neceſſaria exhiberi debere. c. cùm haberet, de eo qui duxit quã per adul. poll. Ioan. And. But. Ancha. & Abb. nu. v. uerſ. ultimò tenebis menti. & Imol. docuit in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. liberorũ enim appellatione & nepotes & ulterioris gradus deſcendentes continentur. l. liberorum. ff. de verb. ſign. & l. cognoſcere. §. liberorum, cod. tit. ubi Bar. & re-
2 centiores.† Quæ ſanè ſententia illinc quoque fomẽtum accipit, quòd de iure ciuili pater ipſe nõ ſolùm filio legitimo & naturali alimenta præſtare tenetur, & alia neceſſaria, putâ habitationem, & ueſtes, ſed & eius liberis, atque uxori omninò præſtare. l. ſi quis à liberis. §. non tantùm, ubi Accurſ. aduertit. ff. de lib. agnoſ. qui etiam adhoc adducit. l. ſi filia. §. 1. ff. famil.
3 erciſ.† Quare, quod Cæſarei iuris diſpoſitio in filiis legitimè natis ſanxit, idem ex naturali æquitate Põtificium ius in ſpuriis decreuit, iuris naturalis æquitatem imitans, quo inſpecto legitimi omnes naſcebantur: in auth. quib. mod. natu. effi. ſui, in princ. & in §. licèt, educationis enim onus illinc profectũ exiſtimatur. l. i. §. fin. ff. de iuſti. & iur. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. & c. ius naturale. j. diſtin. ubi Archi. Gemi. & Card. Turrecrem. & Bal. aduertit in conſi. cccclvi. Recolò. in v. uolum. & Abb. conſi. cxv. in ij. uolum.

Præterea, & illinc ſententia huiuſmodi probari
4 poſſe uidetur, † quòd mater filios huiuſmodi alere compellatur. d. l. ſi quis à liberis. §. j. in fine. quod & reſpectu liberorum atque uxoris intelligendum exiſtimo. d. §. non tantùm, cum gloſ. Quocircà, cùm eo caſu, quo ſpurij ab ipſa matre ſecundum iuris Cęſarei diſpoſitionem ſunt alendi, ut dixi, debeantur etiã alimenta liberis, atque uxori ex naturali quadã ęquitate. d. l. i. §. fin. ff. de iuſti. & iur. ſuadet & Pontificij iuris authoritas. d. c. cùm haberet, idem in patre intelligendum eſſe, aliàs ſpurius huiuſmodi filius neceſſaria habere non diceretur, quinimmo mendicare cogeretur, ut liberos & uxorem alere poſſet; quod abſurdiſsimum eſt. l. ſi ſtipulatus fuerim per te non fieri. ff. de uerb. obligat. ubi Bar. & Claud. & d. §. non
5 tantùm. d. l. ſi quis à liberis.† Quod ſanè onus ad parentis hæredes ſpectare cenſetur. d. §. idem reſcriptũ
6 il ii. ubi Bartol. & Albe. in d. l. ſi quis à liberis. † Nam quemadmodum & ſpuriæ filiæ ali debent, ita & eiſdem ſufficiens dos aſsignari debet, pro modo tamen paternarum facultatum. Bart. in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. & in l. fin. C. de his quib. ut indign. & in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij. & in l. fin. §. ſi ſocero. ff. de his, quæ in frau. Barto. & Bal. in d. l. mater & Imol. in d. §. duobus, hanc ſententiam communem eſſe atteſtari uidetur; & Bal. nouel. in tracta. dot. in vi. par. priuil. xvi. & quamuis Alexan. in l. i. ff. ſol. mat. nume. vii. quod ad dotem attinet, contrarium ſentire uideatur, quippè quòd unica dotis pręſtatione hæredem ipſum magis grauare intelligatur. arg. l. planè. ff. de peti. hære. nihilominus præciſa uidetur Pontificiæ legis diſpoſitio. d. c. cùm haberet, ubi decernitur, liberis neceſſaria eſſe præſtãda, quo uerbo dos ipſas contineri uidetur, quippè quòd ad vitæ honeſtatem ſpectare exiſtimetur, ut filię uel neptes dotem ipſam recipiant, ut nubere poſsint. l. i. ff. ſolut. mat. & l. Pomponius Philadelphus. C. famil. ereiſ. & l. Titio cẽtum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. ubi Bar. Imol. Cuma. & Caſt.

Quod ſanè onus lex hæredibus quibuſcunq; iniicere ſolet, ut Barto. docuit. in l. poſt dotem. ff. ſolut. mat. ubi Alexan. in ii. quæſt. & Bar. in l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quib. mod. pig. uel hypoth. & Bal. l. pen. §. ſi filia, eod. titu. & Bald. in l. fin. C. de dot. promiſſ. &
7 Caſt. in l. ſi ſocer, in prin. ff. ſol. mat. † cuius ſanè Põtificię legis diſpoſitio naturali ratione munita, etiam in terris Imperij cuſtodiri debet, quod Io. And. But. & Abb. docuerunt d. c. cùm haberet, nu. v. uerſic. ultimò tenebis menti. & Bald. nouel. egregiè pertractat in tracta. dot. in vj. par. priuil. xvi. & ex facto reſponſum extat: Bald. in d. conſi. cccclvi. Recolo, in v. & Abb. d. conſi. cxv. in ii. uol. ubi reſpondit in Ciuitate quæ Rom. Eccleſiæ in temporalibus ſubiecta non eſt & ſecundum huiuſmodi concluſionem Do. Carolus Ruin. conſultus quandoque reſpondit, & illi ſubſcripſerunt Gozad. Hyppol. Marſil. Alex. Paleotus, & D. Camillus de Dulphis. Laus Deo Opt. Max.

Portius Imolenſis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 ☞ *Tutori relicta liberatio in teſtamento ne teneatur reddere rationem, non operatur quò ad dolum commiſſum, ſed per eam tantùm leuis culpa, & ſcrupuloſa inquiſitio remiſſa cenſetur. & eſt comm. opin. nu. 3. & uide nu. 4.*

2 *Dolus futurus remitti non poteſt. & an tacitè remitti ſaltem poſſit. nu. 10. & ſeq.*

3 *Liberatio relicta tutori ne teneatur reddere rationem quamuis prægnantibus uerbis facta, non comprehendit futurum dolum. & eſt comm. opi.*

4 *Liberatio relicta tutori an intelligatur etiam ab ipſo dolo, ſi teſtator grauet hæredem, ut quicquid à tutore exegerit, illi reſtituere teneatur.*

5 *Tutor non conficiens inuentarium, & libros rationum, præſumitur eſſe in dolo. & nume. 11. & 50. & 51.*

6 *Præſumptio legis liquidiſſima eſt probatio.*

7 *Ius canonicum præualet iuri ciuili in materia peccati.*

8 *Cautio de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, per teſtatorem remitti non poteſt.*

9 *Teſtes poſt publicatas atteſtationes interrogari poſſunt de partium conſenſu.*

10 *Dolus præſumptus an ſaltē tacitè remitti poſſit. & nu. ſeq. & uide 26. & 34. & 38.*

12 *Tutori relicta liberatio ſiue extraneo, ſiue coniuncto, nō prodeſt, ſi tutelæ onus recuſes. & eſt comm. op.*

13 *Commodum qui uult ſentire, neceſſe eſt & incommodū etiam pati.*

14 *Legato priuandus eſt, qui onus à teſtatore adiectū, uel pro parte detrectat.*

15 *Tutoris officium eſt, ne dum ut pupilli bona conſeruet, ſed etiam ut lucretur, & dare pecunias pupillorum ad honeſtum lucrum. nu. 55.*

16 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

17 *Sententia regulatur à cauſa expreſſa.*

18 *Tutori relicta liberatio ob cauſam quia ſuæ integritati confidebat teſtator, ſi dolus deprehendatur, nihil illi prodeſt, quod intelligas ut nu. 26. & 28.*

19 *Caſus non præuiſus à teſtatore intelligitur iuris communis diſpoſitioni relictus.*

20 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*

21 *Teſtatoris diſpoſitio reſtringenda eſt, quæ iuris communis diſpoſitioni derogat.*

22 *Teſtatorē minus quàm fieri poſſe, hæredem grauare lex præſumit.*

23 *Expreſſum cenſeri ſolet, quod ſub uerborum generalitate comprehendi ſolet.*

24 *Delictum conſiſtens in faciendo, grauius eſt quàm in omittendo.*

25 *Liberatio relicta tutori, etiam cum iuramento nihil quicquàm prodeſt. & quæ nam ſit ratio.*

27 *Tutor teſtamentarius non ſatiſdat.*

29 *Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo; & etiam fatua ſecundum aliquos & beſtialis, ut illorum uerbis utar.*

30 *Dolum alleganti incumbit onus probandi. & nu. 65.*

31 *Qualitates in facto conſiſtentes probandæ ſunt.*

32 *Probandi onus in aduerſarium transferri ſolet.*

33 *Vinculum duplex, difficilius diſſoluitur.*

35 *Mendax quo caſu non conſtituatur reus.*

36 *Tutori relicta liberatio, quo caſu non proſit.*

37 *Dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito.*

39 *Decius in pluribus locis declaratur. & nu. 41.*

40 *Dolus in committendo longè maior exiſtimatur, quàm in omittendo.*

41 *Mater non priuatur tutela, quàmuis ad ſecunda uota tranſierit, ſi id ipſum teſtator præceperit.*

42 *Dolus præſumptus quando ceſſet, & nu. ſeq.*

43 *Inuentarij confectio remitti poteſt tutori. & quæ ſit ratio num. 54. & 89. uerùm confectio libri de datis & acceptis & huiuſmodi remitti nequaquam poteſt. nume. 53.*

44 *Iurari in litem non poteſt contra tutorem, quando ei cōfectio inuentarij remiſſa fuerit, & ideo illam facere non curauit, aliàs ſecus, ut nu. 50.*

45 *Tutelam recuſanti nihil obiici poteſt, quando monitus non fuit.*

46 *Text. in l. i. §. officio. ff. de tutel. & rat. diſtrah. exornatur.*

47 *Tutelæ officio excuſandus eſt qui habet vij. filios, & infra quæ tempora excuſationem proponere tenetur.*

48 *Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt.*

49 *Tutelam fuiſſe agnitam, ex modico etiam actu, ſi quis illam attigerit, dignoſcitur.*

50 *Tutor tenetur conficere inuentarium, aliàs contra eum in litem iuratur, & nu. ſeq.*

51 *Tutor tenetur librum conficere, in quo accepta, data & relata contineantur, aliàs aduerſus eum in litem iurari poteſt.*

52 *Mater ſi non conficiat inuentarium à tutela repelli poteſt.*

53 *Teſtator non poteſt tutori remittere libri confectionem faciendam ſuper datis & acceptis & alijs eiuſmodi.*

55 *Tutor tenetur pecuniam pupillorum ad honeſtum lucrum dare.*

56 *Tutor tenetur ad intereſſe ſi pupilli pecuniam ad honeſtum lucrum non accommodauit.*

57 *Tutoribus plura incumbunt onera, & quæ, remiſſiuè tamen.*

58 *Tutor poteſt ſtatim compelli in ipſa petitione reddendæ adminiſtrationis, ut inuentarium & librum rationum edat.*

59 *Tutor tenetur ne dum de damnosè geſtis, ſed etiam de neglectis, & inutiliter geſtis.*

60 *Tutor tenetur de dolo, lata & leui etiā culpa. ſed quò ad leuem culpam uide infrà nu. 62.*

61 *Tutor quamuis ante decretam tutelam adminiſtrare non debeat, attamen ſi ſciuerit ſe teſtamento datum & non allegauerit aliquā excuſationem, tenetur ad omnia damna pupillo, ſi confirmationem petere neglexerit, ac ſi omnino adminiſtrauerit fall. ut nu 75.*

63 *Solutum fieri iuris præſumptione iuuatur. quod ampliatur etiam in malo, nu. ſeq.*

64 *Præſumptio eſt contra ſolitum delinquere.*

65 *Dolus non præſumitur.*

66 *Præſumptionis uirtus ea eſt, ut in aduerſarium probandi onus transferat.*

67 *Ignorantia in facto alieno præſumitur. & nu. 73.*

68 *Ignorantis ſuccurritur reſtitutionis beneficio. & nu. 80.*

69 *Iuramento probantur ea, quæ ſunt modici præiudicij.*

70 *Ignorantia probatur iuramento, ſcilicet negotium aliquod ad ſuas non deueniſſe aures.*

Scientiam

71 *Scientiam qui allegat, illam probare debet,cùm regulariter præſumatur ingnorantia. fall. ut nume. ſeq. amplia ut nu.73.*
72 *Scientia præſumitur in his , quæ palàm nota ſunt.*
73 *Facti quæ ſunt,probari debent.*
74 *Præſcriptio non officit ignoranti.*
76 *Iudex qui ſatiſdationem à tutore non recipit , tenetur pupillo ad intereſſe poſtquam tutor negocia geſſit.*
77 *Cauſa propinquior attendi debet.*
78 *Scientia præſumitur ex uicinitate loci,ſic uicinus præſumitur ſcire facta uicini.*
79 *Scientia ſit ex præexiſtenti cognitione, & coniunctionem rei cum intellectu præſupponit.*
80 *Reſtitutio in integrum conceditur ignoranti.& ſuprà. nume.68.*
81 *Tutor eſt tutus præſcriptione 40. ann. ſi ab eo tutelæ adminiſtratæ ratio non fuerit petita.*
82 *Actioni de dote præſcribitur ſpacio 40.annorum.*
83 *Præſcriptio 40. annorum obſtat remedio cap. redintegranda. iij.q.i.*
84 *Præſcriptionis exceptio impedit litis ingreſſum.*
85 *Ceſſante cauſa,ceſſat & iuris diſpoſitio.*
86 *Verba ſi non conueniunt , nec ipſa diſpoſitio locum habere poteſt.*
87 *Præſumptio non eſt,quòd aliquis ius ei competens,& proprium utilitatem negligere uideatur.*
88 *Falſitatis imago eſt, quod abeſt à ueriſimili .*
89 *Tutori poteſt remitti confectio inuentarij faciendi,& ſuprà nu.43.& 54.& eſt receptiſſima opinio.*
90 *Terminus referens relati notitiam præfefert.*
91 *Scientia non probatur ex relatione ambigua atq; confuſa.*
92 *Tutelæ nomine ut quis teneatur,neceſſe eſt , actum tutorio nomine explicare.*
93 *Hæres quando teſtamentum ignorare præſumatur.*
94 *Scientia non præſumitur ex diſtantibus ſed ex uicinis.*

CONSILIVM CXLVII.

ADSIT MIHI PRAEPOTENTIS DEI uirtus, ut in propoſita ſpecie ueram legum mentem explicare ualeam,

CONTIGIT, Anno Domini 1515. Magnificum D. Antonium Mediolani teſtatum obiiſſe , & filiis eius tutores Franciſcum & Petrum affines , præterea & Andream extraneum numero ſeptem filiorum oneratum,ea quidem lege reliquiſſe , ut ſimul atque coniunctim tutelæ onus ſubirent , atque eoſdem à ſatiſdatione præſtanda,nec non & inuentario conficiendo , atque adminiſtrationis ipſius ratione reddēda adeò liberaſſe , ut prorſus prohibuerit illos ipſos aliter poſſe. Quorum pupillorum negotia tutorio nomine proponitur,Franciſcum & Petrum adminiſtraſſe,atque ipſum D.Andream ab eo munere penitus ſeſe abſtinuiſſe : quo mortuo ab illius hæredibus adminiſtrationis tutelæ rationem reddi ſibi iam pupilli maiores effecti poſtulant. Excipiunt autem ij ex defuncti Andreæ perſona eos non teneri , quippè quòd Andreas ipſe pro tutore ſeſe non geſſerit , cui nec tutela ipſa unquàm denunciata fuerit. Replicant uerò actores Andream ipſum intra tempus à lege præſtitum ſeſe non excuſaſſe,immo uerò pro tutore ſeſe geſſiſſe,& idcircò tutelam ſibi in teſtamēto relictam non ignoraſſe intelligi , quoniam eodem anno,quo teſtator deceſſerat , legatum in teſtamento Fratribus ſancti Auguſtini perſoluerit, atque id pupillorum ipſorum nomine factum publico documēto conſtat ex teſtamento ipſius Magnifici D.Antonij obligationem referente ; unde nulla ratione euitari poſsit , quin ipſe D. Andreas in teſtamento ſeſe tutorem relictum eſſe ſciuerit, & idcircò negligentiæ reus intelligatur, quare & rationem reddere cōpellendus ſit. Quibus ſic ſtantibus, de duobus dubitari contingit.

Primò,utrū liberatio ipſi Andreæ relicta , illi ipſi profutura fuiſſet, ſi rationem tutelæ reddidiſſet , ita & hæredibus eius opitulari debeat?

Secūdò,dato quòd etiam relicta liberatio nec ipſum Andream,nec eius hęredes iuuare poſſet,an ulla ratione eorum cauſa defendi poſsit,ut ab hac ipſa uexatione prorſus abſoluantur.

Quod ad primum attinet,reſpondi , prima quidē facie dicendum uideri, liberationem huiuſmodi ipſi
1 Andreæ nihil quicquàm prodeſſe potuiſſe,† quippè quòd quibuſcunque modis , & prægnantibus uerbis liberatio tutoribus ipſis prodeſſe non ſoleat , quod ad dolum ipſum commiſſum attinet, ſed leuis tantùm culpæ, ſcrupuloſæque inquiſitionis effectus per huiuſmodi uerba remiſſus cenſetur. l. ſi ſeruus uetitus.ff.de leg.i.l.quidam decedens , & l. qui plures ff.de admi.tuto.& l.ſi quis rationes , & l. Lucius Titius.& l.Aurelius.§.Mæuia,& l. Aurelius.§.Caius.ff. de libe.lega.docuit glo.in d.l.quidam decedens , in uer.ſceleris , & ibi Iacob.ab Are.in l. dominus Sticho.§.ult.& ibi Bar.ff.de pecul.& ſubſcribit Bal.in l.cùm neceſſitatem,in fine & ibi Sali.Fulgoſ.& Angel.C.de fideicomm.& Bar.in d. l. Aurelio. §. Caius poſt gloſ.ibi , & in l.non ſolùm.§.fin. ff.de lib. lega. & Bal.poſt Pet.de Bella pert.in l.actione. C.de tranſact.& ibi Iaſ.nu.xii.uerſ.capio gloſ.ult.& nu. ſequ.
2 Quæ ſanè concluſio,optima ratione munitur,†quoniā dolus futurus iccircò remitti nō poteſt, ne aliàs delinquendi occaſio præbeatur.l.ſi unus.§.illud nulla,ubi gloſ.Barto.& Caſtr.ff.de pact. dotal.& aduertit Iaſ.in l.ſi plagii,nu.xii.ff.de uerbo.oblig.& ex facto ſæpius reſponſum extat, & pertractatum , Alex. in conſi.lxii.nu.iii.in quartu. Soc.ſeni.cōſi.cclxxxii. nu.v.in ii.Gui.Pap.conſi. xlii.nu.vj. & clarius conſi. xli.nume.ii.hác ipſam rationem publico iuri adſcribit , quod ſuadet , dolum ipſum uelut crimen non committi,& Chriſtoph.Caſtel.conſi.xxiiij. nu. iii. hanc ipſam rationem probat.addit & Iaſ.conſi.xiiii.
3 in tertio plures rationes,† propter quas remiſsio ēt prægnantibus uerbis facta, futurum dolum non cōprehendit, inter quas potiſsimam illam cēſuit,quòd dolus ipſe inter crimina connumerari debeat. l. i. & toto tit.ff.de crim.ſtellio.& rationes huiuſmodi probant Ioan.Andr.in c.Ioannes.de teſtam.in fine , & in ult.diſtinct.eod.tit.de teſtam.Henric.Bohic.in c. tua nobis,nu.xxv.uer.ſed ſi quæris quid tua uoluntas importet,& Pariſ.in conſi. xlix. nume. xxxiiii.in fine,

fine, & conſi.xc. num.xxxiii. in primo, & Marſil.in
ſing.cclxxxix. incip. Dolus futurus. Quamobrem,
cùm Andreas ipſe tutor teſtamento datus prorſus à
tutela ceſſaſſe proponatur, dolo non caruiſſe præſu-
mi poſſe uidetur; quod paſsim reſponſum extat. Ca
ſtren.conſi.lxiii.in ſecundo,docuit glo.in l.ii.in uer.
poteſtis.C.de hæred.tuto. & idcircò liberatio illi re
licta nullatenus prodeſſe poſſe uidetur. Caſtr. in d.
conſi.lxiii.& conſi.ccccii.in ij.ubi loquitur in uxore
nu.ii.Sign.de Homod.conſi.tia.& cx.Viſo.Fulg.cõ
ſi.ciii.Notabilis.Anan.conſi.ciii.& conſi.xxx.Viſis,
Ang.conſi.cii.Teſtator,& conſi.cxliiij. Ad primum
uerſi.in contrarium eſt ueritas,& conſ.cxxiij.Circà
primum,in princ.& conſi.clxxv.Viſo,& cõſi.clxxxi.
nu.i.& conſi.cclxxvii. Punctus,nu.v.& Anch.qui lo
quitur in filio tutore nepotis cõſi.cxviii.nu.ii.Alex.
conſi.xlv.in princ.& conſi.xlvii.nu.iij. in primo, &
conſi.clxx.nu.viij.in ij. & conſi.lxii.nu.iij. & ſeq.in
quarto,& conſi.lxxiiij.nu.primo. & ſeq.in vij. Soci.
ſen.conſi.cclxxxi.per totum, & cõſi.cclxxxii.nu.vi.
in ij. Deci.conſi.clxxviij.& conſi.cxcii.nu. iiij.in j.
& conſ.cccxlii.nu.xi.in ij.ubi atteſtatur hanc eſſe cõ
munem ſententiam, & Ruin.conſi.liiij.nu.xiii. in i.
ubi loquitur in fratre, qui promiſerat rationem ad-
miniſtrationis non petere, & ſimplici dicto ſtare, &
conſ.laix.nu.iii.iiij.& ſeq.ubi admodum egregiè lo
quitur in ij.& conſi.lxx.nu.viij in iiij.& Pariſ.conſi.
lxxxiiij.nu.xxi.& ſeq.in j.& conſi.xxi.nu.lv.& lvi.in
ſeq & conſi.lxxx. nu.liii. & liiij. & conſi. lxxxix.nu.
xix.in ij.Gratt.cõſi.cxl.nu.xviij.in ij.& in uxore poſt
Curt.ſen.conſi.lxvi.nu.viij.uerſi.capio ſecundum ar
ticulum. latè & eleganter Goxad.conſi.xciiij. in pri
mo, & ſeq.& in matre poſt Alex.d.conſi.vi.nu.iij.in
quarto, Gratt. conſi.xxiii.nu.ix. ubi hanc dicit eſſe
communem, in primo uolum.

4 †Et quamuis iuris maximè cõtrouerſi eſſe animad
uerſum ſit, an hoc idem conſtitui debeat, cùm teſta
tor heredẽ grauauerit, ut quicquid à tutore exegerit,
illi reſtituatur; quo ſanè caſu plures ſenſerunt, ut ab
ipſo dolo liberatio relicta intelligatur. quod glo.in-
nuiſſe uidetur in l.actione, in uer.tranſactum, in fine.
C. de tranſact.& in l.non ſolùm, la ij.in uer.excludi
ff.de libe.lega.& Pet.in l.ſub prætextu.C.de tranſac.
& Guli.in l.Pomponius.ff. de neg. geſt. quos refert
Bart.in d.l. Aurelio.§. Caius.nu.viij. & Dyn.in d.l.
quidam decedens,& Raine.de Forli.in d.l.ſi quis ra-
tiones.ff.de libe.lega.quos refert Iaſ.in d.l. actione
nu.xii.uerſ.ii.ex iſta glo.Raph.in d.l.cùm neceſsita-
tem.C.de fideicom.& Ang.Alex. Socin.ſen.Goxad.
& alij quamplurimi a in locis breuitatis cauſa omiſ-
ſis ex facto conſulti reſponderunt. nihilominus,cùm
huiuſmodi grauamen expreſſum nõ ſit, nemo diſcre
pat,quin, ut proſit liberatio,bonam fidem exigat, ac
de leui tantùm culpa intelligatur, quod receptiſsimũ
eſſe teſtatur Iaſ.in d.l.actione,nu.xii. & ex facto con
ſultus nuper editus Rymi.ipſe reſpondit conſi.cccix.
num.ii.in ij.& Anch.conſi.iii. Caſus eſt, & Sign.de
Homod.conſi.cix. In quæſtionibus, & Ang. conſi.
clxxi.Gilins. Caſtr.conſi.ccclxxi.in i.& Anan.conſ.
lxxx. Viſis.& Barbx.conſi.iiij.col.vii.uerſi. circa pri
mũ punctũ,in iiij.& ſubſcribit & Ange.conſ.clxxiii.
ꝙ prægnantibus uerbis facta liberatio à reddẽda ad-
miniſtrationis ratione nõ abſoluat tutorẽ, quominus
illa reſtituat, quæ ex bonis pupilli ad ipſum peruene
runt,& Bertran.conſi.ccviii.nu.xv.in iij. cõcludit li
berationem huiuſmodi in cõmiſsis non prodeſſe,ſe-
cus in omiſsis, & in praxi Ticin. in for.libel.ut quis
compell.redd.ratio.in uer.analogiſtas latè pertractat
& quandoq; deciſum fuit,Gui.Pap.deciſ.cxv.nu.i.

Secundò, idem probari poſſe uidetur, ſi perpenda
mus aduerſus ipſum Andreã tutelæ onus ſibi ipſi in
5 teſtamento relictum, non ſuſcepiſſe, † & idcircò in
dolo præſumpto prorſus deprehendi,dum inuenta-
rium ipſum non confecit, & librum rationum ipſarũ
omiſerit, aliaúe huiuſmodi neceſſaria prorſus negle
xerit, ſanè indicia huiuſmodi maximè ſufficiẽtia eſſe
uidentur, ut dolus præſumptus aduerſus illũ urgeat.
l.ſi procuratorẽ.§.dolo, & l.dolus.ff.mãda. & docuit
Bar.in l.quod Nerua.nu.iiij.ff.depo.& Alex.conſ.
ciii.nu.xiii.in i.& Pariſ.conſi.xlix. num.xxx.xxxi. &
xxxii.in i. In quo ſanè præſumpto dolo etiam in nõ
faciendo exiſtente, liberatio huiuſmodi prodeſſe nõ
uidetur; & idcircò, cõ dolus uerus remitti nequeat,
6 idẽ de præſumpto diiudicandũ uideretur, †quippè ꝙ
legis ipſius præſumptio liquidiſsimæ q̃dã ꝓbatio exi
ſtimetur.l.licèt Imperator.ff.de leg.i.& l. ſi quis lo-
cuplex.ff.de manumiſsis.teſtãm.& idcircò in aduer-
ſarium probandi onus transferre cõſueuit.l.cùm de
indebito.ff.de probat. ideò donec ſublata ſit, non ui-
detur poſſe teſtator in præiudicium hæredis dolum
hunc remittere, qui ſanè,donec contrarium probet,
pro uero haberi debeat, nè aliàs aduerſus politicum
finem delinquendi occaſio præberetur.d.l.cõuenire,
& d.l.ſi unus.§.illud.Bar.& alii.in d.l. ſi ſocietatem.
§.arbitrorum,nu.xxiiij.ff.pro ſoc.& aduertunt But.
Imol.& Abb.in c.quintauallis,de iureiur. Quæ ſanè
concluſio multò fortius Põtificii iuris inſpecto fine
procedit, quippè ꝙ canon actum omnem radicitus
deteſtetur, ex quo crimen proficiſci poſsit.c.ulti. de
conſuetud.& c.ſæpe, de reſt.ſpol.& c.ult. de præſcr.
7 † & in argumento peccati ipſum fouente Põtificij iu
ris diſpoſitio præualere cõſueuit.d.c.ult. de præſcri.
ubi omnes,& glo.& Anch.nu.viij.in c.poſſ.de regu.
iur.in vi.uerſ.In his autem. Bart in l.priuilegia.C.de
ſacroſ.Eccle. & Abb.in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de
conſti.in tertio & quarto caſu,& ibi Dec. nu.xxxiii.
& xxxiiij.& ideo in l.i.C.de uſuſru.decretum extat,
8 †cautionem ipſam de utendo, & fruendo arbitrio
boni uiri propter dolum ipſum præſumptum à teſta
tore remitti non poſſe,& l.ſcire,in ſecundo reſpõſo.
9 C.ut in poſſ.lega.† Nec obſtat quod aduertunt Ioã.
And.But.Abb.& Feli.in c.fraternitatis,ubi Abb.nu.
iiij.uerſi.xiij. ſi de partium uoluntate, de teſtib.ubi
poſt publicatas atteſtationes partium cõſenſu teſtes
interrogari poſſe concludunt: unde dolus præſum-
ptus futurus ex ipſa ſubornatione remiſſus intelli-
gatur,docuit Hoſti.in c.præſentata,eod.tit. Id enim
procedere poteſt,quòd legiſlator ipſe uniuerſos ſub
iectos in manu proprij cõſilij relinquat, ut de rebus
eorum arbitratu diſponere ualeant.l.uerbis legis.ff.
de uerb.ſignific.l.altius. C. de ſerui. & aqu.l.ſi quis.
C. de epiſcop. & cler. & c. ad apoſtolicam, de re-
gular.& aduertit Abb.in cap.tuis,nu.ii.in glo. ſecun
da de teſtib. & hac ratione moti fuerunt Doctores

in d.c.fraternitatis, ubi priuati iuris negotium con-
ficitur, ſecus quod ad publicum ius pertractandum
attinet, prout in propoſita ſpecie contingit.& quam
uis in hoc ipſo argumento uariæ apud ueteres pro-
ditæ ſint opiniones. glo. in d.l. ſi unus. §. illud, &
Dyn. in cap. contractus, de regu.iur.in vi. & refert
Iaſ.in d.l.actione, nume. xiii. & Salic. poſt ueteres
in d.l. cùm neceſsitatem, & Alexand. conſi. clxiiij.
10 num.ii.in quinto, cenſuiſſe uidetur, † quòd dolus fu
turus indiſtinctè ſaltem tacitè remitti poſsit. Bald.
in d.l.i, C. de uſufruct. idem cenſuiſſe uidetur quòd
dolus futurus præſumptus tacitè remitti poſsit, quod
glo.innuit in dicto.§.illud. & Benedic. Capr. conſi,
11 clxi.nume.xii. & xiij.† concludit, tutorem ipſum ex
non confectione inuentarij in reddenda ratione ob
dolum præſumptum teneri, quippè quòd diligen-
tiam eam non adhibuit, quam circumſpectus pater-
familiâs in propriis rebus adhibere ſolet.l. à tutori-
bus.ff.de admi.tuto. & inferius nume.xx. idem con-
cludit ob dolum præſumptum indiſtinctè pupillo-
rum iuramento, quòd ad illorum intereſſe attinet,
prorſus acquieſcendum, & Alex. Næuus conſi.xlv.
num.v. & conſi. lxxxiiii. num.viii. idem concluſiſſe
uidetur. Nihilominus tuta uidetur Caſtr. opinio in
d.§.illud nullæ, & docuit Igneus in d.l. contractus.
ff.de regu.iur.per illum tex.& in d.l.i.C.de uſufruc.
& in d.l. quod Nerua, quòd ſcilicèt dolus futurus
etiam præſumptus remitti non poſsit. quam ſanè
ſententiam in terminis noſtris nempè in dolo præ-
ſumpto in non faciendo, ſequitur Ruin. conſil.liiii.
num.xiiii.in primo, & conſi.lxix. nume.x. uerſi.ſub
generalitate igitur uerborum, & num.xiii. in ii.uol.
ubi concludit, dolum præſumptum futurum remitti
non poſſe, licèt in non faciendo conſiſtat, prout ipſe
loquitur in dolo reſultante ex non confectione li-
bri. & Gozad.conſi.xviij.nu.v. & Ruin. conſi.xcvii.
num.vii.& viij. in quinto, pro qua ſententia addu-
cit dicta per Docto.in d.§. arbitrorum. ubi Bart.nu.
xxiiii. & per Butr. & alios in d.c.quintauallis, de iu-
reiur.& Iaſ.d.conſi.xiiii.in tertio, & Gui. Pap.d.cō
ſi.xli.& xlii. Non inficiari uidetur.

Tertiò, idem probari poſſe uidetur, nam dato ꝙ
liberatio ab ipſo teſtatore relicta tutori quoad quem
cunque dolum prodeſſet, attamen Andreas inde nul
latenus iuuari potuiſſet, quippè quòd legatū ipſum
reieciſſe intelligatur, cùm non adminiſtrauerit, &
idcircò ceſſans doloſè egerit, quem ſanè dolum te-
ſtatori ignotum uix eum renunciaſſe, ac remiſiſſe exi
ſtimari debet.l.mater decedens. C. de inoffi.teſtam.
probat tex. ſiue loquatur in adminiſtratione præteri
ta, ſiue futura, in l. ſi quis rationes, ibi, illa aut illa.ff.
de libe, lega.& tex. in l.qui plures.ff.de admin.tuto,
& l.tres fratres.ff.de pact. & reſpondit Ang.d.conſ.
cxliiij.uerſi.maximè autem hoc ita dicendum, & in
d.conſi.clxxxv. & conſil.cccxiij. & Pariſ. conſi.xlix.
nu.xliiij.& xlv.& conſi.lxxxviij.nu.xliij. & conſ.xc.
nu.xxxiiij.in primo.& Grat.cōſi.cxl.nu.xii. & xiiij.
in ij. Quæ quidem concluſio præſertim in propoſito
caſu procedere debet, cùm Andreas tutor teſtatoris
affinis non fuerit, aliâs enim ſecus fortè conſtituen-
dum uideri poſſet, per tex.in l.Aurelius.§.Titius te-
ſtamento.ff.de libe.lega. qui licèt loquatur in patre,
tamen etiā in quolibet alio cōiuncto extendit Ang.
d.cōſi.clxxxv.& cōſi.cccxiii.& Pariſ.conſi.clxxxvij,
12 nu.xxi.in i.uol.† Quinimmo quamuis aliqui oppoſi
tum in tutore cōiuncto cenſuiſſe uideantur, ut Grat.
conſi.lxxxiiij.nu.ii.in ij.& Ruin.conſi.xxxviii.nu.ii.
in ij.cōmuniter receptum extat, liberationem tutori
ſiue extraneo, ſiue coniuncto relictam nihil quicquā
prodeſſe, ſi tutelæ onus recuſet.l. Nelennius.§.fin.l.
tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſat.tuto.l.qui tute-
lam.ff.de teſtam.tute. docuit in tutore coniuncto, Ia
cob.Beluiſ.per illum tex.in auth.de hæred.& falcid.
13 §.his omnibus.† Nec enim audiendus eſt, qui onere
neglecto, lucro tantùm inhiat.l.unica.§.pro ſecūdo.
C.de caduc.toll.l. ſecundum naturam.ff. de reg.iur.
l.hactenus.ff.de uſufruc.l.non debet.ff.de ædil.edic.
c.qui ſentit, & ibi Dyn.& Anch.& recētiores Pataui.
14 de reg.iur.in vi.† & ex facto conſultus Grat. ipſe re
ſpondit conſi.lxxxi.nu.xxix. & conſi. lxxxii.nu.j.in
ii.ubi concludit, eum legato priuari, qui onus à te-
ſtatore adiectum uel pro parte detrectat. & in termi
nis noſtris Roma.conſi.ccxxxv.nu.i.uerſi. eſt igitur
uidendum, & conſi.ccvii.Ruin.conſ.xlix.nu.i.in pri
mo.Deci.d. conſi.clxxviii.nu.ii. uerſi.ij. reſponderi
poteſt, & d.conſi.cxcii.nu.iii.ad fin.in i.recuſaſſe au-
tem tutelā Andream ipſum hinc apertè colligitur ꝙ
animum factis explicauerit, dum pupillorum tutelā
prorſus non attigit.l. ſi tamen.§. ei qui.ff. de ædil.
edic.l.naturalē.§.apium quoque.ff.de acqui.rer.do-
mi.l.Paulus reſpondit.ff.rem rat.hab.c.dilecti, il ii.
de appel.c.exiſtimant, xi.q.iii.Abb.conſi.cxvii.in ii.
& in hac materia ex facto conſultus in matre reſpon
dit Grat.conſi.cxv.num.xix.in primo, & Socin.iun.
conſi.lxxxv.nu.xvi.in tertio. ubi ceſſationem teſta-
mentarii tutoris excuſationis uicem ſubire cōcludit,
ut ſibi reſpectu datiui præiudicet, de quo latiùs per
15 Alex.conſi.clxi.per totum in v.† Tutoris enim offi
cium hic prorſus contemnit, cuius muneri ineſt, nō
dùm ut pupilli bona conſeruet, ſed etiam ut inſu-
per augeatur, Lauren.Sylua.conſi.x.num.xxxiiii. &
probat tex. in l. tutor qui.§. poſt depoſitionem, & l.
tutor ſecundum dignitatem.§.i.ff.de admi.tuto. un-
de conſequitur, liberationem ipſi Andreæ profutu-
ram non fuiſſe, & idcircò nec heredes eius quicquam
iuuare poſſe.

Quartò, idem probari poteſt ſi perpendamus te-
ſtatorem idcircò tutores liberaſſe, ꝙ (ut aſſeruit) de
eorum probitate maximè confideret: quæ ſanè cauſa
in ambigua legati diſpoſitione dignoſcenda inſpici
conſueuit.l.uxorem, in prin.ff.de leg.i.l.cùm pater.
§.dulciſsimis.ff.de leg.iii. reſpondit Alex. conſ.xlvi.
16 nu.vii.in i.& Ruin.conſi.clx.nu.xvi. in tertio.† & id
circò ſi cauſa limitata ſit, limitatū diſpoſitionis effe-
ctum producere ſolet.l.in agris.ff.de acquir.rer.do-
mi.l.cancellauerat, ff.de his quæ in teſta. delen.l.cùm
ſeruo.ff. de contrah. empt.not. in l.age.C. de tran-
ſact.in lege non diſtinguemus.§.de officio.ff.de ar-
bit.in cap.ex multa, de uot. & in c. ſi pro clericis pau
peribus, de præben. in vi. & paſsim in materia renun
ciationum, & abſolutionum reſponſum eſt: Alex.
conſi.xciii.num.iiii.in tertio, Pariſ.conſi.xxxiii.nu.
xlix, & conſi. xciiij. num.xviii. & conſil.cxvi. num.
xii. in primo, & conſi. xiiii. num.xiiij. & conſil.lxi.
num.xlii.

num.xlii. in ſecundo,& conſi.primo.nu.cxxiiij.& in
conſi.laai.nu.lxxvii. & conſi.xli.nu.laavii. & conſi.
xcvi.nu.aii.in tertio, & in abſolutione limitata con
17 ſi.cii.nu.xvi.in primo,& ibi nu.i.& ii.† in ſententia,
ut à cauſa expreſſa regulari debeat, concludit Socin.
iun.in. conſi.ci.nu.a.& conſi.axiii.num.iii.& conſi.
18 lxx.nu.xlix.in ii.uol.† Ideoq; quoties ob id teſtator
liberaſſe tutores proponitur, quia eorum integri-
tati confideret,uel arbitrio & conſcientiæ tutoris ſta-
ri iuſsit,& dolus deprehendatur, liberationem nihili-
faciendam eſſe reſponſum eſt. Aug.d.conſi.caliiii.
uerſi.maximè autem hoc ita dicendum. Alex.in con
ſi. alvii.nu.vii.in primo,& conſi.clxx.nu.viii. uerſi.
tertiò hoc colligi poteſt, in ſecundo, Pariſ. conſil.
lxxaiiij.nu.vii.& nu.xxiiii.in primo,& Goaad.egre-
giè conſi.xciiij.nu.iiij. & maxima ſanè ratione mu-
nitur huiuſmodi cõcluſio duplici ex loco deſumpta;
19 † Primò, quoniam caſus hic futuri doli prorſus non
præuiſus, ideoque nec præuiſus à teſtatore fuerit, &
idcircò iuris communis diſpoſitioni relictus intel-
ligi debeat.l.ſi cùm dotem.ff.ſolut. matrim.l.extra-
neus.ff. de condit. ob cau.l. commodiſsimè.l. Gal-
lus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.cùm aliis
adductis per Socin. iun.conſi.iiij.num.axiij.& con
ſi.axavi.num.v. & conſil.lxvii. nume.aaii.& conſil.
lxix. nume.avtij.& conſi.lxxa.num.vi.in tertio uo-
lum. & in hac materia probat tex.in l.in confirman
do.ff. de confir.tut. in l.ſi plures.§. quamuis,& in l.
tres tutores.§ quod autem, in fine uerſi.potuit.ff. de
admin. tuto.

Secundò, quoniam cùm teſtator hoc præſuppo-
ſito quòd bonam fidem præſtiturus eſſet, tutorem
20 liberauerit, † conſequens eſt eius diſpoſitionem ceſ-
ſare ceſſante præſuppoſito. c. & ſi Chriſtus, de iu-
reiuran.c. cùm ceſſante, de appell.l.generaliter.§. ſi
quis tutorem.ff.de fideicom.liber.l. neque enim.ff.
de milic.teſtam.glo.in l.mancipia, in uer. aduocan-
dum, & ibi Iacob. Butr. Sali.& Fulgo.aduertunt.C.
de ſeru.fugit.Deci.conſi.ccli.nu.vi.in primo,& eun
ſi.dcaliiij.nume.xv. in ſecundo. & ideò nihil quic-
quam liberatio huiuſmodi Andreæ ipſius hæredes
21 iuuare poteſt, quæ nec illi profuiſſet, † præſertim,
cùm diſpoſitio hæc teſtatoris potius debeat reſtrin-
gi, ueluti iuris communis diſpoſitioni deroget.d.l.
quicquid. C.arbit.tutel.l.ſi ſerui ueſtri.C. de noxal.
& c.cùm dilectus,de conſuetu. ubi Docto. extenſio-
nis paſsiuæ argumentum euoluunt, & cap. in noſtra
22 de iniur. & damn.dat.† lex enim præſumit teſtato-
rem ipſum minus, quàm fieri poſsit hæredem gra-
uare uoluiſſe.l.unum ex familia.§.ſi rem.ff.de leg.i.
l. nummis.ff.de leg.iii. aduertunt Deci. & Cagnol.
in l.in teſtamentis.ff.de regu.iur. Quare quod per-
ſonæ intuitu conſtitutum fuit, ad hæredes pro-
tendi non ſolet.§. ſed quod principi. inſtit. de iur.
natu.l.i.§.planè.ff.de conſtit.princip. & l. quod ue-
rò, & l. ius ſingulare.ff.de legi. & c. quod alicui, de
regu.iur.in vi.& c. ex tuarum, de autho. & uſu pall.
& latè declarant Deci. & Cagno. in l. priuilegia.ff.
de regu.iur. Deci. & Bero.in c. quoniam Abbas, de
offic.deleg. poſt Gemin. & Franc. in c. ſi gratioſè,
de reſcript.in vi. Quinimmo, cùm legata ipſa ob me
rita fieri conſueuerint.l.nec adiecit.ff. pro ſoc. taci-
tam uidetur habere conditionem, ſi huiuſmodi ra-
tio ab ipſo reddi potatur; quod cùm in præſenti ſpe
cie factum non ſit, ipſius Andreæ hæredes libera-
tio huiuſmodi iuuare non debet, ipſi teſtatori
prorſus incognitos.l. ſi uiua matre.C. de bon. ma-
ter.& l. qui liberis.§. hæc uerba.ff. de uulga. & pu-
pill.ubi Bart.Bald. Ang.Imol. & Alexan.nume.iiij.
& Iaſ. nume.viij. Salic. & Corne. in l.ultima. C. de
hæred.inſtit.l.unica.§. ſin autem.C. de cadu. tollen.
& l.intercidit.ff. de conditio. & demonſtr. quod &
Paul. Caſtr. animaduertit in liberatione à reliquo-
rum ipſorum reſtitutione uxori relicta,conſi.ccccii.
num.ii.in primo, & in ſpecie uidetur reſpondiſſe,
Fulgo.conſil. eiii.incip. Notabilis uir. licèt in caſu
ſuo explicitè dictum fuiſſet, quòd caſu quo conti-
geret condemnari tutorem, legabat teſtator ei de
bonis ſuis ſummam debito æquiualentem: idem ta-
men conſtituendum uidetur in caſu noſtro, nem-
pè liberationem tunc quidem relictam intelligi,
cùm condemnandi facultas competere potuerit. l.
i.§. uſus, ubi Bald. nume.iii.ff. de procur.cap. pru-
dentiam.§. ſunt & alij, ubi Butr. & Imol. & Abb. de
offic.deleg. manumiſsis enim uſus ante ſeruitutem
ſuperfluus erat.l. manumiſsiones.ff.de iuſtit. & iur.
ubi Barto. Alberic. & Caſtren. & §. primo, ibi ſed
23 poſtquam, inſtit. de libert.† Nam expreſſum cen-
ſeri ſolet,quod ſub uerborum generalitate compre-
henditur.l.i.ff. de uulg. & pupill. ubi Bart. & Socin.
in l. prætor ait, in princ. ubi Barto.ff.de oper.nou.
nunc.aduertit Deci. conſi.eclia. nume.iii. in ſecun-
do uolum. Ex quibus uidebatur diiudicandum ho-
rum ipſorum hæredum & Magnifici D. Andreæ fi-
liorum cauſam non facilè ſuſtineri poſſe.

Quibus tamen non obſtantibus, oppoſitum ue-
rius eſſe uariis rationibus, & iuribus, necnon &
authoritatibus diiudicandum cenſeo. Et primò,
quòd nemini hæſitandum exiſtimem, quin dolus
ipſe ea non faciendo præſumptus remitti ualeat,
tametſi quod ad illum ipſum attinet, qui in facien-
do conſiſtit, aliud prorſus receptum ſit; ut uidit
gloſ. in lege ſi mora.ff.ſolut. matrimo. in uerſi.cul-
pa, uerſi. ſed hîc mora mulieris, ubi Dyn. Raine. &
24 Alberic.† delictum conſiſtens in faciendo, prout
eſt dolus uerus, grauius exiſtimandum docuerunt
eò quòd conſiſtit in omittendo. l. Diuus.ff. ad ſe-
natuſconſul. Syllan.ubi glo.in uerbo occiſores. Bar.
& Alberic. ſubſcribunt, gloſ. Hoſtien. Ioan. Andr.
Butr. Imol. Abb. & Deci.in cap.primo, de offic. de-
lega.in uerſi. pari pœna. Idcircò concludunt con-
ſenſum negligentiæ in delictis minori pœnæ obno-
xium cenſeri. quod & Diuus Thom. diuinitus, ut
ſolet, docuit cap.primo, ad Roma. cui concluſioni
conuenit Bart. doctrina in l. licèt.§. fin. de pecul. &
ſubſcribit Deci. in l. de quæſtione, in gloſ. in uerbo
obſeruari, nume.xv.ff.de pact. & l. contractus.ff. de
regul.iur. nume.xliii. & xliiij. & ibi Cagnol.nume.
lxvii.& idem Deci. in l.actione.nu.xiii.in v.notab.&
num.xi.& ibi acquieſcit Curt.iun.nu.xviii. uerſi.cir
cà uerò illud quod tangit Iaſ.C. de tranſact. ubi am-
plius concluſionem huiuſmodi potiſsimùm in tu-
tore coniuncto, qui non eſſet factus locupletior pro
cedere ſubijcit. Et pro hac concluſione in non abſi-

milibus factorum ſpeciebus maiores noſtri ex facto
conſulti reſponderunt: Fulgoſ.conſi.xxv.incip.Spe-
ctabilis,cui Deci.ubiq; ſubſcribit, Alex.in cõſi.ciii.
nu.xii.uerſi.& licèt aduerſus dolum,& nu.xiii.in pri
mo, & Iaſ.conſi.ccxix. in ſecundo, nu.ii.uerſi.ii. &
25 uerſi.iij. reſpondetur. † ubi reddit rationem cur li-
beratio tutori relicta etiá cum iuramento nihil quic
quam proficit,cùm aliquid pupillo abeſt, & abſolu
to adeſt, quippè q dolus ipſe culpæ præponderet.d.
l.item ſi obſtetrix.§.i.ff. ad l. Aquil. & Deci. conſil,
clxxviij.nu.iii.& conſi.cxcii.nu.v.in primo, & con-
ſi.cccexviii.nume.xs.in fine, in ſecundo, & Pariſ.d,
cõſ.lxxxiiij.nu.xx.& nu.xsxiii.in primo,&nu.xxxiii.
26 & xxxiiii.apertè concludit † liberationem ipſam tu
tori relictam prodeſſe,q ad dolum præſumptum at-
tinet ex non faciendo, putà inuentarij omiſſione, uel
pupilli pecunias ad honeſtum lucrum non collocan
do,& d.conſi.clxxviij.nu.i.uerſic. tenetur tutor, ubi
plures adducit Deci.ipſe, & conſi.cxcii. nu.ij.uerſi.
tertiò tenetur tutor. & idem Pariſ.cõſi.xlix.nu.xxxv,
in primo, concludit, hoc ipſum in dolo etiam præ-
ſumpto procedere ex contemptu formæ alicuius ſin
gularis iuris in actu ipſo præfiſæ, nume.xlix. & in
conſi.lxxxvii.nu.xsiiij. & conſi.lxxxviij.nu.xl.in pri
mo,ibi cùm dolus conſiſtit in faciendo,ergo aliud ſit
in omittendo, præſupponit. & Grat.remiſſiuè cõſi.
xxxiij.nu.xviii.uerſic. item forſan, in primo Gozad.
conſi.xciiij.nu.xii.& nouiſſimè Craue. conſi.cxciii.
nu.ix.in ſecundo,à qua ſanè ſentẽtia deciſiones om-
nes primæ opinionis ſuprà relatę in primo fundamẽ
to diſcrepare non intelliguntur, dum concludunt, li
berationem ipſam quoad neglecta tutori prodeſſe;
negligentia enim dolum non infert.l.i.§. his quoqua
ff.de actio.& oblig.& c.i.ubi Deci.nu.viii. uerſi.ne-
gligentia uerò,de appell.& glo.in d.c.i.de offi.deleg.
in uer. pari ratione, cùm aliis ſuperius adductis.

Secundò eſtò q dolus præſumptus ex non facien-
do remitti non poſſet, quippè q remiſſionis huiuſ-
modi effectus internę iuris rationi repugnet,& idcir
cò nullius authoritatis eſſe intelligatur.l non dubiũ.
C.de legib.ubi Bar.& Bal.& c.qui reſiſtit,xi.q.i.& c.
cognoſcentes, & c. nam concupiſcentiam,de conſti.
ubi Docto.aduertunt, actum ipſum iuri repugnantẽ
nullius authoritatis cẽſeri.probat tex.in l.Gracchus.
C. ad l.Iuliam, de adulte. ſumpto loco communi ob
oppoſitis, adhuc tamen contendi poteſt,non tàm do
lum præſumptum remitti,quàm doli præſumptionẽ
prorſus auferri. lex enim teſtatoris ipſius atteſtatio-
nem non leuis authoritatis eſſe decernit, & idcircò
in tutoris datione in primis illi deferendum legiſla-
tor ſanxit.§.ex his uerò.in auth.de hæred.quę ab in-
27 teſta.†.& ipſius approbatio ſatiſdationis adminicu-
lum non requirit.§.i.inſtit. de ſatiſda.tuto. in princ.
& l.teſtamento datos.ff.de teſtam.tute.unde licèt mi
noris debitor eius ipſius tutelam ſuſcipere nequeat,
auth.minoris debitor.C. qui dar.tuto.poſſ.ſecus ta-
men cùm teſtator ſciens aliud diſponat, concludit
Bar.in d.auth.minoris,nu.ii.quoniam teſtatoris ip-
ſius approbatio malam omnem ſuſpitionem elidat,
prorſusq; repellat.l.qui autẽ, in prin.ff.ſi quis omiſ-
ſa cau.teſtam.docuit Bar.in d.auth.minoris, nu.xii.
& eſt elegans reſponſum Gozad. conſi.xiii.nu.xi.xii.

& ſeq. Quæ ſanè concluſio naturalis rationis clypeo
fulciri uidetur.l.i.§.ius autẽ,ibi,educatio.ff.de iuſt.
& iure.& l.ſcripto.ff.unde lib.& l.amiciſſimos.ff.de
excuſa.tut. & l.ſi à Furioſo, & l.fin. C. de cura.fur.
cuius rationis contemplatione ſapientiſſimus Salo-
mon ueram à falſa genitrice deprehendit. c.adferā-
te,de præſumpt. & modica adiectione genitus á ge-
nitore diſcerni conſueuit.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.
& quandoq; cauit Cæſar eandem patris & filij perſo
nam cenſeri.l.ult. C. de impub. & l.patris & filij.ff.
de uulg.& pupill.& §.ei qui, inſti. de inut.ſtipul. un
dè innumeri ſuitatis effectus ex hoc ipſo ſtipite ema
nare, Bar.& alij animaduertunt in l. ſi filius, qui pa-
28 tri.ff.de uulg. & pupill.† Quare doli præſumptione
prorſus ceſſante,conſequens eſt tùm ex inuentarij,&
librorum dati & accepti omiſſione, nihil quicquam,
quod nefas ſit,conſiderari poſſe; quippè q defuncti
ipſius concurrat atteſtatio, iuſtam omiſſioni cauſam
omninò tribuens,iuxta l.Titio fundus.ff. de cond.&
demonſt.nec latuit Deci.in d.conſi.cxcii.nu.v.uerſ.
29 & adhoc facit,& d.conſi.ccccxviii.nu.xxii.† Ex quĩ
bus ſequitur,quálibet cauſam, etiam iniuſtã ab ipſo
dolo excuſationem præſtare.l.igitur.§. poteſt.ff.de
liber.cau.& Bart. poſt glo.in l.i.§.uuli, in uer.iuſtia
rationibus.ff.de abig glo.& Bal.in l.i.C.ubi can.ſta.
& uidetur tex.in l.qui negotiationem.§.teſtamento
dati.ff.de admi.tuto.ibi, non cenſetur eſſe in dolo,
qui tutela &c. & ex facto paſſim reſponſum extat,&
quãdoq; deciſum: Alex.in conſi.lxxiij. nu.xiij.in iij.
& conſi.ccxxiij.nu xii.in vi.& conſi.cxxvii.nu.x.in
quarto,Iaſ.conſi.lxxiiij.nu.vi.in primo, Cæpo.cõſ.
viij.nu.viij.& in conſi.xiii.nu.j.Zaſ.cõſi.xxiii.nu.ix.
Bertran.conſi.xvi.nu.xv.in primo, & conſi.lxxxiiij.
nu.i.in ij. & conſi.xxiiij.num.ij.in iij.& cõſi.lxi.nu.
iii.& conſi.cxlix.nu.xi. & cõſi.clxxix.in vii. eo.uol.
& Ioã.de Amicis cõſi.xxviij.nu.xxxvi.&cõſ.xxxvij.
nu.viii.& cõſ.lxvii.nu.iiii.& cõſ.cxxvii.nu ii.Brun.
conſi.xxiii.nu.iii.& cõſ.xxvii.nu.xix. & Io.Baptiſta
de S.Blaſio conſi.incip. Viſo. Alex. Næuus cõſi.xiii.
incip.Legi libellum. & Marſil. conſi.lxii.in fine, &
Pariſ.cõſi.clxxi.nu.xs.in iiij.& conſ.lii.nu.xxxvi. &
& conſi.calix.nu.xviii. & conſ.clxxi.d.nu.xx.in iiij.
uol.Grat.conſ.xvi.nu.xxxvi.in j.& Maria. iun.conſ.
xlv.nu.xvi.in primo,& cõſ.xviii.nu.vii.in ij & cõſi.
xxxvij.nu.xxxiii.& cõſi.xxxix.nu.lxxxvi. eo.uol.ubi
non defuerunt qui hanc ipſam cõcluſionem etiam in
fatua cauſa procedere cenſuerint,aduertit Deci.d.cõ
ſi.cxcii.nu. v.uer.& quia quælibet cauſa,in primo,&
d.conſ.ccccxviii.nu.iij.in ij.& Afflic. etiá in cauſa be
ſtiali,& Caſſiad.deciſum eſſe teſtãtur,ille deci.ccclx.
hic autem deciſ.v. nume.vlii. de cau.poſſeſſ. & pro-
priet. Quamobrem, ſequitur nos eſſe in terminis il-
30 lius regulæ, † quòd dolum alleganti probandi onus
incumbit. l. quoties. §. qui dolum. ff. de probatio.
31 † quemadmodum qualitates omnes in facto cõſiſten
tes, præſertim crimen aliquod continente, ut ſi-
mulatio, dolus, fraus, & huiuſmodi.l. fina. C. de
probatio. & l. iuriſgentium. §. qui dolo.ff. de pact.
ubi Caſtren. Bald. Salicet. & Fulgo. in l.i.ii. & iij.
C. plus ual. quod agit. Butr. Imol. & Abb. in cap.
ad noſtram, de empt.& uendit. & c. illo nos, de pi-
gno.& pertractat Cæpo.de ſimul. contract. & ex fa-

cto non

ćto non ſemel reſponſum extat: Bart. conſi.lxii. in-
cip. Petrus Nicolæ. Alex.conſi.lxii.in quarto. ubi ꝙ
filius tenetur probare dolum. Gozad. conſi.xciiij.
nu.xiii.Grat.conſi.cxl.nu.xv. in ſecundo.cuius ſanè
præſumptionis à qualitate naturali proficiſcētis uir
tus non facilè diſijci poteſt.c. ſi fortè, ubi gloſ. in
uer.diuitias, & uer.ſcientiæ, de elect.in vi. & l. me-
ritò. ff.pro ſoc. & aduertit Ang. in l. ſciendum.ff. de
32 uerb. obligat. † & idcircò probandi onus in aduer-
ſarium transferre ſolet.l.cùm de indebito.ff.de pro-
bat.l.ſiue poſsidetis.C. eod.tit. docuit Grat.d.conſi.
xciiij.nu.xvi.ſublata enim priori pręſumptione doli
in non faciendo ex hac,quæ duplici ex fonte profici
33 ſcitur.l. diuus.ff. de in integ. reſtit.† duplex enim
uinculum concurrens difficilius diſſoluitur. c. pri-
mo de treg.& pace, auth.itaque. C. commu. de ſuc-
ceſſ. & .§.primo in auth.de conſangui. & uter.fratri.
& l.Baliſta.ff. ad Trebel.& Bart.in l. cùm ſcimus.C.
de agricol. & cenſi.& not. omnes in cap.ultimo de
conſuetu. Quocircà Rimin. hanc ipſam rationem
non paruipendendam concludit, loquens de eo, qui
nō confecit inuentarium, & pupilli ipſius pecuniam
penès ipſum eſſe permiſit, in conſi.cccix. in ſecun-
34 do,† & tamē nō idcircò illum ipſum doli reum eſſe,
conuinci,ibi nu.xli.& xvi.nam & in uniuerſum præ-
ſumptum dolum Gui. Pap.diffinit ſing.deci.cùm bo
na fides non adeſt.

Tertiò liberatio huiuſmodi in propoſita ſpecie
potiſsimùm ipſi Andreæ prodeſſe debuiſſet, cùm ho
rum pupillorum bona non attigerit, & idcircò locu
pletationis conſequens nullo modo conſiderari ua-
leat.l.ſi ſeruum.§.ſi modus.ff.de actio.empt.ibi, bo-
nitas fundi, qui non eſt, perpendi non poteſt.l.i.ff.
de uſufruc.l.ii.C. de uſuf.ea. rer. l. eius qui in pro-
uincia, & ibi Deci. in tertio notab.ff. ſi cert. peta.
huius enim explicationis effectum lex ipſa adamuſ-
ſim perpendere ſolet.l.eleganter.§. fin. & l. ſeq. ibi,
lucri tui gratia.ff.de dol.& l.ſi procuratorem.§. fin.
ibi, fortè enim.ff. manda. & uidetur caſus in l.i. C.
35 de hæred. tuto.ibi, niſi lucrum captatum &c.† qui-
nimmo & mendax ceſſante lucri inſpectione quod
ad dolum attinet, reus non intelligitur; quod ex fa
cto reſponſum extat: Alex.conſi.xlvii.num.quinto,
in primo,& Ruin.conſi.viii.nu.v. in quarto uolum.
Quocircà cōcurrentibus huiuſmodi potiſsimùm do
lum ipſum in non faciendo remitti poſſe, maiores
noſtri tradiderunt. Deci.d.conſi.ccccxviii.nu.xxiii.
& prius conſi. cxcii.num.xxiiij.uerſi. ſecus uidetur,
& conſi.clxxviii.nu.iiij. uerſi. ſecus in dolo præſum
pto, & Reuerendiſsimus S. R. E. Cardinalis Pariſ.
conſi.lxxxvii. num.xxiii. & conſi.lxxviii. num.xxi.
36 xli.in primo, dùm concludit, † quòd liberatio non
prodeſt ab ipſo dolo etiam in non faciendo præ-
ſumpto, cùm quid pupillo abeſt, & ipſi tutori adeſt,
putà, ſi tutor celauerit pecuniam à creditoribus exa
ctam. Manifeſta enim diuerſitatis ratio inter hunc
caſum, & illum, in quo tutor locupletior factus ſit,
conſiderabilis eſt, quippè ꝙ tunc non tam dolus præ
37 ſumptus ſit, † quàm in re ipſa, qui dolo ex propoſito
æquiperari conſueuit.l.ſi quis cùm aliter.ff.de uerb.
oblig.ubi Dyn.Bart. & Alex. & Claud.Seyſel.num.
iii.& Bart.in l.fin.ff.de prætor.ſtip. & fuit ſententia
Butr.in c.cùm contingat,de iureiur.uerſi.quartus ca-
ſus, & Abb. uerſi.octauus caſus, poſt Anch.in c. ca-
nonum ſtatuta,de conſti.& uide ſex cōſilia cum plu-
ribus aliis adductis à Decio in conſi.clxxx.& clxxxi.
ꝗ quicquid cenſuerint Ioan. ab Imol.& Alex. cōmu
nem ſententiam atteſtatur,cui ſubſcribunt Pariſ. Go
zad.& Curt. Grat. Caguo. Catus, & Bero. & omnis
recentiorum cohors. cui concluſioni conueniunt
quæ ſcripſit Bart. in d.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.
num.xxiiij. uerſi. quæro qualiter.ff. pro ſocio, & in
c. quintauallis, de iureiur. ubi Butr. & Abb. At ubi
lucrum tutori nullo pacto poteſt obiici, ſecus eſt.
d.l.eleganter.§.ult.& l.ſeq. & d.l.ſi procuratorem.§.
ult.quod in ſpecie Fulgo.ipſe reſpondit in d. conſi.
38 ciii.incip. Notabilis uir. † Quocircà ſiue ſimplici-
ter conſtituamus dolum præſumptum ex non fa-
ciendo remitti poſſe; quod receptiſsimum eſſe ſupe-
rius oſtendi, ſiue aſſeramus idipſum fieri quòd doli
ipſius præſumptio remiſſa intelligatur, conſequens
eſt, liberationem ipſi Magnifico D. Andreæ relictā
illi quàm maximè profuturam intelligi, quòd nulla
prorſus uigeat ſuſpitio eum ipſum uel obolum ipſo-
rum pupillorum extorſiſſe, unde inſuſurrari nequeat
rationem illam naturalem tranſgreſſum fuiſſe.l.nam
hoc natura.ff. de condi.indeb.c.locupletari. de reg.
iur.in vi.ubi Dyn.Anch.& D. Mant.quod & Craue.
reſpondit conſi.cxciii.num.ix. ubi licèt referat ipſius
Dec. mentem hanc ipſam fuiſſe, hanc concluſionem
ita demum procedere, cùm dolus ipſe præſumptus
ſit ex non faciendo, & tutor coniunctus ſit,nec locu-
39 pletior factus;† tamē in mēte ipſius Deci.ſcopus hic
fuit, ſi quis illam ipſam introſpiciat, ut tutor ipſe lo
cupletior factus non ſit. d.l. nam natura, & d.c.locu-
pletari, quod potiſsimùm procedere debeat concur-
rente & naturali, & legis uinculo. d. auth.itaque, &
§.ult.inſtit. de iure natu. gent. & ciui. quod & idem
Deci. exprimere uidetur in d. l. contractus, & d.l.
actione, & conſil. ſuperius allegatis, quem profectò
ſufficit non aſſerere hanc ipſam ſententiam aliter lo
cum non habere. argumento.§. affinitatis, inſtit. de
nupt. ne aliàs repugnantiæ nomine notari poſſet.l.
nam ad ea.ff. de condit.& demonſtr. Sed eſtò quòd
adhoc ut procedat huiuſmodi concluſio,cōiunctio-
nis qualitas requiratur, alia tamen ratione id pro-
cedere conſiderari poteſt,nempè quòd teſtator mo-
res illius perſpectiores habere intelligatur.l.Octaui.
ff.unde cog.Andr.de Iſer. in c.i.de ſucceſſ. feu.circa
fin.& Guid. Pap.d.conſi.xlii.num.vi. quocircà om-
nis doli ipſius præſumptio excluſa cenſeri debeat,
ut tradunt omnes in d.l.tranſactione.C. de tranſact.
quam rationem adducit Deci.in d.conſ.clxxviii.nu.
iiij.in prin. quod potiſsimùm in præſenti ſpecie pro
cedere debet, cum atteſtetur defunctus de quolibet
relicto tutore ſeipſum confidere, unde eadem iuris
ipſius diſpoſitio uigere debet, argumento.l.adige-
re.§. quamuis.ff.de iur.patro.& l.illud.ff.ad l.Aquil.
& docuit Bart.in l.tutelas.ff.de capi.dimin. Ani-
maduertat ergo prudentia iudicare debentis in hoc
ipſo negotio potiſsimùm perpendendum eſſe, ne
quid abſit ipſi pupillo, & tutori adſit, ut ex men-
te Bald. docuit Guid. Pap. in d.conſil.cxli. & cxlii.
Iaſ. d. conſil. xiiii. in tertio, & Guilelm.de Lud. in

ſing.xxviij. adducens glo. in l. quid ergo.§. contrarium.ff.de bono.poſſeſſ.contra tabu. Ex quibus omnibus ſimul ſanè coniunctis, quod Iureconſulti, & Rethores non ſolùm in ſtatu coniecturali, uerum etiam in quacunque forenſi cauſa perpendere ſolẽt, ſatis liquidò conſtat, hos ipſos Magnifici D. Andreę filios, & hæredes prorſus abſoluendos eſſe, intelligi debere.l.ij.§. ætas.ff. de excuſat. tuto. ubi Alberi. & Caſtr.& c.ueniens, de teſtib.& l. rationes.C. de fide inſtrum. cum alijs pluribus breuitatis cauſa conſultò omiſsis.

Non obſtant ea, quæ ſuperius adducta fuerunt in contrarium, quoniam ad primum ſolutio clara exiſtimatur. quippè quòd deciſiones illę quòd liberatio non proſit tutori doloſo, procedunt in eo ipſo dolo,
50 qui in committendo conſiſtit; † longè enim maior
exiſtimatur.glo.in uer.occiſores, in d.l. Diuus.ff.ad ſenatuſcon.Syllan.& ibi Bar.& omnes in d.c.i.de offic.deleg. & ideò quod uulgò circunferri ſolet, futurum dolum remitti non poſſe, in hoc procedit, nempè in dolo uero in non committendo conſiſtente, non autem ex præſumpto ex non faciendo, omni potiſsimùm locupletationis ratione ceſſante. & quamuis remiſſa quædam culpa ualeret, illa quidem non uerſutiæ, ſed deſidiæ adſcribi debet, ut iuris ratio dictat. Bar. in d.l.quod Nerua.nu.xvi.uerſi. ad primum dico, quod leuis culpa, & Roma.conſi. ccccxxvi.no.iiii.& Gozad.d. conſi.xviii.nu.v.& Cagno.in d.l.contractus, nu.cxiii.& cxiiij. quare ex diuerſis nõ rite ſolet inferri. uulg.l. Papinianus exuli. ff. de minorib. & l. ſi maritus.ff. de donat. inter uir. & uxo. & exp. cùm contingat, de offic.deleg. quod egregiè concludit Bertrand. conſi.lxxx.nu. primo, in ſecundo uolum.

Secundò non obſtat ſecunda ratio, quoniam ſuperius in ſecundo fundamẽto ſatis illi reſpõſum fuit, nempè quòd non tàm dolus præſumptus remitti dicatur, quàm doli præſumptio, quo caſu contra legẽ teſtator nihil quicquam diſponere, ſed præter legẽ
42 intelligitur, † ut in non abſimili argumento Gozad.
reſpondit conſi.xviii.nu.x. ubi non priuari matrem tutela, quamuis in ſecunda uota trãſierit, ſi idipſum teſtator pręceperit, egregiè concludit: idcircò ipſius Decij concluſionẽ de qua ſuprà in primo fundamento, hoc pacto intelligendam exiſtimo. quã profectò declarationem probant deciſiones illæ, in quibus concluditur etiam iubente teſtatore tutoria arbitrio ſeu conſcientiæ non eſſe acquieſcendum, ſi dolus oſtendatur, & idcircò quòd ad dolum præſumptum liberatio ipſa proderit ratione prædicta. quas ſanè deciſiones retuli ſuprà in quarto argumento. & eandem declarationem comprobãt deciſiones ſuprà relatæ in primo argumento. præſumpti enim doli uirtus, ipſius defuncti atteſtatione ſublata cenſetur, tametſi tutor circumſpecta diligentia uſus non uideatur, quæ leuis potius culpæ exiſtimari debet, ut docuit Bar. in d.l.quod Nerua, nu.xvi. uerſi.ad primũ, & Roma.d.conſi.ccccxxvi.nu.iiii.& uidetur intentio Guid. Pap.d.deciſ.dxix.& Bertrand.d.conſi. xxviii.nu.xi.in primo, & cõſi.xxi.nu.i.in ſecundo, & Grat.d.conſi.cxl.nu.iiii.in ſecundo, & Gozad.cõſi.
43 xciiij.nu.xii.ubi inquit, † inuentarij confectionem
poſſe remitti, nec idcircò dolum ipſum præſumi, & Rimin.cõſi.cccix.in ij. nu.xii.& nu.xiiij.ubi conſiderat ipſius defuncti atteſtationẽ, doli præſumptionẽ adeò extirpare, ut procedat, quamuis tutor anteà pauper, finitæ tutelæ tempore diues reperiatur.& reſpondit Alex.conſi.lxii. nu.iii.in ij. & in conſi.lxii. nu.iii.in quarto, & Gozad. hanc eandem declaratio-
44 nem probare uidetur.d.cõſi.xviii.nu.xi.† & ideò cõ
tra tutorem, qui inuẽtarium ex remiſsione defuncti non confecit, in litem iurari non poſſe; quippè ꝙ ipſius doli ſubiectum nõ conſiſtat.d.l.ſi ſeruus.§.ſi modum, præſumptio.n.huiuſmodi ex omiſsione cõſurgens, euidentiæ rei prorſus cedere debeat, ne aliàs quia ferula percuteretur.c. fraternitatis, de frigi. & maleficia. & docuit Afflict.deciſ.ccclx. nu.iiij.& v. Nec urgẽt animaduerſa in d.§.arbitrorũ, & d.c.quintauallis, quoniã illa procedũt, ubi dolus re ipſa ſit in faciendo ex ipſa læſione proficiſcens, at in propoſita ſpecie ſecus eſt, ergo &c. d.l.Papinianus. Nec urget caſus in d.l.i.C.de uſufr.& l.ſcire, in ſecundo reſponſo.C.ut in poſſeſſ.legato.quoniam non negant iura, quin dolus præſumptus ex non præſtitæ cautione ab ipſo teſtatore remitti poſsit, ſed dicitur non poſſe remitti cautionẽ huiuſmodi, cuius rei euidẽs ratio eſt, ꝙ dolus futurus idcircò remiſſus intelligeretũ, quod abſurdiſsimum eſt propter ipſius proprietarij detrimentum, actionis ope omninò deſtituti.l. ſi pupilli. §.uideamus.ff.de negot.geſt.

Non obſtat tertium, quoniam quamuis Magnificus D. Andreas à tutela ceſſauerit, tamen donec ad amuſsim non probetur illum ipſum conſultò deſijſſe, dolosè, & ex propoſito ſuper oriẽs ex teſtatoria affectione calor uigere intelligitur, ut nihil quicquã ſubdolè actum exiſtimetur, quemadmodum cùm recuſanti tutelam nihil obiici poteſt, cùm monitus non fuit.l. ſi legatarius, ubi Alex. num.iiij.C. de lega. & auth.hoc amplius.C.de fideic.Deci.d. conſi.clxxviij. nu.iiij.propè fin.in primo, & Pariſ.in conſi.lxxiiij. nu.xxviii. in primo uolum.

Minus obſtat quartũ cùm eodẽ modo reſponderi poſsit, nẽpè defuncti ipſius atteſtationem dolum ceſſationis prorſus purgare, quod cùm ipſi iuri cõmuni conueniat, debebit etiam liberatio huiuſmodi ad hæredes protendi, ob quam nec defunctus tutor conueniri potuiſſet, cùm huius deſidiæ culpa in hæredibus ipſis nullo modo conueniat.l.curatoris.C.de nego.geſt.l.i.ubi glo.& l.ii.in uer. poteſtis. C. de hæred.iur.& Cagno.in d.l. contractus.nu.lxxxiiii. & reſpondit Roma.cõſi.ccccxiii. nu.xiii. & ideò apparet quemadmodũ nulla tacita conditio ſubintelligi debeat, quin hæredes Andreæ à teſtatore relicta liberatio iuuare poſsit, licèt ſecus ſit in caſu Fulg.d.cõſi. ciii. ubi dixerat teſtator ſe legare ſummam debito æquiualentẽ, in qua ratione tutelæ condemnatus fuiſſet, nam eo caſu teſtator nõ dicitur tollere præſumptionem doli, ſeu dolum ipſum, quod aduerſus iuris diſpoſitionem fieri non poteſt.d.l. ſi unus.§. illud. Patet igitur ex liberatione ipſi Andreæ facta, hæredibus quoque ipſis prorſus conſultum intelligi.d.l. hæredem.ff.de reg.iur. cum ibi alleg. à Deci.& Cagno.& l.ueteris.C. de contrahen. ſtipulat. cum alijs eiuſmodi.

Quod ad ſecundũ attinet, prima facie dicendum
uideretur, liberatione ceſſante nullo pacto ipſius D.
Andreę hęredum cauſam poſſe defendi, quoniam tu-
toribus hoc ipſum onus ex legis diſpoſitione immi-
nere receptum ſit, ut quam adminiſtrationis rationẽ
cæteri negotiorum geſtores reddere debent, ipſi
46 quoque referre teneantur. † tex. eſt in tutore in l. j. §.
officio. ff. de tute. & ratio. diſtrah. ubi Iacob. ab Are.
& poſt eum Bald. aduertunt, in quocunque alienorũ
negotiorum geſtore deciſionem illam protendi. glo.
in c. quia contigit, de religio. domib. in uerbo ſin-
gulis annis, & uer. tutorum, cui etiam ſubſcribunt
Hoſti. Io. And. But. & Abb. & Caſt. in l. cùm ſeruus,
ubi glo. in uerbo nõ rectè, & in l. Iulius Paulus. ff. de
condi. & dem. & Bar. in l. creditor. §. inter. ff. de libe.
lega. & in l. aduerſus. C. de admi. tuto. colligunt om-
nes, & in l. ii. ff. de neg. geſt. Idem quoque in eo, qui
pro tutore ſeſe geſſerit, reſcriptum eſt. l. i. C. de eo
qui pro tuto. & l. tutorem. C. arbit. tute. & ex facto
ſæpius reſponſum extat: Caſt. conſi. ccxxvii. num. ij.
in ii. poſt Bal. in cõſi. cxvii. in ii. & Rom. cõſ. clxviii.
nume. v. Socin. ſen. conſi. ii. in primo, & conſi. ccliiii.
in ii. & Deci. d. conſil. cxcii. in i. & conſil. clxxviij.
in l. in prin. Ruin. conſi. lxix. nu. iii. in prin. in ſecun-
do. Grat. conſi. cxli. nu. primo, & conſi. cv. num. x. &
conſi. xxi. nu. lv. in primo. Quinimmo etiam in tuto-
re coniuncto, prout in matre, & proximioribus idẽ
reſponſum extat: Anchar. conſi. cccxvi. nu. iij. Go-
zad. conſi. xvii. nu. xx. Pariſ. conſi. lxxxvii. num. xv. &
xvi. & conſi. xxi. num. lv. in primo, Dec. cõſ. cccxlix.
nume. ix. uerſ. in tertio dubio, & in fratre tutore, Ro-
man. conſi. ccccxiiii. Abb. conſ. xii. uerſ. capio nunc,
in primo. Deci. d. conſi. clxxviii. & in auo loquitur
Rui. conſi. cxii. nume. ii. uerſ. & ſimiliter in v. In pa-
truo, Cuma. conſi. lxxxvii. in prin. & Deci. ſubſcribit
d. conſi. clxxviii. In uitrico quoque Ruin. reſpondit
conſi. xciiii. nu. vi. in v. Quam ſanè obligationem hæ
redes quoque ipſos comprehendere nemini ambi-
gendum exiſtimatur. d. l. ueteris. d. l. hæredem, &
Bal. d. conſi. cxvii. in ſecundo, & Rom. conſ. ccccxiii.
nume. ii. quocircà concludendum uidetur ipſius An
dreæ hæredes, qui coniunctus non erat, hanc ipſam
adminiſtrationis rationem reddere compellendos
eſſe. gloſ. in d. c. quia contingit, de religio. domib. in
uer. ſingulis annis. & Alex. conſ. i. nu. iiii. in v. plureis
deciſiones adducit.

Secundò pupillorum ipſorum cauſam iuuare ui-
47 detur † quòd D. ipſe Andreas deſes omninò fuerit
in proponenda excuſationis ipſius rationem ob
numerum ſeptem filiorum. l. ii. ff. de excuſat. tuto. &
l. unica. C. qui num. libe. & idcircò lapſis quinqua-
ginta diebus, legis ipſius auxilium neglexiſſe intel-
gatur. l. quinquaginta. & l. teſtamento tutor. C. de
excuſat. tuto. & in l. iiii. §. hoc autem. ff. de damn. inf.
48 † legiſlator enim uigilantibus, & non lethargia la-
borantibus ſuccurrere ſolet. l. fin. §. & ſi præfatam. C.
de iure delib. & l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. qui-
nimmo & poſt ipſius tutelæ agnitionem inexcuſabi
lis eſſe uidetur. arg. l. ii. C. de iure delib. & c. cùm ue-
niſſent, de conſti. & l. ii. C. ſi tut. Agnouiſſe autẽ inde
patet, quòd legatum ab ipſo teſtatore relictum fra-
tribus Sancti Auguſtini perſoluerit, ex modico nan-
que actu adeuntis hæreditatem animus deprehendi
conſueuit. l. pro hærede, & l. gerit, ubi Bart. ff. de acq.
49 hæred. & l. ſi duo, eo. tit. † ita & tutela ipſa agnita in-
telligitur. l. filiusfamil. §. agnouiſſe, ibi, aut omninò
tutelam attigit. ff. de tute. & l. ita aũt. §. geſſiſſe. ff. de
admi. tuto. tutelæ aut ipſius contemplatione legatum
huiuſmodi perſolutum fuiſſe, iam inde colligi poteſt
quòd hoc ipſum onus ſubire Andreas ipſe compelli
poterat. l. qui negotiationem. ubi Bar. ff. de admi. tut.
& plura adducit Deci. in d. conſi. clxxviii. uerſic. &
50 quia cum, † & idcircò inuentarium conficere tene-
batur, ne aliàs aduerſus illum in litem iurari potuiſ-
ſet, aut ueluti ſuſpectus ab ipſa adminiſtratione re-
pelli. de primo eſt tex. in d. l. tutor qui repertorium.
ff. de admi. tuto. & d. l. tutores, la ii. C. eod. tit. & in l.
ult. §. pen. C. arbit. tut. de ſecundo eſt caſus in l. tutor
quoque. §. tutores. ff. de admi. tuto. & d. l. i. §. officio.
ff. de tute. & ration. diſtra. Bar. & poſt eum alii in d.
l. tutor qui repertorium, aduertit Dec. in conſiliis ſu-
perius adductis, & nuper Alba conſi. xxi. num. vii. &
quandoq; deciſum extat: Gui. Pap. deciſ. cccxxx. &
51 Afflict. deciſ. ccclx. nu. primo. † Librum quoq; con-
ficere tenebatur, in quo & accepta, data, & relata cõ-
tinerentur. d. l. i. §. officio, & d. l. ſi quis ſub conditio-
ne, & l. quamuis. ff. de condi. & dem. & l. ſi ſtatuliber.
§. ult. ff. de ſtatulib. quod Bar. admonet conſ. cl. incip.
Cùm examinarem. & Socin. ſubſcribit conſ. cxlix. in
i. uol. & conſ. cxc. in ii. alioquin lex ſubdolè id actum
exiſtimat. Grat. conſi. xxiii. nu. ix. & xiiii. in i. Gozad.
conſi. xvii. nume. ix. Afflic. d. deci. ccclx. nume. iii. &
poſt omnes Soci. iun. cõſ. cxlviii. nu. v. in i. poſt Bart.
in d. conſi. cl. nume. vii. & Ruin. conſi. xxix. num. x. in
ſecundo, eo nomine in litem iurari poſſe concludunt
aduerſus huiuſmodi omittentes. & in matre Gozad.
52 reſpondit conſi. xvii. nume. iii. & iiii. † nempè illam
idcircò à tutela repelli poſſe, tametſi adminiſtratio
nõ interdicatur, ac recuſetur. quod Capi. cenſuit de-
53 ciſ. l. nume. ii. † cuius ſanè libri confectio à teſtatore
remitti non poteſt, ut concludit Ruin. conſ. lxix. nu.
ix. in fine. uerſ. quinimmo, & nume. xiii. uerſi. & ſicut
in ii. & conſi. xcvii. nume. vii. uerſic. ſecundò confir-
54 matur, in v. † Nam quòd inuentarii ipſius confectio
ab ipſo teſtatore remitti poſsit, ea ratione inductum
exiſtimatur, ne fortè pupilli paupertas pandatur. l.
ij. C. quib. & quan. quar. pars. lib. xii. ſed cùm libri hu
ius datorum, & acceptorum confectio ad puppilli ra
tiones pertineat meliores reddendas, conſequens eſt
ab ipſo teſtatore remitti nõ poſſe. Rui. d. conſi. xcvii.
nume. vii. uerſ. item & d. conſi. lxix. nu. x. nam remiſ-
ſionis huius libri diſpoſitio dolũ uerum prorſus in-
cluderet, & idcircò delictis occaſionem præberet, un
de nulla intelligi debet. l. conuenire, & d. l. ſi unus. §.
illud nulla. ff. de pact. & in dicta cautione de utendo,
55 & fruendo, idem ſuperius oſtẽdi. † tenebatur etiã pu
pillorum pecuniam ad honeſtum lucrum collocare.
l. ita autem, in princ. ff. de admin. tuto. Iaſ. d. conſil.
xiiii. in tertio, Bertrand. d. conſi. liii. in ſecũdo, Dec.
d. conſi. cxviii. uerſ. tertiò tenetur, & Rui. conſi. cxii.
nume. xx. & nume. ii. uerſic. & ubi etiam, in v. Quod
cùm non fecerit, cùm hodie uſuræ ꝓhibitę ſint ſecun
dũ diſpoſitionem iuris Pontificij in cap. ſuper eo, &
cap. quia in omnibus, eod. ti. de uſur. & c. quanquàm
eod.

eod.tit in vj. Quæ ſanè ratio in argumento peccatū
ipſum concernente,etiam in ditione Cæſaris prǣua-
let.d.c.poſſeſſor,de reg.iur.in vj.ubi glo.in princip.
uer. in his autem,& ibi Ancha.nume. viii. & aduer-
tunt omnes in c.i.& ii.de no.ope.nun.& pertractaui
diffuſius in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. poſt
Deci.& Bero.in tertio & quarto caſu diſtinctionis
56 Panormit.† ad intereſſe ſaltem teneretur,ut conclu-
dit Ruin.d.conſil.caii.nume.iii.poſt Deci. d.conſil.
57 claaviii.in fine.† & plura alia onera tutoribus in-
cumbētia refert Ponta.cōſ.ccccxiii.& conſ.ccccxxv.
58 † & idcircò legitima dictat praxis illicò in libello pe
titionis redditionis adminiſtrationis , tutorem ip-
ſum ad inuentarij,& libri rationum editionem poſſe
compelli.Caſtr.conſi.ccaavii.nu.ii.in ſecundo. An-
cha.d.conſi.cccavi.nume.iij.uerſ.hoc enim eſt. Ro-
man.d.conſi.ccccxiii.nume.iii.& Dec.d.conſ.clxx-
viii.nu.primo uerſ.ſecundò requiritur.& cōſi.cxcii.
nu.ii .Grat.d.conſi.xaiii.num.vii. in primo,& cōſ.
cv. nu.x.in ij.& Soc.iun.d.cōſ.calviij.nu.vj.& ij.in j.
59 † & de neglectis,inutiliteruè,ac damnosè geſtis cōdē
nari potuiſſet.l.fi.C.ſi tut.uel cura. l.ſi bonam.C. de
admi.tuto.l.pupillorum,& l.ſi tutoris , & l.lex, quæ
tutores.§.& tolerabilius,ibi,ſiue negligentia eo. tit.
& l.i.C.de pericu.tuto.& l.ſi pupillares, eod.tit.& l.
ii.C.de ſuſpec.tuto.& l.ii.C.arbi.tute.ibi,uel mani-
60 feſta negligentia. † de dulo enim , lata , & leui culpa
tutorem teneri receptiſsimum eſt,nec iuris ambigui
exiſtimatur.l.ii.& l.quicquid.C.arbit.tute.& l.tutor
qui.§.cōpetit,& l.etiā contutoris,& l.ſi tutor , & l.tu
tores.§.tutor qui.ff.de admi. tuto.& l.fi.§.fi.C. ſi tut.
non geſſ.& l.curatori.C.de negot.geſſ.& Bar. in d.l.
quod Nerua.q.a. Dec.&Cagn.in d.l.cōtractus.Alex.
conſi.xlv.nu.i.& Gui.Pap.d.deciſ.dav.& Rui.conſi.
lxx.num.iii.in quarto.Quę cùm eiuſmodi ſint, & D.
ipſe Andreas tutelā adminiſtrare ceſſauerit, & idcir-
cò doli reus eſſe intelligatur,ut gloſ.aduertit in d. l.
ii.C.de hæred.tuto.in uer.poteſtis.iuris rationi con-
uenit à die,quo tutelam ſibi relictam eſſe ſciuerit,ut
pupillorum indemnitati obnoxius ſit.l.& ſi ſciſſet,in
glo.i.& l.tutor,la i.C.de admi.tuto.& l.i.C.ſi tut.uel
cura.& d.l.quinquaginta,& d.l.teſtamēto, C. de ex-
cuſat.tuto.& l.i.in prin.ff.eod.tit.& d.l.quidam de-
61 cedens.§.ult.& Rui.conſi.cviii.nu.xv.in i.† ubi con-
cludit,quamuis ante decretam ſibi tutelam tutor ad-
miniſtrare non debeat,attamen ſi ſciuerit ſeſe teſta-
mento datum tutorem ; & ſe ipſum,ut ſolet.l.i.§.ult.
ff.de confir.tuto.confirmari neglexerit , uel excuſa-
tionem ipſam non allegauerit.d.l.quinquaginta,& l.
teſtamento.C.de excuſ.tuto.ita omninò ac ſi admi-
niſtraſſet,illum ipſum pupillorum indemnitati ob-
noxium eſſe. arg.l.qui facere poteſt.ff.de reg.iur. &
d.§.& ſi præfatam,cum animaduerſis ibi per Bal.Sal.
& Iaſ.ſuper uerbo hæreditariis,& reſpondit Ruin.d.
conſi.laaai a.nu.viij.& hæc profectò eſt actio,quam
tutelæ quaſi contractus producit.l. ea maleficiis. §.
tutores.ff. de actio. & obligat. & Ruin. conſi. aeii.
nume.vi.in v.cui profectò obligationi ipſius defun-
cti tutoris hęredes obligati cenſentur.l.omnes tuto-
res,& l.ſi defunctus,in prin.& l.pen.C.arbit.tute. &
62 d.l.i.& l.ii.C.de hære.tuto.† quamuis,ut ſuperius cō
cluſum fuit, à leuis culpæ præſtatione tueri poſsint.
d.l.curatoris.C.de negot.geſt.ubi Accurſ. innuit in
d.uerſi.poteſtis, hæredes ipſos ex defuncti ceſſatio-
ne teneri, quippè quòd dolum , latamúe culpam illa
ipſa contineat.

Tertiò idem confirmari poteſt quòd nihil referat
undecunq; tutor tutelam ſibi decretam ſciuerit. d.l.
quidā decedens,in fine , ſcientia uerò in caſu propo-
ſito clarè deprehenditur, quòd legatum illud fratri-
bus ſancti Auguſtini Andreas ipſe perſoluerit,in cu-
ius receptionis documento teſtamenti relatio facta
proponitur,unde & ſcientia ipſa prorſus præſuppo-
nitur.arg.l.i.§.legi.ff.de his quæ in teſtam. delen. &
c. cùm Marthæ, de celebrat.miſſæ. ibi, ſi canonis te-
norem inſpexiſſes.& Alea.d.conſ.cxviii.& Craue.d.
cōſ.caciii.nu.vii.in verſ.Itē ſi,in ij. vix. n.eſt,q̄ cęte-
ri tutores q̄ cōiunctim tutelā adminiſtrare debebant
idipſum illi nō patefecerint,ut & ipſe oneris parti-
ceps fieret.contingit enim , ut cùm quilibet non li-
benter bonorum ſuorum periculum ſubeat. c. ſuper
hoc,de renuncia.& l. Cāpanus.ff.de ope.liberto.eos
ipſos D.Andream interpellaſſe,ut oneris ſumma eo-
63 rum humeris iniuncta diminueretur , † & idcircò
quod fieri ſolet , iuris præſumptione iuuatur.l. certi
conditio.§.ſi nummos,& l.certè. §.fin. ibi, quotidie
enim.ff. de precar.& c.i.de cleri.non reſid.ubi Abb.
nume.iiij.& cap.Hoſius Epiſcopus, nu.iiii.de elect.
Cyn.Bal.Ange.Fulgo.& Sali. in l. neque natales. C.
64 de probat.in glo.ult. † cui argumento etiam in malo
præſumendo locus eſſe conſueuit,ut docuit Abb. d.
c.Hoſius Epiſcopus,nume. vi. idque potiſsimùm in
propoſito caſu,quoniam tutores huiuſmodi uериſi-
militer iuſſerint Andream ipſum legatum hoc per-
ſoluere,ſi motu proprio id nō egerit & idcircò, cùm
huic actui ſolutionis ſcientia obligationis adnexa
fuerit,nulla diſiunctio probabilis eſſe poteſt. l.cū
actum.C.de neg.geſt.ubi Bar.&Caſt.nu.iii.& c.tran
ſlato,de conſti.ubi Bal.But.Abb.&Dec.nu.ii.& iij.

Quibus tamen , & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum uerius eſſe exiſtimo , quod ipſum pluribus
rationibus,iuribus , & authoritatibus probari poſſe
65 oſtendo.& primò † quòd dolus ipſe nunquàm præ-
ſumi ſoleat, ſed illum alleganti probandi onus incū-
bit.l.quoties.§. qui dolum.ff.de probat. & l. dolum.
C.de dol.& l.ult.C.de probat.& l.qui accuſare.C.de
eden.& reſpondit Alex.conſi.lxii.in quarto.& Go-
zad.conſi.aciiii.nume.atii & Grat.conſi.cxl. nu. xv.
in ſecundo. Nec mirum eſt.cum naturali ipſius in-
nocentiæ repugnet.d.c.ſi fortè,ubi Glo.in uer. diui-
tias.& in uer.ſcientiæ,de elect.in vj.& d.l.meritò.ff.
pro ſoc.& l.i.§.ius autem naturale.ff.de iuſti. & iur.
& l.ſi ſeruus ea lege.ff.de ſer.aſport. & docuit Ange.
in d.l.ſciendum.ff.de uerbo.oblig.nume.iiii.v.& vi.
66 † Cæterùm,cùm ea ſit præſumptionis uirtus,ut pro-
bandi onus in aduerſarium transferat.d.l.cùm de in-
debito, & l. ſiue poſsideris. C. de probat. & ſummi-
ſtæ tradunt Goffre.& Hoſti.in rubr.de præſumpt. &
pertractat Alcia.in prælud.tract.pręſumpt. in diffi-
nitione præſumptionis iuris,& uidit Grat.in d.con
ſil.xciiii.nu.xvi.conſequens eſt,ipſius Andreæ ignó-
rantiam potius probabilem eſſe, ne aliàs ſubdolè cū
ſibi iniunctum onus neglexiſſe intelligeretur. l. ue-
rius.ff.de probat.& d.l.meritò.ff. pro ſoc. & l. ſuper
ſeruis.

ſeruis.C.qui mil.non poſſ.lib.x.& c.præſumitur, de reg.iur.in vj.& gloſ.in c. i. de puſtul. prælat. in uer. allegans.& Bart. in l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſat. &
67 Bald.in l.i.C.de temp.appel.† concludunt, præſertim in facto alieno, ignorantiam præſumi. Butr. & Abb.in cap.qui illorum. de ſent.excomm.& ſuadet Pontificij iuris benigna quædam interpretatio, factũ alienum benignius intelligentis.c.unico.de ſcrut. in ord.facien.ubi glo. Bu.& Abb.& c.ult.de præſump. ubi Feli.uariis modis ampliat,& Pontificiæ authoritas Chryſoſtomi interpretationem quod ad dictum Bedę attinet, apertè probat.c.eſtote miſericordes, de reg.iur.in antiq.unde rationi conuenientius ſit, pręſumi debere hunc ipſum D.Andreã tutelæ onus ſibi delatum neſciuiſſe,quod pertractat Soci.in trac. fallen.reg.clxxvi.& ex facto reſponſum extat: Rom. conſi.cccciii.nu.xvi.Alex.conſi.cxci.num.iii.in vii. & conſi.clxix.nu.ii.in ii.Corn.conſi. ccxix. in litera
68 M.in ii.† ubi concludit ex huiuſmodi ignorãtiæ reſtitutionis beneficium non abnegari,& Socin.conſi. ccxiiii.quod & Alex.uidit conſ.lxxi.nu.iii.in primo Gui.Pap.conſi.lxxxviii.in fi.& conſi.cxxxvii.in fin. Aſflic.deciſ.xxxvii.Socin.d.conſi.ccxiiii.in uerſi.in hac.& conſi.cclxiii.uerſ.ſed poſt. Alex.d.conſi. lxix. nume.viii.in primo,& conſ.ccxv.nu.vi.in ii.& conſ. iii.nume.ii.in tertio,& conſi.xii.nu.v.eo.uol. & Pariſ.conſi.xii.nu.lxxvii.in ſecundo,& conſ.xxxiii.nu. xxxvi.in tertio,& conſi.xcix.nu.xxxi.eod.lib.& cõſi. cxlvii.nu.cii.in primo,& Grat.cõſ.i.nu.xliii.& cõſ. xxxvi.nu.xxxix.& conſi.xlix.nu.iii.& conſi. xci. nu.
69 xxviii.in primo,† & idcircò quemadmodum ea,quę modici ſunt præiudicij iuramento probantur.l.the-
70 ſaurus.ff.ad exhib.† ita & cùm ignorantia præſumatur, iuramenti præſumptio huiuſmodi rem fulciri debet.c.ut circà, & c.nulli,de elec.in vi. & c. ſi uerò de ſent.excomm.& l.ſi cui.§.iiſdem,ubi Bart.nu.iii. aduertit.ff.de accuſat.& reſpondit Rom. conſi.cii.& Alex.conſi.lxix.nu.primo in vii.& conſi.lxxl.nu.v. in primo,& cõſ.cxviii.nu.x.in ii.& Bart.conſi.xxiii. & Pariſ.conſi.xxiii.nu.cccxx.& conſi.xcv.nu.vi.in primo,& uidetur caſus in ſpecie in d.l.hoc autem.ff. de admi.tuto.& innuit d.l.quidam decedens.§. ult.
71 iuncta.l.qui iuſſus.ff.eo.tit.† nempè pupillũ ipſum ſcientiam allegantem, eam ipſam probare debere. Bar.Bald.& Sal.in l.ſi tutor.ubi Bar.uerſ.uel melius
72 dicit.C.de pericu.tuto.† dum enim ibi dicũt, ſcientiam præſumi in his,quę palàm nota ſunt,putà, ſi teſtamento datus tutor interfuiſſet, uel ei denunciatio
73 facta proponeretur,ijs ceſſantibus,† quia facti ſunt illa omninò ꝓbari debẽt.l.in bello.§.facti.ff.de exp. & poſtli.reuerſ.& c.cùm ad ſedem.§.nos uerò.de reſti.ſpo.& l.i.§.deieciſſe.ff.de ui & ui arma. & l.conſilio.ff.de cura.furio.& cap.cùm in iure, de officio deleg.ignorantia præſupponi debet,ut aduertit Accurſ.in d.l.& ſi ſciſſes,in glo.i.& Dyn.Ancha. & recent.Patau.in cap.præſumitur,de regu. iur. in vi. & ſtante etiam temporis diuturnitate non præſumitur notificatio nec ſciẽtia,etiam neceſſaria ad actus ualiditatem.Rui.poſt eos quos adducit conſ.lxii.nu. xxi.in vj.lex enim inquit: Ignorantiã nolumus obligari, ſed ſcientiam. d.l. & ſi ſciſſes, in ſecundo reſponſo,& l.ult.C.de decret.ab ordi.facien.& l.generali.C.de tabular.lib. x.& l.i.circa finem. C. de fal.
74 mone.& l.Methrodorum.ff.de pœn.† & ideo ei,qui ignorat, præſcriptio non officit, ut docuit Alex.conſil.lxiii.nu.xv.& xx.in iiii.unde ille ipſe,qui ignorat negligere non exiſtimatur.d.l.ult. §. & ſi pręfatam. C.de iur.delib.& Alex.conſi.cxvi.nume. iiii.in v. & in ignorante dolus conſiderabilis nullu pacto cenſetur, quippè quòd dolus ipſe corruptum conſenſum præſupponit.l.ſi per errorem,ff.de iuriſd.om.iud.& l.i.§.i.ff.de dol.& l præſcriptione.C.ſi cont. ius uel util.pub.& cap.ſuper literis,de reſcrip.ubi aduertũt Docto.eſſentialem differentiam inter obreptionem doloſam,& ſubreptionem imperitam,quod nec Gratum ipſum latuit conſi.xcix.nu.iii. in primo uolu.& ſcientiæ ipſi ignorãtiæ opponit.c.i.de ord. ab Epiſc. c.pro illorũ de ſen.exco.ſicut error cõſenſui,cum nihil aliud errorem eſſe ait canon quàm uerum pro falſo accipere.xxii.q.ii.c. in quibus, docuit. gloſſ. in Clem.i.uer. ex certa ſcientia, de iud.

75 Secundò † quòd ipſe D.Andreas tametſi relictam ſibi tutelam ſciuerit, adhuc tamen cõueniri nequeat euidenti ratione probari poſſe uidetur,cùm aliorum contutorum hæredes, qui & re ipſa adminiſtrarunt ſoluendo ſint, unde interim ipſe uexari non poteſt. caſus eſt in d.l. & ſi ſciſſes. C. de admini. tuto. & d. lege ſi tutor petitus.C. de pericu.tuto.& l. cùm interdictæ.C.arbit.tute.& l.ult.C.de diuid.tute.& l.ij. ubi glo.in uer.& reſcriptum eſt.C.de hæred.tuto. & l.i.ibi,quod ſi.C.ſi tut.uel cura.reipub.cau.abe. & l. Aemilius dexter,in fine.ff.de admi.tuto. & hoc ſanè
76 iuris ipſius rationem exprimit, † ut quemadmodum iudex,qui ſatiſdationem à tutore recipere neglexerit non prius, quàm tutor,qui negotia geſſit, conueniri debet.l.tutores.ff.de confir.tuto.ita & tutor, qui ab adminiſtratione ceſſauit,eiuſq; hæredes uexari non poſſunt,cùm pari paſſu ambulare uideantur.arg. l. ſi pupillus,in uerſ.idemque.ff. de admi.tuto.Quocircà prius conueniri nequeant,quã contutores, eorumúe hæredes,qui geſſerunt,excuſsi fuerint. d.l.& ſi ſciſſes
77 † cauſa enim propinquior in primis perpendi ſolet. l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.peta. & l. ſi mulier, in prin.ff.rer.amot.c.de cętero,de homicid. in vi. & in egregia ſpecie uidit Ancha.conſ.xxvi.nu.iiii.

Tertiò quòd D.Andreas tutelam ſibi in teſtamento relictam ignorauerit,& idcircò negligentiæ reus eſſe non dicatur,hac ratione euidenter oſtenditur, quoniam teſtamentum,ad quod relatio habetur, Mediolani factũ fuerit abſente Andrea ipſo, unde quãuis legatum de quo ſuprà dictum eſt fratribus Sancti Auguſtini perſoluerit, nihilominus ſcientiæ præ-
78 ſumptio conſiderabilis eſſe non uidetur. † Quamuis enim receptiſsimum exiſtat, ex locorum uicinitate ſcientiam ipſam præſumi conſueuiſſe.l.ſi uicinis. C. de ſecun.nup.& l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.c.quoſdam,& c.quantò,de præſump. c.cùm dilectus,il picciolo de purg. cano.l. ſi ita, in fine.ff.de fun.inſtruc. not.omnes in cap.per tuas, de probat.& in l.i.ff.ſi cer.pet.ubi Bar.nu.xvii.& Caſt. nu.xx.poſt Bald.num.iiii.uerſ.ex hoc arguit Bart.& Deci.innumeras ibi deciſiones adducit num. xvi.in prima lectura,& nume.xiiii.in ſecunda,& nu. lvii.in tertiis, ubi poſt omnes argumentum hoc exactiſsimè tractat,

traƈtat,quod paſsim ex facto conſulti maiores noſtri
reſponderunt: Alex.conſi.lxxi. nu.vi.in j.uerſi. & ſi-
militer, & conſ.xxxvii.eod.uol.in fine,& conſ.lxxx.
in ſecundo, & conſi.xcii.in v.& Corn.conſi.clvi. in
tertio.attamen,cùm quis abſens ſit, ut in caſu pro-
poſito Andreas ipſe fuiſſe proponitur, ſecus con-
ſtituēdum eſſe animaduerſum eſt. l.planè,& ibi glo.
in uer.facilius,& Bald.egregiè docuit.ff.de excuſat.
tuto.& l.Titius.§.Lucius,ubi Bal. uerſ.in dubio. ff.
de libe.& poſthu.l.fin.ff.de decre. ab ordi. facien. l.
quicunque,ubi Bald.poſt prin. C.de ſeru.fugi.& re-
ſpondit Alex.conſi.lxxxii.nu.x.in tertio,Deci.mul-
ta congerit conſi.ccciii.nu.v.& conſi.ccccxlv.num.
xxxvi.& conſ.ccccclx.nume.xxvii.& uidit Zaſ. conſi.
v.nu.xxv.in primo,hoc enim caſu nulla ſedes, unde
79 coniectura ſumatur,apparet,† cùm ſcientia ipſa cō-
iunctionem rei cum intellectu præſupponat, & id-
circò ex præexiſtenti cognitione illam ipſam fieri
Stagirita primo Poſter.primo docuit,& eſt tex.in §.
itaque in procem.digeſtorum.& in l.i.ff.ſi cert.peta.
ubi omnes aduertunt, & in §.his igitur, inſti.de iu-
ſti.& iure.quę quidem coniunctio ſeu, ut Philoſo-
phorum uerbis utar adęquatio rei ad intellectum,q
primò ad ea q̄ remotis in locis aguntur,uix eſt,quod
à ſenſu ipſo obiecto carente excitari ualeat.argumē-
to.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſupellec. lega. pro-
pter abſentiam nullo pacto conſiderabilis eſt: & id-
circò ſtante huiuſmodi probabili Ignorantia, con-
ſequens eſt, Magnificum D.Andreā in nullo pror-
80 ſus pupillis ipſis obligatum cēſeri: † quemadmodum
illam ipſam reſtitutionis auxilium ſubminiſtrare,re
ceptum eſt.quod legendo,conſulendo & pertractan-
do concluſum ac ſæpius reſponſum reperitur. Feli.
& Abb.in c.j.de præſcrip.& c.uigilanti, eod. tit.Iaſ.
in l.ij.nume.clxxxv.C.de iure emph. Socin.aduertit
in l.filiusfam.§.iu hæc.ff.de uerbo.obligatio.& l.qui
duos,col.viii.ff.de reb.dub.& Balb.in trac.pręſcrip.
in quar. par.ſecundæ,par.princip.q.xxix.Alex.conſ.
lxxxiiii.nume.iiii.& conſ.iiii.nu.xix.& conſ.lxxxix.
& conſi.clxix.in ſecundo,& conſi.viij.in fine,& cō-
ſil.lxix. in tertio, Fulgoſ. conſi. ccxxiii. in fine, &
in conſi.ccxxxiij.in fine,& Bertrand.conſi.vii.in fi-
ne,& conſi.xxiii.col.pen.in primo, & conſi.ccci.in
tertio, & Gozad.conſi.lvi.nu.xi.ubi egregiè reſpon-
dit,ignorantiam ipſam reſtitutionis beneficium pa-
rare conſueuiſſe.

Quartò & poſtremò ſilere prorſus compellēdos
81 eſſe pupillos,unde neceſſariò colligitur, † quòd illis
quadragenaria ſaltem præſcriptio obſtet,unde nullū
amplius ius eis ipſis competere exiſtimatur. l. ſi pu-
pillus.in fin.ibi,is autem qui tempore liberatus.glo.
in uer.tempore.ff.de admi.tuto.& l.tutores. C.arbi.
tute.l.omnes.l.ſicut,& l.notiſsimi.C.de long.temp.
præſcrip.Ang.conſi.lv.Guilielmus.Bal.conſi.ccciii.
in tertio, Anchar.conſi.ccciii.& Parit.conſi. xcii. in
82 tertio.† & in fundo dotali quòd huius ipſius tem-
poris fluxus ius quodcunque in eo competat,aufer-
re intelligatur,ſæpius traditum eſt.l.in rebus.§. om-
nis.C.de iure dot.Bal.nouell.in tracta. dot. in quar.
q.quartæ prin.& prima par.ſextæ & ult.part.num.x.
& in vij.par.in prin.uerſ.hinc eſt.& Bal.conſi.cxxv.
Actioni de dote.in iiij. Abb.conſi.xiiii.in ii,Corne.
in conſi.xciii.in litera L.in iiij.& Alex.conſi.li.in v.
83 & Boër.deciſ.cccxxviii.num.primo,in ſecundo,† &
huiuſce tēporis curſum quàm maximè obeſſe quoad
remedium.cap. reintegrandæ.iii.q.i.latè Caſſad. de-
monſtrauit deciſ.vj.in titulo de reſti.ſpol.& præſer-
tim id in propoſito caſu procedere exiſtimandū eſt,
cùm ſcire debeant actores,ſi aduerſus hæredes Ma-
gnifici D.Andreæ experiundum ſibi exiſtimāt,quo-
niam ex aliquo contractu contutorum nullo grauati
fuerint,iniuſtitiam prorſus fouere, cū & quinquen-
nij ſilentio omnis hæc actio auferatur.l.fin. C.ſi ma-
ior fac.& ibi Bald.Alberic.& Saly.aduertunt, & l.i.
ubi Bal.docuit.C.ſi min.fac.maior, reſpondit Alex.
conſi.cxvij.num.ij.in ſecundo, & Pariſ.conſi.xlviii.
nume.xxxviij.& xlix.in primo,& conſi.xvi.nu.xcvi.
in ſecundo uol.Et idcircò haud amplius hęſitandū
eſt,quin conſideratis his omnibus iudex,cui de hu-
iuſmodi re notio eſt.prorſus Andreæ ipſius hæredes
84 abſoluere debeat, † quippè quòd & præſcriptionis
ipſius ea uis ſit non ignota,ut litis ingreſſum impe-
diat,ut eſt caſus in l.ſi.ibi, ut ſit litium finis,ubi Bar.
& Ange.ff.pro ſuo,& d.l.omnes,ubi Doc.C.de præ-
ſcrip.xxx.ann.Iaſ. docuit in l. ait prætor. la prima,
col.ii.& l.nam poſteaquàm,& §.ſed & ſi quis,col.ſi.
ff.de iureiur.& not.omnes in cap.j.de excep.in vj.&
latè pertractat Balb.in tracta.præſcrip.in prima par.
xix.q. & ix.q.princip. reſpondit Alex. conſi.ccxiii.
num.primo, in ſecundo, & Iaſ.conſi.clxvi.colum.i.
in ſecundo & Cępol.cōſi.crimi.lxxi.in ſecundo,du-
bio.& eſt deciſio Capel.Tholoſ.lxvii.cum aliis infi-
nitis,quæ adduci poſſent.

Non obſtant ea quę ſuperius in oppoſitū adducta
fuerunt: nam ad primum ſolutio clara eſt: procedūt
enim adductæ deciſiones,quoties tutor ipſe admini-
85 ſtrauerit: † quæ cùm in propoſito caſu nullo pacto
uigeant,ſed omninò ceſſent, iuris ipſius diſpoſitio
locum habere non poteſt.d.l.tutelas,ubi Barto.& d.
c.cùm ceſſante,de appellat.cum aliis ſuperius addu-
ctis.ſiue enim ſimus in diſpoſitione legis,ſiue homi-
86 nis,† quoties uerba ipſa non conueniunt, nec ipſa
diſpoſitio locum habere poteſt.l.iiij.§. toties. ff. de
dam.infec.ubi Barto.egregiè docuit, & Alber.poſt
alios ueteres,& c.indemnitatibus.§.i.de elect. in vj.
ubi.Ancha.& Gemi.& l.Gallus,in princ.ibi, qui ex
uerbis concipi poteſt.ff. de libe. & poſthu.& Bald.
aduertit, & Deci.ipſe ſæpius ex facto conſultus re-
ſpondit.

Non obſtat ſecundum, nam fateor, illum ipſum
ſilentio ſibi,hęredibusque ſuis præiudicium allatu-
rum fuiſſe,ſi ſciens relictam ſibi tutelam legitimam
ab eius onere excuſationem non adduxiſſet,cęterùm
cum ſuperius concluſum fuerit, iuris & naturalis &
ciuilis præſumptioni magis conuenire; illum ipſum
87 ignoraſſe cenſeri,† ne alias ius ei cōpetens, & pro-
priam utilitatem neglexiſſe uideretur, quod à iuris
ipſius ratione prorſus diſsidet. d. l. Campanus.ff.de
ope.liber.& l.ſi cùm aurum.ff.de ſolut.glo.& Barto.
Pontan.Imol.& Alex.in l.quæ dotis.ff.ſolut.mat. &
idcircò qui aduerſus huiuſmodi uetiſimilitudinem
contendit,eius ipſius intentionem exactius probare
debet.cap.quia ueroſimile, de pręſumpt. & d.l.ſiue
poſsidetis.C.de proba.& pertractat Alcia.in d.præ-

lud.

88 Iud.tracta.præſumpt.† unde dici conſueuit, falſita-
tis ipſius imaginem præſeferre, quod ab ipſo uerosi-
mili longius abeſt: quod Bald. docuit in l. i. C. de
ſeru.fugit.& Alex.reſpondit conſ.cac.nu. xiii.in vi.
& plura congerit D.Mant.Dial.xliii.incip. Veroſi-
mile. & idcircò quod ad inuentarij omiſsi cōfectio-
nem attinet, nihil quicquàm Andreæ, eiusúe hære-
89 dibus obiici poteſt,† cùm ſuperius oſtenſum fuerit,
receptiſsimam eſſe ſententiam, inuētarij ipſius con-
fectionem ab ipſo teſtatore poſſe remitti; & idcir-
cò aduerſus omittentem, dolum nullum præſumi, ut
ſuperius in ſecundo fundamento diffuſius probatum
fuit. permittit enim legiſlator ipſe inuētarij cōfectio
nē ab ipſo teſtatore poſſe remitti. d. l. ult. §. ult. C. ar-
bit.tute.& aduertunt omnes in d. l. nemo poteſt. ff.
de reg.iur.& de leg. j. poſt Bar. ibi nu.in v. q. prin. &
& idem Bart.& Roma.in d. l. tutor qui, uerſic. quæro
quæ eſt iuſtiſsima cauſa.ff.de admi.tuto.& Iaſ. in d.
l. cum neceſsitatem, nu. j. C. de fideicom.Bart. & Bal.
in l. cùm tale. §. ff. de cond.& demonſtr. & Bald. in l.
filium, quem. C. famil. ercif. in fine, & paſsim reſpō-
ſum extat: Alex.conſi.lxii.in quarto.Curt.ſen.conſ.
xxix.nu.ia.uerſ.certum eſt,& Ruin.d.conſi.lxix.nu.
x. in ſecundo, & conſi.lxx.num.v.uerſ.quia ergo, in
quarto. Deci.d.conſ.cls aviii.uerſ.& quod Magnifi-
cus D.Ambroſius, & d.conſi.caeii.nu.v.uerſ.& qt
& d.conſi.cccexviii.nume.aiii.& Pariſ.conſ.xxi.nu.
liiii.in ſecundo,& conſ.lxxia.nu.aviii.eo.uol. Quod
ad libri uerò omiſsionem ſpectat, quamuis eius ip-
ſius confectio ob iuris publici commodum, finemq;
politicum remitti non poſſe uideatur, tamē teſtato-
ris ipſius remiſsio iuſtam quandam cauſam ipſi tu-
tori credulitatis præſtitiſſe uidetur, qua atteſtatione
accedente, & temporis ipſius lapſu ſuperius reſpon-
ſum fuit, hoc ipſo nomine dolum nullum cōſiderari
poſſe, & quòd pupillorum pecunias ad honeſtum lu-
crū collocare ceſſauerit illi obiici poteſt, cū rationa
bilius ſit hanc ipſam ei obligationē imminere, eun-
dem penitus ignoraſſe, ut ſuperius & rationibus,
& iuribus probatum fuit; unde nec hęredes eius ulla
actione conueniri poſſunt. d. l. & ſi ſciſſes, cum aliis
ſuperius adductis.

Non obſtat quod tertio loco ſuperius adductum
fuit in oppoſitum, uidelicèt ipſius D.Andreæ ſcien-
tiam ea allegata ſolutione oſtenſam contendi ea re-
90 latione ipſius teſtamenti. nam reſpondeo, † terminū
quidem referentem relati notitiam præſeferre, cùm
inde exacta relati cognitio colligi poteſt; ut tra-
dunt oēs in auth.ſi quis in aliquo.C. de eden.& in l.
aſſe toto. ff. de hær.inſti. Item cùm relatio in uniuer-
ſum relati contextum exprimit, quippè quòd cogni-
tio, quæ à ſpecie ſumitur, certior eſſe conſueuit. l. in
toto.ff.de reg.iur.& docuit Bar.in l. i. ff. ſi cert.pet.in
uerſ.nam ſi à longe hominem uideas, & Cagno. in l.
omnis diffinitio.ff.de regu.iur. ubi ex mente Peripa-
teticorum rationem reddit, cur uniuerſalia, quod ad
doctrinam ipſam attinet, humano intellectui notio-
ra eſſe uideantur: unde cùm ſimpliciter particula te-
ſtamenti referatur, in qua legatum factum eſt fra-
tribus, aliæque particulæ ſilentio prorſus inuoluan-
tur, an ipſe D.Andreas diuinare potuerit? quod nec
ſibi quoq; permiſſum eſſe ipſius Chriſti Vicarius fa-
tetur. c. unico, ut eccleſ.benefi.& c. nouit ille, de iud.
91 † Quamobrem ea ipſa relatione ambigua, atque cō-
fuſa nullam ſcientiam probari, receptum eſt. Bart. in
l. is poteſt, nu. xvj. ff. de acquir.hær. Ang.conſi.xciiii.
nu.v.uerſ.hoc autem, & uer.nec obſtat. & Corn.cōſ.
cliii.in litera B.uerſ.quod autem, in quarto, & Cra-
92 uet.d.conſi.cxciii.nu.viii.in ſecundo,† & idcircò, ut
quis tutelæ nomine teneatur, tutorio nomine actum
ipſum explicaſſe requiritur. l. quæro. ff. qui pro tuto.
& l. cùm quædam, & ibi Bar. Bald.& Sali.in fin.C.de
admi.tuto. præſertim uerò in propoſito negotio cō-
93 cluſio huiuſmodi procedere debet,† quippè q̃ quē-
admodum hæres clauſis tabulis adire poſſit, teſta-
mentū tamen (licèt adeat) ignorare præſumitur. l. i.
§. cùm igitur. C. de cadu.tollen. l. i. in fine. ff. de iur.&
fac.igno. l. i. §. i. ff. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabul.
Bar. in d. l. is poteſt, ubi Ales.nu.aix.& Roma.conſi.
ccccxii.nu.av.& avi.& Craue.d.conſi.cxciii.num.vi.
eodem modo licèt quis particulam aliquam teſta-
94 menti uidiſſe referat, † ex diſtantibus.n.ſcientia in-
ferri non poteſt. d. l. ſi uicinis.& l. inteſtato. ff. de te-
ſtam.tute.& Bar.in l. de ætate, nu. iii. in iii. quęſtio-
ne princip. ff. de interrog.actio.& l. falſa demonſtra-
tio. ff. de condi.& demonſtr. in fine princip.& c. cùm
Eccleſia ſutrina, de can.poſſeſſ.& propriet. ubi Abb.
poſt Innoc.& Ioan.Andr.& in c. cùm uirum, de re-
gular.& c. in præſentia, de probat. Nec enim emun-
ctæ quis naris aliud exiſtimare debet, quin ſi D.ipſe
Andreas relictum ſe tutorem intellexiſſet, excuſa-
tionis libellum porrexiſſet, ut ab eius ipſius humeris
onus huiuſmodi excuteret, ut non ineptè perpendit
Grat.d.conſ.cvi.nu.xvii.in primo, & teſtatoris ipſius
uigeat atteſtatio, cuius præſumptione credi poſſe ui-
detur, illum ipſum adminiſtraturum fuiſſe, niſi peni-
tus ignoraſſet. d. l. teſtamento datos. ff. de teſtam.tut.
l. iii. & l. ſeq. ibi, paternum teſtimonium. C. de tuto.
uel cura. qui non ſatiſd. & l. ult. §. ſi quidem parens,
C. de cura.fur.& Alex.d.conſi.lxii.nu.x.in iiii. Ex q-
bus omnibus ſimul ad unguem introſpectis, conſe-
quens eſt, facilè colligi poſſe hos ipſos hæredes nul-
tenus poſſe uexari. Doctores in l. ſtipulatus, in prin.
ff. de uſur.& l. inſtrumenta. C. de proba.& uidit Soc.
iun.d.conſi.caii.num. xxvij. in primo, cum pluribus
aliis ſuperius adductis. Laus Deo.

Patauij, xiiij. Kalen. Martias 1561.

Vt ſuperius concluſum fuit, iuris rationi conue-
nire atteſtor ego Iacobus Philippus Portius I.C.Fo-
rocornelieſis, in Patauino Gymnaſio Pont.iuris pro-
feſſor, quare & ꝓpria manu ſubſcripſi, ſolitoúe ſigil-
lo ſubſignandum curaui, ſaluo ſemper &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vinculum duplicis nexus fortius eſſe.*
2 *Creditoris intereſt plures habere reos debendi.*
3 *Conſuetudo quam legiſlator approbat, firmius obſer-
uari debet.*
4 *Pactum geminatum efficaciter obligat.*
5 *Confeſſio geminata ſub erroris prætextu non facile re-
uocatur.*

Emphyteoſis

6 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ad maſculos pertinere ſolet.*
7 *Feudum ad maſculos tantùm pertinere ſolet.*

CONSILIVM CXLVIII.

ADSIT MIHI CRVCIS GRATIA, ne in tenebris ambulem.

CONTIGIT Ioannẽ ex priori uxore Franciſcum, ex poſteriori autẽ Dominicum, dominum Andream & Balthaſarẽm ſuſcepiſſe. quæſitũ eſt poſt omnium obitum, uter in domini Andreæ ſucceſsione præferri debeat, an Iacobus & Ioannes ex Franciſco defuncti ipſius conſanguineo fratre ſuperſtites, an uerò Cæſar ex ipſo Balthaſare ipſius fratre utrinque coniuncto?

Reſpondi, nemini ambigendum eſſe quin Dominicus & Balthaſar in ipſius domini Andreæ fratris utrinque coniuncti ſucceſsione potiores exiſtimentur l. j. §. ult. ff. de ſuis & legit. & in authen. de conſanguineis & uterinis fratrib. §. quia igitur, ubi Iacobus Beluiſius, Bar. & Ang. ea enim ſucceſſorij edicti cõditio eſſe conſueuit, ut aſcendentibus atq; deſcendentibus ipſis deficientibus in tertio ſuccedendi ordine, qui ex latere nuncupatur, utrinque coniunctorum ratio potior ſit, in authen. de hær. ab inteſt. uen. §. ſi igitur. ubi Bar. & Ange. & authen. ceſſante. C. de ſuis & legit. ubi Cinus, Dinus, Alber. Barto. Ange. &
1 Sali. † & iuris enim ratio ſuadet, duplicis nexus uinculum fortius eſſe. d. §. ſi igitur, & authen. de hære. ab inteſt. ubi glo. in uerbo natos. & l. Baliſta. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. ubi Bar. & cap. i. de tregua & pace ubi gloſ. ſuper uerbo cuniculus. Hoſt. Bur. & Abb. & l. cùm ſimus, ubi Bar. C. de agricolis & cenſ. lib. xj. quare & lex æquum eſſe exiſtimauit, duplici iure utẽtes eos ipſos excludere, qui uno tantùm utuntur. d. authen. de conſang. & uter. §. hæc igitur. & auth. itaq; C. communia de ſucceſsionib. ubi Albe. uerſ. aut ſu-
2 perſunt † quocircà & lex creditoris intereſſe conſtituit, plures debendi reos habere. l. iiij. in fin. ff. de lib. lega. & d. cap. i. ubi Doctores. & geminata affirmatio unam quidem cordis, alteram uerò oris aſſertionem infert. cap. & ſi Chriſtus, de iuretur. ubi Glo. in uerb.
3 affirmatio. Hoſtienſis, Butr. & Abb. † hinc & conſuetudo, quam legiſlator approbat, firmius obſeruari debet. cap. ii. de præbendis in vi. ubi gloſſ. in uerbo
4 ſtatuimus. Archi. Gemin. & Fran. † hinc & geminata pactio efficacitet obligare conſueuit. l. iuriſgentium. §. igitur. ff. de pactis, ubi Docto. & cap. i. extra eodẽ per locum à ſpeciali. & l. j. §. debitam. ff. de conſtituta pecunia. & Alex. rubrica. ff. de uerbo. obligat.
5 num. xv. † & confeſsio geminata ſub erroris prætextu non facilè reuocari poteſt. l. error. C. de iuris & facti ignorantia, ubi Bal. & Salt. & uedit Barba. conſi. lxiiii. in iiii. quocircà mirum non ſit utrinq; coniunctum, ex uno tantùm latere coniunctum excludere. d. authen. itaque. C. communia de ſucc. ubi Cin. Alb. Bar. Bald. Ange. Sali. Caſtr. Alex. & Iaſon. & d. auth. ceſſante. C. de ſuis & legitim. & pertractatum extat: Dinus in tracta. de ſucceſ. ab inteſt. nu. xvij. & xviii. & Cinus tracta. eod. tertia parte nume. vii. & ex facto reſponſum extat: Ang. cõſi. cxix. in fi. Bal. ccclxxxvi. Frater uterinus, in primo. Aretinus clxiiii. colum. v. Decius cccc xliii. nu. xi. & dc. nume. vii. & viii. & Curtius iun. xviij. nume. ii. quæ ſanè cõcluſio eò amplius ex Iuſtiniani conſtitutione procedit, licèt aſcendens ac utrinq; coniunctus frater ſuperſtes ſit, prædefuncti enim filios eam ipſam partem laturos ſanxit, quã ſi eorũ uiuus eſſet parens accepturus erat, in d. auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi igitur, uerſ. unde conſequens & in authentico ut fratrum filij. §. hoc itaq;, ubi Bart. & Ang. & authentica poſt fratres. C. de legit. hæred. ubi Albet. Bald. & Sali. quin & tunc quoque procedere concluſionem huiuſmodi nõ ambigitur, ſi agnati, municipalis iuris diſpoſitione cognatis præferantur. pulchrè Angelus conſultus reſpõdit d. cõſi. cxia. in fin. quemadmodum & ſi contingat æquis portionibus factam diuiſionem, illa retractari debet. l. ultima. §. idem quæſiuit. ff. de condictione indebiti. ubi Caſtr. & d. l. ſi per errorem. C. de iuris & facti ignoran. & Bal. d. conſi. ccclxxxvi. & Dec. d. cõſ. cccc xliii.
6 & dc. nu. vii. & viii. ubi plures adducit. † tametſi in ipſa emphyteoſi Eccleſiaſtica ad maſculos pertinere creditur. §. emphyteoſis, in authẽtico de emphy. ubi Bar. & Ange. & tradunt omnes in c. in præſentia, de pro-
7 bationib. ubi dixi poſt Decium, Pariſ. & Bero. † itẽq; & feudum ipſum ad maſculos tantùm peruenire ſolet. cap. j. §. & quia uidimus, qui feudum dare poſſunt & cap. j. de graduum ſucceſsione in feudis, ubi Aluaro. & Præpoſ. quocircà in huiuſmodi beneficiis ex domini benignitate obuenientibus, utriuſque coniunctionis uinculum quemadmodum in hæreditariis iuribus percipiendis perpendi non ſolet. d. auth. itaque. quod eruditè Curtius iun. explicauit. d. conſi. lxxviij. nume. ij. Laus Deo.

Patauij, octauo Kalen. Ianuarias 1556.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœna priuationis nunquam irrogata cenſetur, niſi in ſpecie lex ipſa exprimat.*
2 *Pœna licet ipſo iure imponatur, requiritur tamen ſententia declaratoria. & nu. 20. & 21. cum ſeq.*
3 *Pœna certa impoſita alicui actui, locum ſibi uendicat, ſi actus non ſit nullus. intellige ut nu. 13. & 22.*
4 *Actus nullus nullum effectum producit, ideoque nec pœna debetur. & nu. præced. limita ut nu. 13.*
5 *Actus irritatio eſt pœna.*
6 *Homicida ut beneficio priuetur, requiritur ſententia.*
7 *Clericus ſubdiaconus matrimonium per uerba de præſenti contrahens, in pœnam priuationis beneficiorum ipſo iure incurrit. & ſeq. & nu. 11. & 18. de communi opinione. & uide nu. 24.*
8 *Pœna quoties ex facto illico ſuboritur, ipſo iure commiſſa intelligitur.*
9 *Clericus concubinarius ut à beneficio priuetur, ter monendus eſt.*
10 *Subdiaconatus eſt ordo ſacer.*
11 *Clerici ab omni carnis & ſpiritus inquinamento mundi eſſe debent.*

Falſificans

14 *Falſificans literas etiam nullas, puniri debet.*
15 *Iuramentum licèt ſit nullum, tamen ſi falſum fuerit dictum, committitur periurium.*
16 *Clericus uxorem ducens amittit fori priuilegium.*
17. *Renunciatio beneficij debet in manibus ſuperioris fieri adhoc, ut quoad ipſum ualeat, licèt quoad renunciantem ſemper noceat.*
19. *Clericus in minoribus conſtitutus uxorem ducens, quòd ipſo iure fori priuilegio priuatur.*
20. *Sententia declaratoria requiritur, licèt uaſallus ipſo iure feudo priuatus intelligatur. & nu. ſeq.*
23 *Pœna duplici quis grauari non debet.*
25 *Ignorantia in facto proprio non præſumitur.*

CONSILIVM CXLIX.

ADSIT MIHI DIVINI LVMINIS ſplendor, ut propoſitam Theſim ſecundum internam canonum ipſorum rationem explicare ualeam.

QVAERETVR, an ſubdiaconus
ipſe, qui cum concubina cuiuſdam
per uerba de præſenti matrimoniũ
cõtraxit, beneficiis omnibus priua
tus intelligatur, an autẽ per ſenten
tiá executio eiuſmodi fieri debeat?
Reſpondi, prima quidem facie diiudicandum ui
deri, ſententiæ ipſius authoritatem huic ipſi priua-
1 tioni neceſſariá eſſe. † conſtat enim priuationis ip-
ſius pœnam nunquam irrogatam exiſtimari, niſi id
in ſpecie lex ipſa exprimat. Bernar. gloſſat. in cap. ul
timo de iure patro. io uerbo ex ui, in clemen. ſecunda
de uita & honeſ. cler. quippè quòd in pœnis ipſis in-
fligendis lex ipſa benignius interpretari ſolet. l. cùm
quidam. ff. de libe. & poſthu. & cap. odia, & c. in pœ-
nis. de reg. iur. in vi. & aduertit Iaſ. in l. quod te, col.
x. ff. ſi certum petatur, & Deci. in l. pen. ff. de iuriſdi.
omnium iud. poſt Alex. in l. etiam. §. oportet. ff. ſolu.
matrim. & Tiraq. poſt Rip. in l. ſi unquam. C. de re-
uo. dona. in uerbo reuertatur. nu. ccv. & ex facto ſæ-
pius reſponſum extat: Alex. conſi. ciii. nu. xv. in pri-
mo, & conſi. xcii. nu. xvii. in vi. & Dec. cccclxxxi. nu.
x. in ſecundo, & Pariſ. conſi. xcvii. nu. lviii. in primo,
& Soci. iun. in tertio, nu. xxxii. in iij. & xvi. nu. xxxi.
2 in ſecundo, † cui concluſioni in qualibet pœna impo
ſita locus eſſe uidetur, ut id per ſententiam intelligi
debeat, cùm lex non declaret ipſo iure executionem
hanc factam non eſſe, glo. in c. quicunq;. in uerbo me
detur, de hæret. in vi. cui Archi. & Anch. ſubſcribũt,
& glo. in c. cupientes. §. ſi uerò, de electi. in ſexto, &
Bald. poſt Petrum & Cinum in lege ij. nume. iiij.
uerſi. quæro utrum. C. de leg. & Alexander reſpon-
dit conſi. ciij. num. xvi. uerſi. item poſito, & uerſi. &
uidemus in primo. quare in propoſita ſpecie uide-
retur concludendum, ſubdiaconum ipſum priuatio-
nis beneficiorum pœnam ipſo iure non incidiſſe
quod in homicidij reatu receptum eſſe uidetur. cap.
cùm in noſtris, in fine, de conceſſione præbendæ,
ubi Innoc. Butr. & Abb. & aduertit Deci. in conſi.
clxvi. num. ii. in primo.

3 Secundò, † quoties actui certa pœna à lege impo-
nitur, ſanè receptum eſt, illud ipſum procedere, cùm
actus ualidus, ſecus autem ſi nullus ſit. l. quid ergo.
§. cùm autem, & ibi Bar. & Bald. egregiè declarant.
ff. de his qui notantur infamia. & in l. ſi quis lega-
tum. ff. ad legem Corneliam de falſis, & in l. filium.
§. ſi quis. ff. de leg. primo. Bald. Ange. Alexander
num. iii. & Iaſ. nu. viij. l. i. §. ultimo, uerſi. quoniam.
ff. quod quiſque iuris, uerſi. quoniam, ibi, uerſic.
nota ſententiam nullam iudici non obeſſe. nec ra-
4 tione ſententia hæc carere uidetur, † quippè quòd
actus nullus nullum effectum producere debeat. l.
eius qui. ff. ſi certum petatur. & l. ii. ff. de uſufru. ea-
rum rerum. & l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. &
l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. & l. nepos, de uerb. ſigni.
5 ubi Alci. tùm quia † cùm actus ipſius irritatio, pœ-
næ cuiuſdam inſtar ſit. l. Moſchis. ff. de pœnis, de-
clarat Ioan. Andr. cap. ult. de reſcript. & Barto. in l.
Prætor ait. ff. de nou. oper. nunciatione, & ibi Alex.
uerſic. item nota ex hac glo. & Caſſad. ſuper regula
cancellariæ de decretis in reſer. deciſ. xiiij. num. vii.
& deciſ. ultim. num. ix. i. que potiſſimùm cùm actus
irritatio ex formæ defectu proficiſcatur, ut Caſſad.
docuit in d. deciſ. ultima nu. ix. in tit. de decretis in
reſer. ne aliâs quis duplici pœna adficeretur, quod
à legis ipſius integritate prorſus abhorret. Bart. in l.
ſenatuſc. ff. de accuſati. unde, cùm lex actui pœnam
imponit, de legitimo intelligi debere uidetur. l. non
putauit. §. non quis. ff. de contratabu. ubi Bart. &
Bal. in l. ii. in prima col. in fine. C. de epiſco. audien
tia. & in l. ea quidem. C. ſi mancipium ita fuerit alie-
natum. At cùm in propoſita quæſtione matrimo-
nium ipſum prorſus nullum ſit. d. cap. i. de cler. con-
iug. ubi omnes aduer. & glo. in cap. ſi ſe cuiquam, in
uerbo ſeparentur. xxviij. diſt. priuationis pœna ipſo
iure inducta uideri non debeat.

Tertiò & ultimò ſententiam huiuſmodi hoc pa-
cto dilemmate concepto probari poſſe Decius ipſe
cenſuit conſi. clxvi. num. iii. uerſi. & licèt ipſe. nam
aut uolumus ſubdiaconum hunc beneficiis priua-
6 tum intelligi, † & ſanè quemadmodum in homici-
da ſententia ipſa requiritur, dicto cap. cùm uoſtris,
de conceſſ. præbend. Ioan. de Anania poſt alios in
cap. inquiſitionis, de accuſationib. quod multò for
tius hoc caſu diiudicandum uidetur, cum in iure
cautum non ſit, pœnam huiuſmodi illicò com-
miſſam cenſeri. argum. tex. §. igitur, in authen. de
non ali. ſecundò nubentes. ibi, nec eſt lex. glo. xvi.
quæſt. viii. in ſumma. & aduertit Bald. in authen-
tica ex teſtamento, C. de ſecundis nupt. Aut ex ta-
cita quadam ipſius ſubdiaconi uoluntate aduerſus
eum priuationis pœnam commiſſam cenſemus, &
profectò tunc huiuſmodi ratio procedit, matrimo-
nium ſcilicèt & ſacerdotiorum retentionem in eo-
dem ſubiecto conſiſtere non poſſe, cùm uulgò di-
catur, Pſalterium & Cytharam non bene conue-
nire. cap. quod à te, & cap. diuerſis. de cler. con-
iug. quocircà ceſſante tali ratione ipſi pœnæ lo-
cus eſſe non debet. l. tutelas. ff. de capit. dimin. ubi
Barto. & cap. & ſi Chriſtus, de iureiurand. & cap.
cùm ceſſante, de appellationib. quemadmodum ſi
clericus in minoribus conſtitutus cum conſangui-

pea contrahat, quippè quòd matrimonium ipſum
nullum ſit, ut concludit Dec.d, conſi.clavi.num.iii.
& uidetur innuere. glo. in d,cap.i.de cleric. coniug.
in uerbo dimittere, & ſequitur Butr.& Ioan. Andr,
ſubſcribere uidetur in cap. Ioan.eod.tit.

Quibus tamen non obſtantibus oppoſitum ue-
7 rius eſſe diiudico, † quòd immo ſubdiaconus matri-
monium per uerba de præſenti contrahens, benefi-
ciorum priuationis pœnam ipſo iure incurriſſe exi-
ſtimetur. quod ipſum à ſcriptæ legis authoritate pri
mum probari poſſe cenſetur. Innoc. enim eius no-
minis ſecundus Pontif. Maximus in c. decernimus,
xxviii.diſtinct. conſtituit, eos ipſos qui in ordine
ſubdiaconatus uxorem duxerint, aut concubinam
habuerint, officio & beneficio carere. quam execu-
tionem canonis authoritate fieri, Archi.ibi Gemin.
& Card. Turrecrem. aduertunt, & Abb. in cap.ſanè,
il ſecundo de cleric. coniug. & uidetur innuere glo.
in clem.uni. de cler. coniug. uerb. contrahere. ne-
mini enim hæſitandum puto quin actus ipſius na-
tura quem lex deteſtetur, ſuadeat pœnam ipſo iure
imponi. gloſ.in cap.unico in fine, de iniurijs in vi.
& cap. ſi quis, xvii.quæſt.iiij.in uerſi. ſubiaceat, ubi
8 concludit, † quoties pœna ex facto illicò ſuboritur,
ipſo iure commiſſam intelligi.& Abb.docuit in cap.
ſi diligenti, de foro compet.nume.xviij. in fine, ibi,
non enim uidetur.concludẽs, iudicis ſententiam re-
quiri cùm alius actus ab eo expectetur, putà execu-
9 tionis ipſius, † quemadmodum in clerico concubi-
nario, qui antequàm à beneficio remoueatur, ter
moneri debet. cap.ſicut, de cohabitatione cleric. &
mulie. & idcircò, cùm ſubdiacono priuationis pœ-
na beneficiorum ipſorum impoſita ſit ob ipſius ma-
trimonij contractum, ipſo iure id executum intel-
ligi debet, cùm nullus requiſitionis actus conſide-
rabilis ſit, quòd ipſa facta effecta eſſe nequeant.l.in
bello.§. facti.ff. de capti. & poſtlimi. reuer. & l. de-
nique, ex quibus cauſis maiores. quod ipſum & di-
uina poteſtate inſpecta procedere ex Agathonis ſen
10 tentia Stagirita docuit in ſpecie conſiderari. † qua-
re licèt Apoſtolorum tempore Subdiaconatus ſacer
ordo non fuerit uſque ad Martinum Pontificem,
cap.multorum, xxvii. quæſt.ii.ubi glo. in uerbo nõ
debet, in fine, & glo. in cap.i. in fine in uerbo ſub-
diaconos, xxi. diſtinct. & in cap. ſi qua. xxviii. di-
ſtinct. nihilominus in ſacros ordines poſteà fuit at-
que eſt. qua de re in cap. nullum, ubi Card. Turre-
crem.nume.ii.uerſic. nota xxviii.diſtinct.& gloſ.in
ſumma in cap.ante triennium, xxi. diſtinctione, &
ideò ad ſubdiaconatum promouendus caſtitatis uo-
tum ſubire debet. cap.his, xxviii. diſtinctione. quo-
niam, ut inquit tex. in d. cap. decernimus, maximè
conuenit, ut templum Dei utui uaſa domini & Spi-
ritus ſancti ſacrarium dicantur, ut ibi egregiè Card.
11 Turrecrem. aduertit † meritò illos ipſos maximè di-
cit, ut ab omni carnis & ſpiritus inquinamento, ut
uocat Apoſtolus primo ad Corint.iij. mundi exi-
ſtant. Eſaiæ cap.52. Mundamini qui fertis uaſa Do
mini. quare deciſio d.cap. decernimus, iuſta ratione
12 nititur. & Archid. & Card.ibi aduertunt, † ſubdia-
conum contrahentem matrimonium aduerſus ca-
nonis præceptum nefas quoddam attẽtare, cap.preſ-
byteris, xxviij.diſtin.& cap.de illo, xxxii.diſtinctio-
ne. uotum enim caſtitatis ſpernere exiſtimatur.d.c.
de his, & ſacramentum ordinationis ipſius.cap. de-
bitum, de bigamis, & apoſtaſiam quandam incur-
rere uidetur. Imol.cap. tuæ, de apoſtatis, & Aufr.in
additione Capellæ Toloſ. deciſ. ccxxxiiij. propè fi-
nem, quare & beneficiis omnibus illicò priuatus in-
telligi debet. cap. presbyter, xxviii. diſtinct.ubi, ab
ordine, ideſt ab officio & beneficio clerici huiuſmo
di deponi cauetur, quod Vgo, & Card. Turecrem.
aduertunt, concludentes hunc ipſum pluſquam for-
nicarium peccare: unde in clemen. unica de clericis
coniug.excommunicationis pœnæ ſubijcit.

Secundò, & ſententia huiuſmodi comprobari ui-
13 detur, † quia cùm lex pœnam actum facienti irro-
gat tametſi ſit nullus, ipſe committitur, ſi eadem
ratio ſubſit: unde reſcripti nulli impetrator alijs e-
tiam pœnis legitimis ſubiicitur. cap. diſpendia, de
14 reſcript.in vi. & clemen.i.eod.tit. † & literas ipſas
etiam nullas adulterans, impune non abibit. Butr.
15 & Abb.cap.olim, de reſcriptis. † & periurus quis ex
iuramento nullo oſtendi poteſt. cap. tua nos, ubi
Bald.de iureiur. nam clericus ipſe in ſacris conſti-
tutus quantùm in eo eſt, quod nefas eſt, attentauit,
& idcircò pœnam ipſo iure incurriſſe cẽſetur. quod
ex facto reſponſum extat: Rom.conſi. cccclxxxiii.
num.v.& vi. quod potiſsimùm dicendum uideri de-
bet, cùm actui nullo pœna impoſita appareat, ſanè
eo caſu de mente legis ambigendum non eſt.l. non
aliter.ff.de legat.iii.& l.ille aut ille.§.cùm in uerbis,
eod.titu.& l.iiij.§. toties.ff. de damno infecto, & l.
quod conſtitutum, ubi Bar.ff. de mili.teſtam.& Iaſ.
in l.ubi pacto, num.xxii.C. de tranſactionib. ſequi-
tur ergo cùm canon ſubdiaconum per uerba de præ
ſenti matrimonium contrahentem beneficiis pri-
uet d.cap.decernimus, glo.in d.clem. unica in uer-
bo contrahere, de cleric. coniug. ſequitur idem eſſe
dicendum cùm actus ſit nullus per prædicta.

Tertiò, & ex præſumpta mente ſubdiaconi con-
trahentis, idem exiſtimari debet, cùm actum exe-
quatur eius profeſsioni omninò repugnantẽ. d.cap.
à te, & d. cap. diuerſis fallaciis, de cleric. coniug.
nam, ut uates ait, Non bene conueniunt, nec in una
ſede morantur maieſtas, & amor. contractus enim
matrimonij ſubdiaconatus pfeſsioni repugnat proc
ſus. d.cap.de his, & d.cap. nullum, xxviii.diſtinc.&
d.cap.de illo. xxxii.diſtinct.nam & inde intelligi po
teſt eum pro derelictos habere.argumento tex. in le-
ge & ſi transferam. & l. legatum, in fine.ff. de adi-
mendis legatis, in fine. & in l.planè, in principio.ff.
de legatis primo. in c.auditis, de elect.unde priua-
tionis ipſius effectus inductus exiſtimatur.cap.i.de
ſponſalib.in vi.& Ancha. docuit conſi.xxiiij.nu.x.
& num.viii.& præſertim quòad incommodum agen
tis ſpectat. Bart.l.non dubium, nume.xvi.C. de le-
16 gib.& d.cap.primo. putà, † quando clericus uxorẽ
ducit, fori priuilegium amiſiſſe intelligit. Alex.cõſi.
viij.nu.iii.in i.unde, cùm ſubdiaconus uxorem duxe
rit, præſumptius ſeu tacita quædam abdicatio ſacer-
dotiorum inducta cenſetur: quæ plus operari cõſue
uit, quàm expreſſa, ꝙ ad ipſum renũciantem attinet.
Dec.l.i.in i.lectura nu.vi.uerſi. ſed poteſt, & nu.xxi.

& in

&in ij. lectura nu.xlvi.& num.xlvii. C. qui admitti.
17 †licèt quod ad ſuperiorem attinet, illa ipſa non ua-
leat, cùm in eius manibus fieri debuiſſet. cap. ad-
monet, de renunciatione, & ibi glo. in uerbo dimit-
tere. & uidit Abb. in cap. ex parte, il primo nu.iiij.
de officio delegati. c. ad aures, ubi glo. in ſumm. &
Abb.num.vii. & Anch.d.conſi.xaxiiij.nu.viij.effe-
ctus tamen renunciationis quod ad ipſum contra-
hentem attinet, inductus cenſeri debet, quemadmo-
dum ea poſterioris incópatibilis acceptatione, prio-
ris renunciatio inducta exiſtimatur. cap. multa, de
conceſſ.præbend. & glo.in cap. uaote, ubi Abb. de
his quæ fiunt à maior. par. capi. & Butr. in dicto c.
de multa, & Imola in clemen. gratiæ, de reſcrip.nu.
xxiij.& xxiiij. & communem ſententiam eſſe atteſta-
tur Barba.conſi.ai.num.a. in primo, & uide Caſsio-
do.deciſ.i.in tit. de conſtitutionib. & ideò ſi cleri-
cus neſcitur an uiuat, uel uita ſit functus, eò quia
uagabundus, beneficium tacitè renuntiaſſe uidetur,
& conferri poſſe receptum eſt. Feli. in c. quod fre-
quenter. §. porrò. col.ſi. ut lite nó conteſta. Barb.con
ſi.laxi.col.ii. in primo.
18 Quarto † à frequenti doctorum authoritate, ea-
dem ſententia probari cenſetur. Ioan. Andr.cap.i.
de cler.coniug.in ſecundo, gloſ. & ibi Abb. nu.vij.
uerſi.ego tenerem. & Franc.in d.cap.i.de cler. con-
iug.in vi.nu.iiij.ubi atteſtatur ipſum Abbatem ean-
dem ſententiam ſequutum fuiſſe, & Ioan. Andr. in
cap.Ioan.eod.tit. quamuis plures pro alia ſententia
eius authoritatem adducant ibi colum. pen.propè fi
nem uerſ.ſi uerò bene, ubi concludit, quòd quan-
do matrimonium non tenet, ſolùm propter ſacros
ordines, quod tunc de rigore debet clericus bene-
ficiis ipſis priuari, licèt ſecus dixerit eſſe & æquius
cùm quis contrahit cum conſanguinea, & matrimo-
nium nullum eſt ratione conſenſus, ut ibi per eum
in uerſi. ſi uerò ex parte mulieris, ibi, tamen æquius.
& eandem ſententiam ſequutus eſt Imola in clem.
gratiæ, num.aav. propè finé in uerſic. ſi uerò erat,
eius enim ratio ipſo iure factam priuationem pro-
bat. & idem docuit Abb. in d.cap. ſanè, il ſecundò,
num.v.de cler.coniug.& glo.in cap.ultimo de cleri-
cis non reſidentib. d. uerſi. redierint, ibi, ſi habet eá
pro derelicto. & glo.in cap.qualiter, in uerbo qua-
driennium, eod.tit. & Stahl. de literis gratiæ & iu-
ſtitiæ, in argumento de uariis modis uacationum in
ſecundo modo. & Gig. ſequi uidetur in tractatu de
penſionib. eccleſiaſticis liiij. quæſt.principali ubi ſe
quitur deciſionem Ioan. Andr.d.cap. Ioan. & Ioan.
ab Imo.in d.cap.Ioan.d.cap. ultimo de clericis non
reſidentib. hanc ipſam communem ſententiam atte-
ſtari uidetur, & ex facto reſponſum fuit, Abb.conſi.
lxii.num.xvii.in primo, & Rom. ſequi uidetur Ioan
nem Andr.in conſi.cccclaxxiij.nu.xxi.& Barba. hãc
communem ſententiam atteſtatur.d.conſi. xi.nu.xii.
19 & xiij. in primo, † & de clerico in minoribus uxo-
rem ducente quòd ipſo iure priuatus intelligatur,
quod ad fori priuilegium attinet. Alex.cenſuit con
ſi.viii.num.iii. in primo, & Reuerendiſsimus Pariſ.
conſi.xl.nume.xxiiij. in quarto, & Craue. ſequi ui-
detur conſi.cxci. num.vii. in ſecundo, & ſacra Ro-
mana Rota ſequi uidetur deciſ.j.tit. de ſponſalib.in
antiquis, ubi indiſtinctè concludit, ſi clericus ma-
trimonium contrahat per uerba de præſenti, non
ſequuta etiam copula, beneficiis priuatum intelli-
gi. & Rota deciſ.i. in titu. de ſponſ. in antiquis ſub
Biſgnet.

Non obſtant ſuperius adducta in contrarium, &
primò, quòd pœna intelligi debeat ipſius ſenten-
tiæ authoritate irrogata, quia in præſenti caſu aliud
cenſeri debet. glo. in d.cap. ſi quis, xvii. quæſt.iiij.
in uerbo ſubiaceat. & Abb.d.cap. ſi diligenti, num.
xviij.in fine, de foro compet.ubi limitat diſpoſitio-
nem capituli in pœnis, de reg.iur.in vi.

Secundo, & in propoſita quæſtione ſententiam
non condemnatoriam requiri reſpondeo, ſed decla-
ratoriam, ut innuit glo.in d.cap.i.de cleri. coniug.
& glo. in d. cap. ultimo, & d.cap. qualiter, de cle-
ricis non reſidentib.cú enim (ut dixi) huiuſmodi ab-
dicatio beneficiorum teneat, quod ad præiuditium
abdicantis attinet; & pœna ipſo iure impoſita ſit,
non tamen quod ad ſuperiorem attinet, quin ip-
ſum in beneficio ſuſtinere ualeat. Barba.d.conſi.xi.
num.ii.cum ſequenti in primo, unde declaratoria
20 requiritur, † quemadmodum in uaſallo quacunque
ex cauſa à ſuo feudo priuato, domini enim de-
claratoria requiritur. Bald.l.ultima.C. de reuocan-
dis donationib. & conſi.cclxavi. in primo, Aleaan.
xi. in quinto, & lxxix. & x.num.xv.avi.xvii. uerſi.
unde dicit Bald. in primo, & Ruin.xi. nume.vii. in
primo, & Deci.claxxv.nu.viii.in primo, & Soc.iun.
conſi. cxv.num.axi.in ſecundo. & Claudius x. inter
conſi. Brun. ſi rurſus perpendamus huiuſmodi pœ-
nam priuationis ob delictum impoſitam eſſe, idem
21 proculdubio concludendum eſt, nam, † etſi pœna
ipſo iure impoſita appareat, ſententia tamen decla-
ratoria requiritur. Ioan. Andr. in cap. cùm ſecun-
dum, de hæreticis in vi. & Abb. docuit d.cap. ſi di-
ligenti, de foro competen.num.xa. ubi Barba.in ad-
ditionibus, & Bald. Alexand. & Iaſ. nume.xxv.in l.
ſi quis maior. C. de tranſact. & Alexand. d.conſil.
ciii.num.xvii. in principio. Abb. cap.querelam, nu.
iii. de iureiur. & Barba. in additionibus ſubijciunt
ampliationem d.cap.in pœnis, ita intelligendam, ut
in animarum detrimentum non uergat aduerſus pu
blici iuris finem. d. cap. ut famæ, de ſententia ex-
communicat. & l.ita uulneratus. ff.ad legem Aqui-
liam, & Caſsiod.deciſ.v. nu.x. & docuit Ioan. And.
in cap.i. de homicid.& Fel. cap.Rodulfus, xaii.col.
de reſcript.
22 Non obſtat ſecundum, † ꝙ pœna impoſita actui,
de ualido intelligatur, quoniam ſatis reſponſum pa
tet ea adductis in ſecundo fundamento. primò, quia
illud non procedit, cùm legis uerba non poſsint niſi
ad actum inualidum adaptari. argumento l. fundus
qui. ff. de fundo inſtructo. & Bart.l. is qui opus. ff.
locat. & doctores.l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de
uerb.oblig. ubi concludunt per ſimplicem diuiſio-
nem fideicommiſſo renunciatum intelligi, ſcilicèt
iuri ſuperuenienti ex cauſa de futuro cùm ad ea ſo-
lùm uerba accommodari poſsint.

Secundò, quòd illud in caſu noſtro non proce-
dit, quia actus ſit nullus. Bart. d.l. non dubium. C. de
legib.num.xvi.& Anch.d.conſi.xxaiiij.num.viij. &

Barba.in conſi.xi.nu.xij.in primo. actus nõ dicitur nullus quantùm ad agentis incommodum pertinet.

23 Tertiò non procedit, † ne quis duplici pœna grauetur.d.cap.nullum, xviii, diſtinc. & d.cap.de illis, xxxii.diſtinc. unde cùm non præcisè in odium contrahentis actus irritetur, ſed ob rationem expreſſam in d.cap.diuerſos, & cap.quod à te, de cler.coniug. meritò uix concludi poteſt, quòd huiuſmodi irritatio pœna eſſe dicatur.d.l.moris.§.ſunt autem.ff.de pœnis, & cap. ſuper literis, de reſcript.ibi, in pœnam ſuæ peruerſitatis, &c. & Decius cap.ii.de conſtitutionibus num.vii.in uerſic. primus caſus eſt, & ibi Bero.num.xvii.

Quartò procedit dicta concluſio quando actus eſt nullus ex effectu formæ, ſecus ſi ex alia cauſa, ut declarat Rui. conſi.lv.nu.iii.in ij.

Vltimò non obſtat, quia ſiue rationi delicti ſiue tacitæ abdicationis pœnam huiuſmodi perpendamus, illico commiſſam intelligi debet.d.cap.decernimus, & d.cap.presbyter, xxviij.diſtinctione, dum enim dicitur renunciatum uideri, ſi matrimonium non ualeret, hæc ratio concludere non uidetur.nam probat quidem quòd tunc renunciatio attenderetur.d.cap. à te, & d.cap. diuerſis fallaciis, ſed non probat quòd in hoc caſu non inducatur renunciatio. Doctores d.l.non dubium. & dicto cap. unico, de ſponſal.in vi.quare ipſius Decij auctoritas uix hoc ipſo caſu conſiderari poteſt, quia rationes ab eo adductæ concludere non uidentur.l.non ſolùm. §.liberationis.ff.de liberatione lega. potiſſimùm, cum crebrior ſententia aliud ſuadeat.l.prima.uerſi. & ſanè crebrior.ff.de offic. quæſt. & cap. Capellanus, de feriis, & cap.ne innitaris, de conſtitu.& l.fi. C.de pœna iudicis qui malè iudicauit, & Deci.conſil.cccexxxii. num.vi.

24 Quæ † tamen ea lege intelligi debent, ut Epiſcopus cum huiuſmodi ſubdiacono diſpenſare poſſit. Abb.cap.ultimo.num.x.& ibi Sapia in additione litera A. de conſuetudine. qui caſus expreſſus eſt in cap. ſanè, il ſecundo, ubi omnes de cler.coniug. & ratio non eſt, quam conſiderabat glo.in cap.preſbyterum, uerbo non legauimus, xxviij.diſtinctione, quicquid uideatur conſiderare Card. Turrecrem. in cap.presbyter, propè finem eadem diſtinctione uerſic. & cauſa miſericordiæ. † quoniam in facto pro-
25 pria ignorantia non præſumitur.l.fin.ff.pro ſocio, & cap. ab excommunicato, ubi Abb. nume.iiij. de reſcript. & præſertim in is quæ ea profeſſione ſcire tenetur.cap. innotuit, de elect.Clemen.uni.de conceſſ.præben. Imol.in cap.i. de conſanguinit. & affinit.num.vi.Bart.l. ſi quis.ff. de nouatis. & l. ſi res.ff. de leg.i.& l.non fatetur, ubi Alex.de confeſſis, ſed ratio uera eſt, quam aſſignat Turrecrem. in d.cap. decernimus, uerſi. ſecus tamen contigit, quoniam ſi licet id concedi debet, ne ſubdiaconus mendicare cogatur, atque ad ſæcularia negotia ſe prorſus conferre cogatur. cap.ii.de cler.non ordin.& cap. accedens, & cap.ſtudeat, quinquageſima diſtinct.& idem docuit Turrecrem.in cap.presbyterorum, xxviij.diſtinct.num.i.propè fin.ibi nota hoc, & glo. aduertit ibidem in uerbo cathedram, in fine. & Staſ. de literis gratiæ & iuſtitiæ in ſecundo modo uacationis beneficiorum.præſertim uerò ſi matrimonium probetur nullum ex defectu conſenſus, ut docuit Staſ. in loco ſuperius adducto, & Ioan. Andr.d.cap.i. & cap. Ioan. de clericis coniug. & Imola d. clemen. gratiæ. quoniam tunc procedunt tres rationes ſuperius adductæ pro ea ſententia quòd pœna non cenſeatur ullo pacto commiſſa; quippe quòd conſenſus potiſſimum in matrimonijs ad actus eſſentiam requiritur.l.nuptias.ff.de reg.iur.cap.Gēma, & cap. cùm locum, de ſponſalibus.

Laus Deo.

Octauo idus Ianuarij 1556.

Portius Forocora.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas & poteſtas in humanis actionibus requiritur.*
2 *Teſtantium mentem perinde ac legem cuſtodiendam eſſe.*
3 *Teſtantium poteſtas quanta ſit, oſtenditur.*
4 *Teſtantium mentem potius quàm uerba attendere debemus, præſertim in conſtituendis tutoribus.*
5 *Mens ex uerbis colligitur.*
6 *Parentum amor erga filios maximus eſt. & nu.ſeq.*
7 *Pater magis in filij quàm in ſui corporis pœna cruciatur.*
8 *Filius ergo hæres.*
9 *Pupillus quandoque apud uitricum educari poteſt.*
10 *Tutor an poſſit decerni uitricus. & nu.præced. & nu. 18. ſed uide nu. 40.*
11 *Vitricus loco parentis habetur.*
12 *Teſtatoris ordinatio cum legis diſpoſitione coniuncta, fortior exiſtimari ſolet.*
13 *Teſtatoris ordinatio, legis diſpoſitioni derogat.*
14 *Præſumitur pro electo ad aliquod munus. & pro uiro literatis.*
15 *Iudici congruit non ſolùm crimina punire, ſed etiam delictorum occaſionem propellere.*
16 *Pupillus educandus eſt, ubi omnis inſidiarum & ſuſpitio ſalutis abſit. & nu.ſeq.*
57 *Pupillus apud matrem educandus eſt, fallit tamen.*
19 *Nouercæ naturaliter ſunt in priuignos ſæuæ.*
30 *Mulierum conditio longè inferior eſt ipſa uirili.*
31 *Mulieres regulariter à tutelarum muneribus ſunt remotæ. fallit tamen ut nu.ſeq.*
22 *Mater & auia poſſunt eſſe tutrices.*
23 *Tutoris ſuſpitio cùm ſubeſt, nec teſtatoris uotum ſequendum eſt, & nu. 29. & 39.*
24 *Tutor poteſt petere, ut alimenta à patre ſtatuta, minuantur, ſi ultra uires hæreditarias ſint præſcripta.*
25 *Voluntas teſtatoris quando non eſt obſeruanda. & nume. 36.*
26 *Lex honeſta & ſancta eſt.*
27 *Iudex iuris cuſtos, exequutoriæ eſt.*
28 *Iudex poſt concluſum in cauſa teſtes interrogare ſolet.*
30 *Iudex perpendere debet cauſam, perſonæ qualitatem, negotij conditionem, loci & temporis occaſionem.*

Delega-

31 *Delegatus principis maior eſt ordinario.*
32 *Iudex ordinarius quo caſu delegato principis, & ſic ſuperiori inhibere poſſit.*
33 *Priuilegium conceſſum minoribus iudicibus, multò fortius & maioribus conceſſum eſſe uidetur.*
34 *Iudices ſupremi regulas iuris inflectere poſſunt.*
35 *Argumentum à ceſſante ratione ualidum eſſe.*
37 *Promiſſio quælibet etiam iuramento firmata intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus.*
38 *Promiſſio de non offendendo intelligitur rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo minimè ſuperueniente.*
41 *Lege permittente quod ſit, pœnam non meretur.*

CONSILIVM CL.

CHRISTVS SERVATOR AD VERItatis ipſius fontem mihi digitum intendat, ut ab eius ſcopo non aberrem.

CONTIGIT in ampliſsima Brixiæ ciuitate Magnificum D. Scipionem Madium nobilem Brixienſem quatuor ex priori coniuge ſuperſtitibus filiabus, & Magnificā D. Paula Auerolda ſecunda uxore his ſanè uerbis teſtamento ſuo cauiſſe: Item legauit, & reliquit nobilem D. Paulam eius uxorem uſufructuariam donec &c. Item inferius his uerbis; legat 2000. libras ſingulis annis ex ſuis redditibus, necnon & uſumfructum prædij de Plocio dummodò caſtè uiuat, & uidua ſit, ea tamen lege, ut teneatur penès ſe alere infraſcriptas eius teſtatoris filias natas, & filium naſciturum, ſeu plures &c. deinde ex aſſe N. hæredem inſtituit, cui poſtmodùm filias fœminas iam natas ſubſtituit, at cùm maſculus ipſe editus fuerit, & lapſo triennio idem obierit, tutela per quinquennium ipſi D. Paulę decreta fuerit commiſſariis ipſis, & teſtamenti executoribus, tutoribus, & curatoribus clariſsimis Iureconſultis D. Vincentio Barignano, ac D. Petro Vincẽtio Madio ab ipſo teſtatore cõſtitutis, ipſius iudicis accedente decreto &c.

Hæſitari contigit, an apud D. Paulam nouercam priuignæ ipſæ ali, & educari debeant, uel potius apud Magnificam D. Claram Brunellam auiam maternam, ac D. Hieronymum, & Pompeium auunculos prout iuris ipſius ratio ſuadere uidetur?

Reſpondi, prima quidem facie diiudicandum uideri Magnificæ D. Paulæ nouercæ cauſam longè iuſtiorem eſſe, ſi Magnifici domini teſtatoris mentem
1 intueamur. † In humanis enim actionibus conficiendis uoluntas, atque poteſtas requiri conſueuit. c. prudentiam, de offi. deleg. §. adijcimus, ubi glo. in uerbo nequiuerint. Butr. & Abb. & l. i. §. uſus. ff. de procurat. ibi, ut hi qui uolunt, uel non poſſunt, Bal. aduertit. & l. Pater Seuerinam. ff. de condi. & demonſt. ubi Bart. & Alber. & l. eius eſt. ff. de regu. iur. ubi Deci. & Cagn. plures deciſiones adducunt, & teſtatur Boëtius in libro de Conſolatione philoſophiæ in principio, & ex facto paſsim reſponſum extat: Calder. conſi. xvi. in tit. de uerb. ſignific. & Abb. conſi. xxii. in ij. Alex. conſi. cxxiii. num. iiij. in quarto, Barbat. conſi. lxvi. inter conſi. Cart. ſen. & Deci. conſi. xcviij. uerſi. prædictis, & Socin. iun. conſi. cxviii. nu. xiii. in
2 tertio. † At, cùm uetuſtiſsimæ duodecim tabularũ legis authoritate cautum fuerit, uti quiſque legaſſet, rei ſuæ ita ius eſſe debere. l. uerbis legis. ff. de uerbo. ſignifi. ubi Bart. & Alciat. & §. diſponat, in auth. de nupt. & §. exhæredatos, in auth. de hæred. & falcid. poſteriores ſanè legislatores utriuſque cenſuræ conſtituerunt teſtamentorũ ipſorum & teſtantium mentem in ipſis elogiis perinde, ac legem eſſe cuſtodiendam. cap. ſi hæredes, ubi glo. in uerbo ab epiſcopo, Butri. Imol. & Abb. de teſtam. & l. cùm uirum, & l.
3 quæſtio. C. de fideicom. † necnon & quandoque ſolam diſponentis mentem negotium ipſum perficere. l. penult. ff. de lega. ii. & primum locum obtinere. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtra. nonnunquam & maximè liberum ſtylum teſtandi eſſe debere. l. i. C. de ſacroſanct. Eccle. quandoque & minus ſcriptum, & plus intellectum. l. cùm auus. ff. de condit. & demonſtr. ubi Socin. potiſsimùm poſt ho-
4 mines ueteres egregiè philoſophatur. † eandem & aliquando mentem potius, quàm uerba attendi. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & ex facto paſſim reſponſum extat: Alex. conſil. xix. in ſecundo, Deci. cõnſi. ccci. num. iiij. Socin. iun. in conſil. lxxii. num. i. & conſi. cxv. num. viij. & conſi. cxlv. nu. xiii. in tertio, cui profectò ſententiæ in tutoribus potiſſimùm conſtituendis locus eſſe ſolet. §. ex his autem, ad fin. in auth. de hæred. ab inteſta. & toto tit. ff. inſtit. & C. de teſta. tut. & ut dixit Socin. conſil.
5 lxxxv. num. xii. in tertio. † Cæterùm, cùm mens ipſa humana ex uerbis ueluti inſtrumento quodam admodum naturali colligatur, ut Stagyrita uidit in principio Periherm. & legislator utriuſque cenſuræ cauit. c. Marchion. i. q. i. & c. intelligentia, de uerb. ſignific. & l. Gallus. §. i. ibi, qui ex uerbis concipi. ff. de libe. & poſthum. & l. Labeo. ff. de ſupellec. lega. uerſic. item Tubero, & l. non aliter. ff. de lega. iij. & l. ille, aut ille. §. cùm in uerbis. ff. eo. tit. & Bal. aduertit in c. ſecũdò requiris, de appell. & Alci. in rubr. ff. de uerb. ſignific. & Socin. in d. conſi. lxxxv. nu. xi. in iij. Quamobrem, cùm Magnificus ipſe teſtator hiſce uerbis cauerit: Cùm hoc tamen ut Magnifica D. Paula teneatur penès ſe alere, & c. priuignas ipſas apud eã alendas eſſe, ab hac uoluntate recedi nefas eſſe uidetur. d. l. uerbis legis, & d. l. cùm uirum. §. i. in auth. de iureiurando à morien. præſti. & quandoque reſponſum extat: Alex. conſi. ix. nu. xxvii. in ii. & conſi. lij. nu. xxxi. in iiij. & cõſi. cxxiii. nu. xxviii. eo. uol. Deci. conſi. ccv. nu. v. uerſi. his tamen non obſtantibus, & conſi. ccclxxiiij. nu. i. & conſi. dcxa. nu. ix. & conſi. dcxxxv. nu. viii. cum pluribus aliis conſultò omiſsis.
6 Secundò, † eadem concluſio ab arctiſsima coniunctione, & inde beneuolentia, quæ inter patrem & filium uiget, probari poſſe uidetur, ſiue naturalem, ſiue ciuilem rationem intueamur: nulla enim arctior excogitari poteſt. l. i. §. ius autem, ibi educatio. ff. de iuſtit. & iur. & l. ſcripto. ff. unde libe. l. amiciſsimos. ff. de excuſat. tuto. qua impulſus ſapientiſsimus ipſe Salomon ueram à falſa genitrice diſcernere conſueuit. l. in ſuis. ff. de libe. & poſth. & quãdoq; eandem perſonam patris & filij, Cæſar ipſe conſti-

tuit.l.i.C. de impub.& l.patris, & filij.ff. de uulg.&
7 pupil.& §.ei qui, inſti. de inuti.ſtipul. † quinimmo
& ingenuos parentes in filiorum ignominia magis,
quàm proprij corporis deterreri, lex ipſa decernit.l.
iſti quidem, in fine.ff.de eo quod met.cauſa, necnõ
& Cæſar inſtituit, nullum affectum ſuperare pater-
num erga filios amorem.l.ſi furioſo.ff. de curat. fu-
rio.& l.ult.C.eod.tit.l.nec in ea, ibi, quod plerunq;
paterni nominis pietas.ff.de adulte.l.ult.C.de curat.
furi.ibi, quis enim talis affectus.& c.ſuper eo.ii ij.
8 Quamobrem † à Paulo concluditur ad Rom.8.&
c.quicunque.xvii.q.iiij.& auth.ſi qua mulier.C.de
epiſco.& cleri.filius,ergo hæres, & plures à Bar. ſui-
tatis effectus diſcutiuntur in l.cohæredi.ff.de uul-
ga.& pupil. & in nõ abſimilibus factorum ſpeciebus
ueteres quandoque ex facto conſulti reſponderunt.
Alciat.in tract.præſump.xxxviii.regu.ii.& reuerẽ-
diſsimus Pariſ.conſi.lxxviij.nu.xxx. & Socin.conſi.
xxiij.nu.xx.& conſi.cl.nu.xluj. in primo. Quocircà
concludi poſſe uidetur, nullius iudicia affectum cum
hoc ipſo paterno comparandum eſſe.d.l. cùm auus,
& l.cùm acutiſsimi.C. de fideic.ibi, ne uideatur &c.
Bal. Sali. Fulg. & Corn.nu.i.notant.
9 Tertiò nouercæ cauſam munire uidetur, † quòd
priuignus ipſe quandoque apud uitricum educari
poſsit.l.ſi paterno.C.de neg.geſt.ibi, priuignas tuas
10 aluiſti. & † uitricum ipſum tutorem decerni poſſe
uidetur.l.nonnunquam.ff.de adopt.ubi glo.in uerbo
nonnunquam.Bart. & Bald.& in d.l. ſi paterno, ubi
glo.in uerbo. aluiſti. Bal.Caſtr.Sali. & Alex.aduer-
tunt, & l.fin.C. de contr. iud.tut. ubi glo. in uerbo
proponis,& Bal.nu.i.& docuit Speculat.in titulo de
tuto.§.nunc dicendum,uerſi.ueruntamen,ubi Bald.
11 in additionibus in uerbo uitricus. † Parentis enim
loco eſſe uidetur.l.quia parentis.ff. ſolut.matr.addit
Bal.d.l.ult.nu.i. cum non prohibeatur illum ipſum
tutorem cõſtitui permiſſum cenſeri.l. præcipimus.
C.de appel.l.qua ætate. & l.ſi quæramus.ff. de teſta-
men. At, cùm nouerca ipſa reſpectu uitrici ad ali-
quid eſſe uideatur, ſaltem diſponentis uoluntate cõ-
currente, de utroque idem intelligendum uideretur.
l.fin.C.de indi.uidui.tollen.& l.ult.C.de fruc. & lit.
expen.ubi Bal.Sali.& Fulgo.& l.uxm etſi.ff.de inoſ
12 fi.teſtam.& l.uiro,atque uxore.ff.ſolu.matr.† homi
nis enim ordinatio cum legis diſpoſitione cõiuncta,
fortior exiſtimari ſolet.l.ſi filiusfa.§. diui, ubi Alex,
Iaſ.& Rip.in notab.de lega.i. quemadmodum gene-
raliter duplicis nexus concurrens uinculum arctius
ligat.c.i.de treg.& pace,auth. itaque.C. commu.de
ſucceſſ.&auth.de conſangui.& uteri.fratri.in.§.i.cu
13 ius interna ratio adduci poteſt, † quòd hominis ordina
tio, legis ipſius diſpoſitioni deroget.l. quamdiu.ff.
de acquir.hæred.& l. quamdiu.ff.de reg. iur. & l.ante
quàm.C.commu.de ſucceſſ. & l.ult.C. de pact. con-
uen.& pertractat Neguſant.in tract.pigno.in prima
parte principali quæſtione nona.

Quartò & uoluntatem huiuſmodi eò amplius ſer-
uandam cenſeri debere cenſeo, quia Magnificos &
clariſsimos iureconſultos D. Vincentium Bargnanũ,
& Petrum Vincentium Madium contutores, & hu-
ius uoluntatis executores conſtituerit, quorum ſanè
conditio maxima iuris præſumptione fouetur, ſiue
paternum affectum intueamur.d.l.iſti quidem, in fi-
ne,& d.l.ult.C.de curat.furi.& d.l.nec in ea,cũ aliis
ſuprà adductis. tùm ratione profeſsionis, integrita-
tis,& authoritatis,l.ii.ff. de off.ciuil.iudic. ubi glo.
Bar.& Bal.& c.in præſentia,de renun.& c.in noſtra,
de procur. & in auth. ut iud. ſin. quoquo ſuffrag.in
14 princ.† generaliter enim pro quolibet electo, & ad
aliquod munus obeundum cooptato præſumi ſo-
let.cap.innotuit,de elect.& c.cùm in cunctis, eo.tit.
ubi Innoc. Ioan. And.Butr.Imol. & Abbas poſt Ho
ſti.& c.quoniam contrà,de probat.ibi,publicam per
ſonam &c. & c.ad audientiam,de præſcri.& c.ſi cau
tio,de fide inſtru.ubi Innoc.in prin. Quocircà in La
teranenſi Concilio à regulis iuris literati ipſi exci-
piuntur,c.de multa,de præb.& in poſterioribus con
ſtitutionibus extrauag.execrabilis,eo.tit.& Gomeſ.
ſacræ Rom.Rotæ ſtylum huiuſmodi atteſtatur deci
prima in tit.de præben.& pertractat Alc.in trac.præ
ſump.regula iii.præſumpt.xix. ubi plures adducit.

Quocircà, cùm ex alterius perſona quandoq; alie
ei beneficium obueniat.l.ſi poſt mortem.§. hi qui.ff.
de bono.poſſeſſ.cont.tab.ubi Bar.& Alberi. & diſcu
tiunt recentiores omnes in l.poſthumo.C. de bono.
poſſeſſ.cõtr.tab.& l.filio præterito. ff.de iniuſt.rupt.
teſtam.conſequens eſſe uidetur ipſius nouercæ inha
bilitatem, cõtutorum maximè integra conditione
fulciri.l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.ibi,non ad
multitudinem teſtium &c. & c. in noſtra, de teſti.
ubi omnes aduertunt ex abſoluta teſtis conditione
alterius inhabilitatem ſuſtineri poſſe.

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus, op
poſitum uerius eſſe exiſtimo; quòd immo, priuignæ hu
iuſmodi apud nouercam alendæ non ſint. Prima ra
tio ſumatur ab ipſius politici finis inſpectione, ad
15 quem pertinere prorſus exiſtimatur, † omnem actũ
remoueri, non ſolùm crimen continentem.l. con-
gruit.ff.de offi.præſid. ibi, ut pacata ſit prouincia.l.
bona fides.ff.depoſiti.ubi Alci.& l.ita uulneratus.ff.
ad l.Aquil.& c.ut famæ,de ſent.excõmu.& c.fælicis,
de pœn.in vi.uerùm etiam unde delictis occaſio dari
poſsit,& eorũ induci ſuſpitio.l.conuenire.ff.de pact.
& c.ſæpè,de reſti.ſpolia.ibi,cùm parum interſit, Do
cto.omnes aduertunt:unde legiſlator utriuſque cen
ſuræ pactiones ſuper hæreditate uiuentium initas
prorſus deteſtatur.l.de quæſtione.C.de pact.ibi,ple
nas triſtiſsimi, & l.ſi quis mihi.§.utrum.ff.de acqui.
hæred.& l.ſtipulatio.ff.de uerbo.oblig. Qua ratione
decreuerunt ſacratiſsimi Imperatores, atque eorum
16 conſtitutionibus ſæpe cauerunt,† pupillum ibi edu
candum eſſe,ubi omnis inſidiarum, atque ſalutis ſu-
ſpitio abſit.l.ii.C.ubi pupill.educa.deb. ibi, qui ma-
gis ad ſuſpitionem ex ſucceſſione,atque illius ſpe ſit
propior. quod Diocletiani & Maximiani reſpõſum,
Accurſ.Azo. Bal.& Sali, Ang.& Fulg.ad politici fi-
17 nis executionem pertinere cenſuerunt.† & eadem ra
tione Alex.Imperator conſtituit.l.i.C.eodem tit.pu
pillum apud matrem educandum, dummodò uitri-
cum non induxerit. cuius rationis deciſionẽ Accurſ.
ibi, in uerbo uitricum, adducit,quippè quòd eo caſu
etiam filiorum uitam ei adiiceret.l.lex quæ.ff.de ad-
miniſtr. tuto. §. lex enim, quod ibi Docto. omnes
aduertunt. Quin & Argentinenſi Epiſcopo perqui-

renti

renti reſcribens Gregorius nonus eius nominis Pontif.ſummus decreuit,puerũ ex patre conuerſo editũ apud matrem non conuerſam ali non poſſe, nec debere; quippè quòd pupillus ibi educari debeat, ubi nulla ſit inſidiarum, ſalutis, & uitæ ſuſpitio, quod
18 Bernar.in uerbo inſidientur,egregiè declarat,† ſubiiciens,tam & ſi tutor uitricus dari poſsit, non tamen pupillum apud illum educari poſſe, & ſubſcribunt Hoſt.& Ioan.And.at idem Bern.in c.cùm haberet,de eo,qui dua.quam per adulte.polluit,in uerbo intererit,& ibi Doct.præſertim Imo.& Abb.colligentes,pupillum omninò ibi educandum, ubi nulla inſidiarum,ſalutis,& uitæ ſuſpicio ſubeſſe poſſit. Quæ cùm huiuſmodi ſit dicta interna iuris ratio,de nouerca id multò fortius diiudicandum eſt,
19 † cuius naturale odium aduerſus priuignos etiam Poëtas ipſos non latuit, Sæuę miſcent aconita nouercæ.& alibi: Eſt mihi nanque domi pater, eſt iniuſta nouerca.& quandoque legiſlator ipſe aduertit parentem iudicia nouercalibus delinimentis adnetſus filios iniquè corumpi.l.non eſt,ff.de inoffi.teſta. nec caret exemplo,cùm irreparabile humano generi detrimentum muliebri deceptione allatum fuerit, Geneſ.i.ij.& iij. ubi Auguſtinus, Hylatius & Hiero-
20 nymus eruditè philoſophantur. † quocircà & poſitiuus ipſe legiſlator mulierũ conditionẽ longè uitili inferiorẽ eſſe cenſuit.l.in multis.ff.de ſtat.hom.ubi Bar.Alberi.& Bal.& l.ii.§.uerba itaqua.ff.ad Senatuſconſ.Velle.& l.ſi mulier.C.eo.tit.& c.ex parte, ij i.de priu.paſsionibus enim ipſis magis obnoxiè creduntur,ut docuit Bald.in rub.de cohab.cleri.& mulie.nu.ii.& d.l.nonnunquam.ff.adop.nu.i.& plures deciſiones adducit Dec.in l.fœminæ.ff.de regu.iur. nume.xliii.& poſt eum Cagnol.Ex quibus concludi poſſe uidetur tùm generali perpenſa ratione, tùm ſingulari à priuignarum ipſarum educatione nouercam prorſus repellendam eſſe.

Secundò, aduerſus nouercã ipſam urget ꝙ immo
21 per iuris ipſius regulas conſtet,† mulieres à tutelarũ muneribus eſſe remotas,l.fin.ff.de tutor. iure ſingulari ibi perpenſo.& .§.pen. inſt. de legi. patro. tute. & Bar.docuit in l.ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tut.ubi hanc ipſam tutelam irregularem ſiue anoma-
22 lam apellat.† Placuit tamen poſterioribus legiſlatoribus matrẽ,& auiam hoc ipſum munus ſubire poſſe. §.ex his,in auth.de hered.ab inteſt.& auth. ut liceat matri & auiæ in prin.& auth.matri & auię.C.quan. mul.tut.offi.fun.pot.Quam ſanè deciſionem legiſlator ipſe naturali ratione impulſus edidit. d.c.adſerte, d.c.ii.de conuerſ.infideli.ibi,in partu ante partum, & poſt partum.&c.ut nec paterni præcepti authoritate aliud poſſe induci receptũ ſit Bal.& Sal.in d.auth.matris & auię.& Bal. in cõſ. cccviii.in ii.nu. ii.Quocircà cõcludendum uideatur,ipſius auiæ maternæ conditionem necnon & auunculorum ipſorũ longè potiorem exiſtimari, in quibus omnis pronſus ceſſet ſuſpicio.d.l. ii. C. ubi pupil. educa. deb. & gloſ.in d.c.cùm haberet,in uerbo intererit.

Tertiò, adeò uera eſt concluſio huiuſmodi,perſonas ipſas nõ ſuſpectas omnibus aliis uel minima ſuſpitione laborantibus præferri, ut legiſlator ipſe ca-
23 uerit,†cùm ſubeſt ſuſpitio,nec teſtatoris uotum ſequendum eſſe. caſus eſt in d.l.i.ff. ubi pupil. educa. debet,ubi Vlpianus reſpondit, Prætorem ſolere ex perſona,ex conditione, & ex tempore ſtatuere ubi potius pupillus ipſe alendus ſit: ſubiicitque & non nunquàm à patris uoluntate Prætorem ipſum recedere.glo.ibi in uerbo recedit,& Docto. omnes exẽplum ipſius Vlpiani admirantur, quod ibidem ſubiicit.& cùm quis teſtamento ſuo cauiſſet, ut apud ſubſtitutum pupillus educaretur, Seuerum Imperatorem reſcripſiſſe, prætorem æſtimare debere quid ipſi pupillo magis conducat. Prætor enim ipſe iuris ueluti quidam executor.l.ius autem.§.nam & Prętor ff.de iuſtit. & iur. curare debet ut ſine ulla maligna ſuſpitione partus alatur,& educatur.d.l.i.in fi.prin. item in l.ij.ad fin.ff.eo.tit.ubi pupill. educa. deb. &
24 † cùm pater ultra uires hæreditarias pupillo alimenta ſtatuiſſet tutore petente Prætorem cauſa cognita illa ipſa minuendo decernit. & ibi gloſſ.& Doct.
25 colligunt.† Fortiùs cùm pater ipſe his uerbis cauiſſet: liberi mei ibi ſint,ubi mater eos eſſe uolet: interpretatur Pomponius Quinti Mutij reſponſum ad teſtatoris authoritatem conſeruandam pertinere, ut ubi iuſſerit,ibi ſint, nec tamen uoluntas eius,aut iuſſus cuſtodiri debeat,ueluti ſi prætor ductus ſit nõ expedire pupillum ibi eſſe, ubi pater ipſe iuſſerit propter uitium, quod ipſe ignorarit &c. caſus eſt in l. Q. Mutius,per totam legem.ff.de annu.lega.& maximè in uerſ.nec tamen ſemper uoluntas.& in fin.uerſic.nec omninò ſpernenda,ſed interuẽtu iudicis &c. At cùm in præſenti facti ſpecie cauerit teſtator apud nouercam pupillas eius priori uxore ſuſceptas educari,conſtetúe eam ſuſpectam eſſe, nemini ambigẽdum uidetur,quin uolũtas huiuſmodi omninò ſpernenda ſit.d.l.j.d.l.Q.Mutius,& d.l.non eſt,cum aliis
26 ſuperius adductis † legis enim ipſius uſia honeſta quidem,& ſancta eſt.c.erit autem lex.iiij.diſt.& l.i.ff.de legibus.ibi,dogma ſapientum.& l.i.ff.de iuſt.& iur. ibi,ueram philoſophiam.& l.i.ff.de uar.& extraord. cog.ibi,ſanctiſsima quidem &c. idcircò nihil quidquàm à iuſtitię candore alienum permittere ſolet. l. iubemus.C.de teſtam.& d.l.bonafides. ff. depoſi. & d.c.ut famæ,de ſent.excomu.& cap.fęlicis,de pœn. in vi.cæterùm, cum non poſsint omnes caſus ſcriptę legis authoritate decidi,quippè ꝙ id ob innumeram eorum multitudinem fieri non poſsit.l.nam natura. ff.de præſcrip.& cap.j.de conſti.in vi.& l.nam ad ea & l.non poſſunt.ff. de leg. & l.qui uerò.ff.eod. titu. ſanè prudens ipſe legiſlator iudicum oculos præfecit,lynceos quidem illos eſſe iubens, qui iuris ipſius diſpoſitiones cuſtodiant,ut exequantur.d.c.erit autem lex, in fine iiij.diſt. & c. iudicantem.xxx.q.v.& cap.cùm ęterni,de re iudi.in vj. & l.rem non nouam C.de iudi.uetuſtiſsimæ enim xii.tabularũ legis uer-
27 ba hæc erant: † Iudex iuris cuſtos, executorúe eſto, ut aduertunt Bal.Caſtr.Riminal.Barbat.& alii recẽtiores,nec latuit Alciat. lib.ſecundo Parergon cap. vj.quibus profectò facultatem dederit ſubſiſtẽte cauſa legum ipſarũ decreta moderandi.l.aut facta.ff. de pœn.in fine, & l.ſi hominem.ff.manda.& ibi Barto.
28 † unde iudex poſt concluſum in cauſa teſtes interrogare ſolet præter iuris ipſius regulas. cap.cùm cauſa, de ſent.& re iud.& lite non conteſtata eorum depoſitiones

poſitiones recipere.c.quoniam frequenter,ut lite nõ
conteſtata.§.ſunt & alij,ubi glo.& Doct.aduertunt,
& de teſti.in cap.ueniens, il j.ubi Doctu. inquiunt,
hanc ipſam iudicibus datam facultatem intelligi ue-
ritatis ipſius perſuadendæ cauſa,quam canon potiſ-
ſimùm in obſcuro non eſſe fatagit.c.ſuper literis, in
prin.de reſcript.& d.c.quoniam contrà, de probat.
29 ubi Docto. i.& ii.notabili colligunt.† Quamobrem
in propoſita facti ſpecie quoad locum tutum, ubi
pupillus ali,& educare debeat etiam aduerſus ipſius
parentis uotum, quod pater diuinare nõ potuit, qui
adeſt,iudex æſtimare debet. d.l.i.ff.ubi pupil. educa.
deb.in fine princ.& d.l.ii.C.eo.tit.in fine, & d.l. Q.
Mutius,in fine ubi Bar.Albe.& alij,& d.l.ij.C.eod.
tit.ubi Bald.Ange.Fulgo.& Sali.aduertunt, iudicis
arbitrium in hoc articulo oneratum intelligi,quem-
admodum in pluribus aliis quæ ea pllentè legiſlator
decernere non potuit.l.i.ff.de iure delib.ubi Bal. &
l.iii.§.eo magis.ff.de teſti.ubi Barto.& Albe.& uidit
Deci.conſi.caci.& eſt caſus clarus in c. ult. de tran-
30 ſact.ibi in his uerò caſibus &c. † glo.aures in uerbo
ſemper, in humaniorem partem plura concludit iu-
dicibus ipſis eſſe perpendenda, ut cauſam, perſonæ
qualitatem, negotii conditionem, loci & temporis
occaſionem. Quamobrem ea huiuſmodi fonte hæc
ipſa concluſio ſaboriri conſueuit, ut quamuis prin-
31 ceps † & ipſius delegatus quocunque ordinario in
cauſa ſibi mandata dignior exiſtimetur,c.ſanè, de of
fi.deleg & l.1.§.qui mandatã.ff.de off.eius,cui man-
da.eſt iuriſd.& tradunt omnes in rubr.ff.eo.ti.præ-
ſertim ſummiſtæ Goffred.& Hoſti. uerſ. quæ ſit de-
32 legati facultas, † ſi tamen cauſa quæpiam ſuperue-
niat ab ipſo principe non perpenſa, conſtat ordina-
rium ipſi delegato inhibere poſſe.d.l.ſi hominem.ff.
manda.ubi Bart.& Abb. in c. dilecti, ult. de appel-
lat.nu.xi.& Alex.in d.robr.ff.de offi.eius. cui man-
da.nume.vj.uerſ.cum ſingulari tamẽ limitatione, &
33 ibi Riminal.& alii poſteriores ſubſcribunt. † Quæ
quidem facultas cùm iudicibus quibuſcunque com-
petat,multò fortius maioribus ipſis conuenire debet
l.relegatorum.ff.de relega.c.ſuper uenerabilem,qui
fil.ſint legit.in prin.nam ſi Papa diſpenſat reſpectu
ſpiritualium,cur non & temporalium nempè effe-
ctuum? & cap.ex parte,il ii.de decim.& l.in ſuis. ff.
de libe.& poſthu.in fine,& l.nec in ea.ff.de adulte.&
plura adducit Decius in l.non debet.ff.de regul.iur.
Dyn.Anch.& D.Mantua in c. cui quod plus,eo.tit.
in vi. Qua ratione Bald.emunctæ naris uir Zeno-
nis conſtitutionem in l.iubemus.C.ad Senat.Conſ.
Treb.interpretabatur oppoſit.vj.& ſacra Roma.Ro-
34 ta decidit Caſſa.in j. & ii.deciſ.de teſtam. † Qua ra-
tione receptiſſima eſt ſententia ſupremis ipſis iudi-
cibus licere regulas iuris ueluti normã ipſam lesbiã
inflectere.d.l.aut.§.nonnunquam,& l.ſeq.ff.de pœn.
Innoc.Hoſt.Butr.Imol.Abb.Feli.& Deci.oo.ax.in
ii.lect.in c.i.de conſtitu.animatæ enim legis uirtutẽ
repræſentant,in auth.de conſulib.& d.c.ult. de tran-
ſact.quo caſu hæc non tranſgreſſio,ſed legum ipſarũ
diligens obſeruatio cenſetur,quippè quòd illius ſola
ratio obliget.l.cùm mulier,la prima ibi, niſi ex mẽ-
te ſumat quis.ff.ſolu.matr.l.nominis & rei. §.uerbũ
ff.de uerbo.ſign.& c.quia in tantùm, de ſimon. & c.

ult.de reg.iur.in vi.Bar.& Bald.l.non dubium. C.de
leg. Quæ cùm huiuſmodi ſint,& ipſius nouercæ con
trario prorſus ſuſpecta ſit.d.l.non eſt dubium. potiſ-
ſimùm propter litis futuræ timorem. l. item propter
litem.ff.de excuſat.tuto.§.item propter litem.inſti.
eodem titu. cap.j.de iudi.ubi aduerſarij dicuntur ſi-
mul litigantes, conſequens eſt ad iudicis ipſius in-
tegritatem pertinere uideri hanc ipſam nouercam à
priuignarum educatione repelli.
35 Quartò aduerſus eandem nouercam † à ceſſante di-
ſpoſitionis ipſius ratione colligi poſſe uidetur, cùm
enim nullus amor paternum uincat.d.l.fin.ff.de cu-
rat.furio.d.c. adferte, cũ aliis ſuperius adductis. ſanè
optimo iure,caſu quo naſceretur poſthumus,diſpo-
ſuit teſtator priuignas huiuſmodi apud nouercã ip-
ſam alendas eſſe; maximum enim amoris pignus in-
ter diſponentem,& nouercam relinquebatur, nempe
filii,ideſt amoris.l.liberorum.ff.de uerb.ſig.ibi,nul-
lo enim dulciori &c.& d.l.iſti quidem,in fine. at eo
ſublato ceſſat omnis ratio,cur hæc ipſa diſpoſitio cu-
ſtodiri debeat.c.cùm ceſſante,de appellat.& cap. & ſi
Chriſtus,de iureiu.& l.tutelas, ubi Barto.ff.de capi.
diminut.& l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patro. &
d.l.j.de offi.eius, cui manda. eſt iuriſd. ubi gloſſ. in
uerbo ſi proficiſcatur, omnes aduertũt Bononienſes
& Patauini, & Neoterici Galli in tracta.à ceſſante
36 cauſa.& in hoc ſubintrat legis diſpoſitio,† qua cauſa
eſt,cauſa cognita prætorem, ſeu iudicem æſtimare à
patris uoluntate ob ipſam ſuſpitionem recedendum
eſſe.d.l.i. & ii.ff.ubi pup.educa. deb.d.l.ii.& ult. C.
eod.tit.& d.l.Q.Mutius,in fine quæ loquitur in ipſa
matre,& tamen cauſa cognita,& patris, & illius iu-
dicium non ſequendum,tametſi naturali & ciuili ra-
tione ſuffultum.d.c.ii.de conuerſ.infidelium & l.aſ-
ſiduis.C.qui potio.in pigno.habe.& d.c. adferte. &
d.l.ult.C.de impub.& aliis ſubſt.Quare multò mi-
nus parentis iudicium hoc caſu obſeruandum erit,ut
apud nouercam ipſam priuignæ alantur conſangui-
neo fratre ſublato.d.l.tutelas,& inſtantis litis urgen
te ſuſpitione.necnon & cùm non modicam pecuniæ
ſummam priuignis ipſis debeat,quas excoriare poſ-
ſe, amplius non eſt permittendum,prout iuris ipſius
perpenſa ratione eam adoptare præſumi poteſt. d. l.
non eſt dubium.& l.ſine poſsidetis.C.de probat. ubi
Bald Sali.& Fulgoſ.& c.ſemel,de regu. iuris in vi.&
diffuſius pertractat Alciat.in tracta.præſumpt. regu.
iii.præſumpt.xia.
Quintò aduerſus nouercã ipſam urget,quòd uul-
gò circumfertur: quoties aliquid diſponitur quibuſ-
dam præſuppoſitis, illis ſanè ceſſantibus diſpoſitio
locum non habet.l.mancipia. C. de ſeru. fugit. ubi
Accurſ.Iaco.Butr.Sal.Fulg.& Rom.ſing. cccclxxvi.
Statutum.& l.generaliter.§.ſi quis tutorem. ff. de fi-
deicomm.liber.& l.neque enim.§.primo.ff. de inoff.
teſtam.& ex facto reſponſum extat: Deci.conſi.cclj.
nu.vj.& conſi.dcxliiij.nu.xv.At cùm Clariſsimi Iu-
riſconſ.tutores & curatores conſtituti ab ipſo teſta-
tore tutelæ renunciauerint iudicis accedente decre-
to,& poſthumus ipſe diẽ obierit,quorum oppoſitum
teſtator præſupponebat, conſequens eſt,hanc ipſam
diſpoſitionem obſeruandam non eſſe.d.l.Q. Mutius
in fine.ff.de annu.lega.cum aliis ſuperius adductis.
quælibet

37 † quęlibet enim diſpoſitio ſiue legis mortuę, ſiue ui-
uæ, ſiue hominis etiam, iuramenti uinculo muoita,
intelligi debet rebus in eodem ſtatu permanentibus
l. quod Seruius. ff. de condi. ob cauſ. & l. ult. ff. qui ſa-
tiſda. cog. & cap. quemadmodum, ubi omnes aduer-
tuot de iureiur. & ex facto non ſemel reſponſum ex-
tat: Deci. conſi. xxxv. Viſis, nu. vi. & conſi. ccclil. nu.
vij. Soc. iun. conſi. ii. in j. & conſi. iii. nu. xxvii. in ii. &
38 conſ. cj. nume. ix. in iii. † & in promiſsione pacis non
frangendæ ſæpius concluſum fuit. Bar. in l. j. ff. ſi qua
drup. pauperiem feci. dica. & l. uerùm. ff. de furt. &
l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de nerbo. obliga. Iaſ. io
d. l. quod Seruius, & Alex. in d. l. mora ſemel. ff. ſolut.
matri. & Docto. in d. cap. iii. de iureiur. & l. cum pro-
pooas. C. de tranſact. & pertractat. Firmia. in tract. ga
bel. in ij. parte quæſt. v. & ex facto non ſemel conſul-
ti ueteres reſponderunt: Bald. conſi. cxcv. in ii. Pòtę.
cooſi. cclviij. Alexan. conſi. xix. in primo & conſ. cxv.
in iiij. ool. Pariſ. conſi. clxv. in iiii. nu. xxiiii. Quocir-
cà, cùm poſthumus ipſe obierit, & tutores ipſi tutelæ
oneri renunciarint, quem caſum teſtator omiſerit, ſe-
quitur ſub iuris diſpoſitione relictum intelligi. l. ſi
cùm dotem. ff. ſolu. matrimo. l. commodiſsime. ff. de
libe. & poſthu. & l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. eo.
tit. & l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. cum aliis ad-
ductis à Socino. iun. conſi. iiii. nume. xxiii. & conſil.
xxxvi. nume. v. & conſi. lxvii. num. xxii. & conſi. lxix.
39 nu. xviii. & conſi. lxxx. nu. vi. in iii. † Et cùm iuris ip-
ſius ratio dictet, nouercam ipſam debere repelli ob
cauſas ſuperius deductas. d. l. i. & ii. ff. ubi pupil. edu-
ca. debeat, conſequẽs eſt ad iudicis integritatem ſpe-
ctare intelligi, decernere hanc ipſam nouercam à
priuignarum educatione prorſus repellendam eſſe,
quod non in abſimilibus factorum ſpeciebus non ſe-
mel reſponſum fuit; Paul. de Caſt. conſi. ccclii. Poſt
quam tutor, ad finem uerſ. ultimò ſi quæritur. in j.
Bald. conſi. cccclxxli. in v. & Bart. in ſua quæſtione.
clxi. incip. Quæritur utrum iudex. & Alex. cõſi. clxi.
nu. x. in v. ubi etiam de pupilla deſponſata tangit: &
Soci. iun. conſi. clxi. nume. vi. in ii. Guid. Papa. deciſ.
dxxvix. & Grammat. deciſ. lv.

Quibus ſic ſtantibus noo obſtant ſuperius addu-
cta in oppoſitum, & primò, quòd uetuſtiſsimæ legis
xii. tab. autoritate conſtitutum ſit, diſponat teſta-
tor & erit lex. d. l. uerbis legis, quia in hoc ipſo argu-
mento legis ipſius diſpoſitio noo procedit, ut eſt ca-
ſus in d. l. i. & ii. ff. ubi pupil. educa. deb. & d. l. Q. Mu
tiua, cum aliis ſuperius adductis. nec caret ratione,
nec aliàs lex teſtatoribus ipſis liberam dediſſet facul
tatem aduerſus legum ipſarum ſubſtãtiam diſponẽ-
di. d. c. erit autem lex. & d. l. j. ff. de legib. à publico
enim fine alienum eſſet. d. l. bona fides, ff. de poſi. &
idcircò generaliter cautum extat, neminem poſſe elo
gio ſuo cauere ne leges in eo locum habeant. l. ne-
mo. ff. de leg. i. & ibi Doct. omnes aduertunt, & Bar.
docuit in l. cùm quis decedens. ff. de admini. tuto. &
l. iij. ff. de teſtam.

40 Secundò noo urget, † uictrico tutelæ munus decer
ni poſſe uideri. d. l. nonnunquàm, cum aliis ſuprà ad-
ductis. quia id quò ad educationem attinet, negari
poteſt, ut Bern. concludit, Ioan. And. Hoſti. & But.
in d. c. ii. de conuerſ. in fin. Præterea & aduerſus no-
uercam ipſam plura in ſpecie urgent, præſertim poſt
filij ipſius obitum, quæ nullo pacto illam ad educa-
tionis actum admittunt, quæ cùm ſuperius expreſ-
ſa fuerint, otioſè reiterari non debent. l. iiij. §. con-
demnatum. ff. de re iudi. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cog.
Abb. & Dec. in cap. Paſtoralis, nu. i. de appellat.

Tertiò noo urget ex perſona tutorum, curatorũ,
& executorum, ipſi nouercæ hunc educationis actũ
indulgendum uideri. d. l. ſi poſt mortem. §. hi qui. ff.
de bonp. poſſ. contrà tab. quia teſtatoris ipſius diſpo
ſitio intelligi debeat præſuppoſitis uita filii, & tutorũ
ipſorum adminiſtratione. Quę cùm omninò ceſſent
illius obligatio prorſus diſſoluitur. d. l. mancipia,
ubi glo. in uerbo aduocandum, & Butr. & alij d. cap.
quemadmodum, de iureiur. cum aliis ſuperius addu-
ctis. Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis, diiu-
dicandum exiſtimari debet, auiam ipſam maternam
necnon & auunculos ipſos actum legitimum exercẽ-
tes, & ab ipſa lege permiſſum. d. auth. matri & auiæ
atque priuignaa ipſas uolentes atque iubẽtes ad eiua
domum traducentes, nihil quidquàm uetitum atten-
41 taſſe cenſeri, † & idcircò nullam omninò aduerſus
huiuſmodi perſonas pœnam commiſſam intelligi.
l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulte. & c. quod præci-
pitur. xiiij. q. i. & concludunt Doct. in c. nam concu-
piſcentiam, de conſti. & c. i. & ii. de maio. & obedi.

Laus Deo.

Patauij, Pridie Idus Decembris 1556.

Portius Forocorn.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Coniunctus poteſt abſque mandato alterius con-
iuncti negocia facere. & vide nu. 18.*
2 *Frater an poſſit pro fratre matrimonium contrahere,
& ſic obligare fratrem & puellam ad illud.*
3 *Matrimonium quia fauorabile eſt, pro eo iudicandum
eſt in dubio.*
4 *Matrimonium ſpirituale & carnale mutuo cõſenſu con
trahitur.*
5 *Matrimonium ſpirituale abſque mandato contrahi non
poteſt.*
6 *Matrimonium carnale abſq; ſpeciali mandato fieri non
poteſt. & nu. 12. & 16.*
7 *Peccati occaſio euitanda eſt.*
8 *Scandalis occurrendum eſt.*
9 *Matrimonium maximum eſt ſacramentum.*
10 *Matrimonium cur inſtitutum.*
11 *Iuramentum non defertur in cauſa matrimoniali in ſu-
plementum probationis.*
13 *Conſenſus animiq; liber motus requiritur in omni actu
ſed potiſſimùm in matrimonijs.*
14 *Conſenſus in matrimonio reciprocus eſſe debet, nec ulla
incertitudine laborare.*
15 *Error impedit diſpoſitionem.*
16 *Procurator cum ſpeciali mandato poteſt matrimonium
pro ſuo principali contrahere, aliàs minime. & eſt
communis opi. fallit in patre, ut nu. ſeq. qui etiam ſi-
ne mandato poteſt pro filio contrahere.*
17 *Pater poteſt contrahere matrimonium nomine filij, etiã
abſque mandato.*

Coniunctus

18 *Coniunctus pro coniuncto non admittitur absque cautione de rato.*
19 *Ius ex facto oritur.*
20 *Mandatum speciale requiritur, ut actus sit ualidus à coniuncta persona gestus, quando principalis est in loco, & eius uoluntas facilè haberi potest.*
21 *Singularia non sunt multiplicanda.*

CONSILIVM CLI.

INDIVIDVAE TRINITATIS MIHI lux adsit, ut propositam facti speciem secundum canonum ipsorum mentem explicari ualeam.

CONTIGIT, puellam quandam fratri interroganti spopondisse: quod
cum eius fratre matrimonium contraheret, & eo nomine dexteræ con-
iunctionem mutuò factam fuisse:
nunc autem puellam ipsam omninò
recusare hunc ipsum uirum accipere: quare dubitari contingit, an puella huiusmodi sponsionis uinculo detrectare possit? Et prima quidem facie ui-
1 deretur quòd non: † coniunctis enim singulari iure
concessum existimatur, ut absque mandato, coniunctorum negotia conficere possint. l. sed & hæ. ff. de
procura. ubi Barto. & Alberi. aduertunt. & l. exigendi. C. eodem, ubi Alexan. & Iaf. & Alexan. in l. sæpe,
nu. xxxviii. ff. de re iudic. & c. nonnulli. §. j. ubi Abb.
num. ij. in cap. ex parte, de rescrip. & cap. cùm M. de
constitu. nu. ix. & Dec. no. xiii. & Ripa nu. vj. & Spec.
in tit. de coniuncta persona in princ. & in tit. de rescripti præsentatione. §. ratione, in princ. & aduertit.
Corn. consi. cclxxiii. nu. vii. in iii. cùm enim inter omnes homines cognatio quædam ingenita fuerit. l. i. §. ius
naturale. & l. sequenti. ff. de iusti. & iur. & l. si seruus
ff. de seruis expor. sanè si ratio sanguinis accesserit
ex uerisimili mente ipsius coniuncti ad eius absentis
defensionem conuocatus admitti debuit. l. Pompo-
2 nius. §. ult. ff. de procurat. † Quare potissimùm in
matrimoniis cõtrahendis fratris persona sponsio omnia
obligationem admittere posse uidetur, cùm id publicè intersit. l. i. ff. sol. mat. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. hab. & docuit Stagirita in polyticis, & Alex. eruditè respondit, coniunctum ipsum legis mandato suffultum esse, cons. cxlix. in v.

Secundò & ratione huiusmodi cõclusio hæc pro-
3 bari posse uidetur, † quòd canon in dubio pro matrimonio iudicandum esse decernat. c. ult. de re iudi.
& Inno. c. si uir, de cognatione spiri. & Abb. in cap.
tuæ, num. vii. de despons. impub. & Corne. consi. cclxxxi. nu. i. in ii. tutior enim interpretatio huiusmodi pro animæ salute censetur, ergo sequenda. c. in-
nenis, ubi Abb. in primo not. & c. is qui, de spons.
& cap. illud, de clerico excommuni. & cap. consilium,
de obser. ieiu. & c. ad audientiam, ubi Maria. nu. v. de
homic. uol. uel cas. pertractat Alci. in tractatu præsumptionum reg. iii. nu. iii. uers. quartò limitatur. &
respondit Anch. cons. clxxix. Prima facie.

Quibus tamen & huiusmodi non obstãtibus op-
4 positum uerius esse respondeo. † constat enim coniugium ipsum spirituale, quemadmodum & carnale
mutuo consensu contrahi. c. ultimo de transla. præl.
& cap. quoniam frequenter. §. porrò, ut lit. non cont.
& cap. in omni. xxxi. quæst. ii. & cap. licet. xxx. quæst. ii.
& cap. ne pro defectu, ubi glo. de elec. & Abb. in cap.
licèt, nu. xi. de transla. præl. Cin. Ang. & Salic. in au-
5 then. nisi. C. ad Treb. † matrimonium enim spirituale absque mandato contrahi non potest. c. quia propter, & cap. pen. §. porrò, ubi glo. in uerbo cõsentire
de electio. in sexto. & c. accedens, de preben. ubi Doctores, glos. in Clem. uni. in uerbo præsenti, ubi Paulus de Eleazar in uerbo acceptatis, de concessione
præben. & glo. in l. generale, in uerbo non fieri, ubi
Bald. ff. de rit. nup. & Bar. in l. iii. §. si procurator. ff.
quod quisque iuris, & sacra Romana Rota quandoque decidit decis. xxvii. de procur. & decis. lxviii. de
rescrip. in antiquis, & Cassiod. decis. iii. nu. vi. & vii.
6 de conc. preb. † unde rationi conuenit, ut coniugium
ipsum carnale absque speciali mandato contrahi nõ
possit, cùm eadem mutui consensus uigeat ratio, l. ab
emptione. ff. de pact. & sacra Romana Rota decis. vi.
in tit. de procuratoribus in nouis, quare coniugij huius nullitas deprehenditur, puella potissimùm reluctante,
7 † ne diuinæ atque humanæ domus socia absque
consensu coniuncta in peccato uiuat: quod uterque
legislator detestatur. l. aduersus. C. de crim. exp. hær.
l. uxor. ff. eod. & l. quamuis. C. de fur. & l. i. ff. de ritu
nup. & l. exigere, ubi Docto. ff. de iudiciis, & l. cùm
quædam puella. ubi Cagno. ff. de iurisd. omn. iud. glo.
in l. i. in uerbo societas. ff. rerum amo. cùm enim uir
& uxor duo sint in una carne, animorũ inter eos dis-
8 sidium esse nõ debet. c. de neptis, xxxi. q. ii. † quibus
sanè scandalis omnino occurrere debet. Esai. lvii. &
Matth. xviij. & cap. ut animarum, de constitu. in vj. &
c. qui scandalizauerit, de reg. iur. in vj.
9 Secundò & subiecti grauitas idem suadet, † matrimonium enim maximum sacramentum existimatur,
quod Paulus Ephesios monuit quinto, in fine, &
Alex. respondit consi. cl. nu. xii. in v. & Curtius iun.
cõsi. clxx. nu. xxiiii. in ii. in paradiso institutum ante
prothoplasti lapsum, Genesis primo ibi, Crescite
& multiplicamini. & cap. ii. ibi, os ex ossibus meis,
10 diuus August. & Crysost. ibi philosophantur, † ea ratione id factum, ut patriæ cęlestis damna Angelorũ
lapsu resarcirentur. primæ Corinthios septimo, unde cautum fuit unumquemque propter fornicationẽ
proprium uxorem possidere debere. c. hi duo, ubi glos. in
uer. sui generis, de consec. dist. prima, & glos. in summa xxvii. quæst. i. uers. causas autem matrimonij. c.
sic enim, ibi, quoniam. xxviii. quæst. prima, & cap. nõ
omnis. §. his ita, xxii. q. ii. & cap. i. de uoto, in vi. & c.
gaudemus, de diuortiis, & cap. debitum, de bigamis,
& aduertit Claudius consil. xi. Inter consilia Bruni
nume. ccxliij.
11 Ex quibus infertur, ut † propter subiecti huius
grauitatem iuramentum ipsum in probationum supplementum in huiusmodi causa non admittatur. c. literas, & cap. illud, de præsumpt. & d. c. licèt, extra de
test. & glo. in cap. mulieri, de iureiur. Aret. in ii. not.
cap. super eo, de test. & in nõ absimilibus speciebus
responsum extat: Ias. consi. ix. num. xxviii. in i. consi.
iiii. nu. x. consi. iii. nu. xxvii. & Grat. xcviii. nu. x. xvi.

in ij

in ij.quare cùm ſponſio hæc legitimè facta non proponatur,conſequens eſt,hanc ipſam puellam inde uirum ſibi caput non ſuper induxiſſe uideri.c.manifeſtum,& cap. hæc immago,& c.cùm caput,& c.mulie
12 rem,& c.mulier,& cap.ultim. xxiii. q. v. † quocircà ſequitur in hoc uinculo contrahendo ſpecialem mãdatum requiri, etiam cõiunctis ipſis.l.non ſolùm.§. ult.ff.de procura.l.ſi quis mihi.§.utrum.ff.de acqui. hær.Clem.non poteſt,de procura.ubi glo. & c. procurator,eo.tit.in vi. & Bar.l.1.§.i.ff.de lib. agnoſ. & in l.filiusfam.ff.de dona. Imol.l.per procuratorem. ff.de acquir.hær.Abb.c.conſtitutus, nu.v.verſ. quia illud de reſtit. in integ.Alex.conſ.lxxviij.nu.xiiij.& xv.in v.& conſi.cxxxiii.nu.i.& ix.in vj.& Pariſ.conſil.xaj.nu.caiij.in j.

13 Tertiò † & à libero animi motu, qui in contrahendis coniugiis potiſsimùm requiritur, hæc ipſa concluſio probari poſſe uidetur.l.nuptias.ff.de reg.iur. ubi Dec.& cap. Gemma, & cap.locum, & cap.requiſiuit,& cap.ex literis de ſponſalib.& d.cap.de neptis xaxi.q.ii.& l.Titia.ff.de uerbo.obl.quare eius ipſius defectu in quocunque argumento actus uiciatur.c.ſi ſuper hoc,de renun.& toto tit. de eo quod met.cau. & cap.tua nobis,& cap.tua,de ſponſ.& c.cùm uirum & cap.quamuis,ſeptima quæſt.i.ubi gloſ. in uerbo triſte.& cap.i.ubi glo.in uerbo refutauit,aiiij. q.i.ut egregiè docuit Hoſt.in ſumma de renuntiatio. num. vij.uerſ.quis & in ſumma de dona. uerſ. quis poſsit, nu.iiij & in ſumma de teſta.cùm enim agatur de indiuidua uitæ conſuetudine, ſacramenti huius eſſentiam in ipſo conſenſu potiſsimùm conſiſtere traditũ eſt.diuus Thom.in tertia par. ſummæ quæſt. iiij. v. art.i.& ii.& Beatus Bonauen.in iiii.ſententiarum & ibi Rich.de media uilla diſtin.xxiij.q.iij.& idem diuus Thom.in iii.par.ſummæ quæſt.alvii.art.iij.& in
14 iiii.diſt.iiii.viii.art.i.† qui ſanè conſenſus reciprocus eſſe debet nec ulla incertitudine laborans,quippè quòd agens propter finem operetur. primo cęli cap.xvi.& l.non omnes.ff.ſi cert.pet.& l.1.C.de eae. rei iud.& Bald.l.ſi uoluntate,nu.ii.C.reſ.uend.quare in propoſito caſu ut legitimus conſenſus coniunctionem hanc perficiat,in ſpecie conſtare debet,aliàs humanus conſenſus conſiderabilis non eſt.l.ſi putator.ff.ad legem Aquiliam,& cap.ſi putator, de pœ-
15 nitentiis diſt.i.& c.nouit,de iudi. † unde error matrimonium impedire conſueuit.d.l.nuptias. quemadmodum & alias legitimas diſpoſitiones. l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omn.iud.l.nihil tam.ff.de reg.iu. ubi Dec,& Cagno.glo.in ſumma xxia. q. i. Hoſt. in ſumma dę ſponſ.in rubr.de matr.uerſi. qualiter. diuus Thom.d.tertia par.ſummę.q.lj.art.i.& xx.& Ancha.conſi.caax.

16 Quartò † & ſpecialis legiſlatoris prouiſio hãc ipſam concluſionem probat,cùm in contrahendo coniugio lex ipſa ſpeciale mandatum requirat. c. ult. de procur.in vj.& l.generali.ff.de ritu nup.ubi Bald.in lectura antiqua aduertit:& idcircò,cùm coniugis intentio hîc in ſpecie explicata non ſit, Ange. l. ſi quis intẽtio,nu.iiij.ff.de iudi.nihil actũ cẽſeri debet. glo. in d.l.Paulus,ibi,& eſt ratio.ff.de aquir.hære.& Bal. conſi.cclxx.in ii.Alex.d.conſi.lxxviii.nu. aiiii. in v. & Pariſ.d.conſ.xxi.nume. cxii.in primo,& dominus Mantua conſi.clvii.nu.ii.in ii.quare ſequitur, ut cõiuncti opera abſque ſpeciali mandato nihil proſit. c. ſtuduiſti,de offi.legati.c.generi per ſpeciem, de reg. iur.in ſexto. Alex.& Iaſ.nu.ia.uer.iiij.fallit.d.l.exigendi.C.de procurat.ubi glo.in uerbo non cogitur, & c.qui generaliter,de procuratorib.in vj.& in Speculo de procuratore.§.ratione,nu.iiij.in prin.& uer. ix.ſecundum Vinc.& Iaſ.d.nu.ix.uerſ.ſecundò fallit. & Abb.in cap.nonnulli.§.ſunt & alij,nu.ii.de reſcript. & d.c.cùm M.nu.x.de conſt.ibi Ripa nu.lx.communem ſententiam atteſtatur,& Mathęſilanus ſingulari iiij.j.nu.xx.& Romanus ſingulari ccxavij.& dcxix.
17 † ubi reſpondit, ſpeciale eſſe in patre,& conſi.ccali. nu.aiij.& Soc.ſen.ccxx.nu.v.in j.& Rota deciſ.vj.de procurat.in nouis.

18 Quintò † non inſulsè adduci poteſt, coniunctum nunquàm abſque cautione de rato admitti ſolere. l. iii.§.fin.ubi Bar.ff.iudicatum ſolui, Doctores in d. cap.cùm M.& d.c.nonnulli,& d.l.exigendi, & Specul.in tit.de coniuncta perſona,uerſ.item opponitur & idcircò cùm nulla ratihabitio conſiderabilis ſit, actus nullitas facilè detegitur.c.non firmatur,ubi Dinus & alii de regu.iur. in vi.& Ancharanus.d.conſil. caxx.& ſequenti,& Alex.d.conſi.lxaviii.nu.xxiii. & xxiiii.in quinto.

19 Vltimò,cùm dici conſueuerit,†ius ipſum ea facto oriri.l.ſi ea plagis.§.in cliuo. ff.ad legem Aquiliam ubi Alberi.& Florian.in ii.compendio,& c.ex multa, ubi Abb.in primo notabili de noto. Pariſ.conſi. xxxii.nu.iii.in i.ab ipſius facti aſſerta qualitate com
20 probari concluſio hæc poſſe uidetur,† cùm enim frater alterius nomine contraxerit,& tunc in eo caſtro frater ipſe adeſſet,cuius uoluntas facilè explorari poterat, actus ab ipſo fratre ſine ſpeciali mandato nullus exiſtimari debet.l.mutus.§.his qui curatorẽ, ubi Ange. ſingularem deciſionem aduertit. & ſequitur Caſtren.ff.de procurat.& ratio eſt,quia cùm frater ipſe actum hunc explicare potuerit abſque ſpeciali mandato, actus ipſe iuris fomento nõ ſuſtinetur,cũ potius contra eius uoluntatem celebratus uideatur.
21 d.l.Pomponius.§.ult.ff.de rei uendica.† aliàs ſingularia conduplicarentur, aduerſus iuris ipſius intentionem.l.1.C.de dotis promiſsione.l.ſingularia. ff. ſi cert.petatur.ubi Alex.Iaſ.& Deci.plures deciſiones adducunt. & idcircò ſuperfluum fuit fratris operam interuenire,cùm breuius ab ipſo principale negotiũ confici potuerit.l.ampliorem.§.in refutatoriis.C.de appellationib.& plures adducit Decius in cap. inter cætera, uerſi. ſecundò dicas, de except. & uidetur deciſio ſingularis Marſilii ſingular.ccxxviii.nu. ii. Ex quibus diiudicandum conſtat,matrimonium hoc caſu contractum non cenſeri, & idcircò puellam cuilibet nubere poſſe.

Nec obſtant ſuperius adducta in oppoſitum,quia generalis legis diſpoſitio,coniunctum pro coniuncto admittentis, nõ procedit in caſibus in quibus lex ſpeciale mandatum requirit. d. l. ſanctio legum, cum aliis ſuperius adductis.& quòd in dubio canon matrimoniis ipſis faueat ob animarum ipſarum ſalutem, hoc caſu adduci non debet, cùm ſimus in claris, & idcircò coniecturæ non admittuntur. l. continuus. §. cùm autem. ff. de uerbo. obligat.l.ille

ut ille

ut ille. §. cùm in uerbis, de legat. tertio, cum ſimilibus. Laus Deo.

Patauij x. Kalen. Iunias 1557.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 Matrimonij quæſtio ſi incidat, puella reponenda eſt in loco tuto, donec de ueritate coniugij interrogetur, & per totum conſilium.
2 Eccleſia non iudicat de occultis.
3 Matrimonij cauſa maximè ardua eſt.
4 Matrimonij cauſa ſummariè & de plano expedienda eſt.
5 Animarũ in cuſtodia præcipuus eſt iuris Canonici finis.
6 Interpretatio illa facienda eſt, quæ animæ faueat, tametſi in peiorem partem inclinet.
7 Mariti teſtimonium non reijcitur à canone, & quo caſu.
8 Veritas ne ſit in obſcuro, ſummo ſtudio leges nituntur.
9 Iudex pro ueritate habenda poteſt partes ipſas etiã poſt concluſum in cauſa interrogare, & alia multa facere, ut ibi.
10 Delictum minus toleratur, ut maius euitetur.
11 Præſumptio fortior eliđit debiliorem.
12 Priuilegia mutuò ſeſe perimunt, & conquaſſantur.
13 Fides non eſt uiolanda.
14 Sequeſtratio regulariter prohibita eſt. fall. tamen.
15 Sponſa ſequeſtranda eſt, ut eius liber conſenſus haberi poſſit cùm de matrimonij uiribus contenditur an me ii, uel ui, aliasue illud contractum fuerit.
16 Clauſulæ motus proprij uirtus & energia.
17 Suſpitio in quaeſtione re carere debet.
18 Iudex ordinarius quandoque delegato inhibet.
19 Præſumptio eſt pro monaſterio.

CONSILIVM CLII.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

IN CAVSA Alexij Bidelli aduerſus cuſtodes Sanctæ Catherinæ de Roſa, uidetur omninò diffiniendũ illum ipſum audiẽdum eſſe, † nẽpè puellam in loco tuto reponendam, donec de ueritate coniugij interrogetur. nam ſi ſacrorum Canonum rationem intueamur, cùm ipſe Alexius conſcientiam affectam habeat, ſitq; illi συνείδησις loco mille teſtium, Eccleſiam ipſam adire debuit, eique uulnus illius oſtendere. c. per uenerabilem. §. rationibus. ibi, nolens obedire, qui fil. ſint legit. Ioan. And. Innoc. Butr. Cardi. & Abb. num. xix. & xx. & cap. quodcunque, xxiiij. q.
2 j. † at cùm Eccleſia non iudicet de occultis, c. nouit ille, de elect. & de iudi. & c. unic. ut Eccleſ. benefi. ubi glo. in uerbo diuinare. & cap. Paulus, xxii. q. ii. nec uſum clauium impẽdat ſiue ordinis ſine iuriſdictionis abſque cauſæ cognitione. c. Deus omnipotens. ij. q. i. c. nos in quemquam. ij. q. j. ubi Archid. Geminia. & Turrecr. & c. j. & c. at ſi, de iudic. ſequitur ipſius puellę interrogationẽ omninò neceſſariam eſſe. cap. iudicantem. xxx. q. ult. c. j. de ſenten. & re iudic. in vj. aliàs declaratio huiuſmodi uix rectè fieri poſſe uidetur. l. rem non nouam. C. de iudic. l. cui. ff. de iuriſ. omn. iud. l. illud. ff. de acquir. hæred. & c. præterea, de offic. deleg.

3 Secundò cùm cauſa † matrimonij maximè ardua ſit. cap. primo, de conſang. & affinita. & c. ſi pro debilitate, de offic. deleg. ubi Doct. & uidit Alex. conſi. cxliij. in ſecundo, & Dec. cxxxiiii. & dcxcix. nu. ix. & x. quippè quòd in ea de ſacramento agatur, ab ipſo præpotenti Deo inſtituto. c. j. & ii. xxxii. q. ii. aduertit Hoſtien. in ſumma de matrim. uerſ. ubi eſt inſtitutum, nu. viij. ſanè Eccleſia nihil quicquam intentatum relinquere debet, ne oues illius hoc perplexo negotio aberrare patiatur. c. ſignificaſti, de elect. ibi, paſce. & d. c. quodcunq;. & d. c. nouit, de iudi. † Quo-
4 circà & cauſam huiuſmodi & de plano & celeriter abſolui debere, Sacerdos ipſe ſummus quandoq; decreuit, Clem. diſpendioſam, de iudic. ubi Cardi. & & Imo. poſt uetuſtiores aduertunt, & cap. quoniam frequenter. §. i. ut lit. non conteſt. & docuit Deci. d. conſi. dcxcix. Vnde & puellæ huiuſmodi interrogationem neceſſariam eſſe intelligẽdum uidetur, tametſi aliquis flexus à regula fiat, cùm id ſingularis cauſæ huiuſmodi ratio exigere cenſeatur.

5 Tertiò Alexij cauſam fouet † quòd Pontificii iuris præcipuus ipſe finis in animarum ipſarum cuſtodia reſideat. c. cùm contingat, de iureiuran. ubi glo. magna uerſ. ſed canon. & cap. ut animarum de conſtit. in vi. ubi Gemi. & Franc. Cardi. Ancha. Butr. & Abb. nu. xvi. in prooem. Gregor. quare ne huiuſmodi finis neglectus exiſtimetur, conſueuit in quocun-
6 que negocio eam accipere † interpretationem, quæ animarum ſaluti faueat magis, tametſi in peiorem partem inclinet. c. iuuenis, de ſponſal. ubi Abb. num. i. c. illud, de homic. uolun. uel caſua. ubi Maria. nu. v. glo. & Feli. poſt omnes. c. ult. de præſumpt. nu. xiiii. & in eleganti tacti ſpecie Ancharan. reſpondit conſ. clxxix. Prima facie. & plures alii conſultò omiſsi. Cęterùm, cùm in præſenti ſpecie de periculo animarũ & Alexii & puellæ agatur, quippè, quòd aſſerat Alexius eos inuicem per uerba de præſenti contraxiſſe, unde & coniugii ſacramentum abſolutum in intelligi debeat. c. primo & ſecundo & pen. de ſponſu duo-
7 rum. † & canon uiri fidẽ, cùm ſit caput uxoris, reiicere non ſoleat. c. i. §. i. de frig. & malef. ubi gloſſ. in uerb. caput, ſanè Eccleſia ipſa curare debet hãc ipſam puellam in loco tuto ſegregandam, & interrogandã, ut poſsit illi conſtare quid decernendum ſit pro huiuſmodi ouium æterna ſalute. d. c. ſignificaſti, ubi glo. in uerb. paſce, & Doctores.

Quartò utriuſque legiſlatoris mentem diligenter
8 perpendamus, † in quocunque etiam negotio temporali eos ipſos ſummo ſtudio niti fatebimur, ne ueritas ipſa ſit in obſcuro. quod in ſupplicibus libellis clari iuris eſſe cenſetur. c. ſuper literis, de reſcript. & l. ii. & l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel utilita. publi. idem in progreſſu iudiciario oſtendit Inno. cap. quoniam contrà. de probatio. in ponderibus atque menſuris techinas etiam abhorret. cap. i. de empt. & uenditio.

uenditio. in diplomatibus ipſis, quod falsò confictū
eſt, acerrima pœna coërcet.c. ad falſariorum, & c.
9 quàm graui, de crimin.falſ. Quocircà † & canonum
executoribus pro ueritate indàganda conceſſum exi
ſtimatur, ut poſt concluſum in cauſa partes ipſas in-
terrogent. c.cùm Ioannes, de fid.inſtrum. & c. quo-
niam contrà, ubi Lanfranc.num.xxxvi.& ob eundem
effectum non conteſtata lite teſtes ipſi recipiuntur.
d.c.quoniam frequenter, & Lanfran.d.c. quoniam,
nu.xxxvi.& clemen.ſæpe, de uerb.ſignifi. cùm enim
iudex ſit Canonis & legis exequutor.c.i.de offic.or-
dinar.& c.cùm aliquibus, de re iudic. receptum eſt, ſi
dictat ratio ne ueritas ipſa celetur, à regulis iuris eū
ipſum recedere poſſe. Innoc.c.i.de conſtit.ubi Dec.
no.xx.in ij.lectura, & glo.& Iacob. ab Aren.in l.ubi
cunque.ff. de interrog. action. & l.i.C. de eden. ubi
Alcia.uerſi.octauus caſus eſt. Verùm, ſi hæc legiſ-
latoribus placuerunt propter ipſum intereſſe tem-
porale, quid decernendum exiſtimemus ob commo-
dum ſpirituale, cum quo nullam prorſus conuenien
tiam humanum ipſum commodum habere poteſt?
c. præcipimus.xii.q.i.& c.conſilium, de obſeruat.ie-
iun.& d.c.cùm contingat, & c.quāuis, de pact.in vi.
unde probari uidetur diligentis huius & non ſuſpe-
ctæ interrogationis neceſſitas.

Quintò ab uſu eccleſiæ idem probari oſtendo. cō
ſueuit enim Pontificius legiſlator permiſsione com
10 paratiua † uti ut maius delictum euitet.c.duo mala.
xiii.diſtin.& c.ſequenti periurium potius tolerat, ne
homicidium ipſum committatur.& c.officii, de pœ-
niten. & remiſſ.quod & legiſlator ſæcularis conſue-
uit.l.bona fides.ff. depoſit. ubi Alciat. poſt ueteres.
11 † unde inter præſumptiones fortior debiliorem ex-
cludit.l.Diuus, de reſtit.in integ.& c.literas, de præ
12 ſumpt. † quo nomine ſingularia iura mutuò ſeſe pe-
rimunt.l.i.& ii. ff. de priuileg. credito. Quare, cùm
horum cuſtodum & monialium modicum interſit
puellam in alio monaſterio tuto reponi, ut ueritatis
finis ex ipſius interrogatione deprehendatur, Alexij
13 autem & puellæ plurimùm, quippè, † cùm nefas ſit fidē
ſibi inuicē datā uiolari.c.quod Deus.xxxiij.q.ii.& c.
ex publico, ubi glo.in uerb.conſummatū, de conuer.
coniug. & c. literas, de reſtitu. ſpoliat.ibi, quicquid
fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam: undè
huius ſpiritualis commodi maior ratio habenda ui-
detur.d.c. cùm contingat.

Sextò, & Alexius ipſe iniuſtam rem nō petere in-
14 de colligi poſſe uidetur. Nam † licèt ſequeſtratio
regulariter prohibita ſit, ex cauſa tamen ab ea regu-
la recedendum, canonis ratio dictat.c.dilectus, de ſe
queſt.poſſeſſ.& fruct.ubi glo.in uerb.ſequeſtrari. &
Io.And.Butr.& Abb.num.xvi.& eſt caſus in c. cùm
15 locum, de ſponſal.† ubi ſacerdos ſummus decernit,
cùm matrimonium ſolo conſenſu contrahatur & cō
ſenſus huiuſmodi maximè liber eſſe debeat, nulliuſe
coactioni uel timori obnoxius. c. Gemma, eod.tit.
quemadmodum profeſsio, reſignatio, & quælibet
alia legitima diſpoſitio.c.i.de eo quod metus cauſa.
& c.ſuper hòc, de renunciati.& ſacra Rot.deciſ.v.&
vij.de renunciat. in non. ſecundum nouam impreſ-
ſionem, decernit inquam, cùm animus alicuius
puellæ indagandus ſit & explorandus, illam ipſam
pleua ſecuritate gaudere debere, ne humano affectu
ſibi placere dicat, quod odit, & ſequatur effectus,
qui de coactis profeſsionibus ſolet, nempe anima-
rum ipſarum perditio.d.c.i.de eo quod metus. & d.
cap. literas, quod ſanè à Canonum ratione prorſus
alienum eſt.d.cap.præcipimus, & d.c.ut animarum,
cum aliis eiuſmodi. & caſum illum aduertit Abb.in
d.cap.cùm locum, nu.v.uerſi.nota quaſi ſequeſtrari
liberam. & idem glo.in d.c. cùm dilectus. in fi.ibi,
autem etiam cùm timetur ſponſam corrumpi.

Septimò, omnem difficultatem in hac ipſa cauſa
remouere uidetur ſanctiſsimi domini noſtri D. Pij
Pontificis ſummi prouiſio, quiquidem Motu pro-
prio ampliſsimis ac illuſtriſsimis ſanctæ Inquiſitio-
nis Cardinalibus his uerbis mandat huius ipſius cau
ſæ diffinitionem: Per præſentes committimus &
mandamus quatenus in primis & ante omnia depo-
ſitata & collocata dicta Lucretia in alio monaſterio,
16 ſeu tuto loco, dicto oratori non ſuſpecto &c. † Cùm
enim motus proprius enixam ſummi Paſtoris men-
tem oſtendat.c. ſi Motu, de præben.io vi. & Caſſad.
deciſ.x. de reſeruatio. num.v. licèt gratiam non ſu-
geat, nec ius tertij auferat. idem Caſſado.deciſ.iiij.
num.iiij.de conceſs.præben. At, cùm hîc ius ſuum
nemini auferatur, quinimmo ſi puella liberè fatebi-
tur, ius illius conſeruari intelligetur, ut deinde de-
clarari poterit profeſsionem poſt cōſenſum per uer-
ba de præſenti factam, nullius eſſe ponderis. d.c.cùm
locum, ubi Abb. poſt alios in fi. ius monaſterij non
læditur, cùm ſatius ſit animarum ſaluti conſuli.d.c.
duo mala, & d. cap. officij. quæ interpretatio inde
potiſsimùm colligi poſſe uidetur, quòd ſacerdos
ipſe ſummus in primis & ante omnia mandet, hunc
ipſum depoſitionis actum prius abſolui antequàm
aliud fiat, & de negocij merito diſceptetur; ueluti
cùm lex prius de perſonis diffiniendum conſtituit,
quàm de ipſius teſtamenti uiribus.l. ſi quæratur.ff.
de teſtamen.ubi Bart. & d.c.at ſi, de iudici. Et ulte-
rius pondero uerba ibi, & depoſitari iubet in tuto
17 loco, & non ſuſpecto ipſi oratori.habuit enim † ſan-
ctiſsimus Dominus præ oculis iuſtitiæ executionem
omni ſuſpitione carere debere. de loco eſt caſus in
d.cap.cùm locum.de perſona, in cap. inſinuante, de
offic.deleg.& l.apertiſsimi. C. de iuditijs, & Franc.
cap.poſtremò, de appellat.num.xl.& in Speculo de
18 recuſati. iudi. qua ratione † ordinarius ipſi delega-
to quandoque inhibet.c. dilecti, ultimo de appellat.
ubi Abb.num.x.& Bart.l.ſi hominem.ff.mandati.&
Alex.rub.ff. de offic. eius, num.v.uerſi. cùm ſingu-
lari tamen. Vnde cùm tutorem ſummus ipſe Pon-
tifex uiam delegerit, locum ipſi oratori non ſuſpe-
ctum eſſe noluit, cuius potiſsimùm intereſt con-
ſcientiam ipſius exonerari.d.cap. literas, de reſtitut.
ſpoliat.& d.cap.conſilium, de obſeruat.ieiun.Quam
obrem, cùm mandato ſanctiſsimi domini parendum
ſit.c.i.de conſtitut.& c. ad honorem, de uſu & autho
rit.palli. & cap.noua, de pœnit.& remiſſ.ubi Hoſti.
& Abb, conſequens eſt, ipſius puellæ depoſitionem
in loco ipſi oratori non ſuſpecto ſecundum mandati
formam omninò concedendam cenſeri.c. cùm di-
lecta, de reſcript. ubi Feli. num.v.& cap. Piſanis, de
reſtitutio. ſpoliat.

Non urget ꝙ monaſterium totus locus eſſe dicatur propter præſumptionem pro adminiſtratoribus ipſis uigentem. l.i.C.de ſuſceptor.lib.x. & c.cùm parati, de appellat.& pertractat Alci. de præſumpt.xv. regul.iii.tract. eodem.

Reſpondeo, hanc ipſam præſumptionem non eſſe eius effectus, ut ius ipſi Alexio cōpetens elidat.c.ſtatutum, ubi glo.§.cùm uerò, in uerb.ab aliquo,de reſcript.in vi.& Feli.docuit d.c.ult.de præſump.& pertractat Alcia.reg.iij. præſump.ii. tract.eod.

19 Secundò, non urget † pro ipſo Monaſterio præſumi, itemq; & actu profeſsionis ꝙ rite & rectè facta ſit.d.c.cùm uirum,de regular.ubi Abb.& c.in præſentia,de probat.vii.notab.qa reſpōdeo, ꝙ præſumptioni locus eſt in dubiis,nō autem in claris.l. cōtinuus, de uerb.oblig.at cùm hîc cōſtet de uoluntate ſanctiſſimi Domini præſumptionis uirtus aboletur,cùm de poteſtate nō ſit ambigendum.d.c.ad honorem, & d.c.nouit , de iudic. quinimmo & ex iſta cauſa metus præſumi ſolet.glo.in l.relegati,in fin.de pœnis,& Alciat.d.tract.reg.iii.præſump.viii.Præterea,cùm Alexius ipſe conſtanter affirmet mutuo conſenſu inter eos per uerba de præſenti coniugium contractum,& ob hoc conſcientiam læſam habeat,declarationemúe ab eccleſia petat , uidetur decernendum hanc ipſam ſequeſtrationem in loco tuto & ei non ſuſpecto concedendam, aliâs uix tuta declaratio fieri poſſe uidetur.d.c.præterea,de offi.deleg.& innuit Hoſt.in ſumma de clandeſtina diſponſatio.uer.cùm pœnā.nu.ix.

Laus Deo. Romæ.

Iacobus Philippus Portius, Imola nuncupatus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi diœceſim uiſitantes procurationem habere debent. & nu. 13. fall. nu. 14.*
2 *Procuratio debita Epiſcopo uiſitanti diœceſim,non præſumitur.*
3 *Epiſcopi, cæteriq; Rectores reſidere in eorum eccleſiis & diœceſibus tenentur de iure diuino. & nu.ſeq.*
4 *Connexa auelli non poſſunt.*
5 *Reſidentia Epiſcoporum , cæterorumq; animarum curam habentium , eſt de iure diuino.*
6 *Epiſcopi plura munera obire tenentur, & quæ ſint illa.*
7 *Epiſcopi tenentur proprijs ſumptibus miniſteriū chriſmatis obire , ſiue parochianos ſuos baptizatos oleo Chriſmatis confirmare.*
8 *Epiſcopi cæteriq; prælati tenentur eorum proprijs expēſis exeq ptinentia ad internā eius muneris eſſentiā.*
9 *Bona Eccleſiæ quomodo diſtribuenda ſint.*
19 *Furtum tempore neceſſitatis permittitur.*
11 *Bona Epiſcoporū ꝓ pauperū neceſſitatib. obnoxia eſſe.*
12 *Epiſcopi tenentur proprijs impenſis pollutam Eccleſiam conciliare.*
15 *Epiſcopi ad munus pertinet Chriſma conficere.*
19 *Epiſcopi tenentur Dei uerbum prædicare.*
17 *Epiſcopi non ualentes, ex iuſta cauſa impediti,ꝑdicare, ꝓuidere debēt de uiris idoneis ad id munus ſubeūdū.*
18 *Epiſcopi non debent condemnationes factas proprijs uſibus applicare , ſed pauperibus erogare.*
19 *Cōſuetudo,ꝙ Eccleſiis dānū affert,nullius eſt momenti.*
20 *Epiſcopi tenentur diuini iuris authoritate pauperibus ſubuenire.*
21 *Bona Eccleſiæ ob pauperum alimoniam poſſe alienari.*

CONSILIVM CLIII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut quod uerum ſit, in præſenti negotio explicare poſsim.

CVM inter populum Anſarienſem, & reuerendiſsimum illius Epiſcopum orta fuiſſet controuerſia; cōmunitatis Cherſenſis orator ipſius Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectæ coràm ſereniſsimo Venetiarū Duce conqueſtus eſt, uariis modis ab eorum Epiſcopo illam ipſam uexari, & onerari. Quod ſanè negotium cùm illuſtriſsimorū dominiū Reuerēdiſs. Patriarchæ mandaſſet,ut,quid ſecundum ſacrorū canonum mentem conſtitui deberet,ipſe referret ; de pluribus dubitari contigit. Et primò , an Anſarienſis ipſe Epiſcopus Cherſum ipſum propriis ſumptibus ſeſe cum familia conferre deberet,ut Chriſmatis oleo baptizatos ſecundum Eccleſiæ inſtitutum confirmaretur.

Et prima facie dicendum uideretur,ꝙ non,quippè quod abſurdum nō uidetur pro ſpiritualibus (te-
1 ſte Paulo) temporalia exigere.† qua ratione in Lateranenſi Concilio conſtitutum fuit, tolerandum eſſe, rectores Eccleſiarum Epiſcopos ipſos diœceſes eccleſiæ uiſitantes procurationem habere debere , atq; eis moderatas expenſas exhibēdas eſſe.c. cùm ſecundum,de cenſib.& procura.& c.cùm uenerabilis.§.qa ego,ibi,quia annexa eſt uiſitationi procuratio. & c.
2 i.eo.tit.in vi.† cuius quidem tolerātiæ finis cùm animarum ipſarum ſalutem reſpiciat,nullo tēporis curſu impediri poteſt.c.cùm inſtātia,de cēſib. & c.cùm ex officij,de præſcrip.ubi Io.And.But.Abb.& Feli. aduertunt. gl.& Abb.in d.c.cùm uenerabilis,in uer. procuratio, & diffusè pertractat Firmanus in tracta. de Epiſcop.in ij.par.quarti lib.q.vii.nu.xii. Quocircà,cùm Epiſcopo uiſitanti confirmationis huius,ſeu Chriſmatis onus incumbat , conſequens eſt illi ipſi expenſas exhiberi debere,cùm temporalia metat,qui ſpiritualia ſeminat.d.c. cùm Apoſtolus , & d.c. cum inſtantia , cum alijs ſuperiùs adductis.

Oppoſitum tamen æquius,& uerius eſſe exiſtimos
3 quod ipſum pluribus modis oſtendo . Et primò,† qa diuini iuris præciſa cēſura reſidendi onus Epiſcopis ipſis iniunctum eſſe , receptū ſit. Seruator enim Ioā. c.ult.uniuerſalis eccleſiæ Paſtori præcipit:Paſce oues meas,cuius ſanè præcepti effectus reſidentiæ neceſſarium antecedens præſupponit.c.præterea , de offic.
4 deleg.& l.ii.ff.de iuriſd.omn.iud.†connexa.n.auelli non poſſunt.l.eum actum.ff. de nego.geſt.ubi Bart. & Caſtr.& l.ii.C.de dot.promiſs.ubi Bal.& c.tranſlato,de conſſit.ubi But.Abb.& Deci.† Quamobrem Diuus Tho.in ij.ſecundæ q.clxxxv.artic.v.& ibi Cardi.Caietanus concludunt, Epiſcopum ipſum de iure Diuino ad animarū curam teneri, unde conſequens ſit eodē iure diuino reſidere cōpelli,quod pertractat

Gigas

6 Gigas in tract. de reſiden. Epiſc.† Quamobrem, cùm
Epiſcopus ipſe plura munera obire debeat ad hanc
ipſam animarum curam pertinentia. c. conquerente,
de offi. ordin. ibi, ſacramentorum omnium, & Doct.
eo loci aduertunt. inter quæ conſtitutũ eſt contineri
ipſius chriſmatis conficiendi onus, & paruulos bapti
zatos in fide parentũ confirmandi. c. te referente, de
celebr. Miſſa. ibi, in qua teneris chriſma cõficere. Ber
nar. Butr. & Abb. aduertunt. & c. i. de ſacra unctio. §.
per frontis chriſmationẽ, ibi, hanc non niſi ſummus
ſacerdos, id eſt Epiſcopus. Hoſti. in ſum. de celebra.
7 Miſſa. §. & quando, nu. xx. uerſi. chriſma.† Quæ cùm
ita ſint, & chriſmatis ipſius cõficiẽdi, & pueros ſacra
unctione cõfirmandi, munus ad ſalutem animarum
pertineat, cõſequens eſt, miniſteriũ hmôi Epiſcopũ
ipſum ꝓpriis ſumptibus obire debere, quẽadmodũ
& cauſas ipſas iudicare. c. cùm ab omni, de uita, & ho
8 neſt. cler. ubi Lauren. & Goffre. aduertunt, † prælatũ
ipſum proprijs ſumptibus ad internã eius muneris,
eſſentiã pertinentia exequi debere. & Butr. Abb. &
Feli. ſubſcribunt in c. cùm ſit, de ſimon. & Archid. in
c. cauendum. x. q. iij. nu. iiij. & Butr. in d. c. cõqueren
te, de offi. ordin. & c. propoſuiſti, de cõſecr. Eccle. uel
alta. cùm enim eccleſiaſtici redditus idcircò inſtitu-
ti ſint, ut q ſeruit altari, inde uiuere poſsit. in c. cùm
ſecundũ, de præben. & l. ſecundum naturã. ff. de reg.
iur. conſequens eſt, Anſarienſem Epiſcopũ ad inter-
nam eius muneris functionẽ pertinentia proprijs ex
penſis exequi debere, nec quidquam à ſubditis eo no
mine exigere poſſe, niſi in caſibus à canone exceptis
d. c. cùm ſit, de ſimon. ubi Feli. & Arch. in d. c. cauen-
dum, & plures adducit Boërius deciſ. ccciij. nu. ix.
9 Secundò, † cùm bona initio naſcentis Eccleſię ma
tricibus ipſis Baſilicis oblata fuerint, ut inde Epiſco-
pus illis ipſis pręfectus uiuere poſsit. c. cùm ſecundũ,
de præb. & d. c. cùm Apoſtolus. deinde ut ipſe Paſtor
reliquum pauperibus erogaret. c. uidẽtes. xii. q. i. &
c. conuenior. xx. q. viij. & c. ult. xvi. q. ult. Itemq; in ec
cleſiarum reparationẽ. c. unio. x. q. i. ubi glo. & Arch.
& c. i. & ij. de Eccle. ædific. uel reparan. ubi glo. & Do
cto. aduertunt. Cæterùm, cùm ipſius Cheri cõmuni
tas inopiæ neceſsitate laboret, nullius humani iuris
uinculo ſubiecta cenſetur. c. Odoardus, de ſolutio.
10 † unde qui famis neceſsitate cõpulſus alienis utitur,
furari non intelligitur. c. iii. de furt. ubi glo. & Abb.
11 & c. ius gentium, i. diſt. in fine. Quinimmo, † cùm hu
mani iuris cenſura, Epiſcoporũ ipſorũ bona pauperũ
neceſsitatibus obnoxia intelligantur. d. c. cõuenior,
cũ alijs ſuperius adductis, conſequens eſt, Epiſcopũ
ipſum propriis expenſis muneris illius miniſterium
conficere cõpelli. d. c. ab omni. Quare & uocati à Me
tropolitano ſuis expenſis ad degradandum accedere
tenentur. Abb. in c. non poteſt, de re iudi. & ibi Feli.
12 uerſ. ad illud quod. † quẽadmodum & pollutã eccle
ſiam conciliare. Arch. in c. Eccleſijs, de cõſecr. diſt. i.
ſubſcribit Feli. in c. accedentes, uerſi. ult. de præſer. &
Boër. d. deciſ. ccciii. nu. ix. Rationi. n. naturali repu-
gnat, ut quis emolumentũ percipiat, & dignitatis ip-
ſius onera reiiciat. d. c. cum inſtantia, & l. i. §. deni-
que. ff. de aqua plu. arcen. & l. cùm oportet. C. de
bon. quæ liberis, in principio.
13 Non † urget authoritate Apoſtoli Conciliũ ipſum
decreuiſſe ob ſpiritualia ſacerdotes tẽporalia metere
poſſe. d. c. cùm Apoſtolus, & d. c. cùm uenerabilis. §.
quis ergo, cũ alijs ſuperiùs adductis. Reſpõdeo. n.
Eccleſiæ tolerantiã, ut Epiſcopo ab Eccleſiarũ recto
ribus, dum uiſitat, expenſæ exhibeantur, ſumma rõne
niti, nẽpè ut errores ipſorũ corrigat, eosq; ſedulò ex
cutiat, an rectè in fide ſentiant. d. c. cùm uenerabilis,
& d. c. cùm Apoſtolus, cùm alijs ſuperiùs adductis.
At cùm chriſmatis cõficiendi onus ad paſcẽdas oues
neceſſariũ ſit, & ad animarũ ipſarum curã pertineat,
quod propriũ eſt Epiſcopi. d. c. ult. Inã. cõſequẽs eſt,
ſumptũ huiuſmodi ipſius Epiſcopi expenſis ſubeun
dum eſſe. Arch. in d. c. Eccleſijs, & Feli. in d. c. accedẽ
tes, uerſ. ult. Vnde, cùm huiuſmodi caſus ab ipſo Ca-
none nõ ſit exceptus, regulari iuris cenſuræ relictus
intelligitur. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. ubi glo.
& Doct. & Bar. in l. ii. ff. ſi quis ius dicen. non obtem
peraue. & ſi quis in ius uocat. non ierit.
14 Secundò † reſpondeo cõmunitatis huius pauper-
tatem adeò euidentem eſſe, ut ob id in Concilio Late
ranenſi procurationis onus remiſſum intelligatur. d.
c. cùm Apoſtolus. §. ult. uerſic. in pauperioribus autẽ
locis. de cenſib. Iniuſta enim eſt miſericordia, & iniu
ſta eſſe cenſetur, quæ unum altare cooperit, & alte-
rum detegit. c. eſt iniuſta. xxiii. q. iiij.
15 Ad ſecundum reſpondeo, † cùm ad Epiſcopũ ip-
ſum pertineat Chriſma cõficere, & in eius cathedrali
Eccleſia in cœna Domini celebrare. d. c. i. de ſacra un
ctio. §. per frõtis chriſmationẽ, & ibi Hoſti. aduertit,
& alij ſuperius adducti, ſequitur idipſum eius ipſius
expenſis fieri debere, putà olei ſacri confectionem.
Archi. in d. c. cauendum, cùm alijs adductis à Boër.
d. deciſ. ccciij. num. ix. & x.
16 Ad tertiũ reſpõdeo † ex interna epiſcopalis digni
tatis functione, præſulẽ ipſum Dei uerbũ prædicare
teneri, ut Paulus Titũ, & Timothæum admonet, aliâs
canes muti nõ ualentes latrare dicuntur hmôi, Eſai.
cap. 56. & in Ezech. c. 13. & c. ſit rector. 43. diſtin. &
latè pertractat Gigas in tract. de reſid. Epiſco. c. xi. nu.
17 iiij. & c. xiii. nu. iiij.† Quòd ſi uel ægritudine, uel ali
qua iuſta cauſa impediente ꝑdicationis munus obire
nõ poſsit, cù ſcriptũ ſit: Non in ſolo pane, ſed in om
ni uerbo, quod ex ore Dei uiuẽtis ꝓficiſcit, hominẽ
ipſum uiuere, Matth. c. iiij. & Luc. c. iiij. cõſtituit In-
noc. iij. in Cõcilio generali Epiſcopos ipſos ꝓuidere
debere uiros idoneos opere potentes, atq; ſermone
uerbũ Dei enunciare, qbus ipſi neceſſaria ſubmini-
ſtrent. c. inter cætera, de offi. ord. ubi glo. i. & ij. But.
& Abb. in ij. notab. uerſ. itẽ nota, ꝙ ꝑdicandi officiũ
ꝑtinet ad Epũm, & Barba. ibi in additio. plures addu
cit, & c. quoniã, eod. tit. ubi glo. in uerbo prouideat.
18 Ad quartum † puto condẽnationes pauperibus ap
plicatas in proprios Epiſcopi uſus cõuerti non poſſe
c. ſemel, de reg. iur. in vi. & d. c. cõuenior, xxiij. q. viij.
nam pauperibus ipſis quæſita diuini iuris exiſti-
mantur. l. fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. ubi Bald. nu. iij.
19 † Qua ratione cenſuit Abb. conſuetudinem Eccleſijs
damnum adferentem, nullius eſſe momenti. cap. i. de
20 conſuetudine. † Epiſcopus enim diuini iuris autho-
ritate pauperibus ipſis ſubuenire tenetur. Paul. ad
Galat. cap. iij. & c. gloria Epiſcopi. xii. q. i. & c. aurũ
xii. q. ij. Aurum enim Eccleſia habet, non ut ſeruet,

ſed ut egenis eroget, quod ex mente Diui Hierony-
21 mi ad Nepotianum Ambroſius teſtatur: † & idcircò bona Eccleſiæ ad pauperũ alimoniam alienari poſſe, & Diu.Thom. in ſecunda ſecũdæ q.clxxxv.artic.vij. & Gigas. in d.tract.de reſid.Epiſc.cap.ix.nu.viij.plu res adducit. Et quibus facilè colligi poſſe exiſtimo, quale ſit Anſarienſis Epiſcopi munus in eius fideicõ miſſo grege paſcendo. Laus Deo opt. Max.

Patauij. xiij. Kal.Ianuarij 1558.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Matrimonij diffinitio.*
2 *Diffinitio eſſentiam actus diffiniti continet.*
3 *Pontifex aduerſus diſpoſitionis ſubſtantiam diſpenſare non poteſt.*
4 *Matrimonium ex ſolo conſenſu abſolutum eſſe conſtat.*
5 *Matrimonium prius ſolùm per uerba de præſenti contractum, tenet, licèt poſterius per carnalem copulam conſummatum fuerit. & uide nu.7.*
6 *Pontifici an competat diſpenſatio ſuper diſſolutione matrimonij legitimè contracti. & nu.ſeq.*
7 *Matrimonium per uerba de præſenti contractum, ſed copula carnali non conſummatum ſummus Põtifex poteſt ex legitima cauſa diſſoluere, ſecus ſi fuerit carnali copula cõſummatum. & eſt com.opi.& nu. ſeq. ſed uide omnino nu. 10. & 14. ubi etiam de cõ muni, quòd poſſit ex cauſa quamuis eſſet conſummatum per copulam carnalem.*
8 *Vir & uxor effecti ſunt una caro poſt ſubſequutam carnalem copulam.*
9 *Iuris naturalis diſpoſitio immutabilis.*
11 *Pontifex poteſt ius diuinum declarare & interpretari.*
12 *Ratio non minus quàm uerba obligat.*
13 *Pontifex urgente neceſſitate feſtiuorum dierũ obligationẽ relaxat, & multa de Pontificis authoritate.*
14 *Pontifex ex cauſa poteſt matrimonium quamuis copula carnali conſummatum diſſoluere quo ad effectum coniunctionis. & eſt com. opin. & uide ſuprà. nume.7. cum ſeq. & nu.16.*
15 *Monacho poteſt à Papa indulgeri, ut matrimonium contrahat.*
17 *Sciſmatici tanquam à corpore myſtico Eccleſiæ præciſi, ſunt abijciendi.*
18 *Doctoribus canoniſtis potius credendum quàm theologis in materia matrimoniali.*
19 *Pontificẽ adeundũ eſſe in cauſis arduis atq; perplexis,*
20 *Pontifex in plenitudinem poteſtatis uocatus eſt, & utriuſque clauis uſum exercet.*
21 *Finis præcipuus pontificij legiſlatoris conſiſtit in animarum ſalute.*
22 *Pacis & amicitiæ inter nobiles conſeruandæ ratio, legitima exiſtimatur cauſa, diſſoluendi matrimonium.*
23 *Animæ potius rationem, quàm corporis habendã eſſe.*
24 *Scandalis obuiandum, ne mala contingant.*
25 *Diuinare, quia ultra captum humanum eſt, ſoli Deo reſeruatum eſt.*
26 *Pontifex omnibus actibus peccatum cõcernentibus occurrere debet.*
27 *Præſumptio facienda eſt in peiorem partem in ambiguis actibus, ut animarum ſaluti conſulatur.*

CONSILIVM CLIIII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut propoſiti nodi explicationem, & ueritatis ipſius ſcopum attingere ualeam.

Caſus, ſiue facti ſpecies.

QVO nobiles per uerba de præſenti coniugium contraxerunt, interueniente procuratore ex parte uiri in ſpecie conſtituto: qui ſanè licèt literas, & munera inuicem ſibi miſerint, nunquã tamen ſeſe uiderunt. Lapſis aliquot menſibus, contigit ex cauſis quibuſdã non leuibus utrunq; præſtiti conſenſus pœnituiſſe. Quinimmo quiduis potius paſſuros, quàm matrimonium huiuſmodi conſummare. Quæ res cùm in ipſorũ coniugũ animarum diſpendium uergere poſſit, quæſitum eſt, an ſanctiſs. D.N. Pius eius nominis quartus Pontifex Maximus coniugium huiuſmodi, præſertim utriuſque coniugum accedente conſenſu diſſoluere poſſit? Secundò, an ex cauſis animarum ſalutem eorum, qui contraxerunt reſpicientibus, id ipſum concedere debeat?

RESPONDI.

QVod ad primum attinet, prima facie cenſendum uideri coniugij huius diſſolutionem à ſummo
1 Pontifice concedi nõ poſſe, † quippè ꝙ legiſlator matrimoniũ eſſe diffiniat, uiri atq; fœminæ coniunctionem indiuiduã, uitæ conſuetudinẽ continentem. c. i. xxvii. q. ij. §. ſunt autẽ, ubi glo. in uerſ. indiuiduam, & §. i. inſtitut. de patria poteſt. in prin. & c. illud quoq; de præſump. ubi Docto. oẽs aduertunt, & Theologi
2 in quarto ſententiarũ diſt. xxvii. † At cùm diffinitio ipſius diffiniti actus eſſentiam contineat, ut Topici oẽs tradunt, in loco à diffinitione, & Boet. in lib. de diffinitione, & Pontificij interpretes rub. de iudic. & rubr. de proba. & Bart. l. omnes. ff. de iuſti. & in. vi. q. principali, & l. ii. §. dolum. ff. de dolo, & Bal. l. conuenticula. C. de Epiſco. & cler. cum alijs adductis à Cagnolo in. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. ſequi uide-
3 tur † aduerſus diſpoſitionis ſubſtantiam, nec ipſum ſummum Pont. diſpenſare poſſe. c. cùm ad monaſterium, in fine de ſtatu monachorum, & ibi Doct. & c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. ubi ſcribentes.
4 Secundò † à matrimonij perfectione idem diiudicandum uidetur. nam ex ſolo conſenſu coniugium ipſum numeris omnibus abſolutũ eſſe conſtat. c. ſufficiat, xxvii. q. ii. ubi Archi. poſt Vgo. & Card. ſancti Syxti, & Hoſt. in ſumma de matri. uerſ. qualiter contrahatur, nu. x. cõcludũt, ſolũ conſenſum ſiue uerbis, ſiue ſignis declaratũ, matrimonium ipſum perficere, ut eſt caſus in c. cùm locũ, de ſponſa. ubi glo. & Doc. omnes colligunt, & in c. tua nos, in fi. de ſponſa. & Dec. egregiè declarat in l. nuptias. ff. de regu. iur. & apud ſummiſtas receptum eſt Tabie. Piſa. Aſten. & Ang. in uerbo Matrimonium.
5 Quæ cõcluſio adeò procedit, † ut etſi poſterius cõiugiũ carnali cõmixtione conſummatũ fuerit, priori tamen per uerba de præſenti contracto derogatum

non

non intelligatur. c.doo, de ſponſa.duorum, ubi Do
cto. omnes, & Abb. colligit, copulam ipſam carna-
lem ſufficientem non cenſeri, ut prius contractum
per uerba de præſenti uirtute ſolius conſenſus diſſo-
lutum intelligatur.c. licèt, eod.tit. de ſpõſa duorum.
& Dec.plures adducit d.l.nuptias, & ea facto quan-
doque reſponſum extat: Alex.conſi.cxlix. Viſo,in v.
6 & Dec.dclxxxi.nu.v.† Ex quibus concludi poſſe ui-
detur huius ipſius matrimonij diſſoluendi facultatẽ
ipſo ſummo Pontifici non competere.c. quos Deus,
xxx.q.ij. & c.licèt ex quadam, in fi.de teſt. & Hoſti.
in d.ſumma de matri.§. qualiter, num.x.uerſic. nam
quandocunque conſenſus probetur. & hanc ſenten-
tiam quidam ſciſmatici ultra crepidam diiudicantes
tuentur.c.ii.ad Corinth.etiam in caſu.c.uerum,& c.
ea publico, de conuerſione cõiugatorum.& Io. Lu-
pus in tract. de matrimo. & aliqui Theologi, Iaco.
Almain,in quarto ſententiarum diſt.xxx.q.ii.& qui-
dam alij recentiores in addit.Dec.in d.l.nuptias.nu
me.vii.ff.de reg.iur. & Abb.in d.c.ex publico, in fi.
ubi concludit, etiam ante conſummationem coniu-
gium ipſum diuini iuris authoritate muniri: quod
aliquibus Theologis etiam placuiſſe non ignoro.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus,oppo
7 ſitum uerius eſſe cenſeo; † quippè quòd matrimoniũ
huiuſmodi per uerba de præſenti contractum fidelis
animæ cum Chriſto coniunctionem ſignificet, quæ
ſanè peccati reatu ſcinditur.c.peccatum, de pœnit.di
ſtinct.i.& idcircò matrimonium huiuſmodi ab eccle
ſia diſſoluitur. Cæterùm ſi carnis cõmixtione con-
ſummatum fuerit,ipſius Seruatoris Chriſti coniun-
ctionem cum eccleſia ex incarnationis myſterio con
tractam oſtendit, quæ cùm indiſſolubilis ſit,c. debi-
tum, de biga. & glo.in c. quapropter.xxvii.q.ii.pri-
mo caſu eccleſia diſſoluit.d.c.uerùm,& d.c.ex publi
co,de conuerſ.coniug. poſteriori uerò ſecus. glo.in
d.c.ex publico, in uerbo conſummatum,& Hoſtien.
Butr.Cardinalis,Anch.& Abb.nu.xiii.& idem Abb.
in d.c.uerùm.nu.viii. & receptiſsimum eſt,d.c. qua-
propter.xxvii.q.ii.ubi Archi. poſt Goffre.& Innoc.
quos adducit, & omnes in d.c. uerùm, & d.c.ex pu-
blico,& Feli.in d.c.quæ in,nu.xx.de conſti. & Dec.
ibi, nu.xxi.atteſtatur hanc eſſe cõmunem, & ſubſcri-
bit Beroius. pro qua ſententia plures ueterum ex fa
cto conſulti reſponderunt: Anchar.conſi.ccxxxix.&
ccccx.& Soci. conſi.xxviii. Circa primum, uerſi.nec
obſtat,& uerſi.circa ſecundum,in prin.& Dec.cõſi.
cxii.nu. ii.& iij.& vi.eruditè argumentum huiuſmo
di pertractat, & conſi.dciii. Gozad.cõſi.ii.nu.iiii. &
nu.xiiij.ibi concludit ꝙ de poteſtate ordinaria ſum-
mus ipſe Pontifex legitima ſubſiſtente cauſa coniu-
giũ huiuſmodi per uerba de præſenti cõtractũ diſſol
uere poſſit, præſertim uteriuſq; accedente conſenſu.

Secundò,hanc ipſam concluſionẽ ea ratione pro-
bari poſſe non ambigitur, ꝙ matrimoniũ ipſum car
nali copula non cõſummatum,ex ipſius Eccleſiæ cõ
ſtitutione ſubſtantiã accipiat, & idcircò mirum non
ſit,ſi eiuſdem Eccleſiæ authoritate diſſolui ualeat.c.
propoſuit,de conceſſ.præbẽ.& l.nihil tam naturale,
& l.eius eſt uelle.ff.de reg.iur.& c.omnis,eod.tit.in
antiq.& l.ab emptione.ff.de pact.ubi Alex. & Iaſ.&
l.i.& ii.C. quando liceat ab emptio.diſced.

8 At quod ad conſummatum attinet,† quia iam ef-
fecti ſunt una caro,ſummi Dei præceptũ exequen-
tes: Creſcite & multiplicamini, & Hoſti.docuit poſt
Gofre.in ſumma de matri.uerſi. ubi inſtitutũ eſt, nã
cum ex legis diuinæ authoritate conſummatũ matri
moniũ eſſentiam ipſam recipiat, & facultas humana
illud ipſum diſſoluere, ueluti inferior non poteſt.c.
cũ inferior,de maiorit.& obed. & clem.ne Romani,
de electione,ubi glo.& d.c.quos Deus. xxxiii.q. xii.
ut eruditè concluſerunt Anch.Soci. Dec.& Gozad.
reſponſis ſuperiùs adductis. Niſi tamẽ in caſibus eiuſ
dẽ diuini legiſlatoris authoritate ab eius uniuerſali
præcepto exceptis: quod diuus Auguſtinus cenſuiſſe
uidetur lib.i.c.ia.& cap.xxi.de ciuit. Dei, & Scot.in
quarto ſententiarũ diſt.xv.q.iii.& ibi Alex. de Ales,
Riccar.& alij,& Eccleſia recepit,c.ſi tibi.§.his exce-
ptis, xxiii. q.v.& Docto. aduertunt,& ſequuntur de-
clarationẽ huiuſmodi in d.c.quæ in, ubi Abb.nu.ix.
uerſi.ſit tibi breuis concluſio, & ibi Dec. poſt alios
nu.xxvii. Et hanc principalem rationem probabant
Alan.Vinc.Goff. & Bern.glo. in d.c.ex publico, &
Anch d.conſi.ccxxxix.& ccccx.& Dec. d.conſi.cxii.
& dciii. & Gozad. d.conſi.ii. atteſtantes hanc ipſam
ſententiam eſſe cõmunem. quãuis non ignorem Ho
ſtien. ipſum in d.c.ea publico,& Butr.nu.xvi.Anch.
ij.& Abb.xiiij.reſpectu ratificationis Eccleſiæ in ſa-
cramento baptiſmatis gloſſatorũ ipſorum ſententiã
9 dumtaxàt probaſſe,in cõſummato autem ſecus,† pro
pter naturalis iuris diſpoſitionẽ,quę immutabilis exi
ſtimatur.§.ſi.inſtit.de iur.nat.gen.& ciuil.& vi.diſt.
§.moralia,& c.i.v.diſtinc.& l.in bello.§.ult.de capt.
10 & poſtl.reuer.† Nihilominus tandem cõcludit Hoſt.
cui omnes ſubſcribunt, Pontif. Max. de abſoluta po
teſtate matrimonium ipſum carnali copula non con
ſummatũ,etiã nulla ſubſiſtente cauſa,diſſoluere poſ-
ſe, & eundem de ordinaria poteſtate, ſi ſubſit aliqua
legitima cauſa cõiugium huiuſmodi dirimere poſſe.
cui ſubſcribunt omnes Io. And. Aegid. Card. Anch.
Butr. & Abb.d.nu.xiiij. & Archid.d.c. quapropter,
xxvii.q.ii. & Bal.idem cenſuit.l.i.C.de iur.aureo an
nul.& Abb.d.c.ult.de ſponſ.duorũ,& Anch.d.conſ.
ccxxxix.& ccccxl. & Dec.d.conſi.cxii.nu.xii.& Soc.
d.conſi.xxviij.quamobrem, cùm in propoſito nego-
tio non deſint legitimæ cauſæ, præſertim accedente
utriuſq; coniugis conſenſu, de ampliſsima Pont. Ma
ximi poteſtate nullo pacto dubitari debet.
11 Tertiò, receptiſsimum eſt, † & ipſum Pontificem
ſummũ in ijs,quę Deus diſpoſuit,etiã aliquot ex præ
ceptis decalogi declarãdi, & interpretandi facultatẽ
habere,particularẽ aliquem caſum illorum uinculo
12 nõ ſubijci,ſi ratio eiuſdẽ diuinæ legis ſuadeat,† quę
non minus quã uerba ipſa obligat.l.ſcire.ff.de leg.&
l.non dubiũ.C.eod.& l.nominis.§.uerbũ.ff.de uerb.
ſign.& c.Marchion.i.q.i.& c.ult.de reg.iur.in vi.&
uidetur caſus in d.c.ſi nõ liceat.§. his exceptis,xxiii.
13 q.v.† Et idcircò urgente neceſsitate feſtiuorũ dierũ
obligationem relaxat.c.ult.de fer.& eadẽ neceſsitate
urgente interpretat illũ ipſum qui rebus alienis utit̃,
furtum non cõmittere.c.iii.de furt.& in materia iu-
ramenti,eſt caſus in c. quanto, de iureiur. & Feli.&
Dec.poſt Anch. in d.c.quæ in eccleſiarũ,de cõſt.nu.
xxv. & ex facto ſępius reſponſum extat: Anch.d.cõſi.

utilitati præponit.l.i.ff.ſol.matr.ubi Bart. & alij & l. illud.& l.ita.ff.ad l.Aqu.& l.congruit.ff.de off.præ. & l.licitatio.ff.de publ.& uectig.l.bonafides.ff.depo ſiti,ubi Dominus meus Alciatus egregiè philoſopha tur & Speculator in tit.de diſpẽſa.§.primo plura exẽ pla adducit.& Rand.Gallus.in tract. eod. quamobrẽ Martinus quintus, & Eugenius iiij.ratione ſcandali euitandi, hoc ipſum coniugium carnali copula non conſummatum diſſoluit, ut teſtãtur omnes ſuperius allegati.quibus nõ obſtat ſomnium cuiuſdam Theo logi pœnitentiarij dum inuiſum animum,& conſen-ſum adſeuerat ſub confeſsionis ſacramento ipſi ſum-
25 mo Pont.detectuio fuiſſe. † quia diuinat prorſus & humanę legis captum excedit,quę facultatẽ hanc ſo-li Deo reſeruatam eſſe conſtitnit.c.unico, ut Eccle-ſiaſtica beneficia,ibi, diuinare non poſſumus,quan-uis Chriſti Vicariatum in terris geramus.& c.nihil, de elect.& cap.nihil,de iudi.unde in humanis nego-tiis quæ in facto conſiſtunt,ſecundum utriuſque iu-ris rationem legitimę probationis adminiculo indi-gent.c.quoniam contrà,de prob.& c.cùm ad ſedem §.nos uerò.de reſtit.ſpolis.& l.aut facta.ff.de pœn.& idcircò uſum huiuſmodi Eccleſiæ maximè probabi-lem eſſe,Doctores probant.Archiep.Floren.in ſum-ma ſua,& ſumma Angelica uerſ. utrum Papa poſsit, & Docto.in conſiliis ſuperius allegatis,& Paulus Fe-licis memoriæ Pontifex iii.in caſu Imolenſi ex parte uiri, & Fauentino ex parte mulieris ob non abſimi-les cauſas cõiugium huiuſmodi diſſoluit:unde de cle-mẽtiſsimo Pio ſanctiſ. D.N.multò fortius idem ſpe-randum ſit.

Tertiò & ultimò eandem concluſionem in con.
26 cuſſa ratione probo.Nemini ambigendũ eſſe,† quin ex interna canonum ratione ſummus ipſe Pont.om-nibus actibus peccatum re ipſa continentibus occur-rere debeat.d.c.ult.de conſue.& d.c.ult. de pręſcrip. & c.conſilium,de obſer.ieiunii, Amplius, & iis ipſis obuiam ire debet,ex quibus peccata peruenire poſ-ſunt,ſeu peccandi occaſio præberi poſsit. c. ſępe, de reſt.ſpoliat.ibi,cum paruı referat.& cap.literas, eod. tit.ibi,ad gehennam. & d. c. cùm contingat,& c.ne captandæ.& cap. deteſtan.de conceſſ. præben. io vi.
27 † qua ratione conſueuit canon (ut animarum ſaluti conſulat) ambiguos actus in peiorem partem præ-ſumere.c.iuuenis de ſponſa.ubi Abb.nu.i.& cap. ad audientiam, in ſecundo,de homicidio uoluntario. uel caſu.ubi Maria.nu.v.& cap.illud,de cler. excommu. admini.ubi Inno.Hoſtien.& Abb.gloſ.& Feli.num. xiiii.c.ult.de præſump.& in egregia facti ſpecie An-cha.ipſe reſpondit conſi.clxxix.Prima facie.Ex qui-bus concludendum eſſe cenſeo, rationi ſacrorum ca-nonum conuenire,hoc ipſum matrimonium à San-ctiſsimo D.N.Pio quarto ex cauſis ſuperius adducta & pluribus aliis eius ipſius Sanctitatis animum mo-uere ualentibus, diſſolui debere: cuius authorita-ti & ſapientiſsimo iudicio me ipſum prorſus ſubii-cio, ueluti ſeruum frugi decet. Laus Deo.

Romæ Prid.Non.Apr.1562.

Portius,Imola nuncupatus.

SVMMARIVM.

1 *Forma data, ſi non obſeruetur,proceſſus reddi-tur nullus.*
2 *Clauſula ſummariè, de plano, & ſine ſtrepitu & figu-ra iudicij,ac ſola facti ueritate inſpecta,quantũ ha-beat robur & uim.*
3 *Citatio eſt de iure diuino.*
4 *Citari præſens,non eſt neceſſarium.*
5 *Effectum potius lex, quam modum perpendit.*
6 *Citatio licèt ſit nulla,ſi tamen pars comparuerit, quòd actus & ſententia redditur legitima & ualida.*
7 *Principis à ſententia non appellatur, ſed ſupplicatur.*
8 *Citatio ad audiendum uoluntatem iudicis ualet, ſi poſt concluſum in cauſa fiat,& quæ ſit ratio.*
9 *Actus humani ita ſemper interpretari debent,ut ſint di ſpoſitioni iuris conformes.*
10 *Vſuras qui promittit, ſortem quoque promiſiſſe intel-ligitur.*
11 *Citatio an debeat fieri uerbis expreſſis ad ſententiam.*

CONSILIVM CLV.

CLEMENTISSIMI REDEMPTORIS Domini noſtri Ieſu Chriſti implo-rato præſidio.

1 CLARISSIMI iuris eſſe, rece-ptum eſt,† in quocunque iudicio ſiue ordinario,ſiue extraordinario formam à lege ſiue mortua, ſiue ui ua iudicibus præfixam ad unguem cuſtodiendam eſſe, aliàs proceſſus ipſe ouiliatus uitio ſubiacet.l.ſi prolatam.C.de ſent. & interlo,om.iud.ubi glo.in uerb.ſolemnis. Odofr. Iac.ab Arèn.Barto.Bald.Ange.Fulgo.& Sal aduer-tunt.& eſt caſus in cap.ſuper eo,de offi.deleg.& c.cũ dilecta.de reſcript.ubi Feli.nu.vj.uerſ.nunc de for-ma,qui alios adducit,& dixi latiſsimè in pręlud.l.ſciẽ dum.ff.de uerbo,obl,quare,cùm in pręſenti negocio mandauit Sanctiſs.Pont.cauſas huiuſmodi corã ma-
2 giſtris uiarum † ſummariè,de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudicii,ac ſola facti ueritate inſpecta pertra-ctari, conſtat huiuſmodi delegatis latas habenas hu-ius ipſius clauſulæ intuitu datas intelligi.Clem. ſępe de uerb.ſigo.ubi omnes interpretes,& Bartol.in ea-trausg.Ad reprimendum in uer.ſummariè & Ioan. ab Imola.& Are.in c.dilecti, de iudi.cõcludunt hu-iuſmodi caſu iudices ipſos & ſic militantem Eccle-ſiam, ipſam Triumphantem imitari debere. c. nouit ille,de electio. & de iudic.

3 Et ſi † diceretur,citationem ipſam iuris diuini au thoritate neceſſariam cenſeri, Geneſeos tertio ibi, Adam ubi es? & Clem.paſtoralis,de ſententia & re iu.ubi Card.& Imol.poſt Laza.& Zenzeli. Reſpon deo,hic non defuiſſe citationem ipſam effectu ipſo,
4 quod ſufficere ſolet,unde receptum eſt,† præſentem non eſſe uocandum.Bar.Auge.Albe.& Caſtr. in l.j. ff.de in ius uoc. & Lanfranc. in cap.quoniam con-trà, de proba.in uer.citatione.& hoc propter ratio-
5 nem,† quòd lex potius effectum quàm modum per-pendat.

pendat.l.mulier.ff.ad Sen.Conſ.Treb.& l.iiij. C. de inſti.& ſubſti.& colligunt omnes. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.& c. quia in tantùm,de ſimo. & Bal.poſt Bar.in auth.ſi omnea. C.ne
6 ſe ab hæred.nu.ii.uerſ.deinde, concludit, † quòd ſi citatio nulla ſit, pars tamen compareat, ſententiam legitimam intelligi, non uirtute citationis, ſed comparitionis. & hanc ſententiam probat Lanfranc. de Oria.in d.c.quoniam,in uer.citationes,nu. iiij. cùm enim lex idcircò aliquem uocari decreuerit, ut ſciat quid ſit conſtituẽdum, ſiue pro eo, ſiue aduerſus eũ. l.Diuus.ff.de adoptio.ubi Bal.& c. per venerabilem, ubi Abb.nu.xxii.qui filii ſint legit. ſanè habito ſine, legiſlatoria intentioni ſatisfactum cenſetur.l.& ſi.§. peruenimus.ff.de auro & arge.lega.& c. cùm aliquibus, de ſenten.& re iud.

7 Hinc uidemus,† licet modus defenſionis naturalis uarietur, unde à Principis ſententia appellari nõ ſolet.c.l.de reſcrip.diſputat Deci.in rubr.eo.tit.ſaluus tamen remanet effectus in modo ſupplicationis uel reuiſionis: authen.quæ ſupplicatio. C. de preci. Impe.offer.ubi Salic.

8 Hinc † formulã citationis poſt concluſum in cauſa ad audiendam uoluntatem non ineptam eſſe, Dec. ipſe non inſulsè concludit.c.conſuluit,de offi.& pot. iud.deleg.nu.xiii.perpendit enim iudicis ipſius officium, quod in abſoluendo uel condemnando conſiſtit.l.i.ff.de re iud.& ideo de uoluntate intelligi debet ſecundum iuris diſpoſitionem regulata. cap.j.de ſenten.& re iudi.in vj.& c.iudicantem.xxx. q.ult.

Quod non inepta ratione probari poſſe exiſtima-
9 tur, † nempè quòd actus humani ita ſemper interpretari debent, ut ſint diſpoſitioni iuris conformes, ſiue contrahantur, ſiue relictur, ſiue in iudiciorum diſpoſitionibus aliquid conficiatur.l.ſi duo.ff.de acquir.hæred.ubi glo. in uer.ſcire potuit.Cy.Bar.Bal. & Caſt.nu.iii.& l.hæredes mei §.cùm ita. ff. ad Sen. Conſul.Trebellia.ubi Bar.Cuma.Alex.nu.viij. Soc. xxxv.& Ripa.lxxvii.& Soc.iun.poſt ueteres ex facto conſultus ſæpius reſpondit.

Nec illud omittendum cenſui, ex interna ſummorum Pontificum diplomatis diſpoſitione, executiui mandati relaxationem cùm ipſa diffinitionis pronunciatione, ita coniungi, ut nullus ſit ſeparationi locus; quemadmodum ea quæ ſunt ſecundum iuris rationem relationis uirtute, ſiue conſecutionis, nullam prorſus actionem patiuntur.l.ii. ff.de iuriſ. om. iud.& l.eum actum.ff.de neg geſt.ubi Bar. & Caſtr.
10 & l.ii.C.de dot.promiſſ.ubi Bal.aduertit,† eum ipſum, qui uſuras promiſit, ſortem quoque promiſiſſe intelligi, ueluti antecedens quoddam neceſſarium & idcircò cùm mandatum executiuũ in propoſita ſpecie ſecundũ iuris rationẽ, diffinitionem ipſam ſubſequatur, ſiue partis, ſiue iudicis diſpoſitio ad hanc iuris cenſuram referri debet, ut nulla prorſus ratione ſeiungatur. d.c.tranſlato, de conſti.& d.cap.præterea, de offi.deleg.& d.l.ſi duo. ff.de acquir.hæred.

11 Et quamuis † contendatur, citationem debuiſſe fieri uerbis expreſsim prolatis ad ſententiam audiẽdam, reſponden, & id expreſſum cenſeri quod per rationem ad aliud colligitur.l.prætor ait. ff.de nou. ope.nun.in prin.& §.interdictũ,ubi gloſ. in uer. expreſſum, interpretatur nempè tacitè, putà cũ iubeat prętor factum opus demoliri, prohibere cenſetur, ne illud ipſum fiat, ueluti antecedẽs quoddam, ſecundũ iuris ipſius rationem neceſſariũ.quod Bar. ibi.Imol. Poma.Alex.& Iaſ.nume.cccxlv.aduertunt,& eſt caſus in l.ſi quis.§.prohibet.ff.de edendo, ubi gloſſ. in uer.prohibet.Bar.Albe.& Caſtren.& plures adducit Feli.in c. tranſlato,de conſtitut.nu.iiij.in fin.uerſic. ſed utrum.& Pariſ.conſi.xx.nu.lvij.in tertio, & Soc. iun.conſi.cxxviij.nume. vij. in ſecundo cùm pluribus aliis. Laus Deo.

Romæ, vij.Kalen.Nouembris 1562.

Portius Imolenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Sequeſtrationem eſſe probibitam.& uide num.7, de ſequeſtratione uxoris, ſiue ſponſa.*
2 *Regulam, qui pro ſe habet, eius intentionem fundatam habet.*
3 *Regulæ fallentiam qui adducit, illam probare debet.*
4 *Vxor, uitæ ſocia eſt.*
5 *Seruus ſi proclamat ad libertatem, non fit ſequeſtratio perſonæ.*
6 *Vxor non eſt reſtituenda uiro in cauſa poſſeſſorij, ſubſiſtente legitima cauſa, putà ſæuitia uiri, aut quia opponitur exceptio conſanguinitatis.*
7 *Vxor, ſiue ſponſa quando eſt ſequeſtranda.*
8 *Tex.in c.cum locum.de ſponſ.declaratur.*
9 *Mens & animus alicuius fruſtrà indagandus eſt, ubi de eius uoluntate palàm apparet.*
10 *Text.in cap.ex tranſmiſſa,de reſtit. ſpolia. exornatur.*
11 *Cõſanguinitatis exceptio oppoſita impedit matrimoniũ.*
12 *Experiri nemo poteſt ſine exceptione.*
13 *Diſpenſatio quãdo ualida exiſtimetur, & ne potius diſſipatio dici ualeat. & nu.ſeq.*
14 *Diſpenſatio obreptionis uitio laborans, eſt ipſo iure nulla, etiam in cauſa matrimoniali.*
15 *Habilitatio, ſiue diſpenſatio ex cauſa probabili fieri debet. & nu.præcedentibus.*
16 *Legitimatio impetranda ad hoc ut ſit ualida, nullum eſt reticendum Principi impedimentum.*
17 *Pontifex an poſſit, ſi uelit, ſine cauſa diſpenſare in gradu à iure poſitiuo prohibito.*
18 *Conſenſum omnem excludit ignorantia.*
19 *Ratificatio ſaltem tacita ex factis ipſis deprehenditur. quod declara, ut ibi.*
20 *Legis uirtus in exequutione conſiſtit.*

CONSILIVM CLVI.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut in propoſita ſpecie ueritatis ſcopum attingere ualeam.

C A S V S.

CONTIGIT In ampliſſima Venetiarum urbe coram Ordinario de duobus potiſſimùm dubitari.

Primò, an Magnifica domina Benedi

cta

cta Piſana, inſtante Magnifico domino Vincentio
etiam Piſano, eius preſente coniuge, ſecundum iuris
rationem ſequeſtrari poſsit & debeat?

Secundò, an authoritate diſpenſationis à Summo
Pœnitentiario obtenta, non exiſtente ipſa domina
Benedicta uiri potente, item cuiuſdam commiſsio-
nis de diſpenſando à Reuerendiſsimo Apoſtolicæ ſe
dis nuncio in ipſa Venetiarum urbe conſanguinita-
tis impedimẽtum ſublatum intelligatur, adeò ut cõ-
ſanguinitatis exceptione, ipſa Magnifica domina Be
nedicta iuuari nequeat quominus ipſi Magnifico do
mino Vincentio ueluti eius legitimo coniugi Eccle-
ſię iudicio cohærere compellatur?

RESPONDI,

QVOD ad primum attinet, nullum prorſus
ipſi Magnifico D. Vincentio ſequeſtrandi
ius competere cenſeri. pro regula enim à
1 ueteribus legiſlatoribus conſtitutum extat, † ſeque-
ſtrationem ipſam prohibitam eſſe, toto tit. extra de
ſequeſt. poſſeſsio. & fructu. ubi ſummiſtę. Bur. Anch.
Henr. & Abb. & Clement. prima ubi Cardi. & Ioan.
ab Imo. poſt Zenzeli. & alios ueteres, & l. i. C. eo. ubi
Bald. Fulg. & Sali. pro regula conſtituendum aduer-
tunt in ſecundo not. & Panor. in c. ii. eo. tit. num. vii.
& nu. xxiiij. & plures adducit Feli. in c. examinata
de iudici. in tertia limit. & ex facto reſponſum extat
Abb. conſi. vi. & Dec. cccxlvi. plures alios adducit, &
diffusè pertractat Curt. iun. in tracta. de ſequeſtra-
2 tione. † quamobrem, cùm ipſius Magnificæ dominæ
Benedictæ ius in ſolido regulæ fundamento lo-
catum ſit, eius ipſius intentionem fundatam eſſe am-
bigendum non eſt. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur.
ubi glo. in uerb. adhęrens regulæ, & ibi Bart. Dec. &
Cagno. nu. xxi. & Innocen. in c. præterea, de dilatio.
3 & Bar. in l. ii. ff. ſi quis in ius uocat. non ierit. † & id-
circò, qui flexum à regula deducit, ideſt caſum ip-
ſum exceptum, probationis ipſius onus ſubire debet,
ueluti quid in facto conſiſtens alleger. l. ei qui. ff. de
proba. & l. actor. C. eo. & l. qui accuſare. C. de eden.
dixi latius poſt omnes in cap. in præſentia, de pro-
batio.

Accedit, quòd receptum ſit maiorem eſſe domi-
norum poteſtatem in ſeruos ipſos, quàm mariti in
4 uxorem, † quam legiſlatores uitæ ſocium conſtitue-
runt. Geneſ. primo. Faciamus adiutorium &c. &
l. j. ff. rerum amot. & aduertit Ant. de Prato uete. in-
ter conſilia Alexan. conſi. cxxxiii. nu. iii. uer. proba-
5 tur, in quarto. † & tamen ſi ſeruus ipſe proclamat in
libertatem, ſequeſtrationem illius perſonæ nõ fieri,
ſed rerum tantùm, Cæſaris conſtitione ſancitum ex-
tat. l. i. §. i. & ii. C. de aſſert. tollen. l. fin. C. quibus ad
libert. procla. non licet. unde multò fortius id in uxo
re diiudicandum ſit, ob prohibitionẽ ex capite con-
ſanguinitatis prętenſo uiro adhęrere recuſantis. c. ex
parte, il ii. de decimis, & c. per uenerabilem, in princ.
qui filij ſint legitimi, & l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu.
cum aliis adductis à Dec. in l. nõ debet cui quod plus
ff. de regu. iur.
6 Præterea † & Magnificę dominæ Benedictæ cau-
ſam fouere uidetur, quòd Præpoſitus ipſe ſcriptum
reliquit in c. cùm locum, de ſponſa. nu. iii. uerſi. ſtat
autem dubium. ubi concludit ex mente ueterum etiã
in poſſeſſorio reſtitutionem non eſſe faciẽdam ſub-
ſiſtente cauſa, putà ſęuitiæ uiri. c. ex parte, c. ex tranſ-
miſſa, c. literas, de reſtitu. ſpolia. uel cùm opponitur
exceptio conſanguinitatis, de qua illicò cõſtare poſ
ſit, in d. c. literas, nu. viii. uer. nunquid quæris, aut
debeat fieri reſtitutio. ubi concludit oppoſita exce-
ptione conſanguinitatis, de qua notoriè conſtet, uel
quàmprimùm conſtare poſsit, reſtitutionem nõ eſſe
faciendam.
7 Nec † urget quandoque ſequeſtrationem puellæ
ab ipſo Canone permitti. d. c. cùm locum, de ſponſa.
ubi glo. & Doct. aduertunt. c. cùm dilectus, de ſeque
ſtra. poſſeſsio. & fruct. ubi gloſſ. in uer. ſequeſtrari,
ubi Abb. nu. xvi. & c. ex tranſmiſſa, de reſtitu. ſpolia.
& c. penul. de probatio. quia caſus huiuſmodi à no-
ſtro prorſus diſsidet, ergo de uno ad alterum legi-
timè ratiocinari non poteſt. l. inter ſtipulantem, §. ſa-
cram, in fin. ff. de uerbo. oblig. & l. fin. ff. de calum-
8 niatorib. & l. Papinianus exuli. ff. de minorib. † nam
tex. in in d. c. cùm locum, loquitur, quando timetur
metũ ipſum etiam reuerentialem puellæ incuti, nam
cum cõſenſus in matrimoniis ipſis maximè liber eſſe
debeat, c. Gemma, eo. tit. conſtituit ibi canon puel-
lam ipſam in domo in qua nihil timere oporteat,
honeſtè collocandam, ut eius animus indagari ua-
leat. & ibi Præpoſi. nu. vii. concludit, formam illius
cõſtitutionis eſſe obſeruãdam, quoties ſubeſt opinio
metus inferendi ipſi puellę. quę ratio cùm in caſu prę
ſenti ceſſet, quippè quòd nulla ſit probabilis ſuſpi-
tio metus inferendi, quæ fuit ratio deciſionis illius
textus, ut Abb. ibi egregiè docuit nu. v. conſequens
eſt, & illius diſpoſitionem locum habere non poſſe
l. tutelas, ubi Barto. ff. de capitis dimi. & c. cùm ceſ-
ſante, de appellatio.
9 Præterea, † hic nõ eſt puellæ animus indagandus
cùm palàm exprimat nolle Magnifico domino Vin
centio prætenſo eius coniugi adhærere propter ip-
ſam conſanguinitatem, & ad hoc procuratores ip-
ſos conſtituerit, & proceſſus inchoatus fuerit; qua
propter fruſtrà animi illius indagatio requiritur. l.
quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. unica. C. de confeſsis. c. ex
literis, de diuortiis, cum aliis huiuſmodi.
10 Secundò † non urget caſus in d. c. ex tranſmiſſa,
quia gloſ. ibi in uer. uiolentia. Hoſt. Bur. & Abb. ad-
uertũt, idcircò puellam in loco tuto ibi reponi, cùm
probabiliter timeretur ne uiolentia aliqua ipſi infer-
retur. & Præpoſitus in d. c. cùm locum, & Henricus
Bohic. in d. c. literas, illius conſtitutionis rationem
fuiſſe cenſuerunt, quemadmodum in d. c. pen. de
probatio. ubi gloſſ. prima Hoſtien. Ioan. Butr. Cardi.
& Abb.

Cęterùm in propoſito caſu nec puellę animus in-
dagandus eſt, nã ipſi nullum imminet metus inferen
di periculum ab ipſo prætenſo uiro, nec ipſe ab alio
eius prætenſę uxori metum ullum inferri probabili-
ter uereri poteſt, cùm nullus adſit competitor, nec
ulla alia cauſa æquitatis adduci ualeat, cur ſequeſtra-
tio fieri debeat, ſequitur illum ipſum audiendum nõ
eſſe. neque enim lex præſumit tutiorem locum in hu
iuſmodi inueniri poſſe, quàm proximiorum con-
ſangui-

ſanguineorum cohabitationem.arg.l.fin.C.de cura.
furio.& l.amiciſsimos.ff.de admi. tut. & toto tit.ff.
ubi pupil.edu.debeat : & c.adferte,de præſum.

Non omitto,Magnificum ipſum dominum Vin-
centium hâc ipſam ſequeſtrationem petentem om-
11 ninò reiiciendum cenſeri,† cùm ei opponatur noto-
riç conſanguinitatis exceptio,quæ matrimonium ip
ſum impedire conſueuit.c.i.& c.non debet , de con-
ſangui.& affini.& idcircò cùm ſit exceptio intentio-
nis,glo.in l.qui ſe debere,in uer.qua exceptione. ff.
12 de condi.ob cauſam.† & nemo ſine exceptione ex-
periri poſsit.l.uideamus.§.ſi pupilli ff.de nego. geſt.
ubi Bar.& Caſtr.conſequens eſt , non ſolùm perſo-
næ liberæ & nobilis ſequeſtrationem hoc caſu pro-
hibitam cenſeri , ſed etiam rerum ipſarum , cũ nul-
lum intereſſe is qui petit prętendere ualeat . Doct. d.
c.ex tranſmiſſa,& Feli.d.c.examinata.& Cur.iun.d.
tract.de ſequeſtratio.q.xij.

13 Quod ad ſecundum attinet,† diſpenſationes ipſas
nullius momenti eſſe exiſtimo : quippè quòd diſpẽ-
ſationis ea ſit interna conditio , ut niſi ea cauſa ur-
genti , & ratione probabili uel utilitate publica,non
autem priuata fieri debeat,aliàs diſsipatio exiſtima-
tur : ut declarat Hoſt.poſt Goffre.in tit. de diſpen-
ſatio & Abb.in d.c.non debet.de conſangui. & affi-
ni.Gemina.& Franc.in c.i.& ii.de filiis presbyt. in
vi.& diuus Thomas in ſecunda ſecũdæ pluribus quę-
ſtionibus ſæpe docuit,& Pariſ.plures adducit conſi.
lxviii. nu.cxcv.& cxcvi. in quarto.quinimmo cauſę
cognitionem in ea concedenda neceſſariam eſſe, re-
ceptum eſt.Soc.iun.conſi. cxx. nu.xviii.in ſecundo,
14 & Ripa reſponſo xxxviii.nu.xviii.& xix. † & diſpẽ-
ſatio obreptionis uitio laborans , ipſo iure etiam in
cauſa matrimoniali , nulla cenſetur . Pariſ. d. conſi.
lxviii.nu.ccxiii.& conſi li.nu. xviii.quemadmodum.
cum ea falſa cauſa conceditur. Idem Pariſ.loco ſu-
pra adducto in nu.ccxiii.& conſi.xcvi,num.xvi.in
quarto& plura cõgerit Grat.reſpõſo primo nu.xliii.
in ij.& idcircò cauſa diſpenſationis certa & clara ex-
primi debet. Pariſ.d. cõſil. lxxxviij.nu.ccxxv.unde in
grado prohibito facta ſtrictiſsimè interpretari ſolet.
idem Pariſ. conſi.lii.nu. xxxviii.in quarto.

15 At † in præſenti negocio nulla probabilis cauſa
adduci poſſe uidetur,putà,pacis,& concordię indu-
cendæ,ſeu ſcandali euitandi ratio , uel conſuetudinis
alicuius,ut egregiè Pariſius ipſe perpendit d. conſi.
lxviii.nu.cxxix.& ccvii.cum ſequentibus,& cxxxi.&
cxxxvii.& cccxli. & cccxxxiii. & ccxlv. quare , cùm
priuatæ utilitatis contemplatione diſpenſatio hæc fa
cta fuerit,nulla prorſus exiſtimari debet. Gozad.cõ-
ſil.li.num.xxxviii.xxxix.& xl. nec enim alicui ambi-
gendum eſt,quin ſi ſciuiſſet Põtifex Magnificam do-
minam Benedictam nõ ſupplicaſſe , quemadmodum
non poterat,cùm impubes eſſet.c.ii.de deſponſatio.
Impub.utique de facili non diſpenſaſſet : unde actus
huiuſmodi conceſsionis nullus exiſtimari debet. c.
ſuper literis,de reſcrip.ubi glo.in uer.literas dediſſe-
mus.utrunq; enim & ætatis , & conſanguinitatis im-
pedimentum explicitè deduci debuerat , alioquin
uel uno tantùm ſuppreſſo, diſpenſatio nulla cenſeri
debet. Ioan. And. ſuper arbore affinitatis poſt princ.
& Abb.d.c.non debet,& idem Abb.c.per uenerabi-
lem,qui fil.ſint legitimi.nu.xvii.& oẽs tradunt in l.
16 Gallus.§.& qui ſi tantùm.ff.de lib.& poſth. † nullũ
impedimentum ſubiiciendum eſſe,quoties quis pre-
ces Principi offert pro legitimatione , ſeu diſpenſa-
tione obtinẽda : nam ab uno uinculo abſolutus, alio
ligatus remanet.glo.in c.quorumdam, de Iudæis, &
Fel.c.poſtulaſti,de reſcrip.nu.ii.& c.in pro cauſa. &
c.officij.de ſent.excomm.& Deci.conſi.cccxxxviii.
nu.v.& Caſsiod.deciſ.ix.nu.iiii.de pręben.

Et quámuis ſupraſcripta procedere uideantur cũ
iuris diuini diſpoſitio relaxatur,Caccialup.in tract.
penſio.xx.q.uſque ad nu.lxvii. tamen idem uidetur
cùm in gradu,poſitiuo iure prohibito Pontifex di-
17 ſpenſat,† licèt enim poſsit ſine cauſa,ſi uelit,ut plu-
res docuerunt , non idcircò infertur quin ſi hoc non
exprimat ſe facere uelle,cauſæ ſit attendenda.c.ij.ubi
glo.& omnes aduertunt,de deſponſa.impub.& c.qu
circà ubi gloſ. de conſangui.& affini.& gloſ.magna
in c.requiritis.§.niſi rigor.i.q.ii.

Deinde cùm diſpenſatio ipſa non fuerit obtenta
ab ipſa domina Benedictæ impubere , & idcircò in-
habili.d.c.ii.de deſponſa.impub.cuius nullam ſcien-
tiam unquàm habuerit, & idcircò nullo pacto con-
18 ſenſerit,† cùm ignorantia conſenſum omnem exclu
dat.l.tres fratres.ff.de pactis ubi gl.Bar.Caſt.& Iaſ.
& l.mater decedens.ff.de inoffi.teſt.unde , & ſtante
inhabili ętate,& ignorantia,ſequitur hanc ipſam di-
ſpenſationem ipſi Magnificę dominę Benedictæ of-
ficere non poſſe.Innoc.d.c.tranſmiſſa,de reſti. ſpoli.
& Pariſ.conſ.lii.nu.xlv.in quarto.

19 Nec † urget allegata ratificatio ſaltem tacita ex fa
ctis ipſis,unde animus humanus colligi ſolet,ex co-
habitatione.l.& aliis obſequiis.c.exiſtimant,xxxi. q.
iii.ubi glo.in uerb.factis. & Deci. l.non uult hæres,
nu.vi.ff.de reg.iur.quia reſpondeo,neceſſarium eſſe
conſenſum expreſſum ad hoc ut ratihabitio legitima
exiſtimetur,uel ſaltem tacitum,putà , ex carnali co-
pula inductum, quę cùm in præſenti negocio nullo
pacto interuenerint ,conſequens eſt huiuſmodi di-
ſpenſationem Magnificum dominum Vincentium
iuuare non poſſe : & ſi aliter ipſe exiſtimat clarè p-
bare debet.d.l.ei qui.ff.de probatio.cum aliis ſupe-
rius adductis,ratificatio enim ex factis legitimè pro-
batis oſtẽdi debet,aliàs illam ipſam allegans ſuccum
bere ſolet.l.i.§.deieciſſe.ff.de ui & ui arma. ubi Do-
cto.& c.cùm ad ſedem,§.nos uerò,de reſti.ſpoli. ubi
Butr. Card.& Abb.

Minus obſtant literæ à Nuncio Venetiarum im-
petratæ,quibus mandat Reuerendiſsimo Patriarchę
Veneto hanc ipſam diſpenſationẽ fieri debere;quip-
pè quòd literæ illæ nihil quidquàm diſponant circa
diſpenſationem huiuſmodi,cùm illius executionem
alteri mandent,quæ cum facta non ſit,ſequitur, hanc
ipſam ſecundam diſpoſitionem nullius eſſe momen-
ti.c.ſi ſuper gratia,de reſcrip.in vi.quod enim effe-
ctu caret,iuris diſpoſitionem alterare non poteſt.c.
20 cum aliquibus.de ſenten.& re iudica.† unde dici ſo-
let,legum ipſarum uirtutem in executione conſiſte-
re.l.ii.§.poſt originem.ff.de origine iur.& c.com-
miſſa.de electi.in vi.quare ſequitur ex neutra diſpẽ-
ſatione Magnificum dominum Vincentium iuuari
poſſe, ex prima,quia prorſus nulla ex cauſis ſuperius
adductis,

adductis,tùm quia Magnifica domina Benedicta ea uti nolit,nec compelli poteſt,ut Pariſ.locis ſuperius adductis diffuſè probat; quippè quòd Princeps ſubiectos in manu ſui conſilii relinquere conſueuerit. l.in re mandata. C.mandati.& l.altius.C.de ſeruir.& aqua.c.ſi diligenti,de foro compe.ex poſteriori nõ, quæ executione caruit, unde ex neutra iuuari poſſe cenſeri debet. Laus Deo.

Romæ xj.Idus Septemb. 1562.

Portius Imolenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Apoſtolica ſedes nunquàm moritur.*
2 *Diſpenſatio gratioſa obitum Pontificis non expirat.*
3 *Principis beneficium latè interpretatur, cùm alterius ius non tangat.*
4 *Mandatum expirat per obitum Principis, re integra exiſtente.*
5 *Ratihabitionis effectus inducitur ex factis.*
6 *Ratihabitio impeditur re integra.*

CONSILIVM CLVII.

De eadem materia.

Ieſus Chriſtus adſit.

PRAESVPPOSITO quòd antequàm D.Benedicta eſſet duodecim annorum eius nomine fuerit tempore Pauli Papę quarti impetrata diſpenſatio in forma gratioſa de contrahendo cum Do. Vincentio non obſtante quòd in tertio & quarto conſanguinitatis gradu eſſent coniuncti, à ſummo Pœnitentiario cuius poteſtas per obitum Papæ non expirat.

Et quòd ſucceſsiuè antequàm Benedicta ſciret diſpenſationem & contraheret,obierit Paulus iiij. An Benedicta poſteà maior facta potuerit mortuo Paulo iiij. dictam diſpenſationem ratificare, & ſic abſq; alia diſpenſatione liberè contrahere & matrimonium confirmare cùm dicto D. Vincentio?

Vel potius maior facta antequàm contraheret & conſummaret, debuit à Papa ſucceſſore nouam diſpenſationem impetrare?

RESPONDI.

1 CVM † ea ſit Apoſtolicæ ſedis cõditio, ut nun-
quàm mori intelligatur.c.ſi gratioſè, de re-
ſcrip.in vj.ubi gloſ.in uer.Apoſtolicę ſedis.
& in uer.non moritur, rationẽ adducit,& ſimilia iu-
ra allegat, & ibi Archi. Ancha. Gemi. & Franch.&
omnes in c.quoniam Abbas,de offi.& pot.iud.dele-
2 gat.† & idcircò in propoſita ſpecie,gratioſa diſpen-
ſatio obitu Papæ Pauli iiij.expiraſſe non cenſetur.ca
ſus eſt in c.ſi cui, de præben.& c.ſi ſuper gratia, de
officio deleg.in vi.ubi glo.in uer.principalis.& An-
cha.Domini.nu.v.uer.uel poſſet dici poſt lapſum,&
3 Franch.Peruſ.in glo.ii.nu.ii.† Principis enim bene-
ficium cùm alterius ius non tangat, latè interpretari
conſueuit.l.beneficium.ff.de conſtit.c.cùm dilecti,
de dona.ubi Docto.& c.decet. de regu. iur.in vi.ubi
moderni,& plures deciſiones adducit Iaſ.in l.ii. §. ſi
quis à principe.ff.ne quid in loc.pub.& Sarnen.Caſ-
ſiodo.& Quint.in regula ut non tollatur ius quæſi.
& ſecundum hanc concluſionem in ſpecie ex facto
cõſultus Feder.Senen.egregiè reſpõdit conſ.lxxviij.
& ſubſcribit Angelica in ſumma num.ix.uer.utrum
poteſtas diſpenſandi.quinimmo hanc ipſam conclu
ſionẽ procedere Gem.& Franch.in d.c.ſi ſuper gra-
tia,cenſuerunt,tametſi conceſsio facta à Principe ac-
ceptata non ſit.c. ſi tibi abſen.de prębend. in vj.cùm
enim conſtet de uoluntate principis, qui & poteſt.
l.pater Seuerinam.ff.de condi.& demõſtr.ubi Bart.
in prin.& l. eius eſt.ff.de regu.iur. ſequitur, benefi-
cium ab eo proficiſcens perpetuum eſſe debere. d.c.
decet, cum ſimilibus.
4 Non urget † obitu Principis mandatum expiraſſe
cenſeri re integra exiſtente.c.gratum, de offi. deleg.
ubi ſcribentes omnes aduertunt in primo & ſecundo
not.& Cæſarei interpretes in l.& quia. ff. de iuriſd.
omn.iud.quemadmodum & in gratiis ipſis faciendis
aduertunt Anch.Gem.& Franch.in d.c.ſi ſuper gra-
tia,in fin.cum pluribus aliis à propoſito caſu alienis
breuitatis cauſa omiſsis.
Vnde ſequitur, Magnificam dominam Benedictã,
diſpenſationem eius nomine obtentam à ſummo Pę
nitentiario ratam habere potuiſſe. c. ratihabitio, de
regu.iur.in vi.ubi Dy.Ancha.Albe.& moderni ad-
5 uertunt † etiam factis ipſis ratihabitionis effectum
induci.l.Paulus.ff.rem ratam hab.ubi Bar.& Albe.&
l.ſi ego.ff.de neg.geſt.& l.bonorum.ff.rem rat. hab.
pro qua concluſione plures adducit olim Reuerendiſsimus
Pariſ.cõſi.lxxvii.nu.xxxiiii.in j.& Soc. iun.
xcvii.nu.xxix.in ii.& cxxxix.nu.xiii.in iii.
6 Nec † ratihabitione impediri quoties res ipſa in
tegra non ſit.d.l.bonorũ.aut aliquod intermedium
impediat,ut Bar.& alij docuerunt & plures adducit
Dec.in l.contractus.ff.de reg.iu.ubi plura reſponſa
adducit cõſultò omiſſa.& Soc. iun.cõſi. lxxvii. in j.
nu.xiiii.& ſæpius reſpondi:quoniam non poſſum di
ſcernere qua ratione in propoſito caſu res integra
non ſit,cùm ius neque publicę perſonæ neque priua
tæ quæſitum ſit,tametſi matrimonium ex impoten-
tia Magnifici domini Vincentij cõſummatũ non ſit
& Pœnitentiarij facultas non expiret, etiam obitu
Principis.& Magnificus dominus Vincẽtius pro ma
trimonio contendat & Magnifica domina Benedi-
cta factis,quatenus in ea fuerit,cõſummationi cõſen
ſum præſtiterit;ſatis legitimam illinc ratihabitionẽ
colligi poſſe cenſerẽ,nec ulla alia diſpenſatione prio
ris uirtutem ſublatam intelligi.

Portius hæc breuiter.

S V M M A R I V M

1 *Pontifex ſummus circa legem poſitiuam habet facultatem ampliſſimam.*
2 *Legem elidere ille poteſt,qui eam condere, poteſtatem habet.*

Pontifex

3 *Pontifex poteſt terminum à Canone præfixum breuiare.*

CONSILIVM CLVIII.

De eadem materia.

ILLVSTRISSIME ET REVERENdiſsime Pater.

1 NON eſt ambigui iuris, † ſummum ipſum Pontificem in his, quæ à iuſtitia poſitiua inducta fuerunt, ampliſsimam facultatem habere; & idcircò eius ipſius uoluntatem pro ratione habendam cenſeri. c. propoſuit, de conceſ. præben. ubi omnes aduertunt & in Clem. prima ut lite penden. & l. i. §. pueritiam in uer. ratum. glo. Bal. Ange. & Alber. colligunt. ff. de poſtu. & eſt theorica Innocentii. in c. cùm ad Monaſterium, de ſtat. monacho. & Speculator in tit. de legato. §. nunc breuiter, uer. & nota. & ſecundum huiuſmodi concluſionem concludunt omnes in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. in tertio memb. prin. diſtinctionis ipſius Panor. ubi Deci. nume. xl. plures ducit conſuliò ad omiſſos.

Cùm enim omnis facultas deſtruens, non debeat eſſe inferior illa ipſa quæ conſtruxit. c. cùm inferior de maio. & obe. & Clem. ne Romani de elec. ubi gloſ.
2 in uer. tolli. † idcircò eius eſt legis ipſius uirtutem elidere, qui eam condidit. l. eius eſt nolle. ff. de reg. iur. ubi Deci. plures adducit. & eſt caſus in §. ult. inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. ubi Ange. Porc. & Faber. & in l. pater Seuerinam. ff. de condi. & demōſtr. ubi Bart. in compendio illinc concluſionem huiuſmodi colligi aduertit. & inter priuatos ſiue contrahant, ſiue teſtetur, idem ius conſtitutum eſſe, receptū extat. l. ab emptione. ff. de pact. l. i. & ii. C. quando liceat ab empt. diſced. & l. pacta nouiſsima. C. de pact. & §. ſed & poſteriore. inſti. quib. mod. teſt. infir. & l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. C. de teſt.

3 Ex quibus infertur, † ſanctiſsimum dominum noſtrum D. Pium eius nominis quartum poſſe tempus triennii à Cœleſtini conſtitutione præfixum ad experientiam copulæ carnalis in c. laudabilem, de frig. & maleſ. ad breuius tempus reſtringere. c. j. eod. titu. & in d. c. laudabilem, ibi, prius probari non poſſet. glo. in uer. prius probari. & in uer. iuſtum iudicium. nempe. per teſtes, uel per aſpectū corporis. ubi Abb. du. ii. not. primo concludit, fruſtrà euentum expectari, cuius nullus effectus ſequatur. c. cùm contingat, de oſſi. deleg. idque potiſsimùm, cùm non deſint cauſæ quibus etiam petentibus partibus ſummus ipſe Pon. concedere debeat, putà ſcandali euitandi, quod Eccleſia cōſueuit ſedulò curare. c. duo mala, xiij. diſ. & c. literas, de reſt. ſpoli. & c. officij, de pœniten. & remiſſio. nec enim leue eſt ab utilitate ſumptum argumentū tam amplæ dotis. l. i. ff. de uerb. obl. ubi Alcia. in princ. meminit Caſſiani ſcommatis. quapropter, cùm finis Pontificiæ legis ſit animarum ſaluti conſulere. c. ut animarum, de conſtit. in vj. & c. cùm contingat, de iureiur. in glo. magna. ubi Docto. aduertunt; tutior interpretatio eligenda cenſetur pro animabus horum Magnificorum Vincentij, & Benedictæ, ut tum ratione impotentiæ ipſius uiri tùm conſanguinitatis ſacerdos ipſe ſummus eos abſoluere debeat, ut Magnifica domina Benedicta, quę uxor fieri cupit, uirum ſibi deligere ualeat. Laus Deo.

Romæ, vlij. Kalen. Nouemb. 1561.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi ſine filijs deceſſerit, etiam unius filij ſuperexiſtentia defeciſſe intelligitur.*
2 *Qualitas uerbo adiecta ſecundum eiuſdem uerbi tempus intelligi debet.*
3 *Hæreditatem uiuentis nemo debet exoptare, eamque anhelare.*
4 *Maritus uxori uſumfructum relinquens ſi filios ſuſtulerit, ſtatim dies legati cedit filio ex ea edito.*
5 *Argumentum à maioritate rationis ualidum eſt.*
6 *Statutum ſi matrem excludat à ſucceſſione multò magis auiam excludere intelligendum eſt. & eſt comm. opin.*
7 *Statutum quoties aliquam perſonam excludit, omnes etiam eius colore uenientes, excluſos eſſe intelligit ob radicem ipſam infectam.*
8 *Mater cur aduerſus diſpoſitionem iuris xij. tabul. filijs ſuccedat ex imperatorum lege.*
9 *Matri & auiæ tutela defertur.*
10 *Statuta derogantia iuri communi perquàm ſtrictè intelligenda ſunt.*
11 *Mulierum in contractibus ſi contingat ſtatuto caueri, ꝙ requiratur conſenſus propinquorum, quòd intelligitur de uero conſenſu non autem interpretatiuo.*
12 *Statutum quando ex eadem ratione non extendatur ad caſum ſimilem.*
13 *Statuta nullatenus extendenda eſſe, quando aliud uiget ſtatutum præcipiens quòd ſtatuta intelligantur prout iacent, & ad literam.*
14 *Contrahenti imputandum eſt qui legem apertius dicere potuit & non fecit.*
15 *Noluiſſe cenſetur ſi non dixit, aut expreſſit.*
16 *Ratio ſimilis pro expreſſa cenſetur, licèt fuerit omiſſa, quando unica tantùm in ſtatuto fuerit adducta.*
17 *Statuta odioſa reſtringenda eſſe.*
18 *Statuta excludentia fœminas ob maſculos an ſint à naturali ciuilique ratione diſſidentia.*
19 *Agnationis & cognationis differentia hodie ſublata eſt.*
20 *Extenſio in ſtatutis quando facienda.*
21 *Appellatione matris non comprehenditur auia. & 19.*
22 *Extenſio de caſu ad caſum facilius fit, quàm de perſona ad perſonam.*
23 *Soror agnationem non conſeruat.*
24 *Intentio diſponentis ex uerbis ipſius colligitur.*
25 *Infans non poteſt dici inteſtatus, ſeu ab inteſtato decedere, nec pupillus. nu. 27.*
26 *Statutum contra ius commune diſponens ſi utatur uerbo ab inteſtato, non habet locum in eo, qui teſtari non poteſt: & eſt comm. opi. ut ibi ſeq.*
27 *Pupillus non poteſt dici inteſtatus decedere, & de communi opi.*
28 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

CONSI-

CONSILIVM CLIX.

ADSIT MIHI DIVINAE MAIESTAtis lux, ut in facti huius explicatione, ueritatis ſcopum attingere ualeam.

Facti ſpecies.

EX FACTO contigit magnificum D. Antonium de Franchinis eius teſtamento his uerbis cauiſſe. In omnibus autẽ alijs ſuis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus quomodolibet ad ipſũ teſtatorem ſpectantibus & pertinentibus, reliquit ſibi hæredes uniuerſales eius filios legitimos & naturales, quos tempore mortis habuerit. & illis deficientibus, reliquit Bartholomæum, Hieronymum, & Franchinum fratres, & filios quond. domini Franchini de dictis Franchinis, æqualibus portionibus. & tempore mortis Magnificam dominã Antoniam unicam eius filiam legitimam & naturalem ſuperſtitem reliquiſſe; quæ ſanè patris ipſius hæreditatem adiuit, & tandẽ ſuperſtite Baptiſta eius filio legitimo & naturali deceſsit, qui poſtmodũ infans diem obijt. quare de duobus potiſsimùm dubitari contigit.

Primò, an ipſius dominæ Antoniæ ſuperexiſtentia, ſubſtitutio ipſa euanuerit?

Secundò, utrum in ſucceſsione ipſius Baptiſtæ infantia magnifica D. Benedicta à Sale eius ipſius auia materna potior ſit, & idcircò magnificum D. Gregorium patruum excludere debeat? an potius illa ipſa ſit excludenda auctoritate iuris ſingularis Rauennatis ſub rubrica incip.

Quod poſſeſſiones debeant uenire ab inteſtato propinquioribus parentibus defuncti &c.

STatuimus & ordinamus quòd poſſeſsiones, quæ ſunt ex parte patris cuiuſlibet decedentis ab inteſtato, deficientibus aſcendentibus & deſcendentibus, deueniant proximioribus, qui ſunt ex parte patris, ita quòd in eodem ordine filius uel nepos ex uno patre computetur cum alio fratre, & in ſtirpem fiat ſucceſsio, & non in capita. & illa, quæ ſunt ex parte matris cuiuſlibet decedentis ab inteſtato, deficientibus aſcendentibus & deſcendentibus peræquè deueniant propinquioribus ex parte matris; & ita in gradibus uenientibus ex tranſuerſo hic ordo probetur.

Item extat alia rubrica, in quibus mater ad ſucceſſionem filiorum ab inteſtato morientium admittatur.

STatuimus & ordinamus, quòd mater ad ſucceſsionem filiorum ab inteſtato decedentium non admittatur, niſi ad legitimam tantùm, non extantibus fratribus uel ſororibus filijs eiuſdem patris. Quod autem ſupererit legitimè deueniat proximioribus propinquis uſq; ad quartum gradum. his uerò non extantibus ſuccedat mater in totum in omnibus bonis ſuis ſaluis teſtamentis, & inſtrumentis, ac promiſsionibus factis, tàm nouis quàm ueteribus, quibus præſens caput præiuditium adferre nequeat. Exiſtentibus uerò ſororibus, uel fratribus decedentis ab inteſtato, non admittatur mater ad legitimam.

Inſuper extat alia rubrica, Quod ſtatuta obſeruentur, ut iacent.

TAndem ſtatuimus, quòd hæc omnia ſtatuta in præſenti uolumine cõprehenſa plenam habeant roboris firmitatem, & integraliter obſeruentur, ſecundum quòd iacent. Cætera autem ſtatuta, reformationes, prouiſiones, & decreta quæcunque, quæ non comprehenduntur in præſenti uolumine caſſentur, & ea nunc annullentur, & pro caſſatis, & annullatis habeantur pleno iure.

RESPONDI,

QVod ad primum attinet, inconcuſſam conclu-
1 ſionem receptam eſſe, † conditionem illam, ſi ſi-
ne filijs uel liberis deceſſerit, etiã unius filij ſuperexi
ſtentia defeciſſe intelligi, cùm inſtitutus ipſe decedit. l. ex facto tractatum. §. ſi quis autem. ff. ad ſena. cõ
ſult. Trebell. ſecus ſi uiuo patre decedant, tunc enim
reſtitutionem faciendam, ut ibi Bart. Imol. Angel.
Alex. & Rip. uerſi. ratio decidendi fuit. Nam cùm cõ
ditio hæc, ſi deceſſerit, mortis ipſius termino con-
cludatur, illius inſtanti terminari debet. l. ea facto,
2 ff. de uulg. & pupil. † qualitas enim uerbo adiecta ſe-
cundum eiuſdem uerbi tempus intelligi debet. l. ſi ex
traneus. §. in delictis. ff. de noxal. Quod Imol. & Ale
xan. in ſecundo not. in d. §. ſi quis autem, egregiè de-
clarant. Quamuis Ripa num. iii. à contrario ſenſu id
fieri contendat. filium enim adiuiſſe oportet, ut ſub
3 ſtitutus ipſe excludatur, † qui ad uiuentis hæredita-
tem anhelare non debet. l. ſi quis. §. utrum. ff. de acqu.
hæred. & l. fratres. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. & l.
pactum quod dotali. C. de pact. ubi glo. plura iura ſi-
milia adducit. Quare neceſſariò oporteat, hunc ip-
ſum filium grauato ſuperſtitem eſſe, quamuis ſolo
momento ſuperuixerit. quod Bald. docuit. cap. i.
Epiſcopum uel Abbatẽ. §. cùm eſſet, & in d. §. ſi quis
autem, uerſi. aut igitur ſuperuixit. & l. ſed & in illo,
4 ibi, nec appareat. ff. de reb. dubijs. † Quocircà, cùm
uir uxori uſumfructum reliquiſſet, ſi filios ſuſtulerit,
ſanxit Cæſar legati diem illicò cedere filio ea ea edi
to, quamuis poſtmodũ decedat. l. cùm uxori. C. quan
do dies legati cedat, & l. i. C. de condition. inſert. ubi
Fulg. in uer. gloſſa prima. & eſt caſus in l. filiusfami-
liâs. §. cùm quis. ff. de leg. i. & aduertit Io. And. in Spe
cu. tit. de teſtam. §. in primis, uer. in emphytheoſim,
q. ii. adducit. l. hæredibus. ff. ad ſena. cõſ. Trebel. pro
qua ſententia in uarijs ſpeciebus à maioribus noſtris
reſponſum fuit. Oldra. conſi. xxi. Thema. Call. conſi.
v. in primo, nu. xl. uer. quantũ. ubi adducit d. l. filius
familiâs. Abb. xl. in primo, nume. i. uerſi. ad idem.
Alex. xxxi. in princi. in tertio. & Deci. lxii. in ſecun-
do dubio, uerſi. & ſecundum ea. & ccxviii. num. vi. &
cclxlx. num xiii. & cccxxiii. nume. iii. & ccclxxvij.

& Marian.iun.quarto num.viij. uerſi. iſtis tamen in iii, & D. Marcus Mantua conſi.liii.num.primo, & xcii.num.i. in primo, & num.xxii.uerſi. ſed his omnibus. & cxv.nu. xviii. & cxciiij.num.iiij. & cccxia. num.i.& cccxxix.num.ſecundo. Quamobrem,cùm magnifica domina Antonia ipſi teſtatori ſuperſtes fuerit, atque relicto Baptiſta filio deceſſerit, conſequens eſt, ſubſtitutionem ipſam fratrum de Franchinis euanuiſſe,cenſeri, aliàs teſtator ipſe propriæ ſoboli extraneam prætuliſſe intelligatur; quod à iuris ratione diſsidet.l.cùm auus.ff.de condit.& demonſt.& l.cùm acutiſsimi. C.de fideicommiſs. ubi Bal.in glo.prima. Fulg.Sali.& Corn.num.i. & l. cũ autem.§.generaliter.C.de inſtitution.& ſubſtitut.

Quod ad ſecundum attinet, prima facie reſpondendum uideretur. magnificam hanc dominam Benedictã à Sale ipſius Baptiſtæ infantis maternã auiã authoritate iuris municipalis Rauẽnatis à ſucceſsione nepotis, excepta legitima, repellendam cenſeri, & patruum ipſum ueluti propinquum proximiorem admittendum eſſe. Nam, cùm lex huiuſmodi ſub rubrica, In quibus mater ad ſucceſsionem filiorum, & cætera. matrem à filiorum ſucceſsione repellat. conſequens eſt de auis quoque ſtatuentes ipſos idem intellexiſſe uideri, quæ in remotiori gradu polita ſit.l.prima, in princ. & l. Iureconſultus.ff.

5 de grad.& inſtit.eodem in princ.† nam & quod à maiori ratione ſumitur argumentum legitimum eſſe exiſtimatur. cap.ex parte, il ſecundo, de decim.& c. per uenerabilem, qui filij ſint legitimi, in princ. aduertunt Dyn. Alber. Aucha. & recentiores in cap. cui quod plus. de reg.iur. in vi. & eſt caſus in l.ſuis. ff.de lib. & poſthum. ubi Alexan. plures deciſiones adducit. & l.qui indignus.ff.de Senatori. & l. nec in ea.ff.ad l. Iuliam de adulteriis, & l. iubemus. C. ad ſenat.conſul.Trebell.ubi Bald. oppoſitione iii.& vi. interpretatur illam ipſam Zenonis conſtitutionem prohibentem filijs primi gradus quadrantem auctoritate ſenatuſconſulti deducendum, ex fructibus hæreditarijs extrahendum, multò fortius inde colligi teſtatorem ipſum portionem huiuſmodi prohibere non poſſe. Caſſado.deciſ.i. in tit. de teſtam. & aliàs ſæpius obtinui.

Quod ſanè ſyllogizandi genus in ipſis quoque iuribus locum ſibi uendicare non ambigitur. Bald.l. quod uerò. uerſi. ſed pone.ff.de ll. & l. ſi uerò.§. de uiro.ff. ſoluto matrim. & l.ſecunda.C. de in ius uoc. & l.affinitatis, uerſi. pone. C. communia de ſucceſſ. & Deci.d.l.non debet.ff.de regul.iur.uerſi. & iſtud argumentum. & Cagno. ibidem num.ii.docuit poſt Iaſ. in l. in actioo.ff. de in lit.iur. & lege in his, in quarto, & ultimo not. ff. de lib. & poſthum. & pertractat Lanfranc.in tracta.de interpretatione ſtatutor.colum.vi.& Alexan. conſi.lxxiiij. circa fin. in ſecundo. Quare, cùm patruus ipſe matrem uinceret, multò fortius & auiam ipſam excludere intelligi debet, quæ ab ipſa matre repellitur.l.de acceſsionibus. de diuer.temporalibus præſcription.ubi Doct. animaduertunt.

6 Secundò, † & in ſpecie receptum eſſe uidetur, ſi contingat iuris municipalis auctoritate matrem ipſam excludi, & auiam quoq; repelli intelligendum, quod Barto. docuit l.ii.§.ſciendum.ff. ad Tertullia. ubi concludit, excluſa matre cognatos omnes inde proficiſcentes excluſos intelligi. & Bal.l.maximum uitium. C.de liber. præteritis, & ibi Caſtr. communem ſententiam atteſtare uidetur, & Ange.in §.reliquum, in auth.de hæred.ab inteſts.ueni.ex diuerſo,

7 concludit, † quoties aliqua perſona excluditur, omnes eius colore uenientes excluſos intelligi ob radicem ipſam infectam.l. ſi uiua matre.C. de bon.mater.ubi Bald. & Salice.& l.fin. C. de natural.liber. & maiorem rationem in ipſius auiæ excluſione, quàm matris urgere, Cyn. ipſe teſtatur.l.prima.C. quæ ſit longa conſuetudo. quippè quòd mater ipſa proximior ſit, nempè in primo gradu.§.primo gradu, auia autem in ſecũdo.§. in ſecundo gradu. inſtit.de grad. & l.i.§. ſecundo gradu.ff. eodem. & ex facto quandoque reſponſum eſſe uidetur. Alex. conſi.cxxxiiij. Animaduertis, in fine. & conſil.cxliiij. Viſo, in ſexto.& Corn.clxxviii.in ſecundo.ubi concludit,excluſa matre municipalis iuris authoritate auiam quoque excluſam intelligi. & idem Corne.clxii. in fin. in tertio, & Decius ſubſcribit in interpretatione iuris municipalis Vrbis ueteris.& Brun.in tract.quòd ſtantibus maſculis, articulo quarto quæſtione prima num.cxxiij. Quam concluſionem plures extendere uidentur, etiam in caſu, in quo filius ipſe in infantili ætate diem ſuum obiret; quippè quòd & is ſaltem attento uſu loquendi inteſtatus dicatur.l.prima. ff.de ſuis & legitimis, ubi Bart. & plures alij relati à Pariſ.in conſi. xxii.in ij.uol.in prima parte.

Tertiò & ipſius patrui cauſam fouere uidetur, quòd ſi legis huius conditores de hoc quoque caſu interrogati fuiſſent, uериſimiliter idem reſpondiſſe uideri poſsint, & idcircò perinde ſit, ac ſi auiam ipſam nominatim excluſiſſent.l. tale pactum. ff. de pactis, ubi glo.in fin. Bart. Bald. Alber. Angel. Alexan. & Iaſ. & plures ex facto conſulti reſponderunt relati à Bruno in tract. de ſtatutis fœminas excludentibus, artic.viii. quæſtione xxii. & à Pariſ.d. conſi.xxii. in ſecundo, ferè per totum in prima parte. Ex quibus & pluribus alijs eiuſmodi ipſius magnificæ dominæ auiæ cauſa dubitabilis reddi poſſe uidetur.

Quibus tamen non obſtantibus & alijs, quæ in oppoſituto adduci poſſent, ipſius auiæ cauſam longè potiorem eſſe, probari poſſe non ambigo, pluribus rationibus, iuribus, & auctoritatibus.

Et primò, quòd iuris Rauennatis diſpoſitio matrem ipſam à filiis ipſius ab inteſtato decedentis idcircò auiam excludere non intelligatur, quòd iuris ipſius communis diſpoſitioni repugnet, & illam ipſam corrigat.l.nam & ſi parentibus.ff. de inoffic.teſtam.in princ.ibi, turbato ordine naturæ. glo. in uerbo tamen, Bart. Alber.& Caſtr.& l.cùm ſolis, & Au-

8 then. defuncto.C.ad ſenat.conſul.Tertull.† ubi Iuſtinianus præfixit formam ſucceſsioni patris & matris in bonis filiorum ipſorum. & rationem reddidit Iuſtinianus in §.ſed nos conſtitutione.inſt.cod.tit. ad Tertull.cur aduerſus iuris duodecim tabularum prouiſionem matribus ipſis conſulendum exiſtimauerit, nempè naturalem ipſam rationem ob periculum puerperij, quodque mulieres ipſæ in actu pariendi pleruunque obire conſueuerunt; & idcircò

ſucceſ-

ſucceſsionis præmio ſecundum naturam illas ipſas
afficiendas fuiſſe. l. ſecundum naturam. ff. de re-
gu.iur.& l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. in
princ.& cap. cùm inſtantia, de cenſibus & procu-
9 rationibus. & c.cùm ſecundum, de præbend.† etiam
ulterius legislator ipſe poſitiuus matri & auiæ tu-
telæ onus detulit. authen. matri & auiæ. C. quando
mulier tutelæ officio fungi poſsit, ubi glo. prima &
ſecunda, qua ratione & naturali & ciuili inſpecta,
ſucceſsionis commodum illis ipſis debetur. l. pri-
ma.ff. de legit. tutorib. & in l. Iureconſultus, in
princ.ff.de grad.& l.ſecundum naturam.ff. de regu.
iur. ubi Decius & Cagnol. poſt ueteres. & §. ex his,
in authent.de hæred. quæ ab inteſt. ubi Iacob. Bel-
10 uiſius, & Angel. † Cæterùm, cùm Rauennati po-
puli lex aduerſus rationem naturalem communi iu-
ri deroget, conſequens eſt illam ipſam per quàm
ſtrictè intelligendam eſſe.l.prima.§.ſi is qui nauem,
ubi Docto. ff. exercitoria, & l. conſtitutiones.ff.ad
municipales, ubi Barto. & cap. in noſtra, de iniu-
rijs & damno dato, ubi Butr. Card.Imol. & Abb. &
Barto. declarat in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iu-
11 re, ſexta quæſtione princip.† ubi Iaſ.& Seuer.& Bal.
l.ſecunda.§. uoluntate.ff. ſolut. matrimo. inquit, ſi
contingat propinquorum conſenſum in contracti-
bus mulierum requiri, de uero non autem de inter-
pretatiuo intelligendum eſſe.l. tertia.§. hæc uerba.
ff. de negot. geſt. & l. ultima.C. de his qui ueniam
ætatis, & Bald.cap.primo de ſucceſſ.feudi, uerſi.mo
dò quæro. & Alexand. plures deciſiones adducit in
l.tertia, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. & ex facto
ſæpius reſponſum extat.Bald.conſi.lia. De iure com
muni, in quarto, & Angel.xxvi. Statutum. & Alex-
xan.cxv. in ſecundo. & lxxix.in vi.& Deci.cccclxvi.
Stante ſtatuto.& Gozzad. conſi.xxxv. num.viii. &
Socin.iun.conſil. xxviii. nume. vi. & conſi.xvi. nu.
quarto, & conſil.xxx. nume.uigeſimoſexto, in pri-
mo, & xxviii. nume. vi. in tertio, & Afflict.deciſ.
xxi. num. xij.

Cui ſanè rationi nihil quicquam obeſt diſpoſi-
tio legis filium habeo, cum theorica Bart.cum aliis
adductis à Pariſ. in illo conſi. xxii. in ſecunda part.
poſt Bart. & eius aſſeclas, quippè quòd legis ipſius
ratio, præſertim ſingularis, omnes caſus compre-
hendere cenſetur, quoties in ipſa lege expreſſa fuit.
quod cùm in ſpecie noſtra factum non ſit, conſe-
quens eſt, hanc ipſam rationem excluſuriam cenſeri,
quod Gozzad.egregiè docuit conſi.xxxv.nu.xiiij.

Secundò, & ipſius auiæ cauſam fouere uidetur,
12 quod dici ſolet, † poſterioris legis prouiſionem à iu-
re communi exorbitantem ex eadem ratione non
extendi.l. ſi uerò. §. de uiro.ff. ſolut.matri. ubi Lu-
douicus Pontanus poſt Bart.in compendio, & Bal.
interpretatur ibi in prouiſione legis extraordinariæ
ceſſantibus uerbis, mens quoque ipſa ceſſare intel-
ligitur; & ideò ad caſum ſimilem non extendi. ubi
Ioannes ab Imola in princip. concludit in ſtatutis
ipſis à iure communi exorbitantibus extenſionem
nõ fieri, etiam ex eadem ratione. & Pariſ.conſi.lxvi.
num.vi. in ſecundo, plures deciſiones adducit, & con
13 ſi. xlvi. num.xvi. in tertio, † idque potiſsimum cùm
in ciuitate Rauennæ alia lex municipalis uigeat,
quòd ſtatuta ipſa ſecundum quòd iacent, intelligi
debeant: quo caſu omnis prorſus extenſio excluſa
cenſetur. l. iiij. §. toties. ff. de damn.infect. Doct. tra-
dunt in d.l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſoluto matrim. & in
l.ſi conſtante, eod.tit.& Gozzad. d.conſi.xxxv. Qua
re, cum hoc caſu municipalis hæc conſtitutio à iu-
ris communis diſpoſitione prorſus exorbitet, remo
tiores in gradu & linea proximioribus præferens, di-
cta authen. defuncto, conſequens eſt, nullam in eo
extenſionem fieri debere.

Tertiò, & in ſpecie pro regula conſtitui ſolet, ca-
ſum ipſum legis diſpoſitione omiſſum, ſiue commu-
ni ſiue ſingulari pro omiſſo habendum eſſe, & iuris
communis diſpoſitioni relictum intelligi. l. ſi cum
dotem. ff. ſolut. matrim. & l. ſi extraneus. ff. de con-
dit. ob cauſam. & l. commodiſsimè. ff. de lib. & po-
14 ſthum.† Et idcircò dici ſolet, in humanis actioni-
bus illi ipſi imputandum eſſe, qui legem apertius di
cere potuit. l. ueteribus. ff. de pact. ubi Docto. in l.
quod Labeo. §. in contrahenda. ff. de contrahen.em-
ptio. & l. in contrahenda. ff. de regu.iur. ubi Deci. &
Cagnol. quinimmo in ultimis uoluntatibus conclu-
15 di ſolet: † Teſtator non dixit, ergo noluiſſe cenſe-
tur. l. unica. §. ſin autem. C. de caducis tollen. ubi Bal.
Fulgo. & Salic. & l. quidam cùm filium. ff. de hære-
dib.inſtit. & c. audientiam, de decimis. Quapropter
cùm caſus huiuſmodi ſit omiſſus, quod ad auiam at-
tinet, ſequitur, in diſpoſitione iuris relictum intel-
ligi: & idcircò illam ueluti proximiorem excluſo
patruo ex latere coniuncto admittendam. d. §. ex his,
in authen. de hæred. ab inteſta. uenien. d.l. defuncto.
C. ad ſenatuſconſul. Tertull. & in l. prima. d.l. Iuriſ-
conſultus. ff. de gradib. & ex facto quandoque re-
ſponſum extat. Alexan. conſi. xlii. num. iiij. in quar-
to, & cxiii. num. xiii. eod. uolum. & cxciiij. nu. ix.
in ſecundo, & Soci. iun. conſi. xxxvi. in tertio, nu. v.
Nec urget, ſi quis dicat caſum hunc in ratione le-
gis comprehenſum intelligi, & ideo nullam exten-
ſionem requiri. l. nominis & rei. §. uerbum ex legi-
bus. ff. de uerb. ſigni. & l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
ff. de libe. & poſthu. ubi Doct. et cap. ultimo de reg.
iur. in vj. nam reſpondeo, nullam prorſus in hoc
ipſo ſtatuto rationem expreſſam fuiſſe, & idcircò
caſum hunc omnino omiſſum fuiſſe.
16 Nec † uerum eſt unicam tantùm poſſe adduci,
quo caſu pro expreſſa conſueuit haberi. l. quamuis.
C. de fideicommiſſ. ubi glo. Bald. Fulgo. & Salicet.
quis ſi dicemus agnationis ipſius conſeruandæ ra-
tionem huiuſmodi decurionibus præ oculis fuiſſe,
oppoſitum probatur ex eorum diſpoſitione, quate-
nus ſorores uocant, ex cuius perſona effectus huiuſ-
modi proficiſci non poteſt. §. cæterùm, inſtit. de le-
gitima agnato. ſucceſſ. & ibi Doct. aduertunt, quic-
quid Pariſ. comminiſcatur d. conſi. xxii. in ſecundo.

Prætereà dum deficiente fratre & ſorore proxi-
miores propinquos uocat, quæ dictio tam de ma-
ſculis, quàm fœminis prædicari poteſt. l. ſuggeſtio-
ni. C. de uerb. ſignific. ubi Iaſ. poſt alios nu. xxii. &
Bald. conſil. cccxxxiiij. in tertio, & cca xiii. nu. iii. in
tertio. Quamobrem iuris cõmunis diſpoſitioni quod
ad auiam attinet, nullatenus derogatum intelligi
debet. d.l. ſi cum dotem, & l. quod conſtitutum. ff.

de teſtamen. milit. & Gramm. deciſ.xcii.nume.xiii.
xiiij. & xv.

Quartò, & hinc magnificæ ipſius auiæ cauſa mu
17 nici uidetur, † quòd dici conſueuerit in argumen-
to odium ipſum continente, ſtrictiſsimam interpre
tationem fieri debere.l.cùm quidam.ff.de lib. & po
ſthu. & cap. odia, de regul.iur.in vj. & Decius in l.
qui ſe patris. poſt Bald. C.unde liberi, nume.xxiiij.
xxv. & idem conſil. xiii. & eſt caſus in cap. ultimo,
de iure patronat. ubi glo.in uerbo ea ui, & ibi Abb.
poſt ueteres omnes num.iii. Quod autem munici-
palis hæc conſtitutio omni prorſus ratione careat,
quòd naturali diſpoſitione inſpecta, quam ciuilis
agnoſcit, nulla maior coniunctio exiſtimari poteſt,
quàm inter parentes ipſos & filios.l.amiciſsimos.ff.
de excuſat.tutor.& l.iſti quidem,in fin.ff.de eo quod
met. cauſa. & l.in ſuis.ff.de libe. & poſthum. quod
omnes colligunt ex ſapientiſsimo Salomonis ipſius
18 iudicio in cap.adferte, de præſumpt.† unde non de-
fuerunt, qui ex facto conſulti, municipiorum iura
maſculos ipſos fœminis præferentiam omni pror-
ſus & naturali & ciuili ratione carere cenſuerint.l.
maximum uitium. C.de lib. præterit.ibi,naturæ ac-
cuſatores, Bald.& Salicet. aduertunt. & cùm pro-
ximioribus quibuſque ius ſucceſsionis quæſitum ſit,
ſublata agnatorum & cognatorum differentia.l.pri-
ma.ff.ſi tabulæ teſtam. nul. extab. & d.§.his. & d.§.
conſequens, in authen.de hæred. ab inteſtat. & Si-
gno.de Homod.conſi.ci. nume.xii. iura huiuſmodi
prorſus & naturali & humana ratione carere cen-
ſuit. Addo ego fortè & diuino iuri, cùm præpo-
tens ipſe Deus ipſi prothoplaſtro uitæ ſociam de-
derit, ut inde creſceret & multiplicarentur,quòd ma
trimonij ipſius uel maximus fructus eſſe cenſetur;
ut poſt diuum Thomam docuit Hoſtien. in ſumma
de matrimonio, uer.ubi matrimonium, & in ſumma
Angelica in uerbo Matrimonium. repugnat & po-
litico fini, ut mulier quæ non deliquit, plectatur &
ſucceſsione priuetur. l. ſi quis in ſuo.§. legis autem
Iuliæ.C.de inoffic.teſtamen. & l. legem.C. de legi-
timis hæred. & Cyn.aduertit in l, quicunque.C. de
ſeru.fugit. & Iacobus ab Arena, in l. ſi quis in tan-
tam.C.unde ui, & Homod.d.conſi.ci. & Ruin.con-
ſi.excv.num.ia. in quarto, & xaiij.

Quintò uel magnificæ ipſi auiæ cauſam munire
uidetur legis huius ſingularis conceptio. Nam ſu-
perſtitibus fratribus uel ſororibus propinquos pro-
ximiores uocet, quæ dictio tàm de maſculis, quàm
de fœminis prædicari poteſt.d.l.maximum uitium.
19 C. de libec. præterit. † cùm hodie ſit ſublata agna-
tionis & cognationis differentia.§.nulla, in authen.
de hæred.quæ ab inteſt. deferuntuc. & in auth. poſt.
fratres. C. de legit. hæredi. ubi Docto. & Bald. in
authen.ceſſante, C.de legitimis hæred. Quocircà ſta-
tutum huiuſmodi paſsiuam à iure communi inter-
pretationem recipere debet. l. ſed & poſteriores.ff.
de legib. & l. ſecunda. C. de nonalib. & Barto. d.l.
conſtitutiones, ad municipales, & Docto.d.l. ſecun
20 da de leg. primo. † ubi Alciat. poſt omnes paſsiuæ
extenſionis argumentum euoluit. & Bart.d.l. om-
nes populi. ſexta quæſtione princip. Butr. Imol. &
Abb.d.cap.cùm dilectus, de conſuetu. Alexand. &
Iaſ. in l.ultima. C.de iur.delib. Cùm enim ſtatuen-
tes hunc ipſum caſum omiſerint, illum ipſum iuris
diſpoſitioni reliquiſſe præſumi debet. d. lege uni-
ca.§. ſin autem. Alexand. conſi.lxxxviij.nume.pri-
mo. & conſi.cxxxvi. num.iii.in primo, & Soci.iun.
conſil.iii. nume.xxxix. & lxxiii. nume.iij. & lxxvi.
nume. xxv. & cv. nume.iii. & xcvii. nume. xvii. in
tertio.

Sextò, cùm hoc ipſum ſingulare ius in matre lo-
quatur, auiam ipſam comprehendere non poſſe cen-
21 ſetur;† quippè quòd unius perſonæ appellatio aliam
non complectatuc.l. ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.
de uerboc. obligat. ubi Docto. & c.P. & G. de of-
fic.deleg. ubi Innocen.Butc. Anchar.Imol.& Abb.
& ex facto quandoque reſponſum extat. Alex. con-
ſil.xxia. nume.vii. in tertio, & Signorol.d. conſi.ci.
num.xviii. & Ruin.xxi. nume. quinto, in tertio, &
Socin.iun.5a. nume. ſecundo. & lati. nume. viii.in
tertio, & Corne.clxxi. Licèt in hac, in quarto, &
Bruo.in tract.de ſtatutis excludentibus fœminas,ar-
22 ticulo octauo quæſtione xix. † & Alba conſi.laxiiij.
concludit de caſu ad caſum faciliùs quàm de per-
ſona ad perſonam extenſionem fieri. & Parıſ. con-
ſil.lix. nume.xlv. in tertio, concludit, rationi iuris
repugnare de una perſona ad aliam extenſionem
fieri, ut in gradu remotior proximiorem excludat.
quod in præſenti negotio contingeret, & deciſum
extat, Guido Papæ conſil.xaiii.num.xaiii. & ccxxi.
nume.vii.& Afflict.deciſ.cclxv. num.xxvi. & Gram.
deciſ.acii.num.aiii. xiiij. & xv.

Septimò, & in ſpecie concludi poſſe uidetur,
hanc ipſam municipalem legem, matrem excluden-
tem, excepta legitima portione ob proximiores
propinquos, auiam ipſam non excludere intelli-
gi, ob rationes ſuperiùs adductas. & tùm quòd nul-
la agnationis conſeruandæ ratio in ea adducatur,
& idcircò caſus huiuſmodi comprehenſus dici non
poſsit, ut alios ſolet.d.l.filium habeo.ff.ad Macedo-
nianum, ubi Barto.d. lege omninis. §. uerbum ex
legibus. ff.de uerbo.ſignificatio. cum alijs ſuperiùs
adductis. Nec ſola conſiderari hæc ratio poteſt in
terminis glo. in d.l. quamuis. C. de fideicomm. ubi
Bald. Salicet. & Fulgo. quippè quòd ſtatuentes ipſi
23 fratres & ſorores admittunt, † & tamen conſtat,
quòd ſoror ipſa agnationem non conſeruat.d.§. cæ-
terùm, inſtit. de legitima agnat. ibi, plerunque. &
ex facto reſponſum extat. Bald.conſi.cccca liu. Cir-
ca quæſtionem, in quinto, & Ioan. de Anan. con-
ſil. quarto, Viſis. Idque potiſsimùm cùm in hoc
ipſo ſtatuto propinqui proximiores, qui terminus
tandem cum maſculis, & fœminis prædicari po-
teſt; ueluti genus de qualibet ſpecie propriè in-
telligitur. Bartol. lege interemptum. §. ſi quid.ff.
de legat.tertio. & Bald. l. ſecunda. C. de iure aure.
annulorum, & Cagnol. lege in toto. ff. de regul.
iur. & Bald. conſil. cccxxxiij. in tertio, & viij. in
quarto. & Deci. ccxxiii. In caſu. & cccclxvi. nu-
me. ii.& DXXVII. num.iiij. & DL. num. v. Quamob-
rem, cùm nullum in hoc iure ſingulari uerbum ſit,
quod ad excluſionem pertineat, niſi matris ipſius
filij inteſtati, ſequitur deficientibus fratribus & ſo-
roribus, inter proximiores propinquos auiam ip-
ſam

ſam admittendam cenſeri, & cùm proximior ſit patruo, ſecundum ſtatuti uerba illum ipſum excludi, ex quibus diſponentis intentio colligi ſolet. d. l. Labeo. ff. de ſuppellectili legata, & d. l. Gallus, in princ. ibi, qui ea uerbis concipi poteſt. & l. ille aut ille. ff. de leg. iii. & Socin. iun. conſil. xxx. nume. xxxix. & lxxiii. num. iiij. in tertio, & pro hac interpretatione in terminis extat reſponſum Decij cccclxvi. ubi eruditè loquitur, & omnibus obiectis egregiè reſpondet. & D. Ludouicus Gozzad. egregiè reſpondit in terminis huius iuris municipalis dicto conſi. xxxv. quicquid Pariſ. pluribus uerbis & ocioſis & ad rhumbum non pertinentibus oppoſitum cenſuerit d. conſi. ccxxii. in ſecundo.

Vltimò in huius ſingularis iuris interpretatione pro magnifica domina auia inconcuſſa ratio conſiderari poſſe uidetur, quòd pupillus ipſe infans matri prædeceſſerit: quam quidem ſingularis lex à ſucceſſione filij ab inteſtato decedentis excludit.

25 † Cæterùm, cùm infans non poſsit dici inteſtatus ſeu ab inteſtato decedere, quippè quòd teſtamenti factione careat. l. qua ætate. ff. de teſtam. quod Petrus de Bellapertica cenſuit, ut refert Bart. in l. prima. ff. de ſuis & legitimis, & Alber. de Roſ. in tractat. ſtatut. in prima parte quæſtione xliiij. uerſic.
26 item quæro. & in tertia parte quæſtione xxi. † ubi concludit, quoties ſtatutum contra ius commune diſponit, & utatur uerbo ab inteſtato, non habere locum in eo, qui teſtari non poteſt. quippè quòd ſiue inteſtatus quis dicatur, ſiue ab inteſtato mori, præſupponit potentiam ad actum ipſum reducibilem. d. l. qua ætate. & ſubſcribit Bald. cap. primo, in princ. de ſucceſſ. feudi, ubi addit, iuris huius diſpoſitionem naturali rationi repugnare, quòd matrem ipſam à luctuoſa filij ſucceſsione repellat. d. l. nam & ſi. ff. de inoffic. teſtamen. & l. ultima. C. de inſtit.
27 & ſubſtit. † unde ſtrictiſsimè intelligi debere, ut in pupillo locum non habeat. idem Bald. in l. inteſtato. ff. de legit. tutor. uer. eſt etiam hoc argumentum, atteſtatur Petrum Cyn. Iacob. & Rayner. idem exiſtimaſſe. & Ioan. ab Imola in cap. cùm tibi, de teſtamen. & in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. uerſi. & per hoc decidi poteſt. Pro qua ſanè ſententia ex facto paſsim reſponſum extat. Bald. conſil. xxxiij. De iure commu. in ſecundo, & xlvi. Quidam. & liii. Communis opinio eſt, eodem libro, ubi hanc ipſam interpretationem communiter receptam teſtatur. & idem cccxxxix. Quæritur in primo, & ccclxxvii. Præmittendum, in ſecundo. & Alex. xv. Circa, in ſecundo, & idem lxxix. Franciſcus, in vi. & idem clviii. eodem lib. & cliii. uerſi. rurſus dictum, in ſeptimo. & clxviii. Viſis, uerſi. poſſet, & ccxxi. uerſi. ſecundò lib. ſeptimo. & Deci. d. conſi. cccclxvi. uer. altera, & dcvii. in princ. & Gozzad. d. conſi. xxxv. plures alios adducunt: ex quibus ſolertiſsimo Cluſino præſuli conſtare poterit, ab hac communi ſententia nullo pacto recedendum eſſe. d. l. i. uerſic. ſanè crebrior. ff. de offic. quæſt. ubi Barto. & Docto. c. ne innitaris, de conſtitut. & cap. Capellanus, extra de feriis, ubi Butr. Anch. & Abb.

Et quamuis me non lateat, Bart. ipſum & legendo in d. l. prima, de ſuis & legitimis, & ex facto reſpondendo, oppoſitum cenſuiſſe, & plures antiquos & recentiores & legendo, & ex facto reſpondendo ſubſcripſiſſe, ut refert Deci. d. conſi. cccclxvi. in princip. uer. prima opinio. Barr. cui & Alciat. acquieſcere uidetur in l. inteſtatus. ff. de reg. iur. & Socin. iuni. conſi. xxv. nume. xiiij. & xvii. rationes tamen pro Baldo, Alexandro, & ſequacis, Decio, & Gozzad. urgentiores uidentur, quippè quòd maxima inter adultum & pupillum conſtitui debeat differentia. Nam, cùm adultus qui poterat, teſtamentum non conficit, ſuccedentes ab inteſtato tacitè uocare cenſetur. l. conficiuntur. & l. ſi quis cùm nullum. ff. de iur. codicil. At hæc ratio in pupillo ceſſat, & idcircò ab eius ſucceſsione mater difficilius repelli debeat. quod Alexand. non inſulsè docuit. l. generaliter. C. de inſtitution. & ſubſt. & probat Deci. d. conſi. cccclxvi. d. uerſi. altera eſt principalis, ubi reſpondet ad uerbalem differentiam Socin. quia uerior eſt ſententia, nullam eſſe differentiam ſiue in ipſa lege municipali inteſtato pupillo ſuccedatur, ſeu ab inteſtato. Barto. d. l. i. & d. conſil. cxxxviii. Alber. Angel. & Card. & plures alij à Deci. adducti num. v. & Gozzad. d. conſi. xxxv.

Secundam Decius ipſe differentiæ rationem adducit d. conſi. cccclxvi. uerſi. & ulteriùs conſiderando, quià dum ſtatutum excludit matrem ab inteſtato, prout in caſu noſtro; ſequitur quod ad cauſam teſtati attinet, remanemus in diſpoſitione iuris com-
28 munis, etiam ex diſpoſitione ſtatuti, † quia limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. unde ſequi uidetur, ſtatutum ipſum præſupponere matrem ex cauſa teſtati ſuccedere poſſe. Bart. l. inter. §. ſacram, de uerb. obliga. & l. iiij. §. toties. ff. de damn. infect. & Gozzad. d. conſi. xxxv. num. xiiij.

Tertiam addo ego huius ipſius differentiæ rationem: nam ſi ſtatutum loquens de filio inteſtato, uel ab inteſtato decedente, ad excluſionem matris intelligeretur de infante, qui eſt inteſtabilis, duos effectus aduerſus iuris communis diſpoſitionem operaretur: quod à iuris ratione prorſus alienum eſt. d. l. ſecunda. C. de noxal. ubi Docto. Butr. Imol. & Abb. d. cap. cùm dilectus, de conſuet. & idcircò duo ueluti ſingularia concurrerent, quod iuris ratio nō patitur. l. prima. C. de dot. promiſſ. primum eſt ex iure ſingulari, benignitate legiſlatoris conceſſo ſubiectis ipſis propria ſibi iura conſtituendi, etiam derogando iuri communi. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & §. ius autem, inſt. de iure nat. gent. & ciuil. & idcircò in hoc caſu, ut mater aduerſus rationem naturalem à luctuoſa filii ſucceſsione excludatur. d. l. fin. C. de impuberum & alijs ſubſt. Secundum eſſet, quòd infans ab inteſtato decedere dicatur, cui tamen teſtandi facultas non competit. d. l. qua ætate, de teſtam. Vnde quicquid comminiſcantur Pariſ. & Soci. tex. in d. l. i. de ſuis & legitimis, deſtruentes, dictio illa in, priuatiua, præſupponit habitum. l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. & l. decem. ff. de uerbo. obligat. & §. ſeruus autem, inſt. de capit. diminut. attendatur ergo in ſtatutis huiuſmodi correctorijs, & iuris normam inflectentibus, propria uerborum uis: & ſatis eſſe, quod unum effe-

ſtum producere ualeant. d.l.ii, C. de noxal. Item quòd dummodo ſingularia iura aliquid operentur ſecundum iuris communis diſpoſitionem intelligi debeant.l.ſi duo,ff.de acquir.hæred. ubi glo. in uerbo ſcire potuit. Cin. Bald, & Caſtr. & Bart.d.l. hæredes mei.§. cùm ita, ad ſenat. conſult.Trebell.ubi Rip.d.nume.lxxvii. Ea quibus conſtat ab hac ipſa ſententia ueluti communi ob meliores rationes,quibus nititur, recedendum non eſſe,d.c. Capellanus, de feriis, ubi Butr, & Abb. & Decius ex facto conſultus ſæpius reſpondit conſil. ccccl vi. nume.ix. & ccclxvi.num.vii. & DCXAX.num.ia. Quod Iuſtinianus ſanxit in l.ij.§.ſed neque.C.de uet.iur.enuc.

Non obſtant ſuperiùs adducta in oppoſitum. & primò dum lea hæc municipalis matrem hanc excludit, multò fortius auiam repellere intelligatur. quia reſpondeo, hanc ipſam conſequentiam in caſu noſtro non procedere, cùm ſtatutum hoc ſit iuris communis correctorium, & idcircò plures effectus operari non debeat. d.l.ii.C. de ooxal.& d.c.cùm dilectus, de conſuet. tum quia odioſum ſit. d.l. maximum uitium, & Homod. eruditè conſiderauit d. conſi.ci. & idcircò cùm matrem tantùm excludat, de auia autem nihil penitus loquatur, quantùm ad illam attinet, iuris communis diſpoſitio illæſa cenſeri debet,l.præcipimus.C.de teſtam. Iaſ.auth. quas actiones.C.de ſacroſan.eccl.cum pluribus alijs adductis ſuperiùs à Gozad.d. conſi.xxxv.

Secundò non obſtat, receptum eſſe contendi & in ſpecie, ſi contingat matrem à iure municipali à ſucceſsione filiorum excludi, auiam quoq; ipſam excluſam intelligi, Bart.d.l.ſecunda, cum alijs ſuperiùs adductis, quia in caſu noſtro aliud cenſeri debemus, tùm quòd dicti ſtatuti diſpoſitio prætaxata ſit ad matris ipſius ſubiectum, ergo illud egredi non debeat,d.l.in agris, de acqu.rer.domin. Idque etiam ſtatuentium ipſorum intentione attenta, qui non ſolùm fratres, ſed etiam ſorores ipſi matri prætulerunt; deinde illis deficientibus proximiores propinquos uocauerunt, inter quos, cùm auia ipſa connumeretur proximior quàm patruus, conſequens eſt, illam ipſam admittendam cenſeri. Idque potiſsimùm, cum alio ſtatuto diſponatur, uerba ipſa ſecundum quòd iacent in ſtatuto Rauennæ intelli-
29 genda eſſe. † quo caſu uerbum matris, non poteſt extendi ad auiam, cùm omnis prorſus interpretatio reiecta intelligatur, ut poſt Bart. Alex. & alios docuit Bru. in tract. ſtatutorum fœminas exclud. artic. vi.tertio membro, ubi plures adducit, & artic. viij. quæſtione vi.

Tertiò non obſtat diſpoſitio dictæ legis tale pactum, cum glo.& Doct. quia immo dico, ſtatuentes non fuiſſe aliter diſpoſituros, ne eorum ſenſum, in quo aduerſus rationem naturalem abundarunt, aduerſus eandem producerent, ſtantibus maximè rationibus diuerſitatis inter ipſum adultum & pupillum, quas uiolare, nephas eſſe creditur. Vnde, cùm ad eſſentiam legis, honeſtatis ipſius qualitas requiſatur.c.erit autem. quarta diſtinctione, & l.i.ff.de legib. & Bart. docuit d.l.omnes populi.v.q. princip. & l.i.ff.de except. doli. Abb. Deci. & Rip.rubri. de conſtitution. iniquum eſſet, ut bona ex latere materno filijs quæſita, ipſi patruo acquirerentur, ipſa auia excluſa.quod & iuris communis ratio ferre non ſolet, ut declarant omnes in authen. defuncto.C.ad Tertul. & in authen. itaque, C. communia de ſucceſſ. ſed etiam ſingulari iure ciuitatis Rauennæ diſpoſitum eſt, materna bona, fœminarum lineæ quæſita intelligi, quæ uerò ex paterna linea quæſita fuerunt, maſculis agnatis prorſus deberi. Vnde duplicis uinculi concurſus diſpoſitionem efficaciorem reddere ſolet.d.auth. itaque. C. communia de ſucceſſ. & in authen. de conſang. & uter.fratri. tametſi & ſola hæc ſtatuti Rauennæ diſpoſitio, cùm bona hæc omnia à linea materna deſcendant, patruum ipſum omninò excludere cenſeatur.d.l. omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& l. in toto.ff.de reg.iur.ubi Dec. & Cagno, & c. generi, de regul.iur.in vi. cum alijs eiuſmodi, Ex quibus concludi & diffiniri debere exiſtimo, auiam in propoſita ſpecie, patruo penitus excluſo, in omnibus bonis infantis prædefuncti admittendam eſſe. Laus Deo,

Romæ, pridie idus Maij 1562.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Maritus non tenetur alimenta præſtare uxori ab eo diuertenti propria authoritate antequam de legitima cauſa conſtaret. & nu.ſeq.ubi de comm.opi.*
2 *Vxori dotem non ſoluenti, non tenetur maritus alimenta præſtare. idem ſi ſit adultera. & eſt com.op.*
3 *Mortis timor eſt iuſta cauſa aufugendi,*
4 *Alimenta præſtanda eſſe pupillo, qui obtinuit in prima inſtantia, licèt ſcriptus hæres appellauerit.*
5 *Appellatione pendente alendus eſt, qui obtinuit in querela inofficioſi teſtamenti.*
6 *Alimenta, ut decernantur pendente lite quatuor concurrere debent.*
7 *Præſumptio eſt pro ſententia.*
8 *Teſtium ſingularitas non obſtat, quando dicta ad eundem finem tendunt.*
9 *Exceptio requirens altiorem indaginem non repellitur, quando excipiens illico probare ſe offert.*
10 *Alimenta non ſunt præſtanda uxori adulteræ, & numeris ſuperioribus.*
11 *Delictis obuiandum eſt.*
12 *Alimenta non tenetur perſoluere, qui facultates adeò tenues habet, quæ uix ſibi uictum præſtare poſſunt.*
13 *Neceſſitas rumpit uincula legis.*

C O N S I L I V M CLX.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit,

1 IN negocio † alimentorum quę contendit Illuſtriſs. domina Virginia de Accoltis ſibi ipſi deberi ab Illuſtr. domino Ioanne Baptiſta de Malateſtis, hanc ipſam concluſionem nullo pacto ueram eſſe exiſtimo quæ petit ei ab eius uiro præſtanda eſſe alimenta,

menta,quippè quòd ab eo propria authoritate re-
ceſſerit, antequàm de cauſa legitima cõſtaret : quod
receptiſſimum eſſe uidetur.Cyn.in l.quod in uxorē.
C.de nego. geſt.& ibi Albe.uer.ſi uerò maritus.ubi,
quando diuertit culpa ſua,concludit eo caſu uirum
illam ipſam alere non compelli.& ſubiicit rationem,
nempè quòd fruſtrà legis auxiliũ inuocet.l. Mæuio
ff.de annuis lega.& l.non dubium. C. de legib. & c.
ult.de immunitate Eccleſia.ubi omnes Pontificij iu-
ris interpretes colligũt,illum ipſum clypeo legis in-
dignum eſſe,qui eius ipſius cenſuram tranſgreditur
c.fruſtrà,de reg.iur.in vj.ubi Dyn.& Ancha.& ean-
dem ſententiam ſequitur Bald. d. l. quod in uxorem
nu.ii.uerſ.ſed pone.& ibi,ſi propter culpam uxoris,
atteſtatur hanc fuiſſe Cy.& Iacobi ab Are.ſententiā,
& Fulgo.ou.iiii.uer.ſecundus caſus eſt,ibi,primo ca
ſu,quádo culpa uxoris, Iacobo ab Are.ſubſcribit, &
2 Salt.ou.iii.uer. quæro uxor.† interpretatur illam ip-
ſam à uiro abeſſe culpa illius quádo dotem non per-
ſoluit:quocircà moltò fortius, idem concludendum
cenſeatur,ſi ea cauſa criminis adulterij, & inceſtus,
illam ipſam clãculum fugam corripuiſſe, atque idcir
cò ab ipſo uiro diutiſſimè abfuiſſe,longè enim gra-
uior huius ipſius abſentiæ caſu diiudicari debet.l.in
ſeruorum.ff.de pœnis & l.peu.§.ad crimen.ff.de pu-
bli.iudic.& in Specu.de ſponſal.§. fin.uerſi.ij.& pro
hac ſententia ex facto conſulti maiores noſtri quan
doq; reſponderunt. Alex.conſi.lxxviii. nu.v.& Soci.
cclxxxvi.nu.ii.& Ferretus Vicent.inſignis inter neo
tericos conſi.xcvii.nu.i.& ii.hanc ipſam ſententiam
cõmunē eſſe teſtatur.quocircà,cùm in pręſenti caſu,
non fuerit probatum nec pronunciatum Illuſtrem
dominam Virginiam ex culpa Comitis ab eo receſ-
3 ſiſſe,† tametſi contendat timore mortis illam ipſam
aufugiſſe, quę quidem exceptio naturalis exiſtima-
tur.l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.ubi Doct.& l.i.§.uim vi
ff.de ui & ui arma.& c.iii.§.uim,de ſententia excom
mu.tamē cùm grauis illius culpa præceſſerit notiſſi
criminis adulterii & inceſtus,conſequens eſſe uide-
tur, omni legis beneficio omninò indignam. d.l.nõ
dubium,& d.c.fruſtra,cum aliis huiuſmodi . quippè
quòd Comitis ipſius maximè iuſtus dolor haberi de-
beat.argu.l.Gracchus.C.ad leg.Iul.de adult.

Secundò,quòd in propoſita ſpecie huic ipſi Illu-
ſtri dominæ alimenta non ſint decernenda , uidetur
probare caſus in l.ſi inſtituto. §. de inofficioſo.il ii.
4 ff.de inoffi.teſt.† ubi iureconſ.reſpondit,cùm nepos
aduerſus patruũ de inofficioſo egiſſet , & obtinuiſ-
ſet,ſcriptus autem hæres appellaſſet,interim propter
inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum ei
decerni, eaque aduerſarium ei ſubminiſtrare, uſque
ad finem litis compelli.glo.ibi in uerbo decerni,in-
terpretatur idipſum fieri debere in cauſa appella-
tionis,& cum obtinuit quis in principali, aliàs fortè
ſecus.l.qui de inofficioſo.ff.de inoff.teſt.ibi toties ea
indulgenda ſunt , quoties ſi uerè filius hæres eſſet,
aut bonorum poſſeſſor,ut interim & poſſideat,& ala
5 tur.& ibi Bar.in ſummario aduertit,† pendente ap-
pellatione in querela inofficioſi teſtamenti,quem ex
hæreditate ali debere,& ibi Alber. uer.item collige
hìc argumentum.dum concludit , rationē illius de-
ciſionis,ut alimēta præſtentur in hoc reſidere , quia

nepos obtinuit in principali,& quia quęſtio erat de
bonis.ergo ſentit Albe.quòd in caſu,in quo quis nõ
eſſet ipſius ſententię authoritate ſuffultus,& non eſ-
ſemus in cauſa appellationis alimenta ipſa non eſſe
decernenda : rurſus,& cùm quęſtio non eſſet de bo-
nis.cæterùm,cùm in propoſita ſpecie nullum ex hu-
iuſmodi requiſitis uigeat,quippè quòd Illuſtris do-
mina Virginia nullo publico fomēto munita ſit, nec
de bonis præcipuè agatur , ſed de pœna adulterij &
inceſtus,licèt dotis amiſſio uice cuiuſdam actus ac-
ceſſionis ſubſequi uideatur,omninò ſequitur in pro
poſito alimenta ipſa decerni non poſſe. arg.l. ſi quia
nec cauſam.ff.ſi cert.pet.ubi Docto.& Bald. in d. §.
de inofficioſo.in prin.uer.ſecus uidetur ante ſenten-
tiam. ubi concludit propter præſumptionem ſen-
tentiæ,licèt ab ea appellatum ſit , ali debere ipſa ap-
pellatione pendente.& in ſecunda lectura.uer. item
nota præſumi,concludit etiam poſt appellationē pro
ipſa ſententia præſumptionem uigere.& Paulus Caſ.
tria concurrere oportere docuit,uel quatuor,ad hoc
6 †ut pendente lite ipſa alimenta decernantur.primũ,
quòd ſit filius,& pupillus,& quòd obtinuerit in prin
cipali , & appellatio pendeat , & demum quòd quia
inops ſit. quibus non concurrentibus alimenta ipſa
non decerni docuit.d.l.qui de inofficioſo.ubi gloſſ.
inde ergo colligi poſſe uidetur,hanc Caſtrenſis fuiſ-
ſe mentem,ut etiam in propoſito caſu cùm nulla ſen
tentia præiuerit ad commodum Illuſtris dominæ
Virginię,& idcircò cum non ſimus in caſu appella-
tionis,illi ipſi alimenta non debere decerni.quod po
tiſſimùm ratione delicti grauiſſimi ab ea contracti
quilibet bonus uir,ideſt iudex legumq; executor di-
iudicare debet,ne aliàs ex eius perfidia commodum
conſequatur.c.ſedes,& c.ult.de reſcrip.& c. eum qui
de præben.in vi.& l.ſi quis in tantam,& l. memine-
rint.C.unde ui.

Tertiò mirum eſt uigente authoritate duarũ ſen-
tentiarum aduerſus Illuſtrem hanc dominam,ut mi-
7 hi in facto præſupponitur,† pro quibus præſumi cõ-
ſueuit.c.quoniam contrà,de prob.ubi glo.Butr.poſt
Innocen.Ancha.Imo.Abb.Fel.Dec.& Bero.& Bal.
aduertit in d.§.de inofficioſo,nomine huius Illuſtris
dominę alimenta efflagitari potiſſimùm, cùm ex li-
quidiſſimis probationibus iam cauſa inter acta rece-
ptā, unde euidētia criminis illicò aparere poſſit,quo
caſu à reg.iuris recedi ſolet.Clem.ut calumniis , de
ſenten.& re iudi.ubi Bal.Imo.& Card. poſt Zenzeli.
& Lazar. non enim tantùm præſumptiuè , ſed uerè
& realiter illam ipſam coniunctam eſſe , una mox
8 oſtendam : † quippè quòd teſtium ipſorum ſingula-
ritas non obſit cùm eorum dicta ad eundem finem
tendant.gloſſ.in d.c.nihil de uer.ſig.& d.c. Eccleſia
Sutrina de cauſa poſſeſſio.& propriè.in uer.uacillaſ-
ſe,& ibi Docto.& Ctau.latè diſcuſſit conſi. lxxiii. &
diffuſius in cauſa principali diſputabo.

9 Quamobrem † legiſlator in his , quę ſummatim
pertractantur , exceptionem , etiam altiorem inda-
ginem requirentem, nõ repellit,ſi accipiens paratus
eſt illicò probare.l.ſi is à,quo in princ. ff. ut in poſ-
ſeſſ.lega.ſeu fideicommiſſ.ibi cum poſſit ante de fi-
10 deicõmiſſo, quàm de ſatiſdatione conſtare. † quare
Fede.Senenſ.conſi.clxxvi.reſpondit, quando mulier
ob adul-

ob adulterium damnata fuit, eam ipſam non eſſe alendam. allegat. l. poſt contractum. ff. de donatio. ubi Docto. nei quando adulterium ipſum notorium eſt, ut in præſenti negotio conſtat, & euidenti relatione ad acta ipſa ut Bart. declarat & Ang. in l. ait prætor. ff. de donatio. & c. tua, & c. ueſtca, de cohabita. clerico. & mulie.

Quartò & politici finis ratio eandem concluſionē ſuadere uidetur, huic ipſi illuſtri dominæ alimenta non eſſe decernenda, nam cùm & rei iudicatę authoritate conuicta ſit & atteſtatinnum ipſarum uirtute, & argumentorum legitimorum, conſequens eſt, eius ipſius dolum, alimentorum decreto non eſſe inuandum. quod à politico fine legiſlatoris utriuſq; inſpecta cenſura prorſus alienum eſt. l. cōgruit. ff. de off. præſid. ubi Bar. l. licitatio. ff. de publica. & uectig. & l. illud. & l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. & l. bonafides. ff. depoſiti. ubi Alcia. poſt ueteres. & c. ut famæ, de ſententia excommu. ubi But. & Abb. & c. fœ-
11 licis, de pœnis, in vj. † quinimmo & futuris ipſis delictia uterque legiſlator occurrere ſolet. l. conuenire ff. de pact. dota. & c. ſæpe, de reſtit. ſpoliat. ibi, cùm parum interſit. & d. c. eum qui, de præben. in vj. unde ſi alimenta huic illuſtri dominæ decernerentur, legis ipſius ratio omnis extirpari uideretur, quod à iuris ratione diſsidet. c. iudicantem. xxx. q. v. & l. ius autem ciuile. §. nam & prętorium. ff. de iuſt. & iur. & Doct. rub. C. qui admitt. quod egregiè Ferretus aduertit conſ. ſuperius adducto.

12 Quintò, † cùm illuſtris Comes Ioannes Baptiſta tenues facultates habeat, ex quibus uix ſibi uictum parare poſsit, huiuſmodi alimenta perſoluere cogendus non uidetur, ne aliàs egeat. l. maritum. ff. ſol. mat. ubi Bart. & Alex. & Papien. in forma libelli, tit. quomodo uxor agit. nu. xxix. glo. in. uerb. uxor quōdam. & potiſsimùm cùm illuſtris hęc domina diutiſsimè ipſi uiro operata non ſit, ob quem effectum uir alimentorum onus ſubire debet. Barto. Tract. alimen-
13 torum num. xlviij. & xlix. † Quamobrem cùm ea ſit conditio neceſsitatis, ut legis ipſius uinculum diſſoluat. c. Odoardus, de ſolutio. & c. licèt, de feriis. & authen. prætereà. C. unde uir & uxor. ubi Dec. poſt ueteres, conſequens eſt, ipſum illuſtrem Comitem Ioānem Baptiſtam in neceſsitate compulſum, cogendum non eſſe ad hęc ipſa alimenta pręſtanda: quippè quòd poſitiuæ legis ratio naturali cedere debeat ueluti inferior. c. cùm inferior, de maio. & obed. & c. inferior, xii. diſtin. & clement. ne Romani, de elect. ubi gloſ. in uer. tolli, & dixi poſt omnes in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutio. ubi Abbas in primo membro diſtinctionis nume. ix. uerſir. ſit tibi breuis concluſio. Laus Deo.

Romæ, Pridie Non. Iulij, 1562.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ conſanguineis deferri, iure non poſſe.*
2 *Deceptiones lex abhorret.*
3 *Bona Eccleſiæ quibus deſeruire debent, & nu. ſeq.*
4 *Bonorum Eccleſiæ in alienatione, non eſt ſolius prælati utilitas perpendenda, ſed Eccleſiæ.*
5 *Conductores rerum Eccleſiæ caueant ne ſub fictis confeſſionibus & imaginarijs Eccleſiæ bona deuorent.*
6 *Alienatio rerum Eccleſiæ neglecta forma à canone ſtatuta, nullius eſt roboris.*
7 *Reſcripta gratioſa ipſo iure ex qualibet ſubreptione uitiantur.*
8 *Locatio bonorum Eccleſiæ expirat morte locantis, & ſic ſucceſſori non obeſt. & nume. ſequ. & eſt comm. opi. nu. 15.*
9 *Fructus Eccleſiæ poſt mortem prælati reſeruantur ſucceſſori. & nu. 16.*
10 *Hieroſolymitani Equites obligāt fructus ad uſq; triennium.*
11 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi factæ per prælatum prædeceſſorem. & nu. præcedentibus & ſeq. & eſt comm. opi. nu. 15.*
12 *Locatio reſoluitur finito uſufructu.*
13 *Confeſſio prælati quò ad ſolutionem pecuniæ attinet, nō præiudicat ſucceſſori in beneficio. & nu. 17.*
14 *Locatio bonorum Eccleſiæ facta conſanguineis & amicis, non caret ſuſpitione. & nu. 21.*
17 *Confeſſioni prælati eſt ſtandum quod pecunia in utilitatem Eccleſiæ eſt conuerſa, ſed legitimè probari debet idcoque aduertendum in contractibus bonorum Eccleſiæ faciendis.*
18 *Locatio bonorum Eccleſiæ in euidentem utilitatem eſſe debet. & eſt comm. opi.*
19 *Papa omnia poteſt.*
20 *Forma præfixa ad unguem eſt ſeruanda, aliàs actus redditur nullus.*
22 *Altare unum operiendo, & alterum detegendo, iniuſta dicitur miſericordia.*
23 *Priuilegia propter abuſum amittuntur.*

CONSILIVM CLXI.

IESVS CHRISTVS APERIAT OS meum ut uera dicere ualeam.

NON eſt ambigui iuris, & ſanctorū patrum Paracleti Spiritus uirtute adductorum, nec non & ſacrorum conciliorum, auctoritate decretū
1 eſſe, † Eccleſię bona conſanguinitatis iure non deferri. c. Apoſtolica, viij. q. i. & c. præſentium, de filiis presby. & c. conſuluit. de iur. patro. & c. j. de præben. ubi gloſ. in uer. iure conſanguinitatis, & plura iura adducit, & Doc. inde colligunt. & c. eſt unus quiſque. & c. ultimo de pecul. cleri. ubi Pontificij interpretes aduertunt, & Cæſarei in auth. licentiam. C. de Epiſc. & clę. & Ideo Nouem uiri in conſilio ipſi Paulo III. Pontifi. ſummo maturè reddito hunc ipſum morē deteſtantur, ut ſacerdotia ipſa, quæ cōmunia ſunt (attenta eorúm eſſentia) propria fiant uariis technis, etiam ſub fidei-
2 commiſsi obligationé excogitatis. † ſed noua & recēs captio locationis Epiſcopatus Veronēſis, ut quod directè fieri non poterat, obliqua tamen uia effectum
conſequa-

conſequatur,quod uterq; legiſlator abhorret. c.quia
in tantùm, de ſimo.& c.ult.de reg. iur. in vj.ubi Dy.
Albe.& recentio.& l.ſcire.ff.de legib.ubi Bar.Bald.
& Caſtr.& l.non dubium.C.eo.tit.ubi Bart.Bald.&
Sali.ſanè ſi locationum huiuſmodi prætextu laici Ec
cleſiæ bonis frui poſſent, Italiæ mores parum differ-
rent ab uſu ipſo Germanico,& huiuſmodi,quod ab-
ſurdiſsimùm eſſet , unde neglecto modo conſultius
ſit,effectum ipſum perpendere. d. c. quia in tantùm.
& d.c.ult.& l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. ff. de libe.
& poſthu.& l.in executione. §. pro parte. ff. de uer-
bo.oblig.

At cùm intentio Taruiſinorum nobilium talis
eſſe colligatur , ut ex eorum ſcriptura ſanctitati ue-
ſtræ exhibita clarè conſtat , ibi , Per uſar il beneficio
conceſſogli da V. Santità & aſsicurar noi fratelli , &
in fine ibi,per grandezza di caſa noſtra , & pluribus
aliis in locis,conſtat eorum ipſorum intentionem iu
ris diſpoſitioni omninò repugnare,& idcircò gratiá
omninò reſcindendam eſſe.

3 Secundò , nemini dubium eſſe cenſeo, † quia bo-
norum Eccleſiaſticorum interna ſit conditio,ut par-
tem fructuum adminiſtrator Baſilicarum refectioni
impendere debeat.c.unio.x.q.iii.& ubi Archidia.&
Gemi.& c.i.de Eccl.ædifi. uel reparandis. ubi glo.
in uerb.adiuuent,rationem reddit ,& ibi Docto.

Item & pauperum alimoniæ bonorum huiuſmo-
di fructus deſtinati ſint.c.uidentes.xii. q. i. & c. ult.
xvi.q.ult.& conueniat.xxiii. q. viii.quare Bald. ipſe
in l.fin.C.de ſacroſan.Eccle.ius ſpectans.ſeu compe
tẽs Eccleſiis, Dei,& pauperum,eſſe interpretatur,&
eandem rationem probabat Panor. cur conſuetudo
inferens damnum Eccleſiæ nullius ſit momenti.c.j.
4 de conſue.uer.ratio autem ſecundi. † Et idcircò Fa-
bia.de Monte. argumentum huiuſmodi eruditè per-
tractans in tracta.de emptio.& uendi.v.q.priu. uer.
de rerum Eccleſiarum alienatione num.cat.conclu-
dit,in bonorum huiuſmodi commercio ſolius Præ-
lati utilitatem nõ eſſe perpendendam, ſed ipſius Ec-
cleſiæ.& Ange.Peruſ.ex facto conſultus egregiè re-
5 ſpondit conſi.ccxlv.in fin.† ubi admonet laicos bo-
na Eccleſiæ conducentes ne imaginariis ,& fictis
confeſsionibus Eccleſiæ fructus deuorent,quippè q
ſatius eſſet ardentes carbones eos ipſos deglutire.d.
c.conuenior,cum aliis ſuprà adductis.

Tertius effectus cui Eccleſiarum bona deſtinata
exiſtimantur in Rectoris , ſeu adminiſtratoris ipſius
alimonia conſiſtit, cùm enim cultui diuino frequẽ-
tando ipſe incumbat, ut canon diuini iuris authori-
tate illum obnoxium eſſe decernit.c.quia nonnulli,
de cleri.non reſid.ubi Imol.in princ.& cap.i.de ce-
lebra.miſſ.cuius miniſterij onus cum ipſe ſubeat,in-
de quoq; ali debet,prima Corinth.quarto, & c. cùm
ſecundum,de præben.& c.cùm Apoſtolicis.de cenſ.
& procu.& l.i.§.denique, de aqua plu.arcẽ.& l.cùm
oportet. C. de bonis quæ libe. cum aliis adductis à
Dec.& Cagn.in l.ſecundum naturam. ff.de reg. iur.

6 Ex his† puto inferri bonorum Eccleſiæ alienatio-
nem neglecta forma ab ipſo canone præfixa , facta
nullius eſſe momenti.c.quæ in Eccleſiarum,de con-
ſti.ibi,ſine legitimo Eccleſiarum perſonarum aſſen-
ſu,& in cap.i.& c.nouit,de his quæ fiunt à prę la.ſine
conſen.capituli & ſubſiſtentibus legitimis cauſis,nẽ-
pe utilitate, & neceſsitate ipſius Eccleſiæ , ut aduer-
tit glo.Archi.& Rodulphus,& Card.Sancti Xyſti.in
c.ſine exceptione,xii.q.i.& Abb.poſt alios in c.nul
li,de reb.Eccle.non alie.nu.v.Gemi.& Franch. in c.
i.eo.tit.in vj.& in clemen.prima eo.tit.ubi Card.enu
merat caſus,in quibus hæc ipſa horum ipſorum bo-
7 norum alienatio fieri poſsit.† Hinc quandoque cen-
ſui,hanc eſſe rationem,ut gratioſa reſcripta qualibet
ſubreptione ipſo iure uitientur.c.ſuſceptum , de re-
ſcrip.in vj.Docto.c.ſuper literis, de reſcript.glo.ſu-
per uer.literas dediſſemus. & propter quam in eis
minor numerus in maiori non contineatur. c.cui de
non ſacerdotali.de præben.in vj.aduertunt Iaſ.& Al
cia.l.i.§.ſi ſtipulanti.ff.de uer.obli.

8 Item ob huiuſmodi rationes cenſeo † locationem
bonorum Eccleſię factam eius ipſius obitu expiraſſe
cenſeri.c.ult.de pecu.cleri.ubi gloſſ. in uer. obitus.
Mors enim in huiuſmodi quę ſucceſsionis iure non
deferuntur morte ipſa diſſolui ſolent.§.deinceps. in
auth.de hęred.& Falci.& §.morte , inſti.mandati,&
c.ſi gratioſè.de reſcript.in vi.ibi,beneplacitum. &c.
glo.& Docto.colligunt , & idcircò ſucceſſori in ipſa
prælatura locationem huiuſmodi non obeſſe quate-
nus non tendat ad ipſius Eccleſiæ utilitatẽ : quod ibi
glo.animaduertit in uer.terminum, concludẽs loca-
tionem huiuſmodi pro utilitate Eccleſiæ non cele-
bratam tempus mortis non excedere.& Inno.& Ho-
ſtien.in prin.in uer.uerùm ſi non nomine Eccleſiæ
intelligunt illam ipſam reuocatam intelligi ſi contin
gat formam in ea pręfixam non obſeruari.& Abb.ibi
9 nu.vii.uerſ.quia fructus,concludit,†prouentus poſt
mortem,& ante collationem ſucceſſoribus in prælatu
ris reſeruari.c.relatum.de teſtamẽtis .& inferius nu.
viii.uer.& Docto.communiter tenent, concludit in
locationibus inutiliter factis,& in quibus non ſit eui
dens Eccleſiæ utilitas Eccleſiis ipſis & ſucceſſori
nullum præiudicium inferri. & ibi Henri. Bohic nu.
vj.uer.nec utiliter facta eſt locatio,cõcludit, ſi pecu-
nia ab ipſo cõductore pro pluribus annis recepta ſit
& pręmoriatur locator,hęredem ipſum ſi quem ha-
bet ad reſtituendum ſucceſſori compelli , ſin minus
conductorem ipſum teneri , qui caſum huiuſmodi
præuidere potuit,glo.in d.c.fin.ut Goffre.Hoſt. In-
nocen.concludunt.c.damnum quod quis.de reg. iu.
in vj.& l.fin.§.& ſi præfatam.C.de iur.delib.& ſecũ-
dum hanc concluſionem ſæpius ex facto reſponſum
extat, Franc.de Rampo. inter conſilia Gaſpa.Calde.
conſi.vii.in prin.concludit ſolutionem anticipatam
ipſi ſucceſſori non obeſſe.d.cap.ult.de pecu. cleri.&
ponderat caſum in l.ſi quis domum.§.i.ff.locati. rur
ſus in uer.pręthereà,argumentatur à ſingulari ratione
10 uigente † in Hieroſolymitanis Equitibus, ut triẽnij
fructus irreuocabiliter obligare poſsint.c.ad liberá-
dam,de iudæ.unde iuris communis deciſio oppoſi-
tum ſuadere cenſetur.l.ius ſingulare.ff.de legi.& l.i.
in fin.ff.ad municipa.& idem Bald.conſ.cccclvii.Re
uerendus pater dominus in primo,nu.ſecundo,uerſi.
aut contraxit ſolus prælatus, & inferius uer. quid.n.
ſi multò plus reperitur quàm locatũ ſit , ut quodam-
11 modo locatio gratioſa uideatur,certè cõcludit † ne-
quaquàm ſucceſſorem teneri ſtare locationi,quia nõ
tanquàm

tanquàm hæres locatoris, ſed tanquàm ipſa eccleſia,
quæ non moritur, ſucceſſor ſit cenſendus, d.c, ſi gra-
tioſè, de reſcrip. in vj. unde iniquam conditionem ex
facto prædeceſſoris illi non debere adferri, l. iniquiſ-
ſimum. ff. de inr. & facti ignor. alioquin prædeceſſor
totum conſumere potuiſſet, & nihil ſucceſſori pro
uictu relinquere, quod falſum & abſurdum eſt, quip-
pè quòd prelatus quicquid poteſt, uirtute mandati
poteſt, non autem dominij, quod mandatum morte
finiri ſolet. c. ult. de procura. in clemen. & idem An-
cha. egregiè ea facto conſultus in ſimili caſu reſpon-
dit conſi. cavi. Secundum ordinem dubiorum nu. ii.
uer. ſed contrarium, ubi pōderat, locationem factam
per quinquenniū à canonico poſt annū ſecuta optio
ne alterius præbendæ ſucceſſori nō officere, quippè
quòd locator nō erat dominus rerum locatarum ſed
12 uſufructuarius. d. c. præſenti. de offi. ordi. in vj. † un-
de finito uſufructu illius locatio reſoluitur. l. ſi quis
domum. ff. loc. Quinimmo dicebat Archidi. in c. fin.
xii. q. ult. Beneficiatos eſſe fideles diſpenſatores, ſe-
cundò inferius in uer. ſecundò quòd nullitatem, ar-
gumētatur à natura rei eccleſiaſticæ, quæ eſt ut ſem-
per meliora proſpiciat. cap. nuper, de reb. eccleſ. non
alien. unde, cùm locationem ipſam ad nouem an-
nos conferre præſenti mercede recepta, meliora nō
proſpicere, clariſsimi iuris ſit, quippè quòd pecunia
facilè conſumi poſsit. l. i. §. quæſitum. ff. ad Trebell.
unde indirectè perueniretur ad abſurdum illud, ut
eccleſia miniſtris careret, & idcircò diuinus cultus
diminueretur, quod canon abhorret. c. quia nonnul-
li, de cleri. non reſid. & c. i. de præben. in vj. & c. fin.
de reſcrip. eo. lib. Ang. quoque in conſi. ecalv. nu. vii.
loquens in prælato adminiſtrationem habente, ean-
dem concluſionem ſequitur, uer. ſolutio, dicendum
eſt, Prelatum ipſum ad modicum tempus bona eccle-
ſiæ locantem ipſi ſucceſſori non præiudicare. & idē
13 nu. viii. uer. ſolutio, dicendum eſt, concludit, † con-
feſsionem prelati defuncti eccleſiæ non præiudicare
ſeu ſucceſſori, quod ad ſolutionē pecuniæ attinet, li-
cèt ipſi prælato confitenti preiudicet pro rata tem-
poris, quo uixit, cùm uoluntaria fuerit, non autem
uirtute iuriſdictionis. & hoc caſu præpōderat caſum
in d. l. i. ut lite conteſta. & c. ſuborta, de re iudi. & in
14 fine † locationes huiuſmodi conſanguineis & ami-
cis prelatorum factas, ſuſpectas eſſe concludit, argu-
mentando à ſolitis quòd laici ſub ſpecie boni & ſub
ueritatis inuolucro, contractus huiuſmodi celebrari
conſueuerunt. aduerſus quos Ioann. Andr. inuehitur
15 in Spec. ſuper rubr. de reb. eccle. non alie. † & Iaſ. in
conſi. xciiii. nu. primo atteſtatur, communem con-
cluſionem eſſe Doctorum utriuſque cenſuræ, ſucceſ-
ſorem in prælatura nullo pacto obnoxium eſſe loca-
tioni factæ per anteceſſorem illius, potiſsimùm non
ſeruata forma ſolita, & maiori commodo eccleſiæ
non proſpecto. d. cap. querelam, cum aliis ſuprà ad-
16 ductis. † Et Cardi. Zaba. in conſi. cx. Quidam præla-
tus. nu. iii. iiii. & v. uer. omiſsis ergo aliis, concludit
morientibus prelatis, uel cedentibus aut tranſlatis
fructus inuentos ſucceſſori reſeruari, ſiue exacti ſint
ſiue non, ut illinc expenſas eccleſiæ miniſtri ſubi-
re poſsint uſque ad nouos redditus. pro qua con-
cluſione preponderat caſum in d. c. preſenti, de offi.
ordi. in vj. & Caſtr. in conſi. ſecundo in primo nu. v.
concludit, ob leſionem eccleſie locationes huiuſmo-
di turas non cenſeri, & potiſsimùm, ſi locationes hu-
iuſmodi abſque utilitate, uel neceſsitate aliqua eui-
17 denti eccleſiarum celebrate fuerunt. † & Alex. conſ.
iiij. in tertio nu. quarto & octauo cōcludit in contra-
ctibus bonorum eccleſiaſticorum pecuniam ipſam
legitimè probandam in eccleſiæ utilitatem conuer-
ſam fuiſſe, aliàs adminiſtratoris ipſius confeſsioni
non eſſe ſtandum, ut concludunt Innoc. & Butr. &
18 Abb. in c. i. depoſiti. † & Soc. conſi. xxiiii. num. i. in
tertio in locationibus huiuſmodi, cōcludit, utilitatē
Eccleſiæ euidentem eſſe debere, aliàs ſecundum re-
ceptas opiniones nullius eſſe momenti. & Calcane.
conſ. cxxiii. In cauſa Reuerendi domini Abbatis nu.
v. eccleſie leſionem inde colligi cenſuit, cùm prædiū
pro ſexcentis libris locatum fuit, quòd mille locari
poterat. & Iacobus Alnar. conſi. lvii. inter conſilia
Bruni nu. vi. concludit, prædeceſſorē non poſſe eius
ſucceſſorem ſupplantare, præiudicium illi afferendo
& pro hac ſententia quādoq; deciſum eſt, Rot. deciſ.
prima tit. locati in nouis ſecundū nouā impreſsionē
ubi cenſuit, ſucceſſorem huiuſmodi locationes cu-
ſtodire non teneri, niſi cedant lucro ipſius eccleſiæ.
& in conſilio Neapolitano deciſum extat ut per Af-
flic. deciſ. clxviii. nu. ii. ubi confeſsio, & quietatio fa-
cta tempore mortis & ægritudinis pro ſuſpecta ha-
betur propter præiudiciū ſucceſſoris, & eccleſie. pro
qua ſententia eſt tex. iuncta glo. in c. de his, de ſepul-
tu. & in deciſ. Delphin. cii. nu. ii. utilitatem eccleſiæ
neceſſariò requiri, decretum eſt, ad hoc ut locatio-
nes huiuſmodi ſucceſſores ligent. Ex quibus liquidò
conſtat, quod ad iuris communis diſpoſitionem at-
tinet Illuſtriſsimi Cardinalis Nauagerii cauſam lon-
gè potiorem eſſe, quod ad bonorum Veronenſis ec-
cleſiæ locationem ab eius anteceſſore factam at-
tinet.

Nec urget, quòd Sanctiſſ. dominus noſter ſingula-
ri iure Reuerendiſsimo prædeceſſori hanc ipſam cō-
ceſſerit facultatem, ut ex eius diplomate conſtat,
19 † cuius authoritas in huiuſmodi beneficialibus in
explicabilis eſt. c. propoſuit, de conceſſ. præb. & cle.
prima ut lite pen. & c. dudum. de præben. in vj. & id-
circò huiuſmodi ſpecialem conceſsionem potius eſ-
ſe attendendam. c. primo de reſcript. c. ſtuduiſti, de
offi. dele. l. ſtipulationes commodiſsimum. ff. de uer.
oblig. l. ſanctio legum. ff. de pœnis. & l. in toto. ff. de
reg. iur. ubi Dec.

Nam reſpondeo, in conceſsionibus Pontificiis
ſiue iuſtitiæ, ſiue gratiæ, inconcuſſam hanc eſſe cō-
20 cluſionem, † ut forma in eis præfixa ad unguem ob-
ſeruetur, aliàs actus ipſe qui geritur nullius authori-
tatis eſſe cenſetur. c. cùm dilecta, de reſcrip. ubi Feli.
nu. v. & vi. uer. nunc de formæ, & c. ſi gratioſè, de re-
ſcrip. in vi. ubi Docto. aduertunt. & c. Piſanis, de re-
ſtitu. ſpolia. & c. ſuper. eo, de offi. dele. Butr. & Abb.
diffusè differūt, in c. tua nos. de his quæ fiunt à præ-
la. ſine conſe. nu. vii. At cùm ſummus ipſe Pontifex
hanc ipſam qualitatem utilitatis eccleſiæ requiſierit
& ipſe Reuerendiſsimus prædeceſſor in eius ſuppli-
ci libello expreſſerit, ibi, quibus ſuam & eccleſiæ
ſeu menſæ huiuſmodi conditionem efficere poterit
meliorem,

meliorem; cæterùm,cùm conſtet in hac ipſa loca-
tione fratribus facta,eccleſiæ Vetnnenſis conditionẽ
factam fuiſſe deteriorem; ut etiam ex magnificorũ
dominorum conductorum confeſsione conſtat,cõ-
ſequens eſt,ex intentione Summi Ponti.illam ipſam
nullam eſſe cenſeri.c.ſuſceptum,de reſcrip.in vi.ibi,
niſi de intẽtione mandantis.& c.ſuper literis,de re-
ſcript.ubi glo.in uer.literas dediſſemus,idq́; potiſsi-
mùm cùm intentio Sanctiſsimi D.N.cum diſpoſi-
tione iuris communis in hac ipſa qualitate utilitatis
eccleſiæ concurrat, unde efficatior obligatio oriri
conſueuit.c.i.de treg.& pac.& l.Baliſta.ff.ad Sena.
conſ.Treb.cum aliis adductis à Doct.in l.filiusfam.
§.Dioi.ff.de leg.j.

Secundò,& aduerſus formam,& internam condi-
tionem ipſius conceſsionis ea quoque ratione locatũ
fuiſſe oſtendo,quòd data ſit facultas locãdi de bien-
nio in biennium in prin.cuiuſlibet biennij. at loca-
tio facta proponitur xxix.Augnſti proximè præte-
riti,cùm tamen facultas locandi non cõpeteret, quæ
duntaxàt ex forma breuis in princ.cniuſlibet biennij
quod principium eſt poſt feſtum Diui Martini, &
idcircò gratia hæc Summi Põtificis authoritate nul-
lo pacto munita uidetur,quippè quòd caſum illius
excedat:quod à iuris ratione diſsidet.d.c.ſuſceptum
de reſcript. in vi.& d.c.ſuper literis,ubi glo.in uerb.
literas dediſſemus. cùm enim adhuc nõ ueniſſet dies
& tempus in quo data eſt locandi facultas,conſequẽs
eſt,hanc ipſam locationem authoritate priuata cele-
bratam, nullius eſſe momenti.l.cedere diem.ff.de
uerbo.ſign.& c.quę in eccleſiarum.de conſtit.ibi,ſi-
ne legitimo eccleſiaſticarum perſonarũ aſſenſu. &
d.c.tua,cum aliis adductis à Butr.Imo.& Abb.in d.
c.nulli,de reb.eccle.non alien.& in extrauag.Pauli
ij.ibi, inconſulto Romano Pontifice.

21 Tertiò † quòd fratribus ipſis locatio ipſa facta fue
rit,quæ qualitas conſanguinitatis non modicam in-
ducit fraudis ipſius ſuſpitionem.auth.quibuſcunq́;.
C.de ſac.ſan.eccle.ubi glo.in uerb.cognatis.& Doc.
& Inno.Hoſt.& But.in d.c.ult.ne præla.uices ſuas,
hanc ipſam conſanguinitatis qualitatem locationes
huiuſmodi bonorum eccleſiæ ſuſpectas reddere cõ-
cludunt.& Ange.Peru.in conſ.ſuprà adducto in fin.
eruditè docuit.idq́ue potiſsimùm ceſſante ipſius ec-
cleſiæ utilitate, quam Canon exigit, & illius cultos
Sanctiſsimus D.N.illęſam eſſe iuſsit,ut ſupra oſten-
di.& potiſsimùm concurrente alia qualitate tempo-
ris, quo erat proximus morti, ut egregiè deciſum
fuit in Conſilio Neapolitano apud Afflictum.deciſ.
ſuprà adducta.

Vltimò non urget allegatę paupertatis ratio, ob
inquã Magnifici Teruiſini deprecantur in ipſo Apo
22 ſtolico diplomate. † quia reſpondeo, iniuſtam eſſe
miſericordiam,quæ unum altere operit, & alterum
detegit.c.eſt iniuſta.xii.q.i.quid enim agat interim
Illuſtriſsimus Nauagerius Sanctæ Romanæ eccleſiæ
Cardinalis & Pontifices Veronenſis ſenex, & poda-
groſus? an de uento uiuat? lex enim hoc fieri non
poſſe decernit,& idcircò ſacrorum canonum ratio-
ni conuenire cenſeri debet,hanc ipſam conceſsionẽ,
& contractum locationis aduerſus intentionẽ ſum-
mi Pontificis in detrimentum ipſius eccleſię,& ſuc-
ceſſoris,prorſus nullum eſſe declarari,atque decerni
23 † nam & abuſu ipſo priuilegia amitti ſolent.c.ult.de
immu.eccl.& c.ex eo quis.de reg.iur.in vj.ubi Dyn.
Albe.& Ancha.& Doct.in l.non dubium.C.de legi.
aliàs nõ mediocre ſcandalum eſſet,laicos ipſos obli-
qua quadam uia, eccleſię fructibus frui,tot pijs uſi-
bus deputatis,ut Ang.egregiè diſcutit,in conſilio ſu
prà adducto nu.vij. viij. Laus Deo.

Romæ, Kalen.Nouemb.1562.

Portius Fococornel.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reſidentia Epiſcoporum an ſit de iure diuino uel humano,latius diſcutitur per totum conſilium.*
2 *Specialis diſpoſitio ubi non reperitur,generali iuris diſpoſitioni relictum intelligitur.*
3 *Ioannes cap.21.Paſce oues meas,declaratur.*
4 *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere uidetur.& nume.26.*
5 *Diuini iuris tranſgreſſio, ſecundæ mortis reatum inducit.*
6 *Conſuetudo longæua,non leuis eſt authoritatis.*
7 *Epiſcoporum negligentia damnatur,& multa traduntur, ad quæ Epiſcopi tenentur.*
8 *Epiſcopis non licere ultra tres dies dominicos ab eorũ eccleſia abeſſe, fall. tamen, & multa de Epiſcoporum munere.*
9 *Epiſcopi intra trimeſtre tempus ſi conſecrationis munus non accipiant,deponi debent.*
10 *Rectores ſiue eccleſiæ miniſtri à propria eccleſia diebus ſolemnibus abſentes,triennio communione priuari debent.*
11 *Epiſcopi abſque legitima cauſa curam gregis commiſſi delegantes,meretricibus æquiparantur.*
12 *Epiſcopi conditio qualis eſſe debeat, pulchrè deſcribitur.*
13 *Contumax ut dicatur præſul ipſe abſens à ſua eccleſia ſex menſium ſpacium præfigendum eſt.*
14 *Eccleſias,& Cimiteria in vrbe primũ Dionyſius Pont. diuiſit,foris autem parochias & diœceſes diſtinxit.*
15 *Iuris diuini diſpoſitio irrelaxabilis eſſe ſolet.*
16 *Epiſcopi impedimento ſubſiſtente,reſidere cogi non debent,*
17 *Beneficia plura & curata nemo retinere poteſt, & poſterioris aſſequutione primum uacat.fall.tamen.*
18 *Doctores,cæteriq́ue ad pauca reſpicientes,facilè enunciant.*
19 *Reſidentiam prælatorum in eorum eccleſiis eſſe de iure diuino.& nu.ſeq.per totum conſ.*
20 *Verba clara non admittunt ſenſus quæſtionem.*
21 *Ioan. cap. ulti. declaratur in illis uerbis, Paſce oues meas.*
22 *Epiſcopi ſucceſſerunt loco Apoſtolorum.& nu.32.*
23 *Eccleſia catholica eſt quoddam corpus myſticum,ex capite & membris conſtans.*
24 *Rectores ſiue paſtores urbium cæterorumq́ue locorum iuramentum præſtare ſolent Summo Pontifici,ut ſolertes in eorum cura ſint atque fideles.*
25 *Principes appellantur populorum Paſtores.*

Epiſcopi

26 *Epiſcopi regulariter non poſſunt ſeruire per ſubſtitutũ ſed ipſi in eorum eccleſiis reſidere debent.*
27 *Verbum uidetur, fictionem ſignificat.*
28 *Epiſcopus debet eſſe eruditus, ut ſubditos docere poſſit, irreprehenſibilis & hoſpitalis.*
29 *Iuramentum eſt perſonale.*
30 *Rectores eccleſiarum ſiue paſtores, qui proprie è mercenarij dicantur, & qui ueri paſtores.*
31 *Epiſcopis munus prædicandi competit, item & baptizandi numero 33.*
34 *Epiſcoporum munus.*
35 *Epiſcopus, id eſt ſuper intendens, aut ſpeculator.*
36 *Chriſti omnis actio, eſt noſtra inſtructio.*
37 *Mentis ex lege quod colligitur, uidetur ex ipſius diſpoſitione inductum. & nu. 50.*
38 *Mens diſponentis ex factis ita colligitur, perinde ac ſi ex uerbis expreſſis.*
39 *Iuris Pontificij ſitus præcipuus in animarum cura reſidet.*
40 *Epiſcopo non licere propter corporalem perſequutionẽ, uel ullum intereſſe, eccleſiam ſuam deſerere.*
41 *Lex cedit neceſſitati ipſi.*
42 *Epiſcopus euidẽter impedıtus, à Pontificalis officij executione prorſus repellendus eſt.*
43 *Matrimonium carnale perfectionem à lege diuina accipit.*
44 *Matrimonium indiuiduam Chriſti cum eccleſia unionẽ infert.*
45 *Matrimonij diſſolutio ſoli Rom. Pontifici reſeruatur.*
46 *Cardinalibus an debeant Epiſcopatus conferri. & numero 49.*
47 *Cardinales aſſiſtere debent ſummo Pontifici, ueluti ſacerdotalis functionis leuitica iure cooperarij.*
48 *Epiſcopi gregem paſcere debent, & à Lupis cuſtodire hoc eſt à Dæmonum laqueis.*
49 *Cardinalatus & Epiſcopatus an incompatibiles ſint.*
50 *Omiſſum non cenſetur, quod ex mente legis, uel hominis colligitur.*
51 *Conſuetudo mala quò uetuſtior eſt, eò perniciosior.*
52 *Actus omninò redditur nullus, qui peccatum foueret.*
53 *Animæ pabulum, uerbum Dei eſt.*
54 *Apoſtolatum Chriſtus ſeruator noſter conſtituit.*
55 *Ius diuinum immutabile. fall. tamen ut nu. ſeq.*
56 *Pontifex poteſt ius diuinum declarare & interpretari. quod ampliatur etiam in præceptis primæ uel ſecundæ tabulæ Decalogi.*
57 *Præcepta diuini iuris negatiuè concepta magis præciſa eſſe conſuerunt.*
58 *Veritatis author Chriſtus eſt.*
59 *Principis authoritas ſemper intelligitur excepta.*
60 *Eccleſia una eſt, omnium fidelium mater, extra quam nullus poteſt eſſe ſaluus.*
61 *Iuriſdictio omnis eccleſiaſtica à ſummo Pontifice ortum habet.*

CONSILIVM CLXII.

QVI SEDET AD DEXTERAM DEI patris aduocatus nunc, & humani generis quandoq; futurus iudex, mihi ipſi adſit, ut propoſitę quæſtionis diffinitionem collimare ualeam, ueritatiſq; ipſius ſcopum attingere.

Theſis ſiue quæſtio.

CONTINGIT dubitari in ſacroſancta Oecumenica Synodo Tridentina, an reſidendi neceſſitas Epiſcopis ipſis diuini iuris authoritate, an uerò humani potius imminere dicatur?

Secundò, ſi obligatio huiuſmodi à iuris diuini nexu pendeat, qualis ſit ſummi ſacerdotis in ea ipſa exequenda facultas?

Tertiò, an expediat nũc ſacroſanctam Synodum ſuper huiuſmodi negotio decernere, poſtquàm tot Concilia celebrata fuerunt, in quibus non eſt quidquàm quod ad illud attinet, in ſpecie diffinitum?

RESPONDI.

1 QVOD ad primum attinet, † prima facie diffiniendum uideri, reſidendi onus ſingularũ eccleſiarum paſtoribus humani iuris præcepto iniunctum potius eſſe cenſeri. non enim ullum diuinæ legis explicitè caput unde hoc colligatur, ſiue ueteris ſiue nouæ extare uidetur: quare quod lex omiſit, canonũ executoris arbitrio relictũ intelligi debet. c. ult. de tranſact. in fi. uerſ. in his uerò. glo. ibi in uerbo æquitate. Io. And. But. Imo. & Abb. aduertunt. & c. in cauſis, de re iudi. & l. i. ff. de iure deliber. ubi Bald. & Albe. † dictat enim interna iuris ratio, in
2 quibuſcunq; diſpoſitionibus, quod in ſpecie decretum non fuit, generali iuris prouiſioni relictum intelligi. l. ult. C. de pact. conuen. & l. item prætor edixit, in prin. ff. de iniur. & l. ſi hominem, ubi Barto. ff. manda. & Innocen. c. i. de conſt. cui ſubſcribunt omnes & ibi Dec. in ſecunda lect. nu. xx. quocircà huius ipſius oneris reſidendi executionẽ generalis mandati uirtute ipſi Petro & ſucceſſoribus adſcribendam eſſe uidetur. c. quodcunque. xxiiij. q. i. c. ſignificaſti de elect.

Nec tacitè ſiue implicitè hanc ipſam obligationẽ
3 à diuina lege profectã colligi poſſe uidetur: † quippè quòd præceptum illud Ioann. xxj. Paſce oues meas, affirmatiuè conceptum ipſi Petro à Seruatore datũ, aeris iudicij interpretes ueluti Apoſtolorum Principi datũ intelligunt in poteſtatis plenitudinem uocato. c. ad honorem, de auth. & uſu pall. & d. c. quodcunq; xxiiii. q. i. Cęterùm quod ad ſingulares paſtores attinet, ſiue iuriſdictionis clauẽ ſiue ordinis, quarum meminit Canon in c. noua, de pęnit. & remi. ubi Hoſtien. aduertit. tametſi Ticon. apud Auguſtinum ſeptẽ prodiderit, quarum executio perſonalis obligationis uim nullam habeat uidetur, ut aliquot præ-
4 ſules docuerunt, † cùm eas ipſas exercere uideatur, qui

qui per alium exercet. l.i. §. deieciſſe. ff. de ui & ui
arm. & c. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpol. §. nos uerò.
& cap. qui per alium, de reg. iur. in vi. & cap. poteſt
quis, eod. tit. ubi Dinus, Alber. & Anchar. & recen-
tiores aduertunt.

Secundò ab ipſius eccleſiæ uſu uetuſtiſsimo hanc
ipſam concluſionem ueriorem eſſe deprehendi poſſe
uidetur. conſtat enim ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ
Antiſtitem, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſco-
pos in Rom. curia proprijs relictis ſedibus uel carũ
adminiſtratione Suffraganeis, uel Vicariis mandata
tãdiu tuliſſe, ut nulla prorſus in oppoſitum memoria
poſsit extare. quod ſanè uix permiſſum fuiſſe præſu-
mi debet, ſi diuini iuris præceptis hoc ipſum reſi-
dendi munus Epiſcopis iniunctum intelligeretur:
5 † quippè quod iuris illius transgreſsio ſecundæ mor-
tis reatum inducat. cap. ult. de conſuet. & cap. pec-
catum, de pœnit. diſtin. quarta. & c. literas, de reſtit.
6 ſpol. ibi. ad gehennam ædificat. † quare, cùm longę
ui uſus utrinque legiſlatoris cenſura non leuis ſit au-
thoritas, cap. conſuetudinis, xi. diſtinct. iiij. ubi Præ
poſitus, Archid. Geminia. & Card. Turrecrem. & c.
cùm conſuetudinis, & d. c. ult. extra eod. tit. de con-
ſuet. ubi Card. Zabar. & Butr. in repetitione, & Bart.
in l. de quibus, & ibi Iaſ. ff. de legib. & l. i. & ij. C.
quæ ſit longa conſuetudo, ubi Docto. & l. i. §. du-
ctus, ff. de aqu. plu. arcend. ibi, uetuſtas legis uim ha
bet. & l. ſi arbiter. ff. de probat. & c. ſuper. §. præterea,
de uerb. ſignifi. ubi Abbas antiq. & Panor. nu. iii. &
ix. ſanè ſequi uidetur, hanc ipſam reſidendi obliga-
tionem humani iuris cenſuræ potius eſſe adſcriben-
dam: quippè quòd pro tot præſulibus, & præſertim
ſummo Pontifice omninò præſumendum iit. c. cùm
in cunctis, de elect. & c. ubi periculum, eo. tit. in vi.
& c. unico, ut eccleſiaſtica beneficia. cùm enim præ
potens ipſe Deus uniuerſali gregi paſcendo illum ip
ſum præfecerit. d. c. quodcunque. xxiiij. q. i. uix exi-
ſtimandum ſit, illum ipſum Dei mandata non exe-
quuturum. d. c. ſignificaſti, de elect. & d. cap. ſunt
quidam. xxv. quæſt. i.

7 Tertiò, † uidemus non ſemel in ſacroſanctis uni-
uerſalibus Concilijs decretum fuiſſe, Epiſcoporum
ipſorum negligentiam in curandis his quæ ad ſacer-
dotis functionẽ pertinẽt, uarijs pœnis ſubiectã fuiſ-
ſe, perinde ac iuris humani, non diuini præceptum
ipſum cõtempſerint. nam in Concilio Antiocheno,
cap. xvii. quod relatũ eſt in c. ſi quis Epiſcopus, xcii.
diſtin. decretum extat, Si quis Epiſcopus per manus
impoſitionem Epiſcopatum acceperit, & populi cu
ram neglexerit, illum ipſum fidelium communione
priuari. & in Nicæno Cõcilio canone 15. refertur in
c. non oportet. ii. q. i. decernitur, nulli Epiſcopo li-
cere eccleſiam ſuam deſerere, & ad aliam tranſire. &
Sardicenſe Cõcilium canone 8. prohibet Epiſcopos
ad comitatum ire, niſi religioſi Imperatoris literis
8 uocati fuerint. & Canone 14. † Epiſcopis non lice
re ultra tres dies dominicos ab eccleſia ſua abeſſe, niſi
præciſa neceſsitas urgeat. & canone 24. Calcedonen
9 ſis Concilij cauetur, † Epiſcopum ipſum intra tres
menſes conſecrationis munus accipere deſidem, de-
ponendum eſſe, ſeu priuandum. & in cap. ſi quis in
10 clero. vii. q. i. ex Concilio Aurelian. decernitur, † ec-
cleſiæ miniſtros à propria eccleſia diebus ſolemni-
bus abſentes, triennio communione priuari. & ca-
none 24. octauæ Synodi decretũ eſt, diuina ſcriptu
ra dictante, qui facit opus negligenter, &c. & paulò
poſt, quiſquis igitur metropolitanorum poſt hanc
ſanctæ uniuerſalis Synodi diffinitionem eadem auda
cia uel ſuperbia & contemptu abuſus nõ per ſe cum
timore & alacritate ſeu bona conſcientia debitum
munus in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos Epi-
ſcopos obiuerit pœnas coram proprio Patriarcha
11 luat. † & Damaſus epiſtola quarta, Epiſcopos gregis
ipſorum fideicommiſsi curam delegantes, meretri-
cibus æquiperat, quæ illico infantes editos ea hiben-
dos tradunt, ut citius earum libidinem explere poſ-
12 ſint. & † diuus Gregorius in paſtorali, hanc ipſam
Epiſcoporum conditionem explicat, ut ſit in cogita-
tione mundus, in actione præcipuus, in ſilentio hu-
milis, in uerbo utilis, in operatione ſingularis, in cõ
templatione ſuſpenſus, ætate antiquus, fide inte-
ger, qui potius rerum ſuarum detrimentum pati ue-
lit, quàm eccleſiam & ſubditos deſerere. & in c. Pon
tifices. vij. q. i. deciſum eſt, Epiſcopum à perſonali cu
ra recedere non oportere, alioquin in monaſterium
detrudendum eſſe, diuus Gregorius conſtituit. cap.
uenit, vi. quæſt. i. quamobrem Anaſtaſius presbyter
Cardinalis tit. beati Marcelli in Synodo Romana ſub
Innocentio III. eius nominis Pontifice ſummo de
poſitus fuit, quòd parochiam illius quinquennio in-
tegro contra Canonum inſtituta deſeruiſſet. cap. ex
geſtis, de cler. non reſiden. pondero uerbum illud ca
nonum inſtituta, quod ad iuris humani, non autem
diuini diſpoſitionem referri debet. cap. canonum
ſtatuta, de conſtitut. & cap. Canon. prima diſtinct.
Item Cæleſtinus tertius eodem tit. in c. ex parte ue-
ſtra, conſtituit, Decanum non reſidentem poſt mo
nitionem eſſe priuandum; & Epiſcopi auctoritate,
qui eccleſiæ deſeruiat, ſubſtituendum alterum. &
Innocentius tertius c. qualiter, eod. tit. reſcripſit ca-
nonicis, & capitulo Raguſino, ut poſt longam Ar-
chiepiſcopi abſentiam moniti & contumacis alium
ſibi eligant in paſtorem. & in cap. inter quatuor, &
13 cap. ex tuæ, eodem tit. † ſex menſium ſpatium præ-
figitur, ut præſul ipſe abſens contumax habeatur.
glo. ibi in uerbo ſex menſes. & Docto. aduertunt in-
terim Epiſcopum reſipiſcere poſſe. & Hoſtien.
in ſumma eodem titul. & Ioan. Andr. Aegidius,
Butr. Anchar. & Abb. in tribus ſuperiùs addu-
ctis aduertunt uarias aduerſus Epiſcopos non re-
ſidentes Canonum auctoritate pœnas irrogari. quo
circà hinc inferri poſſe uidetur, ipſam reſidendi
neceſsitatem humani, non autem diuini iuris cen-
ſura inductam exiſtimari. nam cùm opus Dei im-
perfectionem nullam agnuſcat, cap. maiores. §. i. de
baptiſm. & eius effectu, & finiti ad infinitum nulla
ſit proportio. cap. nouit, de iudi. & de elect. & cap.
unico, ut eccleſ. benefi. & cap. primo, de condit.
in vi. conſueuit canon cùm quid cuſtodiendum
decernit, ne iuris diuini tranſgreſsio inducatur, id
ipſum exprimere. d. cap. ultimo de conſuetud. & in
cap. & ſi Chriſtus, & cap. cùm contingat, de iure
iuran. & c. licèt, eod. titu. in vi. Idem in uoto. cap.
magnæ, & cap. quod ſuper his, de uoto. In præſcri-

ptione cum mala ſide præcedente. cap.uigilanti, &
cap. ultimo, de præſcript. & cap. poſſeſſor, de regu.
tur. in vi. at cùm in hoc negotio nihil tale expri-
matur, inferri neceſſariò uidetur, reſidendi onus
Epiſcopis ipſis humani, non autem diuini iuris cen
ſura iniunctum intelligi.

Quartò, & concluſio eadem, ea quoque ratione
probari poſſe uidetur, quia ſi quis Placentino, Bo-
noniensi ſiue Patauino gregi præficiatur à ſummi
Pontificis, nutu pendêre creditur, quippè qui uni-
uerſalis eccleſiæ Paſtor à Chriſto Ieſu inſtitutus fue
rit. d.cap. quodcunque. xxiiij. quæſtione prima, d.
cap. ad honorem, de auctorit. & uſu pall. & d.cap.
14 ſignificaſti, de elect. † Vnde Dionyſ. Pontif. Max.
qui floruit poſt Chriſtum annis 270. In urbe pri-
mùm presbyteris eccleſias & cimiteria diuiſit, foris
autem parochias & diœceſes diſtinxit, ut unuſquiſ-
que ſuis finibus contentus eſſet. cap. eccleſias, xiij.
quæſt. prima, unde in c. primo. xxii. diſtinct. con-
ſtitutum eſt, Roma. ipſam eccleſiam Metropolita-
nas & Epiſcopatuum cathedras conſtituiſſe, quas &
ſubſiſtente cauſa quandoque diuidit, quandoque &
unit. cap. ad audientiam, il ſecundo, de eccleſ. ædi-
fic. uel repar. quemadmodum & ſi uſus ferat ſpi-
rituale coniugium diſſoluit. cap. inter corpora-
lia, de translat. prælat. & cap. quanto. eodem titu.
ex quibus colligi poſſe uidetur, reſidendi onus ec-
cleſiæ præſulibus Pontificij iuris cenſura potiùs im-
minere uideri, à cuius auctore nempe Pontifice ſum
mo, omnis eccleſiaſticæ poteſtatis facultas profe-
cta creditur. cap. cuncta per mundum, nona quæſt.
tertia. & d. cap. primo. de conſtitu. & diuus Thom.
ſæpius docuit iii. part. ſummæ, articulo ii. uerſi. &
primum. & Minorien. & Feltren. Paſtores admo-
nuerunt tractatu de Reſidentia Epiſcoporum.

Quintò, cùm omnis obligatio Epiſcopi particu-
laris quod ad curam ſibi commiſsi gregis attinet,
ab eo proficiſci intelligatur, à quo executionem ſa-
cerdotalis functionis accepit, plures eruditi con-
cludunt ab eodem & reſidendi obligationem paſto-
res ipſos conſequi. at cùm ſummi Pontificis aucto-
ritate, uel promouentis, uel confirmantis unuſ-
quiſque ſacerdotalis functionis executionem con-
ſequatur. toto tit. de electione, & de inſtitut. & de
tranſlat. Epiſcopi, & cap. Ego N. de iureiur. ergo
ſequitur, curandi & paſcendi gregis, & idcircò re-
ſidendi onus ab eodem fonte profectum intelligi.
l. ſecunda. ff. de iuriſdic. omnium iudicium. & cap.
præterea, de offic. deleg. & dicta lege ſecunda. C. de
dotis promiſſ. ubi Bald. & Salic. & l. eum actum. ff.
de negot. geſt. ubi Barto. & Caſtrenſ. & cap. tranſ-
lato, de conſtitut. ubi Docto. cuius profectò ratio-
nis robur Minorien. & Feltrenſ. præſules quàm-
pluribus alijs plurimi faciunt, & Diuo Thomæ ad-
ſcribunt in dicta quæſtione clxxxv. ſecunda ſecun-
dæ, art. ſecundo, & tertio.

Sextò, quòd reſidendi onus humani iuris aucto-
ritate eccleſiæ præfectis immineat, hac ratione pro-
15 bari poſſe uidetur, † quòd ipſius iuris diuini diſpo-
ſitio irrelaxabilis eſſe ſoleat. d.cap. de conſuet. ubi
omnes aduertunt. & cap. ulti. de præſcript. & d.cap.
ex publico, de conuerſione coniug. ubi glo. in uer-
bo conſummatum, & cap. literas, de reſtit. ſpoliat.
ibi, Nos enim in gradibus diuina lege prohibitis di-
ſpenſare non poſſumus. glo. & doctores colligunt,
& d. c. nobis, de decimis, ubi glo. in uerbo exemptis.
quinimmo Pontificius ipſe legiſlator profitetur ſeſe
iuris ipſius diuini mandata uſque ad animam & ſan-
guinem cuſtodire. d.cap. ſunt quidam, xxv. quæſt. j.
ubi Archid. Præpoſ. & Card. Turrecrem. aduertunt,
quàm inferior ſit humana facultas, ubi præpotens
Ipſe Deus diſpoſuit. cap. cùm inferior, de maior. &
obed. clem. ne Romani, de elect. ubi glo. in uerb.
16 tolli. † quamobrem, cùm Canon ab hac reſidendi
obligatione Epiſcopos ipſos impedimento ſubſiſten
te liberet. d.cap. ex tuæ. d.cap. ult. de cler. non reſid.
cõcludendum uidetur, hanc ipſam obligationem ab
humano iure profectam intelligi, alioquin impe-
dimentorum ſpiritualium, quæ peccatum tranſla-
tionis excludunt, Canon ipſe meminiſſet, ut aliâs
conſueuit. d. cap. ult. de fer. & d. cap. & ſi Chriſtus,
& d.cap. cùm contingat, de iureiuran. & cap. iii. de
17 ſenten. excommu. ibi, uim ui. † quinimmo, cùm in
Concilio Lateranenſi in cap. de multa, de præben.
& in extrauaganti execrabilis, eod. tit. decretum ſit,
neminem plura curata ſacerdotia retinere poſſe,
ſed poſterioris aſſecutione, quod prius quis ade-
ptus fuerat, uacaſſe cenſeri. Caſsad. deciſ. prima de
conſtitut. & ab eo decreto exempta ſit ſummi Pont.
auctoritas, qui cum filijs Regum, & literatis uiris
diſpenſandi poteſtatem habeat. Inde probari Mi-
norien. aſſeruit, hanc ipſam reſidendi obligatio-
nem à iuris humani auctoritate proficiſci, aliàs ſa-
cerdos ſummus diſpenſare non poſſet. d. cap. literas,
de reſtitu. ſpoliat. uerſi. nos enim, & d.cap. ſunt qui-
dam, xxv. quæſtione prima. & cap. ſi non. §. his ex-
ceptis, xxiii. quæſt. v. Ex quibus ſatis euidenter col-
ligi poſſe uidetur, reſidendi munus eccleſiarum præ-
latis humani potius, non autem diuini iuris cenſu-
ra iniunctum intelligi. quam ſanè ſententiam di-
ſputando frater Ambroſius Catherinus Epiſcopus
Minorien. acerrimè defendit ad illuſtriſsimum Car
dinalem Io. Mariam de Monte olim Apoſtolicæ ſe-
dis Legatum in Concilio Bononienſi aduerſus fra-
trem Bartholomæum Carranzam de Miranda, & in
alio opuſculo ubi confirmat eandem doctrinam: in-
cipit, Amicus quidam noſter. ubi cõfutat ipſius Car
ranzæ rationes. & in libello eiuſdem argumenti con
tra Apologiam fratris Dominici de Sotto, qui de-
fendebat ipſum Carranzam, aſſeruit nullum nobilẽ
Theologum contrarium quàm ipſe diſſeruerit, cen-
ſuiſſe. nec diuum Thomam nodum huiuſmodi atti-
giſſe, nec Gaietanum pro expedito habuiſſe, ſed ue-
luti quæſtionem admodum perplexam propoſuiſſe.
necnon & Epiſcopus ipſe Feltrenſ. in libello De reſi
dentia Epiſcoporum eandem ſentẽtiam eruditè plu
ribus rationibus diſſerendo tuetur. & plures (ut au-
dio) tum diuini iuris tum Pontificij doctores & cla
riſsimi Præſules non ſolùm hic Romæ, ſed etiam in
Concilio Tridentino in eandem ſententiam pedi-
bus ac manibus eunt.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus op-
poſitum uerius eſſe exiſtimo. quod immo Epiſco-
pis ipſis reſidendi onus, ipſius iuris diuini aucto[r]i-
tate,

tate, non autem humani ininnctum ſit. quod plu-
ribus rationibus, iuribus, & auctoritatibus probari
poſſe oſtendo. quòd nemini mirum uideri debet,
cùm Stagirita ipſe ſcriptum reliquerit lib. primo de
18 generat. & corrupt. cap. ſecundo. † ad pauca reſpi-
cientes, de facili enunciare, & ſæpius iuſtitiæ uir-
tutem in modico conſiſtere docuit. quod non latuit
Alciatum in l. re coniuncti, la prima. ff. de leg. iii.
19 Et primò † prophetici ſpiritus aura apud Eze-
chi. cap. tertio, hanc ipſam ſententiam ſuadet, ubi
inquit, Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui
Iſrael, de ore meo ab uerbum eis ex me annunciis.
quod ſi non annunciaueris ei, morte morieris, ut ab
impia uia auertatur. & Hierem. duodecimo, Paſto-
res multi demoliti ſunt uineam meam. & xxiij. Vox
diſperſiſtis gregem meum. & reliqua. & Ezechiel.
cap. xxxiiij. Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant
ſemetipſos, non ne greges à paſtoribus paſcuntur,
lac commedebatis & lanis operiebamini, & quod
pingue erat occidebatis, gregem autem meum non
paſcebatis: quod infirmum fuit non conſolidaſtis,
& quod ægrotum non ſanaſtis, & quod confra-
ctum non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non re-
duxiſtis, & quòd perierat non quæſiuiſtis, ſed cum
aſperitate imperabatis, & cum potentia diſperſæ
ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor. & infe-
riùs, ibi, Audite uerbum Domini, hæc dicit do-
minus Deus, Ecce ego ipſe ſuper paſtores requi-
ram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos
faciam, ut ulterius gregem meum non paſcant,
nec paſcant ampliùs paſtores ſemetipſos, & libe-
rabo gregem meum de ore ipſorum. Ex quibus
prophetici ſpiritus documentis expliciè colligi-
tur, diuini iuris eloquio paſtoribus ipſis gregis cu-
ram iniunctam fuiſſe. nec dicitur paſtoris, & id-
20 circò reſidendi onus illis ipſis imminere. † quo-
rum quidem uerba cùm clara ſint, nulla ſenſus ip-
ſius quæſtio admitti poteſt. l. ille aut ille. §. pri-
mo. ff. de leg. tertio. & cap. Marchiun, prima q. i.
& l. non aliter. ff. de leg. tertio. nec enim ambigen-
dum eſt, uerba ipſa certiſsimum & præcipuum ſi-
gnum inferre, ex quo humani cordis intentio col-
ligatur. l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. ubi Doct. Alcia.
rub. ff. de uerb. ſignifi. & diuum Augu. non latuit lib.
ſecundo de doctr. Chriſt. in princ. cap. iij.

Amplius & reſidendi neceſsitatem iuris diuini
affirmatiuè concepti Epiſcopis ipſis imminere,
21 præceptum illud apud Ioan. probat capite ultimo:
Paſce oues meas, ſi diligis me. quod quidem præ-
ceptum licèt Petro uniuerſi Chriſtiani gregis pa-
ſtori præcipuè datum ſit, qui in poteſtatis pleni-
tudinem uocatus fuit. dicto cap. ad honorem, de
uſu & auct. pall. & cui eccleſiæ primatus traditus exi-
ſtimatur. dicto capitulo, quodcunque. & declarat
Alciat. epiſtol. inter claras, de ſumm. Trinit. & fid.
cathol. quod tamen ad uirtutem ipſam attinet cæ-
teris quoque Apoſtolis ratione partis ſollicitudi-
nis paſcendi, præceptum datum cenſetur. cùm enim
ſuper petram Chriſtus Seruator eccleſiam illius con
ſtruxerit. d. cap. quodcunque. & Vicariatum realem
conſtituerit. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.
ubi Docto. & cap. ſi gratioſè, de reſcript. in vi. quod
& reſpectu cooperariorum nempè Apoſtolorum fa-
ctum fuiſſe cenſetur. d. cap. xx. & xxi. ibi, Quorum
remiſeritis peccata. & alibi: Ite in uniuerſum mun
22 dum, & prædicate euangelium. † quorum loco cùm
Epiſcopi ipſi ſucceſſerint. d. cap. in nouo, xxv. di-
ſtinct. & cap. uidentes, xii. quæſt. i. & cap. quorum,
ſexageſimaoctaua diſtinct. quare, cùm paſcendi mu
nus principi Apoſtolorum datum ſit, ut uniuerſa-
lis gregis ipſe eſſet paſtor, ratione carere uidetur,
idem alijs Apoſtolis præceptum non fuiſſe, quod
ad gregem illis ipſis commiſſum attinet. Nam uix
uniuerſalis paſtor præceptum illius exequeretur,
& diuino iuri pareret, ſi functionis apoſtolicæ parti-
cipes gregis eorum curam negligerent. l. quæ de
tota. ff. de rei uendic. ubi Bart. & l. in toto. ff. de reg.
iur. ubi Deci. & Cagnol. & l. qui uſumfructum. ff.
23 de uerbo. obligat. ubi Bart. † cùm enim catholica
Eccleſia ſit corpus quoddam myſticum ex capite &
membris conſtans. cap. i. §. una eſt, de ſumm. Trin. &
fide cath. & cap. non licet, de præſcript. ſatis abſur-
dum uideretur, præceptum charitatis capiti datum,
alijs quoque membris functionis ſacerdotalis par-
ticipibus iniunctum non fuiſſe exiſtimari. d. cap.
24 cùm non liceat. † qua ratione conſueuit uniuerſa-
lis paſtor, ut præcepti huius executio ſolertior fiat
à ſingularium urbium paſtoribus fidelitatis iura-
mentum exigere. cap. ego N. ubi Docto. aduertunt,
de iureiuran. quod quidem paſcendi munus cùm
abſque reſidentia præſtari nequeat, conſequens eſt
eiuſdem iuris cenſura antecedens neceſſarium eſſe,
cuius conſequens euidenter præceptũ eſt. d. l. quiui,
ff. de iuriſd. omn. iud. d. c. prætereà, de officio deleg.
& d. l. i. C. de dot. promiſſ.

Nec uera eſt quorundam interpretatio, ut uer-
bum paſcere, intelligatur de adminiſtratione tem-
25 porali, † quo nomine Homerus principes ποιμένας
λαῶν, idest, populorum paſtores appellat, quod
Stagiritam non latuit in politicis, quippè quòd in
propoſito argumento paſcendi munus ad cibum ſpi
ritualem pertinet, cùm ſcriptum ſit: Non in ſolo
pane, & reliqua. & idcircò ad prædicationis munus
& alia functionis ſacerdotalis officia ſpectat, ut di-
uus Paulus Timothæum & Titum admonet, & diuus
Auguſtinus, & Thom. ſæpiùs docuerunt, ut inferiùs
oſtendam.

26 Prætereà † maius abſurdum eſſe exiſtimo, ſi quis
interpretetur dilectionis huius præceptum adim-
pleri poſſe ea commentitij iuris regula, quæ cir-
cumfertur: Qui per alium facit, per ſeipſum facere
uideri. l. i. §. deiecisſ. ff. de ui & ui arm. ubi Docto.
& cap. cùm ad ſedem. §. uos uerò, de reſti. ſpol. Nam
quod ad iuris humani interpretationem pertinet,
regula huiuſmodi inflecti conſueuit, ubi de ueri-
27 tate agitur. † uerbum enim uidetur, inter alia con-
numerari ſolet, quæ fictionem ipſam ſignificant, ut
docuit Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap.
nu. xix. & xx. & Dec. in l. qui actionem. ff. de reg. iur.
quare cùm in præcepti huius executione ueritas dile
ctionis attendi debeat, & perſonæ induſtria requira
28 tur, ut Paul. non ſemel admonet, † dum Epiſcopũ do
ctorẽ eſſe oportere tradidit, & in ſacris literis erudi-
tũ. d. c. iij. ad Timot. & irreprehenſibilẽ, item hoſpi-

talem, quæ quidem qualitates perſonalẽ induſtriam
maximè præſtantem requirũt. d. c. cùm in cunctis, de
elect. poteſt. & clement. prima. de magiſt. conſe-
quens eſt, munus hoc ſubſtituti opera adimpleri
non poſſe. l. inter artifices. ff. de ſolut. & d. cap. quo-
niam Abbas, ubi dixi poſt omnes de offic. deleg.
29 Idque potiſsimùm, † cùm reatus ex iuramenti tranſ
greſsione proficiſcens, perſonæ ſubiectum non e-
grediatur. cap. ueritatis, & d. cap. Ego enim. de iu-
reiurand. ubi Docto. & maximè Felin. poſt Butr.
& Abb.

Secundò, hanc ipſam concluſionem explicitè
probare cenſetur Seruatoris ipſius parabola apud
Io. capit. x. dicentis, bonum paſtorem animam ſuam
pro ouibus ponere, mercenarium autem cuius non
ſunt oues propriæ, ſi uidet lupum uenientem, oues
ipſas dimittere, & fugam ipſam arripere, quippè
quòd mercenarius ſit, & ad eum non pertinet de
ouibus. quid hîc ergo commendabuntur ne aſſen-
tatores? cùm tam clarus hic & dulcis ſit Seruato-
ris ipſius ſermo, ut nullis ſyllogiſmis tergiuerſari
ualeat. non de ſolo Petro, ſed de omnibus alijs pa-
ſtoribus intelligendum eſſe? Audiamus ergo di-
uum Auguſtinum in tractatu xlvi. capit. x. litera B,
30 C. declarantis † paſtores eos omnino mercenarios
intelligi, qui ſua, non quæ Ieſu Chriſti ſunt ſedulò
quærunt, ut Apoſtolus Philippenſes ipſos cap. ſe-
cundo monuit. inſuper ingens ille præſul ſubiicit;
Amplius ſua eos quærere cenſeri; qui non gratis
Chriſtum diligunt, non Dei propter Deum quæ-
runt, ſed temporalia commoda ſectantur, lucri
inhiantes, honores ab hominibus appetentes; quæ
quando amantur à propoſito & propter hoc ſer-
uitur Deo quiſquis ſit, mercenarius eſt. & idem
lib. primo de ciuit. Dei ſcriptum reliquit: Epiſco-
pos ipſos ad proximi dilectionem ordinatos fuiſſe,
& idcirco eorum curæ ſuperintendere debeant,
quamobrem cùm interna huius ipſis functionis con
ditio animarum ipſarum curam & ſalutem exigat;
reſpondeant mihi qui Romæ ambitionis cauſa de-
gunt quandoque, & in Hiſpanijs, & in Gallijs ac
remotiſsimis inſulis greges eorum fidei commiſ-
ſos mercenariorum libidini planè expoſitos relin-
quentes, quos in uerbo Dei ſedulò inſtruere de-
berent, qua ratione ab huius præcepti uinculo ſe-
ſe extricabunt? nam & diuus Bernardus in Con-
cilio Remenſi ſecundo, & tertio, eos ipſos huic
præcepto obnoxios eſſe ſæpius exclamat, & eccle-
ſia quandoque decreuit. d. cap. quoniam in ple-
riſque, de offic. ordin. & dicta clementina prima,
de mag. ſumendo locum à ſingulari ratione, ibi,
uigente. & nouem uiri eruditè & piè intellexerunt
in Concilio reddito Paulo eius nominis tertio Pont.
ſummo de extirpandis Eccleſiæ abuſibus.

Tertiò, & reſidendi onus diuini iuris auctoritate
Epiſcopis ipſis iniunctum ea quoque ratione pro-
bari poſſe uidetur. quòd Ioan. 20. cap. ſcriptum
ſit, ſeruatorem ipſum antequam cœlum aſcende-
ret, in medio diſcipulorum ſtetiſſe, atque eis di-
xiſſe: Accipite Spiritum ſanctum, & reliqua. Item
eis iuſsiſſe: Ite in uniuerſum orbem & prædicate
euangelium omni creaturæ. At quæro, an munus
hoc ab abſente præſtari ualeat? ſi quis ſit Bono-
niæ, & grex illius Veronæ qua ratione docebit,
inſtruet, prædicabit, & quotidiano ſpirituali cibo
gregem illius paſcet, & alia huiuſmodi munera
perſonalia obibit, reſidentiam ipſam omninò re-
quirentia. d. lege cui. dicto cap. prætereà, de of-
fic. deleg. & dicto cap. tranſlato, de conſtitu. quo-
circà, cùm uniuerſalis Eccleſiæ paſtor uſque ad ani
mam & ſanguinem diuini iuris præcepta exequi
debeat. d. cap. ſunt quidam. uigeſimaquinta quæſt.
prima, & dicto cap. ex publico, ubi gloſſ. in uerbo
conſummatum, non ſemel decreuit hoc ipſum præ-
dicandi munus, & idcircò paſcendi ab ipſis Epi-
ſcopis aſsiduè obeundum. dicto capit. quoniam in
pleriſque. & d. clemen. prima de magiſt. quam ſa-
nè interpretationem diuus ipſe Thom. quoque ſe-
quutus fuit in ſecunda ſecundæ quæſt. clxxxv. arti-
culo primo quæſt. prima uerſic. reſpondeo quòd in
Epiſcopatu, finis ueluti præcipuum quoddam nem
pè Epiſcopalis operatio eſt, ut proximorum utili-
tati conſulatur. d. cap. ultimo. Ioan. 16. ibi, Pa-
31 ſce. † cuius uirtute Epiſcopus ipſis prædicandi onus
iniunctum diſertè docuit. qua ratione ergo reſi-
dendi munus ab actu operationis ſeparari poterit,
ueluti medium ad finem perueniendi neceſſarium.
l. oratio. ff. de ſponſ. & d. l. cùm actum. ff. de ne-
got. geſt.

Huc quoque pertinet quod apud Matth. cap.
ultimo Seruator Apoſtolis ipſis præcepit, ut eun-
tes, omnes gentes baptiſmatis lauacro à peccatis
abluerent, & docentes eos ſeruare omnia, quæ-
cunque illis mandauerat. & Marci ultimo, Eun-
tes in mundum uniuerſum prædicate euangelium
omni creaturæ. & actuum ſecundo ſcriptum eſt,
32 præceptum huiuſmodi effectu non caruiſſe. † quam
obrem, cùm Apoſtolorum loco Epiſcopi ipſi ſuc-
ceſſerint. d. cap. in nouo. xxi. diſtinct. & d. cap. ui-
dentes, ibi, qui etiam iubente domino in toto or-
be terrarum diſperſi euangelium ipſum prædica-
uerunt, ipſis quoque decedentibus in locum eo-
rum ſurrexerunt Epiſcopi. & d. cap. quorum. lxviii.
diſtinct. & glo. Lyrani, Ioan. xiiii. & Præpoſ. in cap.
cor Epiſcopi, lxviii. diſtinct. & Gig. in tracta. de
33 reſid. Epiſco. cap. tertio, † & munus baptizandi do-
cendi, & prædicandi, Apoſtolis ipſis à Seruatore
iniunctum ſit. d. clemen. prima, de magiſt. ſanè om-
ni ratione carere cenſetur, Epiſcopis ipſis eorum
loco ſuffectis munus hoc eiuſdem iuris auctoritate
iniunctum non cenſeri. l. ſi quis. §. eum qui. ff. ſi
quis in ius uocat. non ier. ubi Bart. Alberi. & Caſt.
& plures adducit Soci. in tractatu fallentiarum in
uerbo ſubrogatum, reſidentia ergo omninò eiuſ-
dem iuris cenſura requiri uidetur, ueluti connexum
quoddam inſeparabile, quod nullam prorſus diui-
ſionem reſpicit. d. cap. tranſlato, de conſtit. l. i. & ii.
ff. de pec. leg.

Quartò ab effectu inſtitutionis Epiſcopatus di-
34 uino iure reſidentiam neceſſariam oſtendo. † Su-
perintendens enim ac ſpeculator conſtitutus mo-
res populi ac neceſsitates indagare ſecundum iuris
diuini præcepta, compellitur. quod Paul. Apoſt. Thi
moth. tertio admonet: inquiens, Qui Epiſcopatum
deſide-

deſiderat, bonum opus deſiderat, & reliqua. opor-
tet autem Epiſcopum eſſe irreprehenſibilẽ, hoſpi-
talem, non auarum, non ſuperbum, cap. qui Epiſco-
patum. viii. quæſt. i. & diuus Auguſtinus lib. xix. de
ciuitate Dei, cum locum Pauli interpretatur. Inde
colligi qualis ſit interna Epiſcoporum ipſorum con
ditio, nempè, ut nomen illud non ſit honoris, ſed
35 oneris, quippè quòd † ἐπισκοπεῖν ſit ſuperinten-
dere, ſpeculari, & ſedulò inuigilare & parere. d. cap.
qui Epiſcopatum, & diuus Thom. d. q. cv. articulo
primo q. i. uerſi. ad primum. & Aluar. Hiſpanus de
Planc. Eccleſ. lib. ii. cap. x. ſubſcribit. quare, cùm ef-
fectus huiuſmodi à diuinæ legis præcepto pendeat.
d. cap. ultimo Marci, & Matthæi xxviij. ergo & me-
dium neceſſarium huius ipſius effectus conſequen-
di, eiuſdem iuris diuini auctoritate exiſtimandum
eſſe uidetur. d. l. oratio, & l. illud. ff. de acquir. hæ-
red. & d. l. ſecunda. C. de dot. promiſſ.

Quintò à fine conſtituti apoſtolatus hanc ipſam
conditionem ueriorem eſſe oſtendo. Nam præpo-
tentis Dei propoſitum fuiſſe æternum exiſtimatur,
incarnationis ipſius incomprehenſibile myſterium
conſtituere ob humani generis ſalutem, ut in ſym-
bolo Apoſtolorum colligitur: *Qui propter nos ho-
mines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis,
& incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine,
& homo factus eſt.* In cuius argumenti applicatio-
ne paracleti Spiritus lumine afflati diui Auguſtinus,
Chryſoſt. Ambro. Tho. & Scotus inexplicabile my-
ſterium fatentur. quo nomine diuus ipſe Paul. Chri
ſtum ipſum ſeruatorem ſummi Dei myſterium quan
doque appellat. quod Sadoletus ipſe olim ſanctæ Ro
ma. Eccleſiæ Card. præſtantiſsimus quandoque ani
maduertit. quo ſanè nullum charitatis magis admi-
randum exemplum adduci poteſt, Ioan. xix. ibi, Ita
dilexit Deus mundum, ut non pepercerit proprio fi
lio. quinimmo obediens uſque ad Crucem mori ſu-
ſtinuerit, ut nos omnes à mortis iugo eriperet.
cuius ueſtigia imitatus Petrus martyrium ipſum
non abhorruerit, ut Vicariatum Eccleſiæ ad unguem
exerceret. d. cap. unico. ut eccleſiaſtica beneficia, &
d. cap. noui, de iud. & d. cap. ſignificaſti, de elect.
36 † quocircà, cùm omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtru
ctio d. cap. xxviij. Matth. ſequitur, Eccleſiæ præfe-
ctum ex mente iuris diuini non ſolùm docendi, ba-
ptizandi, & prædicandi munus obire debere, & id-
circò reſidere, uerùm etiam & Chriſti imitatio-
ne & Apoſtolorum martyrium ipſum pro gregis
eorum fidei commiſsi ſalute pati oportere. quod
diuus Thom. eruditè docuit d. quæſt. cv. artic. i. q.
37 prima. † Nec ambigi debet legis ipſius diſpoſitione
inductum cenſeri; quod ex illius mente colligitur.
d. l. nominis. §. uerbum ex legibus. ff. de uerb. ſignifi.
ubi Bart. & Alciat. & l. cùm mulier, la ſecunda. ff. ſo
luto matrimo. ibi, niſi ex mente legis ſumat quis.
& l. non dubium. ff. de legib. & cap. ultimo, de regu.
iur. in vi.

38 Accedit, † quòd facta ipſa diſponentis intentio-
nem oſtendant, perinde ac ſi uerbis exprimeretur.
l. de quibus. ff. de leg. ubi Bart. & Bald. num. tertio,
& cap. exiſtimant xi. quæſt. iij. ibi, factis Chriſtum
negant, & cap. dilecti, il ſecundo de appel. ubi Abb.
num. xi. & Deci. l. non ſolent. ff. de reg. iur. num. vi.
39 † Vnde & Pontificij iuris præcipuus finis in ani-
marum ſalute reſideat. d. cap. cùm contingat, de
iureiurand. ubi gloſ. magna in uerbo ſed canon. &
cap. ut animarum, de conſtit. in vi. & cap. quia non
nulli, de cleri. non reſiden. ſequitur, omni ratione
carere intelligi membris ipſis ab eccleſiæ capite re-
cedere, contra diuini iuris rationem licere. cap. cùm
non liceat, de præſcript. ubi Docto. & ideo defi-
niendum ſit, Epiſcopos ipſos iuris diuini cenſura
reſidere compelli, ut ipſius Chriſti Seruatoris, Pe-
tri, Pauli, & aliorum Apoſtolorum ueſtigia imi-
tentur. alioquin, cùm præceptum charitatis deſe-
rant, diuinum ius tranſgrediuntur. Lucæ x. & Mat
thæi xix. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.
& Paulus Apoſtolus non ſemel docuit, ἡ ἀγά-
πη κακὸν οὐκ ἐργάζεται, unde omninò reſidere co-
guntur ad Rom. xiij. & hanc ſententiam diuus Au-
guſtinus abſque dubio ueram eſſe præſupponit d.
tract. xlvi. ubi auctoritate Petri primæ ſecundo cap.
ibi, Paſcite quantùm in uobis eſt gregem Chriſti,
& Pauli iij. ad Timoth. ibi, Oportet Epiſcopum
eſſe irreprehenſibilem, ut uitæ exemplo paſcat, qui-
bus auctoritate præeſt. & diuus Thom. ſecunda ſe-
cundæ quæſtione cv. artic. i. quæſt. i. ubi adducit d.
capitulum ultimum apud Io. quare ſentit, hoc reſi-
dendi onus à diuini, non autem humani iuris cen-
ſura proficiſci. dictum enim doctoris ſecundum l.
quam allegat, intelligi debet. l. non ſolùm. §. libera-
tionis. ff. de lib. leg. ubi Bart. & alij. & idem diuus
Thom. in d. quæſtione cv. articulo v. uerſi. Reſpon-
40 deo, concludit, † non licere Epiſcopo propter cor
poralem perſecutionem uel ullum intereſſe tem-
porale proprij gregis ſalutem deſerere, cùm boni
paſtoris ſit animam illius pro ouibus exponere. Io.
10. idque Chriſti ſeruatoris exemplo, cuius actio fu
turorum Pontificum fuit inſtitutio. Lucæ 6. Mat-
thæi 10. Ioan. 14. & 15. ibi, Exemplum dedi uobis,
ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. & Ga
iet. in d. artic. ii. eruditè diſſerendo eandem ſenten-
tiam tuetur.

Sextò, huc quoque pertinet, quod Paulus Apo-
ſtolus 2. ad Timoth. iiij. illum ipſum his uerbis ex-
citat: Tu uerò uigila in omnibus, labora, argue, in
crepa, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum im-
ple, ſobrius eſto. quæ ſanè munera omnia cùm Ser-
uator Chriſtus adimpleuerit, & ipſi Petro man-
dauerit, & ſingulis particularium urbium Pontifi-
cibus, ut diui Auguſtinus, Gregorius, Chryſoſt. &
Hieronymus in tract. de funct. ſacerd. aduertunt, &
diuus Bernar. d. cap. primo & ſecundo, in Concilio
Remenſi prædicauit, & ex Synodo Io. Papæ colli-
gitur d. cap. i. de offi. ord. ibi, non ad præiudicium,
ſed potius ad ea quæ ſunt Deo placita proſequen-
dum. Ergo cùm inde colligatur, Epiſcopum uoca-
tionem à Deo nato Chriſto ſaluatore eſſe. in euan-
gelio Apoſtolos ipſos admonente, ibi; Faciam uos
fieri piſcatores hominum: & miniſterij huius exe-
cutio à Spiritu ſancto toties præcepta ſit; Ezechie-
lis quarto & xiii. ſequi uidetur, reſidendi onus iu-
ris diuini auctoritate neceſſarium eſſe. quod Ho-
ſtienſis docuit in ſumma de elect. uerſi. ad quid te-

netur, num. xxxi. ubi enumerat officia, quæ diligen-
ter Epiſcopi ipſi obire tenentur; aliâs ſummo Deo
rationem ſint rediturl.

Septimò, & ipſius Innocentij conſtitutio pro hac
ſententia ponderari poſſe uidetur in d. c. quoniam,
de offic. ordin. ubi conſtituit, ſi contingat in diœceſi
alicuius Epiſcopi uarias nationes adeſſe diuerſarum
linguarum, Epiſcopos ipſos prouidere debere de ui-
ris idoneis, & linguarum peritis, ut docendi, & pa-
ſcendi miniſterium à Chriſto Epiſcopis iniunctum
ſubirent. & urgente neceſsitate, nempe in ſpirituali
cauſa fundamentum habēte, putà animarum cura,
Epiſcopum ipſum, Vicarium nationibus illis con-
formem conſtituere poſſe: ceſſante igitur uinculo
41 illo, † cui lex ipſa cedere ſolet. c. Odoardus, de ſo-
lut. & c. iii. de furt. probari uidetur, decretum illud
ad iuris diuini executionem tendens, concluſionem
pro regula conſtituendam hāc ipſam reſidendi obli-
gationem diuino, non autem humano iuri ad ſcri-
bendam eſſe. l. cùm prætor. ff. de iud. & cap. nunc, de
præſump. & cap. qualis, xxv. q. i. & l. nam quod. §. ul-
timò. ff. de pen. leg. & idem probari uidetur. in d. cle
42 men. i. de mag. & in c. ult. de ætat. & qualit. † ubi Ho-
norius iij. decreuit, Caluen. ipſum Epiſcopum eui-
denter imperitum à Pontificalis officij executione
prorſus repellendum eſſe, quippè quòd contra Deū
eſſet, & canonicas ſanctiones tantum in Epiſcopo
defectum tolerare. Et quamuis contingeret aliquos
imperitos paſtores inueniri, illud attendi non debet
quod de facto contingit, ſed quod fieri debet. d. c.
cùm in cunctis, & l. nam ad ea. ff. de leg. ubi Theo-
phraſt. inquit, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νο-
μοθέται.

Vltimò non otioſè illud adduci poſſe uidetur,
deſtruentem cauſam minoris facultatis quàm fuerit
conſtruens, eſſe non debere. c. i. de regu. iur. in antiq.
l. ab emptione. ff. de pact. l. i. & ſecunda. C. quando
43 liceat ab emptio. diſced. † unde, cùm coniugium
ipſum carnale perfectionem illius à lege diuina acce
perit. c. quos Deus, xxxii. q. ii. & d. c. ex publico, ubi
glo. in uerbo conſummatum, & c. primo. xxv. q. ii. §.
ſunt autem, ubi glo. in uerbo indiuiduam. & Theo-
44 logi in quarto ſententiarum diſtinct. xxvii. † & po-
tiſsimùm, cùm indiuiduam Chriſti cū eccleſia unio-
nem inferat. c. quantò. de diuort. ubi Doct. & glo. in
uerbo cōſummatum, ſanè Pontificia auctoritate diſ
ſolutum, non ab homine, ſed à Deo factum exiſti-
matur. quod in ſpirituali coniugio multò fortius id
ipſum exiſtimari debet. cap. inter, & cap. quantò, de
45 tranſlat. Epiſcopi, † & ideò ſoli Rom. Pont. huius ip
ſius coniugij diſſoluendi facultas reſeruata cenſetur,
qui ueri Dei uicem in terris gerit. & ideò effectus
diſſolutionis huiuſmodi primæ cauſæ adſcribitur. d.
cap. nouit, de iud. & d. c. ſignificaſti, de elect. & d. c.
inter. & cap. quantò. Cæterùm, cùm inter Epiſco-
pum & eccleſiam indiuidua coniunctio contracta
ſit, conſequens eſt, ſecundum diffinitionem coniu-
gij carnalis. d. §. ſunt autem, reſidentiam ipſam iu-
riſditionis contemplatione eccleſijs ipſis deberi. c.
ubi periculum, de elect. in vi. per Theologos omnes
in lib. de dignit. ſacerd. ſuperiùs cenſuiſſe monui. &
diuus Bernardus in d. ſermone ſecundo, eorum con

ditionem deplorat quòd potius inuigilent euacuan-
dis ſubditorum marſupijs, quàm animabus ipſorum
curandis. & ſanè ſententiam ultra ſuperiùs adductos;
ſequuti fuerunt inſignes iuris tùm diui tùm humani
recentiores & Epiſcopi & Docto. Frater Bartholo-
mæus Carranza de Miranda, in libello quem edidit
de neceſſaria Epiſcoporum & aliorum eccleſiæ præ-
ſulum diuini iuris auctoritate reſidentia. Idem &
præſtantiſsimi nouem uiri partim Cardinales am-
pliſsimi, partim eccleſiæ præſules clariſsimi in loco
46 ſuperiùs adducto, † uerſiculo alius etiam abuſus in-
ualuit, ut epiſcopatus reuerendiſsimis Cardinalibus
47 conferantur. quippè quòd † ipſe teneantur ea ipſius
diuini iuris mente ſummo Pont. adſiſtere pro neceſ-
ſitatibus ipſius uniuerſalis eccleſiæ, ueluti ſacerdo-
talis functionis leuitico iure illi ipſi cooperarij con-
ſtituti. c. per uenerabilem. §. rationibus. qui filij ſint
legitt. ubi Butr. Imol. & Abb. nu. xix. & poſt Barba:
Dect. & alios neotericos differui in rub. de conſtit.
48 † Epiſcopi uerò gregem eorum paſcere, & à lupis
cuſtodire tenētur. d. cap. x. & xxi. Io. quod quidem
præſtare non poſſunt, niſi habitent cum ouibus, ut
paſtor cum grege. d. cap. præterea, de offic. deleg. &
ideo integerrimi illi patres uix apoſtolicam ſedem,
uix aliorum abuſus corrigere poſſe cenſuerunt, ſi
in præcipuis illius membris illos ipſos conniuenti-
bus oculis toleret. cap. i. ad Rom. Tu qui dicis non
furandum, & reliqua. & cap. cùm omnes, de con-
ſtit. ubi glo. & Docto. eandem ſententiam ſequutus
eſt grauiſsimus ſacrorum canonum doctorum Hie-
ronymus Gigas in tractat. de reſid. Epiſcoporum,
cap. ſecundo, Item frater Dominicus Sotto illuſtriſ-
ſimus Theologus egregiè diſputando aduerſus Mi-
noruen. Epiſcopum hanc ipſam ſententiam tuetur.
& Alphon. Aluarez in ſpeculo Chriſtianæ religio-
nis ad inuictiſsimum atq; catholicum Hiſpaniarum
Regem cap. ix. nume. iiij. ubi Gaietano ſubſcribit,
49 † etiam inferenti Cardinalatū & Epiſcopatum inter
incompatibilia munera recenſeri. d. cap. bonæ, il ſe-
cundo de poſtul. prælat. & idem cap. xxxiiij. num. x.
& cap. lxvi. num. vij.

Ex quibus euidenter colligi poſſe uidetur, hanc
ipſam ſententiam ueriorem cenſeri, nempe reſi-
dendi onus diuini, non autem humani iuris per-
penſa diſpoſitione Epiſcopis ipſis iniungi. quam &
nuper in ſacroſancta Oecumenica ſynodo Tridenti-
na plures præſules defendiſſe non ſine Chriſtianæ læ-
titia ſuperioribus diebus accepi: quòd plerunq; ui-
derim diuum Gregorium non ſemel, potiſsimùm
uerò epiſtolæ cix. & cxi. Epiſcopos ipſos excitare, ut
ſolerti cura aſsiduè inuigilent in proprio grege cu-
ſtodiendo: quemadmodū ipſe in uniuerſi Chriſtia-
ni gregis adminiſtratione omni ſolertia utebatur, &
Diuus Ambroſius in libro de cura Epiſ. cap. primo
ſecundo & tertio teſtatur, ſummum Deum ab Epi-
ſcopis tantò præſtantiorem operam exigere, ac uigi-
lantiam in cuſtodiendo proprio grege, quantò ipſo-
rum eſt nobilior conditio.

Non urgent ſuperius adducta in oppoſitum, &
primò, quòd nullius diuinæ legis præcepto explicitè
cautum aſſeratur, eccleſiæ præſules reſidere com-
pelli. quia immo oppoſitū uerius eſſe ſuperius oſtē-
di.

din d. c. x. & xxi. Io. & pluribus aliis tùm ueteris tùm
nouæ legis capitibus hoc ipſum explicitè cautū ex-
tare, ut intellexerunt utriuſque iuris tùm diuini tùm
humani Doctores ſuperius adducti, apoſtolicum ip
ſius Petri & Pauli ſenſum hoc pacto intelligentes.

Præterea, quis hoc ipſum reſidendi onus ex men
te diuini iuris colligi non fateatur, quippè quòd ec-
cleſiæ Princeps & inſtitutor Chriſtus factis ipſis de-
clarauerit, qualis debeat ipſius Vicarij Apoſtolorum
eſſe conditio? ex factis enim & exemplis mens legiſ-
latoris colligi ſolet. d. c. exiſtimāt. xj. q. iii. & l. ea qui
§. ſi tamen. ff. de ędilic. edict.

Poſtremò, cùm uariis modis quid in diſpoſitione
legis & hominis expreſſum eſſe dicatur, ut declarat
Bar. in l. i. ff. de uulg. & pupill. nu. vij. uerſ. quòd ſciē-
dum eſt, & alii Doctores ibi, & Fel. in c. tranſlato, de
conſtit. nu. v. & c. humanum, prima diſtin. uerſic. ad
50 primum de eo, conſtat, † quod ex mente legis colli-
gitur, omiſſum non cenſeri, ſed legis ipſius uirtute
comprehenſum intelligi. d. l. nominis. §. uerbum. ff.
de uerb. ſignif. ubi Barto. & Alcia. & d. l. cùm mulier
la ſecunda. ff. ſolut. mat. ibi, niſi ex mente legis ſumat
quis. & l. adijcere. §. quàmuis. ff. de iure patr. quemad
modum euidens exiſtimatur. l. licèt Imperator. ff. de
leg. i. & docuit Ang. in l. prætori. §. j. uerſ. expreſſum
ubi glo. ff. de oper. noui nunc. & Fel. in d. c. tranſlato
nu. v. uerſ. ſed generaliter. & Rom. conſi. cclxxi. uer-
ſic. præterea. ex quibus omninò concludendum ſit,
diuini iuris inſpecta ratione hoc ipſum reſidēdi mu-
nus Epiſcopis ipſis iniunctum cenſeri.
51 Secundò † nō urget uetuſtiſsimæ eccleſiæ uſus. Nā
reſpondeo, quò uetuſtior fuit, eò pernicioſiorem illā
cenſeri. d. c. ult. de conſuet. ubi Doctores aduertunt,
iuris ipſius diuini tranſgreſsionem nullo temporis
curſu permiſſam intelligi, quinimmo quātò diutius
peccata ipſam infęlicem detinent animam, tantò gra
uiora exiſtimari. c. cùm haberet, de eo qui duxit. ibi,
52 cùm multiplicitas prolis ita ſuſceptæ. † conſueuit
enim Canon ob finem illi ipſi pręppoſitum ſalutis ip-
ſarum animarum. d. c. ut animarum, actum omnem
irritum declarare, pecatum ipſum fouentem. c. ſæpe
de reſt. ſpol. & c. ult. de pręſcript. & ēt unde priuatis
ipſis occaſio dari poſsit. c. ne captandæ, de conceſſ.
præb. & l. conuenire. ff. de pact. dotal. & cap. licèt, de
iureiur. in vj. qua ratione cōſueuit iuri tam ex ſcripto
prouenienti, quàm ex non ſcripto diuinę legis trāſ-
greſsionem inducenti prorſus reſiſtere. d. cap. ult. de
conſuet. & c. ult. de reb. eccl. nō alien. quocircà, cùm
diuino iuri repugnet, paſtores ipſos gregis eorum
curam deſerere, ut ſuperius oſtendi: conſtat ſanè con
ſuetudinem ipſam, quę potius abuſus appellanda ſit,
ueluti peccatum fouentem, ineptè à quibuſdam ad-
duci. Nec urget pro tot clariſsimis pręlatis præſu-
mendū contendi: quia in ijs quæ euidenter ueritatis
ratione nituntur, legiſlator præſumptionis ope non
indiget. l. continuus. ff. de uerb. obl. & d. l. ille aut il-
le. §. j. ff. de lega. iii. & c. noſtra, & cap. tua, de coha-
bitatione cleri. & muli.

Tertiò non urget, quòd in ſacris Conciliis ſępius
deciſum ſit, Epiſcopos ipſos ueluti canonum tranſ-
greſſores ob gregis deſertam curam uariis ſubiici pę
nis. quia id uerum eſſe omninò inficior, quin potius
lex ipſa humana à Chriſti Seruatoris auctoritate p-
ficiſcens potiori cauſæ adſcribenda ſit. d. c. ſunt qui-
dam, xxv. q. i. & d. c. literas, de reſtitu. ſpol. Et quam-
uis id uerum eſſet, quòd præſules eruditiſsimi ad-
ſeuerant, intelligi debet, canonis authorem ueluti di
uini pręcepti executorem, illius tranſgreſſores pęnis
in ipſo expreſsis ſubieciſſe, ne aliàs conniuentibus
oculis diuinę legis pręceptū illud permitteret: quod
abſurdiſsimum eſſet. d. c. ſunt quidam, & d. c. i. xiij.
diſtin. Nec urget contendi quoties Canon prohibet
actum ueluti à lege diuina improbatum, diſertè ex-
primere ſolere, ut in conſuetudine, iuramento, uſu-
ris, & huiuſmodi. d. c. & ſi Chriſtus. Nam reſpondeo
in pręſenti negotio ſatis expreſſum intelligi debere
per relationem ad iuris diuini diſpoſitionem. Ang.
poſt Bar. in l. prætor. ff. de oper. nou. nunc. & Roma.
d. conſ. cclxxi. uerſ. præterea.

Amplius & Pontificium legiſlatorem ob iuris di-
uini tranſgreſsionem aduerſus curam gregis negli-
gentes, pœnas irrogatas fuiſſe ſæpius declaraſſe non
ambigitur. cap. inter cætera. de offic. ordin. ubi In-
53 noc. tertius in Concilio generali præfatur, † Cùm ad
populi Chriſtiani ſalutem maximè pertineat pabulū
uerbis domini, quoniam ſicuti corpus temporali aut
materiali cibo, ſic & anima ſpirituali nutritur, cùm
non in ſolo pane uiuat homo, ſed ex omni uerbo,
quod procedit de ore Dei. Deute. viij. Math. iiij. &
Lucę iiij. & ideo Paſtores ipſos animarum curam de
ſerentes diſtrictæ ultioni ſubiicit. cum enim legiſ-
latorem Pontificium oporteat diuini iuris diſpoſi-
tionem, quod ad uerba & mentē ipſam attinet, pror-
ſus exequi. d. c. ſunt quidam. & Matth. x. & d. c. quod
cunque, conſequens eſt, conſtitutionem huiuſmodi
priori cauſę adſcribendam atque potiori. l. fin. C. de
his qui ueniam ætatis, & l. cùm quæritur. ff. de ſta-
tu hominum.

Quartò, non urget diœceſum diuiſionem huma-
no iure factam contendi. d. cap. Eccleſias, xiii. q. i. cū
aliis ſuperiùs adductis in quarta ratione. Item & ꝙ
Pontificij iuris decreto in ſacro illuſtriſsimorū Car
dinalium cætu una præficiatur Bononienſi ſedi,
alter uerò Patauinæ: unde inferunt à quo diſpoſitio-
nis executio pendet, ab eodem obligationem illius
profectam cenſeri. Reſpondeo, abſurdum eſſe, ob
hanc ipſam rationem concludere, Epiſcoporum reſi
dentiam humani iuris obligatione teneri, cùm
immo, & diuiſio, & quòd unus uni, & alter alteri
præficiatur eccleſiæ, omnia hæc iuris diuini præce-
54 ptis adſcribi debent. † Seruator enim Chriſtus Apo
ſtolicatum ipſum conſtituit. d. cap. xx. & xxi. Io. &
d. c. ad honorem, de uſu & auct. pall. cum aliis ſupe-
rius adductis. at cùm Epiſcopi ipſi eorum loco ſuf-
fecti fuerint. d. c. in nouo, in prima diſt. & animarum
cura diuino iure illis ipſis præcepta ſit. d. c. paſce, &
idcircò reſidentiæ antecedens eodem iure cenſeatur
conſequens eſſe uidetur, & certi electionem paſtoris
in aliqua eccleſia ſecundum ueteres canones uel cō-
firmationē ſiue à ſummo Pont. facta ſit declaratio, ꝙ
quis uni & alter alteri præſit eccleſiæ, nō idcirco hu
mani iuris, ſed diuini uirtute hæc omnia niti. quod
ratione (ni fallor) inconcuſſa clarè oſtendo. quomo-
dò enim Apoſtolatus conſtitutio, & Epiſcopatus cu
ram

ram animarum à diuina lege habens, ut ferè omnes fatentur, & idcirco reſidendi obligationem, quod uerius, eſt declaratione illa particulari immutari poſſit, cùm iam diuinum ipſum ius eſſentiam immutabilem habeat, cui creatura omnis ſubiecta ſit. d. cap. omnis, de maior. & obed. & de cenſibus, & d. c. ult. §. is itaque, vj. diſt. unde infertur, quamuis ſummus ipſe Pontifex diuinæ legis pęceptum exequatur, ut tenetur, quod ad uerba & mentem attinet. d. c. ſunt quidam. xxv. diſtin. j. & d. c. ſi non licèt. §. his exceptis. xxiij. q. v. non idcircò reſidentiæ onus & obligationem ab eo profectam intelligi, licèt præceptũ ſummi regis exequatur; alioquin cùm hodie ſummi Pontificis electio ſecundum formam pontificiarum cõſtitutionum executionem accipiat, c. licèt de euitanda, de elect. ubi Doct. aduertunt, & c. ubi periculum, eod. tit. in vj. obligationem uniuerſalis curę eidem iuris cenſurę adſcribi; quod tamen potius exiſtimo ſeruatoris Chriſti præceptis adſcribendũ. d. c. quodcunq;. & d. c. ſignificaſti, de elect. cũ eiuſmodi.

Præterea, & quis inficiari ualeat poſt mandatum onus ſuceptum ea fidelitatis iuramento & paſtoralis functionis non oſcitanter exercendæ talẽ & talem paſtorem huic uel illi eccleſiæ præfectum, non humanis, ſed diuini iuris legibus ſubiectum potius cenſeri? d. c. Ego, de iureiur. & d. c. inter ſolicitudines. de off. ordi. unde ſit uera concluſio facultatem hunc uel illum talẽ eccleſię pręficiendi Papæ competentẽ Diuinæ legis authoritate niti. d. cap. Paſce. xxj. Ioan. d. cap. quodcunque. xxiiij. q. i. ergo uſus ille debet adſcribi Diuino iuri. & uerè. quia Dei opus imperfectionem non agnoſcit. d. c. maiores de Bap. & eius effect. unde in iis non attenditur fictio uel commẽtitij iuris præſumptio, cap. fraternitas. xii. q. i. ubi glo. & Doc. ideo uerè facit tunc obſtructus per eius Vicariũ non fictitiè. d. c. qui per alium: & Bar. d. l. ſi is qui. ff. de uſu cap. nu. xix. & xx. Præterea Diuino iure tenetur ſacerdos ſummus gregem uniuerſalem paſcere. d. cap. quodcunque. d. cap. xxi. Ioan. ſub quo præcepto continetur, ut obliget paſtores ſingularibus urbibus pro animabus paſcendis. cap. i. de offi. ordi. Itẽ tenetur eligere & pręficere idoneos qui ſciant paſcere, aliàs fruſtra fit quod factũ non releuat. l. iiii. §. cõdemnatum. ff. de re iud. l. quoties. ff. qui ſatis. cog. ubi & Docto. probatur in d. c. quoniam in pleriſque, & aliis ſuperius adductis.

Quintò nõ urget quòd particularis Epiſcopi obligatio ab eo perfecta intelligatur, à quo onus ei iniunctum fuit. quippè quod ultra ſuperius adducta, reſpondeo, hanc ipſam rationem ſolidam non uideri, quia canon exequitur aduerſus uſurariam prauitatẽ exercentes. c. quanquã, de uſur. in vj. & nihil prohibitio diuino iuri adſcribit. c. ſuper eo, de uſur. idem uidemus in homicidio. cap. i. de homicid. uolunt. uel caſu. adulterio, & aliis diuinę legis auctoritate prohibitis. & idcircò conſultius eſt diuinę legis cenſuræ hæc omnia adſcribi debere. a qua ſententia diuus Augu. & declaratione diſcrepare non uidetur. lib. i. retract. retractatione prima, & diuus Thom. in quæſt. diſputatis. quare Epiſcopum ipſum qui paſcendi curam accepit, nõ humani, ſed diuini iuris obligationi obnoxium eſſe exiſtimo: & idcircò eadem ratione reſidere compelli. d. c. xxi. Ioan. quod non inſulsè Gaietanus cenſuit ponderando internam animarum conditionem, quæ ſpiritualem cibum aſsiduè exigat. d. c. inter ſolicitudines. unde & præceptorum diuini eloquij affirmatiuè conceptorum naturam immutat.

Sextò non urget d. capitulũ de multa. & d. extrauagans execrabilis. nam reſpondeo, hîc aduertendum
55 eſſe † diuinæ legis normam inflexibilem eſſe pro regula conſtitutum. d. c. literas, de reſtit. ſpol. quę tamẽ
56 acri iudicio intelligi debet, † ut non idcircò permiſſum non intelligatur Apoſtolicæ ſedis Antiſtiti declarare, & interpretari hoc uel illo caſu particulari generale diuini eloquij præceptum non obligare. quod paſsim receptum eſt in caſibus eodem diuino legiſlatore auctore ab ipſa regula exceptis. d. c. ſi tibi nõ licet. xxiij. q. v. & poſt diuum Auguſtinum lib. i. de Ciuitate Dei, Scotus docuit in quarto ſenten. diſtin. xv. q. iii. & dixi in d. c. quæ in eccleſiarũ, ubi Abbas nu. ix. uerſ. ſit tibi breuis, procedere etiá in præceptis Decalogi primę & ſecundę tabellę. Item quoties ſubeſt ratio ea mente iuris diuini collecta ob quam declaratio huiuſmodi fieri debeat, præceptum iuris diuini generale hoc uel illo caſu obligatarium non eſſe, putà, ſi ſubſit cauſa naturalis; & ideò peccati excluſiua. c. ult. de fer. qui canon loquitur in pręcepto ſanctificationis ſabbati. & c. iii. de furt. ubi ſacerdos ſummus interpretatur reum furti eũ nõ conſtitui, qui urgente neceſsitate rebus alienis ueluti propriis utitur. Idem in iuramento ea cauſa maioris boni inductiua, obligationẽ illius relaxat, nempè ne charitatis præceptum deſeratur. c. & ſi Chriſtus, eo. tit. de iureiu. Itẽ & Summi Pontificis ea facultas eſt, ut iuris diuini præceptum nõ obligatorium eſſe, declaret, quoties iuramentum ipſum ſubiecto peccatum ſouenti cohæret. c. quanto, & c. quẽadmodum & c. cùm contingat, eo. tit. de iureiur. ubi dixi in primo caſu diſtinctionis cõcluſionis. Idem in uoto, licèt enim illius obligatio à lege diuina pendeat, ex cauſa tamen maioris boni inducendi ſacerdos ſummus declarat illud ipſum hoc uel illo caſu non obligare. c. magnę, & c. quod ſuper, de uoto, ubi Doct. & dixi poſt omnes in d. c. quæ in eccleſiarum, ubi Dec. num. xxxii. plures adducit & Feli. in exemplo Reuerendi D. Nicolai Iuſtinianæi Veneti Monachi, nec mirum eſt, ſi in Concilio Lateranẽ. prærogatiua Apoſtolicę ſedi reſeruata fuerit. d. c. de multa, quippè quę & ſine ſpeciali reſeruatione id ipſum ſubintelligeretur. d. c. ſignificaſti, de elect. & d. c. uenientes, de iureiurãn. Quare ob primatum illi ipſi eccleſię traditum, uериſsima eſt cõcluſio ob cauſas ſupraſcriptas & eiuſmodi diuinorum præceptorũ obligationem hoc uel illo caſu particulari ſolutam cenſeri. d. c. ad honorẽ & d. c. ſignificaſti, & d. c. bonæ, il ſecundo de poſtulat. præl. Ex quibus remanet inconcuſſa concluſio reſidendi obligationem Epiſcopis ipſis, diuini, non autem humani iuris auctoritate imminere diiudicandum.

Ad ſecundum reſpondeo tam ſummo Pontifici in hoc ipſo reſidentiæ munere facultatem competere, quàm ſuperius oſtendi in præceptis diuini iuris
57 etiam negatiuè & prohibitiuè conceptis, † quorum obligatio magis pręciſa eſſe cõſueuit. c. cùm dilectus

ubi

ubi gloſ.in uerbo an ſuſpen.de conſuet.& Docto.&
c.nam concupiſcentiam, ſuprà de conſtit. ubi Abb.
nu.ſecundo.& Dec.nu.vij.plures alios adducit bre-
uitatis cauſa omiſſos.

Ad tertium reſpondeo, maximè expedire uideri
publico decreto diffinire, hanc ipſam reſidendi obli-
gationem diuini, non autem humani iuris cenſuræ
58 deberi † quippè quòd ueritas ipſa per Chriſtum fa-
cta eſt.Io.primo & quarto, & prima ad Timot.vi. &
ideo Chriſtum imitari cupientes, illam ipſam nun-
quàm ſilere debent. d.clem. i. de magiſtr.nec ullum
ſcãdalum ex hac ipſa diffinitione timeri debet, quip
pè, quòd Spiritus ipſe ſanctus huius ipſius declara-
tionis exiſtimabitur author, cùm ad animarum ipſa-
rum ſalutem tendat, quam ſitiuit ſacerdotij ipſius
author, & Apoſtoli, quos ipſi ſucceſſere ſedulò imi-
tari debent.d.c.quoniam,& d.clem.i.de magiſt.& c.
qui ſcandalizauerit, de reg.iur. in antiq. ubi gloſſ. in
uerbo ueritas & Doct.& quàmuis tot Concilia cele-
brata fuerint, in quibux explicitè cautum non ſit, obli
gationem reſidendi à iure diuino profectam eſſe, id
tamen ſummum ipſum paſtorem mouere non debet
cùm in huiuſmodi Concilijs hoc ueluti euidens prę-
ſuppoſitum fuerit, quemadmodum & Theologi om-
nes tùm Gręci tùm Latini adducentes authoritates
ex lege diuina, paſtoralem curam neceſſariam eſſe
ubique prædicarunt, ut ſuperius oſtendi. præterea,
cum ſcriptum ſit, oportere hęreſes eſſe, & diſputatio
nes, unde frequens Conciliorum inſtitutio laudatur,
non eſt iudicandum abſurdum, ut quędam in po-
ſterioribus Concilijs diffiniantur, quæ explicitè de-
clarata non fuerint in prioribux ipſis, ut uidemus in
decreto iuſtificationis in Tridentino Concilio ſub
Paulo tertio tàm eruditè ac diuinitus à paracleto Spi
ritu dictato.

Item in Concilio Ferrarienſi ſub Eugenio quarto
quædam uidentur dilucidius diffinita quàm in prio-
ribus factum fuiſſet, aliàs ſi ratio hæc perpendi debe-
ret, poſterioris legiſlatoris facultas inanis reddere-
tur, aduerſus legis ipſius internam cõditionem.l.ſed
& ſi poſteriores.ff.de legib.& l.pacta.C. de pact. cũ
materia, ubi Alcia. poſt ueteres.

Rurſus, nec ſummi Pontificis prærogatiuæ quid
quàm ex hoc decreto derogatum intelligi poteſt, tã
59 & ſi in ſacro Concilio Tridentino diffiniretur.† quia
ſemper eius ipſius authoritas excepta cenſetur.c.i.
de conſtit.& d.c.bonæ, il ſecundo, de poſtulat.Epi-
ſcop. & d.c.ſignificaſti, de elect.& d.c.uenientes, &
Card.Turrecrem.receptiorem ſententiam atteſtatur
c.ſi Papa.xl.diſtin.nu. iii.& Caſsia. deciſione ſecun-
da in tit.de pręben.nu.iiii.& aliâs diſputando uerius
eſſe docui rub.de conſtit.

60 Nõ obſtat, † quòd una ſit eccleſia omnium fideliũ
mater, extra quam nõ detur ſalus.cap.j.§.una eſt, de
ſumm.Trin.& fid.catho. & c.unam, in fi. de maio.&
obed.ut dixi in Maldenſis concilij interpretatione,
cap. i.de conſtit.quia reſpondeo. non ſequi eccleſiæ
ſciſſuram ullam, tametſi diuini iuris authoritate cẽ-
ſeatur Epiſcopatum ipſum conſtitutum eſſe: quia
ſingulares eccleſiarum paſtores in locum Apoſtolo-
rum ſuffecti, ſint membra corporis myſtici eccleſiæ
cuius caput fuit Chriſtus & eius Vicarius Petrus &
ſucceſſores.d.c.ad honorem.licèt enim pręfectus ec-
cleſiæ Bonon.Epiſcopus, & Patauinus, & Mediola-
nenſis, tamẽ cùm id non ſua authoritate, ſed Pontif.
ſummi factum ſit per actum electionis ſiue confirma
tionis, ſiue præſtiti iuramenti.d.c.ego enim, nullum
ſciſſurę effectum conſiderabile eſſe cenſeo. d. c.ii.de
61 maio.& obed.Nec mouet, † quòd omnis iuriſdictio
eccleſiaſtica à Summo Pont. proficiſcatur, tanquàm
riuuli omnes ab Oceano d.cap.ſolitę.de maiorit. &
obed. & de offi. ordi. quod ex Innocentij epiſtola. j.
ad Decentium Epiſcopum colligitur: quia & Epi-
ſcopi onus reſidendi & idcircò oues curandi Chri-
ſto ſeruatore receperunt, iuriſdictionẽ uerò à Papa
cui iuramentũ fidelitatis præſtiterunt.d.c.ego enim
d.cap.ad honorem.

Nec urget caſus.d.c.quoniam,& cap.inter cætera
quis loquuntur in caſibus in quibus ſubeſt neceſsitas
impediens paſtorẽ, ut de iure diuino tenetur, uerbũ
Dei doceat, quoniam iuris uinculo nõ ſubiicitur ca-
ſus huiuſmodi. cap.Odoardus.de ſolu.d. c. licèt, de
feriis.& d.c.iii.de furt.tametſi ab onere reſidẽdi nõ
idcircò excuſetur, quia in alijs remanet inconcuſſa
regula.c.qualis.xxv.q.l.d.c.nunc, de præſ. cum eius
modi. nam in iis quę delyrãt a iuris regulis ſtricta ſit
interpretatio.cap. ea quæ, de reg. iur. in vj.

Hæc raptim ſcripſi, ea lege & conditione, ut ſi
quid bene cẽſui, Seruatori Chriſto gratias agam.ſin
autẽ malè, ſapientiſsimo huius ſacroſanctæ ſedis An
tiſtitis me ipſum corrigendum iudicio ſubiiciam, ue
luti ſeruum frugi decet. Laus Deo.

Romæ, iiij.Kalen.Iul.1562.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum prima eſt cauſa in ſuccedendo.*
2 *Filij quaſi domini reputantur uiuente etiam patre.*
3 *Filij inſtituendi ſunt aut exhæredandi ex legitima cau-
ſa aliàs corruit teſtamentum.*
4 *Hæreditas non adita tranſmittitur ad hæredes, & nu.
ſequen.*
5 *Hæredes ſui ad quoſcunque etiam extraneos tranſmit-
tunt hæreditatem non agnitam.*
6 *Succedendi ratio & conditio qualis ſit inter aſcenden-
tes & deſcendentes collaterales.*
7 *Generi per ſpeciem derogatur.*
8 *Hypotheca ſpecialis pinguius prouidere ſolet.*
9 *Ciuitas unaquæque quod ſibi ius conſtituit, illius pro-
prium ius ciuile appellatur.*
10 *Statutum potius quàm ius commune ſeruandum eſt in
loco ſtatuentium.*
11 *Legitima iure naturæ debita an poſſit per ſtatutum au-
ferri aliquaſue ratione diminui.*
12 *Voluntas iuſta teſtatoris tuenda eſt.*
13 *Filia dotata excluſa per ſtatutum à parentum ſucceſſio
ne, cenſetur ut extranea.*
14 *Statuta non ligant forenſes, limitatur tamen.*
15 *Statuta ciuitatis ligant omnes ſubditos ſuæ iuriſdictio-
nis: & ſic caſtra & uillas.*
16 *Villa & caſtra ſubdita reguntur ſtatutis ciuitatis cui
ſubijciuntur.*
17 *Notarius non poteſt inſtrumenta conficere extra ſui
Principis territorium. fall.tamen.*

Neceſſitatis

18 *Neceſſitatis cauſa à regulis iuris receditur.*
19 *Teſtamento pro ipſo non parum præſumendum eſt, con-
feſſo iudicis authoritate.*

CONSILIVM CLXIII.

Indiuiduæ Trinitatis numine inuocato.

EX FACTO ſpecies eiuſmodi incidit
Blaſius Camangius moriens in teſta-
mento ſuo cauit, ut Chriſtophorus,
Ioannes Franciſcus & Hannibal eius
filij iuſti ex aſſe hæredes eſſent. illoſ-
que ſine filiis maſculis decedétes in-
uicem ſubſtituit. Poſt uerò omnium abſq; filiis de-
cedétium mortem proximiores agnatos uocauit. Lu-
ciæ poſtmodum eius filiç ſexcentas libras legauit, &
ſi Hannibal ipſi Luciç utrinq; coniunctus decederet,
ducentas inſuper libras ei reliquit. iubens illam hu-
iuſmodi legato acquieſcere: nihilq; ulterius tàm ra-
tione legitimæ quàm Trebellianicæ, uel cuiuſcunq;
alterius iuris ſibi quomodocunque competentis pe-
tere poſſe. Contigit, Luciam ab ipſis fratribus An-
guſtino quingentarum librarum addita dote locatã
fuiſſe. Quç paulo poſt Hannibale eius fratre utrinq;
cõiuncto prædefuncto diem ſuum obiuit, Auguſti-
no eius uiro in omnibus eius iuribus tàm præſenti-
bus quàm futuris hærede inſtituto. Quæſitum eſt, an
Auguſtinus ipſe uirilem eius uxori in paterna hęre-
ditate obuenientem portionem uendicare poſsit?
Ruſuſúe an ad Hannibalis ſucceſsionem ex eiudẽ
perſona admitti debeat, quoniam in omnibus iuri-
bus inſtitutus fuerit?

1 Et in primis uideretur, † iuris enim exploratiſsi-
mi eſt, in ipſis ſucceſsionibus primam filiorum eſſe
rationem. l. i. C. unde lib. l. inter filios. C. fam. erciſc.
auth. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. §. i. inſti. de hę-
red. quæ ab inteſt. defe. & inſti. de legi. agna. ſucceſſ.
in rub. ubi glo. & Doct. §. i. in auth. de hęre. ab inteſt.
ueni. ubi Ang. quum enim natura ipſa ſuadente, eo-
rum, quæ ex nobis orta fuerunt, curam habeamus. l.
i. de iuſt. & iur. ubi Bar. Bald. & Albe. eadem ratione
naturali ad filios ipſos paterna bona pertinere ſan-
citum eſt. l. cùm ratio, de bonis dam. ubi Barto. l. nam
& ſi parentibus, de inoffi. teſtam. ubi Alb. Bal. & Ca-
ſtren. Tanta enim coniunctio huiuſmodi eſſe cen-
2 ſetur, † ut quum uiuente patre quaſi domini filii ipſi
cenſeantur. l. in ſuis. de libe. & poſthu. ubi Bar. Bald.
Ang. & Alex. optimo iure inter cætera, quæ neceſſa-
3 riò in conficientis teſtamentis requiruntur † filiorũ
inſtitutionem uel exhæredationẽ neceſſariá eſſe tra-
ditum ſit. l. inter cætera. de libe. & poſthu. ubi Doct.
alioquin legitima cauſa non ſubſiſtente is qui teſta-
tur, inutiliter agit. l. filio præterito, ubi Docto. de in-
iuſt. teſtam. l. poſthumo. C. de contr. tab. in auth. ut
quum de appellat. §. aliud quoque, ubi Ang. auth. ex
cauſa, & auth. non licèt. C. de libe. præt.

Amplius, quç ſuperius dicta fuerunt tàm in fœmi-
nis quàm in maſculis intelligenda eſſe, non ambigi-
tur. l. maximum uitium. C. de libe. prçter. ubi Barto.
Bal. Ang. Salic. d. §. aliud quoque capitulum, ubi An-
ge. & Deci. conſi. cccclxxviij. nu. v. Quæ quum eiuſ-
modi ſint, ſucceſsionem ipſi Luciæ obuenientem ad
ipſum Auguſtinum hęredem tranſire conſtat, qui ab
ea hæres inſtitutus eſt. l. nihil aliud, de uer. ſigni. ubi
Bar. & Mod. Bar. rub. de acqu. hęred. in iuribus enim
Luciæ competentibus ſucceſsit, tàm prçſentibus quã
futuris, ergo uirilem eius portionem uendicare po-
terit. l. traditio, de acqui. rer. dom. l. de acceſsionibus
de præſcrip. l. nemo plus. de reg. iur. ubi Doct.

Accedit quòd ea eſt continuationis dominij natu-
ra, d. l. in ſuis, ubi Doct. ut ius ipſi Luciæ ſeſe hęre-
ditati paternæ competens ad ipſum Auguſtinũ tráſ-
miſſum fuiſſe dicendum ſit. l. uentre. de acquir. hære.
ubi Bart. Caſtr. & Iaſ. l. cum antiquioribus. C. de iu.
delib. ubi Bar. uerſ. tu dicas clarius. & l. ſi fratria. eo.
tit. l. i. §. in nouiſs. C. de cad. toll. l. uni. C. de his qui
5 ant. aper. tab. † ſui enim hæredes ad quoſcunque etiá
extraneos hęreditatem non agnitam tranſmittere ſo-
lent. l. apud hoſtes. de ſuis & legi. l. hęreditatem. §. fi-
lius. de Caſtr. pecu. l. liber homo. §. fi. de ſtip. ſer. l. ex
militari, in fi. de mil. teſt. & d. l. uentre, ubi Bar. Bald.
Ange. & Imo. Bal. & Ange. d. l. in ſuis. quod & ex fa-
cto reſponſum extat. Soc. conſi. xx. in j. col. vj. num.
xiiii. Nec eſt ut quis huiuſmodi ius ipſi Luciæ com-
petens euanuiſſe dicat; nam diutiſsimè illud perma-
nere ſolet. l. uni. C. quando non pet. par. ubi Bal. An-
ge. & Alex. l. licèt. C. de iur. deli. & d. l. filio prçterito
de iniuſt. rup. teſtam.

Prçtereà quod ad ipſius Hannibalis portionem
6 attinet, nemini dubiú eſt, † quin ea ſit ſucceſſorij edi-
cti cõditio ut aſcendentibus ipſis aut deſcẽdentibus
deficientibus in tertio ſuccedendi ordine qui ex la-
tere nuncupatur, utrinque coniunctorum ratio po-
tior ſit. l. i. §. fin. de ſuis & legi. in auth. de conſang.
& ute. fratri. §. quia igitur. ubi Barto. & Ange. ſanxit
enim id clarè Iuſtinianus, fratres utrinque coniun-
ctos conſanguineis tantùm aut uterinis ſolùm in
defuncti fratris ſucceſsione potiores eſſe. in auth. de
hære. ab inteſta. ueni. §. ſi igitur. ubi Barto. & Angel.
Aequum enim lex ipſa putauit, duplici nexu uten-
tes, eos, qui uno tantùm nituntur, excludere. in au-
then. de conſan. & ute. fratri. §. hæc igitur, auth. itaq;
C. comm. de ſucceſſ. ubi Alber. col. iii. uerſ. aut ſu-
perſunt. quod & apud ueteres tractatum & reſpon-
ſum extat: Cyn. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. iii. par. nu.
vii. Dyn. tract. eo. nu. xvij. & xviij. Ang. conſi. cxix. in
fin. Cur. iun. conſ. lxxviii. nu. ii.

Verùm, ne hæc uera non ſint, non parum ambigo
quinimmo oppoſitũ, ſecundum iuris noſtri regulas
reſpõdendũ cenſeo. imprimis enim illud in uniuer-
7 ſo iure noſtro exploratiſsimum eſt, † generi per ſpe-
ciem derogari, l. in toto, de reg. iur. ubi Deci. c. ge-
neri. de reg. iur. in vj. ubi Dy. l. ſanctio legum. de pœ-
nis, ubi Bart. unde ſolet dici ſpecialem prouiſionem
ipſi generali derogare. l. fi. C. de pact. conu. ubi Do-
8 cto. † & hypothecam ipſam quæ ſingularis & præci-
pua ſit, pinguius prouidere. l. aſsiduis. C. qui potio.
ubi Bal. & Sali. glo. §. nos igitur. uer. ſpecialis, in auth.
de non alie. Neguſan. tract. pigno. ii. par. prin. nu. iii.
uerſ. tertia differentia. Mod. l. i. ſol. mat. qua ratione
quum populos omnes partim ſuo, partim communi
omnium iure regi traditum ſit. l. omnes populi. de
iuſti. & iur. ubi Bar. Albe. Bald. Caſtr. & Iaſ. & l. cun-
ctos.

ctos.C.de ſumm.Trin.& fid.catho.ubi Bald.Sali. &
9 Are.† quod enim unaquæque cinitas ius ſibi con-
ſtituit,illius proprium ciuile ius appellatur.§.ina au-
tem,inſti.de iur.natu.gen.& eiui.ubi Bal.Ang. Fab.
& Port.Innoc.Ioan.And.But.Abb.& Anch.& exp.
10 i.& cap.cùm acceſsiſſent.de conſti.† conſequens eſt
à communis iuris diſpoſitione in propoſita ſpecie re
cedi,quum municipali iure aliud conſtitutũ ſit. Bal.
Imo.& Alexan.l.cohæredi.§.qui patrem. de uulg.&
pupill.Fulgo.conſi.ccxv. In primo.Ange.clx. Pro
deciſione.Deci.conſi.iij. Quod autem à commu-
nibus regulis recedendum ſit,euidenter cuilibet etiã
tyrũculo cõſtare poterit.cautum enim imprimis ſta
tuto ueteri eſt,ſub rub.de ſucceſsio.ab inteſta. rub.
xlix. Quòd parentibus defunctis,extantibus deſcen-
dentibus utriuſque ſexus maſculi ſuccedant, & fœ-
minæ dotentur & dote contentæ ſint. quamobrem
nihil eſt ut Auguſtinus ipſe ius aliquod ex huiuſmo
di inſtitutione conſecutum fuiſſe credat,quum om-
ni caſu Lucia ab ipſis conſanguineis fratribus re-
pelli potuerit.d.l.traditio.d.l.nemo plus iuris, de re
gu.iur.ubi Deci.

Amplius etiam à iure petendi legitimam illã ip-
ſam remoueri alio ſtatuto non ambigitur, cautum
enim eſt perſonas excluſas à ſucceſsione inteſtatorũ
etiam à iure petendi legitimam remotas eſſe cenſeri
ſub rub.& perſonæ excluſæ à ſucceſsione rigore ſta-
tuti ueteris,ſub rub.de ſucceſſ. ab inteſtato, ſint etiã
excluſæ à legitima. Rurſus alio ſtatuto cauetur,quòd
mulier dotata non ſuccedat alicui ex aſcendentibus
nec fratri ab inteſtato decedenti ſuperſtitibus maſcu
lis uel fratre conſanguineo,etſi dotata non ſit, dota-
ri debeat.& per dotantis perſonam ab ipſa hęredi-
tate excludatur. Vnde colligitur Luciam nullo mo-
do eius parẽtibus nec fratri Hannibali ſuccedere poſ
ſe Chriſtophoro ipſo ſuperſtite.& ſi me non lateat
altiorem indaginem illum ipſum iuris articulum re-
11 quirere, † an portio iure naturæ debita poſsit auferri
aliquaue ratione diminui.Dyn.reg. indultũ. de reg.
iur.in vj.Bal.Ange.Sali.Caſt.& Iaſ. auth. nouiſsima
C.de inoffi.teſt.Butr.Anch.Imo.Abb. c.Rainutius
de teſtam.Cardi.clemen.ii.in princ.q.vii.de re iudi.
Bartol.Imo.Caſt.l.Titio centum.§.Titio genero.de
condi.& demonſt.illud tamen non ita controuerſi
iuris eſt agnatorum cõmodo, ſi id quod filia habuit
alimentis ſufficiat,municipali iure ad communem
taxationem reſtringi poſſe. Abb.cap. Rainutius. de
teſtam. Alex.l.poſt dotem.v.char. ſolu. mat.tametſi
dos ipſi Luciæ data portionis legitimæ ſummam ex-
cedat.d.auth.nouiſsima.

Fortius idem dicendum eſt;quum Blaſius ipſe fi-
liabus in ipſa dote inſtitutis,filios ſibi reciprocè ſub-
ſtituerit.l.iam hoc iure.de uulga.& pupill.ubi Doc.
12 l.quamuis.C.de impub.† qua ratione iuſta teſtato-
ria uoluntas tuenda eſt.l.i.de teſtam. l. uerbis legis,
de uerb.ſig.l.i.C.de ſac.eccle.§.diſponat, in auth. de
nup.l.in conditionibus, de condi.& demon.eatenus
enim ad iuris diſpoſitionem cõfugiendũ patet, qua-
tenus hominis non extet.l.quandiu.de acquir.hęr.l.
quandiu.de reg.iur.ubi Deci.meritò igitur Lucia iu
ſto teſtamento acquieſcere debet. quod alio quo-
que ſtatuto præceptum eſt,ſub rubr.quòd mulier ſit
contenta relicto ſibi in teſtamento.

Statuto enim huiuſmodi cauetur,ultimas paren-
tum uoluntates modis omnibus in filiabus & ex eis
deſcendẽtibus obſeruandas eſſe; nec quidquam eas
petere poſſe ab ipſis fratribus ratione falcidiæ uel
quadrãtiæ & S.C.deducendi,uel portion is iure natu
ræ debitę. Quocircà mirum eſt,ut quia Blaſii elogiũ
infringere tentet: quum modis omnibus obſeruan-
dum ſit.idem enim eſt ac ſi prorſus dictũ fuiſſet, aut
omninò uel penitus,nempe tàm de iure quàm de fa
cto.l.qui autẽ.§.ſi quia cum, quæ in fran.credi.l.gre
cè.§.illud.de fideiuſſ.ubi Imo.cap.i.de ſupplen.neg.
pręl.ubi Arch.& Cardi.Soc.xxi.in i.nu.vj.abſtineat
ergo Auguſtinus ab huiuſmodi prouinciæ, cogitetq;
ſibi nullo modo conceſſum, quod Lucia illius uxor
non poterat.d.l.traditio.l. nemo plus, de regu. iur.
Quod multò magis cenſendum eſt, quum teſtatoris
iuſta uoluntas cum municipalis legis diſpoſitione
conueniat.arg.cap.i.de treg.& pace.ubi Bur. Anch.
Imo.& Abb.l.Balliſta.ad Trebell.ubi Alber. Caſtr.
& Alexan.

Non mouet quòd primo filiorum cauſa in ſucceſ-
ſionibus ipſis eſſe tradat.d.l.i.C.unde lib.d.§.i. inſt.
de ſuis & legi.d.§.i.in auth.de hære.ab inteſtat.uen.
quòdque idem de fœminis diſpoſitum ſit.d.l.maxi-
mum uitium.§.cæterùm,inſtit.de legi.agna. ſucceſſ.
publicæ enim utilitatis cauſa,nempe ut agnatio cõ-
ſeruetur & augeatur, bonaq; in ipſis familiis rema-
neant,hoc factum cenſetur.Bal.& Sal.d.l.maximum
uitium.tandemque ut ipſa ciuitas liberis hominibus
repleatur.l.i.ſolu.matr.municipali iure aliud indu-
ctum ſumma cum ratione cẽſetur.l.lege.C. de legi.
hæred.ubi Bald.& l.ſi defunctus.C.de ſuis & legi. l.
Titia, & l.teſtamento.§.Lucius,de leg.ii.ubi Bart.&
13 Bal. Alex.conſ.lxvi.in iiij. † qua ratione perindè eſt
ac ſi ipſa Lucia extranea eſſet.Bar.l.i.§.ſciendum, in
fin.de ſuis & legit.Soc.conſi.lxxxiiii.in i.congruam
enim dotem accepit inſpectis ipſius Blaſij facultati-
bus, immo maiorem quàm conditionis illius ratio
patiatur: unde Auguſtinus ſilere debet.Caſtr.conſil.
ccxxiii.Pro pleniori. Alexan.lxvi.in iiii.Iaſ.rubr.de
acquiren.poſſeſsio.

Minus urget quòd negetur Forocornelienſis ciui
tatis ſtatuta in eius caſtris ſeruanda eſſe, quia illud
14 uerum non eſt.nam quod uulgò traditum eſt, † ſta-
tuta ipſa forenſes non complecti.Cyn.l. i. C. de ſa-
croſ.eccl.& ibi Bar.uerſ.nunc ueniamus.& Iaſ. poſt
15 Sali.& Aret.Bar.d.l.omnes populi,iiij.q.prin.† non
procedit in ſubditis iuriſdictionis eius ipſius ciuita
tis,quę ſtatuta condidit. Nam qui ex uico eſt eam ip
ſam patriam habere cenſetur, cui uicus ille ſubeſt.
16 l.qui ex uico.ad muni.ubi Bar.† Pręterea indubita-
ti iuris eſt,in caſtris illud ipſum ius quod ex nõ ſcri-
pto uenit,ſeruandum eſſe, quo ciuitas utitur,cui ca-
ſtra ſubſunt.l.ex ea cauſa,de poſtula.ubi glo.& Alb.
& idem Albe.l.de quibus,de legib.uerſ.ſed an con-
ſuetudo.quod quum ita ſit,quia nõ idem in iure ſcri-
pto affirmet? l.nulli.C.de Epiſc.& cler.ubi Bald. &
Bald.l.ex hoc iure,de iuſt.& iur.uerſ.ciuitas, nume.
xiij.& Salic.l.ſi quis.C.de natu.lib. nu.i. Bona enim
huiuſmodi in Forocornelienſi agro exiſtunt, meri-
tò ſecũdum ciuitatis illius iura cenſendum eſt. l.uẽ-
ditor.§.

ditor.§.ſi coostat.C.comm.prædio.& l.an io totum
de ædific.priua.Bar.d.l,1.C.de ſacroſ.eccleſ.uerſic.
pone quidam habet.
Accedit quòd iuris ordinarij eſſe cẽſetur,ut is qui
agit,rei forum ſequatur.l.iuris ordinem. C. de iuriſ,
omn.ind.ubi Bald.& Salic.Barto. l. ij,ſi quis io iua
uoc.noo ier.cap.actor.de reg.iur.in vj.ubi Dyn.quæ
quum ita ſiot , conſequens eſt, Auguſtinum coosul-
tius facturum, ſi ſeſe ab huiuſmodi petitione abſti-
neat : ne ob temeritatẽ expenſarum condemnationẽ
ſubire cogatur.l.eum quem,de iudi,ubi docto.inſti,
de pœn.teme,litig.ubi Aug.Bal.Sali. Alex. & Iaſ. l.
properandum.C.de iudi.§.ſin autem,nulla enim ri-
17 uula euadere hoc poſſet. † Nec eſt ut quis Blaſij te-
ſtamentum idcircò infringere uelit , quòd Lugenſia
notarius extra principis eius territorium rogatus ,
documentum aliquod conficere non potuerit. cap.
Romana.§.pen.de foro compe.lib.vi.ubi Ioan.And,
Cardi.Ancha.& Imo.Barto.l.apud proconſulem,de
manumiſ.uindic.But.c.per uenerabilem,qui fil.ſint
legiti.Bald.l.i.in fin.de iudi.Bald.But.Cardi.Imol.
Abb.& Feli.cap.cùm P.Tabellio.de fid.inſtrumeo.
quoniam illud abſque dubio procedit in eo , qui ta-
bellionatus authoritatem ab inferiori Principe aut
uniuerſitate quapiã obtinuiſſet. in Spec.de inſt.edi.
§.reſtat.ubi Io.And.cęterùm in eo, qui ab ipſa ſum-
mi Pootificis uel Imperatoris facultate authoritatem
haberet, ſecus dicendum cenſuerim.Bald. tracta. de
tabel.Bar,d.l.apud Proconſulẽ Gemin.d.c,Romana
But.d.c.per uenerabilem.& d.c.cûm P. tabellio. ubi
Ancha.Imol.Abb.& Fel.nu.xvij. tametſi & etiam in
propoſita ſpecie loci ipſius conditio,ubi tabellionis
penuria maxima uiget,neceſſitatem noo dubiam in-
ducere potuerit , propter quam ab ipſiua iuris re-
gulia recedendum ſit.l.i.de offic.eius cui,ubi glo.in
18 uer.proficiſcatur.l.i.de off.proconſ.† neceſſitatis.n.
cauſa ab ipſis regulia recedi,dubium noo eſt.l. tutor
qui repertorium.de admi.tuto. ex neceſſitate enim
lex ipſa permittit ordines à iudicibus negligi.Barto.
l.Nauarchorum.C.de nau.unde & idcircò Baptiſmi
ſacramentum etiam à ſęculari conferri poteſt.c.San-
ctum,de conſec.diſtin.iiij.ubi Archi.Mod. lib. i. de
uerbo.ſign.in fin.
19 Accedit † quòd huiuſmodi quoque teſtamentum
iudicis ipſius authoritate confectum ſit ; quocircà
pro illo non parum præſumendum eſt. l. ij.C.de of-
fi.ciui.indi.ubi Bal.c.nimis,de præben,ubi But.An-
cha.Cardi.& Abb.qua ratione quę ſingula non pro-
deſſent,multa ſaltem iuuant.Bal.l.filium , de his qui
ſunt ſui.Bar.l.de quæſtione.§.i.de quæſtio.ut meri-
tò Auguſtinũ prorſus ab huiuſmodi prouincia reij-
ciendum eſſe,conſultius ſit ; ne fruſtrà agens teme-
ritatis notam ſubiret.Quod uelit Deus omnium pa-
ter colendiſſimus . Imolæ,

Laus Deo,

Portius hæc captim ſaluo ſemper
ſanioris iudicio.

FINIS TERTII LIBRI.

IACOBI PHILIPPI PORCII

IMOLENSIS, IVRISCONSVLTI ACVTISSIMI,

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM IVRIS.

Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Monaſhorum ordo ab Elia, & Eliſeo primordium ſumpſit, ſi ueteris teſtamenti legem inſpiciamus.*
2 *Monaſticæ profeſſionis authores, ſi ſacroſanctæ nouæ legis diſpoſitionem perpendamus, Paulus Eremita & Antonius fuere.*
3 *Antiquius quod eſt, illud & nobilius eſſe exiſtimatur. & num.58.*
4 *Senectus ueneranda.*
5 *Inſtitutio prius facta præferenda eſt.*
6 *Prædicatorum ordo, quia prius inſtitutus fuit, anteferendus eſt ordini Minorum. & nu.92.*
7 *Monachorum religionem prius inſtitutum quàm Canonicorum regularium. & nu.ſeq.*
8 *Ordo diui Benedicti prius fuit ab Apoſtolica ſede approbatus, quàm Canonicorum regu. diui Auguſtini.*
9 *Approbatio robur actui præbet.*
10 *Primò nominatus, cẽſetur primò approbatus. & nu.14.*
11 *Verba ſunt animi noſtri paſſionum nota.*
12 *Abbates ſunt in dignitate conſtitusi.*
13 *Rectores ſiue Priores eccleſiæ collegiatæ ſunt in dignitate conſtituti.*
14 *Ordo ſcripturæ inducit prælationẽ. et uide nu.77. et 81.*
15 *Regulã q pro ſe habet, ſolidũ dicĩ habere fundamentũ.*
16 *Ius ex facto oritur.*
17 *Conſuetudo æquipollet iuris ſcripti cenſuræ, & multa de ſonſuetudine.*
18 *Cardinalium ſollegium an ſit in quaſi poſſeſſione, ut ab eo ſonſilium requiratur, sùm ſummus ipſe Pontifex arduum aliquod uelit negotium explicare?*
19 *Monachi arctiorẽ degũt uitã quàm Canonici regulares.*
20 *Canonici regulares poſſunt tranſire ad Monachiſmum, & quæ nam ſit ratio.*
21 *Vita sontemplatiua potius amplectenda quàm actiua.*
22 *Via illa eſt eligenda, quæ pro animabus ſuſtodiendis tutior cenſeatur.*
23 *Canonici regulares somprehenduntur appellatione clericorum, & nu.88. & 93.*
24 *Clericorum genus regium eſt, & à laicis diſtinguitur.*
25 *Clerisorum appellatione comprehenduntur etiam qui in minoribus conſtituti ſunt ordinibus.*
26 *Laici inhabiles ſunt ad ſacerdotia.*
27 *Inſtitutio legitima ut cenſeatur, quæ requirantur.*
28 *Monachorum interna profeſſio, ſolitudo eſt.*
29 *Monachi officium non docentis, ſed plangentis eſſe. & nonnulla de monachis.*
30 *Canonici regulares nobiliores ſunt Monachis.*
31 *Clericorũ corona, quã in capite deferunt, quid ſignificet.*
32 *Clerici Dij uocantur.*
33 *Clerici non ſubijciuntur laicorum iudicio.*
34 *Priuatorum conſenſus, etiam iuramenti uinculo ſuffultus, legem diuinam diſſoluere nequit.*
35 *Clericorum genus diuino officio, & contẽplationi dedicatum eſt, idcirsò ipſorum uita maximè integra exoptatur.*
36 *Verba geminata arguũt magnã diſponẽtis deliberationẽ.*
37 *Epiſcoporum reſidentia eſt de iure diuino.*
38 *Epiſcopi curare debent, ut in eorum diœceſi ſacroſanctum Euangelium prædicetur, quod quidem eorum expenſis faciendum eſt.*
39 *Notoriũ nõ indiget pbatione, ſed ſolũ ipſa allegatione.*
40 *Vita actiua fructuoſior eſt contemplatiua, at contemplatiua ipſa ſuauior. & nu ſeq.*
41 *Bonum quò communius eſt, eò laudabilius exiſtimatur.*
42 *Rationum concurſus diſpoſitionem efficaciorem reddit.*
43 *Vincula duo uincunt unum.*
44 *Eccleſia Lateranenſis omnium regina prædicatur.*
45 *Canonicorum regularium inſtitutio, & antiquitas.*
46 *Hiſtorijs adhibetur fides.*
47 *Canonici regul. in proceſſionibus præferendi ſunt monachis, & nonnulla priuilegia de Canonicis ipſis.*
48 *Poſſeſſione ſua nemo abſque cauſa priuandus, ſed potius in ea conſeruandus.*
49 *Lex eſt ſancta & honeſta.*
50 *Poſſidere maximum eſt commodum.*
51 *Princeps ſupremus legum neceſſitati non ſubijcitur, limitatur tamen.*
52 *Pontifex ſupremam habet, maximè in beneficialibus poteſtatem.*
53 *Vſus localis extra locum non extenditur. & nu.89.*
54 *Romana ſedes omnibus alijs præeſt, & nonnulla de eius authoritate, & exsellentia.*
55 *Pontifex Romanus eiuſq; ſedis, ſolius præpotentis Dei iudicio ſubijcitur.*
56 *Pontifex ſummus eſt ſupra Concilium uniuerſale.*
57 *Vſus eſt facti, & facta animum declarant.*
59 *Clericatus ordo, & Canonicatus longè prius inſtitutus fuit, quàm monachatus.*
60 *Canonicorum regularium inſtitutionem à Leuitis profectam fuiſſe.*
61 *Monaſticæ uitæ origo ab Elia, & Eliſeo profecta fuit.*
62 *Clericalis ordo ab Apoſtolis initium habuit.*
63 *Canonicorum regularium ordo ab Apoſtolis inſtitutus exiſtimatur, quem deinde diuus Auguſtinus excitauit, ut in communi uiuerent.*
64 *Eremitarum profeſſio à monachatus eſſentia differt.*
65 *Copula &, ponitur inter diuerſa.*
66 *Auguſtinus ſanctus ſub quo tẽpore floruerit. & nu.ſeq.*
67 *Bernardus ſanctus centũ annis floruit poſt diuũ Auguſ.*

68 *Tex. in cap. ex authoritate. 16. q. j. declaratur.*
69 *Ordo ſiue regula diui Benedicti prius approbata fuit, quàm diui Auguſtini.*
70 *Diſpoſitione in quacunque illud potius cenſetur, quod ad ſpeciem refertur.*
71 *Generalis diſpoſitionis ea eſt uirtus, ut nullus ſingularis caſus in ea comprehenſus non intelligatur.*
72 *Proœmium ſeu rubrica mentem cuiuſcunque diſponentis declarat.*
73 *Clerici primitiua eccleſia in communi uiuebant more Apoſtolorum.*
74 *Auguſtini ſancti inter cætera opera ualde approbatur libellus, cuius eſt inſcriptio, Speculum Clericorum.*
75 *Monachi quod præferantur Canonicis regularibus ob priorem regulæ approbationem, reprobatur hæc opinio.*
76 *Cardinalis presbyter nullus prius eligebatur, niſi qui de gremio capituli Canonicorū regul. fuiſſet. & nu. 87.*
77 *Argumentum ab ordine literæ quando ualidum.*
78 *Ratio moderatur legem ipſam.*
79 *Caſus omiſſus uideri non ſolet, ſi de mente diſponentis conſtet.*
80 *Verba licèt uoluntatem noſtram declarent, quandoque tamen illa non attenduntur, ut putà, cùm ſimulatè aliquid actum fuerit.*
82 *Lex non eſt impoſita uerbis.*
83 *Canonici regulares Abbatiarum dignitate fulgent.*
84 *Canonicorum regularium congregatio Epiſcopali, & Archiepiſcopali dignitate fulget.*
85 *Abbatis nomen potius eſſe ſolicitudinis, quàm honoris, officij, & dignitatis.*
86 *Abbatibus in ipſis pontificalia eſſe ſterilia.*
87 *Canonici regulares octingentis annis in eccleſia Lateranenſi, quæ omnium mater eſt, prælationis iure uſi ſunt, etiam aduerſus clericos ſancti Petri in Vrbe.*
88 *Clerici in letanijs ſeu rogationibus præcedere debeant, deinde Monachi, poſtmodum alij religioſi.*
89 *Conſuetudo localis, ſiue diſpoſitio non extenditur extra locum. fall. tamen.*
90 *Conſequenti destructo, deſtruitur & antecedens.*
91 *Monacho non requiritur clericatus qualitas.*
92 *Fratres prædicatores præcedunt fratres minores.*
93 *Clericorum appellatione ueniunt Canonici regulares.*
94 *Clericatus qualitas per ſe competit Canonicis regularibus, Monachis uerò per accidens.*
95 *Qualitas naturalis potius quàm accidentalis perpendi debet.*

CONSILIVM CLXIIII.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut in propoſito problemate diſſoluendo, ueritatis ipſius ſcopum attingere ualeam.

THESIS.

CVM in ſupremo Apoſtolicę ſedis tribunali, cui nunc diuino nutu præeſt ſanctiſsimus in Chriſto pater & dominus noſter D. Pius eius nominis IIII. Pontifex ſummus, hæſitari cõtingat, Vtrum Canonicorum regularium congregatio nobilior ſit, quàm Monachorū ipſorum Caſsinenſium congregatio ſeu ſancti Benedicti. & idcircò utra earū in proceſsionibus ipſis præferri debeat? uetuſtiſsimum Academicorum morem ſecutus in utranque partem diſſerendi à Theologis, Iureconſultis, & Philoſophis paſsim probatum, imitatus; ut propoſiti argumenti ratio admodùm quidem perplexa, clariùs explicetur.

RESPONDI,

PRIMA quidem facie diiudicandū uideri, Caſſinenſem ipſam congregationē ueluti antiquius inſtitutam longè nobiliorem eſſe, & idcircò in proceſsionibus ipſis, ſeſsionibus & huiuſmodi præ-
2 ferendam. † Nam ſi ueteris legis authoritatem intueamur, ab Elia, & Eliſeo uetuſtiſsimis huius ipſius Monaſticæ profeſsionis authoribus profecta uide-
3 tur. † uel ſi nouæ legis diſpoſitionem perpendamus ſaltim ab ipſo Paulo Eremita, & Antonio, & Scariotte cuius hiſtoria ſcolaſtica meminit, & paulò poſt Chriſtum Seruatorem floruiſſe uidetur. & diuus Auguſtinus lib. Confeſsionum octauo, cap. vi. Antonij Aegyptij Monachi meminit, cuius uitam integerrimam Politianum ſcripſiſſe teſtatur. & idem diuus Auguſtinus in prologo libri primi de Doctr. Chriſtiana, ſcriptū reliquit, hunc ipſum Agyptium Monachum ſine ulla literarum ſciētia diuinas ipſas ſcripturas intellexiſſe. & idem lib. iij. Confeſsionum de eodem Antonio loquens exclamat; Surgunt iu-
3 ſti & cœlum rapiunt. † ex quibus legitima concluſio elici poſſe uidetur, monaſticam ipſam profeſsionem ueluti antiquiorem, nobiliorem exiſtimandā. quod Philoſop. in Prædicam, in cap. de priori innuere uidetur, & utriuſque cenſuræ Legiſlator ſæpius decreuit. cap. ſtatuimus, de maio. & obed. & cap. antiqua, de priuil. & l. i. & ii. ff. de alb. ſcrib. & l. prima. §. quibus. ibi, quòd ordo temporum. C. de nou. Cod. compo. ubi Docto. aduertunt, & l. ii. §. ſi prius. ff. de uulg. & pupill. ubi Bart. egregiè docuit, & alij ſequuntur. & l. i. C. ut dignit. ord. ſerue. & l. i. C. de conſ. lib. xii. ubi Luc. de Pen. & Ioan. de Plat. do-
4 cuerunt. † quocircà in conſequendis immunitatibus ſenectutem in hac ampliſsima urbe ſemper uenerabilem fuiſſe Iureconſultus reſpondit. l. ſemper. ff. de
5 iur. immu. & Bald. in cap. olim, de conſuet. † prius factam inſtitutionem in Eccleſijs prælationis effectum producere docuit, & Abb. c. dudum de elect. poſt Bart. in d. l. prima. C. de dignit. ad fin. & l. i. §. i.
6 ff. de mun. & hono. † quo nomine, Prædicatorum ipſorum religio prius inſtituta nobilior exiſtimatur quàm ipſorum Minorum. cap. quorundam, de elect. uerſi. uolentes igitur, in uerb. Prædicatorum. glo. & Ioan. Andr. id intelligi debere concludit contemplatione approbationis ſub Honorio III. anno Domini 1216. & Gemin. ibidem nu. vi. & Abb. antiq.
7 & Panorm. in c. auaritiæ, de præben. num. v. † teſtari uidentur Monachorum ipſorum prius inſtitutā fuiſſe profeſsionem, ponderando priorem nominationem, in cap. Deus qui, de uit. & honeſt. clerico. quæ cùm huiuſmodi ſint, diffiniendum uidetur, Caſsinenſis ipſius congregationis profeſsionem ob anti-

ob antiquiorem inſtitutionem, præſtantiorem cenſeri. Docto. l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. & à maioribus noſtris quandoque pertractatum & ex facto reſponſum, atque deciſum fuit. Angel. Arec. in tract. de teſtam. in glu. uerſi. item relinquitur. & Bartho. Veron. in tract. de Milite deligendo. in prima part. num. xv. & nuper Tiraquel. in tract. de nobilitate. c. xix. & Guid. Pap. conſi. lxv. & xxvi. & conſi. ccxvii. num. i. & Soc. conſi. ccxlvi. nu. iii. & uerſi. & habet, in ſecundo, & Afflict. deciſ. xxxv. nu. xiij.

8 Secundò, † Caſsinenſis congregationis digniorem quoque conditionem probare uidetur, quòd ipſius diui Benedicti regula ab Apoſtolica ſede prius approbata credatur, quàm ipſorum Canonicorum regularium: unde non defuerunt qui exiſtimarint Apoſtolicam ipſam ſedem idcircò in diſpoſitionibus Monachorum ipſorum prius meminiſſe ſolere. rubr. de ſtatu clericorum & canonicorum regular. & rubr. de capell. Monach. & cap. licèt quibuſdam, de regul. & cap. Monachi uerò, & c. cùm illorum, ibi, Monachi & Canonici regulares. & cap. canonica, eodem titu. de ſentent. excommu. & d. cap. Deus qui, de uita & honeſt. clerico. & cap. periculoſam, xviij. quæſt. ii. ubi Innocentius ſecùdas regulam beati Benedicti & Baſilij prius nominat quàm diui Auguſtini. & cap. ii. de ſupplen. Prælat. neglig. ubi Clemens tertius præponit Monachos Canonicis regularibus, etiam in actu à lege improbato. quamobrem ſiue inſtitutionem informem intueamur, ſiue iuſta forma non carentem,

9 † quæ ab ipſa approbatione profecta cenſetur, ut docuit Gemin. d. cap. quorundam. §. uolentes. num. vi. uerſi. & nota ex iſta gloſſa, poſt Ioan. Andr. & ibi Franc. num. iiij. ponderando textum, & glo. & d. rub. de ſtatu Monach. & Cano. quod legitimè fieri ſolet, ut Bald. docuit prima conſtitr. Cod. §. quibus. & l. conuenticulam. C. de Epiſcopis, & cle.

10 ric. & Cæpoll. d. conſil. xiii. † Quæ ſanè concluſio ratione carere non uidetur, ut ex tot prioribus nominationibus à ſummis Pontificibus profectis, prioris quoque approbationis argumentum colligatur,

11 † cùm enim naturale & maximè certum ſit inſtrumentum oratio ipſa in humani cordis receſsibus declarandis quod Philoſophus docuit in princip. Periherm. & Tubero & Labeo reſponderunt in l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. tradunt omnes in l. Gallus, in princ. ff. de libe. & poſthu. ibi, qui ex uerbis concipi poteſt. Bald. aduertit, & Dec. plures adducit in cap. ſecundò, requiris, in ſecundo, de appell. num. ſecundo, & Alciat. in rub. de uerb. ſignific. ſequitur prælationis prærogatiuam ex hac ipſa priori approbatione, Monaſticæ profeſsioni competere uideri. cap. cùm inter, & cap. cùm inter canonicos, & c. cùm in eccleſia, de præben. glo. in c. collatione, de appell. in vi.

Tertiò eadem concluſio hinc quoque probari uidetur, quòd ad monaſticæ regulæ eſſentiam pertineat, Abbatibus ipſis ſubijci, regularibus autem Canonicis, Prioribus, d. cap. cùm ad monaſterium, de ſtatu monachorum & canonicorum regularium.

12 † nec enim ambigi debet quin Abbatialis dignitas inter alias eccleſiæ dignitas fulgeat. cap. de multa, per dæbend. ubi Abb. uerſi. additio. num. xxi. con

13 cludit, † quemlibet Rectorem collegiatæ eccleſiæ ſeu priorem in dignitate cenſeri. & Paul. in u. clemen. de elect. & clemen. ne in agro, de ſtatu regularium, quare & Abb. ipſe propriè prælatus cenſeri debeat, cap. cùm ab Eccleſiarum, ubi glo. de offic. ordin. & cap. ſecundo, de iudic. ubi glo. Butr. Abb. & Dec. & cap. indemnitatibus, de elect. in vi. ubi Franc. §. uerò, num. ſecundo. & Feli. plures adducit in d. c. meminimus, uerſic. ulteriùs quæro. Cùm ergo Monachi ipſi dignitate Abbatiali præfulgeant, Canonici autem regulares Prioribus ipſis ſubſint, quod Innocentium atteſtari contenditur, d. cap. cùm illorum, de ſentent. excommun. in uerb. Abbatis, ubi inquit, intelligendum de quolibet Priore uel Prælato regulari ſuperiore Monachis, & loquitur de regularibus qui habent Priores, non Abbates.

14 Quartò, & Monachis ipſis fauere uidetur, † quod uulgo circunferri conſueuit, ipſius ſcripturæ ordinem in prælationis ipſius inducendo effectu perpendendum eſſe. d. l. ſecunda. §. ſi prius, ubi Bart. & Arec. uerſi. ultimò, & declarat Specul. in titu. de primo, & ij. decr. §. xi. uerſi. ſed nunquid ordo. quippè quòd ex uerborum ſeu ſcripturæ ordine, intellectus ordinem colligi tradatur in l. quoties. ff. de uſufructu, ubi glo. Barto. Alberi. & Flo. de Sancto Petro, Barto. & Bald. in prima conſtitu. Cod. d. §. quibus, & Feli. plures adducit in cap. cùm dilecta, de reſcript. uerſi. ordo, unde, cùm in uarijs diſpoſitionibus Canon ipſe prius Monachos appellet, quàm Canonicos regulares. d. rubr. de ſtatu Monach. & d. rubr. de capell. Monachorum. & d. cap. canonica, ibi, quòd Monachi & Canonici. & cap. ſecundo, de ſentent. excommu. & d. cap. periculoſam, xviij. q. ii. cum pluribus alijs ſuperius adductis, inferri poſſe

15 uidetur, Monachorum ipſorum intentionem regulæ hactenus ſolidum fundamentum habere in d. l. omnis. ff. de reg. iur. ibi glo. uerſi. quemadmodum Boonnienſes Carotio. Barr. Deci. & Cagnol. num. xxxiij. poſt Innoc. cap. propereà, de dilat. & Bart. in l. ii. ff. ſi quis in ius uocatus, & plures adducit

16 in Deci. conſi. cv. num. iiij. & v. † cùm enim ius ex facto oriatur. l. ſi ea plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. ubi Alberic. & Flor. in ſecundo compendio, & lea eſt natura. ff. de regulis iuris, ubi Cagnol. & aduertunt Bald. Fulgoſ. Deci. & Curt. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. & qui à regula flexum ſeu exceptionem adducit, illam ipſam probare debet. cap. cùm ad ſedem. §. nos uerò, de reſtitu. ſpoliat. & cap. cùm eccleſia, de cauſa poſſeſſ. & propriet. cùm alijs adductis ab Anchar. Gemin. & Franc. in cap. primo, de conſtit. in vi.

Quintò & iuris ipſius ex non ſcripto recepti au-

17 ctoritate Monachi ipſi fulti eſſe uidentur. † Iuris enim ſcripti cenſuræ conſuetudo ipſa æquipollere conſueuit, quippè quòd à patris potentiæ cauſa proficiſcatur. §. conſtat autem, inſtitut. de iure natural. gentium & ciuil. & l. de quibus. ff. de legib. ibi, uerbis an factis, Barto. & Bald. aduertunt nome. iii. & Iaſ. diſcutit quanta ſit conſuetudinis ipſius auctoritas. & l. i. & ii. C. quæ ſit longa conſuetudo

nbi Fulgo. & Salicet. & Pontificij iuris anthores
huic ipſi iuri maximam auctoritatem præbuerunt.
cap.cùm conſuetudinis, & cap. ultimo, de conſuet.
ubi Butr. & Cardin. in repetitione. Imol. & Abb.
aduertunt id potiſsimùm procedere, cùm ipſa con-
ſuetudo ratione munita ſit, & longiſsimo tempo-
ris curſu præſcripta. unde in iurium ſpiritualium
acquiſitione non facilè quia iuris quaſi poſſeſsionis
commodo priuari ſolet. cap. querelam, de elect. &
cap.cùm Eccleſia Volaterrana, ubi Card.oppoſit.vi.
poſt Innocen.Ioan.Andr. Imol.Abb.& Henri.Bo-
hic docuerunt, & in cap. conſultationibus, de iure
18 patro.ubi Abb. num.iii. & iiij. † quocircà non de-
fuerunt, qui ſenſerint, ampliſsimorum illuſtriſsi-
morum Cardinalium collegium in quaſi poſſeſsio-
ne conſtitutum cenſeri conſilij ab eo requirendi ab
ipſo ſummo Pontifice ardua quæq; negotia explicare
uolente.cap.i.de renun.in vi.& c.i.de ſciſmatic.cum
pluribus alijs à Feli. Deci. Rip. & Beroo in rub. de
conſtit. ubi quandoque diſſerui, & diffuſè pertra-
ctat Barbat.in tract. de præſtantia Cardin. quamob-
rem, cùm ipſiua Caſsinenſis congregationis religio
in quaſi poſſeſsione prælationis uideatur, fruſtrà
nunc Canonici regulares uti uidentur, eos ipſos tali
iure priuare.l.minimè.ff. de legi. & c. ſuper quibuſ-
dam.§.præterea. de uerbo.ſignifi.ubi Abb. antiq. &
modern.num.iij.& ix.maxima enim eſt uetuſtatis au
ctoritas.l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de acqui. quot.
& æſti.l.ſi arbiter.ff.de proba.& Bald.docuit proœ-
mi.digeſtorum,& idem in tract. præſcriptionum.&
Docto.in c.ulti.de conſuet. & c. cùm non liceat, de
præſcriptio. & Bald.conſi.ccxxix. in ſecundo, inci-
pit, Verba Cini.

Sextò, & Monachorum ipſorum digniorem con-
ditionem interna eorum profeſsio probare uidetur,
19 † arctiorem enim uitam profiteri existimantur quá
ipſi Canonici regulares.d.cap. quòd Dei timorem,
20 de uit. & honeſt.cleric.† ubi Innocentius tertius, fa
tetur Canonicos regulares laxiori uitæ inſeruire,
& idcircò eos ipſos ad Monachiſmum tranſire poſ-
ſe.cap. ſanè, de regul. & tranſeun. ubi Alexander
tertius decernit Canonicum in Aromatenſi Eccle-
ſia profeſſum, tutò ab Abbate receptum cenſeri, dum
modò locus ubi profeſſus eſt, ſit maioris religio-
nis quàm Eccleſia Aromatenſis. ubi Ioan. Andr.
concludit, religionem illam maiorem cenſeri, quæ
21 potius contemplationi intenta ſit. † unde Lucæ 10.
ſcriptum eſt: Mariam ipſam ſibi optimam delegiſſe
partem, nempè contemplatiuam ipſam uitam quàm
Martha, quæ ſatagebat &c. unde actiua uita deſi-
gnatur. & Innocentius tertius Arelatenſem Epiſco
pum increpat, quòd populi curam deſerere uellet,
ibi, in uerbo nec putes. & glo.in uerb.ſecura, cóclu
debat contemplatiuam uitam potius amplectendam
eſſe, cùm tutior ſit. & Canonis auctoritate decre-
22 tum ſit, † uiam illam deligendam eſſe, quæ pro ani-
mabus cuſtodiendis tutior cenſeatur.c. conſilium,
de obſeruat.Ieiun.ibi,bonarum mentium, & cap.iu-
uenis,de ſponſa.ubi Abb.in primo notab.nu.primo.
& cap. ad audientiam, il ſecundo, de homicid. uo-
lunta.uel caſual.ubi Marian.num.v.& cap. illud, de
cleric.excommun.miniſ. & glo.& Feli. num.xiiij.in
cap.ultimo de præſumpt. & Anchar. in eleganti ſpe
cie facti conſulens reſpondit conſil. clxxia. inci-
pi. Prima facie.

Quibus tamen & eiuſmodi non obſtantibus, op-
poſitum, ſecundum iuris noſtri rationem diiudican-
dum cenſeo, quòd immo Canonicorum regularium
nobilior ſit profeſsio, & idcircò illos ipſos in pro-
ceſsionibus, ſeſsionibus, & alijs huiuſmodi actibus
præferendos eſſe. quod ipſum pluribus rationibus,
iuribus, & auctoritatibus probari poſſe oſtendo.

Primò, quòd ad ſubſtantiam Canonicorum re-
gularium, clericatus ipſius qualitatem neceſſariò re-
quiri conſtet.cap.cùm tibi, de uerbo. ſignific.uerſ.
23 conſultationi tuæ, ubi conſtitutum eſt, † clerico-
rum appellatione Canonicos ipſos contineri; quip-
pè quòd ſiue ſæculares ſint ſiue regulares ſub diui
Hieronymi diffinitione comprehenduntur.d.c. duo
24 ſunt, xii. quæſt. prima. † ubi Diuus Hieronymus
regium clericorum genus à laicis ipſis diſtinguit,
ut qui in ſortem eſt domini, ille clericus nuncu-
petur, qui autem negotijs ſæcularibus implicitus
eſt, ille quidem laicus cenſeatur. toto titulo ne cle-
rici uel monachi. & tit. de uita & honeſtate cleric.
25 ubi conſtat, † clerici appellationem admodum ge-
neralem eſſe, & idcircò de quacunque ſpecie pro-
moti, ſeu in prima tonſura, ſeu in minoribus, ſeu in
ſacris ordinibus conſtituti omninò prædicari. Vn
de Canon in uniuerſum prohibet clericorum & mu
lierum cohabitationem, toto titul. de cohabit. cle-
ric. & mulie. & generalia titulus editus eſt, de cle-
ric.ægrotan. uel debili. & de cleric. excommu. mi-
niſt. & ne clerici uel uouentes, cum pluribus alijs
26 breuitatis cauſa conſultò omiſsis. Cæterùm, † cùm
nullus laicus habilis ſit & ſacerdotiorum capax.cap.
ſecundo. de inſtit. ubi Eugenius conſtituit, laicos
ipſos ad canonicatum promoueri non poſſe. & in-
de colligunt Innocen. Ioan.Andr.Butr.Aegid. Car
din. Anchar. Imol. Abb. & Henric. Bohic, conſe-
quens promotionis ſeu receptionis inter canoni-
cos clericatus antecedentem qualitatem præſuppo-
nere, aliàs canonica inſtitutio non contingit. cap.
primo, de regu.iur.in vi.ubi Dinus, Alberic. & An-
27 char.† quatuor requiri concludunt, ut legitima in-
ſtitutio cenſeatur, ſpiritualis enim ſubiecti in quo-
cunque argumento laicus ipſe incapax exiſtimatur.
cap.Maſſana. cap.cùm Eccleſia, de elect. & cap. ſe-
cundo, de iudic. ubi gloſ.& doctores in c.præterea,
de tranſact. & c.quantò, de iudic. cap. quæſitum, de
rerum permut. & cap. tertio de iurepatron. ibi, in
quo eos eccleſia ſuſtinuit. & Abb.Rip. Dec. Bero.
28 docuerunt in rubr. de iudic. uerùm, † cùm mona-
chalis interna ſit profeſsio, ut ſolitudinem ipſam
frequentet, & cuiuſcunque conſuetudinem abhor-
reat, & populis ipſa etiam diuina officia non ce-
lebrent. cap. primo, ſecundo, & tertio. xvii. quæſt.
prima, & cap. de Monach. eadem cauſa, & quæſt i.
ubi Innocentius conſtituit, ſi contingat Mona-
chos, qui diù in Monaſterijs uixerunt ad clericatus
ordines peruenire: ex quo decreto facilè probatur
Monachatus eſſentiam in clericatus qualitate non
conſiſtere. & idem in cap. Monachus, eadem cauſa
29 & quæſtio. Diuus Hieronymus docuit, † Mona-
chi of-

chi officium non doceotis, ſed plangentis eſſe, &
cap.ſi cupis, idem ad Paulinum monachum inquit,
urbes frequentare non debere. & idem in cap. alia
cauſa eſt, decernit Clericorum eſſe paſcere, Mona-
chorum autem paſci. & c.eccleſia habet. & c.placuit,
il ſecundo, eadem cauſa & quæſti.probatur, ad po-
ſitiooem Monachatus clericalis ordinis qualitatem
30 non præſupponi. † At cùm in Canonicis regulari-
bus ſecus ſit, d.cap.ii. de inſtit. cum alijs ſuperius ad-
ductis, conſequens eſt, Canonicorum regularium
conditionem longè nobiliorem cenſeri. d.cap. duo
31 ſunt, xii.quæſt.prima, nanque Reges ſunt, & † hanc
coronam habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ
in ſignum Regni, quod in Chriſto expectatur. Qua-
re, cùm nolla ſit maior ipſo clericatu dignitas,
quod ad laicos ipſos attinet, ſacroſancta Nicæoa
Synodua à Spiritu ſancto dictatam legem his uerbia
32 dixit. † Dij uocati eſtis, Exod. 22. & Pſalm. 81. quæ
tantùm de clericis intelligendum interpretatur. cap.
33 futoram. xii.quæſt.1. † cuius diuini iuris authoritate
clericos ipſos laicorum iudicio ſubiectos oon eſſe,
receptum extat. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de con-
ſtit. ibi, quibus obſequendi imminet neceſſitas nem
pe laicis. & d. cap.ii. de ind. & Deci. plures deciſio-
nes adducit, ut d. cap. Eccleſia, num.iii. & iiij. &
Soc.conſi.ccxii. num.xi. & xii. in ſecundo, egregiè
reſpondit. Et ego quandoque cenſui Meleuitani
Concilij hanc deciſionis eſſe rationem, cap. ſi dili-
34 genti, de foro compet. quippè † quòd priuatus con
ſenſus etiam iuramenti uinculo ſuffultus, legis di-
uinæ ſupercilium diſſoluere nequeat, & ſupremam
ipſam auctoritatem. cap. ultimo, vi. diſtinctione. §.
moralia autem. & cap.i.x.diſtio. & cap.i.xiii.diſtin.
& cap. ex publico, de conuer. coniug. ubi glo. in
uerb. conſummatum. & c.literas, de reſtit. ſpol. ibi,
gradibus diuina lege prohibitis diſpenſare non poſ-
ſumus. & plenius diſcutiunt Doct. in cap. quæ in ec
cleſiarum, de conſtit. ubi Abb. num.ix. uerſi. ſit tibi
breuis cooclusio. & Bart. Alber. Bald. in l.fin.C. ſi
contr. ius uel util. publi. quocircà ſumpto loco com
muni à qualitate clericatus antecedente omnium lai
carum & temporalium clariſsima, conſtituendum
exiſtimari debet, Canonicos ipſos regulares Mooa
chis longè digniores cenſeri, & idcircò prælationis
prærogatiuam illis omninò competere.

Secundò hanc ipſam concluſionem à laudabiliori
Canonicorũ regularium profeſsione probari poſſe
35 oſtendo. † conſtat etenim clericorum ipſorum ge-
nus diuino officio & cõtemplationi dedicatum eſſe
cenſeri. d.c.duo ſuot, xii.q.i. in princ. Vode & canon
clericorum ipſorum uitam maximè integram exo-
ptat, toto tit. de uita & honeſt. cler. & toto tit. ne cle-
rici negocijs ſæcularibus ſeſe immiſceant. nempè, ut
ſacramenta ipſa populis adminiſtrent, edoceant, &
Chriſti gregem diligẽter paſcant. toto tit. de baptiſ-
mate & eius effectu. & de pœnit. & remiſſ. ne aliâs
præceptum ipſi Petro à Saluatore factum contemni
36 uideatur. Ioan. 20. ibi, Paſce oues meas, † etiam tri-
plicato præcepto, unde enixa præcipientis mens col
ligi ſolet. l. Baliſta, ad ſenatuſcooſ. Trebell. & c.i. de
treg. & pace, & Bart. l. ſcimus. C. de agrico. & cenſ.
lib.x. nam & Paul. Apoſto. exemplo deinde & uerbo
Titum & Timoth. admooet, ut in uerbo Dei præ-
dicando ſedulò inuigilent. & Petrus Apoſtolorum
princeps ſecũda primæ, ſingulares paſtores inſtruit,
37 † quocircà Epiſcoporum reſidẽtiam iuris diuini eſſe
cenſetur, ut pertractant nouem uiri in conſi. ſubie-
ctionis ſub Paulo III. Pontifice Maximo, & Gig.
in tracta. de reſidentia Epiſcoporum poſt Diuum
Thom. & Gaet. & plures alios quos adducunt. &
Innocentius tertius diuini præcepti executor, ut
prælatos omnes decet, in cap. quoniam in pleriſque,
38 de officio ordinarii præcipit, † Pontifices ipſos ſin-
gularis urbibus curare debere, ſi in eorum diœ-
ceſi diuerſarum linguarum populi ſint, idoneos præ
dicatores adeſſe, qui populis ipſis Euangelicam le-
gem explicent. quod Bernardus gloſſator Epiſco-
porum expenſis id fieri debere concludit. & quan-
doque conſultus ex facto reſpoodi. Quamobrem,
cùm Canonicorum regularum profeſsio contem-
plationem ipſam præſupponat, quam Maria uelut
optimam partem elegit, Lucæ 10. rurſus & contem
plata Chriſtiano populo prædicando communicet,
39 † ut notorium eſt. quod ſola allegatione indiget. c.
ueſtra, & cap. tua, de cohabit. cleric. & mulie. ubi
Butr. in repet. & Specula. in titulo de noto. & Bart.
in l. prima. quæſt.i.ff. de noui operis nunciat. ſequi-
tur, hanc clericorum ſeu Canonicorum regularium
profeſsionem prorſus nobiliorem cenſendam. quæ
concluſio clarè probari uidetur ex Inoocentij III.
conſtitutione in cap. niſi cùm pridem, uerſi. nec pu-
tes, ubi decernit Arelaten. Epiſcopum ob ægritu-
dinem paſtoralis functionis miniſterium relinquere
40 non poſſe, † cùm uita actiua magis fructifera ſit, li-
cèt contemplatiua magis ſuauis actiua, tamen fi-
dem ipſam per charitatem operantem præſupponit.
ubi Ioan. Andr. uerſi. nunc autem, ad differentiam
eruditè diſtinguit, opus actiuum eſſe duplex, pri-
mum ex contemplationis plenitudine proficiſcens,
ut doctrina & prædicatio, unde Gregor. homel. v. ſu
per Ezechi. dicebat, de uiris perfectis poſt contem-
plationem ſuam redeuntibus, dicitur, memoriam
ſuauitatis tuæ eructabunt. quod profectò uitæ ge-
nus ſimplici contemplationi præferendum, Ioan.
Andr. concludit. ſicut enim maius eſt illuminare quã
lucere, ita nobilius opus eſt contemplata alijs com-
41 municare, quàm ſimpliciter contemplari. † bonum
enim quò communius eſt, eò laudabilius exiſtima-
tur, ut Philoſophus in Politicis, & Ethic. ſæpe do-
cuit, & Legislator conſtituit. l.i.ff. ſolu. matrim. ubi
Doctores, & .ff. de iure fiſci, in rub. & d.cap. ſi dili-
genti, Abb. poſt ueteres declarat, & Bart. in l.iii.ff.
de teſtam. pro qua concluſione. Ioan. Aodr. pon-
derat caſum, in cap. lectę, eod. tit. de renuncia. ſecun
dum uerum opus actiuum in exterioribus operatio-
nibus conſiſtit, ut uidemus in Templarijs, & Ho-
ſpitalarijs, Clericis & religioſis actiuæ uitæ ſimpli-
citer intentis; & hoc ipſi contemplationi poſtpo-
nitur, niſi ſubſit cauſa neceſſitatis. cap. non ſatis, &
cap. paſce. lxxxi. diſtinct. quocircà in Concilio Ni-
cæno conſtitutum eſt, conuerſionem & pœnitentiæ
fructum non uerbis ſolis, ſed opere & uirtute demon
ſtrandum. c. ſi qui uerò, de pœniten. diſtio. ii. & diuus
Tho. in ſecunda ſecundæ, q.c. art.iii. uerſ. reſpõdeo,

poſt diuũ Grego. concludit, uitam actinam iuuare
contemplatiuã in ipſis humanis paſsionibus com-
ponendis. & idcircò in articulo ſequenti concludit,
actiuam uitam uia generationis contemplatiua prio-
rem, ſecundum tamen naturam contemplatiua po-
ſteriorem eſſe. quamobrem, cùm regularium Cano-
nicorum profeſsio ex contemplationis & actionis
mixtura conſtet, conſequens eſt, illam ipſam longè
42 potiorem intelligi, † concurſus enim rationum di-
ſpoſitionem efficaciorem reddit. d. l. Baliſta, ff. ad ſe-
natuſconſ. Treb. & d. c. i. de treg. & pace, & auten.
itaque. C. commun. de ſucceſſ. ubi Cin. Alber. Bart.
43 Bal. & Fulg. aduertunt, † coniunctionem ex utroque
latere fortiorem cenſeri, & in auten. de conſang. &
uterinis fratribus, in princ. quod ſæpius reſponſum
extat, Corn. conſi. lxvii. litera G. in primo, & Dec. cõ
ſi. cxxxv. uerſi. & quia & Soc. iun. cõſi. al. nu. v. in ter
tio. Ex quibus concludendum omninò uidetur, Ca-
nonicorum regularium profeſsionem longè dignio-
rem cenſeri, & idcircò prælationis prærogatiuam
illi ipſi competere.

Tertiò, eandem concluſionem quoq; probat loci
ipſius dignitas in quo tàm nobilis congregatio diu-
44 tiſsimè floruit, † nempe in Lateranenſi Eccleſia, quæ
omnium regina prædicatur. epiſto. inter claras. C. de
ſum. Trin. & fid. cath. & c. i. §. unde cùm in ueteri, de
45 ſac. unct. † in ea enim Canonici regulares primùm
inſtituti atque in ea octingentis annis partim con-
templationi, & partim actioni incumbendo, clericis
omnibus etiam ſancti Petri fuerunt prælati, ut ex hi
46 ſtoricis conſtare poteſt, † quibus in huiuſmodi ple
na fides adhiberi debet. d. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta-
tu hominum, & d. c. fraternitatis, de frigid. & male-
fici. & l. antiqui. ff. ſi pars hæred. pet. & Doct. in l. i.
47 ff. ſi cert. pet. † illud quoque ſilentio non inuoluam,
ab Alex. III. & Lucio II. plura ſingularia iura huic
congregationi conceſſa fuiſſe, quæ ex bullis Alexan
dri IIII. & Eugenij, & Nicolai quinti oſtendi poſ
ſunt, ubi ponitur ordo proceſsionũ ſub pœna excõ-
municationis ſeruandus, & clerici ſeu Canonici tàm
ſæculares quàm regulares monachis ipſis præferũtur.

Quartò, & ſingularis congregationis potiorem
cauſam probat huius ampliſsimæ ſedis uſus in uiridi
obſeruantia exiſtens, & in proceſsionibus ipſis præ-
lationis locum Canonicorum regularium congrega
48 tioni aſsignans, † quo quidem iure quaſi poſſeſsio-
nis Canonicis huiuſmodi repellere, à iuris & Canonũ
ratione prorſus alienum cenſeri debet. d. c. querelã,
d. c. cùm eccleſia Volaterrana, & d. c. conſultationi-
49 bus. de iurepatro. † cùm enim lex ipſa ſit honeſta &
ſancta. c. erit autem lex. iiij. diſt. l. i. ff. de uarijs & ex-
traord. cognit. ibi, ſanctiſsima quidem res eſt. & alibi
uera philoſophia appellatur iuris prudentia ipſa. l. i.
50 ff. de iuſtit. & iur. † Quare cùm maximum commo
dum ſit poſſeſsio, ſeu quaſi. §. commodum, inſtitu.
de interd. & l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendic. & c.
ſæpe. ff. de reſtit. ſpol. ibi, cõmodo poſſeſsionis amiſ-
ſo, nulla tàm naturalis quàm humana ratio ſuadere
poteſt, tàm nobilem cõgregationem à ſuo iure deij-
51 ci. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. Et quamuis † in-
ficiari non debeat ſupremum ipſum Principem le-
gum ipſarum neceſsitati non ſubijci. c. nemo. c. cun-
cta. il primo, & il ſecundo, ix. q. iii. & l. digna uox. C.
de leg. à Theologis tamen & utriuſque cenſuræ pro-
feſſoribus receptum extat, id ipſum niſi ex magna
cauſa Principem attentare non debere. l. item ſi uer-
beratum. ff. de rei uendic. & l. Lucius. ff. de euictio.
Inno. Bal. Butr. Abb. differendo concludunt in d. c.
quæ in eccleſiarum, de conſtit. ubi quandoq; ex men
52 te Canonis & diui Thom. auctoritate diſtinxi. † &
Apoſtolica ſedes licèt ſupremã potiſsimùm in bene
ficialibus auctoritatem habeat, c. propoſuit, de con
ceſſ. præben. & c. quamuis, il ſecundo, de præben. in
vi. & clem. i. ut lite pend. quilibet tamen apoſtolicæ
huius & ſacroſanctæ ſedis Antiſtes approbare con-
ſueuit regulam illam de non toll. iure quæſ. ut Sar-
nen. Caſſad. & Quintili. illam ipſam regulam inter-
pretantes, pluribus quæſtionibus diſcuſsis oſtendũt,
53 Et ſi quis obijceret, † uſum huiuſmodi localem eſſe,
unde extra urbem protendi non poſſe. d. c. quoniam
Abbas de offi. deleg. & d. c. ſi gratioſè, de reſcr. in vi.
54 Reſpondeo, † huius ipſius ſedis eam eſſe præſtan-
tiã, ut omnibus alijs præſit, idcircò omnes alias huic
prorſus eſſe ſubiectas. d. c. nemo, & in Meldenſi Con
cilio conſtitutum fuit. d. c. i. de conſtit. aliàs extrà ſe-
dis huius obedientiam ſalus non datur. l. i. §. unde cũ
in ueteri, de ſacr. unct. & extrauag. unam ſanctam, de
maiorit. & obed. & colligit Alcia. in epiſt. inter cla-
ras, nu. ii. in uerb. omnium eccleſiarũ, huius ipſius ſa-
croſanctæ ſedis uſum ab omnibus alijs eccleſijs om-
ninò cuſtodiendũ. quam concluſionem grauiſsima
55 ratione muniri poſſe oſtendo. † cùm enim ſummi
Pontificis & idcircò primæ huius ſedis ea ſit cõditio,
ut ſolius præpotentis Dei iudicio ſubijciatur. d. cap.
alius. d. c. nemo, & d. c. cuncta, il primo, & il ſecundo,
ix. q. iii. & Card. Turrecr. in c. ſi Papa, xl. diſtin. nu. iii.
56 diſputando concludit, † hanc ipſam ſedem & illius
Antiſtitem nec ipſius uniuerſalis Cõcilij iudicio ſub
iectum cẽſeri. quod iuris diuini auctoritate probat,
& pluribus rationibus, necnon & Doctorum tum di
uini tum humani iuris auctoritatibus, & ego ſæpius
diſputando poſt plures recentiores nõ inutilis fortè
rationibus uerißimum eſſe oſtendi. quo huius am-
pliſsimæ Vrbis uſu ſtante, nõ ſatis mirari poſſum in
Oecumenico Tridentino Concilio controuerſiã hu
iuſmodi excitatam fuiſſe, cùm canonis inconcuſſa di
ctet ratio, mẽbris ipſis ab ipſo capite reſilire non lice
re, c. cùm nõ liceat, de præſcrip. & c. ſunt perſonæ, de
priuilegijs in vi. & aliàs diſputando uarios caſus ex-
plicaui in rub. de conſtitu. Ex quibus omnibus ſatis
clarè probatum uidetur, Canonicorum ipſorũ regu-
larium cauſam longè potiorem cẽſeri. Pro qua quidẽ
ſententia plures ex facto conſulti egregiè reſponde-
runt, Collegium Ticinẽſe & Patauinũ, licèt poſtmo
dum retractauerit, & Caro. Rui. magni nominis pro
feſſor, cui ſubſcripſerunt cõplures tunc Ferrariæ pro
fitentes, & d. Chriſtophorus Albaricius olim in Tici
nenſi Academia inſignis legum profeſſor, & d. Anto
nius Corſetus Siculus pro hac parte reſpondit, dũ Pa
tauij profiteretur, & plures alij cõſultò omiſsi. Ex qbus
cõſtat tùm auctoritatum tùm rationũ pondere hanc
ipſam ſentẽtiam amplectendam uideri. l. i. ff. de offic.
Quæſt. ibi, ſanè crebrior. & c. Capellanus, de feri. &
c. ne innitaris, de conſtit. ubi omnes aducitunt.

Nec

Nec urget, quod Cardi. Tranen. diſtinguendo re-
ſponderet, eccleſiam quędam docere, quo caſu ratio-
nē hanc incôcuſſam eſſe: ſecus in ijs quę uſu tantùm
probat, in quibus unumquemque in ſuo ſenſu relin-
57 quit. quia reſpondeo, † uſum eſſe facti c.j. de conſti.
in vj. & facta ipſa animum humanum declarant. l. de
quibus. ff. de legi. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ędil. edict.
& c. exiſtimant, xi. q. i. ibi, factis Chriſtum negant.
& cap. dilecti, ult. de appell. ubi Abb. nu. xj. & Deci.
l. non uult. nu. vj. ff. de reg. iur.

Non obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, &
58 primò, † quòd contendatur Caſsinenſem ipſam cō-
gregationem prius inſtitutam fuiſſe, & idcircò no-
biliorem cenſeri. d.c. antiqua, de priuile. & Docto.
d.l. cùm quid, ſi cert. petat. & Caſtren. l. in operis. ff.
loca. & c. qui prior. de reg. iur. in vi. ubi Diu. Albert.
& Ancha. & Neguſ. in tracta. pignorum diffusè per-
tractat. nam reſpondetur, hoc primum argumen-
tum ueritatis indumentò prorſus carere, quippè q̄
59 ſi ueteris legis diſpoſitionē intueamur, † Clericatū
ipſum, Canonicatum, & ſacerdotiū longè antiquius
inſtitutum fuiſſe, fateri oporteat quàm Monachatus.
Pſaltes enim cecinit: *Tu es ſacerdos in æternum ſecun
dum ordinem Melchiſedech.* & pſalmo lxxxi: *Ego dixi
Dij eſtis.* quod de clericis intelligendum Nicęna Sy-
nodus cenſuit. c. futuram, xii. q. i. ex quibus autho-
ritatibus ſignificabatur figura clericalis dignitatis
& ſacerdotij ſecūdum nouæ legis diſpoſitionem for
mati. c. tranſlato, de conſtitutio. ubi Doct. & d. cap.
ult. vj. diſtinct. §. myſtica autem, ubi Archi. & Gemi.
60 Prętereà, † ut Canonicorū regularium inſtitutio-
nem à leuitis profectam eſſe defendi poteſt, quorum
conditio nobiliſsima fuit. Deutero. xxviii. & c. per
venerabilem, §. rationibus, qui filij ſint legi. & c. fun-
damenta. §. decet, de elect. in vj. Prætereà, Paſchalis
ipſe Pontifex ſummus in conſtitutionibus Canoni-
corum regularium, quæ Rauennæ extant, Venetiis,
61 & pluribus aliis in locis id ipſum atteſtatur; † unde
origo ab Elia; & Eliſeo quod ad Monachos attinet
pfecta prorſus corruit. d.c. qui prior. d.l. in operis,
& d.c. antiqua, cū aliis ſuperius adductis. Si uerò no
uæ & perfectę legis authoritatem perpendam, ut fieri
debet. d.c. tranſlato, & d.c. ult. vj. diſt. §. myſtica, & l.
pacta nouiſsima. C. de pact. ambigendū nō uidetur,
62 † quin clericalis ipſe ordo ab Apoſtolis ipſis pfectus
fuerit Chriſto Ieſu Saluatore, & uero ſacerdote Spi
ritū ſanctū illis inſufflāte. Io. xx. qui quidem per ma
nus impoſitionē Clericos ipſos, Subdiaconos, Diaco
63 nos, & Sacerdotes ordinarent, † unde Canonicorum
ipſorum regularium ordo inſtitutus exiſtimatur, quē
poſtmodum Diuus Auguſtinus apoſtolicas inſtitu-
tiones imitatus excitauit, ut in communi uiuerēt nec
quicquam proprium haberent, exemplo Ananię, qui
pecuniam celans, medius crepuit, ut in actis Apo-
ſtolorum legitur. & d.c. cùm ad monaſterium, de ſta
tu Monachorum. & c. dilectiſsimus, xij. q. i. & c. ſci-
mus, & c. duo, ead. cauſ. & quæſt. quocircà Specul. in
ſecunda parte rationalis, & Diu. Tho. in iiii. diſtin.
xxxviii. arti. ii. q. iii. in reſpon. ad tertium argumen-
tum, & ii. ſecundæ. q. lxxxviii. art. iiii. in reſpon. in fi.
concludit, Apoſtolos ipſos relictis omnibus Chri-
ſtum ſequentes, ea uouiſſe cenſeri, quæ ad perfectio-
nis ſtatum pertinent: quem ſanè ſtatum cùm Cano-
nicorum regularium religio teneat, inferri uidetur
inſtitutionis prioritate illos ipſos præire debere. d.
c. qui prior. d.c. antiqua, & c. reuocationis, diſt. xxii.
64 Nec urget Pauli primi Eremitæ exemplū, † quia
profeſsio illorum à monachatus eſſentia prorſus dif
fert. nec enim ipſi paupertatem, obedientiam, aut cō
tinentiam profitebantur, & idcircò Paulus teſtamē
rum condidit. xix. q. iii. §. contrà. & glo. in c. ea parte
il ſecundo, in uerbo conſtitutus, de conuerſ. coniug.
ubi Abb. & Feli. in c. cùm Io. Eremita, de fid. inſtru.
unde in cap. ſuper eo, de regul. dicitur, Monachi &
65 Eremitæ, † quæ copula &, inter diuerſa poni cōſue-
uit. rub. C. de iur. & fac. ignor. & C. de ſeruit. & aqua,
ubi glo. & Docto. in l. inter cęteras, de reſcript. ubi
Bur. Imol. & Abb. l. ſępe, de uerb. ſig. ubi Alcia. egre
giè docuit. Cùm ergo Apoſtoli ipſi tria uouiſſe dicā
tur. Archid. c. qui uerè. xvi. q. i. poſt Diuum Thom.
locis ſuperius adductis, & Petr. de Palude in quarto
ſenten. diſtin. xxxviii. ſatis concludi poſſe uidetur,
Eremitarum profeſsionem ab ipſo Monachatu lon-
gè ſeiunctam intelligi. & quamuis à Beato Auguſti-
no tantùm Canonicorum ipſorum regularium in-
ſtitutionem profectam fateremur, adhuc eos ipſos ue
luti antiquiores præferendos eſſe, ambigendum non
66 eſſet. † quippè quod Auguſtinus ipſe ſub Theodo-
67 ſio iuniore floruit centum annis † ante Diuum Ber-
nardum, ut tradunt Hiſtorici Euſeb. uel Proſp. & in
ſupplemento Cronico. & Platin. & Lucid. San. in lib.
de uero temporum ſupputatione, & nouiſsimè Pan-
uin. conſtat etenim Diuum ipſum Auguſtinum an-
no ab urbe condita 5632. deceſsiſſe, a Chriſto autē
nató 434. Verùm Diuus ipſe Benedictus à Saluato-
ris ipſius natiuitate floruit anno 534. & vij. Imperii
68 ipſius Iuſtiniani, qui præfuit annis 36. † & licèt Gre-
gorius ipſe in c. ex authoritate, xvi. q. i. declaret Mo-
nachos Sacerdotes Apoſtolorum figuram tenere, id
intelligi debet, non ob ſtatum uel gradum Monaſti-
cum, qui etiam laicis competit, quocunque Clerico
inferioribus. d.c. Eccleſia Sanctæ, & Docto. c. Cleri-
ci, de iudic. & c. cùm non ab homine, cod. tit. ubi di-
cit poſt omnes. ſed ob ſacerdotii dignitatem per ac-
cedens ab eis conſequutam omnium aliarum præ-
ſtantiſsimam, quę in Apoſtolis ipſis uigebat: & ideò
dixit figurā, quæ inferior eſt, quàm ſi dixiſſet ſucceſ-
ſores, quales ſunt Clerici, & Canonici regulares. c.
ſi ſi, xii. q. prima, ubi decernitur, Clericos Apoſtolo-
rum ipſorum ſucceſſores eſſe.

Secundò non urget ſummopere contendi ad Mo-
nachalem pręſtantiam & prælationem probandam
69 † ipſius Diui Benedicti regulam, quam diui Augu-
ſtini prius approbatam fuiſſe, & idcircò ab ipſius
approbationis die prælationis ipſius uirtutem per-
pendi. d.c. de libellis, xxi. diſt. d.l. i. C. de uet. iur. enu.
cum aliis ſuperius deductis. id enim omninò ueritatis
lucę carere probatur, quippè quòd Gelaſius Papa
in c. Sancta Roman. Eccleſ. xvi. diſtin. ultra quatuor
Conciliorum approbationem ibi factam, omnia Di
ui Auguſtini opera Epiſcopi Hipponenſis approba-
uit, qui ſanè Pō. ſummus floruit anno Domini 434.
cùm Diuus Benedictus floruerit, ut ſuperius dictum
fuit anno Domini 534. Ex quibus clarè colligi po-
teſt

teſt quàm debilis ſit ratio huiuſmodi,quæ in appro-
70 bationis prioritate conſiſtit.† Et ſi quis diceret , in
quacunque legitima diſpoſitione illud potius cenſe-
ri,quod ad ſpeciem ipſam refertur.l.in toto iure no
ſtro.ff.de reg.iur.ubi Dec.& Cagno.plures deciſio-
nes adducunt,Din.Alber.Ancha.& Franch. c. quo-
niam,de reg.iur.in vj.nam & quæ inſignia ſunt, niſi
in ſpecie explicentur,neglecta uideri ſolent.l. item
prętor edixit,in prin.& l.item apud.§. ait prętor. ff.
de iniur.& uidit.Dec.rubr.ff.de reg.iur. Reſpondeo
ipſum qui fatetur omnia Diui Auguſtini operą ap-
probata fuiſſe,utique & regulam ipſam approbatam
fateri omninò compelli.c.omnia,de obſerua. ieiun.
& c.primo de conſtit.ubi glo.& Docto. in uerb. ab
71 omnibus.†ea enim eſt generalis diſpoſitionis uirtus
ut nullus ſingularis caſus in ea comprehenſus nõ in-
telligatur.l.ſi is qui.§.uerum.ff.de reb.dub.ubi Bart.
& omnes in d.c.i.& c.quoniam contrà,de probatio.
quinimmo dici conſueuit,ſpecies omnes ſub genera-
li diſpoſitione propriè comprehenſas intelligi. l. ſi
quid earum.§.inter emptum.ff.de reb.dub. Bart.do-
cuit,& Bal.in l.ii.C.de iur.aureo annu. Abb.& Dec.
num.iiij.in rub.de conſtitu.Quocircà ſi proponatur
municipali lege caueri eum ipſum , qui petit certam
ſummam , ſoluere debere , utique & eum qui repetit
huius ſingularis iuris cenſuræ ſubiici traditum eſt.
Ang.Alex.Soc.& Rip.rub.ff.ſolu.matr.& Alcia.do-
cuit lib.j.de uerb.ſign.

Præterea,& neminem latere cenſeo huius ipſius
Diui Auguſtini regulæ mentionem in ſpecie factam
reperiri.c.quando neceſsitas, diſt. lxxxj. qui text.&
ex ipſa regula excerptus fuit,ut ex inſcriptione col-
72 ligitur,ibi,de uita cleric.† quæ profectò legiſlatoris
& cuiuſcunque inſcribentis mentem declarat.l.ulti-
ma.ff.de hæred.inſtit.ubi Bar.& Bal.& l.i.ff.de ori-
gine iuris. Alex.Riminal. Iaſ. Curt. & Deci. l.i.ff.ſi
cert.pet.& Lanfranc.d.cap.quoniam contrà,nume.
73 ii.de probat.† cùm enim more Apoſtolorum in cõ-
muni uiuerent Clerici omnes primitiuæ Eccleſiæ ,
ideo pater Auguſtinus de communi clericorum ui-
ta inſcripſit: quę communis uita clericorum uſque
ad Vrbanum Pontificem ſummum permanſit.c. ſci-
mus,& c.duo,& c.dilectiſsimus,xij.q. j. & cap. non
uos.xxxii.q.v. Ex quibus ſpecialis beati Auguſtini
regulę approbatio colligi poſſe uidetur.

74 Amplius contendi poteſt ,† nullum alium librum
Diui Auguſtini magis approbatum intelligi , quàm
regulæ eius, quem Speculum Clericorum appellant
qualibet enim hebdomada in Conuentibus Diui Do
minici, Eremitarum,Seruorum , Sancti Hieronymi
in Hiſpania,Sancti Antonij, Templariorum,Sanctæ
Brigidæ,Hieroſolymitanorum,Rhodienſium & Cru
ciferorum ; item in eccleſiis Cathedralibus,& Cano
nicorum regularium Chriſtiano orbe liber ille legi
tur.ex quo , conſtanti ipſius eccleſiæ conſenſu , ip-
ſius regulę approbatio colligatur, Docto.d. c. cùm
omnes.tametſi in ſpecie approbationem huiuſmo-
di factam ſuperius oſtendimus. d. cap. Sancta Ro-
mana eccleſia. alioquin nullus Diui Auguſtini li-
ber nominatim non expreſſus , approbatus intel-
ligeretur , putà de Trinitate , de Ciuitate Dei , de
Chriſtiana Doctrina, Cõfeſsionũ & Retractationũ:
quod ab ipſius ueritatis ſcopo prorſus alienum eſt.

Nec mouet quòd Diuus Gregorius ſecundo lib.
Dialogorum,Diui Benedicti regulam adducat: quia
Gelaſius ipſe Papa centum annos ante Diuum Gre-
gorium floruit , qui uixit anno Domini 591.ut ex
Hiſtoricis patet,quibus plena fides adhiberi debet.
d.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtatu.homi.& l.antiqui.ff.ſi
75 pars hæred.peta. quibus ſic ſtantibus infertur,† Ge-
minianum in c.Epiſcopos,diſtinct.xvii. non ſat eru-
ditè loquutum fuiſſe,dum concludit Monachos Ca-
nonicis regularibus eſſe pręferendos ob priorem ap-
probationẽ.c.ſuper eo,de regula.ubi Alex.iii. memi
nit regulæ Diui Benedicti,nã reſponderi poteſt, hác
ipſam rationem parui ponderis eſſe, cùm Alexander
tertius prius Bullam Eccleſiæ Sanctę Crucis in Hie-
ruſalem in Vrbe ediderit , ubi erant Canonici regu-
lares , atque in ea diſponit quòd in perpetuum Cano
nicorum ordo uigeat ſecundum Auguſtini regulã ,
76 † & quòd nullus presbyter Cardinalis eligi poſsit,ni
ſi de gremio illius Capituli:quare licèt Diui Benedi-
cti regulã nominet,non idcircò approbationis prio-
ritas inde colligi poteſt. l. ex hac ſcriptura. ff. de do-
nation.ubi Bar. Alb.& Caſtr.

77. Tertiò † non urget argumentum ſumptum ex or-
dine literę dictæ rub.de ſtatu Monachorum,cũ aliis
ſuperius deductis. quia argumentum huiuſmodi mo
78 dicum robur habere cenſetur.† Nam iuris ipſius in-
concuſſa diſpoſitio exiſtimatur,ut ratio ipſa legis ha
benas moderetur.l.mulier,la ſecunda.ff.ſol.mat.ibi,
niſi ex mente,Rom.& Imo.docuerunt.& l. nominis
& rei.§.uerbum.ff.de uerbo.ſign.ubi Bar.& Alcia.&
Barto.Bald.& Sali.in l.non dubium.C.de legi. Din.
79 & Ancha.c.ult.de reg.iur.in vj.† quamobrem , ſi de
mente diſponentis conſtet,caſus omiſſus uideri non
ſolet.l.commodiſsimè.ff.de lib.& poſthu. & l. Gal-
80 lus. §.& quid ſi tantùm,eo.ti.ubi Doct.† Licèt enim
uerba ſint earum,quæ in anima ſunt paſsionũ notæ.
d.l.Labeo, quãdoque tamen plus quod actũ eſt, per-
pendit legiſlator,quàm ſimulatè conceptum. tot.tit.
C.plus ualere quod agitur,ubi Azo.Bal.& Salic.de-
clarant,& eſt caſus in c.ad noſtram, de emp.& uend.
& c.illa uos,de pigno.& Caſtr.poſt Barto.& Bal. in
l.fraus.ff.de leg.& in c.quia in tantùm , de ſimon.&
81 diffuſè pertractat Veronen.de ſimul.contract. † un-
de ſcripturæ ordo non ſolet attendi , cùm ratio ipſa
diſſuadeat.l.cùm pater.§.fidei,de lega.ii.& Barto. l.
ita.§.qui ſuſpectam.ff.ad Trebell.& Speculat. in ti.
de teſtam.& Bald.d.§.quibus,prima conſtitut. Cod.
unde uidemus in ſummorum Pontificium decretis
quandoque Canonicos regulares prius nominari.d.
c. auaritię, de præben.ubi Abbatis antiqui & moder
ni interpretatio ab omnibus reiicitur , quòd Cano-
nici in actibus prohibitis prius nominentur quàm
Monachi:ſuſpectos enim Abbates illos Innoc.& Io.
And.& alii diiudicant , quoniam in cap. ubicunque
xiii.q.ii.prius fit mentio Canonicorum quàm Mo-
nachorum,& in c.ut lex continentiæ,xxvii.q.i.prius
nominantur Epiſcopi , deinde Canonici regulares ,
tandem & Monachi.& in c. non dubium, de ſenten.
excomm.prius nominantur Clerici,deinde Canoni-
ci,& in c.Canonica,& c.ii.& c.cùm illorum , eo.tit.
in actibus prohibitis prius fit mẽtio Monachorum,
quàm

quàm Canonicorum regularium. Quocircà conclu-
di debeat argumentum huiuſmodi modici ponderis
eſſe, quia modò Canonici præmittuntur, modò Mo-
nachi. c. regularibus. de ſimo. & cap. ex parte, de po-
82 ſtulan.† cùm enim lex uerbis impoſita nõ cenleatur
l. ii. C. comm. de legs. conſequens eſt factorum & mẽ
tis rationem potius habendam cẽſert. d. c. ult. de reg.
iur. in vj. & d. l. non dubium. C. de leg. & d. c. quia, de
ſimo. & c. eaiſtimani. ai. q. iii. & plures adducit Dec.
in l. non uult. ff. de reg. iur.

Quartò non mouet, ꝙ Caſsinenſis cõgregationis
prærogatiua ea Abbatiali dignitate deducatur, cùm
Canonici regulares Prioratus duntaaxat habeant. Nã
reſpondeo, rationem huiuſmodi ueritatis tegumen-
83 to prorſus carere, † quia & Canonici regulares Ab-
batiarum dignitate fulgent. c. ſtatuimus, aia. q. iii.
ubi Vrbanus ſecundus ſcribit Abbati Sancti Ruffi
Canonicorũ regularium. quinimmo in Gallia ſunt
multæ Abbatiæ Canonicorum regularium, & con-
gregationis Sancti Ruffi, qui deceſsit Archiepiſco-
pus Auenionenſis. & Pariſiis extat Abbatia Sancti
Victoris, cui præfuit Beatus Hugo Canonicus regu-
laris. ideo in expoſitione regulę Sãcti Auguſtini ex-
tat inſcriptio: Pręposito & Abbati, qui omnium ue-
ſtrum curam gerit. & ipſe beatus Hugo floruit tem-
pore Innocentij ij. qui & ipſe fuit Canonicus regu-
laris anno Domini 1140. quo tempore Canonici re-
gulares in ipſa Lateranenſi eccleſia florebant. & in c.
intelleaimus, de ętat. & quali. colligitur Abbatẽ Ca-
nonicis regularibus pręfuiſſe. & in c. ex parte, & c. i.
& iiij. de ſenten. & re iudi. fit mentio Abbatis Cano
nicorũ regularium in Rhemenſi diœceſi, & in c. ſigni
ficaſti, il ſecundo de homicidio. & in Italia eſt Abba
tia Sancti Andreæ Vercellen. quę ſemper fuit Cano-
nicorũ regularium, & Abbatia Sancti Petri ad Aram
in Ciuitate Neapolitana, cui ſemper Canonici regu-
lares præfuerunt, & Abbatia in Cœlo aureo Papiæ.

84 Fortius † & Canonicorum regularium congre-
gatio Epiſcopali & Archiepiſcopali dignitate fulget
vt ea conſtitutionibus Benedicti xij. colligi poteſt:
ubi adducit conſtitutiones Canonicorum regulariũ
& Honorij iij. ubi fit mentio Epiſcoporum, Archie-
piſcoporum, & Abbatũ Canonicorum regularium.
Nam Archiepiſcopatui Cæſarauguſtano in Hiſpania
præeſt regularium Canonicorum congregatio, quẽ-
admodum Auenionenſi in Gallia, & Arelatenenſi, &
Zanzemorenſi, & Saltzburgenſi in Germania, & Brã
deburgen. & Terraconen. Pampilonen. & Toloſan. c.
prætereà, in prima glo. de pręb.

85 VLteriùs dici poteſt, † ea antiqua inſtitutione, Ab
batis ipſius nomen potius eſſe ſolicitudinis, quàm
honoris, officii, & dignitatis. c. accedens, in glo. iii. in
uerb. Abbatem. l. diſtin. & c. i. laax. q. ii. & xciii. diſt.
c. à ſubdiacono. unde & laicus Abbas eſſe poterat. c.
Abbates, de priuil. in vj. & c. tuam, de ætat. & qualita.
ubi glo. in uerb. non aſcendat, concludit, nomen Ab-
batis eſſe potius ſolicitudinis quàm ordinis. d. c. tuã.
unde Hoſtien. dicebat, Abbatem ex diſpẽſatione Sa-
86 cerdotem eſſe. † Ioan. Andr. in cap. ut Apoſtolica,
de priuilegiis, in ſexto, dicebat, Pontificia in ipſis
Abbatibus ſterilia eſſe, ex quibus hæc quarta ratio
omninò corruit.

Prætereà negatur, conſuetudinem huiuſmodi ex-
87 tare, quinimmo (ut pręſupponitur in facto) † Cano-
nici regulares octingentis annis in eccleſia Latera-
nenſi prælationis iure uſi fuerunt, etiam aduerſus
Clericos Sancti Petri in Vrbe propter ipſius Latera-
nenſis eccleſiæ prærogatiuam, quæ omnium mater
eſt, & ſummi Pontificis ſedes. d. c. cuncta per mun-
dum. ix. q. iij. & cap. ad honorem, de uſu & auctori-
tate pall. Deinde in eccleſia Sanctæ Mariæ nouæ de
Vrbe pręerant Canonici regulares, nunc Oliuetana
congregatio, & Sanctæ Crucis in Hieruſalẽ, ea cuius
gremio ex priuilegio Alexãdri iij. ab Eugenio & Ni-
88 colao confirmata, oſtendi poteſt. † Et quamuis in le-
taniis, Sancti Gregorii ordinatio hoc pacto inſtituta
eſſet, ut Clerici præcederent, deinde Monachi, poſt-
modum alii Religioſi, hoc intelligi debet de Cleri-
cis, & idcircò Canonicis regularibus ſeu ſęcularibus
cùm terminus Clericorum, de qualibet ſpecie pro-
priè prædicetur. d. l. ſi quid earum. §. inter emptum.
& Abb. in cap. ſi citatus, & c. Rodulphus, de reſcrip.
cum ſimilib.

Rurſus prætereundum non duxi, quòd olim Pa-
piæ pro Canonicis regularibus iudicatum ſit, ut ex-
tant conſtitutiones ſynodales pręponentes Canoni-
cos regulares omnibus aliis Religioſis & Monachis
cuiuſcunque ordinis. & in ciuitate Aſtenſi einſmo-
di ſunt conſtitutiones, & Neapoli quandoque idẽ
deciſum proponitur, & in Cõcilio Conſtantienſi de
cretum extat, Canonicos regulares prelationis iure
uti, ut ea bulla Ioannis xiij. cõſtat à pluribus ſummis
ſacerdotibus confirmata, ut in facto proponitur eam
89 in Camera Apoſtolica extare. † Et quamuis intelli-
gam non deeſſe, qui exiſtiment diſpoſitionem illam
eſſe localem ſeu perſonalem, unde ad præſentem ca
ſum non protendi. d. c. quoniam Abbas, de offi. dele.
& d. c. ſi gratioſè, de reſcriptis in ſexto, tamen cùm
Abbatum pro tempore & plura uerba in exordio po-
ſita decernentis mentem explicent, diſpoſitionẽ rea-
lem conficientis, conſtat illam ipſam realem exiſti-
ſtimandam. d. l. ultima. ff. de hæred. inſtit. & d. l. i. ff. ſi
cer. pet. cum aliis ſimilib. Ex quibus patet quintam
hanc rationem diſſolutam intelligi.

Sextò non urget, quòd Monaſtica ipſa profeſsio
arctior eſſe dicatur. d. cap. quod Dei timorem, de
ſtatu Monach. & d. c. ſanè, de reg. nam multipliciter
reſponderi poſſe uidetur. Et primò, quia attenta hac
ratione ſequeretur, quòd Monachi etiam Clericis
ſęcularibus præferri deberent, cùm ſint arctiuris pro
90 feſsionis, † ſed conſequens eſt falſum, ergo & ante-
cedens. l. ii. C. de dot. promiſſ. ubi Bal. cum aliis uul-
gar. Nam ſi Canonici regulares arctius uiuunt ex
propriis conſtitutionibus, ut aliquibus in locis con-
tingit, ratio hæc omninò cederet. Item auſteritas ui
tæ ad effectum prælationis inducendam ea interna
91 Monachatus profeſsione ſufficere nõ uidetur, † ꝙp-
pè quòd & Diuo Tho. autore, Clericatus qualitas in
ipſo Monacho non requiratur.

92 Secũdò, ſi hæc ratio uera eſſet, ſequeretur, † quòd
fratres Sancti Franciſci de obſeruantia deberent pre-
cedere Prædicatores, & omnes alios mendicantes,
cùm arctioris uitæ ſint, clemen. exiui de paradiſo, de
uerbo. ſign. ubi Cardi. aduertit, & c. nimis, el ſecundo
de

de excuſ.præla.& Bar.in tract.Minoric. plenius docuit,& tamen oppoſitum contingit.d.cap.nimis,ubi omnes aduertunt.

Vnde qualitas hæc arctioris uitæ quod ad prælationem ipſam attinet, parui momenti eſſe uidetur. & ideo antiquitas inſtitutionis in prelatione Prædicatorum reſpectu Minorum ſola pręoculis ipſius legiſlatoris eſſe uidetur,d.c.quorundam,de elect.in vj. ubi glo.& Doct.

Tertiò ſecundum eruditos Theologos & Pontificij iuris interpretes,qualitas arctioris uitę non uidetur eſſe conſiderabilis,quod ad prelationis effectum inducendum attinet, ſed dumtaxat contemplationę ingreſſus,uel tranſitus ad aliam religionem,alioquin Eremita uel Ieſuatus nudis pedibus incedentes aliis religioſis & ſacerdotibus præferendi uiderentur. Quocirca Archid.in c.mandamus,xix.q.iii.dicebat, utramque religionem Canonicorum regularium & Monachorum ordinari ad opera uitæ contemplatiuę,inter quæ præcipua cenſentur,quæ in diuinis miniſtrantis committuntur,quibus regularium Canoni-
93 corum ordo directè intenuit,† cum per ſe clerici cenſeantur.c.1.& c.generaliter,xvj.q.i.& Diuus Thom, ſecunda ſecundę.d.q.clxxxix.artic.iij.in reſponſ.ad
94 ſecundum argum.ubi inquit,† quòd ordini Canonicorum regularium Clericatus qualitas per ſe competit,Monachis autem per accidens: quare qualitas maioris dignitatis Canonicos ipſos fulcire cenſetur
95 l.mercis,la ſecunda.ff.de uerbo. ſign.ubi Bart.† naturalis enim qualitas potius quàm accidentalis perpendi debet.l.quod habetur, ff. de tutel. & l.ultima. C.de his qui ueniam ętat.impetrauer.& c.ſi fortè,de elect.in vi.ubi glo.in uerb, ſcientiæ, Ex quibus omnibus ſatis clare conſtare uidetur, Canonicis ipſis regularibus ius pręlationis competere in proceſsionibus,ſeſsionibus & huiuſmodi, non autē Caſsinenſis congregationis Monachis. Laus Deo.

Romæ, die xij. Decembris 1561.

Vt ſuperius concluſum fuit, iuris & Canonum rationi conuenire,atteſtor ego Iacobus Philippus Portius Imola nuncupatus,cuius rei teſtandę cauſa,ꝓpria manu ſubſcripſi, ſolitoq; ſigilli ſubſignandum curaui,ſaluo ſemper &c.

SVMMARIVM.

1 Abbatis nomen an ſit dignitas.& nume.ſeq. maxime nu.17.
2 Dignitas quid ſit.
3 Abbati competit rerum eccleſiaſticarū adminiſtratio. & nu.6.& ſeq.
4 Abbati cōmenit,& non Epiſcopo Monachos coercere, atque punire, niſi ipſe negligens ſit,& nu.28.
5 Diffinitio cui competit eidem, & diffinitum competere intelligitur.
6 Abbatiſſa poteſt a Monialibus accuſari,etiam poſt aſſequutam adminiſtrationem, ut à dignitate ipſa deijciatur.
7 Abbatiſſa dignitatem cauſa adminiſtratione habet.
8 Abbates,Præpoſiti,& Decani ad presbyteratus ordine promoueri debent.
9 Præpoſitura & Archidiaconatus inter eccleſiaſticas dignitates connumerantur.& nu.36.
10 Eccleſia Cathedralis, uel regularis ultra tres menſes prælato carere non debet.
11 Animarum ſalus eſt præcipuus legiſlatoris Pontificij finis.
12 Epiſcopalis dignitas maxima eſt.
13 Abbates utuntur Mithra,baculo,nonnulliſq; ornamentis.& nu.ſequentibus.& uide omnino nu.34.
14 Abbates per baculi traditionem inueſtiuntur, Canonici per libri, Epiſcopi autem per annuli traditionem.
15 Abbas hebraicè,latinè Pater.
16 Pontifex non ſolùm uacantia beneficia extra curiam cōfert,ſed etiam uacatura reſeruat.
18 Abbatis nomen inſpecta eſſentiali natura, non eſt dignitas.
19 Dictio alia, eſt implicatiua.
20 Denominatio fit à qualitate potiori.
21 Dignitatis appellatione Abbatia non comprehenditur.
22 Laici poterant eſſe Monachi & Abbates ſecundū Monachiſmi primæuum inſtitutionem.
23 Monachatus interna conditio qualis ſit.
24 Mens diſponentis ab exordij uerbis colligitur.
25 Monachi ſecundum iuris cōmunis diſpoſitionem ad Clericorum munera obeunda habiles non cenſentur.
26 Monachi poſſunt eſſe illiterati,ſed Clerici nequaquam.
27 Verbum concedimus & indulgemus ſingularis iuris diſpoſitionem inducit.
29 Iuriſdictionis facultas eius metam egredi non debet.
30 Legatus extra legationis fines iuriſdictionē non habet.
31 Text.in cap.indemnitatibus. §. uerùm, de elect. in vi. exornatur.
32 Natura eſſentialis attendenda eſt,& non accidens.
33 Impedimentum naturale fortius exiſtimatur, quàm accidentale.
35 Monachorum profeſſio abhorrere debet dignitates.
36 Præpoſiti,Archidiaconi,Priores Regularium, & Rectores eccleſiæ collegiatæ dignitatem habere dicuntur.
37 Rubrica ſeu inſcriptio declarat legiſlatoris mentem.
38 Monachos plures in Orientali eccleſia literatos fuiſſe.
39 Canonici regulares eorum prælatos quandoque Priores, nonnunquàm Abbates, aliquando Præpoſitos & Archidiaconos appellant.
40 Canonicus regularis poteſt eſſe Archidiaconus.
41 Doctoris dictum intelligendum eſſe, ſecundum legem, quam allegat.
42 Dictio qui, ſtat reſtrictiuè.
43 Naturam aſſumit res illius ſubiecti, ad quod illa annectitur.
44 Priuilegium non debet intelligi in diminutionem iuriū alicuius.
45 Iuris patronatus eſſentia eſt ſpiritualis.

CONSI.

CONSILIVM CLXV.

De eadem materia.

QVI SEDET AD DEXTERAM DEI
patris aduocatus nunc, & humani generis in
extremo iudicio futurus iudex, mihi nunc
adſit, ut in propoſita facti ſpecie col
limare, ac ueritatis ſcopum at-
tingere ualeam.

Facti ſpecies.

CONTIGIT rurſus coram Illu-
ſtriſsimis & Reuerendiſsimis San-
ctæ Rom. Eccl. Cardinalibus Sar-
raceno, Sancti Clementis, & Tra-
nenſi, Sanctiſsimi in Chriſto Pa-
tris & Domini noſtri Domini Pij
eius nominis iiij. Pontificis Summi, Delegatis, de
pluribus dubitari.
Et primò, an Abbatis nomen dignitatis gradum
inferat, & idcircò, an Abbatia ipſa inter eccleſiaſti-
cas dignitates recenſeri debeat?
Secundò, utrum Monachis congregationiúe Caſ-
ſinenſi per ſe & ex propria illius regulę eſſentia com
petat, ut illi pręſint tantùm Abbates?
Tertiò, an Canonicorum regularium eſſentialis
ſit conditio, ut Priores tantùm, ſeu Præpoſitos quã-
doque & Archidiaconos Prælatos habeant; non au-
tem Abbates, niſi ex accidenti?
Quartò, an poſito pro conſtanti, quòd Canoni-
corum regularium profeſsio ipſo Monachiſmo di-
gnior ſit propter Clericatus qualitatem ſublimem,
ea propria natura illi adnexam, ut in priori reſpon-
ſo uariis rationibus oſtendi; extra publicos actus
proceſsionum, eorum Priores, Prępoſiti, Archidia-
coni uel Abbates, Congregationis Caſsinenſis Ab-
batibus cedere debeant?

RESPONDI.

QVOD ad primum attinet, prima facie cẽ-
1 ſendum uideri, † Abbatis ipſius nomen di-
gnitatis gradum inferre; & idcircò Abba-
tiam ipſam inter eccleſiaſticas dignitates reponen-
2 dam eſſe: † cùm enim dignitas ſit rerum eccleſiaſtica-
rum adminiſtratio cũ iuriſdictione. Goffre. & Hoſt.
in ſumma de preben. nu. ij. uerſ. quid ſit dignitas. &
Archid. c. j. de conſuet. in vj. nu. ij. cuius ſanè ſenten-
tiam receptam Panormit. atteſtatur in c. de multa, de
præben. nu. xxi. uerſ. prima concluſio, poſt Innoc. &
Ioan. And. & alios & Gemin. & Franch. in d. c. i. de
3 conſuet. in vj. nu. vj. † Sed Abbati competit rerum ec
cleſiaſticarum adminiſtratio. c. tua, de his quæ fiunt
4 à præla. & c. nouit, eod. tit. † Item & iuriſdictio Mo-
nachos ipſos coërcendi. c. cùm ad monaſterium, de
ſtat. Mon. & Can. regu. ibi, ſi uerò poſthac. & infe-
rius ibi, repellitur. & c. ea quæ pro religioſis, eod. tit.
ibi, per Abbatem loci. glo. aduertit coërctionis mu-
nus reſpectu Monachorum delinquentium ad Abba-
tes pertinere. & Abb. nu. iii. uerſ. nota ſecundò, poſt
ueteres inde colligit, hoc ipſum munus ad Epiſcopũ
non pertinere, niſi Abbates ſint negligentes. & cap.
quanto, de offi. ordina. & Cardin. Alex. aduertit in c.
5 qui reſiſtit, xj. q. iij. ergo ſequitur concluſio, † ut cui
competit diffinitio, eidem & diffiniti eſſentiam cõ-
petere intelligi. l. j. ff. de teſtam. ubi Bart. & l. j. §. do-
lum. ff. de dolo, ubi idem Bar. Dec. Rip. Bero. rub. de
iudic. & Cagnolus. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.
Secũdò à ſcriptæ legis authoritate ſententiam eã-
dem probari poſſe uidetur. c. indemnitatibus, §. uerũ,
6 de elect. in vj. † ubi permittit Pontifex Moniales Ab-
batiſſam accuſare, etiã poſt adminiſtrationẽ aſſecutã,
ut à dignitate adepta deiiciatur. ubi Archid. Io. And.
Ancha. Gemi. nu. i. uerſ. nota quòd. & Franch. nu. ii.
& Celſ. in addit. ibidem, & Abb. d. c. de multa, uerſic.
& Abbatiſſa. & Fel. c. meminimus, uerſ. ulterius quæ-
ro, de accuſat. & Dec. l. fœminæ. ff. de regu. iur. nu. x.
7 concludit, † Abbatiſſam ipſam dignitatem cum ad-
miniſtratione habere, poſt Barto. in l. j. C. de digni.
lib. xj. & l. j. C. eod. lib. de mulieribus & in quo loco.
quę ſanè concluſio reſpectu Abbatum multò fortius
procedere uidetur: quippè quòd munus hoc uirile
potius exiſtimetur, quàm ut conueniat muliebri im-
becillitati. d. l. fœminę. & Bald. aduertit rubr. de co-
8 hab. cler. & mulier. † quare in c. i. de ętat. & qual. cau-
tum extat, Abbates, Prępoſitos, Decanos ad presby-
9 teratus ordinem promoueri debere. † Cæterùm, cũ
Præpoſitura & Archidiaconatus inter eccleſiaſticas
dignitates connumerentur, ut ibi Abbas colligit nu.
iiii. uerſ. nota plures. & in d. c. de multa, nume. xxi. &
xxii. poſt Innoc. & Archi. d. c. j. de conſuet. nu. v. in
vj. ſequitur huiuſmodi prælationes diuerſo iure non
debere cenſeri. l. eum qui ædes, ff. de lega. i. in argum.
æquiparatorum. & Bal. in ſpecie docuit, Abbatibus
ipſis adminiſtrationem cum iuriſdictione compete-
re. c. j. qui feud. dar. poſſ. in prin. & Abb. in cap. ij. in
prin. de his quæ fiunt à prælat. & Card. conſi. xvii. cir
ca princ. unde tonſuram conferunt, c. cùm contingat
de ætat. & qualit. ubi gloſ. in uerb. ordo, & Hoſtien.
ibi & in ſumma.
Tertiò ab effectu adminiſtrationis clauium tàm
ordinis quàm iuriſdictionis, Abbatem in dignitate
conſtitutum exiſtimandum uidetur. cap. ne pro de-
10 fectu, de elect. † ubi in Concilio generali decretum
extat, ne ultra tres menſes Cathedralis eccleſia uel re-
gularis Prælato careat. glo. ibi in uerb. regularis ad-
uertit, Epiſcopatum & Prælaturas regulares com-
11 parari: † cùm enim præcipuus ſit Pontificii legiſla-
toris finis, ut ſaluti animarum conſulatur. c. ut ani-
marum, de conſtit. in vj. & c. cùm contingat, de iure-
iuran. in glo. magna uerſic. ſed Canon. & tàm in ec-
cleſia Cathedrali quàm regulari periculũ immineat,
utrique pariter conſulendum fuit. l. tutelas. ff. de ca-
pit. dimin. ubi Bart. & c. & ſi Chriſtus, de iureiuran.
quod ad clauem iuriſdictionis attinere uidetur. ca-
ſus eſt in c. Monachi, & in c. cùm illorum, de ſenten.
12 excom. † Quamobrem cùm Epiſcopalis dignitas in
eccleſia Dei maxima ſit, ut Paulus Thimothęũ & Ti-
tum admonet. c. in noui, xxj. diſtin. & c. cùm in cun-
ctis, de elect. ſequi uidetur, Abbatum pręlaturam emi
nenti loco eſſe conſtituendam. argum. d. l. j. de leg. j.

Quartò

13 Quartò † ab ornamento Mithrę & huiuſmodi, qui-
bus utuntur, concluſio hæc probari uidetur. Nam
14 Diuus Thom. † per baculi traditionem Abbatem ip-
ſum inueſtiri docuit, Canonicum per libri, & Epiſco
pum aurei annuli per traditionem. ſecunda ſecundæ
15 q. lxiij. arti. i. † & Diuus Auguſtinus ſermone anni. in
tui. litera B. interpretatur, Abbatem hebraicè dici pa-
trē latinè, ut priores, patres & ſeniores, & Græci preſ-
byteros honoratiores exiſtimabant, docuit Philoſo.
in cap. de priori poſt predicam. & l. ſemper. ff. de iu-
re immunit. quod argumentum diffuſè pertractaui
in declamatione ad Illuſtriſsimum Mignanellū. qua-
re, cùm ea quæ inſignia ſunt, negligi uideantur, niſi
aliquo ſpeciali ornamentu ſignificentur. l. item apud
§. ait. ff. de iniur. & c. quanquam omnes. xxiiii. diſtin.
Hoſtiēn. in ſumma de priuileg. nu. j. uerſ. quid ſit. ic-
circò in c. ſi ad apoſtolicæ. de priuileg. in vj. cautum
fuit, ut hę uſum Abbati exempto fuiſſe indultum
auri ſrigiatæ, non tamen laminas aureas aut argen-
teas uel gemmas habentis: non exemptis autem, ut
albis ac planis ſimplicibus utantur. & ideò quod in
16 c. licèt, de pręb. in vi. conſtitutum eſt, † eam eſſe ſum-
mi Sacerdotis facultatem ut non ſolùm uacantia ex-
tra curiam conferat, ſed etiam uacatura reſeruet, ſed
multò fortius dignitates & perſonatus in curia uacā-
tes cōferat atque reſeruet. glo. ibi in uerbo dignita-
tum. & Ioa. Fant. & Lign. ut refert Gemin. nu. a. uerſ.
in contrarium, ſentire uidentur, conſtitutionem illā
in Abbatis locum ſibi uendicare, & Franch. ibi nu. v.
& idcircò Reuerendiſsimus olim Sanctæ Rom. Ecc.
Card. Iacobatius in tract. de Concilio lib. i. litera B.
concludebat, Abbates ipſos ueluti in dignitate con-
ſtitutos uenerandos eſſe.

Quibus tamen nō obſtantibus, oppoſitum uerius
17 eſſe cēſeo: † quòd immò abbatia ipſa, inſpecta eius
origine ac eſſentiali natura, dignitas eſſe non dica-
18 tur. † Conſtat etenim Abbatis ipſius nomen ſoli-
citudinis ac adminiſtrationis Monachorum exiſti-
matum fuiſſe. c. iuā, de ętat. & qualit. in glo. ultima, &
Io. And. ibidem fateri uidetur, & Abb. nu. iij. uerſ. in
eo autem quod dicit glo. plus ſolicitudinis & oneris
Abbati imminere quàm honoris, uidetur caſus in c.
hoc tantùm, xviij. q. ij. ibi, auctoritate Toletani Con-
cilij cautum erat, ad ſacerdotes pertinere Abbates
19 aliaq; officia inſtituere. † at cùm dictio alia, ſimilitu-
dinem implicet. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. ubi glo. in
uerbo uel alia, interpretatur ſcilicèt ſimili, & ſubſcri-
bunt omnes, & Abb. in c. ſedes, de reſcrip. & quamuis
huic ipſi miniſterio pręeminentia competat. c. nerui
§. alius, xiij. diſtin. ibi, omne quod eminet plus mœ-
roris &c. & c. ante omnia, lj. diſtin. & Ioan. Andr. &
Abb. in d. c. tuam, nu. iij. uerſ. in eo autem. id tamen
totum pręcedens curę ſubiectum & ſolicitudinis ſe-
quitur: unde à præcipua cauſa diſcerni debeat. l. ſi
20 quis. ff. ſi cer. pet. † nam & in cōpoſitis & mixtis acti-
bus à qualitate potiori denominatio fieri ſolet. l. cū
quæritur. ff. de ſtatu hominum, & l. Imperium. ff. de
iuriſd. om. iud. ubi Riminal. & Dec. nu. ii. & iij. & c.
quod in dubiis, de conſecratio. eccleſ. uel altar. quo-
circà indubitata atq; inconcuſſa concluſio conſtitui
poſſe uidetur Abbatis eſſentiam à cura & ſolicitudi-
ne potius perpendendā eſſe. glo. in c. accedēs, in uer.
Abbate. 50. diſtin. & c. expoſuiſti, de corpore uitia.
in fine, ubi iubet Pontifex, eum, qui fraudulenter ui-
tium in promotione ſubticuit, ab Abbatię officio re-
pellendum. Vnde Ioan. Monach. in c. inquiſitores, de
hæretic. in vj. ut refert Io. And. in d. c. ij. de præb. eo.
lib. in uer. dignitatum, & ſubſcribere uidetur, affir-
21 mabat, † dignitatis appellatione abbatiam non com-
prehendi. c. ſi quis deinceps, xvi. q. vii. quocircā, cùm
maxima ſit gloſſatorū authoritas, Burrius. F. f. C. qui
p ſua iuriſdictione, Alex. Rui. Dec. & Grā. in pluri-
bus reſponſis, diiudicandum uideretur, Abbatiam
ipſam propriè natura inſpecta dignitatem non eſſe.

Secundò a monaſticæ profeſsionis & Abbatialis
functionis interna conditione, eadem concluſio pro-
22 bari poſſe uidetur. † Nam ſecūdum illius inſtitutio-
nem, laici & Monachi Abbates eſſe poterant, cap. à
ſubdiacono, xciii. diſtinctione, ubi ex ſynodo Sancti
Syluestri legitur, Abbatem ipſi Hoſtiario ſubeſſe, ue
luti & Monachum ipſi Abbati. glo. in uerſ. Abbas, red
dit rationem, quia in primitiua eccleſia ad eſſentiā
monachiſmi, clericatus qualitas nō requirebatur. &
ibi ſequuntur omnes. & in Concilio Nicęno pluribus
authoritatibus id ipſum probatur, xvi. q. i. c. placuit,
& c. nemo, & c. de monachis, ibi qui ad clericatus or-
23 dines perueniunt. & c. monachus, † ubi Diuus Hie-
ro. ad Riparium ſcribens, inquit: Monachi eſſe non
docentis, ſed lugentis officium. & idem Paulinū ab
Aethymo ratiocinatur, qualis ſit Monachatus inter-
na cōditio. & c. alia cauſa, ubi Monachorū conditio-
nem à clericatu longè differre concludit. quoniam
clerici paſcunt, ipſe autem Monachus paſcitur. & c.
generaliter, eadem cauſa & quæſti. & Cardin. Turre-
crem. In d. c. à ſubdiacono, aduertit ſecundum uete-
res canones, nec Monachos nec Abbates fuiſſe cleri-
cos: quare eſſentiali hac inſtitutione perpenſa cōclu-
dendum uidetur, Abbatię munus dignitatē propriè
non continere.

Tertiò, & Canonicorum regularium cauſam non
parum fouere uidetur Gelaſii conſtitutio in c. pri-
ſcis, lv. diſtinctione. dum in ea decernitur, uel cun-
ctis uel ſufficientibus miniſtris non ſubſiſtentibus,
conceſſum eſſe, ut ſi quis monaſterialibus diſciplinis
eruditus ad clericale munus accedat, ut etiam de
ante acta illius uita requiratur. ubi Hugo pondera-
bat uerbum concedimus. & Archi. nu. iii. & Gemin.
24 nu. primo. ponderabat † exordij uerba, unde mens
legiſlatoris colligi ſolet. l. filium. ff. ad Senatuſconſ.
Maced. ubi Bart. & l. ult. ff. de hęred. inſtituen. & Lā-
franc. c. quoniam, de proba. nu. ij. & Gemi. in d. c. pri
25 ſcis, in iii. notab. colligebat, † quòd Monachi ſecundū
communis iuris diſpoſitionem ad clericorum mu-
nera obeunda habiles non cenſeantur, licèt quod ad
26 Monachatus officia attinet, ſecus ſit. † Vnde ſubiicit,
Monachos poſſe eſſe illiteratus, quod in clericis ne-
fas exiſtimatur. d. c. alia eſt, xvi. q. i. & quamuis diſpē
ſationem ibi aliquot ueteres factam fuiſſe intelligāt,
ut Monachi poſt promotionem parrocchijs pręficiā-
tur, nihilominus cùm ibi conceſſio factā ſit, ut Mo-
nachi ad clericale munus accedant; ſatis inde col-
ligi poſſe uidetur, ſecundum iuris antiqui diſpoſitio
nem, Monachalem profeſsionem ad clericatum ad-
miſſam non fuiſſe, aliâs conceſſio illa inanis fuiſſet,
argu.

argumento. l. manumiſsiones. ff. de iuſtitia & iure.
& l. decem. ff. de uerb. obligat. & §. ſeruus autem,
inſtit. de capit. diminut. ubi Docto. Nec urget quòd
Cardin. Turrecrem. ibi nume. primo, uerſi. ſalua pa-
ce, aduerſus Hugonem contendat, multos ante Ge-
laſium in Eccleſia orientali fuiſſe Monachos ſa-
cerdotes & ſanctos, unde Hugonem damnet, quòd
ſine lege loquatur, l. illam. C. de collat. & §. Illud,
in authent. de trien. & ſemiſſe. Reſpondeo, &
ipſum Cardinalem proprio ligone confodi, quip-
pe quòd & ipſe nihil adducat, unde retorquutio-
nis ope ſit repellendus. cap. cùm omnes, de con-
ſtitut. & toto titulo. ff. quod quiſque iuris. præte-
reà, dum à ſanctitate Monachiſmi ratiocinatur, &
ꝙ inueniantur litterati ſecundum Lateranenſis Con
cilij decretum, & eos potius præficiendos con-
tendit. d. cap. cùm in cunctis, de elect.

Reſpondeo, ibi probari, ut aduertunt Gemin.
Monachum illiteratum eſſe poſſe, ut Diuus Hie-
ronymus Paulinum admonet in d. cap. alia eſt cau-
27 ſa. † uerbum enim illud concedimus, & indulge-
mus, ſingularis iuris diſpoſitionem indicat, ut ex
uerbis Goffredi & Hoſtien. colligitur in ſumma
de priuileg. num. ſecundo, ibi, quod Romana Ec-
cleſia alicui conceſsit, & §. primo, uerſi. quid ſit pri-
uilegium. & l. prima uerſi. planè ex his. ff. de conſtit.
princip.

Ex quibus concludi poſſe uidetur, Abbatis mu-
nus, & Monachiſmi conditionem ex eſſentiali in-
ſtitutione dignitatis ipſius gradum non inferre,
aliàs uix laici dignitatia huiuſmodi capaces eſſe
poſſent. cap. Maſtana cap. cùm Eccleſia, de electio.
Docto. cap. ij. de iudic. Item illiterati, & demum
non integri ſtatus, quos tamen Abbatialis functio-
nis capaces eſſe traditum eſt. Abb. d. cap. tuam,
nume. iii. uerſi. nota gloſſam in duobus, ex mente
Bernardi concludit aliquem non integri ſtatus poſ-
ſe huiuſmodi munus obire, quibus tamẽ Canon di-
gnitatum portas concludit. cap. infamibus, de reg.
iur. in vi. & d. cap. cùm in cunctis, de elect. cum
ſimilibus.

Non obſtant ſuperiùs adducta in oppoſitum; &
primò argumentum à rei & natura ſubſtantiæ diffi-
nitione aſſumptum; quia reſpondeo, diffinitionem
illam intelligendam uideri de Abbatibus non clau-
ſtralibus, ſed liberam in eccleſiaſticis bonis admi-
niſtrandi facultatem habentibus, ut Canonis ratio
ſuadet. cap. ſine, duodecima quæſt. ſecunda, & cap.
nulli, de rebus eccleſi. non alienan. quibus ſanè com
petat in ſua diœceſi iuriſdictio in potiori ſignifi-
catione accepta. cap. penult. de ſentent. excommu-
nic. Alexan. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
acquiren. poſſeſſ. in quinto intellect. ſeu combin.
28 Barto. † qui ſanè Abbas ueluti ordinarius coërcen-
di liberam facultatem habebit. cap. primo, de offic.
ordina. quemadmodum Nonantula, & Abbas Lau-
redanus, & plures alij quos magnos Abbates ueri-
ſimilius eſt à maioribus noſtris appellatos fuiſſe,
quibus & Apoſtolicæ ſedis priuilegio competat fa-
cultas poſt miſſarum ſolemnia proprium popu-
lum benedicendi. cap. Abbates, de priuil. in vi. ubi
gloſ. in uerbo priuilegia, docuit Epiſcopalem eis iu-
riſdictionem omninò exercere non licere. cap. ad
honorem, de uſu & auctori. pall. & de huiuſmodi
Abbatibus puto Cardinalem Iacobat. in d. tract. de
Concil. in fine lib. primi, uerſi. quid autem, intelle-
xiſſe, & Campeggium in tract. de Concil. cap. vii.
gloſ. in d. cap. Abbates, ibi, quaſi iuriſdictionem
Epiſcopalem.

Secundò, reſpondeo, Abbatiam quatenus digni-
tatis fomentum adnexum habeat, illud ipſum ue-
luti acceſsionem quandam ſubiecto oneri antece-
denti adhærere, in quo ſubſtantia Monachiſmi &
Abbatialis functionis eſſentia conſiſtit. d. c. tuam,
ubi glo. unde ſubiecti præcipua conditio potius at-
tendi debet. d. l. ſi quis cauſam. ff. ſi cert. pet.

Tertiò, ſi qua illis competit dignitas, illam ip-
ſam reſpectu Monachorum intelligendam eſſe,
quorum curam Canonis authoritate Abbas ipſe ſu-
ſcepit. d. cap. cùm ad Monaſterium, de ſtatu Mo-
nach. & canonicorum regularium, & d. cap. cùm con
tingat, de ætate & qualitate, in uerb. tonſuratione.
29 † cuiuſcunque enim facultas iuriſdictionis propriæ
metas egredi non debet, unde Pontifex niſi ali-
qua facti ſubſit alteratio, temporalem Cæſaris iu-
riſdictionem permiſcere non debet. cap. tuam, de
30 ord. cogniti. & cap. cauſam, qui fil. ſint legiti. † Et
Legatus extra legationis fines nullum terrendi ius
habet. toto titu. de offic. deleg. & l. fin. ff. de iuriſdi.
omn. iudic. ubi Marſi. poſt ueteres, & l. cùm quæ-
dam puella, eod. tit. ubi Cagnol. & c. ad hæc de of-
fic. Archid.

31 Secundò non urget † diſpoſitio d. cap. indemni-
tatibus, quia ibi intelligi debet, Abbatiſſam à di-
gnitate repelli, comparatiuè intuitu aliarum Mo-
nialium. nam ea poſita antecedens Monialium præ
ſupponi debet. l. ult. C. de indict. ind. toll. ubi Bald.
& l. ultim. C. de fructib. & lit. expenſ. & Philoſo. in
cap. de his quæ ſunt ad aliq. in prædic. Prætereà &
dignitatem illam non eſſe eſſentialem oſtendit,
quod nullus & ordinis character impreſſus intel-
ligatur. d. cap. duo ſunt, duodecima quæſtione pri-
ma, licèt benedictionis uelum recipiat. cap. cùm ui-
rum, de regular.

Tertiò non urget caſus d. cap. ne pro defectu,
quia ex priuilegio quædam accidentali prærroga-
tiua hæc Abbatibus competit, non ex ſuapte in-
terna natura & eſſentia. d. cap. priſcis, quinquagin-
ta diſtinctione, ubi Hug. Archidiac. & Gemini.
32 † Nam quoties ſubiectum aliquod diiudicare uo-
lumus, ut ſit propriè tale, internam naturam il-
lius diſcernere oportet, ut per ſe ſit eiuſmodi,
non ex accidenti, uel ſecundum quid. d. lege ſi
quia nec. & l. naturalem. §. apium. ff. de acquirend.
rerum domin. ubi Barto. & Alber. aduertunt, rei
33 naturam eſſentialem, non accidens attendi, † &
naturale impedimentum fortius exiſtimatur quàm
accidens. §. ſeruus autem, & illud inſtit. de adopt.
ubi glo. & Angel. in uerb. ſpadones. & ideo ſi fiat
mentio perfectæ ætatis, ne naturali perfectione po-
tius intelligendum eſt, quàm de accidentali. le-
ge ultima. C. de his. qui uend. ætat. impetr. qua-
re, cùm Abbatibus & Caſsinenſis congregationi-
Monachis competat clericalis dignitas ex accidens

ti, & non ex ſe, ſequitur, impropriè dignitatem
eaiſtimari.l. ſi maritus.§. extraneis.ff. ad leg. Cor-
nel. de ſicar. nbi Bart. & idem.l. mercis, la ſecun-
ds.ff. de uerbo.ſignific. Canonicis autem regulari-
bus, atque eorum Prælatis cùm ex ſe & propria eo-
rum religionis inſtitutione communis iuris autho-
ritate, clericalis ordinis dignitas competat, conſe-
quens eſt illis ipſis maiorem dignitatis prærogati-
uam competere.l.eius militis.§. militia miſſus.ff. de
milit.teſtamen.

34 Quartò, † & ultimò non urget caſus d.c. Apoſto-
licæ, quia gloſ.ſecunda, ibi, cui Ioan. Andr. ſubſcri-
bit, eaiſtimat per conceſsionem horum ornamen-
torum pontificalium Abbates ipſos nihil quicquàm
conſequi, quod ſit Pontificij ordinis, quoniam ut
Archidiaconus ibi inquit, & Ioan. Andr. in hono-
rem eccleſiarum id ipſum conceſſum fuit, non in am
plitudinem officij: & ideo ſubijcit uulgò dici, tan
tùm operari pontificalis in huiuſmodi Abbatibus,
quantùm genitalia in mulis. & beatus Bernardus ad
uerſus eos, qui multo labore pontificalium orna-
mentorum priuilegia quærunt, his uerbis inuehi-
35 tur: † Si attendatur dignitas, hanc Monachi abhor
ret profeſsio: ſi miniſterium, ſolis liquet congruere
Pontificibus. d.cap. ad honorem, de uſu & ſuctor.
pall. d.cap. quæ eccleſiarum, de officio ordin. profe-
ctò eſſe deſiderant quod uideri geſtiunt, meritoque
illis eſſe ſubiecti nequeunt, quibus iam ipſo ſe deſi-
derio comparant. quòd ſi & nomen eius priuile-
giorum authoritas auferre poſſet, quanto putas au-
ro redimerent, ut pontifices appellarentur? quo iſta
ò Monachi? ubi timor mentis? ubi robur frontis?
quis unquam probatorum Monachorum hoc uerbo
docuit, aut exemplo monſtrauit?

Non omitto, Innocentium & Abbatem in d.cap.
36 de multa, num.xai. cenſuiſſe, † Priores regularium,
Præpoſitos & Archidiaconos, & quemlibet eccleſiæ
collegiatæ Rectorẽ dignitatem habere intelligi, &
prælatos poſſe appellari. d.cap. primo, de ætat. &
qualit. & ideo Panorm. ipſe concludit in hiſce di-
gnitatibus diſcernẽdis rei ſubſtantiam potius quàm
nomen ipſum introſpiciendum eſſe. quaſi uelit in-
nuere, eſſentiam rei eaiſtimari, cùm quid per ſe
competit, non autem ex accidenti. lex enim rebus,
& non uerbis impoſita eſt.c. Marchion, prima q. i.
& c. intelligentia, de uerbo. ſignific. & l. it. C. com-
mu. de legat.

Quod ad ſecundum attinet, reſpondeo, frequen
tius ipſi monachiſmo conceſſum, ut ei Abbates
præſint. Innocentius tertius ſcribit Abbati & con-
uentui Sublacen. qualis ſit profeſsionis Monacha-
lis conditio. cap. cùm ad Monaſterium, de ſtatu
37 Monach. & Canonicorum regularium. † ex qua in-
ſcriptione, Legiſlatoris mens colligi ſolet, ut do-
cuit Aphrodiſ. ſecundo poſteriorum, in procœmio,
& Docto. l. prima. ff. ſi cert. pet. demum in tex. ibi,
aſsignata Abbati, & inferiùs ibi, Conuentus eaeat
cum Abbate. & inferius. §. Prior autem poſt Abba-
tem, & ferè per totum tit. uidemus, Monachis Ab-
bates ipſos præeſſe, ut proprius prælatus ex pro-
pria monachiſmi natura. Cæterùm, cùm ſuperius
oſtenderim functionis Abbatialis munus & offi-
cium potius cenſeri, quàm dignitatem, & ſi quam
tamen illius prærogatiuam Abbatia habeat, ex ac-
cidenti, non ex propria natura illi ipſi compe-
tere. d. cap. priſcis, lv. diſtinct. ubi Hug. Archid.
& Gemin. idcircò conſtat, licèt monachiſmo fre-
quentius datum ſit habere prælatos Abbates, fun-
ctionis huiuſmodi & prælaturæ conditionem non
alterari. d.l. naturalem. §. apium. ff. de acquiren. rer.
domin.

Nec urget quòd Caſsinenſi congregationi in-
dultum ſit pontificijs ornamentis uti, quia natura-
lis conditio Canonicorum regularium dignior ha-
beri debet: quippè quòd illis ea propria natura or-
dinis, clericalis dignitas ex Apoſtolorum inſtitu-
tione competat. d.cap. duo ſunt, duodecima quæſt.
prima, & quamuis diuino nutu ipſi diuo Benedi-
cto regulæ eius inſtitutionem permiſſam fuiſſe fa-
teri oporteat, conſenſus tamen diſpoſitiuus Apo-
ſtolorum ipſorum regularis profeſsionis conditio-
nem ſublimiorem reddit. l. Diuus. ff. ad ſenatuſcon
ſult. Syllan. ubi glo. in uerb. occiſores. diuus Thom.
in prima quæſt. diſputata, & Bald. & Docto. cap.
38 primo, de offic. deleg. in uerb. conſentientes. † Nec
me latet, Cardin. Turrecrem. in d. cap. priſcis, lv.
diſtinct. plures Monachos in Orientali eccleſia li-
teratos fuiſſe adſeuerare, quia in Eccleſiaſtica hi-
ſtoria lib. vi. cap. xaai. legitur de his, qui in cellu-
lulis diuiſim philoſophabantur, ut ſoli ſemper eſ-
ſent, eaccepto caſu ægritudinis. nam diuerſa lon-
gè fuit illis uiuendi ratio, cùm herbis tantùm ue-
ſceretur: unde ex diuerſis non rite infertur. l. Pa-
pinianus. ff. de mino. l. inter. §. ſacram. ff. de uerbo.
oblig. in fin. ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt.

Quod ad tertium attinet, Canonicorum regu-
larium maximè proprium eſſe ea interna profeſ-
ſionis ipſorum conditione Epiſcopo ſubeſſe, quem-
admodum & clerici ſæculares in communi uiuen-
tes ab Apoſtolis inſtituti, ut in priori reſponſo la-
39 tius diſcuſſum fuit, † licèt regulares ipſi eorum
prælatos quandoque Priores, nonnunquam Ab-
bates, aliquando & Præpoſitos, necnon & Ar-
chidiaconos appellauerint in capit. innotuit, de
elect. ubi Prior & Canonici regulares Vigornien.
Epiſcopum elegerunt, ubi Abb. in primo notab.
aduertit poſt ueteres, eccleſiam Cathedralem Vi-
gornienſem fuiſſe regularem. & ibi Ioannes An-
dreas in uerb. conuentus. poſt Hoſtien. & Butr.
in primo notab. & in cap. cùm Vnitonienſis, eo-
dem titu. & cap. præterea, de præbend. gloſſ. ſecun
40 da aduertit, † Canonicum regularem Archidiaco-
num eſſe poſſe, & hîc in Vrbe Præpoſitum appel
lant Canonicorum ipſorum prælatum, & Arimini
Archidiaconus horum Canonicorum prælatus eſt,
& Vercellis Abbas quandoque, & Epiſcopus, nec-
non & Archiepiſcopus, ut in priori reſponſo ple-
nius diſcuſſum fuit. quæ ſanè prælaturæ nominum
diuerſitas non alterat ſubiecti eſſentiam, quin cùm
ex ſe non ex accidenti dignitatem conſequantur,
& iuris communis inſpecta diſpoſitione, non autem
ſingularis, ſemper Caſsinenſis congregationis ſeu
Prioribus ſeu Abbatibus præferantur. d.cap. priſcis.
d.l. eius militis. §. militia rei enim eſſentia potius
debet

debet perpendi, quæ à nominum diuerſitate alterari
non poteſt.d.c.Marchion, prima q.i.& Abb.poſt In
noc.rite docuit.d.c.de multa,nu.aai. quinimmo Ca
non Abbates Canonicorum regularium ſæpiùs no-
minat.c.Monachi,de ſenten.excõ. & conſtituit Ale
xander I I I. ſi contingat Monachos uel Canonicos
regulares ſeſe inuicem in clauſtro percutere,ſecun-
dum prudentiam ſui Abbatis eſſe abſoluendos; &
ſi diſcretio Abbatis non ſufficit, &c. & in c. cùm il-
lorum,eod.tit. ibi, quod Abbas illorum non poteſt
nec debet, loquitur de Canonicis & Monachis. & in
ferius uerſi.aut 10 Epiſcopum aut Abbatem. & in fi
ne ibi, præcipimus Abbatibus: ergo uerum eſt dice-
re, Canonicorum regularium prælatos Abbates uo-
cari. & quamuis Innocentius ibi , in uerbo Abbatis,
ſubijciat,idem intelligendum de quolibet Priore uel
Prælato regulari, adducit dictum cap.Monachi,ubi
inquit agi de regularibus , qui habent Priores , non
Abbates . Vnde quidam intelligebant , Abbatialem
præeminentiam regularibus Canonicis non compe
41 tere, niſi ea accidenti. Sed reſpondeo , † dictum do
ctoris intelligendum ſecundum legem quam addu-
cit, Bart.l.non ſolùm.§.liberationis.ff.de liberat.le-
ga.argumento.l. in teſtamento.ff. de condit. & de-
monſtr. at cùm ibi , & in d.c. cùm illorum, couſtet
etiam prælatos Canonicorum regularium Abbates
uocari , ſatis concludi poteſt , ſi quis intelligat hoc
ſenſu Innocentium,eius interpretatio textum ipſum
omnino deſtrueret, quæ facultas interpreti data nõ
cenſetur.l.ii.§.ſed neque.C.de ueter.iure enue. quo
nomine Bart.ipſe Accurſium notat.l.i.ff. de teſtam.
in uerb.iuſta. & quamuis in ſacris Canonibus men-
tio fiat prioris ſancti Fedriani Lucenſis,& ſancti Ioã
nia in Monte Bononienſi , & pluribus alijs in locis,
præſtat potius effectum prælaturæ quomodocunq;
appelletur, attendendum.c.quia in tantùm , de ſimo.
& l.in executione.§.pro parte.ff.de uerb.oblig.& d.
c.ii.C. cõmu.de lega. quod egregiè Panorm. docuit
d.cap.de multa, nu.aai.

Præterea & theorica Innocentij fauet potius , &
ſi quæ ſimiles ſunt Canonicis regularibus, dum in-
quit text.in d. cap. Monachi , loqui de regularibus
42 qui habent Priores,non Abbates. † dictio enim illa,
qui, ſtat reſtrictiuè.l. cunctos.C. de ſumma Trinit.
ubi Bart. & l.omnes, de iuſtit. & iure, & l. Stichum,
de legat.i.unde infertur regulares non ſemper Ab-
batiali dignitate carere, licèt quandoque & Prio-
res, non Abbates, nonnunquam & Præpoſitos, &
Epiſcopos prælatos habeant. & ideo Panorm.d.cap.
cùm illorum, num.aii. in glo. in uerb. per Abba-
tem, intelligit tea. illum ſiue Prior ſit loco Abbatia
ſiue Præpoſitus, prælatum huiuſmodi abſoluere de-
bere , ſecus ſi monaſterium Abbatem habeat, quia
tunc Prior non abſoluit .

Sed eſtò maximè proprium eſſe Canonicorum
regularium ſubeſſe Priori , quid tum ? an hoc quic-
quàm iuris diſpoſitionem alteret ? minimè , cùm
Priori , ſiue Canonico regulari , ſiue Præpoſito , ſiue
Abbati uel quomodocunque Canonicorum regula-
rium Prælati nuncupentur , per ſe dignitas compe-
tat clericalis ordinis & prælaturæ.d. cap. duo ſunt,
Monachis autem & eorum Abbatibus ex accidenti.
d.cap.priſcis. ergo impropriè.d.l. mercis, la ſecun-
da , ubi Bart.

Ad quartum reſpondeo, Abbates Monachorum
ipſorum non ſolùm Abbatibus Canonicorum ubi-
que & indiſtinctè cedere debere , ſed & Prioribus
ipſis, Præpoſitis , aut Archidiaconis, quibus omni-
bus & ſingulis iuriſdictio cum adminiſtratione com
petit.d.c.ad hæc, de offic.ordinarij, & Abb.poſt In
noc.d.ii. concluſione nu.xa.

Cuius concluſionis prima ratio eſt , quia quam-
cunque habeant Caſinenſis congregationis Abba-
tes dignitatem , illam ea ſe & propriè inſtitutionis
interna conditione inſpecta non conſequuntur , ſed
ex priuilegio & accidenti promotionis ad ordinem
clericalem.d.cap.priſcis. unde illiterati, laici & non
integri ſtatus exercere poſſunt huiuſmodi munus .
d.cap.tuam, ubi glo. Innocen. Ioan. Andr. Butr. &
Abb. ſed Prioribus ipſis ſeu Præpoſitis & quocun-
que nomine Canonicorum regularium Prælati ap-
pellentur per ſe , & ex propria natura dignitas ipſa
competit, & ſecundum iuris communis robur, ergo
ſequitur accidentali potiorem intelligi.d.§.apium,
& Bart. d.§. ſi extraneus, & d.l. eius. §. militiæ miſ-
ſus , cum alijs ſuperiùs adductis .

Secundò pro hac ſententia non inſulsè hoc pacto
43 colligi poſſe cenſeo, † omne quod annectitur alicui
ſubiecto , eius naturam aſſumit, ut in ſtipulatione
adiecta contractui nominato.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu
ris . Alexan. Iaſ. Alciat.rubr. de uerb.oblig. At Ab-
batia cohærens monachiſmo ex propria natura di-
gnitatem clericalem non habente , remanet in pro-
prijs terminis oneris & miniſterij. glo.d.cap.tuam,
ubi , Ioan. Andr. Et ſi quis diceret , ſuperueniente
priuilegio cenſeri clericatum ad Monachiſmi ſub-
ſtantiam pertinere , d.cap primo, de ætat. & qualit.
& d.cap. Apoſtolicæ , de re iud. Reſpondeo , pri-
uilegium hoc conceſſum uel ob neceſſitatem eccle-
ſiarum . d. cap. priſcis , uel ad ornamentum ipſa-
rum , non ampliare eſſentiam Abbatialis functionis,
ut Ioan. Andr. & Archid. declarant in d. cap. Apo-
ſtolicæ .

44 Rurſus † ſuperueniens priuilegium non debet in-
telligi in diminutionem iurium Canonicis regulari
bus ex Apoſtolica inſtitutione competentium, ſi nõ
ex defectu poteſtatis.d. cap. ad honorem , de uſu &
author. pall.ſaltem ea defectu uoluntatis præſum-
ptiuæ , ſi aliâs de cauſa non liquet . cap. ex mul-
tiplici , de decim. & cap. ſuper eo , de offic. deleg.
& l.ii.§.ſi quis.ff.ne quid in loco publ.& Sarn. Caſ-
ſiod.& Quintil.ſuper regula Vt non tollatur ius quę
ſitum, plures quæſtiones diſſoluunt. idque potiſſi-
mùm, cùm ius in canonicatus regularis eſſentia ra-
dicatum,iuris diuini clypeo munitum eſſe uideatur.
d.Pſalmo 81.& d.c.futuram, aii.q.i.& d.cap. ſi dili-
genti , de foro compet. & Deci.cap. eccleſia ſanctæ
Mariæ , de conſtitu. num.iiij. ubi dixi . cui ſanè iuri
humana lex ueluti inferior, non facilè derogare po-
teſt.c.literas, de reſtit.ſpol.& c.ex publico , de con-
uer.coniug.ubi glo.in uerb.conſummatum.& Abb.
c.quæ in eccleſiarum , de conſtit. ubi Abb. num.ia.
uerſi.ſit tibi breuis concluſio.ubi poſt omnes plures
caſus diſtinxi . Verùm ſi Prioratus ſeu Præpoſituræ,

Archidiaconatus, uel Abbatiæ prælatura accedant Canonicatui, ex propria natura clericatus qualitatem requitenti accedit, & idcircò in dignitate constituto. d. c. duo ſunt. & c. cùm non, in princ. de iudic. & c. clerici, eod. tit. ubi Abb. ſequitur huiuſmodi prælatoratum dignitatem longè maiorem cenſeri, ſubiecto enim digniori cohærent quàm ſit Mona-
45 chiſmum ipſum, † unde decreuit Canon, iuriſpatronatus eſſentiam ſpiritualem potius cenſeri, quippè quòd ſubiecto ſpirituali, id eſt, Eccleſiæ adnexum ſit. c. quanto, de iudic. & c. de iure, eod. tit. de iure patron. ſubiecti enim ſpiritualis ea eſt conditio, ut qualitatum temporalium naturam immutet. c. de prudentia, de donat. inter uir. & uxor. & l. quæ religioſis. ff. de rei uendic. & d. c. quod in dubijs, de conſec. eccleſ. uel altar. & cap. quæſitum, de rerum permut. Et ex his puto apud Illuſtriſsimos & Reuerendiſsimos Cardinales omninò aduerſus Canonicos regulares difficultatem omnem eſſe ſublatam.

Laus Deo.

Romæ, ſeptimo Kal. Februarij 1562.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clericis neceſſariam eſſe bonorum communionem, ſi Apoſtolorum ueſtigia ſequi uelint.*

2 *Canonicorum regularium religionem eandem cenſeri, quæ ab Apoſtolis inſtituta fuit, & à diuo Auguſtino renouata. & uide nu. 14. & 15.*

3 *Fratres mendicantes, monachi, cæterique religioſi profitentur illa tria, uidelicèt uotum caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, & ſic apoſtolicum inſtitutum imitantur.*

4 *Canonicorum regularium & Monachorum diuerſa eſt conditio.*

5 *Canonicorum regularium inſtitutiones.*

6 *Canonicorum regularium habitus, qualis eſſe debeat.*

7 *Præſcriptio tantùm centenaria currit aduerſus Canonicos regulares, quemadmodum aduerſus Eccleſiam Romanam.*

8 *Pontificis Romani propria ſedes eſt Eccleſia Lateranenſis.*

9 *Canonici regulares præcedunt Monachos.*

10 *Canonicorum regularium multa priuilegia, eorumque deuotis conceſſa. & num. præcedentibus.*

11 *Canonici regulares non ſemel temporibus retroactis præceſſerunt Monachos, ſic ut in poſſeſſione præcedendi exiſtant.*

12 *Ratio ipſa legis habenas moderatur.*

13 *Declaratio, quæ ex facto oritur, non minoris eſt uirtutis quàm ea, quæ ex uerbis ipſis.*

14 *Canonicorum regularium ordo primùm à diuo Marco inſtitutus fuit, & deinde à diuo Auguſtino propria regula inſignitus. & nu. ſeq.*

16 *Clericorum ordo à Beato Petro, cæteriſque Apoſtolis initium ſumpſit.*

17 *Nominis ex identitate, rei eſſentia colligitur.*

18 *Canonicorum regularium reformationes quædam.*

19 *Monachiſmi ſubſtantia in quo conſiſtat.*

20 *Monachi, laici erãt, quos diuus Benedictus inſtituerat.*

21 *Clericos ſæpe reformatos fuiſſe, aut mauis eorum mores & uitam.*

22 *Verba narratiua principis non facilè probant. fallit ſi eſſent prægnantia atque ad diſpoſitionem tendentia.*

23 *Poſſeſſio diutina poſſeſſorem ipſum ualde tuetur.*

24 *Actuum multiplicitas non præſumitur.*

25 *Facta non præſumuntur.*

CONSILIVM CLXVI.

De eadem materia.

ADSIT MIHI TRINITATIS INDIuiduæ lux, ut in præſenti negocio, ueritatis ipſius ſcopum attingere ualeam.

CONTIGIT coram illuſtriſsimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Saraceno, ſancti Clementis, ac Tranenſi planè dubitari, an ea deductis conſtet Canonicos regulares, inter quos in præſenti cauſa de præcedentia contenditur, & Caſsinenſem ipſam congregationem, deſcendere à clericis ſiue Canonicis regularibus, quos diuus Auguſtinus inſtituit? & cùm ſuperiùs oſtenſum fuerit, diuum ipſum Auguſtinum, ſecundum Apoſtolicam inſtitutionem regulam ipſam clericis & Canonicis regularibus præfixiſſe ſermone primo thom. x. & ſerm. iiij. litera G. ibi, & ſic uobiſcum pariter uiuere cœpi ſecundum regulam Apoſtolicam omnia communiter poſsidentes. & ſerm. v. litera M. & cum eis pariter, &c. ſanè inferri neceſſariò hos eſſe eoſdẽ Caoonicos regulares ab hoc ipſo genere deſcendentes. quippè quòd & uitam in communi agant, & tria profiteantur, quæ clerici initio naſcentis Eccleſiæ conſueuerunt. Actuum iiij. & c. dilectiſsimis, xii. q. i. & refert Clemens epiſtola quarta. atq; admonet coëpiſcopos Iacobum & condiſcipulos Hieroſolymis habitantes. & epiſtola quinta in primo uolum. Conciliorum, & diuus Marcus Petri diſcipulus ex tradi-
1 tione Petri decreuerunt, † bonorum ipſorum communionem clericis omnibus neceſſariam eſſe, qui Apoſtolorum ipſorum ueſtigia imitari cupiunt. quod diuus Hieronymus aduertit in lib. uirorum illuſtrium, & diuus Thomas ſecunda ſecundę q. lxxxv. artic. iiij. & in quarto ſententiarum diſti. xxxviii. & Caiet. apud diuum Thomam q. clxxxvi. art. vi. quod non latuit Pontificij iuris interpretes, Hoſti. Butr. & Abb. rub. de ſtatu monac. poſt Ioãnem Andream in rubrica de regula. nu. i. & rubr. de ſtatu monach.
2 & Cano. † quamobrem, cùm Canonici regulares qui nunc uigent in Italia tria illa profiteantur, quæ Apoſtoli, & alij clerici ipſius primitiuæ Eccleſiæ profeſsi fuerunt, ergo ſequi uidetur religionem illorum eandẽ cenſeri, quæ ab Apoſtolis inſtituta, & à diuo Auguſtino inſigni regula renouata fuerit. arg. c. præterea, de offic. deleg. & l. ii. ff. de officio eius cui.

Et ſi diceretur, Monachos hæc tria profiteri. cap. cùm ad Monaſterium, de ſtatu monach. & canonicorum regularium, in fin. ibi, adeò, ut nec ſummus

Pontifca

Pontifea aduerſus profeſsionem huiuſmodi diſpen-
3 ſare ualeat. † Item & Mendicantea, & quoſcunque
alioa religioſos profe ſſos. cap. nimis, el ſecundo de
e aceſsi. præla. ubi Ioan. Andr. Hoſt. Burr. Ancha. &
Abb. & Bart. pertractat in tracta. Minoricarum, &
4 Diuus Thom. quæſt. claaavi. † Reſpondeo, diuer-
ſam eſſe conditionem Canonicorum, & Monacho-
rum, quia illi ſunt capaces in uniuerſo atque com-
muni, ij autem non. clem. exiui de paradiſo. §. cum-
que annui redditus. de uerbo. ſignific. ubi Card. &
Imo. & ſæpius ea facto reſponſum eatat apud Fede-
ri. Senen. & Calderi. & alios ueteres. & ſic ab ipſis
Monachis Canonicorum regularium profeſsio di-
ſtat, quia eorum religio, atque interna conditio in
ſolitudine, & planctu reſideat, ut diuus Hierony-
mus ad Riparium ſcribit. cap. alia eſt, aii. quæſt. I.
& cap. monachus, avi. quæſt. I. & in cap. ſi cupis, ea-
dem cauſa, & quæſt. inquit, Si cupis eſſe monachus,
ut diceris, quid facis in urbibus? & d. cap. alia cau-
ſa eſt, affirmat clericorum eſſe, oues ipſas paſcere,
monachorum autem paſci. ubi glo. in uer. paſcor.
interpretatur, monachoa paſci clericorum ipſo-
rum ſacramentis.

5 Secundò † à ſingulari regula, quam Canonico-
rum regularium ordo ad unguem obſeruat, à diuo
Auguſtino præfixa, eandem eſſe religionem ambi-
gendum non uidetur, in d. tract. ſermon. cui inſcri-
ptio eſt: De inſtitu. regu. uitæ ſerm primo in princ.
uerſi. ſed ante omnia fratres. quam cùm euidens ſit
atque notorium in ſingulis monaſterijs Canoni-
corum regularium eatare, & legi & cuſtodiri, mi-
rum eſt de eorum identitate ambigi poſſe. cap. nolo
ut aliquis, ubi inſcriptio eſt, De commu. cleric. ui-
ta. Card. Turrecrem. aduertit, Diuum Auguſtinum
monaſteria conſtruatiſe in quibus clerici regularem
profitebantur uitam, quod & Poſsidon. etiã in eius
uita. cap. quinto. Conferatur exordium regulæ, quæ
in huiuſmodi Canonicorum monaſterijs extat, cui
exordium eſt; Ante omnia, & explicit, ubicunque
aliquis ueſtrum uiderit aliquid ſibi deeſſe, doleat
de præterito, & caueat de futuro, orans ut ſibi de-
bitum dimittatur, & in tentationem non induca-
tur. & in primo, & ſeptimo cap. ordinationum ho-
rum Reuerendorum patrum, in quibus qua ra-
tione diui Auguſtini inſtitutio exequenda ſit, ple-
nius declaratur. Scriptum extat; Ad ſalutem con-
ſequendam, clericis, & Canonicis regularibus Apo
ſtolicam ipſam profeſsionem neceſſariam eſſe, quæ
potiſsimùm tria uota continet. d. c. uolo, xii. q. ii.
6 & Doct. d. rubr. de regularibus. † & c. axaiiij. poni-
tur forma habitus, nempe Rochetti, qui alijs non cõ
uenit, conſequens eſt, regulares hoſce eſſe Cano-
nicos, quos diuus Auguſtinus inſtituit.

Tertiò, & idipſum ea plurimorum ſummorum
Pontificum diplomatibus probari poſſe uidetur. Ho
norius enim tertius in præfatione his uerbis utitur:
Dilectis filijs Priori, & Canonicis Lateranenſis ec-
cleſiæ &c. planè coniungi decernit. & quæ ſequun-
7 tur. † & idem Honorius tertius decreuit, & Aleaan
der II. & Gregorius IX. in ſpecie approbauit, ad-
uerſus Canonicos Lateranenſis eccleſiæ regulares
centenariam tantùm preſcriptionẽ currere, quemad-
8 modum aduerſus eccleſiam ipſam Romanam, † quip
pè quòd Romani pontificis propria ſedes exiſtat. c.
ad audientiam. de præſcript. ubi glo. & Doct. aduer-
tunt, & in auth. quas actiones, in fin. C. de ſacroſan.
eccle. Item Syxtus IIII. eiſdem conceſsit, ut poſ
ſent ſolemniter feſtum diui Auguſtini celebrare,
etiam die Dominico, quippè quòd ab ipſo regula-
9 rium Canonicorum ordo proceſſerit. † & Innocen-
tius quartus ſententiam latã in Concilio Conſtan-
tienſi confirmauit, ut Canonicorum regularium Ab
bas præiret Abbati Monachorum; & prælationis iu-
10 re uteretur. † Item Alexander VI. indulſit, ut om
nia iura ſingularia Canonicis regularibus conceſſa
ſancti Auguſtini ordinis, & congregationis Latera-
nen. oblatis eorum atque deuotis conceſſa intelligi,
at cùm ex horum priuilegiorum inſpectione col-
ligi poſsit, nullos alios eſſe Canonicos regulares,
quibus iura huiuſmodi conceſſa fuerint, & compe-
tant, & in uiridi ſint obſeruantia, ſequi uidetur, in-
dè colligi poſſe, hoſce eoſdem eſſe Canonicos re-
gulares, quos diuus Auguſtinus inſtituit, & Ro-
mani Pontifices Lateranenſis congregationis Cano-
nicos diutiùs appellarunt. c. porrò. de priuileg. ubi
Doct. & c. nonne. de præſumpt. & c. qualis, v. diſtin.
cum alijs huiuſmodi.

11 Quartò † & authoritate ipſius rei iudicatæ hanc
eandem ſententiam probari poſſe uidetur. conſtat
enim in ſententia lata ab illuſtriſsimo Cardinali Por
tuenſi in Porticu, clariſsimo domino Baptiſta Ze-
no, Canonicos regulares appellari ordinis diui Au-
guſtini, & congregationis Lateranenſis, & idcircò
in ingreſſu Sereniſsimi Ludouici Franchorum regis
in Mediolanenſi ciuitate cum pluribus illuſtriſsimis
Cardinalibus Canonici regulares ordinis ſancti Au
guſtini, & Monachis ſancti Benedicti acquieſcenti-
bus, prælati fuerunt, quemadmodum in ingreſſu Iu
lij ſecundi in ciuitate Bononiæ expulſis tyrannis an-
te clericos & Canonicos ſæculares ipſi regulares ſan
cti Auguſtini congregationis Lateranenſis ueluti di
gniores aliori loco præceſſerunt, ut ea publicis do-
cumentis conſtat, quibus plena fides adhiberi ſo-
let. l. cùm precibus. C. de probatio. ubi Bald. & Sa-
li. & c. ſi cautio, de fide inſtrumen. ubi Innocen. cap.
ad audientiam, de præſcript. ibi, ſecundarium no-
ſtrum, &c. Et Alexander ſextus in diplomate con-
tra practicantes, in exordio Canonicorum regula-
rium, congregationem Lateranenſem appellat or-
dinis ſancti Auguſtini. & à clariſsimis Pauli III.
Delegatis Neapoli iudicatum fuit, ut Canonici re-
gulares ſancti Auguſtini congregationis Latera-
nenſis poſt clericos ſæculares, ſeu ante illos ſecun-
cundum naturam actus, immediatè præcedant, &
idem Ticinij, atque Vicentiæ, & pluribus alijs in
locis quandoque iudicatum fuit, ut ea publicis do-
cumentis conſtat: conſequens eſt, ea earum exhi-
bitione à præfectis huius ipſius clariſsimæ religionis
obiectam difficultatem diſſului poſſe.

Et quamuis audiam contendi pro hiſce ſententijs
non eſſe præſumendum, quippè quòd earum autho
ritas ad certum locum eſt reſtricta. c. quoniã Abbas,
12 de offic. deleg. ubi Doct. † tamen cùm ratio ipſa le-
gis habenas moderetur. l. cùm mulier. ff. ſolu. matri.

ibi, niſi ea mente legis ſumat quis.l.non dubinm.C.
de legib.ubi Bart.& Bald.& cap.ultimo. de reg.iur.
in vi.ſanè quæ dictauit particulares Eccleſias, ita iu
dicare, uiget quoque diuerſum uniuerſalis Eccle-
ſiæ iudicium nou debere conſtitui.cap.cùm non li-
ceat, de præſcript. idq́ue potiſsimùm cùm uniuer-
ſalis eccleſia factis ipſis diutiſsimè probauerit, quid
in hoc ipſo negotio ſentiat, milies decernens hos
ipſos Canonicos regulares eſſe congregationis La-
teranen.à diuo Auguſtino inſtitutos in cõmuni, &
Apoſtulica uita, quare & in proceſsionibus dignio-
rem locum Canonicis huiuſmodi adſcribere ſolet.
13 † quæ ſanè declaratio ea facto oriens, nõ minoris
uirtutis eſſe uidetur, quàm ea quæ ex uerbis ipſis
fit.l.de quibus.ff.de legi.& l.ſi tamen.§. ei qui.ff. de
ædil. edicto.& cap.dilecti.de appella.il ſecundo, ubi
Abb.num.ſecundo, & Dec. in l.non uult. num.vi.ff.
de regul. iur.

Quintò, & hanc eandem ſententiam probare ui-
14 detur Chronogrsphorum ipſorum authoritas † hos
eſſe clericos, & Canonicos regulares, ſecundum
Apoſtolicam regulam à diuo Marco Petri diſcipu-
lo inſtitutos, ut Leo teſtatur, in cap. cùm Beatiſsi-
mus.xxiij.quæſt.ii.& à diuo Auguſtino ſpeciali re-
gula inſignitos, unde regulares Canonici appellen-
tur.d.cap.alia cauſa eſt. xvi.q.i.quibus pro ſe com-
petit clericatus qualitas, ut Diuus Thom. concludit
ſecunda ſecundæ quæſt.clxxxix.art.viii. uerſi. ad ſe-
cundum. & in ſumma ſummarum in uerſi. Mona-
chus, concluditur, ſi monachus eſſet laicus ſecun-
dum propriam profeſsionem Canonicum regula-
15 tem effici poſſe. & in faſciculo temporum. † anno
Domini 1074. ſub Gregorio ſeptimo relatum eſt,
Canonicorum regularium ordinem primò ab Apo-
ſtolis profectum, deinde à Beato Auguſtino pro-
pria regula inſignitum.& etiá in Beluacenſi eccleſia
floruiſſe ſub Yuone Magiſtro Præpoſito primo Car
noten.Epiſcopo, & Volaterranus lib.21. uerſi. Au-
guſtinus Apher, poſt ipſius relatam uitam ea mente
Poſsidonij concludit, Canonicorum regularium or
dinem, nou tantùm ab eo inſtitutum fuiſſe, quàm
renouatum, quippè quòd ab Apoſtolis in monte
Synn exordium ſumpſerit. qui poſt Aſcenſionem
Domini de uita, & genere deliberantes communia
inter ſe omnia, ac tria uota coram Deo ſtatuere.
quem ritum à ſucceſſoribus clericiſq́ue omnibus diù
diligentiſsimè obſeruatum, poſteà tamen deferue-
ſcente charitate ferè abolitum, Volaterranus eiua
ætate in Eccleſijs pluribus quadraginta perſeue-
rare concludit, & amictum, lineam tunicam eſſe
teſtatur tantùm ueſti ſuper additam. quam Iaco-
bus Apoſtolus Præſul Hieroſolymitanus primus ex
more leuitico ueterumq́ue ſacerdotum ſibi aſſum-
pſit, & poſt eum Marcus Alexandriæ: poſteri uerò
diuerſis inter ſe factis decretis, alia cum lineis indu-
menta ſumpſerunt. quocircà ea huiuſmodi teſtimo-
nio Canonicorum regularium eandem profeſsio-
nem eſſe probatur, niſi quis ſenſum abnegans, ſe-
cundum Stagiritæ normam ferulæ ſubijci uelit. &
item in ſupplemento Cronic.lib.is.relatum eſt, Di-
uum ipſum Auguſtinum Apoſtolicam regulam Cle
16 ricis obſeruandam conſtituiſſe. † Et Lucidus lib.
10. geſtorum poſt Chriſti aduentum.cap.vii.rubr.
De ordine religio. teſtatur communem clericorum
ordinem à beato Petro, & alijs Apoſtolis inſtitu-
tum fuiſſe, qui deinde à Diuo Auguſtino in ſingu-
larem regulam reductus fuit, ut ſuperiùs dixi. Ex
quibus concludi poſſe uidetur, ſiue regulæ ipſius eſ-
ſentiam intueamur, ſiue habitum ipſum, & Cano-
nicorum regularium ritus perpendamus, hos ipſos
eiuſdem profeſsionis eſſe à ueteribus inſtitutos, qui
octingentis annis in eccleſia Lateranenſi floruerunt,
ut Hiſtorici tradunt, quibus ueluti in propria facul
tate peritis fides omninò adbibenda eſt.l.ſeptimo
menſe.ff de ſtatu hom. & l.antiqui.ff. ſi pars hæred.
pet. & l. Paulus.ff.de ſolutio. & l.Cicero.ff. de pœ-
nis.& l.i.ff.ſi certum pet.in uerſi. Celſus. & l.i.ff. de
uent. inſpi. & c.fraternitatis, de frig. & maleſi. ubi
Butr.Imol.& Abb. Bal. & Barba.cap. ſuper literis,
de reſcript. in princ.

Sextò, cùm eodem nomine Canonici huiuſmodi
regulares, qui ſunt in cauſa nominentur religionia
eorum, eadem eſſentia probari uidetur.l. ſi idem.C.
de codicill.ubi Bald.Ange.Sali.& Fulgo.aduertunt,
17 † ex nominis identitate, rei eandem quoque col-
ligi eſſentiam. Item habitus & profeſsionis eadem
qualitas, & trium uotorum emiſsio, propoſiti du-
bij, ſi quod perplexum erat, facilè diſſoluit.d.c.ii.&
c.cùm ad monaſterium, de ſtatu monac. & cano.re-
gularium. & d.c. uolo.xii.q.i.

Item & hac quoque ratione, hos ipſos Canoni-
cos regulares, qui ſunt in cauſa, eoſdem eſſe quoa
Lateranenſis congregatio diutiſsimè fouit, à parti-
bus enumeratis probari poſſe oſtendo. nam inter
Chriſti fideles, quis, uel inter clericos, & Canoni-
cos regulares profitetur, aut Mendicantes, aut Mo-
nachos ipſos, ſanè conſtat, hos ipſos Canonicos re-
gulares Monachiſmum non profiteri, quippè quòd
ad eorum uſiam clericatus qualitas requiratur. cap.
ij.de inſtitutio.& ſuperiùs poſt diuum Tho.aduerti.
Monachi autem profeſsio in ſolitudine, & planctu
cõſiſtit.d.c.alia eſt cauſa.xii.q.i.nec Mendicantium
profeſsionem emittunt, quippè quòd in commmuni
ſint capacea, mendicantes uerò nullo pacto. d.c. ni-
mis, & clem.exiui, de uerb.ſign.§.cunq; annui red-
ditus.ubi Card.& Imo.ergo ſequitur hos ipſos eoſ-
dem eſſe Regulares Canonicos, quoa Diuus Augu-
ſtiuus inſtituit.
18 Et † quamuis me non lateat, anno Domini 1421.
authore Leone de Currate Mediulanen. ciue eiuſdē
ordinis uiro Cœnobium Sanctę Mariæ in frigiona-
ria Liuenſis diœceſcos hanc ipſam congregationem
frigionariam cognominatam fuiſſe, ut Volaterranus
atteſtatur, & Lucidus d.c.vij. aliam reformationem
factam fuiſſe deſcribat anno Domini 1080. ſub Yuo
ne, & 1380.tamen accidentalem hanc reformationē
ſubſtantialem profeſsionis Diui Auguſtini eſſentiá
nõ immutaſſe, à uero propius eſt, ſiue efficientis cau-
ſam perpendamus, ſiue robur.l. naturalem. §. apiū
ff.de acqui.rer.domi.& §.ult.inſt.de iur. nat.gen. &
ciui.quod enim ſuperior cauſa conſtruxit, quæ in-
ferior eſt, deſtruere non poteſt. c. cùm inferior. de
maio.& obed.& c.inferior.xxi.diſt.& clem.ne Ro-
mani, de electio.ubi glo.in uer.tolli. Accedit, quòd
ad bonum

ad bonum finem reformationes huiuſmodi factę prę ponuntur, ut uerisſimilius eſt, cùm id exigat clericalis interna conditio, toto tit. de uita & honeſt. cleri. & c. adſit, xj. q. j. ubi glo. & Doct. in c. ult. de præſumptio. at cùm nullua ſit perfectior finis Apoſtolica inſtitutione, & Diui Auguſtini Canonica & regulari norma, ut in eius ipſius regula apertè colligitur, quá ſemper enixè cuſtodierunt ipſi Canonici regulares, ut ex eius inſpectione, & uiuendi eorum genere deprehendi euidenter pôt, quæ demonſtratio abſque rubore inficiari nô poteſt. c. tua. & c. ueſtra. de cohab. cler. & mulie. ubi But. & Abb. & Bar. l. j. q. i. ff. de noui ope. nunc. & l. ſi irruptione. §. ad officium, ff. finiû regund. & l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. v. q. prin. ſequitur ſecundum internam eorum profeſsionem eos ipſos eoſdem eſſe cenſendus, ue aliás huic ipſi tá præſtanti congregationi Lateranenſi reformationis ipſius accidens obfuiſſet: quod à iuris ratione diſsidet. l. legata inutiliter. ff. de lega. præſtan. & l. quod fauore. C. de legib. ubi Bald. & alii. quod autem reformationes huiuſmodi non immutent originalem profeſsionum ipſarum conditionem, plùribus exemplis probari poſſe uidetur. nam, & Diui Benedicti profeſsio ſępius reformationem accepit, ut Volaterrani uerbo utar, & tamen nemini dubium eſſe debet,

19 † quin Monachiſmi ipſius ſubſtantia olim in hoc cô ſiſteret, ut ſuli & triſtes uiuerent in ſolitudinibus. quam ſubſtantialem inter illos & Clericos differentiam Diuus Hieronymus agnouit. d. c. alia eſt cauſa. xij. q. i. & nouiſsimè in eccleſia Diuæ Iuſtinæ reformati fuerunt, & tamen in iudicio nunc competentes ſeſe Monachos congregationis Caſsinêſis Diui Benedicti eſſe contendunt; & idcircò Canonicis regularibus preferendos eſſe, iuris ratione repugnare in priori reſponſo latius oſtendi.

20 Fortius † & Diuæ Iuſtinæ congregationis Monachis obiici poſſe adfirmo, quòd non ſint iidem, quos Diuus ipſe Benedictus inſtituit, quippè quòd illi ipſi laici erant, & ſolitudines habitabant, nec habitum huiuſmodi gerebant. cæterùm, cùm ij Ciuitates habitent, & diuerſo habitu utantur, & Clericatus ordinem ex Pontificia conceſsione conſecuti fuerint, ut aliàs ex mente Diui Thomæ docui, ſanè conſtat exceptionem huiuſmodi retorcutionis ope illos ipſos excludere intelligi. l. uiro atque uxore. ff. ſol. mat. ubi Docto. & l. cùm proponas. C. de pactis & aduertunt omnes in cap. tertio, in delictis ipſis reciprocis, & c. plerunq; de dona. inter uir. & uxo. refert enim Ioannes de Deo doctor antiquus Diuum ipſum Benedictum huiuſmodi habitum nunquàm inſtituiſſe, & repugnantia continet, Monachum eſſe, & urbes ipſas habitare, ut Diuus Hiero. inquit: Si monachus es. & c. ut dixi ſuprà.

21 Non omitto, † & clericos ipſos ſęculares à pluribus ſummis Pont. reformatos fuiſſe, & tamen ob huiuſmodi accidens à priori ſubſtantia receſſum non eſſe uerius eſt. cap. duo ſunt genera. xij. q. i. & cap. ſi diligenti, de foro compe. & c. eccleſia Sanctę Mariæ de conſtitu. ubi Dec. in princ. & c. futuram, xij. q. ii. & nunc uidemus Sanctiſsimum dominum noſtrum Pium IIII. Clerum reformaſſe, & tamen quis credat ſingularia iura, quę diuino nutu Clericis ipſis cô petunt, & quandoque in ſacroſanctis Concîliis decreta fuiſſe oſtendi. d. c. futuram, xii. q. i. & d. cap. ſi diligenti, de foro compet. & Soc. conſi. xii. in j. num. xx. huiuſmodi reformationibus ſublata fuiſſe? quam obrem omnia iura ſingularia ab initio naſcentis eccleſię clericis ipſis conceſſa poſt plures huiuſmodi reformationes illis hodie quoque competunt, ergo & Canonicis regularibus Apoſtolicę inſtitutionis & Diui Auguſtini Canonicę & regularis & Lateranêſis congregationis ſplendorem poſt reformationes huiuſmodi competere ambigendum non uidetur.

Septimò, cùm Pontificio diplomate ſępius cautum ſit, Canonicorum ipſorum regulares ex inſtitutione Diui Auguſtini Congregationis Lateranenſis ſplendore fulgere, atque huiuſmodi congregationi plura ad Eugenio IIII. Pont. Summo ſingularia iura indulta fuerint, de quibus legitimis documentis conſtat, atque in illis decernit & atteſtatur, etiam poſt frigionariam reformationem Canonicorum regularium profeſsionem ex Diui Auguſtini inſtitutione profectam, & congregationem Lateranêſem eſſe; Volaterra. in loco ſuperius adducto egregiè ſcriptum reliquit. & Nicolaus quintus, & Martinus quintus conſtituerunt, Eugenium ipſum quartum pro fidei Chriſtianæ ac religionis honore & Saluatoris noſtri gloria, ac Lateranen. Baſilicæ ſtatu uenerando decreuiſſe, ut ordo Canonicus, qui ſecundû Deum, ac Beati Auguſtini regulam noſcebatur inſtitutus perpetuis futuris temporibus in d. eccleſia uigeret, &c. & Sixtus IIII. poſt Calixtum, & Innocentius octauus conceſsiones huiuſmodi euidenter approbant, quare, cùm hæc ex publicis documentis inſpici poſsint, nullus eſt qui rem ita ſeſe habere, legitimè inficiari poſsit. d. c. cùm Marthę, de celebra. miſſa. & d. c. porro, de priui. & Barto. d. l. j. ff. de noui ope. nunc.

22 Nec † urget quòd dici ſoleat, uerbis narratiuis ipſius Principis non facilè credi. clem. i. de probatio. ubi Card. & Imol. & Decius plures adducit conſi. dcii. num. xiii. quia in huiuſmodi ſummorum Pôtificum diplomatibus ſunt uerba prægnantia ad diſpoſitionem ipſam tendentia, unde ſimplicem enunciationem non inducunt. l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. ubi Bar. & Caſtr. aliàs principis ipſius, & præſertim ſummi Pontificis maieſtas illuderetur; quod abſurdiſsimum eſſet, cùm in huiuſmodi prærogatinis, & honoribus conferendis, & ſacerdotiorum ipſorum diſpoſitionibus eius ſola uoluntas pro lege haberi debeat. c. propoſuit, de conceſsio. pręben. & c. dudum, de præben. in vi. & c. cuncta, ix. q. iii.

23 Octauò, † & Lateranêſis huius congregationis regulares Canonicos diutiſsimæ poſſeſsionis clypeus omninò tuetur, cuius initij memoria in oppoſitum non extat: unde Canon non facilè uſu huiuſmodi ſuffulta in dubium refricari permittit. c. querelam. de electio. & cap. cùm in eccleſia Volaterrana, eod. tit. ubi Card. quinta & ſexta oppoſitio. & c. conſultationibus, de iur. patro. ubi Abb. nu. v. & cap. ſuper quibuſdam. §. pręterea, de uerbo. ſig. ubi Abb. antiq. & moder. nu. iii. & ix. idq; potiſsimùm in alma urbe conſuetudo huiuſmodi & ius quaſi poſſeſsionis uiguerit, cuius urbis alię uniuerſæ in orbe Chriſtiano

exemplum

exemplum imitari debent, c. j. §, una eſt, de ſumm. Trin. & fide cath. & extrauagan, unam ſanctam, cũ huiuſmodi.

Nonò & ultimò, ſilentio non inuoluendum duxi, hos ipſos Canonicos regulares, de quibus cauſa prę-cedentiæ agitur pręſumptionis ipſius ope prorſus
24 mutatos eſſe; † quippè quòd actuum humanorum multiplicitas nõ præſumatur. c. in pręſentia, de probatio. uer. cùm conſtet, & ibi But. & Albe. aduertunt & Dec. plures adducit in nono notab. eam ipſam ra-
25 tionem ſubiciens, † quippè quòd facta ipſa nõ præ-ſumantur, c. cùm in iure, de offi. deleg. cum aliis adductis à Dec. in conſi. xxxvj. in primo dubio, nu. iiij. & d. nono notab. cùm enim mutatio ipſa ſit facti. c. ſi fortè, de elect. in vj. ubi glo. in uer. ſcientię. Geminia. & Franch. ſiue naturam ipſam intueamur, ſiue artem ipſius imitatricem. l. ii. ff. de uſufc. earum rerum, ſanè profeſsionis ipſius multiplicitas præſumi non debet cùm ſcriptum ſit: Vnũquemq; in uocatione ſua manere oportere, ut Diuus Bern. poſt Paulũ Apoſtolũ ediſſerit in Concilio Remenſi ſecundo. quod in teſtamento, & peculio, Dec. ipſe docuit. d. not. ix. nu. xij. quicquid ſit in equo. & pes. ſis panni ſecundum Ioannem And. in c. auditis de præſcriptio. ubi Butr. Imo. & Abb. & Alex. conſi. cxxxvij. lib. vij & Dec. xcj. diffusè reſpondit. Ex quibus omninò diiudicandum cẽ-ſeo, hos ipſos Canonicos regulares eoſdẽ eſſe & eiuſ-dem generis & profeſsionis, quos Diuus Auguſtinus inſtituit, & qui diutiſsimè Summi Pontificis Clerici & Canonici regulares Lateranenſis cõgregationis floruerunt. Laus Deo.

Romę, ix. Kalen. Aug. 1562.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Florentia ciuitas Tuſciæ celeberrima, ab Imperij Romani declinatione ſeſe in libertatem uindicauit.*
2 *Florentia quàm pluribus non paruit Germanorum Imperatoribus: qua Neapolitanorum Regibus commendata, Et uariæ ditionem acquiſiuit.*
3 *Hiſtoriis fides eſt adhibenda.*
4 *Florentia ciuitas à Rodulpho Imperatore xxvi. libertatem emit, anno Domini 1273.*
5 *Florentia ciuitas Regalia exercet, ſupremiq; Principis locum obtinet. & nu. ſeq. & 30.*
6 *Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem, ſupremi Principis locum ſibi uendicat.*
7 *Florentia, ſiue eius Princeps an Ferrariã, eiuſue Principem præcedere debeat? & per totum conſilium à capite ad calcem uſque.*
8 *Florentinorum Orator, apud Summum Pontificem, Cæſarem, & Regem Francorum ex antiqua conſuetudine, & longiſſima poſſeſſione, altiore loco conſedere ſolet, quam Orator Ducis Ferrariæ. & nu. 18.*
9 *Poſſeſſio tanti temporis cuius memoria in contrarium non exiſtat, legis æquipollet diſpoſitioni.*
10 *Eligendi aut præſentandi, qui in quaſi poſſeſſione longiſſima conſtitutus eſt, præmaximè in ſuis iuribus munitus exiſtimatur.*
11 *Poſſeſſionis commodum maximi eſt ponderis.*
12 *Conſuetudo ſeu ius non ſcriptum à Lacedæmonijs fluxiſſe exiſtimatur.*
13 *Ferrariæ Ducis Orator quandoque tempore Pauli iij. Pontif. Max. ſuperiore loco ſedit quàm Orator Ducis Florentinorum.*
14 *Ferrariæ Ducis Orator ſimiliter etiam quandoq; apud Franciſcum Regem Francorum excelſiori loco conſedit, quam Florentiæ Ducis Orator.*
15 *Sententia ſiue iudicium, non ex iuſtitiæ Zelo, ſed animi liuore prolatum, nullius eſt roboris.*
16 *Conſuetudo quæ in Romana Aula uiget, ab omnibus Chriſtianis Principibus eſt obſeruanda.*
17 *Pontificia ſedes humano iudicio non eſt ſubiecta.*
19 *Ducis Ferrarienſium titulo Borſius Eſtenſis primùm inſignitus fuit à Paulo Pontif. Max eius nominis ſecundo circiter ann. centum.*
20 *Antiquitas (ubi ratio peccati aliud non ſuadet) omnia licita facit.*
21 *Præſcriptio non modicum ſibi uendicat ius & poteſtatem, cùm præſcribentibus plenam ſoleat parare ſecuritatem.*
22 *Dignitas maior eſt eorum qui latiorem habent populorum adminiſtrationem, & floretiſsimis imperant in ciuitatibus, quàm qui non adeò latam habent gubernationem, neque ita nobilibus populis leges præſcribunt. & nu. ſequentib.*
23 *Petrus Apoſtolorum princeps & ſi quò ad ordinẽ eandem cum cæteris apoſtolis facultatem acceperit, non tamen quò ad uniuerſalem adminiſtrationem, quippè quòd ipſe in plenitudinem poteſtatis uocatus fuerit.*
24 *Præfectus Vrbis ratione adminiſtrationis dignior eſt Conſulibus.*
25 *Epiſcopus licèt quòad dignitatem maior ſit Cardinali, non tamen quò ad adminiſtrationem. & nu. ſequen.*
26 *Cardinales præferuntur Epiſcopis ratione maioris adminiſtrationis.*
27 *Cardinales aliquando fratres à Summo Pontifice appellantur, aliquando uerò filij primi gradus.*
28 *Etruria regio ſiue Tuſcia commendatur.*
29 *Nobilior eſt natus in ciuitate, loco uel alio illuſtri quàm ille qui in oppido, alia uel loco nõ ita celebri.*
30 *Florentiæ Dux non recognoſcit Imperatorem. & num. ſequentib. & 38.*
31 *Iudicis pro decreto plurimùm præſumi conſueuit.*
32 *Vniuerſitatis maior pars quod facit, iuſtè factum cenſetur.*
33 *Ferrariæ Ciuitas ſubdita eſt Eccleſiæ, & nu. 39.*
34 *Principali extincto, extinguitur & quodcunque acceſſorium.*
35 *Dignitas prius inſtituta, prior ac potior haberi debet,*
36 *Dignior cauſa attendenda eſt.*
37 *Nobilitas maiorum & uetuſta propago, ſolidæ nobilitatis maxima eſt probatio.*
39 *Conſuetudo & longus uſus uim habent tituli, ſiue priuilegij.*
40 *Florentina reſpub. quòd ob Principis ab ea factam electionem atque aſſumptionem, non uideatur extincta ſed hucuſque reſpub. dicatur.*
41 *Subrogatus locum ſubintrat ſubrogati, & eandem acquirit dignitatem.*
42 *Monarchia probatur, & commendatur.*

Familia

43 *Familia Medicaa clariſſima tres habuit Summos Pontifices, & hodie Franciæ Reginam.*
44 *Coſmus Medices publico decreto Pater patriæ appellatus.*
45 *Nobilitatis diffinitiones nonnullæ, ſeu potius deſcriptiones.*
46 *Nobilitas in antiquis diuitijs & uirtute conſiſtit.*
47 *Azo Eſtenſis bello praſtantiſſimus fuit & Eccleſiæ Romanæ defenſor,*
48 *Nicolaus Eſtenſis commendatur.*
49 *Nobilitas eò maior eſt, quò clari ſunt natales, & maiorum ſtemmata demonſtrantur.*
50 *Cardinalis iunior ſeniori Epiſcopo præfertur.*
51 *Doctor iunior ſeniori præfertur, ſi illum doctrina præcellat.*
52 *Ius quæſitum auferri non poſſe.*
53 *Antiquitas magna eſt potentia, tùm ſit, eam naturæ æquiparari.*
54 *Clericis primò ad ordines uel dignitates promotis maior conſtitui debet honor.*
55 *Prior in tempore potior eſt in iure.*
56 *Doctor prius promotus ad Doctoratum præferendus eſt poſterius promoto.*
57 *Senioribus maior debetur honor quàm iuuenibus.*
58 *Eſtenſem claram familiam circiter mille annos in dignitate conſtitutam fuiſſe oſtenditur, & Lucæ, Parmæ atque Anchonæ Principatum obtinuiſſe.*
59 *Eſtenſes Duces quo anno huiuſce Ducatus inſignijs (cũ primò Marchiones erant) honeſtati fuere tàm Mutinæ, & Rhegij, quàm Ferrariæ.*
60 *Dux Florẽtiæ quo anno ducali dignitate inſignitus fuit, in illamq́; erectus.*
61 *Feudum quantò antiquius eſt, tantò nobilius exiſtimatur.*
62 *Militia antiquior eſt Doctoratu.*
63 *Conſuetudinem longæuam, ſiue uſum, uim ſingularis iuris ſiue conſtituti habere.*
64 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
65 *Crimen læſæ maieſtatis grauiſſimum eſt.*
66 *Delictum ob reuerationem grauius efficitur.*
67 *Patris delictum nocet filio in læſæ Maieſtatis crimine.*
68 *Feudo priuatur nedum incidens in crimen læſæ maieſtatis, ſed ipſi etiam filij, & ſic delictum patris in huiuſmodi ſcelere tranſit in filios.*
69 *Princeps reſtituendo hoſtem ſeu contumacem, perinde habendus eſt ille, ac ſi nunquàm fuiſſet contumax aut perduellio.*
70 *Reſtĩtutionis ea eſt uirtus, ut omnia in priſtinum ſtatum reponat.*
71 *Reſtitutio omnẽ purgat maculã, perinde ac ſi nulla præceſſiſſet infectio.*
72 *Dignitates plures habens præferendus eſt habenti pauciores. & nu.* 80. *&* 85.
73 *Dignitas maior cenſetur ratione cauſæ efficientis, ſiue inueſtientis.*
74 *Papa Dei eſt Vicarius in terris.*
75 *Imperatoris poteſtas omniumq́; Regum à ſummi Pontificis poteſtate dependet.*
76 *Feudatarius imperatoris cedere debet feudatario Sũmi Pontificis.*
77 *Doctor aut Eques creatus à Pontifice præferendus eſt, Doctori aut Equiti creato ab Imperatore.*
78 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.*
79 *Dux Ferrariæ Rhegium & Mutinam titulo Ducatus & feudi perpetui habet.*
81 *Duces Ferrarienſes, præclariſſimaq́; Ateſtina familia heroes multorum populorum domini.*
82 *Comes & Marchio præferendus eſt Marchioni ſimpliciter.*
83 *Doctor & miles præfertur Doctori ſimpliciter.*
84 *Epiſcopus Doctor præcedit Doctorẽ quamuis prius promotum.*
86 *Foreſti Eſtenſis, ſingularis uirtus aduerſus Attillam, necnon & Alberti primi.*
87 *Imperator cedere debet Summo Pontifici.*
88 *Ferraria multorum altrix uirorum uirtute inſignium, necnon Mutina, atque Rhegium.*
89 *Mercatura nobilitati repugnat. quod tamẽ tẽperatur.*
90 *Nobilitati derogatur per mercaturæ exercitium.*
91 *Nobilitas à locorũ dignitate & præſtantia decoratur.*
92 *Canonicus eccleſiæ cathedralis præfertur alterius collegiatæ Canonico.*
93 *Lombardiæ regio præ cæteris commendatur.*
94 *Qualitas quæ ab eſſentiali natura prouenit, dignior eſt, illa, quæ ex accidenti euenit.*
95 *Canonici regulares præferuntur Monachis.*
96 *Cauſa proxima potius eſt attendenda, quàm remota.*
97 *Præſumptio fortior debiliorem elidit.*
98 *Illationem non fieri ex diuerſis.*
99 *Regalia quæ ſint.*
100 *Euictio habet locum in donatione ob merita.*
101 *Ferrariæ Dux regalia principis exercet, et ſuprà nu.* 99
102 *Imperator in temporalibus uniuerſo orbi, etiam immediatè à Deo eſt præfectus ſecundum aliquorum opinionem, ſed contraria opinio eſt receptior, quòd. ſ. mediatè ſit præfectus, cùm Imperium ipſum ab Eccleſia dependeat.*
103 *Dignitas Pontificia & ſplendor perſonam non egreditur.*
104 *Subrogatum repræſentat naturam eius in cuius locum ſubrogatur. & vide nu.* 108.
105 *Extinctum quod ſemel fuit, nullum effectum amplius producere poteſt.*
106 *Effectus rei inſpici debet, potius quàm nudum nomen.*
107 *Ducatus dignitas ſcindi non debet.*
108 *Subrogatum quòd ſapiat naturam ſubrogati quomodo intelligatur.*

CONSILIVM CLXVII.

QVI PROPTER HVMANI GENEris ſalutem deſcendit de cęlis & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine & homo factus eſt, ad ueritatis fontem mihi digitum intendat: ut in propoſiti negotij explicatione non aberrem.

Hypotheſis ſiue facti ſpecies.

CONTIGIT coram inuictiſsimo Cæſare ſemper Auguſto, uel in quocunque alio legitimo tribunali non parum dubitari, an Illuſtriſsimus ac Excellentiſſimus Ferrariæ Dux ueluti antiquior atque nobilior

ipſi

ipſi Illuſtriſsimo ac Excellentiſsimo Florentię Duci præferri debeat; & idcircò an in ſeſsionibus & proceſsionibus dignior locus quàm ipſius Ferrarię Oratori omninò exhiberi debeat?

RESPONDI.

PRIMA quidem facie decernendū uideri, Excellentiſsimum ipſum Florentiæ Ducem longè nobiliorem eſſe, & idcircò Oratores illius altiori loco collocandos eſſe; † quippè quòd conſtet Florentinā ipſam ciuitatem ab Imperij Romani in-
2 clinatione in libertatē ſe ſe uindicaſſe. † uecnon pluribus Germanorum Imperatoribus non paruiſſe, ſed Caroli eius nominis primi & Roberti Neapolitanorum Regum protectioni Florentinos ipſos commendatos, Etruriæ ditionem acquiſiuiſſe, ut ex hi-
3 ſtoricis conſtat. † quibus plena fides adhibenda cēſetur, quemadmodum in qualibet arte, & profeſsione peritis, l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homi. l. antiqui ff. ſi pars. hære. l. pet. l. ſi pater. ff. de ſolu. l. Cicero. ff. de pœn. & l. j. ff. de uen. inſpi. c. faternitatis de frig. & malef. & Bartol. docuit in l. i. ff. ſi cer. pet. nu. xxij. & xxiii. & alij ſubſcribunt. Alex. & Deci. nu. xxi. & eſt caſus in c. cùm cauſam, de probatio. ubi Glo. in uerbo per libros antiquos. Inno. Ioā. And. Bald. Aegid. Butr. Imo. & Abb. nu. viij. ibi aduertunt.

Sed uetuſta hęc libertas populo Ferrarienſi non cōpetiiſſe uidetur, ergo Excellentiſsimus Dux Florentinorum Excellentiſsimo Duci Ferrariæ præcedere debet. c. antiqua, de priuil. ubi Docto. & l. j. & ii. ff. de albo ſcrib. & l. i. ff. de acquir. re. domi. & §. ſingulorum. inſt. de rerum diui. cum aliis adductis à Docto. in cap. clerici, de iudi. & l. cùm quid. ff. ſi cer. petatur.

Secundò ambigi non debere uidetur, Excellentiſſimi Florentię Ducis cauſam nō parū fouere † quòd
4 Florentina ipſa Ciuitas olim anno Domini 1273. à Rodulpho imperatore 26. ſea mille coronatis perſolutis libertatem ipſam conſequuta fuerit, ut refert Plat. in uita Honorij quarti. & Egnatius in uita Rodulphi teſtatur, Honorio quarto ob Italię ſalutē negotium hoc non diſplicuiſſe, licèt Cęſaris infamem
5 auaritiam aduertat. † quare receptum ſit, populū huiuſmodi liberū Principis ſupremi ius regalia, prſus exercere poſſe. Bar. l. i. §. de qua re. ff. de poſtul. & l. infamem. ff. de pub. iud. in fi. & l. acta. § de ampliando. ff. de re iudi. & l. hoſtes. ff. de cap. & poſtli. reuer.
6 in fi. † quare receptum eſt, iura ipſa de ſupremo Principe loquentia, in populo quoque libero ſuperiorem non recognoſcente, locum ſibi uendicare. Inno. But. Imo. Hēr. Bohic, & Abb. in c. cùm Bertoldus, de ſent. & re iudica. & c. per uenerabilem, qui filij ſint legitimi, & Ripa ſubſcribit Rub. de conſtitu. nume. lvii. in fin. & de Excelſis dominis Florentinis ſępius reſponſum fuit: Abb. conſ. xci. in primo, & Pont. cōſil. cccclvj. In propoſito, & Corn. lv. litera P. in ſecū-
7 do, & Dec. cxxv. nu. v. † at de populo Ferrarienſi nihil quidquàm huiuſmodi auditum eſſe uidetur, ergo Florentinorum ipſorum nobilitas præſtantior eſſe uidetur, cùm dominum diutiſsimè non recognouerint. d. l. i. de acquir. rer. dominio. & l. libertas. ff. de his qui ſunt ſui. ibi, naturalis facultas. Ferrarienſes autem perpetuò ſubiecti fuiſſe uidentur, unde Florentinis ipſis cedere debeant. arg. c. cùm inferior, de maio. & obed. & c. cùm inferior, xxj. diſtin. & Clementina ne Romani, de electio. ubi glo. in uerb. tolli & ibi Cardin. & Imol.

8 Tertiò † inconcuſſa Vaticanę in primis Aulę cōſuetudo, & Cæſaris, Regisque Francorum pro Excellentiſsimo Florentiæ Duce conſideratur: nempè quòd ab eo tempore cuius initij memoria non extat in oppoſitum, Florentinorum ipſorum Orato-
9 res altiori loco conſederint. † & idcircò hanc ipſam quaſi poſſeſsionem legis ipſius diſpoſitioni æquipollere. l. i. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, in l. ſi arbiter. ff. de probatio. & c. cùm eccleſia Volaterrana, c. querelam, de electio. & elec. pot. ubi
10 Cardi. v. & vj. oppoſitione, & Abb. nu. ix. † qui enim in quaſi poſſeſsione eligendi conſtitutus eſt, & præſentandi, ob tanti temporis lapſum, cuius initij memoria non extet, ueluti ſingularis legis clypeo munitus exiſtimatur. c. conſultationis, de iur. patro. ubi Abb. num. v. poſt alios ueteres, quos adducit, & cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſign. ubi Abb.
11 antiquus & Panormitanus nu. iii. & ix. † quare legiſlator uterque conſtituit poſſeſsionis ipſius commodum maximi ponderis eſſe. c. ſæpe, de reſtit. ſpol. ibi, commodo poſſeſsionis amiſſo. & §. commodū, inſt. de interdic. & l. is qui deſtinauit. ff. de rei uen-
12 dicat. † iuris enim hæc ſpecies ex non ſcripto recepta, à Lacedæmoniis fluxiſſe exiſtimatur. §. conſtat. inſti. de iu. nat. gent. & ciui. & l. de quibus. ff. de legi. & l. i. & ii. C. quæ ſit longa conſuetu. & c. conſuetudinis. & c. ultimo de conſuetu. & cap. cùm conſuetudinis xj. diſtin. ubi Archid. & Bal. procemio digeſtorum. & conſi. ccxxix. in ij. Verba Cyni. & Balbus plures adducit in tract. de præſcrip.

13 Et † quàmuis Paulus eius nominis tertius Pontif. Max. quandoque ob ſimultatem ſubortam inter eum & Excellentiſsimū Florentiæ Ducem, ipſius Excellentiſsimi Ferrariæ Ducis Oratorem altiori loco in ipſo Vaticano ſedere iuſſerit, tamen iudicii illius illicò ſubſequens retractatio indicat affectu illum ipſum, non autem ratione impulſum fuiſſe; & idcircò ueritati iuris ex quaſi poſſeſsione orientis præiudicium nullum allatum fuiſſe. Diuus Auguſtinus lib. i. retractationum, & c. j. de ſententia & re iudi. in vi. & l. rem non nouam. C. de iudi. unde & abſq; partis citatione, & cauſæ cognitione decretū huiuſmodi reuocauit, ut fieri ſolet, per ea quę not. Bar. & alii in l. prolatam. C. de ſent. & interl. omn. iud. & facit tex. in l. magis puto. §. non paſſim. ff. de reb. cor. & l. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur.

14 Minus † urgere uidetur quòd olim inteſtinis bellis urgentibus inter Carolum quintum Cæſarem inuictiſsimum, & Sereniſsimum ac Chriſtianiſsimum Franchorum Regem Franciſcum, Pariſiis Excellentiſsimi Florentiæ Ducis Orator inferiori loco ſede-
15 re iuſſus fuerit; † quia conſtat iudicium illud non ex zelo iuſtitię, ſed ex animi liuor euidenter proceſſiſſe; unde diuinæ & humanæ legis inſpecta ratione nullum exiſtimari debeat. c. qualiter & quando, il ſecundo de accuſatio. & d. c. i. de ſentētia. & re iud. & idci-

& ideireò euidenti ueritati præiudicatum non fit. c.
ueſtra,& e.tua,de cohabit.cler.& muliç.& Bar.l.j.q.
j. ff.de noui ope.nunc.
16 Idque † potiſsimùm incoucuſſa ipſius Vaticanæ
Aulæ uigente conſuetudine,quę ab omnibus Chri-
ſtiani orbis Principibus obſeruanda exiſtimatur. e.
ij.de conſtitut.& c.nemo. c. cuncta. ix. q.iij.& c.ad
honorem de uſu.& aucturi. pallij, & epiſtola inter
claras.C.de ſumm.Trin.& fide catho.ubi Alcia. nu.
17 ii.in uerbo omnium.qua ratione † quandoque cen-
ſui hanc ipſam Vaticanam ſedem ob ipſius ſupremã
pręexcellentiam humano iudicio ſubiectam non eſ-
ſe.d.c.cuncta per mundum,il j.& il.ii.ix.q.iii.& c. ſi
Papa.xl.diſtin.ubi Card.Sancti Xiſti nu.iij.hanc ip-
ſam concluſionem receptam eſſe teſtatur.
18 Quartò,† ſi iurix præcedendi proprietatem,quod
petitorium iudicium reſpicere uidetur , diligenter
perpendamus, Florentini Ducis cauſa potior eſſe ui-
detur : cùm enim ab eo tempore cuius initij memo-
ria non extat in oppoſitum , Florentinorum Ora-
tores ex conſenſu ſummorum Pont.Cęſarum,ac Re-
gum & aliorum Principum ſemper in ſeſsionibus,&
proceſsionibus, Ferrarienſibus Oratoribus prælati
19 fuerint , † etiam poſtquàm Illuſtriſsimus Marchio
Borſius ad Ducatus dignitatem à Paulo eius nomi-
nis ii.promotus fuit annis formè centum proximis
decurſis , conſtat perinde haberi , ac ſi legiſlatoris
conſtitutione idipſum decretum fuiſſet,uel ſingula-
ris iuris facta conceſsio.d.c.ſuper quibuſdam.§. prę
tereà,de uerbo.ſign.ubi uterque Abb.& d.c.cùm ec-
20 cleſia Volaterrana:de electio.† uetuſtas enim(ubi ra
tio peccati aliud non ſuadet) omnia licita facit.d.§.
ductus aquę,& d.l.ſi arbiter.ff.de probatio.& Bal. d.
21 cõſi.ccix.in ii.† unde huiuſmodi præſcriptionis ex-
ceptio finitæ litis exiſtimatur.c.i.de except. in vj. &
c.ult.de cõſuetu.ubi Doct.& Iuſtinianus ſanxit hoc
clypeo munitis plenam ſecuritatem eſſe paratam.l.
omnes , & l.ſicut.C. de præſcript. xxx. uel xl.anno-
rum.quocircà legitimo modo ſopita ſeu finita , etiã
ſuperuenientis legis ſiue communis ſiue ſingularis
retractari non ſolent.l.cauſas uel lites.C.de tranſact.
l.fin.C.ſententiam reſcindi non poſſe.& l.tranſacta.
ff.de uerbo.ſign.& c.cognoſcentes,& c. ult. de con-
ſtitutio.ubi dixi poſt omnes,& l.leges.la iii.C.de le-
gi.ubi Bald.& Salic.& declarat Bar.l.omnes populi,
quinta.q.prin.ff.de iuſt.& iu.& d.l.i.ff. de noui op.
nuncia.q.i.
22 Quintò †& à maiori,& latiori Florentinę reipub.
adminiſtratione maiorem eliei dignitatem ambi-
gẽdum nõ uidetur, ſiue uetera tempora intueamur,
quòd Piſana ipſa Rep.Florentiſsima ab ipſo populo
Florentino deuicta fuit , ſiue noſtra tempora per-
pendamus,quibus Reip.Florentinæ Ducis Imperiũ
etiam Senenſium adminiſtrationem complectitur:
ex quibus maior quidem nobilitas colligi poſſe ui-
23 detur.† quod in ipſo Petro contemplatione aliorũ
Apoſtolorum probari poſſe cenſetur: eandem enim
contemplatione ordinis facultatem accepiſſe exiſti-
mantur.d.c.noua.de pœnitentiis, ubi Hoſt. & Abb.
ratione tamẽ uniuerſalis adminiſtrationis ſecus eſt:
quippè quod Petrus ipſe in plenitudinem poteſtatis
uocatus fuerit.d.c.ad honorem ,de uſu,& aucto.pal-
lii.& d.c.cuncta,il i.& il ii.ix.q.iii.& c.quodcunque
xxiiij.q.j. & c.ſignificaſti , de electio.qua ratione &
Arcbidiaconus ipſe Archipresbytero dignior habe-
tur.ut eſt caſus in c.i.& ii.ubi Hoſt. Innoc. & Abb.
24 aduertunt de officio Archidiaconi , † & ratione ma
ioris adminiſtrationis Præfectus urbis Conſulibus
ipſis dignior habetur.l.i.de officio Cõſulis,&de uff.
Pręfecti pręto.& de offi.Præfecti urbis, ubi Barto.
25 † & quàmuis in eccleſia Dei Epiſcopalis dignitas ſu
prema ſit ab ipſo prępotenti Deo inſtituta. cap. xxi.
Ioan.ibi,Accipite Spiritum ſanctum, quorum remi
26 ſeritis &c.& c.in nouo,xxi.diſt.† ratione tamẽ ma-
ioris adminiſtrationis Cardinalex pręferuntur,c.per
uenerabilem.§.rationibus,qui filii ſint legitimi, ubi
But.& Abb.nu.xix.inde colligunt Cardinales ipſos
27 leuitici generis ſacerdotes exiſtimari.† quos ſummus
ipſe Pont. ſępius fratres appellat. c. ad abolendam,
de Iudęix,& c.fundamenta.§.decet , de electio. in vj.
non nunquàm & filios primi gradus. cap. fœlicis,de
pœnis in vj.& eorum pręſtantiam declarat Andreas
Siculus in tract.de præſtantia Cardinalium.
28 Sextò † & pro Excellentiſsimi Florentinorum Du
cis tuenda cauſa,adducitur quòd nobiliori & clario-
ri regioni Etruriæ præſit,quàm Excellentiſsimus ip-
ſe Ferrariæ Dux.nota,eſt enim Etruriæ uetuſtas , à
qua & Ethnici latini , religionis licèt falſæ,formam
29 acceperunt,† nam & loci cunditio maiorem nobili-
tatem præſeferre conſueuit. l.ii.§. quæ omnia. C. de
uet.iur.enu.ibi,Byritenſium urbem ſplendidiſsimã.
& Alberi.colligit in l.ſi quis,uer.quòd ſi alterutrum.
C.de nata.liber. & Canon damnat illum ipſum qui
de loco ignubili ad nobilem anhelat.c,Epiſcopus, il
ſecundo vij.q.j.
30 Septimò † à libera Florentini Imperii conditio-
ne, Illuſtriſsimi illius Ducis nobilitas maior eſſe ui-
detur,quippè quòd non ſolùm nolentibus imperet ,
ſed nec Cæſaream ipſam maieſtatem ueluti dominã
directam recognoſcit.decreto enim publico Ciuita-
31 tis Dux, eiusq; Princeps declaratus fuit.† pro quo ſa
nè decreto plurimùm præſumi conſueuit.l.ab ea par
te , ſecundo reſpon.ff.de probatio.& l. manumiſsio
per liberos.ff.de manumiſsis uindicta.& Spec.in tit.
de emptio.& uenditio. §.nunc reſtat uidendum . &
Alex.in l.ſciendum,de uerbo.obl.& conſi.50.& 80.
& 92.in v.& pertractat.D.Alcia.in reg.iii.trac.præ-
32 ſumpt.præſum.x.† idq; potiſsimùm, cùm uniuerſi-
tatis legitimus conſenſus interueniſſe dicatur , & id-
circò declarationis actus maximè iuſtus cenſeri de-
beat.l.i.ff.quod cuiuſque uniuerſ.nom.& l. quod ma
ior. ff. ad municipa. c. cùm omnes , de conſtitu.ubi
Pontificii interpretes omnes. cui ſanè declarationi
Maieſtatis Cęſareę confirmatio acceſsit,non ut à do
mino directo,ſed uniuerſalis pacis ac tranquillitatis
Chriſtianæ Reipub.protectore , ut in ipſo Cæſareo
diplomate diſertè expreſſum eſſe aſſeritur; unde col-
ligi poſſe uidetur,Cæſareę Maieſtatis non ſolùm cõ
firmatorium conſenſum,ſed & authoritatiuum hu-
ius ipſius Ducatus inſtitutioni acceſsiſſe. l. ii. C. de
uet.iur.enucl.ibi,omnia noſtra.&c. & cap. i.& ii.de
confir.utili uel inutili.ubi Doct. & c.quæ in eccleſia
rũ ,ubi Bero.nu.xxvi.& cccc.de conſt.ex cuius ſanè
diplomatis inſpectione id colligi poſſe uidet.c. por-
rò,de

rò, de priui.c.i.de ſucceſsio.feu.ubi Bal. & Alua. di-
cunt, nullum ius directum ipſi Cæſari competere uel
fidelitatis iuramentum. c. i. qualiter uaſallus iurare
debeat, & c.j.de noua forma fideli.& c. ego, extra de
iureiuran.ubi Docto. & c.j.de feud. nullumue cen-
ſum deberi, quippè quòd nihil iuris reſeruatū ſit ipſi
Cæſareç Maieſtati, & idcircò Reip. Florentinæ ab-
ſolutus dominus Dux ipſe conſtitutus ſit.l.i.& ii.C.
de iure emphyteo.& cap.potuit, locati.& c.conſtitu
tus, de religioſis domib.ubi gloſ. in uerbo nihil iu-
ris.ſed Reip.Florentinæ Ducem, Cęſaream Maieſta-
tem comuer obſeruare. At in Ducibus Ferrariæ ſe-
31 cus eſt, † quippè quòd Ferraria ipſa ad Petri, & eccle
ſię primatum pertinere cenſetur. Bar.l.j.de offi. præ-
fec.urbis, nu.iiij. But.& Abb. c. cùm eſſes, de teſta-
mentis.& Corn.quandoque reſpondit conſi. cclxj.
in fin.lib.iiij.litera C.& idcircò Summos Pont.fide-
litate & reuerentia, obedientia, & cenſu, & obſequiis
recognouerunt ac recognoſcunt, quæ una ratio
Ferrarię Duces inferioris conditionis eſſe detegere
uidetur.

Et ſi pro Illuſtriſsimo Ferrarię Duce obiiceretur
aduerſus Illuſtriſsimum Florentiæ Ducem ſupra-
ſcripta ſibi locum uendicare, uigente Repub. Floré-
34 tina, † ſecus ea ipſa extincta: quoniā dignitas om-
nis effluxiſſe uideatur.l.i.& ii.ff.de peculio lega. &
c.ſi ſuper gratia, de reſcrip.in vj.& c.acceſſorium, de
35 reg.iur.eo.lib.† unde Ducalis dignitas prius inſti-
tuta potior haberi debet. d.l.i.& ii. ff. de albo ſcri-
ben.& c.antiqua, de priuile.& c.prior, de reg. iur. in
36 vj.& c.i.& ii.de maio.& obedien. † Item & quòd à
digniori cauſa Illuſtriſsimus ipſe Ferrarię Dux pro-
cedat, nempè ab Apoſtolica ſede.d.c. nouit. de iudi.
& c.inter, de tranſla.prælat.& c.per uenerabilem, in
princip.qui filij ſint legitimi.

37 Item † maiorum ipſorum claritas, & uetuſta pro-
genitorum nobilitas, quod & peripateticis, & legiſ-
latoribus ſolidæ nobilitatis indicium uel maximum
eſt.l.ii.§.quæ omnia, uer.ſed à natalium.C.de uet.iu.
enuc.& ibi, uir ab antiqua ſtirpe, Albe.aduertit. & l.
prouidendum.C.de poſtulan.ibi, aut meritum no-
biliſsimos fecit, aut uetuſtas, ubi Sali.& l.i.C.de iure
aureo.anul.ibi, natales antiquos.& l.ii.eo.ti.& plu-
ra adducit Tiraquel.tract.de nobilita.cap.xix.

Nam pro Illuſtriſsimo Florentiæ Duce reſpon-
deri poſſe uidetur, qualitatea huiuſmodi cęteris pa-
ribus, & re integra conſiderabiles eſſe, ſed cùm ſpe-
cies huiuſmodi dignitatum non ſint pares, quippè
quòd adminiſtratio ipſius Etrurię ſit maior, ergo Flo
rentiæ Ducatus nobilior cenſeri debet, ut in Cardi-
nali, Archidiacono, & huiuſmodi ſuperius conclu-
ſum fuit.

38 † Item quòd Illuſtriſsimus Ferrarię Dux uaſallus
ſit Eccleſiæ, Cęſaris, & Regum. Bar. d.§.cùm urbem,
d.l.i.ff.de offi.pręfec.urbis. Cæterùm Illuſtriſsimus
Florentia Dux omninò ſit liber, & neminem reco-
gnoſcit, unde ſupremi Principis libera uice fungi-
tur.d.l.i.§.de qua re, ubi Bar.ff.de poſtul. & d. l. ho-
ſtis, ubi idem.ff.de capti.& poſtli.reuer.

39 Præterea res demum integra non eſt, † quia ueto
ſtiſsimi uſus authoritate Florentinæ Reip. Oratori-
bus ius quæſitum cenſetur, unde titulum perinde,
tranſlatum uidetur, ac ſi Apoſtolicę ſedis, Impera-
torum, Regum, ac aliorum Principum cōſtitutione
id cautum fuiſſet.c.ſuper quibuſdam.§.pręterea, de
uerb.ſig.ubi Abb.antiq.& Panor.nume.iii.& ix.& c.
querelam, de electio.& cap.conſultationibus, de iu.
patro.ubi Abb.nu.v.cùm enim ſcientibus, ac inſpi-
cientibus Summis Pontificibus, Imperatoribus, ac
Regibus Florentini Oratores in quaſi poſſeſsione
præcedendi perpetuò conſeruati fuerint, conſe-
quens eſt, hanc ipſam exceptionem, ueluti rei tran-
ſactæ, atque finitæ agentem prorſus excludere uide-
ri.c.i.de excep.in vj.& l.tranſacta, ff.de uerb.ſignifi.
& Bart. l. omnes.ff.de iuſt.& iur.v.q.princi.& l j.ff.
de noui ope.nunc.q.j.

Nec illuſtriſsimo Ferrarię Duci ſuffragari uide-
40 tur † quòd Reſpub.Florentina Principis aſſumptio-
ne extincta uideatur. quia immo eadem manet qui-
buſuis additis immutatisúe minimè inſpectis, ut in
populo, legione, & huiuſmodi; unde illius ſubſtan-
tia conſiderari debet, ueluti qualitate nobilior. l.j.ff.
de uſufruc.& exemplo Romanorum probari uidetur
cùm enim neceſſe fuerit per unum Reipub.conſuli,
data eſt facultas, ut quod Princeps conſtituiſſet, ab
omnibus obſeruaretur.l.ii.§.nouiſsimè. ff. de origi.
iur.& l.i.ff.de conſtitu.princip.& §.ſed & quod prin
cipi, inſti.de iu.natu.gen.& ciui.

Nam & à Cæſaris dictatura etiam Reſp.Romana
uiguit, & ſæpius quæ Principi placebant in Senatu
decernebantur, quemadmodum & nunc in Reipub.
Florentinę Legibus, Oratoribus, Magiſtratibus, Re-
ctoribus, muneris cæteriſq; omnibus, quæ Reip.cō
ſilio, atq; illius nomine & decreto conficiūtur. Hinc
legimus, & poſt Romanorum Monarchiam, Partho-
rum, & Armeniorum Reges floruiſſe, & Hierone
imperante ad eius ſtatuas Armeniorum Rex Diade-
ma depoſuit, quod Romę idem Hiero ſolenniter ei
impoſuit.

41 Demum † ſi quis Reipub. facultatem omnem in
Ducem tranſlatam adſeueret, dignitatem quoque
illius in eundem tranſlatam fateri oportere uidetur
d.§.nouiſsimè, & d.§.ſed & quod Principi, & d.l.i.ff.
de conſtit. Principum. & c. translato, ut tranſlatio.
nec dubium eſt quin ſubrogatus in locum Reipubli-
cæ in qualitate dignitatis ſubſtitutus cenſeatur. l.i.§.
eum qui. ff. ſi quis cautio l. quædam.§. nihil.ff. de
eden.gloſ.ult.l. tale.ff. de pact. Alioquin ratio na-
42 turalis nō conſerueretur, quæ profectò dictat, † Mo-
narchiam potius probari, quippè quòd entia nolunt
malè regi. xii. Metaphyſices, & c. in apibus, vii.q.i,
c. licèt, extra de uoto.

43 Quod † autem ad ueterum claritatem attinet, il-
luſtriſsimi Ferrarienſes Duces tribus ſummis Pon
tificibus ex Medicæa familia procreatis cedere de-
bent, & Chriſtianiſsimis Franchorum regibus. Quid
44 dicam, nam & anteà extulit magnum illum † Coſ-
mum ſpecioſo titulo patriæ Patrem publico decreto
in libera ciuitate appellatum, hac una gloria cun-
ctas omnium nobilitates & glorias exceſsiſſe cen-
ſetur, quibus Eſtenſes principes iure cedere debere
dicendum uidetur. Ex quibus clarè colligi uidetur
ipſius Excellentiſsimi Florentię Ducis cauſam lon-
gè iuſtiorem eſſe.

Quibus

Quibus tamen & huiuſmodi non obſtantibus
oppoſitum uerius eſſe decernendum cenſeo, atque
concludo, Excellentiſsimum Ferrariæ Ducem ue-
luti antiquiorem, Excellentiſsimo Florentiæ Duci
præferendum cenſeri. quod ipſum pluribus ratio-
nibus, & authoritatibus, demum & iuribus inferiùs
oſtendam.

Et primò, illud enim altero dignius eſt, quòd eo
antiquius, ſed familia Eſtenſis uetuſtior eſt, ergo &
nobilior haberi debet.

Maior probatur ratione tùm naturali, tùm & ci-
uili, Ariſt. in Prædicam. c. de prior. & lib. 2. Politi.
45 & lib. Rhetoricorum primo, cap. v. diffinit, † nobi-
litatem eſſe generis & ciuitatis, ſi ipſa ex ſeſe ſuos ci-
ues genuit, uel ſaltem uetuſtam originem habuit, &
ſi primi ductores eius illuſtres fuerunt, & ſi multi
Principes ex ea nati ſunt, ut uerè de hac antiquiſ-
ſima familia Eſtenſi dicere poſſumus, & tot eius
heroibus. Et idem lib. 4. Politi. c. viii. nobilitatem
diffinit, eſſe diuitias antiquas. & idem lib. 4. cap. iiij.
ibi, Patriciorum uerò opulentia, clari natales ἀρετὴ
παιδεία, id eſt, uirtus & eruditio. & idem lib. Rhe-
toricorum ad Theodectem ſecundo, cap. ix. uetuſtas
diuitias admirabiliores cenſuit. & idem lib. Politi. 4.
cap. viii. Nobilitatem diffinit εὐγένεια ἐστὶν ἀρχαῖος
πλοῦτος. Nobilitas eſt uetus opulentia καὶ ἀρετὴ
i. uirtus, & lib. primo cap. v. nobiles eos docuit,
quibus progenitorum uirtus & opulentia non deſit.
à qua ſanè philoſophi diffinitione noſtri utriuſque
iuris interpretes nullatenus diſcrepant, ut docuit
Petrus de Bellapertica. l. humilem, in fin. C. de in-
46 ceſtis nupt. & Alber. rubr. de uulga. & pupill. † no-
bilitatem ipſam in antiquis diuitijs, atque uirtute
conſiſtere ſcripſit. & Bart. l. i. C. de dignita. lib. deci-
mo, num. xlvii. & Purpura. l. i. char. 2 a. uerſ. tertiò
exemplum. ff. de iuriſd. omnium iudicum. & Felin. c.
ſuper eo, col. iiij. de teſtib. & Guido Pap. ſingulari
dlxxxv. & plures alij à Tiraquel. adducti, eandem
ſententiam ſequuntur in tract. de nobilita. cap. ter-
tio, nume. xi. & xii. & cap. xi. num. xix. quamob-
rem cùm huius Eſtenſis familiæ ampliſsimæ uetu-
ſta opulentia, maiorum claritas, & ſingularis uir-
tus uniuerſo orbi pateat, atque ex hiſtoricis ipſis,
Volaterrano, Sabellico, Blondo, Iouio, Platina,
fratre Leandro, Boiardo, Arioſto, & demum Falc-
to deprehendi poſsit, quibus in huiuſmodi plena
fides adhiberi ſolet. d. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. ho-
mi. d. l. antiqui. ff. ſi pars hære. pet. Bart. Alexan. Iaſ.
47 & Dec. d. l. i. ff. ſi cert. pet. † Azo enim Eſtenſis præ-
ſtantiſsimus militiæ Dux anno Domini 1240. cùm
Eccleſiam ipſam à Salinguerræ impetu, Federici
Imperatoris Duce, Eccleſiam ipſam defendiſſet ſub
Gregorio nono Ferrariæ defenſor conſtitutus fuit,
ut interim plures alios, & fortitudine, & magnani-
mitate præclariſsimos heroas huius ipſius familiæ
ampliſsimæ progenitores ſilentio inuoluam, hue in-
ſpecta diffinitione Peripatetici in locis ſuperiùs ad-
ductis, & quarto Ethicorum, ſiue diui Thomæ ſe-
cunda ſecundæ quæſt. cxxviii. articulo ultimo, & q.
cxxix. ferè per totum, ſiue Bart. & Ioannis de Pla-
48 tea. d. l. prima. C. de dignit. ubi Bart. num. xlvii. † &
ſub Martino quinto, Nicolaus Eſtenſis uir bellica
laude inſignis, mortuo Othone Parmenſi domino
ciuitatem illam quidem auream à tyrannis libera-
uit, & Excellentiſsimo Mediolanenſium Duci Phi
lippo reſtituit. Quamobrem cùm Medicææ fami-
liæ non uideatur huiuſmodi ſplendor, & diuitia-
rum uetuſtas ex hiſtoricis poſſe deprehendi, quip-
pè quòd tunc primùm huius ipſius familiæ opulen-
tia extitit, cùm Balthaſſar Coſſa, prius Ioannes ui-
geſimustertius, Coſmum ipſum ex aſſe hæredem in-
ſtituit, ut refert Plat. in Martini quinti Pontificis
uita, ergo ſequi uidetur Eſtenſis ipſius familiæ am-
plitudini, opulentiæ, claritati, & magnanimitati,
tùm domi tùm foris uetuſtiſsimis inſignibus maio-
49 rem honorem deberi. † quod non ſolùm Philoſo-
phi, Theologi atque Hiſtorici, necnon & Poëtæ cen
ſuerunt, ſed & Legiſlatores ipſi ſæpius conſtitue-
runt, l. ſecunda. C. de uete. iur. enucl. §. quæ om-
nia. uerſ. & à natalium, & ibi, ab antiqua ſtirpe,
ubi Alber. aduertit, & l. i. ff. de cenſib. ibi, ſeries ſæ-
culorum antiquiſsima. & cap. primo. §. cæteri, de
prohibita feud. aliena. & quis dicatur Dux & Mar-
chio uet. ab antiquis temporibus, ubi Bald. & Al-
uar. & Card. Alexandr. colligunt, ex antiquitate ge-
neris, nobilitatem & familiarum ipſarum ſplendo-
rem animaduerti. & cap. primo de prohibi. feud.
alien. ubi Ioannes Daine. ſeptima diuiſio. & in ti-
tu. de pace Conſtantiæ. §. ſi ruſticus, & §. ſimiles,
tit. de pace tenenda. ubi Bald. & Aluaro. & plu-
ra alia iura adducit Tiraquel. in d. tractatu de no-
bilitate cap. xix. nume. i. ii. iii. & iiij. poſt Rai-
ne. in tractatu de nobilit. quæſtione tertia princ. &
Petrus Belluga in Spec. principum titu. de Prin-
cipe prohibito militare. & Guido Pap. d. ſingul.
dcclxxxv. & Roman. ſingu. xxxvii. ius ſanguinis
præclaram nobilitatem efficere concludit. quæ qua-
litas cùm naturalis ſit, mutari nequeat. §. ultimo in-
ſti. de iure natu. gent. & ciui. & l. iura ſanguinis. ff.
de regu. iur. & ex facto non ſemel reſponſum extat
Ange. conſil. ccac. Circumſcripta. & Deci. conſil.
dcxxxviii. nume. ſecundo, concludit nobil. ut il-
lum fundatam intentionem habere cenſeri, qui
probet ſeſe in aliquo loco, diutiſsimo temporis cur-
ſu imperio uſum fuiſſe. & Rum. conſi. decimo-
nono, numer. nono affirmat ex maiorum an-
tiquitate, deſcendentium ipſorum nobilitatem di-
ſcerni.

Nec urget hanc ipſam rationem ex aduerſo eo
colore oppugnari, quòd cæteris paribus intel-
ligi debeat, ſecus autem ſi maior ſubſit admini-
50 ſtratio. † unde iunior Cardinalis ſeniori Epiſcopo
51 præfertur, & † iunior Doctor doctrina præcel-
lens ſeniori præfertur. l. ad beſtias. ff. de pœnis,
& cap. de multa, de præbend & extrauag. execrabi-
lis, eodem titu. & l. cum quid, Docto. aduertunt.
ff. ſi cert. petatur, quod alias diſſerui in declama-
tione mea ad illuſtriſsimum olim meum Cardina-
lem Mignanellum.

Reſpondeo in primis, retorquendo, quòd illu-
ſtriſsimi Florentiæ Ducis non ſit maior & latior
adminiſtratio, ut inferiùs ſuo loco demonſtra-
bitur. Præterea & qualitas hæc maioritatis admi-
niſtrationis ſola non uidetur ſufficiens, ut ius

quæſitum ampliſſimæ Eſtenſi familiæ ex tam ue-
tuſti temporis lapſu, cuius initij memoria non
extat in oppoſitum, ſublatum intelligatur. d. §. præ-
tereà. d. cap. ſuper quibuſdam. d. l. hoc iure. §. ductus
aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua. unde ſiue ex
Reip. Florentinæ conſenſu, ſiue ea in uita illuſtriſ-
ſimus Florentiæ Ducatus, Cæſaris authoritate di-
52 catur, † ius illuſtriſsimo Eſtenſium Duci, ſiue ue-
tuſtatis uirtute, ſiue ſingularis iuris inſpectione quæ-
ſitum, nullo pacto ſublatum intelligi poteſt. l. n. §.
ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & c.
ſuper eo, de officio delega. & cap. ea multiplici,
de decimis. quod ipſum clariſsimi iuris eſſe ex plu-
ribus quæſtionibus declaratis à Gomeſio, Caſsio-
doro, & Quintiliano colligitur in regula de non tol-
lendo iure quæſito.

Aliâs ſequeretur, ſi pontificia authoritate Rex
Tuſciæ nunc conſtitueretur, & contingeret eius
ipſius imperium latius patere, quàm Chriſtianiſsi-
mi Gallorum Regis, aut Catholici Hiſpaniarum,
illis ipſis eſſe præferendum; quod abſurdum cen-
53 ſeo, † cùm natura & uetuſtas æquiparantur. d. §. du-
ctus, & d. §. prætereà, & Bald. d. conſi. xxix. in ſecun-
do. Barba. conſil. lvii. num. xiii. in ſecundo, & cùm
naturæ opus mutationem recipiat. d. §. ultimo inſti.
de iure natu. gen. & ciui. & d. l. iura. ſanguinis ff. de
reg. iur. & clement. paſtoralis. uer. cæterùm, de ſen-
tentia & re iudic. & Lanfranc. in cap. quoniam con-
trà, poſt omnes ueteres in uerbo citationes, extra de
probat. hoc idem ſequitur, & alij poſt eum, & una
quandoque ibi diximus.

Secundò pro illuſtriſsimo Ferrariæ Duce eiuſuè
cauſa iucunda perpendi debet prior & longè anti-
54 quior Ducalis dignitatis erectio. † Eccleſia enim
in primis maiorem ijs honorem debere conſtituit,
qui prius ad ordines, uel Eccleſiaſticas dignitates
promotus fuit. cap. i. & cap. ſtatuimus, de maiorita.
55 & obedien. † nec enim ambigi ſolet quin ex tem-
poris prioritate ius ſolidum quæſitum intelligatur.
l. qui balneum. & l. potior. ff. qui potio. in pigno.
ubi Doct. & cap. qui prior, de reg. iur. in vi. ubi Din.
Alb. & Ancha. & l. in operis. ff. locati. ubi Caſtr.
56 † unde prior promotus ad doctoratum præferri ſo-
let. Docto. c. clerici, de iudi. & d. l. cùm quid. ff. ſi
cert. pet. uetuſtati enim ueluti nobiliorem quali-
tatem inferenti, deferendum eſſe, receptum eſt. l. i.
ff. de acquiren. rerum dominio. & §. ſingulorum, in-
57 ſti. de rerum diuiſio. † qua ratione ſenioribus ipſis
maior honor debetur. l. ſemper. ff. de iure immuni.
hinc legitur Roboam imperium ipſum amiſiſſe,
quia ſenioribus parere noluit. cap. primo, de renun-
ciatio. ubi Bald. & nuper ſanctiſsimus dominus
Pius IIII. eius nominis Pont. Max. decreuit nul-
lam prærogatiuam reſpectu ordinis in Abbates Ca-
nonicorum regularium, & Caſsinenſis congrega-
tionis habendam eſſe, quàm prioris promotionis.
d. cap. primo de maiorit. & obedien. & d. cap. ſta-
58 tuimus, eodem titu. † quamobrem cùm ex hiſto-
ricis conſtet ampliſsimam ipſam Eſtenſium fami-
liam, & illuſtriſsimi ipſius Ducis progenitores,
iam mille annis decurſis Lucæ, Parmæ, & Ancho-
næ principatum ipſum exercuiſſe, Medicæam autem
domum, ante Leonis X. Pontif. anno Domini 1513.
nullam prorſus alicuius ciuitatis, caſtri, uel loci, iu-
riſdictionem habuiſſe, conſequens eſt Eſtenſium
ipſorum Principum clariſsimis progenitoribus de-
ſcendentem longè maiorem nobilitatem cenſeri, ut
docuit Bart. in d. l. i. C. de dignita. lib. xii. ad fin. &
l. nemini. C. de aduoca. diuerſ. iud. & ibi Bald. in
fin. & Felin. d. rubr. de maiorit. & obed. num. iii. &
cap. clerici. num. vi. de iudi. & quandoque pertra-
tum eſt. Stepha. in tract. de literis, & grat. expect.
fol. 130. ubi concludit, illum ipſum qui antiquio-
res progenitores Ducatus, Marchionatus dignita-
te inſignes habuit, omnino præferendum eſſe. quà-
obrem & ſi illuſtriſsimus Florentiæ Dux à clariſsi-
mis quidem uiris deſcendat, quia tamen illi anti-
quiorem principatum non exercuerunt, conſequens
eſt illum ipſum illuſtriſsimo Ferrariæ Duci omninò
cedere debere.

Quod multò fortiùs concludi debet, ſi utriuſque
Ducatus erectionem, & productionem attenda-
59 mus; † conſtat etenim anno Domini 1452. à Fe-
derico Imperatore illuſtriſsimam Eſtenſem fami-
liam Ducatus dignitatem Mutinæ, & Regij conſe-
quutam fuiſſe, & anno Domini 1454. à Paulo II.
eius nominis Pont. Max. Ferrariæ Ducem illuſtriſ-
60 ſimum Borſium declaratum fuiſſe. † At in illuſtriſ-
ſima familia Medicæa anno Domini 1531. uel cir-
ca dignitas huiuſmodi erecta fuit ſub Clemente ſe-
ptimo, quare prior & antiquior omninò ſit præfe-
rendus. l. ii. C. ut digni. ordo ſeruc. & l. prima. C. de
conſuli. lib. 12. ubi Luc. de Penna, & Bald. in cap.
dudum, de electio. & Purpura. in l. procurator. C.
de eden. & Bald. in præludijs feudo. & pertractatum
extat, Bonus de Curtili in tract. de nobilita. nume.
cevi. & Brun. in tract. eodem, in ſecunda parte nu.
xvii. & Boër. in tract. de nobilita. num. 101. & nu-
me. lxi. lxxx. & xc. & Petrus de Monte in tract. de
Monarchia Conciliorum, & Guliel. Duran. in tra-
cta. de modo celebran. Concilij in rubr. de ceſſitu.
Cardina. & Martinus Lauden. in tract. de dignita-
61 tibus. q. xxiii. † concludunt, quantò antiquius feu-
dum in aliqua familia conceſſum permanſit ſiue à
ſummo Pontifice, ſeu Cæſare, uel Rege, tantò no-
bilius exiſtimari, & idcircò ob temporis ipſius an-
tiquioris prærogatiuam, qui feudo huiuſmodi
præeſt, præferendum eſſe. quod & ex facto reſpon-
ſum extat Iaſ. conſi. cxiii. uer. moueor, in ſecundo.
conſi. excii. in iii. Deci. d. conſi. clxi. & Rui. d. con-
ſi. xix. num. nono. & Tiraquel. in d. tracta. de nobi-
lita. in præfatio. num. cii. & cxv. & cxxiiij. & quæſt.
lx. num. li. qui cum huiuſmodi ſint, & notorium ſit,
Florentini Ducatus longè recentiorem creationem
eſſe, conſequens eſt, Ferrarienſem ipſam Ducatus
dignitatem, ueluti antiquiorem præferendam, al-
tiorique loco collocandam eſſe: quippè quòd poſt
augmentationem progreſſa ſit, & perfectionem ip-
ſam eundo quæſierit. glo. in l. ſtemmata. ff. de gra-
dibus. Card. Alexandri. in prælu. feudo. in ſecūda di-
uiſione, & Bal. in penult. diuiſio. & Iacob. de Sancto
Georgio in tracta. feud. & Rai. in comprehenſorio
feud. xii. diuiſio. in princip. & Tiraquel. d. tractatu
62 de nobilit. cap. xix. num. decimo. † & Signorel. de
Homodeis

Homodeis conſil.xxiii. num. decimonono. hac ra-
tione concludit, Militiam Doctoratu eſſe antiquio-
rem, & Deci. ius ſcriptum cùm antiquius ſit, nobi-
lius idcircò concludit rubr. de conſtitu. & ibi Co-
deſca, & Petrus Gerar.ſingula xxxiii.num.iii. pra-
xim docuit, & Deci.conſi.liij. Placet, uer.quarto fa-
cit, & Rui.d.conſi.xix.num. ſecundo, uer. non ob-
ſtat, in primo.

Nec urget, quòd ex aduerſo contenditur rem
63 integram non eſſe, † quippè quòd Florentinus ipſe
populus diutiſsima libertate fuerit uſus, & idcircò
lapſum huiuſmodi temporis, conſtitui & ſingu-
laria iuris uim obtinere. d.cap. ſuper quibuſdam.§.
prætereà, de uerb.ſignificat. ubi uterque Abbas, &
d.§. ductus, d. cap. conſultationibus, & d.cap. que-
relam, de electio. nam reſponderi poſſe exiſtimo,
quòd ad Excellentiſsimum Florentiæ Ducem, ra-
tionem hanc ex populi libertate productam, parum
ad cauſam huiuſmodi pertinere.l.loci corpus.§.i.ff.
64 ſi ſerui.uendi.ubi Docto.† cùm enim Ducatus Flo-
rentini dignitas producta non eſſet, nulla dignita-
tis qualitas in ea conſiderari potuit.l. eius qui.ff.
ſi cert.pet.& l.ſi ſeruum.§.ſi modus.ff. de actio. em-
pti. ibi, qualitas fundi non extantis perpendi non
poteſt. & l.i.ff.de uſufruc.ubi Doct.aduertunt, qua-
litatem ſine ſubiecto non conſiſtere.

Secundò, non urget ſubtilis ratio ex aduerſo ad-
ducta, quòd illuſtriſsimus Dux Alphonſus non ſe-
mel tantùm, ſed ſæpius criminis læſæ Maieſtatis
Pontificiæ reus conſtitutus fuerit, & demum abſque
65 reſtitutione deceſſerit. † quod delicti genus ſuapte
natura grauiſsimum eſt, unde acerbiſsima pœna
plecti conſueuit.l. unica.§. item.ad l. Iuliam Maie-
ſtatis, & cap.fœlicis, de pœnis in vi. & cap. cùm ſe-
66 cundum, de hæret.eodem lib. † idque potiſsimùm
reiteratione ipſius perpenſa, unde criminis con-
ditio grauior fieri ſolet.l.tertia.C.de Epiſcopali au-
di. & cap.ultimo de conſuet.ubi Doct.in primo no-
tabili, & in c.cùm nó ab homine de iudi.ibi, in pro-
fundum malorum. & cæt.& cap. omnis, de pœnit.
& remiſsio. in uerbo circumſtantias.glo. & Docto.
& Ioan.Diaz in pract. cano.crimi. in uer. incorri-
gibilitas. delicti enim reiteratio deliberatum de-
linquentis animum præſefert. l. Baliſta.ff. ad ſenat.
conſ.Trebell. & l.cùm ſimus.C. de agrico. & cenſi.
67 ubi Bart.lib.xi. † unde, cùm illuſtriſsimus Dux Al-
phonſus damnatus fuerit, nec amplius reſtitutus,
illuſtriſsimo Duci Herculi patris delictum obfuiſſe
cenſetur.d.l. quiſquis.§. filij autem, ubi Bald. Salic.
& Ange. aduertunt, & Boër. pertractat in tractatu
de ſeditio. in vi. præſumptio. num.xx. & Gigas in
tractatu de crimi. læſæ Maieſtat. libr.tertio quæſt.i.
68 † & quod ad feudi priuationem attinet, Andr. de
Iſer.cap.i.§. prætereà, quæ fuit prima cauſa benefi-
cij amitt. ubi Afflic.uer. glo.iii.num.viii. poſt Bal.
in l.i.ff.de rerum diuiſio.uer.xxviii. quæro. & uide-
tur caſus in cap.i. ſi uaſallus feudo priue. & Gigas
d.lib.tertio, quæſt.iiij.& lib. ſecundo quæſt. quinta,
potiſsimùm, cùm Leonis decimi decretum condem-
natorium acceſſerit, ut Canonis ratio dictat, clem.
Paſtoralis, de ſententia & re iudica. ubi Cardin. &
Imol. & Bald. d.l.i. quæſt.xlii. ff. de rerum diui. &
Iacob. & Aluaro.cap.primo.§. illud, in fin. de pro-
hibi. feud. aliena. & pertractat Lauden. in tracta.de
crimi.læſæ Maieſta. quæſt. xxxiii. & Gigas d.tracta.
eodem lib. ſecundo ſub rub. de pœn. comm.crimi.
læſ.Maieſt.q.quinta.

Nam omnibus huiuſmodi aduerſus illuſtriſsi-
mum Ferrariæ Ducem ab Excellentiſsimo Floren-
tiæ Duce, uel eius præſtantiſsimis patronis addu-
69 ctis, reſpondeo, † cùm illuſtriſsimus Ferrariæ Dux
à Paulo eius nominis tertio Pontif. ſummo reſtitu-
tus fuerit in ampliſsima forma, perinde haberi de-
bet, ac ſi nunquam ulla condemnatoria præiuiſſet.
l. ſecunda.§.fin. ibi reſtituere autem. ff. ne quid in
loco publ.& l.uideamus.§.in fauiana.ff. de uſuris, &
l.j. in fi. C. de ſententiam paſ. & l. reſtituere. ff. de
70 uerb.ſignificat. & l.ſecunda.ff. de nata. reſtitu. † ubi
Docto.eliciunt, reſtitutionis eam eſſe uirtutem, ut
omnia in priſtinum ſtatum reponat. unde & fictio-
ne poſtliminij æquiparatur & retro trahitur, perin
de ac ſi nunquam felonia commiſſa fuiſſet.l. ſi quis
filio exhæredato.§.pen.ff.de iniuſt.rup. & irr. teſta.
& docuit Ange.& Ioan.ab Imol. in l.ſi alienum.§.in
extraneis.ff.de hære.inſtituen. & Sali.in l. caſtitati.
C. ad l. Iuliam de adulte. & Bal.l. Imperialis.§. i. C.
71 de nupt. ex eo tex. elicit, † reſtitutionem ipſam om
nem maculam purgare, perinde ac ſi nulla præiuiſ-
ſet infectio. nec huius ipſius reſtitutionis planè uir
turem ignorauerunt Card. & Ioannes ab Imo. in c.
quæ diligentia, de electio.num.quinto, uerſi. tamen
ex quo eſt interdictum. & Galia.l.Gallus.§.& quid
ſi tantùm, ff. de libe. & poſthum. & pertractat &
ſubſcribit Gigas in d.tract. de crim. læſ. Maieſt.lib.
ſecundo, ſub rub. de pœnis. commi.crim.læſ. Ma-
ieſt. cap.xxiii. ex quibus conſtat, hunc ipſum ſup-
plantationis conatum, quod ad prioritatem Duca-
tus Florentini attinet, inſpecta reſtitutione poſte-
rius facta Eſtenſis ipſius Ducatus, nullius eſſe mo-
menti.

72 Tertiò † pro Excellentiſsimo Ferrariæ Duce plu-
rium dignitatum concurſus conſiderari poteſt. nam
quod ad Ferrariam attinet, à Gregorio nono, Azo-
ni Eſtenſi ob egregiam, quam in bello Eccleſiæ ope
ram nauauit in ipſius Ferrariæ defenſione ab impe-
tu Salinguerræ, illius cuſtos, & Vicarius Eccleſiæ
conſtitutus eſt; deinde in feudum Marchionatus,
poſtmodum Ducatus nomine à Paulo II. Vene-
73 to illuſtriſsimus Comes Borſius inueſtitus fuit, † un
de ratione cauſæ efficientis, atque inueſtientis om-
nium nobiliſsimæ maiorem Dux Ferrariæ dignita-
74 tem habere cenſetur. † ſummus enim ipſe Pontif.
præpotentis Dei Vicarius in terris eſt conſtitutus.
cap. unico, ut eccleſiaſtica beneficia, paſcendo gre-
gi præfectus.cap. quandoque, xxiiij.q.i. & c. ſigni-
ficauit, de electio. & in poteſtatis plenitudinē uoca-
tus.c. ad honorem, de uſu & auth. pallij, cui imme-
diatè à prępotenti Deo, & Seruatore noſtro utriuſq;
clauis adminiſtratio conceſſa fuit. c. in noua, de
pœn. & remiſsio. ubi Hoſt. & extrauaganti unam,
de maioric. & obedien. & Feltrenſ. paſtor in cap.
primo tractat de poteſtate ſumm. Pontifi. & aliàs
75 docuit rub. de conſtitu. † à quo ſanè Cæſaris pote-
ſtas & iuriſdictio, & idcircò aliorum Regum, &

principum, ueluti ab Oceano deriuat, ſiue inſtitutione inſpecta, cap. uenerabilem, de electio. ubi glo. in uer. tranſtulit, & Docto. ſiue confirmatione. cap. primo. §. unde cùm, de ſacra unctione, ubi Docto. quamobrem ſi excellentiſsimus Florentiæ Dux Cæſarem ipſum recognoſcere prætendit, ut alij Italiæ Duces, Mediolani, Mantuæ, & Subaudiæ, quod Gigas ſenſit in d. tractatu de crimin. læſ. Maieſt. lib. i. quæſt. xxix. concludens, Florentiæ Ducem plena regalia ab ipſo Cæſare conſecutum, quod & uerisimilius eſt. l. Campanus. ff. de ope. liber. & l. cùm dein. ff. de probatio. & cap. ſuper hoc. de renunc. licèt ipſius Excellentiſsimi Florentiæ Ducis patroni diplomate Cæſareo aliud cautum affirment: unde inſpectione opus ſit. cap. cùm in iure, de offic. & poteſt. iudic. deleg. & cap. porrò, de priuileg. & cap. cùm ad ſedem §. nos uerò, de reſtitut.
76 ſpoliat. † unde Cæſaris uaſallus ſummi Pont. ua-
77 ſallo cedere debeat, quemadmodum † à ſummo Pontif. ad equeſtrem, uel doctoratus dignitatem promotus alijs præferri ſolet. Docto. d. l. cùm quid, & d. cap. Clerici, de iudi. & pro hac concluſione uidetur caſus in l. ſecunda. ff. de albo ſcrib. ubi Franciſ. Tigrini, & Andreas Siculus, cap. quod clericis, de foro competent. & Abbas cap. poſtulaſti, de conceſsio. præben. & Feli. d. rub. de maiorit. & obed. uer. miles imperialis. & Abb. & Felin. cap. per tuas. eodem titu. de maiorit. & obedien. & Felin. eadem rubrica uer. ſimplex ſacerdos. quare & habentes cauſam ab inferiori facultate ijs ipſis cedere debent, qui ſuperioris inueſtienni cauſæ inſignibus oriuntur. argumen. l. Claudius fœlix. ff. qui potio. in pign. habeant. & l. ſi uiua. C. de bon. mat.

Aut à populo Florentino dignitatis huius productionem prætendunt, & tunc multò fortius illuſtriſsimus Florentiæ Dux cedere debet; nam, ſi populus ille libertatem emit à Rodulpho Impera-
78 tore, ut ſuperius concluſum fuit, † ſanè non potuit Cæſar plus iuris in populum illum transferre, quàm ipſe haberet. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dominio. & l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. ubi Decius & Cagnol. & cap. Daibertum. prima quæſt. ſeptima. qua ratione ergo Excellentiſsimi Florentiæ Ducis patroni complexionis, ſeu dilemmatis huius laqueos euadent?

79 Secundò † ab ipſo Cæſare Regium, & Mutinam titulo Ducatus illuſtriſsimus ipſe Ferrariæ Dux obtinet, ut Alexan. concludit conſi. primo, in quinto, num. xvii. & xxv. & xxvi. & Soci. iun. conſi. cxxvi. num. xi. in tertio, & fatetur illuſtriſsimum Ferrariæ Ducem titulo feudi perpetui Mutinam, & Regium à Maieſtate Cæſarea obtinere, ut ex hiſtoricis liquet, quibus in huiuſmodi plena fides adhiberi ſolet. d. l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hom. & Bart. d. l. i. ff. ſi cert. pet.

Rurſus authoritate Chriſtianiſsimi Franchorum
80 Regis Carnutum Dux declaratus fuit, † quocircà, cùm triplici Ducatus dignitate fulgeat, unico tantùm Ducatui Florentino præualere debet. arg. auth. itaque. C. de commu. ſucceſſ. ubi Alberi. Barr. Bald. Angel. & Salic. & in auct. unde ſumitur, de conſanguin. & uterinis fratribus. & cap. primo, de treg. & pace, quemadmodum concurrentes rationes unicam uincunt. §. ſed & ſpadonem, inſt. de excu. tuto. ubi glo. & Doct.

81 Item † & Eſtenſis Principatus, & Marchionatus Ateſtino ſplendore fulget, necnon & quampluri- mæ ciuitates atque oppida ſub Eſtenſium clariſsima familia reſplendent, ut Regium, Mutina, Carpi, Comach, & Graffignana, ut cætera omittam. & olim multorum populorum domini fuere, ut Anchonitanorum, Comitatus Rhodigij, aliarumq; urbium; ut pleni ſunt hiſtoriarum libri. qui concurſus præſtantiorem nobilitatem efficere cenſetur. Bal. in princ. l. ætas. ff. de excu. tuto. & Alex. ſubſcribit rub. ff. de obſeq. à patro. præſt. in additionibus Bar. & Feli. d. c. clerici, ad fin. de iudi. poſt Alex. & Iaſ. in
82 d. l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. † unde Bal. concludit, quòd Comes & Marchio, Marchioni ſimpliciter
83 præfertur, quemadmodum † Miles, & Doctor, ad
84 Doctoratum dumtaxat promoto, † & Epiſcopus Doctor, doctorem, quamuis prius promotum præcedit, Geminia. d. cap. ad Epiſcopos, xvii. diſtinct. Et idcircò paucis ab hinc annis cùm inter Catholici Regis Philippi inuictiſsimi Oratorem controuerteretur de præcedentia in ſeſsionibus & proceſsionibus, cum Oratore Regis Gallorum in inclyta Venetiarum ciuitate, uidi ab eruditiſsimo
85 Iureconſulto † hanc ipſam triplicis Regiæ coronæ dignitatem pro ipſo inuictiſsimo Catholico Rege non inſulsè induci. d. auct. itaque. C. commu. de ſucceſsio. & d. cap. primo, de treg. & pace, in quibus ſanè dignitatibus cùm diuturniſsimo temporis curſu amplisſima Ateſtinorum principum familia floruerit, ſiue Foreſti ſingularem uirtutem intueamur, qui anno Domini 452. cum quingentorum equitum ala, & mille peditibus aduerſus Attilam fortiter pro Italiæ defenſione in Aquileiæ oppugnatione, cum ingenti Barbarorum clade dimicans occubuit, ut Chronographi tradiderunt; ſiue Alberti primi præſtantiam perpendamus, qui floruit anno Domini 920. ut poſt ueteres egregiè ſcripſerunt inſignes Neoterici. Et ſic conſtat ob omnes huiuſmodi ſuperius expreſſas rationes, Eſtenſis ipſius ampliſsimæ familiæ nobilitatem eſſe maiorem, & idcircò honoratiori loco exornandam eſſe.

Quartò, quòd illuſtriſsimus Ferrariæ Dux maiori nobilitatis ſplendore fulgeat, quàm ipſius Florentiæ Dux Excellentiſsimus, hinc quoque probari poſſe uidetur, quòd nobilioribus ſubiectis præ-
87 ſit, † unde ſacerdotium imperio præſtantius exiſtimatur, quippè quòd regio clericorum generi illud ipſum præſit. cap. duo ſunt, duodecima q. i. ſæcularibus autem & temporalibus præſit Cæſar, quæ ſunt ſpiritualibus longè inferiora. c. inter, de tranſl. Epiſcopi, & c. ſolitæ, de maio. & obed. ubi Abb. uer. not. iii. v. & c. duo ſunt, xcvi. diſtinc. & c. futuram. xii. q. ii. & c. per uenerabilem, in princ. qui filij ſint legit. quam concluſionem omnes ſequuntur in d. c. ſolitæ. de maio. & obed.

Nec ambigi debet quin illuſtriſsimus Ferrariæ Dux plures in ciuitate Ferrariæ, comitatus ſplendore inſignes, ſubiectos habeat, Calcagninos, Contrarios, Taſſones, Manfredos, Sacratos, Trottos,

Conſtabi-

Conſtabiles, & Montiſcuculos. Item in ciuitate
Regienſi, Bebios, Manfredos, Folianos, Biſman-
tuas, Vallenieros, Boiardos, Canoſſas, & alios.
Item in ciuitate Mutinenſi Comites florẽt, Rango-
nij, Cælij, & Boſchetri.
88 Item † in ciuitate Ferrariæ in literis humanio-
bus clari extiterunt, Gregorius, Lilius, Giraldus,
Cælius Calcagninus, & duo poëtæ Strozij, & Lu-
douicus Arioſtus. in Medicina, & Philoſophia cla-
ri fuerunt, Braſaola, Leonicenus, & Ioannes Ma-
natdus. & Mutinæ Machelius, nunc Pataiuij floret
Faloppius, Veſallius alter in ipſius naturæ ſecre-
tis, & Carolus Sigonius Orator præſtantiſsimus.
Ferrariæ in Theologia Pictorius & Sauonarola, &
Frãciſcus Syluestrius, & Pariſetius qui adhuc uiuit.
In utroque iure tres Riminaldi Ferrariæ iurecon-
ſulti clariſsimi floruerunt, & Felinus Sandeus, &
Lud. Cat. incomparabilis doctrinæ uiri, & Marcus
Brunus. & hodie florent Ioannes Ronchegallus
Gioldus uir quidem eloquentiſsimus & omni lite-
rarum genere ornatus, ſic ut nunquam ſatis laudari
queat, necnon & eruditiſsimus Ioannes Cephalus,
ambo inſignes Iureconſulti. & Regij, magni no-
minis profeſſor Carolus Ruinus ſplendorem auxit,
cuius ueſtigia imitatus Præudelius non inferiori
forrè claſsi adſcriptus fuiſſet, niſi acerba morte
præuentus ab impio ſicario ſublatus fuiſſet. Quid
dicam de illuſtriſsimo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinale Iacobo Sadoleto? quem Mutina ipſa adeò
præſtantis ingenij, & ſingularis doctrinæ unum ex-
tulit, ut cum quolibet ueterum tùm Theologorum,
tùm Philoſophorum comparari ualeat, ut Bellen-
zinos omittam, non inferioris claſsis iure conſul-
tos, & Molzam ſub Clemente VII. poëtam admi-
randum, & Guidonem Rangonium ætate noſtra ne
mini Imperatoria dignitate, ac bellica laude ſecun-
89 dum. Quæ profectò familiæ † nullam prorſus mer
caturam exercent, nobilitati prorſus profeſsionem
repugnantem. l. nobilior. C. de commer. & merca.
ubi Bald. & l. ne quis. C. de digni. lib. 12. ubi Bar-
to. & Ioannes de Plat. & licet Cicero ſatis hone-
ſtam diiudicet, ſi copioſa ſit, & uſus Venetorum &
90 Genuenſium probat, † tamen eius ipſius exercita-
tione nobilitati derogari receptum eſt. Tiraquel. d.
tract. de nobilita. cap. xxxiii. num. xx. ubi plures ad-
ducit in ſendos. quamobrem quicquid dicant Ex-
cellentiſsimi Florentiæ Ducis patroni, hinc maior
illuſtriſsimi Ferrariæ Ducis nobilitas deprehendi-
tur, quòd ueluti Princeps ſupremus caſtra ipſa ſeu-
di perpetui nomine conceſſerit, ueluti Scandianum
Boiardis, Saxeolum, Canoſam, & Regiam Vil-
lam in agro Regienſi Gonzagis, ut egregiè docuit
Alexan. d. conſi. i. in quinto, num. ii. & xxv. & xxvi.
& Soc. iun. d. conſi. cxxvi. nume. ſecundo, in tertio,
Ex quibus omnibus ſaltem iunctis conſtat, quod
ad ſubiectorum nobilitatem attinet, illuſtriſsimi Fer
rariæ Ducis nobiliorem conditionem cenſeri.
91 Quintò, † & à locorum qualitate, & præſtan-
tia, Principis nobilitatem decerni receptum eſt.
cap. ſtatutum. §. primo, de reſcript. in vi. ibi, in ci-
uitatibus & locis claris, & inſignibus. gloſ. in uer.
inſignibus, & glo. in cap. Senatus. §. ſanè, de hæret.
92 in vi. † unde Canonicus Eccleſiæ cathedralis alte-
rius collegiatæ Eccleſiæ Canonicis præferri ſolet.
cap. Senatus. §. ſanè de hæret. in vi. & in cap. frater-
nitatis, de donatio. & Ioannes de Plat. in l. ulti
ma. C. de decurio. & l. prima. C. de ſilentia. & l. pri-
93 ma. C. de præpoſitis. lib. xii. † Communis enim in
uniuerſa Italia ſenſus eſſe uidetur, inter claras Ita-
liæ regiones Lombardiam ipſam, (ut uulgus ap-
pellat) nobilitate familiarum, ſitus præſtantia, aëris
amœnitate, populorum frequentia, ſoli ubertate,
primum locum obtinere, cui communi ſenſui ac-
quieſcendum eſſe uidetur. l. quod Labeo. de ſupel.
leg. & l. minimè. ff. de legib. & quamuis Tuſcia
amœniſsimos colles habeat, flumina, & ualles uber-
tate inſignes, tamen nec ipſe illuſtriſsimus Ferra-
riæ Dux his ipſis commodis caret, cùm ipſius Apen
nini radicibus fruatur, in Graffagnana, & Muti-
nen. ac Regien. agris, tùm in collibus, tùm in pla-
nitie, necnon & fertiliſsimo Ferrarienſi agro, am-
pliſsima Padi fluuiorum Regia nauigatione, à Ve-
luſo monte, uſque ad Adriaticum triplici oſtio frua
tur. quæ cùm huiuſmodi ſint, ſtante potiſsimùm
ſanguinis uetuſtate, & maiorum antiquiori nobili-
tate cum uirtute coniuncta, ut frater Lean. poſt
alios hiſtoricos quos adducit, illuſtriſsimum Fer-
rariæ Ducem aliori loco dignum eſſe concludi
debet.
94 Sextò, † non eſt dubium, illud altero dignius
cenſeri, cui ex eſſentiali natura qualitas dignior
competat, quàm ſi ex accidenti: quemadmodum
iuris communis authoritate munitus præferri de-
bet ei, qui ſingularis iuris clypeo tegitur. l. eius mi-
litis. §. militia miſſus. ff. de milita. teſtamen. ubi Do-
95 cto. † Et ideò, cùm qualitas clericatus Canonicis
regularibus ex propria natura competat, quippè
quòd ſine clericatu quis Canonicus non ſit. cap.
cùm tibi, de uerbo. ſignificat. & cap. ſecundo de in-
ſtitu. & cap. primo de regu. iut. in vi. Monachi au-
tem ex accidenti ad clericatum promoti fuerint.
cap. de Monachis. xxvii. quæſt. prima, receptum
eſt, Canonicorum regularium profeſsionem longè
nobiliorem cenſeri. at cùm Ateſtinis Principibus
ex propria conditione & uetuſtiſsima, amplitudo
contingat, ſiue ipſis Excellentiſsimis Ferrariæ Du-
cibus, & non ita in Florentiæ principatu, & Ex-
cellentiſsimis eius Ducibus, quibus ex accidenti
expugnatæ libertatis iubente Clemente ſeptimo, &
conſentiente Carolo quinto ius Ducatus compe-
tit: conſtat hanc ipſam rationem otioſam non cen-
96 ſeri. d. lege eius militis. §. militia miſſus. † ueluti
cùm dicimus, cauſam proximam potius quàm re-
motam attendi, l. ſi muliere. ff. rerum amot. ubi Bar.
& idem. l. ex placito. C. de rerum permut. & Curt.
iun. plures adducit conſi. xx. nu. iiij. & cùm dicimus,
97 † in concurſu quòd præſumptio fortior elidit de-
biliorem. l. Diuus. ff. de reſtitut. in integ. & c. literas
de præſumpt. & iura ſingularia mutuò ſeſe permi-
re. l. i. & ij. ff. de priui. credi. ut debilius cedat poten
tiori. l. uerùm. §. fin. de mino. & l. ultima. §. fin. ff. ex
quibus cau. maio. Bart. auth. quas actiones. C. de ſac.
ſan. eccle. Abb. Feli. & Deci. in c. in præſentia, de
probatio.

Ex quibus omnibus, ſaltem ſimul iunctis, euiden ter conſtare uidetur, illuſtriſsimi Ferrariæ Ducis cauſam longè potiorem eſſe, & idcircò illum ipſum illuſtriſsimo Florentiæ Duci omninò præferendum eſſe.

Nec obſtant ſuperius adducta in oppoſitum, & primò allegata quaſi poſſeſsio. quia negari poſſe uidetur, poſtquam reſp. Florentina conditionem Ariſtocraticam immutauit, Oratores illius altiori loco præpoſitos fuiſſe; unde, qui factum deducit, probandi onus ſubire debet. l. ei qui. ff. de probat. & d. cap. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpolia. & d. cap. cùm in iure, de offic. deleg.

Secundò, hinc ſolidum ius illuſtriſsimo Florentiæ Duci, quod ad prælationis effectum attinet, quæſitum non uidetur, quia & ex patronorum illius con feſsione conſtat, Paulum ipſum Pont. ſummum eius nominis tertium, eius inſſu interpellaſſe, unde plena ſecuritas ipſi illuſtriſsimo Florentiæ Duci quæſita dici non poteſt. l. ſicut, & l. omnes. C. de præſ. tri gin. uel quadr. ann.

Secundò non urget allegata libertas, Florentini populi ab ipſius Romani imperij inclinatione: quia reſpondeo, hoc ad rhombum non facere. primò,
98 quia nunc ea libertate non fruitur, † ergo ex diuerſis non infertur. l. Papinianus. ff. de minorib. & l. inter. §. ſictam. ff. de uerb. obli. ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt.

Item non urget quòd libertatem à Rhodulpho Imperatore Florentia ipſa ciuitas emerit, ut ſuprà memini, unde iura principis exercere naleat. Bart. d. l. ii. §. de qua re. ff. de poſtul. cum alijs adductis à Deci. d. conſi. ccxv. num. iii. Nam reſpondeo, hanc rationem pugnare cum prima, ergo reijciendam. l. ii. C. de furtis. Docto. l. edita. C. de eden. & d. §. nihil commune.

Secundò dico, & illuſtriſsimum Ferrariæ Ducem
99 † regalia ſupremi Principis exercere, monetã enim cudit, à uaſallis iuramentum fidelitatis exigit: Item pedagia imponit, & uectigalia. d. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea, & in tit. quæ ſint regalia in uſibus feudorum, ut aduertunt Alex. d. conſi. ii. in v. & Soc. d. conſi. ccxv. in tertio, quæ facultas eò nobilior exiſtimatur, cùm à nobiliori cauſa procedat, nẽpè ſum mo Pontifice, ut fatetur Leand. cuarrat, & Alexan. & Soc. in conſi. ſuperiùs adductis, & Abb. in d. c. ſolitæ, vii. notabili. Item quòd non empta ſit illuſtriſsimi Ferrariæ Ducis facultas, ſed ob præclara progenitorum geſta, ob Eccleſiæ defenſionem donata, ſiue Azonis, ſiue Actij, ſiue Obizonis, ſiue Nicolai Are ſtinorum Marchionum, & Anchonitanorum, & Laurentium dominorum, & Parmenſium geſta uideantur, & legantur. quocircà illuſtriſsimo Ferrariæ Du
100 ci firmius ius competere cenſeatur, † quemadmodum in donatione facta ob merita, ille qui donauit de euictione tenetur. l. idem, cum ſequenti. & l. ſi uerò. ff. mandati, ubi Bart. & l. Ariſto. ff. de dona. ubi Bart. in fin. & Alex. conſi. xlvii. in tertio.

Tertiò non urget allegata præſcriptio Vaticanæ Aulæ, Imperatorum, Regum, ac Principum. quia, cùm anno Domini 1533. Florentina ſiue popularis ſiue optimatum reſp. Alexandro primo ſit ſubiecta, quòd de tam longa præſcriptione contendatur, otioſè dictum uidetur. d. §. ductus. & d. §. præterea.

At quod ad tempus Florentinorum Ducum attinet, ratio hæc inanis eſſe uidetur propter Pauli III. ſuperius allegatum decretum.

Nec Ducis Borſij conſenſus deſcendentibus præiudicium adferre poteſt, quoniam reipubl. Oratoribus præſtitus ſit, non autem Ducum, tùm uerò quia illuſtriſsimus Dux Borſius feudi nobilitatem immutare non potuit, præiudicium hoc afferendo. l. iii. de teſt. & cap. ſed diligenti, de foro compet. & d. c. cùm inferior. de maior. & obed. rurſus cùm huius feudi inueſtitura facta fuerit Nicolao primo, ut nonnulli malunt, pro ſe & deſcendentibus perperuò, ut Alex. concludit d. conſi. i. & Soci. iun. d. conſi. xxvi. ſequitur, ius dignitatis Ducatus ex benigna ſummi Pont. conceſsione competens illuſtriſsimis Ferrariæ Ducibus, Excellentiſsimi Ducis Borſij conſenſu diminui non potuiſſe. c. licèt, de uoto. & Doct. l. ſtipulationes uerò. ff. de uerb. oblig. & c. imperialem. §. præterea ducatus, & ibi Docto. & Afflict. cap. omnes filij. num. 52. ſi de feud. fuerit con trouerſia.

Quintò non urget, maiorẽ ipſius Etruriæ princi patus adminiſtrationem dictũ illuſtriſsimũ Ducem Florentiæ habere, quia reſpondeti poſſe uidetur, id uerum non eſſe ob rationes ſuperius adductas, tùm
101 † quòd illuſtriſsimus Ferrariæ Dux regalia Principis exerceat, unde maioritas adminiſtrationis con ſiderari non poſſe uidetur. Bart. d. §. de qua re, de poſtul. & Alex. d. conſi. ii. in quinto. Accedit, quòd alia perpendi conſueuerit, in diſcernenda maiori nobilitate, uetuſtas generis, & diuitiarum, claritas maiorum cum uirtute, & præſtantia cauſæ inueſtien tis, pnũ ſummi Pontificis: quarum uel una cauſa ad ſpeciem relata, hanc latioris adminiſtrationis ueluti generalem excludit. l. in toto. ff. de regu. int. l. item prætor. ff. de iniurijs. demum, ut hæc prodeſſet, oporteret ut aliæ qualitates eſſent pares, ut declarat Gemi. in d. cap. ad Epiſcopos. xvii. q. i. & Feli. in rub. de maior. & obed. cum alijs ſuperiùs adductis.

Septimò non urget, liberum adſeuerari illuſtriſsimum Florentiæ Ducem, ac nulli fidelitatis iura
102 mento obnoxium, quia id falſum eſſe oſtẽdo, † cũ enim Cæſar in temporalibus uniuerſo orbi, etiam immediatè à Deo ſit præfectus, ut nonnulli malnerunt 13. ad Romanos, & 1. Petri 2. & cap. nouit, de iudi. at ego receptiori ſententiæ ſubſcribens, mediatè cenſeo, cùm ab Eccleſia imperium ipſum dependeat, d. §. unde cum, & Abb. d. cap. nouit, nu. xix. & Cagnol. num. xxiii. in proœ. digeſtorum, & tunc aut de facto hanc ipſam libertatem ſibi competere contendit, & iuris clypeo indignus exiſtimari debet. l. non dubium. C. de legib. & c. ult. de iurepatr. & c. ex eo. non debet, de reg. iut. in vi.

Aut præſcriptionis ope ſeſe tueri contendit, & tunc cùm inobedientiæ ope ſeſe ſubtrahat, quę peccatum continet. c. nam concupiſcentiam, de conſtitutio. & c. omnis animæ, de maio. & obed. & idcircò nullo temporis curſu iuuari poteſt. d. cap. ult. de conſuetu. & d. c. ult. de præſcrip. & c. cùm non liceat, eo. tit. ubi Docto.

Aut iure ſingulari ſibi à Cęſare conceſſo, & cum illud

illud negẽt,libertas huiuſmodi inde competere non
poteſt . cap. porrò de priuil.
Demum ſi à populo inferior cauſa fructũ nobilio
rem producere nõ poteſt,d.c.cùm inferior, de maio.
& obe.& d.c.clem.ne Romani, de electio.ubi glo.in
uerb.tolli, ergo cedere debet libertati,& mero Impe
rio à Summis Pontificibus , illuſtriſsimis Ferrariæ
Ducibus ob merita conceſſo, ueluti cauſę nobiliori.
Abb. d.c.nouit,vii.notabili poſt ueteres.
Octauò non urget tot Summorum Pont. Medi-
cæam familiam illuſtratam contendi ; quia reſpon-
103 deo , † ſplendorem huiuſmodi eorum perſonam
non egredi.c.quoniam Abb.de offi.deleg.& c.ſi gra-
tiosè,de reſcrip.in vi.& l.inter artifices. ff.de ſolui.
Ducatus enim Ferrarię dignitas,ac nobilitas ex cla-
ritate peruetuſti generis diuitiis antiquis, ac Impe-
rio propria uirtute progenitorum Excellentiſsimi
Ferrariæ ducis quæſito perpetuũ reddunt ſplendorẽ
& illum quidem realem reſpectu totius familię Eſtẽ
ſis,alioquin ſi omnes familiæ,ex quibus Summi Põt.
Spiritu ſancto cooperante,ut diuus Aug.docuit pri-
ma concluſione retractata . & Diuus Thomas prima
quęſtione diſput. deberent priua in dignitate con-
ſtitutis, uel bellica laude uel animi uiribus pręferri,
abſurdum ſequeretur , cùm plures noui homines ad
huiuſmodi dignitatis faſtigium euecti fuerint, & ſic
ſequeretur eorum coniunctos iis ipſis præferri de-
bere,qui prius in aliqua nobili dignitate erant;quod
uſus non admittit : unde ab inueteratis conſuetudi-
ne recedendum non ſit.l.minimè.ff.de legib.& l.j.&
ii.C.quæ ſit long.conſue.
104 Vltimò non urget , † quòd ſubrogatum dicatur
repræſentare naturam eius,in cuius locum ſubroga-
tur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. & l.ſi
donatæ.§.ſi ſponſus.ff.de dona.quę inter uir.& uxo.
Roma.conſ.cci.Alex.cxcix.in vj. Soc.lxiij.in tertio.
Curt. lxxiiij.num.50.Dec.lix. Licèt.& Marſi.plures
adducit ſingu.cclv.& Mant.ſingu.xii.nu.ii.Reſpon-
deo in primis,non eſſe uerum , illuſtriſsimum Flo-
rentię Ducem in locum Reip.ſubrogatum eſſe, quia
omnes ſciunt, quòd decem & octo menſes Florentia
obſidionem ſuſtinuerit, & tandem ſeſe dedere com-
pulſa ſit,& poſtremò ea extincta , dignitas ducatus
erecta fuit in perſona illuſtriſsimi Alexandri Medi-
cæi,quo de medio ſublato cuſtodiente illuſtriſsimo
Cardinali Cibò & Alexandro Vitellio,nomine Ca-
roli V. Imperatoris arces retinuerunt, donec Impe
rator reſcripſit, ſeſe conſentire , ipſum Illuſtriſsimũ
Ducem Coſmum ſuccedere. quamuis contendant
patroni, Decurionum decreto hãc ipſam electionem
factam fuiſſe nec coacta uoluntate idipſum contige-
rit,unde nullus conſenſus adfuiſſe uideatur. l. i.& l.
iſti quidem, in fin.ff.de eo quod metus cauſa.& toto
tit.extra.& C.eo.
Coniectura non leuis eſt, expugnatio Montis
Murli , & plurimorum ciuium apprehenſo, & plu-
105 res alię ſilentio inuoluendę ; † unde quod fuit ex-
tinctum,nullum effectum producere poteſt. l.Iulia-
nus.ff.ad exhibẽ.& l.mulieri.§.res abeſſe.ff. de uerb.
106 ſignif. & quamuis nudum nomen remaneat,† effe-
ctus tamẽ ueluti potior inſpici debet.l.ii.C. cõmu
deleg.& cap.Marchion.j.q.j.& l.Gallus.§. & quid ſi
tantùm.ff.de libe.& poſthum.ubi Doct.& c. quia in
tantùm , de ſimo.
Secundò reſpondeo,quoties ratio ſuadet , ſuprà
ſcripta regula non procedit , putà , inter ſubrogatũ
& eum qui ſubrogatur. Nam florente Rep.qui ſtatus
obtimatum cenſetur,ut ex Platonis,& Stagiritę ſen-
tentia Diuus Thomas edocuit in lib.de regimi.Prin
ci.ſanè quòd maior pars conſtituebat , executione
non carebat, ut in quibuſlibet uniuerſitatibus con-
tingit,l.quod maior.ff.ad municip.ubi Bart. & c.cũ
omnes de conſti.ubi Doct.
Cæterùm creato Duce omnia unius arbitratu cõ-
107 ficiuntur, (ut puto) † aliàs Ducatus dignitas ad-
uerſus propriam naturam ſcindi uideretur . d. c. Im-
perialem.§.prætereà,& Doct.d.l.ſtipulationes non.
cùm ergo qualitates,quibus Florentinæ Reip. Ora-
tores muniti erant,in illuſtriſsimorum Ducum Ora-
toribus ceſſent,conſequens eſt , regulam ipſam alte-
rari.c.i.de iur.patro.in vj.& ibi Gemin.& poſt Bart.
Alex.& Soc.& Mant. egregiè aduertit ſingu.xxxvii.
108 Tertiò † regulam illam reſtringit Bar. in l.ſi pa-
ter filium.ff.de inoff.teſtam.per tex.in l.cùm fundũ.
§.ſi fundus.ff.de iur.dot.Item cùm nõ aſſumitur,ſeu
ſubrogatur in qualitate naturali,ſed accidentali.glo.
in l.certi condictio.ff.ſi cer.pet.& Soc.in tract.regu-
latum in uer.ſubrogatum , fallentia prima exemplũ
ponit , cùm obligationes loco contractuum ſucce-
dant ; quia cùm ſint facti , contractus ipſi non di-
uidũtur.l.in executione.§.pro parte.ff.de uerb.obli.
obligationes autem diuidi ſolent,ut docuit Alciatus
d.l.ſtipulationes non.in prin.ff.eo.tit.de uerbo.obl.
Et ex his ſatis oſtenſum fuiſſe exiſtimo, illuſtriſsimũ
Ferrarię Ducem longè nobiliorem eſſe , ex idcircò
eius Oratori in quacunq; Curia honoratiorem lo-
cum , ſecundum iuris rationem omninò deberi.

Laus Deo.

Tertio idus Aprilis 1561.

Pottius Forocornel.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Meritorum renuntiatio quando inanis ſit.*
2 *Conſilium ab euentu deprehenditur.*
3 *Doloſus nil doloſo , nil Catilina Cethego.*
4 *Merita in nos collata ad ipſam remunerationem nos de uinciunt.*
5 *Donator non tenetur regulariter de euictione.& quare nu.ſeq.fall.8.& 9.*
6 *Donator liberatur ipſius rei donatæ traditione.*
7 *Euictionis iudicio is ſolùm aſtringitur,qui alteri detrimentum importauit.*
9 *Donator ob cauſam meritorum de euictione tenetur.*
10 *Donatio ob remunerationẽ dicitur impropriè donatio.*
11 *Donator non tenetur ultra quàm facere poſſit . fallit. tamen.*
12 *Facti modica mutatio ius ipſum immutat.*
13 *Donans, ius quod habet in re, transferre cenſetur.*
14 *Renunciatio.l.ſi unquam.C.de reuoc.donat.an fieri iure poſſit.*
15 *Dolus non præſumitur.*

Donator

16 *Dotalia iura facilè dilabi non debent.*
17 *Voluntas teſtatoris nequaquàm ſpernenda, quæ legis obtinet rigorem.*
18 *Legis rigor in æquitate conſiſtit.*

CONSILIVM CLXVIII.

DOMINVS IESVS ILLVMINET intellectum meum, ut quod uerum ſit dicere poſsim.

FRANCISCA cùm plurimû Alexandro deberet, & Guidacio fratribus: ut fertiles agros imitaretur quod Heſiodus præcipit, illis ipſis plura bona donauit, prędiû nempè tàm vrbanum quàm ruſticum, ſupellectilem denique omnem: ſeptingentas tamen libras, quas nomine dotis acceperat, ſibi ipſi reſeruauit: de quibus arbitratu ſuo poſſet diſponere. quâ ſummam fratres ipſi documento Franciſcæ ſtipuláti cui ea iuberet, exoluturos ſeſe ſpoponderunt: litemque interim, quam ei filius intenderat propriis ſumptibus proſecuturos. Contigit, bonorum huiuſmodi partem ab ipſo filio euinci: quocircà quæſitû eſt, an fratres ad reſeruatæ quantitatis ſolutionem compelli poſsint? an uerò legatarios ipſos excludant? & uideretur reſeruationem legitimè factam eis parum profuiſſe: quippe quod Franciſca ipſa prius defuiſſet. arg. l. uiro. ff. ſol. mat. ubi Doct. & c. pen. de adul. ubi Canoniſtæ. nam, cur opus fuerat, quæ ſua nô erát tanquàm pleno iure ad ſe ſpectaſſent, eam ipſam donare. l. uenditor. §. perueniſſe. de hæred. uel actio. uend. ubi Bald. Caſt. conſi. cxlviij. In cauſa. Fel. cap.
1 conqueſtus, col. j. de foro comp. † Nonne inanis hęc
ipſa fuit meritorum remuneratio? præſertim cùm illa ipſa maximi ponderis fuerint? l. quia poterat. ad S. C. Treb. l. properandum. C. de iud. Caſtr. j. conſt. codic. An color huiuſmodi animi haud ingrati ad decipiendum potius non pertinuit? qualis nanque remuneratio hæc fuit, ad quam naturali ratione impellente adducimur. l. ſed lege. §. conſuluit, de peti. hęred. l. i. in fin. de iuſt. & iur. ubi Doct. & quid attinet intentionem hoc ipſo caſu inſpiciendam aſſere-
2 re. l. non omnis. ſi cer. pet. † cur non potius ex ipſo
euentu conſilium deprehendamus? idque potiſsimùm, ne quis indebitè detrimentû patiatur. l. ſecundum. de reg. iu. & l. nam hoc natura. de cond. indeb. & cap. locupletari. de regu. iur. in vj. quid enim aliud cenſeatur fraus? Bal. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. meritò igitur in ipſius donatricis odium reſeruationis executionem non admittendam reſpondendum
3 uidetur. l. ſi ambo, de compenſat. † Nil enim doloſus
doloſo, nil Catilina Cęthego. l. ſi duo, ubi glo. de do-
4 lo. l. quoniá. C. de hæred. † merita namq; in nos collata genere quodam permutationis ad ipſam remunerationem nos deuinciunt. d. §. conſuluit. qua quidem in ſpecie res non integra obligationi initium prębuit. l. i. de rer. permu. uerbo permutatio. Docto. rub. de pact. & rub. de uerbo. oblig. quamobrem cùm ipſi fratres pro Franciſcæ quiete intentatum nihil reliquerint, idcircò par pari huiuſmodi donatione illa non retulit, quæ ſecuta euictione inanis reddita fuit: unde iis ipſis quibus legauit, doli exceptionem officere cenſeo. l. naturalis. §. quòd ſi faciam. de præ-
5 ſcrip. uerb. ubi Doct. † Accedit, quòd licèt donator
ſecundum iuris noſtri regulas non teneatur, ſi id quod donauit, euictum ſit. l. Ariſto. §. fin. de donat. ubi glo. Bar. Caſtr. & alii. glo. §. alię, inſti. eo. ubi An-
6 gel. † lex enim ait donatorem ipſius rei donatæ tra-
ditione liberari. l. Iulianus, in fi. de uerbo. oblig. ubi glo. Bar. Caſt. Alex. & Iaſ. l. ſi domus, §. j. de leg. i. ubi Doct. quid enim detrimenti is cui donatum eſt, ac-
7 cepit? arg. l. i. de donat. † euictionis nanque iudicio
is ſolùm diſtringitur, qui alteri detrimentum importauit. Spec. de euict. donâs autem licèt quod donauit euictum ſit, ius tamen quod potuit tranſtulit.
8 d. l. ſi domus. §. i. ubi Doct. Rom. conſi. diii. † conſtat
nihilominus hęc ipſa perpetua non eſſe. Quid ſi doloſè quis aliena donaſſet? d. l. Ariſto. in fi. ubi Doct. quid ſi aliquis uel hodie nuda pactione donare ſpopondiſſet? l. ii. C. de euict. ubi glo. Bar. Bal. & Alex. in apoſtil. Bar. cùm enim donatio ab executione nomen aſſumat, Bar. l. iuriſgentium, in prin. de pac. Alcia. rubr. de uulga. nempè quia ſit domi datio. i. dominij tranſlatio. §. his itaque, inſtit. de actio. Alcia. l. ſtipulationes non diuiduntur, de uerb. oblig. donatis igitur rebus euictis cur is qui donauit, non teneatur, ex ſupradictis patet.
9 Quid † ſi ob merita quem donaſſe proponatur,
prout in caſu propoſito contigit? & donatorem huiuſmodi teneri receptum eſt, ſi ab ipſo donatario res donata euicta fuerit. l. idem, cum l. ſeq. & l. ſi uerò nô ubi Bar. mâda. & d. l. Ariſto. ubi Bar. in fi. Caſt. Alex. & Iaſ. d. l. Iulianus, in fin. quod ex facto conſultus Alex. reſpondit conſi. alvii. in iii. quamobrem duplici uinculo, & damni fratribus ipſis illati, & doli conuincitur, ut quæ legata reliquit, exceptione non debeantur. quæ licèt ſingula non prodeſſent, iûcta tamen iuuare debent. Bar. l. de quæſtione. §. tormenta. de quæſt. & §. idem. l. i. eo. iii. Roman. conſil.
10 cccclì. † potiſsimùm in hac ſpecie huiuſmodi inter-
pretationem fieri operæpretium eſt, quòd remuneratoria donatio, ſit impropriè donatio. arg. l. i. de donat. Abb. rub. eo. tit. ſed potius quoddam permutationis genus. d. §. conſuluit. Iaſ. d. l. Iulianus. in fi,
11 quapropter, † licèt is qui donat ultra quàm facere
poſsit aſtringi non ſoleat. l. inter eos. §. is quoque, de re iudic. id tamen in huiuſmodi ſpecie non procedit. Roma. conſi. axvi. unde iure optimo conſtituendum eſt, fratres huiuſmodi, qui litium onera ſubierunt, id quod eorum intereſt, debere conſequi. Abb. in. ſin. de emptio. & uendi. nec ſint idcircò audiendi legatarii fratres, ipſos teſtatricis hæredes iudicium illius adimpleri contendentes, tanquàm id ęquum ac iuſtum ſit, nempè fidem ſeruari. arg. l. i. de pact. epiſtola inter claras. C. de Epiſ. & cleric. quoniá hac in ſpecie cùm prior teſtatrix defecerit, non eſt quòd iniquum exiſtimemus, pares gratias referri. c. peruenit. il ij. de iureiur.
Cæterùm, ne hæc uera non ſint, ſubſiſto. Quo-
12 niam ut Ariſto. inquit, ἐν τῷ μικρῷ τα [illegible]. † mo-
dica nanque facti mutatio ius ipſum immutat. l. ſi ex plagis. §. ſi quis in cliuo. ad leg. Aquil. quod eo exemplo

plo poteſt oſtendi.cùm realem coniunctionẽ,quàm
lex in uerbali rectè non ſcripta inducit, effectu non
carere dicimus.l.ſi fideiuſſor,ubi Bar.de leg.j.Alci.
l.re coniuncti.de legat.iii.in prin.ſuperioribus enim
rationibus non eſſe acquieſcendum cenſeo,quamuis
probabiliter ambigi poſsit, cumque Franciſca ipſa
donat prędium tàm ruſticum quàm vrbanum,atque
uniuerſa quibuſcunq; ea cauſis ad eam pertinentia.
Nec urget quòd de inutili quadam adiudicatione
13 nõnulli ratiocinãtur. quid enim id ad ronibum? † is
nanq; qui donat,ius quod in ſe habet,quã donat trãſ-
ferre cẽſetur.d.l.ſi domus.§.fi.c.Paſtoralis de donat.
ubi Canoniſtę.Roma.d.conſ.xxvj.Alex.d.cõſ.xlvii,
Iaſ.d.l.Iul.in fine.quod ſi in dubio id ita eſſe ſuapte
natura lex interpretatur, quid dicendum exiſtime-
mus,cùm de propriorum iurium tranſlatione diſer
tè fuerat expreſſum? argumento auth. multò magis
C.de ſacroſ.eccleſ.ubi Bal.l.i.in fi. prin. ubi glo.C.
de rei uxor.actio.Accedit,quòd ſibi ſumma cum ra-
tione perſuadere Franciſca poterat, nihil prorſus
euinceodum fore,quoniam Achilles filius ius omne
14 patrimonij in eam tranſtuliſſet,† adeoque irreuoca-
biliter donaſſet,ut etiam conſtitutionis illius bene-
ficio renunciaſſet,qua filiorum ſuperuenientiam do-
nationem infringere cautum eſt.l.ſi unquàm. C.de
reuo.dona.quod ſecundum iuris noſtri regulas fieri
poſſe cenſetur.Barto.l. Titia.§.Imperator,de leg.ii.
Bal.l.i.C.de inoff.dona.quicquid Ioan. And. aliter
ſcripſerit,in addi. ſpecu.tit.de inſtru.editio. §. por-
rò cuius rationem Roman. probare uidetur conſil.
cclxxi.qui & alibi ſibi parum conſtans Bartolo ac-
quieſcit.d.conſi.xxvi.quæ cùm ita ſint,cur iurjũ hu-
iuſmodi mutationem ſperare debuit. glo. l. qui pro
rei qualitate,qui ſatiſd.cog.ea enim eſt humanę na-
turę conditio,ut quid potius iuribus noſtris adiectũ
iri ſperemus,quàm uel obolum imminui.Inſti. Qui
15 manumit.lic.uel non.in fin.† quapropter dolũ nul-
lum adfuiſſe præſumemus.Roma.conſ.ccccxvj.Id-
que præſertim cùm iuſta ſolemnitas interuenerit.
arg.l.ſciendum, de uerb.oblig ubi Doct.Roma.cõ-
ſil.iiij. Pręterea non eſt, ut ſcienti quis impoſitum
aſſerat.l.ſcienti,de reg.iu Roma.conſi.ixxvii.ipſis
ergo imputetur, qui litem ſuſceperunt, eaq; condi-
tione donationem admiſerunt.arg.l.ſi quis in con-
ſcribendo. C. de pact. unde hoc nomine reſeruatio-
nẽ ab illa factam infringere non poſſumus. d.l. Ari-
ſto. in fine.

Amplius, & ſi euentu ipſo donationem infriugi
contigerit, reſeruationem tamen ſubſiſtere cenſeo
præſertim cùm idipſum legitimè fratres cuicunque
iuberet Franciſca promiſerint.arg.l.ii.ubi Bar.C.de
16 condic.ob cauſam.† dotalia enim huiuſmodi iura fa
cilè dilabi non debent.l.unica.C.de rei uxo.act.Do-
cto.l.i.ſol.matr.in priuilegiis tertij tẽporis.Bal.No
uell.tract.dotium.cur ergo de illis diſponere nõ po-
17 tuit? l.i.C.de ſacroſ.eccleſ.† uoluntas ne eius ſper-
nenda eſt, quę legis uigorem obtinet? §.diſponat.
in auth.de nupt.l.in conditionibus.de condit.& de-
monſt.accedit quod ſupremę defunctorum uolun-
tates plenius interpretandæ ſunt.l.in teſtamentis,de
reg.iur.Etſi diceres cur ea quæ donauit ad ſe pleno
iure ſpectare affirmauit? Reſpondeo,nullũ eſſe tàm
determinatum orationis genus, quod reſtrictionẽ
aliquam non recipiat.l.i.§.lex.autem. ad leg. Falcid.
gln.l.ii.C.ſin.cẽ.uel.reliq.meritò dolus nullo modo
præſumendus eſt.arg.l.meritò.pro ſocio.ſtipulatio-
nis igitur firmitas hos ipſos fratres compellere de-
bet.inſti.de uerbo.ubi Doct.Non mouet, quòd lex
id ipſum conſiderare ſoleat,quod eius cui donatum
eſt, interſit,nẽpè ut donans remunerandi gratia eui-
ctionis nomine obligetur.Barto.d.l.Iulianus.in fin.
Alex.d.conſ.xlvii.quippè quòd huiuſmodi donatio
ſit potius permutationis cuiuſdam genus.d.§. cõſu-
luit. Id enim uerum eſſet,ſi in propoſita ſpecie ratio
huiuſmodi ſubeſſet.cap.cùm ceſſante.de appella.ſe-
cus ſi ideò nihil interſit, nullum cui donatum fuit,
detrimentum patiatur.cap.& ſi Chriſtus, de iureiur.
18 † aliter ęquitatis ipſius ratione ſublata, in qua legis
ipſius reſidet, uiget.l. nõ dubium.C.de leg.ubi Bar.
iam lex ipſa ſecuta non eſſet.l.i.in princi.de uari. &
extr. cogn. niſi & ipſa ceſſaret. l.adigere.§.quamuis
de iure patr. leges nanque ipſæ non tàm in uerborũ
forma,quàm in ratione conſiſtunt.l. ſcire leges.de le
gib. Non omitto, quòd Achilles ipſe in propoſita
ſpecie,ut oportuerat,iudicio non euicit.l.non tamẽ
de euictio.l.utique.de rei uendi.in huiuſmodi enim
arbitri ſententiam non ſufficere,traditum eſt. l.ſi cũ
promiſero,de euict.ubi Docto.Alex.d.l.ſi domus.§.
de euictione,de leg.j.Quamobrem reliquum eſt, ut
circunſpectus iudex animaduertat Achillis etiã par-
te euicta donationem adeò pinguem fuiſſe, ut ſolu-
tis etiam reſeruatæ ſummę legatis, nullo damno fra-
tres ipſi adficiantur. Achillis enim & filiæ obitu non
parum exonerati fuerunt. moneant eos igitur ad-
uocati,ut defunctæ iudicium adimpleant, quod na-
turalis etiam ratio ſuadet.argu. l. j.de condic. indeb.
ubi Doct.& l.cùm quis.C.de iur.& fact. igno. Hæc
habui quæ in propoſito problemate potuerim extri-
care, grauius iudicium ſemper ſubire paratus.

Iacob.Philip.Portius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Minor licèt ſeſe hæreditati immiſcuerit, habet tamen facultatem abſtinendi. quod ampliatur num. 4.*

2 *Prætor naturalem æquitatem præ oculis habere profitetur.*

3 *Minorum iudicium quia infirmum, idcircò ipſi ſub iuris protectione quam maximè exiſtunt.*

5 *Reſtitutio in integrum ut obtineatur, non ſufficit minoris ætatis tantùm probatio, ſed & læſio etiam ipſa probanda eſt.*

6 *Probanda eſt cuiuſcunque intentio ſiue agat quis, ſiue excipiat, ſiue aſſerat, ſiue neget.*

7 *Probatio ambigua non releuat, & nu. 9.*

8 *Reſtitutio in integrum petita, operatur, ut ſententiæ executio ſuſpendatur.*

10 *Probatio integra iudici eſt facienda, non autem diminuta.*

11 *Probatio plena prorſus exiſtimatur, quæ iudicis animum, ut ita credat, impellere poſſit.*

12 *Teſtibus ſingularibus ex ueriſimili coniectura quandoque creditur.*

Teſtimonium

13 *Teſtimonium coniunctorum reiiciendum.*
14 *Iudicis arbitrium debet cum ipſa lege conuenire, nec planè liberum & abſolutum intelligitur, licèt eius arbitrio quid relinquatur.*
15 *Fines ſeu limites duo deſcribi debent, ut certus ſit fundus, pute, aliaue res.*
16 *Confeſſio cenſualis domino non præiudicat.*
17 *Liber cenſualis an & quando probet.*
18 *Singula quæ non proſunt, ſimul uncta iuuare quomodò intelligendum.*
19 *Antiquum factum dicitur, quando metam excedit annorum centum.*

CONSILIVM CLXIX.

Dirigat me Dominus in ſemitam rectam.

TESTATRIX certã pecuniæ ſummam Monaſterio Sancti Dominici legauit, pro qua quidem conſequenda penès Antonium Regienſem prædii hæreditarii emptorem
pretij partem ſequeſtrari Syndicus
ipſe curauit: hæredes interim aduerſus non opulẽtis ac damnoſæ hæreditatis aditionem reſtitutionem
petunt. Quæſitum eſt, quum legitimam ętatem non
compleuerint, licèt, legati ſolutionem cœperint, an
nihilominus audiendi ſint, & eis ſuccurendum?
1 † Reſpondeo, in l. iij. §. ſcio. de mino. ubi Doct. dicitur, impuberibus ipſis licèt ſeſe immiſcuerint, abſtinendi facultatem eſſe permiſſam. l. impuberibus.
de acquir. hæred. ubi glo. & Bar. puberibus autem ita
demum, ſi Prætorem ipſum adiuerint. l. neceſſariis.
eod. tit. de acquir. hęr. ubi glo. & Docto. Alcia. l. i. de
uulga. & l. ſi filius qui patri, eo. tit. lib. iii. de uerb. ſig.
2 † Prętor enim qui iuri miniſtrando præfectus eſt, naturalem ęquitatem præoculis habere profitetur. l.
quod ſi Epheſi, de eo quod cert. loc. cap. ſuã, ubi glo.
in uer. perſolutis, de pœnis, in fi. l. ius autem ciuile. §.
3 ius prætorium, de iuſti. & iur. † idcircò, quum inter
omnes conſtare uidiſſet, quàm infirmum ac fragile
huius ipſius ætatis conſilium eſſet, quotúe captionũ
inſidiis expoſitum animaduerteret, minorum ipſorũ
tutelam ſuſcepit. l. j. de mino. & tit. de in integ. reſti.
eosque aduerſus hæreditatum aditiones reſtituẽdos
edixit. l. ait prętor. §. non ſolùm. uerſ. ſed ſi hæredi-
4 tatem. de mino. ubi Bar. † quod quidem beneficium
quibuſcunque deceptis, non ſolùm ętatis lubrico,
uerum etiam alterius cuiuſpiam aſtu circumuentis
pollicetur. Azo in ſumma. C. eod. & toto tit. quib. ex
cau. maio.

Hinc ætas huiuſmodi illegitima atque imperfecta cenſetur, quòd rebus agendis ſufficientẽ induſtriam adhibere nequeat. inſti. de auth. tuto. ubi Docto. quibus quidem conficiendis iuſta ętas & numeris omnibus abſoluta ſecundum iuris noſtri rationẽ apta cenſetur. l. fina. C. de his qui uen. ęta. ubi Caſtr. l. iii. §. de illo, pro ſocio, ubi Budęus. Qua ratione quũ ex legitimis atteſtationibus ſatis conſtet, Aemilium ipſum & Cæſarem hæredes xxv. annis minores hanc ipſam hæreditatẽ adiuiſſe, conſequens eſt ut illis ipſis reſtitutio deneganda non ſit, toto tit. C. de in integ. reſt. l. i. cum auth. ſeq. C. ſi minor. ab hær. ſe abſt. Hoſtienſ. in ſumm. eod. tit. quod eo quoque caſu reſponſum extat, quum lucrum etiam ipſum minores remiſiſſent. Cor. conſil. clxxxiii. in iii. litera E. tametſi ęquior illorum cauſa cenſeri ſoleat, qui damnum excutere cupiunt. l. fin. C. de codic. Mod. l. i. ſol. mat.
5 † ſed an reſtitutioni obtinendæ, minoris ętatis probatio ſufficiat? & quũ minoribus ita demũ ſuccurri lex
dicat, ſi læſi ſint. d. l. i. de in integ. reſti. Azo. in ſum.
eo. tit. minoris ætatis probationem non ſufficere cõſtat, niſi & de ipſa quoque lęſione doceatur. l. nam &
poſtea. §. ſi minor, de iniciur. ubi glo. Bar. Ang. Caſt.
& alii. lex enim an, ętatis lubrico captum illum non
cenſeri, qui locupleti ſucceſsit. l. uerùm. §. locupleti.
de mino. ubi Docto. quapropter, ut hæc ipſa reſtitutio concedatur, læſionem adfuiſſe. pupillomúe ipſum deceptum fuiſſe, conſtare debet. d. l. i. de minoribus, cap. conſtitutus, de reſti. in integ. ubi Doct. in
glo. fin. quod paſsim receptum eſt. l. neceſſariis, de acquir. hæred. ubi Imo. Bald. Ang. l. i. C. ut min. ſe ab
hęre. abſt. Alexan. conſi. xxi. in j. nu. 12. illud enim ad
6 iuris noſtri regulas abſque dubio pertinet, † ut cuiuſcunque intentio probetur, ſiue agat, ſiue excipiat,
ſiue aſſerat, ſiue abneget. l. qui accuſare. C. de eden.
ubi Mod. l. ii. de excep. l. ab ea parte. de probatio. l. illam. C. de colla. Bal. conſi. cccexl. in v. uerſ. item non
poſſum. meritò igitur in propoſito negocio, ut minor ipſe reſtituatur, læſionem probare tenetur. d. §. ſi
minor. Alex. d. conſ. xxi. in j.

Amplius, licèt illam ipſam hæreditatem, à cuius
aditione reſtitutionem minor peteret, non parũ æris
7 alieni continere probatum eſſet, † nõ tamen ſufficere
probationem huiuſmodi traditum eſt, quę ambigua
ſit, neceſſarioque non concludat. cap. in præſentia,
de probat. l. non hoc. C. unde cogn. fieri enim poteſt
ut ęre alieno ſoluto locuples deprehenderetur hęreditas. Imo. d. l. neceſſariis. Alexã. d. cõſ. xxi. quicquid
Bald. aſſeuerauerit, d. l. i. C. ut min. ſe ab hær. abſti.
Quę quum ita ſint, nullo modo ambigẽdum eſt, minoribus ipſis reſtitutionem cõcedendam eſſe quamprimùm iudici eos læſos fuiſſe, facta ſit fides. c. i. de
reſt. in integ ubi Abb. ii. nota. Dec. conſ. cccclxxiiij.
in iiii. nu. xi. quod autem uulgò circunferri ſolitum
8 eſt, † per ipſam in integrum reſtitutionis petitionẽ
ſententiæ executionem ſuſpendi. l. pen. de auth. tuto.
ubi Bar.: ita demum procedit, ſi lęſio ipſa probata ſit,
ſecus ſi differendę ac protrahendæ executionis gratia obiecta ſit. d. cap. auditis, de reſti. integ. ubi Docto. Bar. d. l. pen. in fin. Doct. l. iiii. §. condemnatum.
de re iudi. Quamobrem nemo eſt, quin ſequeſtrationem cõfirmandam diiudicaret, tametſi in ea ipſa cõcedenda ſolemnitatis cuiuſpiam defectus argueretur. l. fin. de eo quod met. cau. ubi glo. Bar. Caſtren. &
alii: quum ipſi iudici conſtet iuſtam actoris eſſe petitionẽ. l. ſi is à quo, ut in poſſ. leg. l. ſi finita. ff. de dam.
inf. ubi Alex.

Verùm in propoſita ſpecie aliud reſpondendum cenſeo: fratres ipſos ſcilicet reiiciendos eſſe, licèt minorum læſio probata non ſit. ſciendum enim eſt, illũ ipſum qui in ius uocatur, non ſolùm quòd iuſtam cauſam foueat, obtinere, uerùm etiã quandoq; quòd actor iniuſtam aduerſus illum petitionem elidit. l. fin.

fin. C. de rei uend. cap. Abbate ſanè, de reg. iur. in vj.
uel ſi iuſſe petiit, neceſſariò tamen id iudici non cō-
ſtitit. d. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor qui affe-
uerat. C. de proba. cap. cùm eccleſia ſutrina, de cauſ.
poſſeſſ. & propri. in fi. certę enim probationū ſpecies
inductę ſunt, quibus iudicum ſenſus adeò affici de-
bere traditum ſit, ut animi eorum motus ad creden-
dum impellatur. l. neq; natales. C. de proba. l. ad pro-
9 bationem, eod. tit. ubi Bald. d. l. non hoc. † ambiguis
enim incertitudinis ue cuiuſpiam uitio laborantibus
probationibus ullam quis fidem adhibet. l. duo ſunt
10 Titij. de teſtam. tute. l. certum, in prin. de confeſ. † fi-
des enim integra iudici fieri debet, non diminuta aut
imperfecta. l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum, de uer.
oblig. ubi Doct. Bal. rubr. C. de proba. Cano. rub. eo.
tit. quid enim differunt iuſtam cauſam non fouere,
uel iure non deficiente, legitima probatione carere?
l. in lege, de cont. emp. l. ſi fuerit, de reb. dub. & quā-
uis uniuerſum probationum tractatum ea ipſius iu-
dicis arbitrio plurimùm pēdere traditum ſit. l. iii. de
11 teſti. ubi Docto. † unde plena prorſus exiſtimatur
probatio, quæ iudicis animum, ut ita credat, im-
pellere poſsit. l. quinquaginta, de probatio. ubi Doc.
12 Quare † & teſtibus ſingularibus ex uerìſimili conie-
ctura fidem adhibere quandoque poteſt. Caſt. l. ad-
13 monendi, de iureiur. † coniunctorumúe atteſtatio-
nes reiicere. l. Lucius, de his qui not. infam. ubi Bar.
& Caſtr. quod reſponſum extat. Soci. conſi. xj. nu. vi.
14 & xvi. nu. aii. in j. & xc. nu. vi. in iij. id † nihilominus
intelligendum eſt, ut arbitrium huiuſmodi ſolutum
planèq; liberum non intelligatur: quippè quòd lex
iudicem huiuſmodi arbitrio non abuſurum pręſu-
mat. l. ii. C. de offi. ciui. iudi. quum ad huiuſmodi
onus non ſolùm literati, uerùm etiam omnibus nu-
meris abſoluti uiri deligantur. cap. in ueſtra. de pro-
cu. cap. niſi eſſent, de præb. ubi Abb. Mod. tract. præ-
ſump. reg. iii. pręſump. ia. idcircò iuris ſcripti rigorē
æquitate ita temperare debent, ut profeſsio hæc ſan-
ctiſsima non prophanetur. Bal. l. i. C. de legib. Inno.
c. i. de conſtit. qua ratione arbitrium huiuſmodi ad
iuris regulas adaptabimus. Roma. conſi. cxlia. col. iij.
quocircà, quum huiuſmodi atteſtationes certū fun-
15 dum nō probent, † lex enim ait, formam cenſuum ſer
uandam eſſe, ut proximi duo uicini exprimantur. l.
forma. de cenſi. ubi glo. & Bar. qualem fidem factam
eſſe iudex arbitrari debeat? probationes nanque hu
iuſmodi ambiguæ animum ipſius iudicis ſufficien-
ter non commouent. d. l. neque natales. d. c. in præ-
ſentia. Quis enim illi reuelabit quòd fundus ille, de
quo deponunt, ſit ille ipſe, quem nunc ſequeſter poſ-
ſidet? l. demonſtratio falſa, ubi Bart. in fin. princ. de
condi. & demonſt. l. ſi quis in fundi uocabulo. de le-
gat. i. l. i. C. ſi unus ex plurib. ubi Bal. Imo. l. is q reus
de pub. iudi. Nec eſt ut cenſualem ipſam poſſeſsionē
teſtium dicta fulcire quis aſſerat, quoniam lex ipſa
inquit: quæ quiſque aliena in cenſum deducit, nihi-
lomagis illius fieri. l. quæ quiſque. de acquir. rer. do-
16 mi. † cenſualis nanq; profeſsio domino pręiudicare
non ſolet. l. cenſualis. C. de dona. ubi Bar. & Ange. l.
ſolemnibus. C. de re uend. l. ſi pater. C. de actio. emp.
ubi Bar. & Bald. quapropter utriuſque cenſurę Do-
ctores conueniunt, probationem huiuſmodi tertio
non obeſſe. idq; tùm docendo, Imol. & Are. l. in illa
& l. decem. de uerbo. obliga. Lanfranc. cap. quoniam
contrà de probatio. nume. clav. uerſic. illud tamen
no. Feli. cap. cùm cauſam, de probatio. nu. iii. tùm ex
facto reſpondendo. Alex. conſi. lxviij. nu. i. & lxxxi.
nu. xiiij. in iij. & x. xi. & xii. in iiij. & lxxvii. in vi. nu.
xi. lvii. & clxxxii. in vij. Corn. clxviij. in iii. litera A.
Soc. lxxxix. in i. & ccv. in ii.
17 † Et ſi diceres, librum huiuſmodi pręſumptionem
huic rei idoneam induxiſſe cenſendum, quod ab ali-
quibus reſponſum extat: Bald. conſi. i. in i. ſicuti alibi
legem facere traditum eſt: idem Bal. conſi. cxvi. in v.
& in antiquis, probationē legitimam inducere. Soci.
d. conſi. lxxxix. in i. & cii. in ii. unde & cum teſtium
depoſitionibus adminiculum hoc iunctum ſaltem fi-
dem facere. l. filiū, de his qui ſunt ſui. ubi Bal. Bar. l.
de quæſtione. §. tormēta, de quęſtio. Reſpōdeo enim
18 † quod uulgò dici ſolet, quæ ſingula non proſunt,
iuncta iuuare, cum iudicio intelligendum eſſe. d. c.
cùm cauſam. l. ii. de excuſ. tuto. nempe ut probatio-
num ipſarum adminicula ita ſint apta, ut ad impellē-
dum iudicis animi motum, ſecundum iuris diffini-
tam rationem coniungantur. l. ubi numerus, de teſti.
Alex. d. conſi. xi. in iiii. nu. iii. in ſpecie enim noſtra
tàm teſtes, quàm cenſualis ipſa profeſsio incertitudi-
nis & finium & corporis laborant, cur ergo coniun-
gi queant? Alex. d. conſi. x. nu. vi. Corn. d. conſ. clxv.
19 in iii. Rurſus † quòd in antiquis probationem hu-
iuſmodi admittendam reſponſum eſt, Soci. d. conſi.
ccii. intelligēdum eſt, ut eius ipſius facti, de quo agi-
tur, uetuſtas centū annos excedat. l. an uſufructus de
uſufr. Inno. c. ueniens, & c. per nouale, de uerb. ſign.
longęua nanque huiuſmodi eſt hominis ętas. l. fi. C.
de ſacroſ. eccle. ubi Doct. quod quādoq; reſponſum
extat: Alex. d. conſi. xii. nu. viii. in iiij. prætereà legē
facit huiuſmodi liber inter remp. atq; illum qui ſol-
uit, ſecus quod ad alios attinet. toto tit. res in ali. act.
Corn. d. conſ. clxv. non omitto. quod teſtatricem hu-
iuſmodi bonorum hęreditariarum uſufructuariā eſſe
ſyndicus ipſe confeſſus fuerit: quare nullo alio mo-
do certius conſtare poſſet proprietatem ad minores
ipſos pertinere. l. uni. C. de cōfeſ. ubi Doc. l. cùm te.
C. de tranſact. v. nota. quid enim tàm diuerſum inter
ſe quàm uſuſructus atque proprietas? inſti. de uſuf.
in prin. ubi glo. in uer. ſolue ſubſtantia. & ibi Docto.
meritò & ſequeſtrationem relaxandam apparet: quā
& ab ipſius regulis iuris diſsidere pluſquam manife-
ſtum ſit. toto tit. C. de prohi. pecu. ſeq. ubi Azo.

Habes ſolertiſsime iudex quæ in occurrenti ne-
gocio tùm negociorum tumulo oppreſſus tùm na-
turalium curarum angore effectus pro tenui facultа-
te mea depromere potui. tu ea, qualiacunq; ſint, pro
ſingulari illa humanitate, qua ſolitus es, boni ac ęqui
facias. Vale Imolæ.

Portius ex facto conſultus, ita reſpon-
dit, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudicis officium in exequendo conſiſtit.*
2 *Inſtrumenta quando paratā nō habeāt exequutionem.*

Species

3 *Species generi derogat.*
4 *Statuta derogant ius commune.*
5 *Inſtrumentum legitimam continet probationem, & pro eo præſumitur.*
6 *Exceptio ſolutionis eſt litis finita.*
7 *Reus uicem actoris ſuſtinet quoad eius demonſtrandam intentionem.*
8 *Probatio debiti in ſcriptis facta, non niſi alia ex ſcriptura fieri debet.*
9 *Solutio ſi ex ui ſtatuti ſit inſtrumento tantùm probanda, debitum teſtibus contractum non probabitur.*
10 *Teſtamenti reuocatio iiſdem ſolemnibus facienda eſt, quibus ipſius confectio facta fuit.*
11 *Inſtrumenti cancellatione præſumitur ſolutio facta.*
12 *Obligatio omnis tollitur ſolutione eius quod debetur.*
13 *Mercatoribus adhibenda fides in rationibus diſcernendis.*
14 *Veritas in negotiis pertractandis potiſſimùm attendenda.*
15 *Aequitas potius quam rigor attendendus. & num. 26.*
10 *Lege ipſa nil ſanctius inueniri poteſt.*
10 *Teſtis officium publicum eſt atque neceſſarium.*
17 *Scripturæ priuatæ ſiue rationes abſque aliis adminiculis non probant. fall. tamen, & nu. 19.*
18 *Vſurarii tenentur edere libros rationum ſuarum ad hoc, ut uſurariæ prauitatis crimine conuinci poſſint.*
19 *Libro rationum creditur aduerſus mercatorē ſine campſorem ſcribentem, quod ampliatur.*
20 *Confeſſio propriè non eſt probatio. & quæ nā ſit ratio.*
21 *Confeſſio omnium maxima eſt probatio. & multa de confeſſionis ipſius ui & efficacia. & nu. ſeq.*
22 *Præſumptio iuris & de iure non admittit probationem in contrarium. fall. tamen.*
23 *Sententia ſiue res iudicata pro ueritate habetur.*
24 *Confeſſio paris eſt potentiæ cum inſtrumentis ipſis.*
25 *Probatio per confeſſionem nunquàm excluſa intelligitur.*
26 *Iudices potiſſimùm æquitatem præ oculos habere debēt, & ſuprà nu. 15.*
27 *Reo in dubiis potius fauendum quàm actori.*
28 *Verba in qualibet diſpoſitione ad habilitatem referuntur.*
29 *Procurator debitorem liberare non poteſt, niſi quatenus ad eum peruenerit. fall. tamen.*
30 *Ruſticitati parcendum.*
31 *Principium eſſe potiſſimam cuiuſque rei partem.*
32 *Teſtes domeſtici & inhabiles admittuntur in his, quæ ſecreto fieri ſolent.*
33 *Teſtis pauper non repellitur ex ſola paupertate.*

CONSILIVM CLXX.

SANCTISSIMAE TRINITATIS præſidio ex corde inuocato.

DOMINICVS Penſerius Saſſatellus Forocor. Patricius D. Ludouici filius & hæres exhibito documento, quo certam tritici ſummā ab eius parente ſibi mutuatam Antonius Lanzonius confitetur, iudicem ipſum adiuit, atque eius ipſius officium implorauit, ut documentum illud exequeretur. Lanzonius autem mutuum quidem factum haud abnegat, ſed eo nominè D. Ludouico ſatisfactum eſſe aſſerens, executionem nullo modo concedendam excipiēs. Quocircà quæſitum eſt, utri iudex annuere debeat? Et impri-
1 mis † eius officium optimo iure imploratum eſſe uidetur, quod in exequendo conſiſtit, perſecutionisúe appellatione comprehenditur. l. actionis uerbo, de uerbo. ſignifi. ubi Neoterici. Et quamuis ipſa lege cautum ſit, minori ſuccurrendum, quum ex iudicati cauſa paratam executionem nouo contractu ad alterius petitionis initium redegerat. l. minor xxv. ann. cui lide... de mino. ubi Docto. l. ait prætor. §. ſi
2 iudex, de re iudi. ubi Ange. Caſt. & Alex. † unde ſecundum iuris noſtri regulas paratam inſtrumentis ipſis executionem minimè concedendam eſſe, Doct. eliciunt. glo. l. ſed & ſi. §. j. de iur. iurſ. Quinimmo ordinaria uia adhuc agendum eſſe. Moder. l. i. de nou. ope. nunc. nempe libello oblato. auth. offeratur. C. de lit. cont. ubi Doct. iudicioque ipſo accepto. l. iii. §. idem ſcribit. de pecu. exceptionibus utrinq; propoſitis, cęteriſque iuris ſolemnibus obſeruatis. cap. quoniam contrà, de proba. ubi Lanfran. & Dec. poſt alios, quæ ad conſeruandum iuris ipſius ordinem introductę fuerunt. l. prolatam. C. de ſenten. ubi Bald. huiuſmodi nihilominus non procedere traditum eſt quum municipali lege aliud cautum extat. Bal. l. ubi adhuc. C. de iu. do. & l. uni. C. de cōfeſ. Ang. l. ſi cùm dotem. §. ex tempore. ſol. mat. Imo. l. ſi marito. §. ſi uo-
3 luntate. eo. tit. † Nam & in uniuerſo iure noſtro illud pro regula conſtitutum eſt, ut generi per ſpeciē derogatum intelligatur. l. ſanctio legum, de pœnis. l. in toto. de reg. iur. ubi Decius, cap. generi, eo. tit. in vj.
4 ubi Dyn. † Quum enim populi omnes partim communi iure utantur. l. omnes populi, de iuſt. & iur. ipſo ſingulari iure, communi derogatum cenſetur. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & quęmad. teſta. infir. quamobrem, licèt iuris communis regulis inſpectis executio petita concedenda non eſſet, aliud tamen ex noſtra peculiari lege cenſendum eſt. Bar. Ang. & Caſt. l. a Diuo Pio §. i. de re iudi. Caſt. conſi. clx. nu. ix. & x. in j. qua ratione iudicem ipſum executionem rectè conmiſiſſe uidetur. cur enim id non faceret,
5 † quum inſtrumentum ipſum probationem maximè legitimam contineat? l. cùm precibus. C. de proba. ubi Bal. l. ſi poſt diuiſionē. C. de iur. & fac. igno. pro quo lex ipſa plurimùm pręſumere ſolet, præſertim, quum abraſum atque in ulla eius parte corruptum non ſit. Innoc. cap. i. de fid. inſtr. Barto. l. i. C. de tuſ. calum. optimo igitur iure in propoſito caſu iudicis
6 diffinitio tueri poteſt. Socin. conſi. lxxxia. in j. † licèt enim ſolutionis ipſius exceptio finitam litem eſſe, non leue argumentum præſtet. l. cùm quærebatur, de ſolutio. ubi Bart. & idcircò obligationē actionemúe ipſam elidat: Caſt. conſi. cccc v. eam tamen proponēs
7 probare tenetur. l. i. C. de proba. † quoniam reus ipſe uicem actoris ſuſtinet, quantùm ad eius ipſius intentionem demonſtrandam. l. ii. de excep. qua quidem in re deficiēs abſq; dubio ſuccumbit. l. ei qui, de proba. l. qui accuſare. C. de eden. ubi Doct. quum ergo de agentis ipſius intentione conſtet, ex eo quidem inſtrumento quod abolitum non eſt. l. ſi chirographum.

pbum, C. de proba. uel antapocha, ſeu quietatione
ulla eatinctum, Doct. l. ij. de pact. executioné recté
conceſſam fuiſſe uidetur.
8 Rutſus, quis id negare auſit, † quum id lege cautú
ſit, debiti in ſcriptis contracti ſolutioné, non niſi ex
alia ſcriptura probari poſſe. l. teſtiú. C. de teſtib. ubi
Albe. Bar. Bal. Ang. Sali. & Caſt. quod quidem ſum-
ma cú ratione introductum eſt, ut deſtruendi uirtus
à conſtructionis ipſius facultate non differat. l. tria
prædia. de ſeru. ruſti. præd. quapropter & qui ab ipſo
inſtrumento cauſam remouere cótendit, id ipſum al
tero documéto efficere debet. l. generaliter. C. de nó
9 nu. pec. ubi Bal. & Sali. † Itê ſi municipali lege cautú
ſit, ſolutioné ipſam documento tantùm ꝓbari poſſe:
debitú teſtib. ipſis contractú non probabuur. Anch.
10 cóſi. cccll. in qſtione. † Et teſtamenti reuocationé iiſ
dem ſolénibus faciendá eſſe reſpóſum eſt, qbus eius
ipſius cóſectio inſtructa fuit. idem Anch. cccxxs vi.
De efficacia. Corn. conſi. xai. in quarto. quod in iure
noſtro pro regula cóſtitutú eſt. l. nihil tàm naturale.
de reg. iu. ubi Deci. l. ab emptione, de pact. ubi Doct.
11 Accedit † ꝙ ipſa ſolutio ex inſtruméti abolitione
pſumi ſolita ſit. Bar. l. fullo. §. qui tabulas, circa princ.
de furt. quum ergo hîc nulla ſubſit, cóſequens eſt, ut
dilucidé de illa fides fieri debeat. arg. l. i. uerſi. fortiſ-
ſimú. de offi. eius cui. l. inter ſtipulanté. §. ſacram, ubi
Bar. de uer. obl. ſolutio enim ipſa facti eſt. l. cóſilio. §
fin. de cura. furio. factáue ipſa non præſumuntur. l. in
bello. §. facti uerò. de cap. & poſtli. reuer. ſolutio igi
tur ipſa probanda eſt. d. l. qui accuſare. d. l. ei qui.
Poſtremò & illud omittendú nó eſt, ꝙ huiuſmodi
ꝓbationi rationes ipſas priuatas nó ſufficere traditú
eſt. l. inſtruméta. l. rationes. C. de ꝓba. l. exépla. C. de
proba. ubi Doct. qua ratione Gubernator recté exe-
cutionem commiſiſſe uidetur.
Cæterú ſupradictis nó obſtátibus ſubtilius intuê
do, oppoſitú uerius reſpondédú exiſtimo, ſolutionis
ue ipſius exceptioné legitimè ꝓbatá exiſtimo. quo-
circà cóſequés eſt, ut melius D. Leonardus Auditor
excellentiſs. malè iudicatú, ac bene appellatú iudica
12 uerit. † qm eius ipſius quod debet ſolutione obliga
tioné oém tolli, clariſſimú ſit. inſti. qui. mod. tol. ob.
in prin. Spec. tit. de excep. §. i. uer. defenſio. qúocúq;
enim id fiat, liberatio ipſa cótigit. l. iiii. ubi Bar. q po
tio. î pig. Cor. cóſ. iii. in iiij. Soc. xviii. in i. de qua q dê
quú ex ꝓpria creditoria cófeſsione cóſtet, Guberna
tor Antoniú abſoluere, nó condénare debebat. arg. l.
generaliter. C. de nó nu. pecu. c. per tuas. de ꝓba. ubi
Doc. quod & ex peritorú mercatorú cói conſenſu ele
13 ctorú iudicio clariſsimè cóſtat. † qbus (ut ſolet) in ra
tionibus diſcernédis fides haberi debuerat. l. i. §. fi. de
uét. inſpi. ubi Bar. Caſt. & alij. l. ſeptimo méſe, de ſta.
homi. l. antiq. ſi pars hære. pet. Spec. tit. de ꝓba. §. hęc
quoq;. pſertim, quum eorú induſtria ab ipſis partibus
legitima electione pcedéte ꝓbata fuerit. quocircà ſe
mel placitú atq; ꝓbatú retractari non debet. c. quod
ſemel, de reg. iu. in vi. l. i. de pact. & l. i. de cóſti. pecu.
iurati pterea retulerunt, quo nomine ꝓprius ab ipſo
ſcopo aberraſſe céſendi ſunt. arg. l. q ſquis. C. ad leg.
Iul. maieſ. l. ii. C. de offi. ciui. iud. ubi Doct. Quis. n.
crederet eos ipſos hallucinatos fuiſſe, q in diſcernen
dis rónibus cói cóſenſu pexcelleret? arg. c. ueſtra, de
ꝓcu. c. niſi eſſent. de pben. ubi Abb. quare quú iudica
uerint certá tritici quantitaté népe xlv. corbiú in cre
dito mutui ex inſtrumento ꝓducto cópenſandá eſſe,
qa ipſe D. Ludo. in domeſtic aiú rationú libris totidé
ipſi Lázonio acceptas fert, qd aliud diiudicandú fue
14 rat? † quú in eorú negocijs ptractandis ueritaté po-
tiſsimú introſpicere cóſueuerint. l. Quintus, manda.
ubi Bart. & l. fideiuſſor. §. quædá, depoſ. Soc. rubr. de
15 uer. obl. † bonú & æquum potius quá iuris rigoré pre
oculis habentes, ſub ptextu enim ſubtilis iuris plerun
que erratú fuit. l. illud. ad l. aquil. ut meritò ueritaté
ſpectare debuerint. Bal. cóſi. cccclavi. in v. Are. 78.
Fortius qs eſt, q affirmare auſit hanc quoq; inter
pretationé iuris ciuilis regulis nó cóuenire? quaſi ue-
rò legis pcipua cura nó ſit, ut cuilibet, quod ſuú eſt,
16 tribuatur? inſti. de iuſt. & iur. in prin. † Quid. n. ipſa
lege ſanctius inueniri poſsit? l. i. de iuſt. & iure. in
ptin. ubi Doc. l. i. de uari. & ext. cogni. c. erit aút. j. di
ſtin. At ubi aliqua poſsit inueniri ſanctitas, ubi ueri-
tas inſpiciéda nó ſit? l. iij. C. plus uale. quod agi, idq;
in alterius nó leue detrimentú. l. ná hoc natura. de có
dit. indeb. c. locupletari. de reg. iur. in vi. ubi Doct.
Lex. n. ipſa boni æquiq; ars dr. d. l. i. de iuſt. & iu. ubi
Budæus, cuius effectus oís in tribuendo unicuiq; qd
ſuú eſt conſiſtit. §. iuſtitia inſti. eod. qua róne ueritas
ipſa ſanctiſsima res eſſe céſet, reiq; publice admodú
neceſſaria. l. eú q nocenté. de iur. iu. in qua potiſsimú
æquitas ipſa cóſiſtit. d. l. bona fides. depoſi. qua ratio
ne, ut detegatur, teſtis officium publicú eſſe cenſetur
& neceſſariú. l. i. de teſti. l. ſi qs ex aſsignatoribus. C.
queadmo. teſta. quippe ꝙ in ipſa ueritate tuenda uer
ſetur. Bal. rubr. ext. de teſti. cogen. in princ.
Qua róne quú ipſe D. Ludouicus in eius priuatarú
rationú lib. xlv. tritici corbes ipſi Lázonio acceptas
ferat, quas eo noíe ſibi à ſer Thoma Vulpio dimêſas
fuiſſe cóſiteat, qs neget hmói ſi cóſeſsione ſolutionis
ipſius exceptioné iuſté ꝓbari? l. qdá. §. nummularios,
de eden. ubi glo. Abb. Bar. Ang. Caſt. & alij. ná ꝙ lex
17 ait, † priuatas ipſas rónes abſq; alijs adminiculis nul
lá facere fidé. d. l. inſtruméta d. l. rónes. C. de fi. inſtr.
ubi Doct. id locú nó habet, quatenus aduerſus illú ip
ſum q ſcripſit, inde ꝓbet. Bar. Bal. Ang. Imol. Caſtr.
& alij. l. nuda. de dona. & l. Publia, depo. & l. ſcriptu-
ras. C. qui potio. in pign. hab.
18 Lex. n. ait † fæneratores ipſos, ut prauitatis uſurarię
cóuinci poſsint, rónú ſuarú libros edere cópellédos
eſſe. cle. uni. §. cęterú. de uſu. ceſſat. n. hmói caſu legis
ipſius ró, exéplu pniciosum eſſe putátis, ei ſcripturæ
fidé adhiberi, qua unuſqſq; ꝓpria adnotatione ſibi
ipſi debitoré cóſtituit. d. l. exéplo. ubi Albe. Bar. Bal.
Ang. Sal. & Caſt. ná qs tam fatuus ſtolidusúe inue-
niri queat, q aduerſus ſeipſum ét ꝙ uerú nó ſit, de-
ſcribendum exiſtimaſſet? l. fi. C. arbit. tutel. ubi glo.
19 & Doct. † qua ratione receptiſsimum eſt, ipſi ratio-
num libro quatenus aduerſus ſcribenté huiuſmodi
probatio tendat. fidé adhibendá eſſe. Bar. Bald. Ang.
Caſtr. Alex. Iaſ. l. admonendi. de iureiur. ubi Seueri.
in repet. nu. lxi. & Curt. in repeti. nu. ca. Innoc. Bal.
Cardi. But. Imol. & Abb. c. ii. de fide inſtru. ubi Feli.
nu. xxviij. Deci. aia. qua quidem in re neminem haſi
tare traditum eſt. Iaſ. d. l. admonendi. nu. cx.
Nec mouet quòd ceu cóſeſsio abſente parte facta
ualere non debeat. l. certum. §. ſi quis abſente. de con
feſſ. Roma. d. §. nummularios. & d. l. admonédi. quoniá

diuerſi ſubeſt in ipſa ſcriptura ratio, quæ ſemper
loqui uidetur. argum.l.Arriani.C.de hæret. & ma-
tiſch. Bart.d.l.nuda.& l. inter chartulas.C. de cõfeſ.
debi. Bald. & Bart. cap.fin. de confeſſ. unde eò ipſo
quod is onus interelt, legit, emiſſa cenſetur. Abb.&
Feli.d.cap.ii.in iij.membro ſcripturæ priuatæ.quare
in propoſito caſu quum ex ipſis D. Ludouici ratio-
num libris ſibi ſatisfactum ex propria confeſsione
euidens ſit, Bald. & Caſtr.rubrica.C. de probat. cur
adhuc teſtibus egeamus?

Etſi diceres,hæc ipſa in nũmulatio, cãpſore,mer-
catoribusúe ipſis procedere, quum publicum munus
ipſi gerant. Roman.poſt Imol.d.l. nuda. argumen-
to.d.l.ii.C.de offic.ciu.iud.l.ipſiusúe iuramenti con
templatione, quod initio ſubeunt iuſtè & diligenter
rationes eorum conficere, diligentes præſumuntur,
Feli.d.cap.ii.nu.xxx. Mod. tract. præſumpt. reg.iii.
Reſpõdeo, idem in quibuſlibet patribus fam. quoq;
procedere,cõſtat,præſertim diligentibus,qualis ipſe
D. Ludouicus erat ſolitus datorum acceptorumq;
rationes ad unguem conficere. Abb.& Feli.d. cap. ij.

Præterea, non mouet quòd cautum ſit,eiſdem in
ſtrumentis deſtructionem faciendam eſſe, quibus
ipſa conſtructio facta ſit.d.l.teſtium.C. de teſtl. ubi
Bald.v. nota.d.l.nihil tam naturale. quocirca debiti
ex inſtrumento probati ſolutio altero quoque inſtru
mento probanda uidebatur. d.l.i. C. quand. lic.ab
emp.d.l. ab emptione. nam aduerſus huiuſmodi di-
ſpoſitionem, confeſsionem ipſam non reſpuendam,
30 ſanus omnis affirmabit. † confeſsio enim ipſa pro-
bationis alicuius ſpecies propriè non intelligitur.
Bald.& Caſt. rubrica.C.de proba. quippè quòd eius
ipſius rei quæ euidens ſit, nullam iudici fidem fieri
oportet. Probatio enim ipſa non requiritur,ubi par
tis ipſius confeſsio rem euidentem facit. Cano. ru-
brica extra de proba.Ioan. And.c. bonæ. de electio.
31 Bal.c.i.§.ſacramentum.de conſue.rec.feud.† quæ ta
men ratione probationum omnium maximam, con
feſsionem, ipſi Doct.appellant. Corne. conſi.cclxi.
in quarto. Iaſ.l. cùm te.C. de tranſa. unde & lex ait,
confeſsionem ipſam iudicatæ rei uirtutem habere.l.
uni.C. de confeſſ.ubi Bal. Hinc licèt ex inordinato
proceſſu ſententia ferri non poſsit, ſi tamen partis
confeſsio adſit, etiam in criminibus. aliud eſt.l.ſi cõ
feſſus. de cuſto.reor. ubi Bart. inſtrumenti quoque
probatio poſt concluſum in cauſa non admittitur,
quum tamen partis ipſius confeſsio non reijciatur.
32 c. cùm Ioannes.de fid.inſtr.† quin & aduerſus iuris
& de iure præſumptionem licèt nulla ſoleat admitti
probatio, partis tamen confeſsionem quæ ſupra pro
bationis cuiuſque uires eſt, admitti traditum eſt.glo.
§.illud, in auth.de æquali. dot.Bar.auth.ſed iam ne-
33 ceſſe. C.de dona.ante nupt.† eadem ratione licèt rei
iudicatæ authoritas huiuſmodi ſit, ut pro ueritate ha
beatur.l.ingenuum.de ſtatu homi.l.rei iudicatæ, de
reg.iu. à qua appellandi facultas amplius non ſubſit,
eius tamen executionem partis ipſius confeſsione re
tundi placuit. Innoc.cap.quia plerique,de immu.ec
cleſiarũ.But.& Abb.c. is qui fidem.de ſponſa.ut me
34 ritò non defuerint, † qui confeſsionem ipſam paris
potentiæ cum inſtrumentis ipſis in probando tradi-
derint.d.l.cùm te.ubi Iaſ.v. nota.C. de tranſ. execu-
tionemúe ſicut inſtrumenta paratam habere. Bar.d.
l.uni.C.de confeſſ.Bal.l.ſi.quæſtio.lii.C.de edic.di-
ui Adria.tol.quæ multò magis in hac ipſa confeſsio-
ne ſcribentis propria manu facta, quæ ſemper ui-
get. d.l.Arriani. Abb.d.c.ii.reiq; euidentiam præ ſe
fert.Bal.& Caſt.d.rubr.C.de fid.inſtru.id fatendum
eſſe,receptius eſt. Bart.d.l.nuda. Abb. & Feli.d.c.ii.
meritò ergo inſtrumenti uirtus huiuſmodi confeſ-
ſione eliſa cenſetur, licèt probatio probata dicatur.
d.l.precibus. nam ſi municipali lege præceptum ſit,
nullam probationum ſpeciẽ aduerſus confeſſum do-
cumentum admittendam eſſe,confeſsio quæ releuat
ab onere probandi, remq; ipſam oculis fidelibus (ut
35 inquit ille) ſubijcit.l.ſi irruptione, fini.regund.† id-
circò ſupra oẽs ꝓbationũ ſpecies eſſe putat.d.l.uni.
C.de confeſſ.nunquã excluſa exiſtimatur.d.l.ait præ
tor.§.ſi iudex, de re iudi. ubi Bar.Caſt. Alex.& alij.

Vlteriùs non mouet quod traditum eſt, iudicem
ipſum ſecundum peritorum iudicium decidere mi-
nimè cogi.Innoc.c.ſicut, de re iudi. quoniam in pro
poſito caſu partiũ conſenſu electi fuerint, eorum iu
dicium probandũ fuerat. quum ſcienti iniuriã in-
ferri non ſolere, manifeſtũ ſit.c.ſcienti.de reg.iur.in
vi. & c.inuito.eo.tit. cur ergo iudex longè plus uo-
luit quàm partes petierint? l.iiij.§. hoc autẽ,de dam.
infec.qua ratione ſententia illius nulla cenſetur.c.ea
36 quæ fiunt.de reg.iur.in vi.† ſi enim is æquitatem ip
ſam præ oculis habuiſſet, quod ipſum potiſsimùm
iudices decet.l.quod ſi Epheſi, de eo quod cert.loc.
quumq; nihil aliud ſit æquitas ipſa, quàm ueritatis
ipſius indagatio.d.l.bona fides.depoſ.Bal.d.rubr.de
teſti.cogen. profectò illam ipſam euidenter ex ipſius
cõfitentis ore apparentẽ, non reiecisset. Quid enim
aliud eſt ipſa ſcriptura, quàm humani ſermonis ima
go? c.intelligentia,de uerb.ſign.ſicut oratio ipſa cor
dis nuncius intelligitur.l.non aliter, de leg.iii.l. La-
beo,de ſupell.lega.l.nõ figura,de actio.& obl.iudex
igitur ab hac ueritate recedere nõ debebat,cuius ꝓ-
batio euidẽter apparens, etiam qualibet ratione atq;
ſcriptura potior eſt.c.dilecti,il ij. de appell.toto tit.
C.plus uale.quod agi.Deci.l.nõ uult, de reg.iur.quo
circà quantùm aberrauerit iudex ipſe,nemo non ui-
37 det.† maximè cùm in dubijs Lãzonio potius fauere
debuerit.l.fauorabiliores,de reg.iu. Spec.tit. de Ad-
uocato.§.ſequitur.Alex.l.de die qui ſatiſd.cogan.

Poſtremò non urget,quòd peritorũ prononciatio
ſub conditione facta uideatur, cuius euentus illam
ipſam reſoluat. nã reſeruatio illa intelligitur de de-
bito exigibili.argu.l. creditores.de rerũ tign.l.i.ubi
38 Doct.omnes.ſi cer. pet.† uerba enim in qualibet di
ſpoſitione ad habilitatem referuntur.l.i.§. lex autem
falcidia.ad leg.falci.ubi Imo.Alex. Iaſ.glo.l.ii.C. ſi
ſin.cenſ.uel reliq.licèt enim anno Domini 1517.cõ
ſtituat ſeſe debitorẽ D.Ludouici, atq; ſociorum Lan
zonius ipſe,ut in proceſſu conſtat, ex ea cauſa cõfun
di nõ poteſt, ꝙ ei D. Ludouicus in rationum libris
acceptũ fert,quia iã ſolutione obligatio ipſa ſublata
fuerat.d.§.itẽ,inſti.quib.mod.tol.obl.prout conſtat
ex abſolutione facta ipſi Lanzonio à procuratore d.
Do.Ludouici anno Domini 1519.quis.n.ante con-
tractũ debitũ abſolutionem factã eſſe credatur.l.ii.§.
prius.de uulga. & pupil.l. ad rem mobilem, de pro-
cur.l.manumiſsiones.de inſt. & iure.

Nec refert ꝙ allegatur,abſolutionẽ illam minimè
ualere,

29 ualere,† quoniã procurator etiam mandatũ habens
debitorem ipſum (niſi quatenus ad eum peruenerit)
liberare non poteſt.l.nun abſtulit. ubi Bal.q.i.C. de
nouat.reſpondeo enim mandatũ adeò amplum huic
ipſi procuratori ad exigendum recipiendumue factũ
fuiſſe, ut hęc ipſa ratio corruat.l.hoc iure. ubi Bar.
Ange. & Imol. de ſolu. Itemq́ue ad liberandum &
abſoluendum, quocircà perindè eſt ac ſi ipſi de Lu-
douico ſoluiſſet. cap. qui per alium, de reg. iur.in
vi. Præſertim, quum huiuſmodi mandatum docu-
mento appareat. Bald.l.falſus.col.x.C.de furt. Ac-
cedit, quòd ſine facto huius ipſius Petri Staſij obli-
gatio hæc D. Ludouico acquiſita non fuerat, unde
rectè ei ſoluens Lanzonius abſolutus eſt.l. filia, de
ſolu.& argumento eorum quæ Bar.ibi docuit.Quod
prælertim ſecuta D. Lodouici abſolutione dicen-
dum eſt, quæ ſubſiſtente æquitate ad diem libera-
tionis à procuratore factæ retrotrahi debet.l. bono-
rum, rem rat.habe.ubi Bart.Imol.Caſtr. & Alexan.
Bart.l.ſi is qui pro emptore, in quinta quæſt.de uſu
capio. Abſolutiones enim ambæ ex eadem cauſa
factæ fuerunt, quod ex ipſius obligationis contra-
ctu, ad quem relatio habetur, ſatis apertè colligi-
tur. argumento. auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.
ubi Docto. Iaſ.l.i.§. lex.autem. ad leg. falcid. tùm
quia actuum multiplicitas præſumi non ſolet. cap.
cùm tu. de teſti.ubi Doct. per locum à ſpeciali.Nec
dicat quis abſurdum fuiſſe, ut prius abſolutus ſecun
30 dò abſolutionem ipſam petat.† quoniã in Lanzonio
ruſtico uiro deceptionis ſuſpicio toleranda ſit.arg.
d.l.ignorantiã,ubi Doct.l.ubi,de eden.& ibi Alex.
Quæ quum ita ſint, facilius quoque credendum
eſt, undecim corbium ſolutionem factam fuiſſe. ſi
enim maioris ſummæ probatio iuſta facta ſit, cur in
reliquo reus cenſeatur? cap. ſemel, de reg. iur.in vi.
argum.l.ſiue poſsidetis. C.uti poſſe. ubi Bald.Illud
31 enim uulgò traditum eſt,† cuiuſque rei potiſsimam
partem principium ipſum eſſe.l.i.de orig.iur. quam
obrem teſtis ipſe interrogatus licèt nulla dignitate
fulgeat (argumento.l.i.ii.& iii. de teſti.) cùm Lan-
zonij tamen iuramento probare debet. Bart. Bald.
Ange.Caſtr. Alex. Iaſ. l.admonendi,de iureiur.Lan
franc.d.cap. quoniam contrà. de proba. ſuper uer.
teſtium depoſitiones. alibi enim ne ueritas in ab-
32 ſcondito remaneat,† teſtes alioquin iuris ciuilis re-
gulis inſpectis inhabiles admitti ſolent.l. conſenſu.
§.ſeruus C. de repudiis,ueluti in his quæ domi fiũt,
domeſticos teſtes non repelli traditum eſt.cap. ue-
niens, il ſecundo, ubi Doct. de teſtib. quod in cri-
minalibus etiam ex uehementi iudicis opinione re-
ſponſum eſt: Alex. conſi.xxiiij. in ſecundo, nu.vii.
33 Marſil.in praxi criminum.§.principium. † Pauper-
tas enim ſola abſque alijs adminiculis teſtem inha-
bilem atque ſuſpectum non reddit. cap. ſi qui. ubi
Doct.de teſti. Specu.tit.de teſte.§.i. Alex.conſi.lxv.
in fin.in primo. quamobrem ex his omnibus liqui-
diſsimè conſtat, excellentiſsimum D. Leonardum
reuerendiſsimi Præſidis Auditorem rectè iudicaſſe,
bene appellatum pro ipſo Lanzonio, & malè iudica
tum. pro cuius quidem ſententia ſine dubio potius
præſumendum eſt, quum peritior ſit.d.c.niſi eſſent.
argumento.l.cùm quid, ubi Doct. ſi cert. pet. & per
conſequens confirmandam illam nemo non uidet.
quod ut facias, uelit Deus omnium pater æternus.

Portius.

SUMMARIUM.

1 *In ſolutum datio inſtar habet uenditionis, non tamen eſt uenditio.nu.32.*
2 *Dominium transfertur per titulum dationis in ſolutũ.*
3 *Vendita re duobus, in ea qui prior emit præfertur. ſed uide nu.20. & 23. ubi fall.*
4 *Prior in tempore potior eſt iure. & nu.ſeq.& 16.*
5 *Creditor ille præfertur in pignore, qui prius pecuniam credidit.*
6 *Beneficij collatio ſi ſit eodem die facta à Pontifice & ab Ordinario, quòd præfertur pontificia, fall. quando appoſita eſt hora, & præcedat facta ab Epiſcopo ſeu Ordinario.*
7 *Inueſtitura prius facta præualet.*
8 *Donatarius cui primò à principe facta fuit donatio, præferendus eſt ſecundo donatario, licèt ipſe ſecundus poſſeſsionem apprehenderit.*
9 *Procuratoribus duobus conſtitutis ille præfertur, qui prior litem conteſtatus fuit.*
10 *Legatarijs ex duobus ille præfertur, qui in re legata conſequenda, ſuper eius petitione prius litem conteſtatus fuerit.*
11 *Appellans primò, prius agere debet.*
12 *Antiquiora præferenda ſunt.*
13 *Ordinem ipſum in omnibus negotijs ſeruare debemus.*
14 *Dignitatem ad ipſam prior promotus, prælationis iure potior habetur.*
15 *Vniuerſalia ſunt prius pertractanda.*
17 *Dominia de iure gentium introducta licèt ſint, & rei apprehenſione illa transferri conſtitutum ſit, tamen ciuili modo traditionem quaſi factam per conſtitutum interpretamur.*
18 *Poſſidens per alium, per ſe ipſum poſſidere dicitur. quod intelligas ut nu.24.*
19 *Poſſidens nomine alieno etiam per mille annos nunquam præſcribit.*
20 *Emptoribus ex duobus ille præferendus eſt, qui rei emptæ prior poſſeſſionem apprehenderit. quod ampliatur, ſed uide num.23. ubi limitatur.*
21 *Sponſalia de futuro etiam iurata poſterioribus de præſenti contractis diſſolui.*
22 *Cõſtitutũ transfert poſſeſſionẽ.et nu ſeq.et uide nu.26.*
25 *Locator retinet poſſeſsionem per conductorem.*
26 *Poſſeſſio per conſtitutum transfertur, ſed neceſſe eſt probare poſſeſsionẽ conſtituentis tẽpore conſtituti.*
27 *Venditionis ſubſtantia eſt pretium, uel fides de co habita, nec ſufficit traditio, non ſoluto pretio.*
28 *Conſtitutum per incertitudinem uitiatur.*
29 *Ius ſuperueniens, dummodo ex cauſa de præterito oriatur, actori ipſi prodeſt, iudiciumq́ue fulcit.*
30 *Conditionis euentus tunc purificatur, cùm extremum à quo ſufficiens reperitur, & eſt comm.opin.*
31 *Ratihabitio ita demum retrotrahitur, ſi res integra ſit.*
33 *Simulatio contractus, ſiue quòd ſit pignoratitius, ex quibus perpendatur.*
34 *Poſſeſsio trãsfertur ex cõtractu etiã inutili.fall. tamẽ.*
35 *Quæ ſingula non iuuant, ſimul tamen multa proſunt.*

CONSILIVM CLXXI.

DOMINVS DIRIGAT me in uiam rectam.

ETSI diebus proximè præteritis in propoſita ſpecie reſponderim, quum tamen illa ipſa conſultatio negotij progreſſum, rectumque iudicij ordinem potius quàm rei ſummam reſpiciat, non potui nūc quid in hoc ipſo contractuum conflictu diiudicandum cenſeam, interrogatus non reſpondere.

Vbertas, qui prædium ſoluta pretij parte ea lege à Vainis emerat, ut licèt reſidui fides illi haberetur, interim tamen dominus non fieret. pendente ſolutionis die illud ipſum pro certa ſumma Iulio Cannobio nulla pendente æſtimatione, ſubſecutaúe traditione inſolutum dedit, ſimulatque eodem loco & tempore, eiſdemúe adhibitis teſtibus illud ipſum ſub certa penſione annua conduxit. hoc acto, ut infra quadriennium Vbertas illud redimere poſſet, alioquin teneretur Cannobius quod ultra ſummam illi ipſi debitam à peritis æſtimaretur, Vbertati refundere. Interim pendente quadriennio ad redimendum prædium præfixo, illud Vbertas ſer Paulo diſtraxit, tradidiúe. Qui quidē cautius agens Vainorum iura ſeſe emere documento atteſtatus eſt, ideoque pecuniam eo nomine Vainis debitam ipſis numerauit: ut ius pignoris quod in ipſo prædio habebant, ipſe conſequeretur. Quocircà quæſitum eſt, an Cannobius potiora iura quàm ipſe ſer Paulus in huiuſmodi prædio habeat? & quum ipſa in ſolutum datio uenditionem ipſam præceſſerit, Cannobium præferendum eſſe uidetur. l. ſiue autem. §. duobus. de publi. ubi glo. Albe. Bart. Bald. Ange. &
1 Caſtren. † Datio enim in ſolutum ipſa uenditionis inſtar obtinet. l. eleganter, de pign. actio. ubi Caſtr.
2 quocircà hæſitandum non eſt, † quin huiuſmodi titulus ad ipſius dominij translationem ſufficiens ſit. §. ſic itaque. inſti. de actio. ubi Iaſ. poſt alios. l. ubi autem, de uerb. oblig. ubi Doct. Mod. l. ſtipulationes non diuiduntur, eod. tit. ut meritò ipſi uenditioni æquiparetur, alienationumúe ſpeciebus connumeretur. d. l. eleganter, ubi Doct. Bal. conſi. cclxxxix. in ſecundo. Fulgn. cxxiiij. In quæſtione. col. ii. Alea.
3 lxxvi. in quinto, Deci. xviii. in primo, nu. iii. † quam obrem quum huius ipſius prædij alienatio Cannobio prius quàm ſer Paulo facta ſit, potiora illum iura habere cenſendum eſt. d. §. duobus. l. ſi ea res. §. utrū. de actio. empt. ubi Doct. Illud enim in uniuerſo iu
4 re noſtro pro regula cōſtitutum eſt, † ut actu prior, iure ſit potior. l. quoties utriuſque. de reg. iur. ubi Deci. cap. qui prior. de reg. iur. in vi. ubi Din. & Ancha. unde operis duabus locatis præoccupanti ſatiſfaciendum, ſcri ſit. l. in operis. loca. ubi Bar. & Caſt.
5 † creditoremúe illum in retinendo pignore potiorem eſſe, qui prius pecuniam crediderit. l. qui balneum. l. potior. qui potio. in pign. ubi Doct. cap. ex literis. de pign. ubi Cano. Hinc & pontificio iure in ſacerdotij iuribus illum ipſum potiorem eſſe traditum eſt, qui illud prius obtinuit. cap. cum cui. de præben. in vi. c. capitulum, de reſcrip. ubi Feli. poſt
6 alios. cap. ſi à ſede. de præb. in vi. † adcò, ut licèt eadem die uni facta eiuſdem ſacerdotij collatione, pontificiam præferri traditum ſit, id tamen non procedere receptius eſt, quum etiam horæ appoſitione ordinarij collatio præceſsit. d. cap. ſi à ſede, ubi Gemi. Archid. Anch. Imol. & Francus in vi. glo. l. ſi ex pluribus, in fi. de ſolu. Iaſ. l. i. ſolu. matr. col. iii. & Soci. col. ii. Nam & reſcriptum illud poſterius impetratum cenſetur, in cuius quidem ſubſcriptione hora ſiletur. glo. d. cap. paſtoralis. de reſcri. ubi Ioan. And. Butr. Ancha. Card. Imol. Abb. & Feli.
7 Hinc † priorum inueſtiturarum formam adeò obſeruandam eſſe reſponſum eſt, cap. i. de eo qui ſib. & hær. ubi Bald. & l. uni. C. quando non peten. par. col. pen. ut licèt poſterior iuris ipſius regulis magis quàm prior conueniat, priorem tamen præualere receptius ſit. Card. conſi. xcii. in prin. Cuma. xcii. Quædam poſſeſsio. Caſt. clxxvi. in primo. Bal. cōſi. ccxv.
8 Proponitur. Deci. clxxxv. col. iii. & cxcv. col. ii. † unde illum prioris donationis titulo ab ipſo Aragonū rege, licèt poſterior poſſeſsionem adeptus ſit, præferendum eſſe, reſponſum extat. Roman. conſil. ccxcviii. ſicuti confœderationem cum ipſo Gallorū rege prius initam illa potiorem eſſe, quam comes poſtmodum cum rege Britanno iniuit, idem Roma. conſi. xlviii. eadem ratione Do. Antonellum in uilla Donnigallia potiora iura quàm Robertus de Malateſtis Alea. ipſe reſpondit, conſi. xxiii. in quinto. licèt prior ab ipſo Epiſcopo, poſterior uerò à ſummo Pont. facta fuerit, conſi. iii. in v. in huiuſmodi nanq; conceſsionibus à Principe factis quis titulo præcedat, non autem qui in poſſeſsione; inſpicitur. Feliu. d. cap. capitulum, col. iii. uerſ. ampliatur.
Procedit quoq; & ſupraſcripta concluſio in procu
9 ratoris ipſius conſtitutione. † duobus enim conſtitutis, qui prius litis ipſius per conteſtationem negotium ipſum occupauit, illius dominus factus eſſe cē
10 ſetur. c. ſi duo, de procu. ubi Doct. † idemq; in duobus legatarijs, is enim in re legata conſequenda potior erit, qui ſuper eius petitione prius litem conte
11 ſtatus fuerit. l. ſi pluribus, de leg. i. † Quiq; prior appellat, prius quoq; agere debet. l. qui prior. de iudi.
12 Rurſus † adcò temporis ipſius ratio iocunda eſt, ut uetuſtior ra quoq; præferēda tradatur. l. i. §. ii. de albo ſcrib. Hinc Ariſto. ipſe antiquiores priores atq; nobiliores eſſe tradidit. c. de priori. in Prædic. quod in emphyteoſi cōcedenda, Bal. reſpōdit. cōſi. cclxxxi. in
13 iii. nu. vi. † qua ratione traditū eſt, in humanis negocijs ordinē ipſum haudquaquā negligendū eſſe. l. prolatam. C. de ſent. ubi Doct. ut quid prius quodúe poſterius agendū ſit, cōſideretur. l. ii. §. prius. de uulga.
14 ubi Bar. Albe. Bal. Imol. Caſt. Alea. & Iaſ. nempe ſut qui prior ac dignitatē prōptus ſit, is prælationis iure potior habeat. l. cùm quid, ſi cer. pet. ubi Doct. quod tamē pro Anſouino aduerſus ſymmyſtas Bononienſes excellentiæ gratia nō procedere, cādidatus adhuc reſpōdi, conſi. incip. Senectutē, ad Reuer. Mignanellū. l. unicuique. C. de proxi. ſacro. ſcrinio. ubi glo. Bart. & Ang. iuniores enim plerunq; ingenioſiores eſſe, Ariſto. philoſophorū eruditiſsimus docuit, in problematis.

ſectio.xxx. Bart. Bal. Alex. Iaſ.l. Gallus. in princ. de lib. & poſthu. eadem ratione & in ipſis demonſtrationis diſciplinis tradendis elementa potiora eſſe, perſpectum eſt. d. cap. de priori. l. i. de origi. iur. tit. meritò inſtitutiones ſolidiori lectioni præferendas traditum ſit. Fab. in procem. & Iuſtinianus in proœm. inſtitu. & digeſtorum. quamuis ignotiora nobis exiſtant, quæ naturæ nota ſunt magis ſingularia. Ariſto.
15 i. Phyſi. cap. i. † quarè ad ſingularia ab uniuerſalibus procedendum eſſe præcipiatur. l. i. de iuſt. & iure, ubi Doct. l. i. ſi cert. pet. ubi omnes.

16 Amplius quod dictum eſt, † tempore priorem, iure quoque potiorem eſſe. d. l. quoties utriuſque. d. cap. qui prior, potiſsimùm in ipſorum pignorum conſtitutione procedit. d. l. qui balneum. d. l. potior. qui potio. in pign. l. i. & ii. l. ſi fundum. l. prior. l. diuerſis. C. qui potio. in pigno. quocircà quum Vbertas prius hoc ipſum prædium in ſolutum dederit, omniaque eius bona præſentia & futura hoc nomine Cannobio ſuppoſuerit, non eſt, ut ſer Paulus potiora in eo iura habere contendat, qui poſterius emit, quod iam obligatum erat. argumento. l. Iulianus. de leg. iii. l. à procuratore. C. manda. l. omnia. ſi cert. pet. cap. quoniam. de conſti. ubi Deci. d. l. qui balneum. d. l. potior.

Et licèt prima fronte ſer Paulus ipſe in huiuſmodi prædio potiora iura ſaltem reſpectu portionis illius, cuius pretium Vainis ipſis perſoluit, dominium eius acquirens. §. uenditæ. inſtit. de rerum diuiſ. ubi Doct. l. quod uendidi. de cont. empt. ipſi tamen Cannobio prædium iam obligatum liberaſſe uidetur. argumento. l. fina. in princ. qui potio. in pigno. ubi Bart. Vbertas enim ipſe non ſolùm bona, quæ tempore dationis in ſolutum habebat ipſi Cannobio obligauerat, uerùm etiam futura quoque ſuppoſuit: unde in iis ipſis iuribus à Vainis ſibi acquiſitis Cannobius potior eſt, Bald. l. hac edictali. §. bia illud. C. de ſecund. nupt. col. ultima, quod receptius eſt. Specu. tit. de oblig. & ſolu. §. i. num. xxxii. Bart. l. ſi is qui. de iure fiſc. Caſtr. l. operis. loca. Neguſan. tract. pign. ii. memb. v. part. nu. ix.

Accedit quòd ſer Paulus ipſe in ius Iacobi per ipſam emptionem firmiora iura quàm eius ipſius author habere non poteſt. l. nemo plus iuris. de regu. iur. ubi Deci. l. ſi à Titio. de rei uend. quoniam Iacobus ipſe, qui prædium Cannobio in ſolutum dedit, aliquod aduerſus bonorum eius obligationem allegare non poſſet, cur ergo id ſer Paulo permiſſum eſſe intelligatur, qui ab eo ius habet? Specu. tit. de obliga. & ſolu. §. i. nu. xxix. Bald. conſi. lxvi. in quinto, nu. ii. Iaſ. iii. in iii. in fin.

Accedit quòd in ipſo dationis in ſolutum documento Iacobus ipſe Cannobij nomine ſeſe prædium illud, quod naturaliter inſilebat, poſsidere conſti-
17 tuit, † qua ratione licèt dominia ipſa iuregentium introducta fuerint. l. ex hoc iure. de iuſt. & iure, ubi Doct. & rei ipſius apprehenſione, illa ipſa transferri propriè conſtitutum ſit. l. i. de acq. poſſ. l. i. de acq. re. do. l. traditionibus. C. de pact. ciuili tamen quodam modo traditionem quaſi factam interpretamur, quū quis ſeſe alterius nomine poſsidere conſtituit. l. quod meo. de acquir. poſſeſ. ubi Dyn. Alber. Bart.
18 Ange. Imol. Caſtren. Alexan. & Iaſ. † Is enim poſſidere dicitur cuius nomine poſsidetur. §. poſsidere. inſti. de interdict. ubi Doct. cap. cùm uenisſent, de reſtitu. ſpol. ubi glo. Innocen. Butr. Abb. & Imol.
19 † quapropter licèt mille annis huiuſmodi poſſeſsionem alieno nomine quis inſiſtat, illam ipſam tamen præſcribere nequit. cap. ſi diligenti, de præſ. ubi Docto. unde & licèt amicus meus, qui nomine meo ſacerdotium mihi collatum poſsidebat, & pro annuis fructibus tot coronatos mihi Romã ſingulis annis mitteret, indeque expulſus fuiſſet, ſi interdicto unde ui agam, ut obtineam illum ipſum nomine meo poſſediſſe, probare debebo. d. cap. ſi diligenti, de præſcript. Rota deciſ. 150. Licèt amicus. de reſti. ſpol.

Quamobrem hac ipſa iuſta poſſeſsione in Cannobium ciuili hoc transferendæ poſſeſsionis modo translata, conſequens eſt, ut dominium quoque tranſlatum intelligatur. l. certè. §. i. de preca. l. quamuis. §. ſi conductor. l. interdum, ubi Doct. de acquirem. poſſeſſ. Bart. Ange. & Iaſ. l. ab emptione, de pact. Iaſ. d. conſi. lij. in princ. qua ratione non defuerunt, qui præſcriptionem ipſam etiam triginta annis non incœpiſſe reſponderent, licèt tanto tempore ia qui emiſſet ab eo, qui ſeſe alterius nomine poſsidere conſtituiſſet, unà cum eius ipſius authore poſſeſsionem inſtituiſſet. d. cap. ſi diligenti, Bald. conſi. ccclxix. in quinto, traditionibus enim ipſis dominia rerum transferri, lex ait. l. nuda traditio. de acqu. rerum domin. d. l. traditionibus. §. per traditionem, inſtit. de rerum diui. ubi Doctores. uel per actum ipſi traditioni ſimilem, ueluti conſtitutione alterius nomine poſſeſsionis. d. l. quod meo. d. l. certè, ubi Doct. de preca. Ange. l. quædam mulier. de rei uendi.

Hinc quoque reſponſum extat, mercium uenditorem, qui emptoris nomine merces illas ſeſe poſſidere non conſtituit, quum eas non tradiderit, eius ipſius creditoribus illius bona omnia ſuppoſita habentibus, minimè profuiſſe. Iaſ. d. conſi. lii. traditio namque uel quaſi huiuſmodi acquiſitioni neceſſaria eſt. l. ſi ager, de rei uendi. ubi Doct. Ange. d. l. quædã mulier. Bald. d. conſi. xxxvi. in primo. & ccclxix. & cccclxviii. in v. Alcia. poſt alios d. l. traditionibus.

Etſi diceres in propoſita ſpecie attendendum non eſſe, quòd Cannobius titulo dationis in ſolutum ſer Paulo, qui poſteà emit, potior ſit. d. l. quoties utriuſque. d. cap. qui prior. d. l. qui balneum. d. l. potior. quum in huiuſmodi conuentionibus quæ utriuſque contrahentium conſenſu conficiuntur, is potior eſſe ſoleat, cui prius ſit facta traditio. d. l. ſiue autem. §. duobus. de publi. d. l. ſi ea res. §. uterque. d. l. qui tibi. cuius rei illa in primis ſolet adduci ratio, quoniam hoc ipſo dationis in ſolutum contractu celebrato, qui ipſi emptioni ſimilis eſſe dicitur. d. l. eleganter, ubi Bart. & Caſt. Vbertas ipſe dominus remanſit, unde ſer Paulo poſtmodum ementi tradens, ipſum dominum efficere potuit, d. lege quoties. C. de rei uendit. ubi Alber. Barto. Bald.
20 Ange. Caſtr. & alij: lex enim ait, † emptorum alterum potiora iura habere, qui rei ipſius emptæ ius prior apprehenderit. d. §. uterque. dicto. §. duo-

bus.d.l. qui tibi. C. de hære. uel actio. uendi.d.l. qui tibi. C.de his qui à non dom. Iaſ.§. item ſi quis. inſti. de actio. num.cxvi. quod uerum eſſe plures atteſtantur, licèt in priori contractu iuramentum acceſſerit traditio nanque in poſteriori facta potius attenditur. d.l. ſiue autem.§. duobus. lex enim ait,
21 † ſponſalia de futuro etiam iurata poſterioribus de præſenti contractis diſſolui, cap. ſicut ex literis, de ſponſa. quod de uenditionibus, donationibus alijſque contractibus Ioannes ab Imola docuit.cap. cùm contingat, de iureiu.num.lxxv. Iaſ.d.l.in bonæ fidei. C. de eo quod certo loc. num. vii. ſicuti enim ex titulorum acquiſitione prior attendi ſolet, ubi ad plenum ius adipiſcendum ſufficiunt. d.l. qui balneum.d.cap. capitulum. Bald.& Caſtr.d.l.quoties.C. de rei uendi. Innoc. Butr. Abb. & Imol. cap.ii. de conſue.ita ex traditionibus, ex quibus rerum dominia transferri traditum eſt.d.l. traditionibus, d.§. per traditionem, quæ prior facta, attendi ſolet.d.§ duobus. d.l.qui tibi. Bald.d. conſi.xxxvii. Abb.conſi.xcii. in ſecundo, nu.vii. Roma. conſi.cclxx. Pro deciſione. Deci. dclxxxix. in quinto, in princ. Reſpondeo enim hæc omnia ſecundum iuris noſtri rationem uera eſſe, uerùm non procedere illa quidem traditum eſt, quum uenditor prioris emptoris ſeſe nomine poſsidere conſtituit. d.l.quoties, ubi Dyn. Albe. Bart. Bald.Caſtr.& alij. is namque poſsidere intelligitur, cuius nomine poſsidetur.d.l. quod meo. ubi Dyn. Albe. Bart. Imol.Caſtr. & Alex. unde huiuſmodi pacto in dationis in ſolutum contractu adiecto ueram legitimamue poſſeſsionem in ipſum Cannobium tranſlatam eſſe, non ambigitur.d.cap. cùm uenissent, ubi Abb. & Imol. & per conſequens, dominium ipſum.d.l.i.de acquir. poſſeſſ.d.l.ſi ager. & d. l. quædam, de rei uendi. ubi Imol. & Ange. Iaſ.d.conſi.iij.

21 † Receptiſsimumue idcircò eſt, hanc ipſam quaſi traditionem per conſtitutum factam ſufficere, ut quis illi ipſi præferatur, qui actu poſſeſsionem nactus fuerit. Albe. Caſtr. & Alex.d.l.quod meo. Bal. Ange.& Iaſ.l ab emptione.C. de pact. quamobrem in propoſito caſu ſer Paulus ipſi Cannobio cedet: cuius nomine Vbertas ſeſe poſsidere inſtituit, Guiliel. de Suza. Dyn.& Albe.d.l.quoties, Ioan. And.in Specu.de empt. & uend. §.ſciendum.uer.cùm uenissent. Dyn. & Albe.d.l. quod meo. Bald. rubrica. C. de cont.empt. quæſtio. xvi. Abb.& Imol.d.cap.ii. de conſuet. Marſil. ſing.lxxxij.

Nec mouet quòd iſte poſſeſsionis adipiſcendæ modus naturali poſtponendus eſſet, quia huiuſmodi poſſeſsio uera atque legitima cenſetur, Bart. d.l. ab emptione. de pact. uerſic. ultimò aduertas. lex enim ait: propriè habere dicer. d.l.certè §.i. de preca.ubi Bart.& idem.l.ſi is qui pro emptore, de uſucapio. col. pen.Deci.d.l.contractu.de reg.iur.num.
23 xii.† ut optimo iure non defuerint, qui huiuſmodi ſpecie ex facto interrogati priorem præferendum reſponderunt, cuius nomine uenditor ſeſe poſsidere conſtituiſſet, licèt naturalem poſſeſsionem poſteriori tradidiſſet. Bald.d. conſi.ccclxix. Ange.cvi. Quædam mulier. Abb.d.conſi.xcii. in ſecundo.nu. vii.Roma.d.conſi.cclxx. Alex.14. in primo. & xxv. in tertio. Deci. conſi.cccxlvii. in ſecundo. & l. contractus. de reg. iur. num.xiiij. Marſil d. ſing. lxxxi. incip. Volo. Quibus rationibus Cannobium ipſum, cuius nomine Iacobus ipſe ſeſe poſsidere cóſtituit, potiora iura quàm ipſe ſer Paulus habere, diiudicandum uidetetur.

Verùm ne hæc uera non ſine in propoſita ſpecie ſubſiſto, quinimmo, quum in modico uictoriæ iuſtitia conſiſtat.l. ſi ex plagis.§. in cliuo. ad leg. Aquil. quod Ariſtoteles ἐν μικρῷ τὸ δίκαιον, inquit, oppoſitum in hoc ipſo negocio pluribus rationibus reſpondendum cenſeo. Imprimis enim quòd ais
24 lex, † eum ipſum poſsidere cuius nomine poſsidetur.d.l.quod meo.d.§. poſsidere. d.cap. cùm uenissent. unde & quaſi traditio dominijque translatio inducta cenſetur.d.l. ſi ager.d.l. quædam mulier. de rei uend.ubi Doct. Iaſ.d.conſi.iii.in prin. non procedit, quádo ipſe conſtituens non poſsidet. lex enim
25 ait, † priorem locatorem per conductorem poſſeſsionem ipſam rectiſsimè retinere.l quamuis.§.ſi conductor.de acquir.poſſeſs.ubi glo. Bart.Ang. Alex. & alij. unde certè non poſsidens alium poſſeſſorem atque dominum efficere non poteſt.l.ii.C. de acquir. poſſeſ.ubi glo.uer.tradita. Bald. & Ange. & Bald.d. rubrica. C.de cont.empt.quæſtio.xvi.& l.i.C. quando lic.ab empt.diſced. num.ii. qua ratione ex huius ipſius pacti uirtute nitens authoris illius poſſeſsionem probare tenetur, quum eius intentio ſit.l. qui
26 accuſare. C.de eden.l. ei qui de probat. † inſtruitur enim aduocatus huiuſmodi clientis, ut poſſeſsionem eius tempore conſtituti probet, ne alioqoin ſuccumberet. Ang.d.l.quædam.& d.l.ii.C.de acquir. poſſeſſ.l.quiſquis. C. de donatio. Bald. d. cap. cùm uenissent. Lanfran. cap. quoniam contrà, de probat. ſuper uer.teſtium depoſitiones. de probat. quodque ex facto non ſemel reſponſum extat: Alex. conſi.x. in tertio. Deci.d.conſi.cccxlvii.num.iij. Quocircà in propoſita ſpecie Iacobus ipſe qui Vainorum nomine prædium poſsidebat, non ſolùm partis non ſolutæ reſpectu, d.§. uenditæ.d.l. quod uendidit, uerùm etiam totius prædij poſſeſsionem, quam proprio iure uſque ad integram ſolutionem ex conuentione nó habebat, in alium transferre non potuit. d.l. quædam mulier, ubi Ange.d.§.ſi conductor. & per conſequens nec dominium ipſum, quod is non habebat.d.l.i.de acquir.poſſeſ.l. nemo plus iuris. de reg. iur.ubi Deci.ut meritò parum ipſi Cannobio proſit, quòd Vbertas eius nomine ſeſe poſsidere conſtituerit.l.traditio.de acquir. rerum domin. Bart.l.quædam, in princ. de acquir.poſſeſ. Corn.conſi.v.in iiij. litera M. la ſecunda.

Præterea & ex alio capite conſtitum pactum ipſi Cannobio nihil profuiſſe conſtat; quoniam, licet Vbertas prædium hoc in ſolutum Cannobio dederit, ea tamen conditio adiecta eſt, ut niſi intra quadriennium illud redimeret, teneretur Cannobius, quod
27 amplius æſtimaretur illi ipſi refundere. † At nec naturalis ipſa traditio, non ſoluto pretio, uel habita de illo fide ſufficeret.l. ex placito. C. de rer. permut.l. Aediles.de ædil.edic.§.ſi. Doct.d.§. per traditionem & quo pacto eius fides habeatur, quod declarandum adhuc nó ſit, arg. Inſti. de diuiſ. in prin.& l. eius qui in prouincia.

cincia. ſi cer. pet. igitur, ſi non poſſet aliquid huiuſmodi caſu uera traditio, multò minus de ficta idem dicendum eſt. Bal. d. rubr. C. de cont. emptio. q. xvj. Dec. d. l. contractus. uerſ. ſecundò fallit.

Rurſus, quum Vbertas ea intentione prędium huiuſmodi in ſolutum dederit, ut caſu quo is a redimēdi facultate quadriennij lapſu repelleretur, uera fieret æſtimatio, & quòd ſupra Cannobij creditū eſſet, Vbertati refunderetur. ergo non modica ſubeſt incertitudo quantùm pro ipſo Cannobio poſsideretur quare, quum de reliquo (ut dixi) nulla poſsit adhue
28 haberi fides, † conſtitutum propter huiuſmodi incertitudinem uitiari debet. Bar. conſi. lxxiiij. Petrus uendidit. lex enim ait, incertam fundi partem poſsideri non poſſe. l. iij. §. j. de acquir. poſſ. ubi Bar. Caſt. & Alex. l. locus. eo. tit. ubi. Doct. meritò igitur quod expreſſa traditio non operatur, hoc ciuili & commentitia conceſſum eſſe non debet. Angel. l. quæ de tota. §. incertæ, de rei uendi. Deci. d. l. contractus. uerſ. tertia concluſio.

Et licèt ex prioris hypothecæ conſtitutione Cannobius ſer Paulū repellere nitatur. d. l. quoties utriuſque. d. e. qui prior. quod etiam procedere uidetur, licèt ſub cōditione, niſi infra quadriennium redemerit à luendi commodo cadat. d. l. qui balneum. d. l. potior, conſtitutio ipſa facta fuerit, tamen id uerum eſſe in ipſis conditionibus a caſu prouenientibus, mixtamúe naturam habentibus. Docto. d. l. qui balneum. at prior in ipſius pignoris conſtitutione cenſeatur, licèt ſub cōditione creditor ſit, pura poſtmodum obligatione contracta. Alea. l. ſi conſtante, ſol. mat. §. i. at in ea ipſa conditione ſecus eſt, quę ab ipſius ſupponentis uoluntate dependet. Bart. Angel. & Salt. l. i. C. qui potio. in pign. Ang. Caſt. Alea. & Iaſ. l. ſi filius, in princi. de uer. oblig. prout in propoſito caſu contigit. poterat enim Vbertas ipſe pecuniā ipſi Cannobio numerare, ipſiusq; conditionis euētum auferre. cap. ſi pro te, de reſcrip. lib. vj. ubi Doctores quare æquitatis ipſius ratione ceſſante, unde ex trāſlatiuæ ſeu extenſiuæ fictionis natura conditio retrotrahi ſolet. d. l. qui balneum. d. l. potior. quæ cauſa eſt, ut lex ratione carere non poteſt. cap. erit autem. i. diſtin. l. nō dubium. C. de legib. ubi Bar. locum nō habet, & cap. & ſi Chriſtus de iur. iur. cap. cùm ceſſante, de appellat. Barto. l. ſi is qui pro emptore. v. q. princ. ubi Iaſ. de uſucapio. Paulus igit interim ius in re adeptus ipſi Cannobio prę ferendus eſt. Neguſan. tract. pign. d. ii. membro v. par. prin. nam & ius ipſi Iacobo ſuperueniens ex acquiſitione iurium Vaino rum ſer Paulo ſecundo emptori profuit. l. ſi actio à contrario ſenſu. l. cùm uir prædium. de uſucap. l. ſi alienam. de actio. empti. Roman. d. conſi. cclax. Mar-
29 ſil. ſing. lxaaii. incip. Volo. † Illud enim regulare eſt, ut ius ipſi actori ſuperueniēs dummodo ex cauſa de præterito ottatur, iudicium ipſum fulcire. l. ſi rem. §. fin. de pign. actio. l. non poteſt. de iudi. Alexan. conſ. lxxviij. in i. nume. xvi. Angel. & Iaſ. §. omnium. inſtitut. de actio.

Fortius & ſi in donationibus, uēditionibusúe ſub conditione factis conditio ad diem initę obligationis retrotrahi ſoleat, ueluti quum ait lex, poſſeſsionem ipſam ſub cōditione traditam, ita demum trāſferri, ſi conditio euenerit. l. qui abſenti. §. i. de acq. poſſ. ubi Doct. uel in dotem datam, ſi ſecutæ nuptiæ fuerint ita demum mariti fieri, ſi nuptiæ contractæ fuerint. l. dotis fructus. §. proinde. de iure dot. l. ſeruum filii. §. i. de leg. i. Quamobrem in propoſita ſpecie, quamuis ipſa in ſolutum datio ſeu uenditio ſub conditione facta fuerit, ſi Vbertas infra quadriennium non redemerit: uidetur reſpondendum elapſo huiuſmodi tempore ad redimendum pręfixo conditionis euentum ad ipſius contractæ obligationis tempus retrotrahi: & per conſequens quòd Vbertas ipſe ſeſe Cannobij nomine poſsidere cōſtituit. d. l. qui abſenti. §. i. quod in eo reſpōſum extat, qui bona illius donauerat, ſi ſine filiis decederet, donatarii nomine poſsidere conſtituit. Oldr. conſ. caxxix. Ad habendam. in prin. Alex. lxxxiii. col. iii. nume. vi. in ii.
30 † Reſpondeo enim conditionis euentum ita demū (ut inquiunt Doct.) purificari, atq; ad initę obligationis diem retrotrahi. quum extremum à quo ſufficiens ad inducendam ipſam tranſlatiuam fictionem atque de tempore ad tempus extenſiuam reperitur. Bar. d. l. ſi is qui pro emptore. d. q. v. ubi Iaſ. communem hanc eſſe ſententiam atteſtatur. cuius rei exempla adduci poſſunt, quòd lex ait; illud ipſum ualidè ratum eo tempore haberi non poſſe, quo actus ipſe geri nequeat, licèt geſti actus tempore nullum prorſus impedimentum adeſſet. l. bonorum, rem rat. hab. ubi Bar. Caſtr. & Imol. qua ratione re ipſa perempta quę ſub conditione diſtracta fuerat, ipſius conditionis euentus non prodeſt. l. neceſſariò. §. quòd ſi pendente. de peri. & comm. rei uendi. quapropter, quum elapſo ad prædium redimendum quadriennio pręfixo iam ipſa poſſeſsio ſer Paulo tradita fuerit, ſatis conſtat illam ipſam ab Vbertate in Cannobium per conſtituti pactum non potuiſſe transferri. d. §. ſi cōductor. d. l. nemo plus iuris. nec ad initæ obligationis diem retrotrahitur. d. l. qui balneum. quia extremum à quo deficit, nempe Iacobi Vbertatis poſſeſsio Bart. l. quoties. de nouatio. Iaſ. d. l. ſi is q. pro emptore. tēpore enim cōditionis euentus ſer Paulo ius per ueram naturalemúe traditionem acquiſitum erat. d. l. quoties. C. de rei uendi. d. l. qui tibi. meritò quum amplius Vbertas ipſe non potuiſſet eo tempore conſtituere ſeſe alieno nomine poſsidere, quippè quòd ipſe non poſsideret, non eſt dicendum ipſius conſtituti uirtutem ad contractæ obligationis diem retrotrahi. l. quidam cùm filium. de uerb. obl. Alex. d. cōſi.
31 xxv. Viſo. lib. iii. uerſ. Præterea. † nam & ratihabitio ita demum retrotrahi ſolet, ſi res ipſa integra ſit. cap. ratihabitionem, de regu. iur. in vj. ubi Dyn. Bartol. l. uxor. §. ſi quis, de adulte. qua ratione quum non modica hoc caſu mutatio contigerit, quia interim ſer Paulus poſſeſsionem adeptus eſt, nō eſt ulterius de ipſa retrotractione diſcutiendū. Alex. d. l. quod meo. & conſi. lxxviii. in v. fictiones enim huiuſmodi introduci non ſolent, niſi aliqua ſuadente æquitate. Bart. & alii d. l. ſi is qui pro emptore. Neguſa. d. ii. membro v. par. prin. quæ quum non ſubſit, quando res in eodē ſtatu non permāſit, ſed ius alteri quæſitum ſuit. Bur. Abb. & Imo. d. cap. cùm uenissent, apparet manifeſta ratio, quòd ſit à iuris regulis recedēdum, nempe, ut conditionis euentus ad contractæ obligationis

nis diem retro non trahatur.d.l.bonorum.quod pro-
fectò in propoſito caſu contingeret,niſi Iacobus pē-
dente ad redimendum prædium conditione poſſeſ-
ſionem ipſi ſer Paulo tradidiſſet. Old.d.cōſ. cxxxix.
Alex.d.conſi.lxxxvii.in tertio,ut optimo iure ſicuta
traditione,re iàe amplius non integra , extremum à
quo deficiat , & idcircò conditio non retrotrahatur.
Alex.d.cōſi.xxv.lib.iij.Corn.ex.In iudicio diuiſorio
col.pen.in ii. Quæ quum ita ſint , amplius à legis ip-
ſiua diſpoſitione recedendum non eſt , qua traditum
eſt , iure potiorem eſſe, cui prius ipſa traditio facta
ſit.d.l.quoties.d.l.ſiue.§.duobus.de publi. d. l. ſi ita
§.uterque.d.l.qui tibi,de hæred.uel actio.uend. d.l.
qui tibi.C.de his qui à non dom.licèt alienans ſeſe
eius eui alienauit nomine poſsidere cōſtituerit.De-
ci.d.conſi.cexxvi.& ccxlvii.in ii.& d. l. contractus,
de reg.iur.uerſ.vj.Corr.iun.conſ.lxxiiij.nu.ix.

Poſtremò & in propoſita ſpecie,alia quoq; ratio-
ne euidēter apparet Cannobio parum uel nihil pro-
deſſe , quòd eius nomine Vbertas ſeſe poſsidere cō-
ſtituerit,quum principalis ipſe contractus pluribus
32 uitiis laboret.Imprimis,† quamuis emptioni ſimilia
tradatur.d.l.eleganter,emptio tamen non eſt.l.quod
Nerua,depoſi.ubi Bar.& Caſt. Fel.d.c.Paſtoralis.&
dato quòd propriè emptio fuiſſet,qualis quęſo exti-
tit , nulla præſertim ipſius pretij definitione facta?
33 §.pretium,inſti.de emptio.& uendi.ubi Angel. † Et
etiam fœneratitiam labem redolet, quum minus iu-
ſti pretii dimidia hęc ipſa in ſolutum datio facta fue
rit.arg. cap.illo uos , de pigno cap. ad noſtram , ubi
canoniſtę de emptio.& uend.l.ii.eo.de reſcin.uend.
ubi Doct.ulterius ex ipſius documenti uerbis appa-
ret, pignus potius contractum fuiſſe , ibi , eos cautos
uolens reddere.arg.l.ſed Celſus.§.ſi fundus,de cont.
empt. Corne.conſi.cclxxxiii.in iiii. Lite . itemque
quod Vbertas prędium conduxit.Cępol.tract.ſimu-
lat.in prin.unde qualis Cannobii mens fuerit , facilè
colligi poteſt.quum ante quadriennium elapſum le-
gitimè interpellatus fuerit,ut ſecundum legem ipſi
contractui adiectā prædio dimetiendo adeſſet : quo-
circà nihil eſt,ut de conſtituto principalis,ipſius ſe-
quela diſſeramus.l.cùm principalis de regu. iur. ubi
Deci.§.pupillares.inſti.de pupill. ſubſtitu. cur enim
principali non ſubſiſtente accedens non corruat ? l.
i.& ii.de pecu.lega.cap.acceſſorium, de regu. iur. in
vj. ubi Dyn. conſtitutum tanque ipſum contractui
undique perfecto accedens atque omnis fraudulen-
tę ſuſpitionis nota carenti operatur.Bar.l.poſt con-
tractum,de dona.ubi Moder. & l. emptor , de aqua
plu.arcen.ſecus autem ſi (ueluti hic noſter) claudi-
34 cet.Bal.l.ex teſtamento.C.de fideicom. † licèt enim
contractu alioquin inutili poſſeſsio , quæ facti eſt ,
tranſire ſoleat.l.denique,ex quib.cauſ.maio. l. i. §. ſi
uir,de acquir.poſſ.aliud tamen eſt in ipſa quaſi tra-
ditione , quę per conſtitutum ipſum introducitur .
Alex.d.§.ſi uir.& conſi.lxxxi. Viſo, in iii. Iaſ. d. §.ſi
uir ne aliàs aduerſus iuris noſtri regulas ſingularia
iura duplicarentur.l.i.C.de dot. prom.ubi Bal.Do-
cto.d.§.ſi uir.& d.l.quędam mulier. Cano. d. c. cùm
35 ueniſſent.Deci.d.l.contractus.† quæ quum ita ſint,
ſi conſtituti adiectionem ob ſingulas rationes(quod
tamen rectiſsimè poſſumus) ſaltem ob eas ipſas ſi-
mul iunctas inutilem fuiſſe diiudicare debemus.glo.
cap.tertio loco,de prēſump.Bart.l.de queſtione.§.
tormenta.ff.de quæſt.Bald. l. filium.de his qui ſunt
ſui.Dec.conſi.dxcvii.nu.ix.quamobrem optimo iu-
re concludendum ſit , ſer Paulum cui prius natura-
lis traditio facta fuerit, ipſi Cannobio præferendum
eſſe,licèt Cannobii nomine Vbertas, qui poſteà tra-
didit,ſeſe poſsidere conſtituerit.

Nihil eſt,ut apud eruditiſsimos uiros mihi nunc
ulla excuſatione tendum exiſtimem , quòd illi pro
ſingulari eorum tùm doctrina tùm humanitate boni
ac æqui facere uelint , ſi quid inconcinnè , minusúe
eruditè excidiſſet,quod calliſsimas eorū aures pro-
phanaret.quandoquidem ſciam ego eos ipſos nō la-
tere tàm arduam ac ferè infinitam huius ipſius ciui-
lis ſapientię profeſsionem eſſe,ut uel Deus uel Diis
ſimillimus is poſsit haberi, qui omnia argumentorū
genera in ęre ſuo habere poſsit. mihi certè illud non
contigit.quamobrem in propoſita ſpecie & tempo-
ris anguſtia preſſus,& abſque ullis inſtrumentorum
exemplis quantùm extricare potuerim, boni conſu-
lite,meque ut humaniſsimi eſtis,diligite. Imolæ.

Portius Forocornel.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Res iudicata pro ueritate habetur.*
2 *Sententia nihil prodeſſent,ſi debita exequutioni non demandarentur.*
3 *Sententia aduerſus exequutionem nihil ualere ſolet.*
4 *Exceptio euidentis iniquitatis admittitur, etiam contra tres conformes ſententias.*
5 *Sententia exequutia parata eſſe debet.*
6 *Dare non poteſt,qui nihil habet.*
7 *Authoris ſui conditionibus uti debet,qui ex illius contractu nititur.*
8 *Appellari non poſſe à ſententia inter alios dicta , fall. tamen.*
9 *Legatarij appellare poſſunt hærede condemnato .*
10 *Fideiuſſor appellare poteſt, ſi eius principalis non appellat.*
11 *Tertius pro ſuo intereſſe comparere poteſt in iudicio & appellare,etiam ſi tres fuerint prolatæ ſententiæ ut nu.ſeq.ſed uide nu. 13.& 14.*
12 *Appellare tertiò non licèt fall. tamen quando tertius appellaret pro ſuo intereſſe.*
13 *Tertius quando non admittatur comparens pro ſuo intereſſe, & nu.ſeq.*
15 *Litigioſa res omni prorſus commercio caret.*
16 *Litigioſi uitium citatione quamprimùm tranſmiſſa,contrahitur.*
17 *Emens rem litigioſam ſcienter amittit pretium,& ſi ea pœnas luere debet.*
18 *Lite pendente nil eſt nouandum.*
19 *Attentata,etiam aduerſus tertium, reuocari debent.*
20 *Res inter alios acta intruſo nocet.*
21 *Sententia licet lata contra B.mādatur tamen exequutioni contra D.qui lite pendente poſſidere cæpit.*
22 *Exceptio rei iudicatæ ut competat , plura eſſe inſpicienda .*
23 *Diuiſionem non nocere his,qui non adfuerunt.*

Iura.

24 *Iuramentum inter quoſdam praſtitum, alijs non nocet.*
25 *Exequutio ſententia fieri non debet contrà illum, cui, ilius argumentum non fuerat notificatum.*
26 *Sententia inter alios lata quo caſu noceat tertio.*
27 *Inſtrumentum tunc non admittit aliquam exceptionem rigore ſtatuti id dictantis, quando agitur inter eos inter quos confectum eſt.*
28 *Citatio partis requiritur, ad hoc ut ſententia rei iudicata authoritatem obtineat. & nu. 32.*
29 *Cauſarum merita, partium aſſertione panduntur.*
30 *Poſſeſſor etiam iniuſtus tuendus eſt in ſua poſſeſſione, donec iudici cõſliterit, an iuſtè uel iniuſtè poſsideat.*
31 *Poſſeſsione ſua nemo abſque citatione priuandus, ipſoq; non audito, etiam ſi eſſet intruſus.*
33 *Tex. in l. traditionibus. ff. de acq. rer. dom. & §. per traditionem, inſtit. de rer. diuiſ. exornantur.*
34 *Ceſsionarius conſequitur omnia iura, qua cedens habebat.*

CONSILIVM CLXXII.

SPIRITVS SANCTVS ILLVMInet intellectum meum.

QVVM in prędij cuiuſdam poſſeſ-
ſiune potiora iura Cannobioa ha-
bere, quàm ipſos Vbertates ter iá
à Summi Pont. Delegatis iudicatũ
fuerit, ſecundum Pontificiæ con-
ſtitutionis diſpoſitioné ipſis Can-
nobiis executionem petentibus, euidentis iniquita-
tis exceptio propoſita fuit. cuius quidem cognitio
quum Reuerendiſsimis Romanę Rotę Auditoribus
mandata fuiſſet, poſt diuturnas diſceptationes, ſen-
tentiarum huiuſmodi executionem decreuerunt. quo
nomine eius ipſius præceptum continentes literas,
quas exequutoriales nominát, Reuerédiſsimo Aemi
liæ Præſidi, Pręfectoq; Imolenti deſtinarunt. Quę-
ſitum eſt, num Reggianus ipſe poſſeſsioni eiuſmodi
inſiſtens, quod uariis ex cauſis idipſum facere con-
tendat, hanc ipſam executionem impedire ualeat?
Et prima quidem fronte negandum id eſſe uidetur.
1 lex enim ait† rem iudicatam pro ueritate habendam
eſſe. l. ingenuum, de ſta. homi. ubi Albe. & Bal. Butr.
Cardin. Imol. Abb. & Feli. rub. de ſenten. & re iudi.
iusq; non modicum conſtituit. l. Iulianus, de condi.
2 indeb. ubi glo. Bart. Ang. Caſt. Alex. & Iaſ. † at quid
ipſis Cannobiis ita iudicatum eſſe prodeſſet, niſi ip-
ſius iudicatę rei exequutionem obtinerent? c. cùm
aliquibus, de ſen. & re iudi. ubi glo. & Docto. Azo in
ſum. C. de exec. rei iudi. Specu. eo. tit. in exordio. me-
ritò igitur iudicatæ rei authoritatem eam eſſe inter-
pretabimur, ut eius ipſius exequutio nullo modo de-
neganda uideatur. d. l. ingenuum, de ſta. homi. l. res
3 iudicata. de reg. iur. ubi Deci. † aduerſus enim illam
ſententia lata nihil ualere ſolet. l. i. C. quando prou.
non eſt neceſſ. ubi. Sali. aduertit. principiſúe reſcri-
pto non retractatur. l. fin. C. ſen. reſc. non poſſ. l. cau-
ſas uel lites. C. de tranſac. cap. expoſita, de arbitr. ubi
4 Docto. † Quocircà, licèt aduerſus trium conformiũ
authoritatem euidentis iniquitatis exceptionem ad-
mitti, conſtituto iure receptum ſit, cle. i. de ſent. & re
iudi. ubi glo. Cardi. Butr. Anch. & Imo. nihilominus
in propoſita ſpecie quum à Reuerendiſsimis Roma-
næ Rotæ Auditoribus huiuſmodi exceptione reiecta
executio commiſſa ſit, nempè Cannobium in poſ-
ſeſsionem mittendum eſſe, cõſequens eſt, ut iudica-
tę rei authoritas ipſi Reggiano non parum officere
uideatur. l. eleganter. §. ſi quis poſt. de condit. indeb.
cap. non ſolùm, de appella. lib. vj. ubi gloſ. uer. inno-
uata. & ibi Geminia. in fin. Francus & alii. quod &
non abſimili caſu reſpõſum eſt: Rom. cõſ. cccxxxiiii.
Circa primum. col. ii. Alexan. xciiij. In cauſa & lite.
libr. ii. Feli. d. rub. Deci. d. l. res iudicata. qua ratione
5 nemini dubiũ eſſe debet, † quin iudicati executio pa
rata eſſe debeat. l. minore xxv. annis cui fideic. de mi-
nor. ubi Doc. quæ quum huiuſmodi ſint, ipſiſúe Can-
nobio aduerſus Vbertates maximè proſint, cur ergo
Reggianus hanc ipſam executionem impedire poſ-
ſe, ſibi ipſi perſuadeat? quum id Vbertatibus ipſis à
quibus is cauſam habet non licere concluſum ſit. ar-
gum. l. nemo plus iuris. de reg. iur. ubi Deci. cap. ne-
6 mo dat, eo. tit. in vi. ubi. Dyn. † nam & qui nihil ha-
bet, nihil quidem dare poſſe, relatum eſt. c. Dauber-
tum. i. q. vii. eatenus enim poſſeſsionem quia tráſfert
quatenus apud illum iuris exiſtit. l. traditio, de acqu.
rer. domi. meritò igitur in propoſita ſpecie nemo fa-
cilè inueniri queat, ut quum executionis huius dif-
ferendæ ullo úe pacto impediendę facultatem Vber-
tates non habebant, in Reggianum tráſferre potuiſ-
ſe putet. l. ii. de pœn. l. ſi filius. C. de donat. l. i. C. qui
pro ſua iuriſdic. l. obſeruare, de offic. proconſ. ubi
Bartol. circa fin. l. ſi uniuerſæ. C. de leg. ubi Bal.

Hinc debitorem ipſum, quod prius alienauerat, iu
re hypothecæ obligare nequiuiſſe, reſponſum eſt.
l. ſi is qui. §. quod dicitur. de pigno. Bal. cõſ. ccccclxvi.
7 in v. † & quis abneget illi ipſi, qui ex alterius cõtra-
ctu nititur, authoris eius conditionibus utendum eſ-
ſe? l. Caius, de manumiſſ. l. ſin autem. de pact. l. Pom-
ponius. §. cùm quis. de acqu. poſſ. Nam & debitorem
meum in eius ipſius creditores plus quàm ipſe iu-
ris haberet, transferre nequiuiſſe, Iaſ. ex facto con-
ſultus reſpondit conſi. iii. in iiii. Cannobius igitur
qui Vbertates ipſos uicit, multò magis Reggianum
repellere poſſe cenſendus eſt. l. de acceſsionibus. ubi
glo. de diuer. & temp. pręſc. l. ſiue autem. §. duobus, de
publi. ubi glo. ſuper uer. petentis, & ibi Albe. Corn.
conſ. lxxxii. in iiii. litera E.

Accedit, quòd licèt iuris tùm Pontificii tùm Cęſa
8 rei regulis cautum ſit, † ab ipſa ſententia, quę inter
alios dicta ſit, appellari nõ poſſe. l. à ſententia, de ap-
pell. ubi glo. ſuper uerb. pręiudicium. & Bart. Alber.
Ang. & Imo. id tamen non procedere conſtat, quum
iuſta aliqua appellandi cauſa ſubſit, ueluti quum co-
hęres damnatus acquieuit, alter nanque appellat. l.
ſi ſuſpecta, in prin. de inoff. teſtam. ubi Bar. Bal. An-
9 ge. Caſtr. & alii. † ſic & hęrede condemnato legata-
riis appellãdi ius eſſe nõ ambigitur. l. ſi quis in prin.
10 de peti. hæred. ubi Bar. & Bald. † uenditore quoque
ac emptore quieſcentibus eius ipſius qui uendidit,
fideiuſſorem appellare reſponſum eſt. d. l. à ſententia
ubi Imol. in tertio notab.

Hinc quoque lex ait, patre dotem repetente, filiá
ipſam cuius interſit, excipere poſſe. l. Titia. ſol. matr.

11 ubi Bar.Bald.Ang.Caſtr.Alexan.& Iaſ.† Quocircà
apud omnes exploratiſsimi iuris eſſe cẽſetur, quem-
libet, etſi in iudicium uocatus non ſit, ſi tamẽ ſua in-
terſit, adeſſe poſſe, iuraq́; ſua tueri.l.ita tamẽ.§. quo-
ties.ad S.C.Treb.& l.pen.de peti.hęred.& l.ſi ſuſpe-
cta.& d.l.à ſententia.ubi Docto.& d.l.pro luſorio. &
l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ubi glo.Bar.Albe.An-
ge.Caſtr.Alex,& Iaſ.de re iudi.Bal.l.conſentaneum
C.quom.& quan.iud.verſi. Quæro nunquid ad im-
pediendam. Reggianus igitur ſi ſua quidquàm inte-
reſſe putabat aduerſus ipſos Vbertates iudicari, ap-
pellare debebat.c.ueniens,il ii.de teſtib.ubi glo.In-
noc.Ioan.And.Bald.Cardi.Butr.Ancha.Imo.Abb.
& Feli.in glo.i.nu.v.uerſi. prima concluſio, poteſt
tertius. Butr.cap.ut debitus,in prin.de appella.& c.
Paternitatia,col.pen.de ſen.& re iudi.Butr.& Imo.
cap.ſuper eo,de offi.deleg.ubi Deci.ult.nota. Quod
& ab aliquibus reſponſum extat. Corne.conſi.ccxi.
in primo.

12 Amplius † aliud quoque ſingulari iure conceſſum
fuerat.licèt enim nemini tertio appellare licere tra-
ditum ſit, toto tit.C.ne li.tert.prou.ubi Azo in ſum.
& ibi Alber.Bal.Sali.& Ange.qua ratione litigantiũ
calumniis ſummus ipſe decreuit Pont.clem.i.de ſen.
& re iudi.executionem ſiue nulla exceptione propoſi-
ta denegandam eſſe.Cardi.But.Ancha.& Imo.in d.
clem.j.ne alioquin infinitatem à iuris noſtri ratione
prorſus alienam induceremus.l.properandum. C. de
ſent.quæ pro eo intereſt.profer.cap.licèt,il ii.de te-
ſti.id tamen ipſius tertii contemplatione non pro-
cedere clariſsimè conſtat.ęquum enim eſt,ut etiam
à tertia is ſententia appellet,à qua quidem lędi poſ-
ſet.Bar.Bal.& Imo.d.l.à ſententia.Cardi.d.clem.i.
quæſtio.iii.Innoc.Ioan.And.Cardi.Butr.Ancha.
Abb.& Feli.d.c.ueniens,nu.xvii. Quamobrem,
quum Reggianus ipſe negligens fuerit, ſeſeq́; inter
eſcitantes opprimi paſſus fuerit,ſibi ipſi adſcribat,ſi
in apertum laqueum incidit.c.damnum quod quis.
de reg.iur.in vi.ubi Dyn.Vigilantibus enim iura ip-
ſa,non deſidibus ſubueniunt.l.pupillus. quę in frau.
credi.Cur enim poſteaquàm appellare noluit, liti
ſaltem adſiſtere non curauit? quandiù enim illa du-
rauit, Vbertatibus adhærere poterat,& in cauſa iam
ſua iura allegare.Bar.& Alex.d.l.à ſententia.§.idem
reſcripſit.glo.cap.ut circà.de elect.in vj.& cap.ſi hę
contra quos.ut lit.pend.ſuper uer.in eo ſtatu.Abb.
poſt ueteres d.cap.cùm ſuper.col.antepe.ubi Feli.
col.iii.uerſ.etiam ſi principalis. & d.cap.ueniẽs.nu.
vi.uerſ.quinta concluſio. appellationem'ue ab ipſis
Vbertatibus interpoſitam proſequendi quoque fa-
cultatem habebat.d.l.à ſententia.ubi Doc.d.l.ſi pro-
luſorio.ubi Bar.Albe.& Ange.Innoc.& Ioan. And.
d.cap.cùm ſuper.Feli.d.cap.ueniens.uerſ.quinta cõ-
13 cluſio.† Quę uniuerſa quum Reggianus ipſe potuiſ-
ſet,negligenter'ue omiſerit,licèt nunc executionem
impedire contendat,ſera tamen (ut ferunt) in fundo
parſimonia eſſe uidetur.quod ex facto conſulti uete-
res non pauci reſponderunt.Oldra.conſi.cclv.de re
iudi.nu.v.Calde.in eod.tit.de re iudi.incip. An in
cauſa beneficiali.Ancha.lxxxvij.Omiſſo primo du-
bio,in prin.eam enim huiuſmodi caſu ſcientiæ uir-
tutem eſſe receptum eſt,ut inter alios iudicatum id-
circò ſoleat obeſſe.l.ſæpè,de re iudi uerſ. ſcientibus.
ubi Alexan.poſt ueteres.d.c.pen.de re iudi. ubi om-
nes.Ioan.And.d.cap.cùm ſuper, in gloſſ.magna.in
uerb.ſi conſtiterit.verſi.per hanc autem, ſibi igitur
imputet,qui quinquennium integrum ſilentio præ-
teriuit.d.cap.damnum.Calder.d.conſi.ix.Ancha.d.
conſil.lxxxvii.

Illud quoque non omittam, Reggianum omni-
14 nò repellendum eſſe uideri: † quoniam licèt quem-
libet cuius interſit executionem impedire poſſe re-
ceptum ſit.d.cap.ueniens.d.cap.cùm ſuper.ubi Do-
cto.d.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.illud tamen in re
uacante procedere receptius eſt.arg.l.is à quo, cùm
l.ſeq.de rei uendi.& d.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus
ſecus autem ſi res ipſa poſsideatur.Innocen. Cardi.
Anch.Abb.& Feli.d.cap.ueniens,nu.ix.uerſ.decla-
ſa quintò. Bar. & Bal.d.l.pen.de peti.hære.quapro-
pter,quum in propoſito caſu Reggianus huiuſmodi
prædium inſiſtat,non eſt,ut executionem impedire
poſſe uideatur.d.l.is à quo.d.l.pen.Bar.d.l.ita tamẽ
§.quoties.Ancha.d.cap.cùm ſuper.iij.oppoſ. quod
abſque dubiò fatendum eſt, Cannobio ipſo ſatiſda-
tionem præſtante, tunc enim nulla prorſus ratione
Reggianum executionem huiuſmodi impedire poſ-
ſe,cenſendum uidetur. ipſe enim nunquam adhuc
egiſſe probatur,meritò nihil quidquàm, quod illius
interſit,prætendere poſſe uidetur.d.l.penul.de peti.
hæred.& d.l.ita tamen.§.quoties.ubi Bart.& Feli.d.
cap.ueniens.nu.ix.

Poſtremò inde quoque Reggianum executionem
huiuſmodi prohibere non poſſe probari uidetur, quòd
pendente inter ipſos Cannobios atque Vbertates li-
te,iudicio'ue fortaſſe accepto,huiuſmodi prędij poſ-
15 ſeſsionem apprehenderit,† unde litigioſam eſſe fa-
tendum eſt.auth.litigioſa.C.de litigio.quare & om-
ni prorſus cõmercio carere debuit.toto titu.de litig.
ff.& C.ubi Azo.in ſumma,Bar.Bal.Albe.Sal.& Ang.
d.auth.litigioſa.& l.fin.C.eo.huiuſmodi enim uitio
affecta nullo alienationis generi ſubiacent.cap.i.de
confir.uti.uel inuti.ubi Doct.glo.cap.Sanctæ Marię
ut lite pend. Bartholomęus Veronenſis quem Cæ-
16 pollam nominant,cautel.cxc.† Nec dubium id cui-
quam eſſe poteſt quin hodie litigioſi uitium citatio-
ne quamprimùm tranſmiſſa contrahi conſtitutum
ſit.l.ii.de litigio.ubi Bar.d.auth.litigioſa.ubi Doct.
Et ſi diceres ipſius litigioſi uitium ita demum con-
trahi, quum de ipſo dominio agitur.d.auth.litigio-
ſa,non autem quum ſuper ipſa poſſeſsione conten-
ditur.gloſſ.d.cap.i.de confir.uti.uel inuti.Ita enim
ait,rem ipſam litigioſam effici, quum de dominio
eius diſcutitur.d.auth.litigioſa.C.de litigio.Abb.d.
c.i.col.ii.Reſpondeo enim non proprietatem ſolùm
pendente lite alienatam,rem ipſam litigioſam effi-
cere dominii ipſius contemplatione, uerùm etiam
poſſeſsionis ipſius.l.ii.C.de litigio.ubi Ang.Butr &
17 Abb.d.c.j.Ange.in authen.de litigio.col.ii.† qua-
propter conſequens eſt,ut ſi ſciens Reggianus præ-
dium hoc,de cuius recuperanda poſſeſsione agitur,
emit, pretium amittit,atque fiſco pœnas luat.d.
l.fin.C.eod.ubi omnes.& in d.authen.de litigio.in
princ.ubi Ang.col.iij.uerſ.eſt enim effectus.

Fortius quoque huiuſmodi ratione cenſendum

quoque uidetur, ut ſententiæ aduerſus ipſos Vbertates latæ cõtra eum, licèt poſſeſſorem, exequi poſſent,
quod nonnulli cenſuerunt. Cyn. l. j. C. de alie. iudi.
mut. cau. fac. q. viii. Rurſus illud quoque non omittam iurium ab ipſa Thisbe pendente lite factam ceſ-
ſionem ipſi Reggiano parum prodeſſe. d. l. ii. Ange.
d. auth. de litigio. Abb. d. cap. j. cur enim ipſius hypothecæ ceſſio permiſſa ſit, quum ipſa quidem cita-
tione tranſmiſſa rei ipſius commercium prorſus in-
terdictum eſſe cenſeatur? l. ii. §. aliena. quæ res pign.
obl. poſſ. Angel. d. auth. de litigio. colum. iij. num. vj.
18 † traditum enim in uniuerſum apud nos eſt, penden-
te lite nil prorſus innouandum eſſe. tot. titu. ut lite
penden. ubi Hoſtien. in ſumm. Docto. rub. eod. titu.
alioquin ipſa citatione omiſſa quibuſdamúe aliis
neceſſariis iudiciorum præambulis inſtitutis, non
ſolùm accepto ipſo iudicio innouata uniuerſa uelu-
ti irrita quidem & inania reuocantur. clem. ii. ut lite
pend. ubi Cardi. Anch. & Imo. nu. iii. quare & quic-
quid inde ſecutum fuit, nullius momenti eſſe cenſe-
tur, quemadmodum & pendente quoque appellatio-
19 ne. † ſed attentata etiã aduerſus tertium reuocari ſo-
lere traditum eſt c. bene, de appell. ubi Innoc. Card.
But. Abb. & Deci. nu. vi. Oldra. conſi. cxcix. Card. x.
In themate præmiſſo. quę quum eiuſmodi ſint, exe-
cutionem in propoſito caſu aduerſus ipſos Vbertates ad ipſius prædij poſſeſſionem decretam contra
Reggianum quoque conſummandam reſponden-
dum eſſe uidetur. idq́; potiſſimùm, quum Cannobii
ipſi indubitatam executori fidem fecerint, Reggianũ
ipſum à cœpta lite ſeſe poſſeſſioni intruſiſſe. Aegid.
Bellam. deciſ. dccix. & dccx. & dccxj. Feli. d. cap. cùm
20 ſuper. nu. xvij. huiuſmodi nanque ſpecie, † rem inter
alios actã ipſi intruſo nocere receptius eſſe uidetur.
Rot. deci. ccccixxviij. in nouis. Firmia. reper. in uer.
21 res inter alios acta. † meritò igitur & ſententiæ ad-
uerſus Vbertates ipſos latæ contra Reggianum, qui
lite pendente poſſidere cępit, exequendæ uidentur.
Cyn. d. l. i. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. q. viij. Caſtr. l.
certa. C. ut in poſſ. lega. deciſ. conſi. Nepoli. cccxcix.
nume. ix.

Cæterùm in propoſita ſpecie ne hæc uera nõ ſint
non parum ambigo, quinimmo oppoſitum uerius
eſſe reſpondendum cenſeo; nempè ſententias huiuſ-
modi aduerſus Vbertates latas ipſi Reggiano diuer-
ſis rationibus poſſeſſionem ipſam inſiſtenti nullo
modo officere: quippè qui ad huiuſmodi iudicia uo-
catus nõ ſit, ſententiarumúe huiuſmodi argumentũ
ei intimatum non fuerit: ut meritò executionem ip-
22 ſam impedire poſſit. Imprimis enim † quum quæ-
ritur, an iudicatæ rei exceptio competat, plura qui-
dem inſpicienda eſſe relatum eſt. corpus an idem ſit,
eadem iuris ut ſubſit, non alia petendi ratio. l. cùm
quęritur, cum duabus ſequen. de excep. rei iud. At in
propoſito negocio, licèt Vbertates ipſa remoueat
exceptio, Reggianum quoque emptorem fortius
excludat. l. ſi mater. §. idem Iulianus. & l. ſi à te. §. Iu-
lianus. eod. tit. de excep. rei iudic. attamen quum alio
iure quàm quòd ab huiuſmodi authoribus habue-
rit, & ipſe Reggianus prędiũ hoc inſiſtat, cur execu-
tio aduerſus eum conſummetur? quum ius diuerſum
ſit aliaúe perſonarum conditio? d. l. & an eadem, ubi
Caſtr. l. ſi quis cùm totum. §. & ancillam. & §. & ge-
neraliter. & d. l. ſi mater. §. eandẽ. & §. ſi quis iter, ubi
glo. & Docto. & glo. d. l. & an eadem, ſuper uer. per-
ſonas. unde huius ipſius iudicatæ rei authoritas Cã-
nobiis parum prodeſſe debet, ut Reggianum nõ uo-
catum, neceſſe ad ſuarum iurium allegationes nuquã
monitum, alio quidem iure quàm in eum Vberta-
tes tranſtulerint, prędij huius poſſeſſionem inſiſten-
tem excludere poſſe credant. d. l. cùm quęritur, ubi
Iacobus ab Are. Dyn. Old. Albe. Ange. & Caſtr. do-
cuerunt. quid enim diuerſarum perſonarum condi-
tiones commune habeãt? d. §. & an eadem. d. §. & ge-
neraliter. & d. l. ſi mater. §. eandẽ. & §. ſi quis iter. ubi
glo. & Docto. & glo. d. l. & an eadem, ſuper uer. per-
ſonas, meritò igitur ex illis recta illatio non ſubſe-
quitur. l. Papinianus exuli, de mino. l. naturaliter. §.
nihil commune, de acq. poſſ.

Illud præterea ſecundum iuris noſtri regulas cõ-
ſtitutum eſt; res inter alios actas aliis non præiudi-
care. l. ſæpe. de re iudi. ubi Bar. Albe. Ange. Caſtr. &
Alex. unde ante omnia aduertendum eſſe cauetur, ne
conuẽtio in alia re facta aut cum alia perſona in alia
re alijúe perſonę noceat. l. ſi unus. §. ante omnia. ubi
23 glo. uer. noceat. & Doct. de pact. † Hinc & ijs ipſis,
qui non adfuerunt diuiſionem non nocere, reſcriptũ
24 eſt. l. cohæredibus. C. fam. erciſ. † iuramentumúe in-
ter quoſdam prę̃ſtitum aliis non obeſſe. l. iii. §. ſed an
inſ. de iureiur. acta quoque in uno iudicio exhibita
in aliis probare non ſolere, receptius eſt. Barto. l. ad-
monendi, de iureiuran. ubi Seueri. in repet. nu. lxxxi.
iure igitur optimo ſententia inter Cannobios atque
ipſos Vbertates latæ, Reggiano nocere non debent
d. l. ſæpe. toto titu. C. quib. res iud. non noc. ubi Azo.
& idem in ſum. C. de exec. rei iudi. in humanis enim
negociis conficiendis ea eſt contractuum conditio,
ut cõſentientibus proſint uel noceant. d. l. ſi unus. §.
ante omnia, ubi Doct. d. tit. C. res inter alios acta. c.
ſæpe, de ſen. & re iudi. ubi Innoc. Butr. & Feli. & In-
no. c. auditis, de reſcript. Quod autem uulgò circun-
ferri ſolitum eſt, iudicatæ rei eam eſſe authoritatem,
ut pro ueritate habeatur. d. l. ingenuum, de ſtatu ho-
mi. d. l. res iudicata. de regu. iur. procedit quidem in-
ter quos lata fuit. d. l. ſæpe. d. cap. pen. d. l. i. C. quan.
prouoc. non eſt neceſ. quocircà aduerſus Reggianũ,
qui nullo pacto ad iudicium hoc uocatus fuit, earum
executio conſummanda non eſt. Azo in ſumm. C. de
execu. rei iudic. Pau. & Zenze. clem. j. de ſenten. & re
iudi. Rota deciſ. ccccxlj. in antiquis. Vtrum latis. ci-
tandus enim is ſaltem generalibus quibuſdam edictis
fuerat. d. l. de unoquoque, de re iudi. ubi gloſ. Bart. &
Caſtr. & Alex. quod quum omiſſum ſit, cur illi obeſ-
ſe ualeat? Doct. d. cap. pen. conſulti'ue ex facto plu-
res reſponderunt. Signorel. de Homode. conſil. c. nu.
xii. & Deci. dlxiiij. nu. viij.

Pręſertim, quum Reggianus ipſe iuſto titulo ac
25 bona fide prędium iſtud inſiſtat: † unde conſequẽs
eſt, ut earum ſententiarum executio aduerſus illum
conſummanda non ſit, quarum argumentum ei ipſi
intimatum non fuit. d. l. ſæpe, de re iudi. uerſ. ſcienti-
bus. ubi Docto. Signo. de Homod. d. conſi. c. Deci. d.
conſi. dlxiiii. nume. viii. Curti. iun. xxiii. in j. nu. viij.
Pariſ. xcvi. in tertio, nume. xxxv. quod & in conſilio
Neapo-

Neapolitano quandoque deciſum extat. deciſ. ccc-xcvj. nume. vj.

26 Nam † & ſententia quidem inter alios lata quibuſdam caſibus ſingulari iure oitentibus ius conſtituere traditum eſt. d. l. ſępe. ubi Alex. d. cap. fin. ubi Cano. Alb. & Bald. d. l. ingenuum. Laofr. ab Oriano trac. de interl. & appells. Damaſus in Brocard. nu. xxv. inter quos quum propoſita ſpecies non conuenereiur, conſequens eſt, uniuerſali diſpoſitioni locum eſſe. l. cùm prætor, de iudi. Alex. conſil. lxxxiiij. nu. iii. io tertio. nam & quum de publici ærarij commodo agatur, ſententia quidem inter alios acta, tertio quoque non citato obeſt. l. i. C. ubi cauſ. fiſca. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſ. Bar. l. filiusfa. §. Diui, de uerb. oblig. col. ii. & q. incip. Statuto ciuitatis Peruſinę. But. d. cap. quamuis. Alex. d. conſi. lxxxiiij. nu. iii. quamobrem in propoſito caſu quum Reggianus ipſe ſaltem ſi ſua intereſſe putabat, citatus non fuerit, Cyn. l. j. C. de alien. iudi. Innoc. d. cap. cùm ſuper. non eſt dicendum huius ipſius pręcepti uigore executionem ullo modo aduerſus eum conſummandam eſſe. Bar. d. l. filiusfami. §. Diui, Archidia. lxxxi. diſtinc. c. tantis. But. d. cap. pen. num. iiij. uerſi. expedita. uiget enim ratio illa quòd geſta ad authores duntaxat reſtringantur, ſiue de pœnis irrogandis agamus, ſiue de meritis conferendis. cap. quæſiuit, de his quæ fi. à prę l. l. ſancimus C. de pœnis. Archid. cap. fœlicis, de pœnis in vj nu. xx. Butr. d. cap. pen. io prin. quocircà ab ipſa regula recedendum non ſit, ueluti, quum municipali iure cautum proponitur, aduerſus inſtru-

27 mentum nullā † admitti exceptionē, enimuerò inter quos confectum eſt obſeruabitur. Bald. l. i. C. cōmu. de leg. Ang. l. ſi debitori. C. ſi aduerſ. credi. Imo. l. fin. à quib. app. non lic. Alex. d. conſi. lxxxiiii.

28 Accedit † pręterea quòd Diuorum fratrū ad Domitium epiſtola reſcriptum extat; id quod abſente poſſeſſore pronunciatum eſt, iudicatæ rei authoritatem nullam habere. d. l. ſi prolùſorio. §. quoties, de appellatio. ubi Bar. Ang. & Caſtr. nam & alibi aduerſus teſtamentum ſententia ipſa lata ita demum ius conſtituit, ſi ipſa hęrede pręſente, cauſam'ue agente, lata fuerit. l. qui repudiantis. §. fin. de inoffic. teſta. ubi Docto. Reggianus igitur nullo pacto indefenſus & abſque cauſæ cognitione poſſeſsione ſua priuandus eſt. Nam & Archadij conſtitutione reſcriptum eſt, poſſeſsionis ſtatū eo qui rem tenet abſente, nec imperiali reſponſo nec cognitoris interlocutione iuuari poſſe. l. fi. C. ſi per uim uel alio mod. l. ſi deſerts. C. ſi ob pub. penſi. Doc. l. quod miles. §. i. quib. ex cauſ. maio. cur enim inſciēs idcircoúe indefenſus iura ſua perdat? c. cùm contingat de reſcrip. ubi gloſ. in uer.

29 nihil. & c. in literis. de ininteg. reſt. † cauſarum enim merita partium ipſarum aſſertione panduntur. d. l. fi. ubi Bar. Bal. Albe. Ange. Sali. & Alex. poſt alios in d. l. ſępe, uerſ. ſcientibus.

30 Quin † & Pontificii iuris regulis traditū eſt, quemlibet poſſeſſorem etiam iniuſtum in eius ipſius detentione tuendum eſſe quouſq; iudici iuſtè an iniuſtè poſsideat, conſtiterit. c. licèt, il ii. de pręben. in vj. ubi glo. uer. Te non uocato. & ibi Io. And. Archi. Domi. de Sancto Gemi. Ancha. ii. notab. & Franc. c. ii. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ubi Doct. & cap. in literis, de reſtit. ſpoliato. debuit igitur Reggianus citari, qui poſſeſsioni huiuſmodi inſiſtit, Cannobij uerò ipſi fidem iudici facere debēt, cur aduerſus huiuſmodi poſſeſſorem executio ipſa non ſit facienda. l. fin. C. de rei uendi. ubi Doct. l. meminerint. C. unde ui, ubi Bar. & Bal. fieri enim poteſt, ut ipſe potiora iura habeat, quod inferius conſtabit, meritò id iudex circunſpectus perpendere debet. c. ueſtra, de coha. cler. & mulie. ubi Doct. Anch. d. c. licèt. iiij. nota. quod & Bald. ex facto conſultus ipſe reſpondit. conſ. xxxv. in quar. par. alioquin, ſi iudex poſſeſsioni inſiſtentem abſque ipſius cauſæ cognitione repelleret, abſque dubio plurimùm aberraret. d. cap. licèt, ubi Archidia. Rota deciſ. cxl. in antiq. & per conſequens huiuſmodi poſſeſsio abſque iudiciorum ordine in aliquem tranſlata, de facto quoq; nullis ſolemnibus obſeruatis reuocanda eſſet. glo. l. minor §. i. de euict. ubi Doc. nam cur diſsimilis ac alia ſolemnitas in deſtruendo requiratur, quàm in conſtruendo adhiberi ſoleat. l. generaliter. C. de non num. pecu. ubi Bal. nihil tàm naturale de reg. iur. ubi Deci. quod & Franc. docuit. d. cap. licèt. iii. notab. & ibidem Gemi. v.

31 nota. Quinimmo † & intruſum uocandum eſſe Rota reſpōdit, nec à poſſeſsione depellendū abſque cauſæ cognitione, conſi. cxxviij. quantùm ad iudicium. nu. ii. & iii. in v. uolum. lex enim adeò abhorret ut quis abſq; defenſionis facultate obruatur, ut reſpōſum ſit nec iniuſtū iudicis decretū excuſare à pœna legis meminerint, C. unde ui Ancha. conſi. cxcii. Vnde.

Quæ quum ita ſint; nemini ambigendum eſt, ſententias huiuſmodi aduerſus Vbertates latas, contra Reggianum ipſum non eſſe exequendas. Rota deciſ. cccclxxxii. Aegid. Bella. dccxiii. Felin. d. cap. cùm ſuper, nume. xvii. uerſ. item ſcias. is enim non adfuit neque ſententiarum argumentum ei ipſi intimatum fuit, meritò pręiudicium aliquod ab illis ei inferri non debet. d. l. ſæpe. d. c. pen. d. deciſ. conſilij Neapoli. nu. cccxcvi. † ignorans enim quiſpiam minimeq;

32 admonitus iuribus ſuis priuari non debet. glo. d. l. de unoquoque. Innocen. cap. quia, de iudi. Ang. l. i. C. ſi unus ex pluribus. Doct. d. c. licèt. Signor. de Homode. d. conſi. c. nu. xii. Curti. iunior xxiii. nu. vj. Deci. dlxiiij. ſed noua litis inchoatio requiritur tùm propter perſonæ ipſius mutationem, d. l. cùm quæreretur, tùm & propter iuris diuerſitatem. d. l. & an eadem. ubi Docto. Aegid. deciſ. dccix. cum duabus ſequen. & Rota. deciſ. cccclxxviij. cum duabus ſeq. Feli. d. c. cùm ſuper. d. uerſ. item ſcias. Firmianus in ſuo reperto. in uer. Executio ſententię contra tertium nu. vij. & nu. xiiij.

Quòd autem potiora iura prædium huiuſmodi inſiſtendi Reggianus ipſe quàm Cannobij habeat inde facillimè cōſtat, quòd in ea parte, quam Vbertates Varnorum nomine poſsidebant, nihil omninò iuris Canobii ipſi habent, ſiue id proprietatis ipſius reſpectu conſideremus ſiue poſſeſsionis. quo enim pacto tradēdo dominium, quod ſibi ipſis Varni uſq; ad integram ſatisfactionem reſeruarunt, in ipſos Canobios magiſter Iacobus transferre potuit? & uendit, inſti. de re. diui. ubi Fab. & Ang. l. quod uēdidi, de cont. empt. cum ſeq. ubi Barto. & Caſtren.

33 † quod enim lex ait, traditionibus ipſa dominia trāſferri.

ferri d.l. traditionibus.§. per traditionem. inſti. de re. diuiſ.locum quidem habet quum tradens ipſe dominus eſt,alioquin quemquam quod non habet,dare non poſſe, cenſendum eſt.d.l. nemo plus iuris. de reg.iur.cap. Daibertum.i.q.vii. ubi gloſ.multò minus id quaſi traditione fieri potuiſſe dicendum eſt, quæ conſtituti pacto inducitur.d.l.quod meo.de acquir.poſſ. Docto.l. ab emptione , de pact. Nam expreſſum multò plus quàm tacitum operari debet.l. fin.C.de pact. conu. Bald.auth. multò magis.C.de ſacroſ.eccle.l.i.§. accedat. C. de rei uxo.actio.ſuper uer.multò magis.

Rurſus quod ad poſſeſsionem attinet,potiora quoque iura Reggianum habere, ambigendum non eſt: quum enim ciuilis poſſeſsio à Vainis retineretur, quorum nomine magiſter ipſe Iacobus naturaliter poſsidebat.d.l. quod meo, ubi Doct. unde interim ſemetipſum quoque Cannobiorum nomine poſsidere conſtituens , nihil egit : eùm id quod non habebat , ille transferre non potuit , Ange.l. quiſquis. C. de dona. Bald. Ange.l.ii. C. de reti.poſſ.meritò igitur Reggianus qui in Vainorum ius ſucceſsit, Cánobios prorſus excludere debet. argumento.l. de acceſsionibus . de præſcrip.

3 Ceſſerunt † enim omnia eorum iura Reggiano, meritò quod iuris ipſi habebant, Reggianus eſt conſecutus.l.ſi ager, in fi. de rei uendi.ubi Bart. Dyn.c. pro poſſeſſore,de reg.iur.in vi. Cauſa enim liberationis huiuſmodi pignoris & hypothecæ, itemque ceſsionis iuſta fuit,quòd ſer Paulus noningentas libras Vainis ipſis numerauit , ut ius pignoris , quod in ipſo prædio habebant, is conſequeretur.l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. C. manda. ubi Alber. Bal. Sali.& Ang. Bar.l.in cauſæ.§.ex parte.ad fi.de procur. Illud enim uulgare eſt , ut in ius alterius ſuccedens eodem iure utatur, quod is , cui ſucceſsit habebat. Specu.tit.de teſta.§.i. uerſ. ſed pone & §.i. de poſitio.uerſi.& nota.& tit.de feud.uerſi.xxiiij.& ſeq.

Quantùm uerò ad ipſius prædij reſiduum ſpectat, nemini dubium eſſe poteſt , quin & non ſolùm quod ad proprietatis , uerùm etiam poſſeſsionis ius ipſis Cannobijs Reggianus ipſe ſit præferendus. dominij enim ius ad Do. Aguetem pro certa ſumma nempè librarum 250. & ad Do. Thisbem pro mille libris pertinet . Magiſter enim Iacobus unà & filius huiuſmodi dotes recipiendo , omnia eorum bona, non ſolùm præſentia , uerùm etiam futura ſuppoſuerunt : unde & ius dominij ad eas ipſas pro portione pertinet.l.fina. C.quæ res pign. oblig.poſſ. Neguſ. tract. pigno.ii. par. princ. Rurſus & reſpectu ciuilis poſſeſsionis ipſæ quoque poſsidere cenſentur , quum earum nomine ſeſe Magiſter ipſe Iacobus poſsidere conſtituiſſet . d. l. quod meo . ubi Bart. Ange. Caſtr. Alex. & Iaſ. Docto.d.l.ii. C. de reti. poſſ. quod quum ita ſit , cur idem iuris Reggiano quoque conceſſum non exiſtimetur , qui in eorum ius ſucceſsit ? in Spec. tit. de poſi. & de feud. nu.xxiiij. & xxv. Imolæ.

Iacobus Philip. Portius Imolenſ.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Mandatum procuratorium prius factum, reuocari cenſetur per conſtitutionem ſecundi procuratoris.*
2 *Poſteriora derogant prioribus.*
3 *Proteſtatio in ſecundo mandato facta ius proteſtantis reſeruat .*
4 *Attentata, quòd ſint ante omnia reuocanda , quomodo intelligendum .*

CONSILIVM CLXXIII.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

1 POSTARIORIS † procuratoris conſtitutione mandatum prius factum reuocatum cenſeri, non ambigitur. l. ſi quis cùm procuratorio.§.fin. ubi Bart. Albe. Ange. & Caſtr.de procu.c. non iniuſtè,extrà.eod.ubi But. Card. & Abb.quod & in uniuerſo iu-
2 re noſtro pluſquá manifeſtum eſt, † nempè poſteriore actu præcedentem reuocari. Fede.Senen.conſi.x. ſiue ſimus in pactis.l.pacta nouiſsima.C.de pact.ubi Doct.ſiue in legibus, reſcriptis , iuramentis, aliiſúe huiuſmodi diſpoſitionibus interpretãdis.l. ſed & poſteriores,de legi.§.poſteriore. inſti.quib. mod.teſta. infir. Iaſ.Deci.& Aleia.d.l.pacta. meritò quum mandato ipſi ſer Ludouico poſtmodùm facto ipſius Do. Hãnibalis prioris procuratoris ſit reuocata facultas, Card.cle.i.quæſtio.vi.de renun. Arch.q.vi.c. ſi quia ex pluribus . conſtat ſententiæ pro ſacrificulo latæ uirtutem non fuiſſe ſuſpenſam. Doct. d.c.nonne.& c.ſi duo,de procu.in vi.ubi Gemi. & Franc.

3 Nec urget ſi diceres † proteſtationem in ſecundo mandato factam proteſtantis ius reſeruare.l.non ſolùm.§.morte.de nou.op.nunc. ubi Bar.cap.cùm M. Ferrarienſis, de conſti.reſpondeo, id uerùm, quum in ea ipſis exprimitur , nullam aliorum procuratorum reuocationem fieri.quod Albe.Ang.& Caſt.docuerunt.d.l.ſi quis.§.eum qui . At in propoſito caſu conſtituens ipſe apertè declarat ſeſe procuratores alios reuocare , licèt nunc demum ſer Ludouicũ ea lege conficiat, ut non intelligat alia mandata ei facta reuocare : quamobrem unum includendo , omnes alios prorſus excludit.l. eùm prætor. de iudi.

4 Rurſus non urget, † quòd attentata ipſa ſint ante omnia reuocanda,c.non ſolùm,de appel.in vi. reſpõdeo enim illam ipſam conſtitutionem , ita demum obſeruandam eſſe, quum appellans iuſtam appellationem per eum, qui ad appellandum mandatum habebat, impoſitam eſſe oſtendit. quod Domi.de Sancto Gemi.ibi ij. notab.docuit, & Frácus & alij.unde quum id fieri non poſsit , appellatione ipſa per non habentem mãdatum interpoſita , ſatis apparet quid iuſto iudici diiudicandum ſit . Imolæ.

Portius Imolenſis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Interdicti uti poſſidetis materia, & quæ in eo deducenda probandaque ſint . & nu.ſeq.*

2 *Poſſeſſorem in poſſeſſione tueri, æquum eſt, qualiſcunque ſit poſſeſſor.*
3 *Poſſeßionem antiquiorem qui probat, ille obtinere debet in interdicto uti poßidetis.*
4 *Poſſeßio interrumpitur.*
5 *Teſtis pauperis & debitoris leue eſt teſtimonium.*
6 *Debitor quaſi ſeruus creditoris eſt, ideoque non idoneus teſtis.*
7 *Actor non poteſt mutare libellum, & de poſſeſſorio ad petitorium tranſire.*
8 *Actor poſt litis conteſtationem, non poteſt libellum mutare.*

CONSILIVM CLXXIIII.

INDIVIDVAE TRINITATIS præſidio inuocato.

NON eſt dubium, æquiſsime prætor, in præſenti negocio, † uti poſ-
1 ſidetis interdictum ab ipſo Mantuani procuratore intentatum fuiſ-
ſe, quod clarè ex ipſo libello conſtat. Narratur enim in ipſo Man-
tuanum in pratorum poſſeſsione uexari. Rurſus inſtatur, ut ab ipſis moleſtationibus Matius reus ceſ-
ſet, necnon ipſum in omni eo condemnari, quod Mantuanum intereſſet in illius poſſeſsione turbatum
fuiſſe. l. i. §. interdictum. ubi Bart. uerſ. ult. quæro. uti
2 poſsid. & l. i. C. eod. ubi Bar. col. pen. † Aequum enim fuit, Mantuanum ipſum qualiſcunque poſſeſſor fuerit, in eius poſſeſsione tuendum eſſe. d. §. hoc interdictum. l. ii. eo. tit. uti poſsid. quod & quandoque reſponſum eſt. Alex. conſi. cxxxvi. In cauſa & lite. col. iii. in ſecundo. & conſi. lxxxviii. Quoniam, in v.
3 Prætereà, † & in huiuſmodi interdicto ſciendum eſt, illum ipſum obtinere, cuius poſſeſsio antiquior probetur. l. ſi duo, in prin. uti poſsi. ubi Bar. in prin. & in d. l. i. C. eod. Bald. l. ordinarij. col. iii. uerſi. ſed iuxta prædicta quæro. C. de rei uendi. & l. ſi autem. §. ſi duobus, de publi. & l. arboribus. §. nam & ſi agrum. de uſufr. & idem Bald. cap. ſi diligenti, col. pen. de præſcrip. uidendum igitur eſt utrius poſſeſsio uetuſtior probata ſit, ut uictorem ipſum diſcernere poſſimus: quod plures ex facto reſponderunt. Bart. cõſi. cxii. Quidã accuſatus. Bal. conſi. ccclxxvi. Viſis duobus, in fi. lib. ii. Anch. conſi. cclxxv. Ad declarationẽ.

Mantuanum igitur obtinere non poſſe cenſeo. Nam Hieronymus Georgij ſecundus teſtis deponit quidem Franciſci Galli poſſeſsionem, ſed ſubijcit, quòd anno Domini 1544. ſoluit penſionem pratorũ conductorum à Mantuano ipſi Matio tanquam domino. cuius quidem rei, uidelicèt fructuum perceptorum depoſitio, poſſeſsionem infert: unde ex atteſtationibus huiuſmodi Mantuani † poſſeſsionem,
4 ſi quã tamen habuit, interruptam fuiſſe. argu. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. de acqu. poſſ. ubi Doct. de conſenſu enim eiuſdem fructus percipiendo Matius poſſedit, igitur antiquiorem poſſeſsionem ulterius Mantuanus ipſe deducere nequit. Bal. l. nõ ignorat, uerſi. ſi autem media poſſeſsin. C. ad exhib. Feli. poſt alios. c. licèt cauſam, de proba. Accedit ꝙ eiuſdem teſtis depoſitio quatenus aliquid boni pro ipſo
5 Mãtuano deponeret, fide carere debet. † Pauper enim & ipſius debitor eſt, ergo eius ipſius fides leuis eſſe
6 cenſetur. l. i. ii. & iij. de teſti. † nam debitor ipſe creditoris quaſi ſeruus eſt. glo. l. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ, de leg. iii. ubi Doct. unde & idoneus teſtis nõ cẽſetur, quũ Mantuanus ei imperare potuerit. l. idonei, de teſtib. & Spec. tit. de teſte. uerſi. Item quòd ſubditus.

Rurſus, primus teſtis Baptiſta Riglius Galli poſſeſsionem infert, licèt eam Mantuanus ingreſſus ſit. poſtmodũ ſubijcit, quòd Mantuanus acquiſiuit prata huiuſmodi à D. Thomaſia uxore Io. Mariæ, unde conſequens eſt, quòd ante hanc acquiſitionem non poſsideret. arg. l. illud, de acqu. hær. l. qui iuriſdictioni. de iuriſd. omn. iudicum. quò fit, ut obtinere non poſsit Mantuanus ipſe, qui in probationibus defecerit. argum. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor. C. de probat. qui enim aliquid aſſerit, eius ipſius intentionem clarè probare debet, alioquin ſi non neceſſaria, ſed dubia ſit atq; obſcura probatio, reus abſolui debet. l. ei qui, de proba. l. non nudis. & d. l. actor. C. de proba. ubi Bal. & Sali. c. in præſentia, de probat.
7 Non † omitto, ꝙ deductum eſt, agentis ipſius intentionem fuiſſe mutatam, nempè à poſſeſſorio ad petitorium, quod concedi non conſueuit. l. incerti. l. ordinarij. C. de rei uendic. Doct. l. naturaliter. §. ni-
8 hil commune, de acqui. poſſ. † præterea & poſt ipſius litis conteſtationem hanc ipſam mutationem permiſſam eſſe, quis credat? l. edita. C. de eden. ubi Bar. Bal. Alex. Iſ. & Alci. quamobrem conſtat huiuſmodi uulnus inſanabile eſſe, ut magnificentiæ ueſtræ prorſus conſtare poteſt.

Portius hæc raptim.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio intelligi ſolet, ne actus, qui geritur, pereat.*
2 *Interpretatio latior admitti ſolet, ne legis ipſius diſpoſitio eluſoria reddatur.*
3 *Error non uitiat diſpoſitionem.*
4 *Teſtamento poſteriore prius derogatũ eſſe, regulare eſt.*
5 *Tex. in l. ſi quando, de leg. i. & cap. ſi Papa, de priuil. in 6. declarantur.*
6 *Remedium hominis extraordinarium, facit ceßare ordinarium legis.*
7 *Error non præſumitur.*
8 *Voluntas teſtatoris ita demum obſeruatur, cùm de ea legitimè conſtat.*
9 *Succeßioni quandiu locus eſt ex teſtamento, ceſſat ab inteſtato.*

CONSILIVM CLXXV.

Diuino numine inuocato.

CONTIGIT Ferrantem quendã poſterius teſtamentũ condidiſſe, poſtmodùm rogato Tabellione, adhibitiſq́ue teſtibus prius quidẽ teſtamẽtũ reuocaſſe, quæſitũ eſt, an potius uerſimili ſit, poſterius teſtamentũ reuo-
1 catũ eſſe, quo prius iã reuocatũ fuerat, ne alioquin re-
uocatio-

cationis huiuſmodi diſpoſitio inutilis eſſet? Reſpon
di in primis uideri erratum fuiſſe, quòd in ipſa re-
uocatione ipſius poſterioris teſtamenti mentio fa-
1 cta non ſit. †Solet enim diſpoſitio intelligi, ne actua
qui geritur, inutilis ſit, ueluti quum quis quæ do-
nauit uxori legat. l. ſi quando, de leg. i. ubi glo. ſuper
uer. fruſtrà. Bart. Bald. Caſtr. & Imol. cap. ſi Papa.
2 de priui. in vi. ubi Doct. † hinc dici ſolet, latiorem
interpretationem admittendam eſſe, ne aliâs legis
ipſius diſpoſitio eluſoria redderetur. cap. ſi ciuitas,
de ſent. excom. in vi. ubi Doct. unde & Falcidiæ ip-
ſius deductionis prohibitio quartam iure naturæ de
bitam comprehendet, ſi aliud ipſius teſtatoris pro-
hibitio complecti non poteſt, putà, quia nullum fi-
deicommiſſum reliquerit, nil ultra dodrantem non
reliquerit. Alcia. poſt alios rubrica ad leg. falci. quá
obrem in propoſita ſpecie quum Ferrantea in reuo-
catione prius teſtamentum expreſſerit, quod iam
reuocatum fuerat, ne alioquin reuocatio ipſa elu-
ſoria ſit, poſterius teſtamentum reuocatum cenſere
debemus, quod obſeruandum erat. l. i. de iniuſt. rup.
teſta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis. C. de teſtam. ubi
Bar. Bald. Sali. Ang. Alex. & Iaſ.
3 Nec nouum illud eſt, † errata diſpoſitiones non
uitiare. l. ſi quis in fundi, de lega. i. ubi Bart. Ang. Ale
xan. & Mod. quinimmo correctioni potius locum
eſſe. l. ſi librarius. de reg. iur. ubi Bar. & Dec. l. erro-
rem. C. de teſta. ubi Bald. Ange. & Sali. & l. ambi-
guitates. eodem tit. l. Imperator. de ſtat. homi. cap.
in literis, de fide inſtrum. ubi Innoc. Butr. Abb. &
Feli. quod & reſponſum extat. Bal. conſi. ccxv. Dubi-
tatur. lib. ij. Fulg. conſi. cxxxiii. Circa primum, col. i.
4 Cæterùm his non obſtantibus † poſterius teſta-
mentum iure perfectum, obſeruandum eſſe conſtat.
d. l. i. d. §. poſteriore. ſolemnia enim non deſunt, cur
igitur prius reuocatum non ſit? d. §. ſi quis. firma
enim hoc caſu remanet regula, qua traditum eſt,
poſteriore teſtamento priua ſublatum intelligi. d. l.
i. & ii. l. ſi filius qui in poteſtate. de lib. & poſtum.
5 ubi Docto. nec † mouet quòd Ferrantea reuocaue-
rit illud. quod prius iuris diſpoſitione reuocatum fue
rat, quo caſu nihil operari debeat. l. iii. de leg. i. unde
de poſteriori intellectum cenſeri debeat. d. l. ſi quan
do. d. cap. ſi Papa. nam reſpondeo, illud locum ha-
bet, quoties diſpoſitio ipſa omninò clara non eſt,
tunc enim interpretatione iuuanda eſt, ne inutilis
ſit. d. l. ſi quando. ubi Imol. ſed in propoſita ſpecie
Ferrantes apertè prius teſtamentum reuocauerit no
minatim & in ſpecie manu talis notarij confectum,
mentis eius nulla quæſtio oriri debet, quominus ſer
uanda ſit. l. in conditionibus, de condit. & demonſt.
l. uerbis legis, de uerb. ſignifi. §. diſponat, in auth.
de nupti. & nulla ſubeſt ambiguitas, quum indiui-
dua demonſtratio facta ſit. uulg. l. i. de offi. eius cui
mand. ubi Docto. alioquin eſſet interpretari album
pro nigro, ſi diceremus reuocatum poſterius teſta-
mentum, quum prius reuocatum ſit. clara enim ac
manifeſta interpretatione non egent. l. continuus,
de uerb. oblig. ubi Docto. Nec mouet quòd expreſ-
ſio eius quod à lege ineſt, nihil operetur. d. l. iii. quia
non curo reuocationem attendi, quum ad iuris ef-
fectũ ſatis ſit poſteriore teſtamento rite facto prius
reuocatum fuiſſe. d. §. poſteriore. d. §. ſi quis. quam-
uis ad maiorem Ferrantis animi declarationem re-
uocatio emanauerit. argum. l. Baliſta, ad S. C. Tre-
bel. ubi Docto. auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & le-
6 gitim. † Accedit quòd remedium hominis extraor-
dinarium ordinariam legis prouiſionem tollit. l. fin.
C. de pact. contu. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. ubi
Bald. & Salic. Non mouet quòd de errore dictum
eſt, quia illud procedit quando conſtat, alioquin ſe-
7 cus eſt, † quia non præſumitur. d. l. errore. C. de te-
ſta. ubi Ange. & Bald. d. l. Imperator. Deci. d. l. ſi li-
brarius. quod reſpondit Corne. conſi. xv. in primo.
Et pro tenui. Nec ſufficit dicere, Ferrantes uoluit ſe
cundum teſtamentum reuocare, quum prius expreſ-
ſerit. argumento. l. quidam quum filium, de hær. in-
8 ſti. ubi Bald. & Imol. † uoluntas enim diſponentia
ita demum obſeruatur, quum de ea legitimè con-
ſtat, d. §. diſponat. alioquin uerbis adhærendum eſt.
l. non aliter. de leg. iii. quamuis lex ipſa dura ſit. l.
proſpexit. qui & à quib. Quamobrem reijciendus
eſt hæres iſte legitimus, quum ſummario potiſſi-
mùm remedio ſeſe in poſſeſsionem immitti petant
hæredes ſcripti, quoniam nullum patiatur teſta-
mentum uitium, quod oculis ſubijciatur. l. fina. C.
de edic. diu. Adria. toll. ubi Bart. Bald. Ange. Salic.
Caſtr. Alex. & Deci. Bal. conſi. cxliii. Quanquam, in
tertio. Tametſi (ut dixi) in petitorio quoque exclu-
9 dendus ſit, † quum quandiu locus eſt ſucceſsioni ex
teſtamento, locus ab inteſtato eſſe nequeat. l. quam-
diu. de acquir. hær. & l. quamdiu, de reg. iur. l. ante-
quam. C. commu. de ſucceſſ. Et quod aſſeritur, re-
uocationem illam inutilem eſſe, niſi de poſteriore
intelligamus; dici quoque poteſt, uerum non eſſe,
quod ad ipſum Ferrantem attinet, qui iurium diſpo-
ſitione ignorans cautela hac abundanti uti potuit,
qua illi obeſſe nequeat. l. non nocent, de reg. iur. ubi
Deci. Moder. rubrica de lib. & poſthu. quamobrem
poſteriori teſtamento ſtandum omninò eſt, quum
iure perfectum ſit. Imolæ.

Portius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Stipulationis effectus oritur inter præſentes, non autem abſentes.*

2 *Stipulationis uinculum uarijs aſtringit modis.*

3 *Hoſtibus facta deditio nullum parit ius antequam acceptata fuerit.*

4 *Confeſſio ita demum confitenti obeſt, ſi parte præſente & acceptante, facta proponatur.*

5 *Debitor procuratori ſoluens, non conſequitur liberationem, niſi creditor ſolutionem ratam habuerit.*

6 *Poſſeſſio quòd per conſtitutum transferatur, neceſſe eſt quòd præſens ſit, ratumque habeat is, cuius nomine quis poßidere conſtituit. & nu. 14.*

7 *Ratihabitionis ea eſt conditio, ut rebus nullo pacto immutatis fieri debeat.*

8 *Pax inita inter factioſos, quòd non dicatur rupta, ſi offenſa interuenit, antequam pacem læſus ratam habuerit. & nu. 12.*

9 *Conditionum euentus ad initæ obligationis diem retro trahuntur.*

10 *Notarius ſtipulatur pro pupillis rem ſaluam fore.*
11 *Donatio facta abſenti debet ratificari ante donantis obi tum. ſed uide nu. 28.*
13 *Notarius non ſupplet abſentiæ defectum. & num. 17. ſed contrà nu. 25. ubi de communi opin.*
15 *Dominij ad translationem poſſeſſio requiritur.*
16 *Donatio facta abſenti tunc ualida eſt, cùm ante bonorũ donatorum apprehenſionem ab alio factam, donatarius illam acceptauerit. quod ampliatur in eccleſia. nu 18. ſed uide nu. 18.*
18 *Donatio facta eccleſiæ non prodeſt, ſi interim antequã acceptet, alteri traditio facta ſit. ſed uide nu. 28.*
19 *Eccleſia inter cætera priuilegia illud habet, ut in eius acquiſitionibus pœnitentiæ locus non ſit.*
20 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus, minimeq́; immutatis.*
21 *Fideiuſſor indemnitatis tenetur, & uide nu. 38.*
22 *Stipulari pro altero nemo regulariter poteſt. fall. tamẽ nu. ſeq. & nu. 32. & 33.*
23 *Pater pro filio ſtipulari poteſt, tutor pro pupillo, Abbas pro monaſterio, ſyndicus pro uniuerſitate. & huiuſmodi.*
24 *Notarius dicitur perſona publica.*
25 *Notarius ſtipulatur pro abſentibus, & eis acquirit, eſtq́ue comm. opinio. & nu. ſeq.*
26 *Replicatio exceptionem excludit.*
27 *Donatio abſenti facta, eò ipſo quòd donatarius ſciuerit, licèt epiſtola, uel nuncius non adfuerit, perfecta eſt & ualida.*
28 *Donatio facta abſenti, ſtipulante tamen notario, ualet abſque ulla ratihabitione.*
29 *Donatio, id eſt, doni datio, & ſic nomen ab executione aſſumit.*
30 *Paul. Caſtr. & Deci. in eorum conſilijs declarantur.*
31 *Interpretatio ſtrictiſſimè facienda eſt in contractibus.*
33 *Iuramentum ſemper & ubique ſeruandum.*
34 *Promiſſio facta licèt abſenti, cum iuramento ualet, & producit actionem de iure canonico. & eſt cõ. opin.*
35 *Confeſſio facta, licèt parte abſente, ualet, ſecundum iuris pontificij diſpoſitionem, & eſt comm. opin.*
36 *Iuramentum operatur, ut actus ſuſtineatur omni meliori modo, quo poſſit.*
37 *Negatiua præpoſita uerbo ſubſtantiuo, quòd omnem radicitus actum infirmet, quomodo intelligendum,*

CONSILIVM CLXXVI.

INDIVIDVAE TRINITATIS præſidio ex corde inuocato.

EX FACTO proponitur Paulum Bontempum pupillos quoſdam abſentes ſtipulanti notario à præexiſtenti quadam obligatione indemnes conſeruare ſpopondiſſe, ſed paulò poſt illum ipſum promiſſionem huiuſmodi reuocaſſe. quæſitum eſt, an quum illa ipſa indemnitatis promiſſio pupillis ipſis, licèt abſentibus profuerit, ipſo etiam tutore ſciente, & facto ſaltem ſtipulationem huiuſmodi approbante tanquam re ipſa non exiſtente integra, reuocari potuerit? Reſpondeo, imprimis uideri ſponſio-
1 nem huiuſmodi potuiſſe reuocari. † Nam ſecundum iuris noſtri regulas ſtipulationum ipſarum effectus, inter eos ipſos qui adſunt, oriri ſolere traditum eſt. l. v. §. ſtipulatio. de uerbo. obliga. ubi Imol. Aret. Socin. Rui. Crot. & Mod. inſtit. eo. in princ. ubi glo. & Docto. Lex enim ait, ſtipulationem ipſam niſi utroque loquente concipi non poſſe. l. prima. eodem tit. ubi Ioan. de Ran. Oldra. Albe. Bart. Imol. Alexan. & Iaſ. quum enim contractus huiuſmodi ex ipſo conſenſu ordinatis uerbis expreſſo formam aſſumat. d. §. ſtipulatio, ubi Docto. l. i. C. de uſu. ubi Bald. Ange. & Sali. inſtit. de uerb. oblig. §. i. ubi Fab. Ange. & Por. optimo iure inter abſentes illam ipſam conſiſtere non poſſe, traditum eſt. d. l. i. uerſi. Nec abſens quidẽ. ubi glo. & Albe. col. iii. uerſi. Item oppono quòd abſens. & in ſeq. oppoſi. §. Item uerborum, in lli. de inuti. ſtipul. quum ergo indemnitatis huiuſmodi promiſſio abſenti pupillo facta proponatur, conſequens eſt, ut ſatis imbecillum ius ei acquiſitum fuiſſe dicamus.

2 Nec mirum, † obligationis enim uinculum eiuſmodi eſt, ut uarijs modis obſtringat. inſti. de obliga. in princ. Azo in ſumma. C. de contrah. & contr. ſtip. ſumma igitur cum ratione maioribus noſtris placuit, conſenſum ipſum ſubeſſe oportere, ſiue quidem uerbis, ſiue re, ſiue quapiam alia ratione ipſa concipiatur obligatio. §. fina. inſtit. de uerbo. obliga. cum duobus ſequ. titulis. l. obligamur, de actio. & obliga. l. non figura. eodem tit. ubi Doct. l. an inutilis, de acceptil. Neoterici. l. non ſolùm. §. morte. de nou. oper. nunciat.

3 Hinc † & apud ueteres quoque traditum eſt, deditionem ipſam, quæ hoſtibus ipſis fieri conſueuerat, antequam acceptata fuerit, nullum ius parere. l. fina. de lega. quod & Cicero in Topicis ſcripſit, ibiq́; Boëthius docuit.

4 Hinc † & confeſſionem ipſam ita demum ipſi confitenti obeſſe traditum eſt, ſi præſenti, necnon acceptanti facta proponatur. l. certum. §. ſi quis abſente. de confeſ. ubi Albe. Bart. l. uni. C. de confeſſ. ubi Sali. xv. oppoſi. & l. iubemus. C. de libe. cauſ. ubi Bald. Ange. & Sali. l. iii. C. de repud. hære. ubi Bald. uerſi. Quintò quæro. quòd & reſponſum eſt: Alexan. conſi. xx. in quarto.

5 Hinc † quoque lex ait, debitorem ipſum procuratori ſoluentem, ita demum liberationem ipſam conſequi, ſi creditor ipſe ſolutionem ratam habuerit. l. ſi ego. de negot. geſt. ubi glo. Albe. Bart. Bald. & Caſtren.

6 Poſſeſſio † quoq; ipſa ciuili quodam modo transfertur, quum quis ſeſe alterius nomine poſſidere cõſtituit. l. quod meo, de acquir. poſſeſ. ubi Bart. Imol. Caſtr. Alex. & Iaſ. Ang. l. ii. C. de acqui. poſſ. & l. quiſquis. C. de dona. quod tamen intelligendum eſt, ſi is, cuius nomine quis ſeſe poſſidere conſtituit, adſit, alioquin antequam ratum habeat, nullum ei poſſeſſionis ius quæſitum cenſetur. l. ſi communis ſeruus. §. i. & l. qui abſenti. de acquir. poſſeſſ. Alex. Iaſ. & Mod. d. l. quod meo. Quocircà, ſi ante huiuſmodi ratihabitionem poſſeſſio iſta ad alium perueniat, ordinario interdicto, quod non habuit, recuperare non poteſt, c. cùm uenissent, de reſti. ſpol. ubi Butr. Abb.

7 Abb. Imol. & Moder.† ea nanque eſt ratihabitionis
ipſius conditio, ut rebus nullo pacto immutatis fie-
ri debeat.l.bonorum, rem ra.habe.ubi Albe. Bar. &
Caſtr.cap.ratihabitionem,de reg.iur.in vi.ubi Dyn.
8 †unde & inter aliquos factioſos inita pace, ſi is qui
læſus eſt, pacem ipſam prius ratam non habuit, pœ-
na ipſa commiſſa non cenſetur.l.ſi uxor.§. ſi abſen-
te. de adulte.ubi Bart.

9 Quod † & de conditionum ipſarum euentibus tra
ditum eſt, nempè, ut ad initæ obligationis diem re-
troirabantur, ipſa re integra exiſtente . alioquin do
nationum, uenditionumque ipſarum ſub conditio-
ne factarũ effectus diſſoluuntur.l.neceſſariò.§.quod
ſi pendente. de peri. & com.rei uend. ubi Bart.l.qui
balneum.qui poi io.in pign.hab.quod & reſponſum
& tractatum eatat : Oldra.conſi.caaaix. Ad haben-
dam,in princ. Alex.cõſi.lxaaviij.col.iij. in ſecundo.
& conſi.aav.in tertio. Neguſ.tract.pig.v.part.prin.
in ſecundo membro. conditiones enim ita demum
retrotrahuntur. puræúe fiunt, ſi extremum à quo nõ
deficiat. Bart.l.ſi is qui pro emptore. de uſucap.ubi
Iaſ.quæſt.v. Corne. conſi.cx. in iudicio diuiſorio,
col.pen.in ſecundo. Alea.conſi.laxviii. in ſecundo.
dixi conſi.incip. Vbertas. uerſi. modò rectè reuoca-
tam eſſe cenſendum eſt, quum de pupillorum ipſo-
rum præcedente ratihabitione non conſtet.

Amplius, idem quoque procedere diſcuſſum eſt,
licèt abſentibus pupillis tabellionem ipſum ſtipu-
10 latum fuiſſe proponatur. Quod enim lea inquit,†no
tarium ipſum pupillis eorum rem ſaluam fore ſtipu
lari.l.i.ii.iii.& iiij.rem pupil.ſal.fo.ubi glo.id in præ
torijs ipſis atq; iudicialibus ſtipulationibus ꝓcedit.
Inno.c.dudum.de conuerſ.coniug. Io.And.c.quan-
quam,de uſu.lib.vi.Bal.& Ang.l.non aliter.de ado-
ptio.Iudicis enim ipſius præſentia, iudicijúe fomen
tum alibi quoque efficit,ut ab ipſius iuris regulis re-
cedamus.l.cùm oſtendimus,de fideiuſ.tuto. Docto.
d.rubrica. de uerb.oblig. lea enim ait, ſtipulari ne-
minem alteri poſſe.l.ſtipulatio iſta.§.alteri,& §.alte
ri. inſti.de inuti.ſtipul.quare & non abſq; ratione ab
ipſius legis regulæ recedendum eſt.l. non aliter. de
leg.iii.l. præcipimus. C. de appellationib.

Qua ratione quum quidam bona ſua abſenti do-
naſſet, qui donationem huiuſmodi rectam nũquam
habuit,bonorum huiuſmodi donatorum dominium
poſſeſsionemúe in ipſius donatarij hæredes etiam ex
ipſius notarij ſtipulatione tranſlatam non fuiſſe,re-
ſponſum eſt.arg.d.l.ſi ego. & §.generaliter. in auth.
quib.mod.natu.effi.legi. Non enim rei donatæ do-
minium ex ſimplici tabellionis ſtipulatione acquiri
potuit: quoniam aliud quoq;, nẽpe donatarij ipſius
factũ requiritur. l. nec utilem.l.deniq; ex quib.cau.
11 maio.† Accedit ꝙ & donans ipſe antequam dona-
tarius donationem eius nomine ipſi Notario ſtipu-
lanti factam ratam habuerit, diem ſuum obiuit, bono
rumúe eius obuentio facta eſt,ipſaúe poſſeſsio appre
henſa.l.cùm hæredes.de acqu.poſſ.ubi Doct.l.i.§.ſi
uir.eo.tit.& d.l.nec utilem.meritò tanquam res am
plius integra non ſit, ab ipſius donatarij hæredibus
amplius ratã haberi non poſſe, reſponſum eſt.d.l. ſi
ego.d.§.ſi res. Specu.tit. de actio.& obliga.§.i.uerſi.
Item pone obligatus, Caſtr.conſi.cxcv.in ii.uer.ſe-
cundò uidendum,nu.vi. & conſi.claaav. Viſis in ij.

12 Altero † quoque caſu quum inter factioſos quoſ
dam pax inita eſſet, abſentiumúe nomine pœna pro-
miſſa fuiſſet, ſi interim ea ijs, qui aberant, offenſus q̃s
ſit, ratamúe ſtipulationem non habuerit, quia ea hu
iuſmodi actu ius nullum abſentibus quæſitum fuit,
pœnam cõmiſſam non fuiſſe, traditum eſt. Bar.d.l.ſi
uxor.d.§.ſi quis abſente.de adulte. Bal.d.l.nõ aliter.
Deci.l.contractus. de reg.iur. Nec poſt huiuſmodi
offenſionem ratificatio ipſa fieri poteſt, quum eo tẽ
pore fieri debuerit, quo res ipſa integra erat.l.bono
rum,rem rat.habe.ubi Albe.& Bar.Bal.& Ang.l.nõ
13 aliter.de adoptio.† Nec notarij ipſius organum ab-
ſentiæ defectum ſupplebit, quamuis ſeruus publicus
cenſeatur.d.l.iiij.rem pupil.ſalu.fo. glo.l.peto.§.fra
tre,de leg.ii.ubi Albe.Caſtr.d.conſi.claaxv. In caſu
ſeq.uiſis omnibus,in ii.uol. Franciſcus Curti.iunior
conſi.laxii.nu.xii.uerſ.ſtantibus, & conſi.lxx.nu.ix.

14 Rurſus,† quod lea inquit, eum ipſum poſsidere cẽ
ſeri, cuius nomine quis ſeſe poſsidere conſtituit.d.l.
quod meo, unde ciuilis ac cõmentitius transferendæ
poſſeſsionis modus is eſſe cenſetur.l.quædam, de rei
uendi.ubi Ang.& Iaſ.l.ab emptione, de pact.l.tradi
tionibus.C.eod.tit.cum iudicio intelligendum eſt,
quum is, cuius nomine poſsideri conſtituitur, adeſt,
præſensúe conſentit. Alex.Iaſ.Soc. & neoterici.d.l.
quod meo.& d.l.traditionibus. Nec tabellionis or-
ganum ſufficeret, quãuis perſonã publicam gerat.d.
l.ii & iii.rem pupil.ſal.fo.ſi antequam actus ille con
ſtitutiuus approbatus ſit, alteri traditio facta ſit.l.quo
ties. C.de rei uendi.ubi Gul.de Suaar.l.ſiue autẽ.§.ſi
duobus, de public.ubi glo. Din. Alb. Bar. Bald. Caſt.
& Ange. Non enim potuit lex illud ipſum efficere,
quod naturali rationi repugnat §.maiorem, inſti.de
adopt.l.ii.de uſuſ.ea.re.ubi glo.& Doct.licèt igitur
ipſi notario ipſis etiã abſentibus ſtipulandi facultas
ab ipſa lege conceſſa ſit.d.l.i.ii.iii.& iiij.rem pu.ſal.
fo.ubi Doct.nihilominus ſi ante ratificationẽ abſen
tis cui bona donata fuerunt, traditio eorũ facta pro-
ponatur, ſecundum donatariũ potiorẽ eſſe conſtat,
uel quẽlibet ſucceſſorem, qui traditione ipſa nitatur
d.l.quoties.d.§.ſi duobus.d.l.quod meo.ubi Docto.
15 Deci.d.l.contractus.† Nam quum ad ipſius dominij
tranſlationem ipſa potiſsimùm actualis poſſeſsio re
quiratur.d.l.traditionib.ubi Aleia.poſt ueteres om-
nes, ratihabitioq́ ipſa eo potiſsimùm tẽpore facien
da ſit, quo præcipuus actus geri poſſet.d.l.bonorũ.d.
l.quo enim.ubi Bar.rem rat.hab.c. ratihabitionẽ, de
reg.iur.in vi.ubi Din.conſequens eſt, notarij ſtipu-
lationem priori donatario adeò prodeſſe non poſſe,
ut naturalẽ traditionis actum ſupplere ualeat . quod
eleganter ea facto conſultus Caſtr. ipſe reſpondit.d.
conſi.cacv.& plures eũ ſecuti ſunt. Deci.cõſ.ccaxvi.
Magiſter Ioãnes.& ccalvii. In cauſa magnifici Baro
nis.& cccca cvi. Viſis his quæ accuratè. & dclxaaix.
16 Viſo puncto ſupraſcripto. † quamobrẽ receptum ſit,
abſenti ita demũ donationis ius perfectè acquiſitum
cenſeri, ſi ante apprehenſionem naturalẽ ius obliga-
tionis acceptauerit, ea qua poſſeſsionis ipſius ius ori
tur.d.l.i.de acqu.poſſ.ubi Ioan.Albe.& Bar.l.pere-
grè eo.tit.ubi Alea.& Iaſ.d.l.quod meo.ubi Doc.d.
l.quoties.d.§.ſi duob.quod plures ex facto cõſulti re

ſpōderūt. Bal. conſi. xxxvi. & ccclxix. & ccccLxviij. in
v. Ang. cōſi. cvi. Quædam mulier. Abb. conſi. xcix. in
ij. nu. vii. Pontan. conſi. cclxx. Alex. conſi. xxiiij. in
primo. & xxv. in tertio. Marſil. conſil. lxxxii. Volo.
17 † Alioquin ſi tabellionis ipſius ſtipulatio ipſi abſenti
perfectam acquiſitionem, quæ naturali atque actuali
poſſeſsione contingit, pararet, ſingularia ipſa mul-
tiplicarentur, nempè quòd ipſe tabellio perſonam
publicam gerens abſenti ſtipulando acquireret, atq;
in illum poſſeſsionem transferret, quod quàm abſur-
dum ſit, nemo non uidet. l. i. C. de dotis prom. ubi Al-
ber. Bald. Sali. & Ange.
Fortius in ipſo dominio trāſferendo traditio ipſa
ex actu naturali proueniens adeò potens eſt, d. l. tra-
18 ditionibus. d. l. i. de acq. poſſeſ. & d. l. quod meo, † ut,
eccleſiæ etiam facta donatio non proſit, ſi interim,
antequàm acceptet, alteri traditio facta ſit. l. illud.
C. de ſacr. ſan. eccle. ubi glo. Albe. & Bal. l. à ſocero.
19 C. de pact. dota. † licèt enim ſingulari piæ cauſæ iu-
re traditum ſit in eius acquiſitionibus pœnitentiæ
locum non eſſe. d. l. illud. Roma. auth. ſimiliter. C. ad
leg. falc. tamen ius huiuſmodi commentitij diſpoſi-
tionem naturali ueritati cedere, reſponſum eſt. Do-
cto. d. l. illud. Pariſi. conſi. lxxvij. per totum, in pri-
mo. quocircà Bontempum ipſum promiſsionem hu-
iuſmodi reuocare potuiſſe dicendum eſt, licèt nota-
rius ipſe abſentium ipſorū pupillorū uicem ſubierit.
Nec urget quòd iuramentum ipſum interuene-
20 rit, quia illud intelligendum eſt, rebus non immu-
tatis, at quum in propoſito negocio conſtet, pro-
miſsionem ipſam reuocatam eſſe, conſequens eſt,
ipſius iuramenti uirtutem diſſolutam cenſeri. l. fin.
de iureiur. cap. queadmodum, de iureiur. & cap. per-
uenit. eod. tit. ubi Docto. quod & reſponſum extat,
Deci. conſi. cccv. num. vi. & conſi. cccli. nu. viii. alio-
quin iniquitatis uinculum continere iuramentum
ipſum uideretur. argum. l. cùm proponas. la ſecun-
da. C. de tranſact. ubi Docto. l. quæro. §. inter. loca.
quod quàm abſurdum ſit, notius eſt, quàm ut refe-
ratur. Calde. conſi. viii. Duæ puellæ. de iureiur. Deci.
conſi. clxxv. nu. xv. & conſi. clxxx. nu. v.
Accedit quòd & pupillis ipſis agentibus excuſ-
ſionis ipſius exceptionem rectè oppoſitam fuiſſe ui-
21 detur. † conſtat enim Bontempum ipſum indemni-
tatis fideiuſsionem præſtitiſſe: quare & quod à prin
cipali extorqueri non poterit, ſpopondiſſe cenſetur.
l. i. C. de cōue. fiſ. deb. lib. x. l. ii. C. de ſen. quæ ſi cert.
quant. glo. & Bar. l. curatores. §. fin. C. de admi. re. ad
eiu. perti. Albe. d. l. quæro. ubi Alex. quod eò magis
fatendum eſt, quum clarè atque dilucidè oppoſita
ſit exceptio huiuſmodi. Bart. l. i. de excep. l. i. §. La-
beo. de flumi. ubi glo. & Bart. Idque tàm ante, quàm
poſt litis ipſius conteſtationem. l. exceptionem. C.
de probs. ubi Bar. Bald. Sali. & Ang. Cyn. Bal. Ang.
& Sali. auth. præſente. C. de fideiuſ. quod quidem
procedit licèt fideiuſſorum ipſorum beneficio renun
ciatum proponatur. l. iure noſtro. C. de fideiuſſ. Bar.
d. l. i. C. de conue. fiſ. debi. meritò huiuſmodi benefi-
cio renuncians, principalis excuſsionem adhuc op-
ponere poteſt. d. auth. præſente. ubi Doct. Bar. & An
ge. in auth. de fideiuſſ. quod Alex. ex facto conſultus
reſpondit conſi. xxxii. in quarto. nu. ix. quapropter
concludendum uidetur, pupillos ipſos ab hac ipſa
petitione excludendos eſſe.
Verùm, ne hæc uera nō ſint, ſubſiſto admodum,
quinimmo ſecundum iuris noſtri rationem in pro-
poſito caſu oppoſitum uerius eſſe cenſeo.
Et imprimis illud quidem pro regula conſtituen-
22 dum eſt, † alteri ſtipulari neminem poſſe. d. l. ſtipu-
latio iſta. §. alteri. d. §. alteri inſti. de inutil. ſtipul. Per
ſonæ enim inhabilitas ſtipulationem ipſam uitiat.
Azo in ſum. C. de inutili. ſtipu. quod & cuiuſcunque
Quæ quidem commiſsio ſeu Motus proprius duas in eius fine habebat ſignaturas, quarum prima talis erat, uidelicet: De mandato D.N.Papȩ audiant prȩfati Reuerendiſsi Domini Cardinales, citent, inhibeant, etiam ſub cenſuris & pœnis procedant, ut petitur. Altera uerò manu S.D.N.Papȩ, talis erat, uidelicèt: Placet. I. POST CVIVS QVIDEM commiſsionis ſeu motus proprij prȩſentationẽ eiſdẽ Illuſt. & Reueren. Dom. Cardinalibus factam ad inſtantiã uenerabilis congregationis Lateranenſis prȩdictæ, citato Reueren. D. Placito Veneto procuratore generali Congregationis S. Iuſtinȩ, aliàs Caſsinen. ordinis S. Benedicti ex aduerſo principalis corã prȩfatis Illuſt. & Reuer. D. Cardinalibus ad dicendũ contra cõmiſsionem ſeu motum proprium S. D. N. in actis productũ & præſentatum, & uidendum mandari procedi iuxta formam illius. Comparuir corã præfatis Illuſt. D. Cardinalibus D. Virgilius Maronius de Rocchettis procurator & accuſata contumacia partis aduerſæ obtinuit mãdari procedi per eoſdem Illuſtr. D. Cardinales iuxta formam præinſerti Motus proprii, eiuſdemq; uigore præfixo termino præfato Reuerend. D. Placito procuratori Congregationis Caſsinẽſis, ad docendum & probandũ quicquid uult & poteſt per omne genus probationis, productiſq; pluribus & diuerſis iuribus & documentis hinc inde, pluribuſq́ue teſtibus demum examinatis, tandem prȩlibatus S.D.N. aliam commiſsionis cedulam præſentari fecit, huiuſmodi ſub tenore, uidelicet: PATER Beatiſsime, licèt credatur quòd ex deductis & probationibus iam apud acta factis, & allegationibus partium hinc inde tàm iuris quàm facti datis, ſatis conſtet & appareat de bono iure deuotorum S.V. Oratorum Rectoris generalis & Clericorum Canonicorum & Prælatorum Congregationis Lateranenſis, ita quòd potuiſſet & poſſet ad expeditionẽ cauſæ & cauſarum, de quibus in prȩinſerta fit mentio per ſupradictos Reueren. Cardinales & iudices quibus S.V. uigore prȩinſertæ cauſam & cauſas ſupradictas commiſit, deueniri, tamen propter diffugia, & impedimenta quæ per partes fugientes expeditionem præſtari ſolent, expeditio earundem cauſarum retardata extitit, & retardatur. Cùm autem Pater ſancte, præfati oratores deſiderent hoc pro pace & quiete mentis ipſorum, & ut poſsint diuinis obſequiis magis quieto animo inſeruire & famulari, ut eiſdem controuerſiis & cauſis quantò citius fieri poteſt, debitus finis imponatur, & pro tanto firmiter credunt quòd ſi S.V. meritorum cauſæ & cauſarum huiuſmodi relatio per ſupradictos Reueren. D. Iudices fieret, multò citius deueniretur. Propterea prȩfati oratores eidem S.V. humiliter ſupplicant, ut eiſdem Reueren. D. Cardinal. & Iudicibus, quibus prȩinſertæ directæ, & præſentatæ fuerunt, committere & mandare dignetur, ut cauſam & cauſas præfatas S. V. referendas, & per eandem S. V. audita eorum relatione & per ſuam ſentẽtiam pro maiori partium ſatisfactione & conſolatione deciden. & fine debito terminandas audiant & cognoſcant, & eidem S. V. referant, cum poteſtate citandi & inhibendi ac cauſam & cauſas prædictas & earum merita S. V. referen. aliiſq; facultatibus neceſſariis & oportunis, prȩmiſsis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ſtylo palatij cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque ſtatum & merita cauſȩ & cauſarum huiuſmodi præmiſſorumq́ue & aliorum hîc forſan de neceſsitate exprimendorum tenores & compendia pro plenè & ſufficienter expreſsis habentes. QVAE quidem cõmiſsio duas in eius fine habebat ſignaturas, prima talis erat: De mãdato D.N.Papæ, prȩfati Reueren. D. Card. procedant & referant, ut petitur. Altera uerò talis erat. Placet. I. CVIVS QVIDEM commiſsionis uigore citato D. Theophilo de Florentia ex aduerſo procuratore ad uidendum iuxta illius formam mandari procedi, & per eundem D. Virgilium Maroniũ procuratorem mandari procedi iuxta illius formam obtento tandem ad eiuſdem uenerabilis Congregationis Canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini Lateranenſis principalium inſtantiam citatis D. Teophilo de Florentia, ac D. Ioanne de Cellis procuratoribus uenerabilis Congregationis Caſsinenſis ordinis S. Benedicti coram prælibato S.D.N. Pio Papa IIII. ad uidendum fieri relationem S.D.N. iuxta formam commiſsionis ultimò prȩſentatæ, necnon deferri iuramentum in ſupplementum plenȩ probationis abſolui infraſcriptum inſtantem ad effectum & c. ac concludendum, & audiendum ſententiam ad diem infraſcriptam. Qua quidẽ die aduenìente comparẽtibus coram prȩfato S. D. N. D. Pio Papa IIII. R. D. Don Raphaële de Cremona præpoſito Beatæ Mariæ de Pace almæ urbis, ac Procuratore generali dictæ Congregationis Lateranenſis & Virgilio Maronio dictȩ Congregationis Lateranen. procuratoribus, habitaque prius relatione prȩfatorum Illuſtr. & Reueren. D. Cardinaliũ p eundẽ S. D. N. D. Pium prȩfatus Reuerẽ. D. Don Raphaël de Cremona Prȩpoſitus ac Virgilius Maronius procuratores antedicti petierũt & obtinuerunt per eundem S. D. N. Piũ Papam IIII. à quibuſcunque cenſuris ad effectum & c. abſolui, nec non deferri iuramentum in ſupplementum, nec non concludi & pronunciari prout in cedula tenoris ſubſequentis:

¶ CHRISTI nomine inuocato, pro tribunali ſedentes & ſolum Deum prȩoculis haben. per hanc noſtram

ſtram diffinitinam ſententiam, quam ferimus in his ſcriptis, in cauſa & cauſis quæ coram nobis & quas dilectis filiis noſtris Ioãni Michaëli Sarsceno tit. S. Anaſtaſiæ, Ioanni Baptiſtæ Cicadę tit. S. Clementis, ac Bernardino Scoto tit. S. Matthęi S.R.E. Cardinalibus, primò audiendas, cognoſcendas & pee eos decidendas & tetminandas, deinde per præfatos Cardinales per Apoſtolica noſtra reſcripta nobis referendas commiſimus inter dilectos filios Abbates, Prælatos & Canonicos regulares ordinis S. Auguſtini Congregarionis Lateranenſis & uniuerſam eorum Congregationem ex una; & Prçlatos, Abbates & Monachos ordinis S. Benedicti Congregationis Caisinenſis aliàs S. Iuſtinę de Padua nuncupatos, & dictam eorum Congregationem de & ſuper præcedentia & iure inter eos præcedendi, tàm in proceſſionibus quà in generalibus & ſynodalibus ſeu prouincialibus conciliis, omnibusq; actibus publicis & priuatis, rebusq; aliis in actis cauſæ & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illorum occaſione in prima ſeu alia uerſæ fuerunt & uertebantur inſtantiis, partibus ex altera. cauſa huiuſmodi corã dictis Cardinalibus ad plenum uentilata, ac ſępius & ſępius auditis partibus, & dubiis in ea plenè diſcuſsis & reſolutis, ac uiſis de iure uidendis, & demum per dictos Cardinales nobis matura deſuper facta relatione, Pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus præfatos Abbates, Prælatos & Canonicos regulares dictę Cõgregationis Laleranenſis uti Clericos dimiſſa ſuperiori ueſte, pallio ſeu cappa in linea ueſte, clericaliq; habitu incedentes, quo etiam in alma noſtra urbe Romæ conſuetum fuit, & nunc obſeruatur in proceſsionibus & omnibus aliis actibus publicis & priuatis, tàm in dicta alma urbe noſtra noſtroq; & ſucceſſorum noſtrorũ cõſpectu, quàm aliàs, uniuerſis ac quibuſcunq; aliis ciuitatibus, terris, oppidis, & locis, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis ordinis S. Benedicti Caſsinen. præcedere debuiſſe & debere, eoſdemq; Abbates, Prçlatos & Canonicos regulares, dictamq; eorum Congregationẽ ut ſuprà incedẽtes, dictis Abbatibus, Prælatis & Monachis S. Benedicti & eorum Congregationi in omnibus & ſingulis præmiſsis præferendos, anteponẽdos, & in digniori loco collocandos fore & eſſe. Abbates uerò dictarum congregationum Lateranen. & ſancti Benedicti ſingulariter & de per ſe abſq; eorũ conuentibus, in Conciliis generalibus, Prouincialibus & ſynodalibus, ac aliis actibus publicis & priuatis, in quibus Abbates de iure uel de conſuedme locũ & uotum habent, uel pro tempore quomodolibet habebunt inter ſeſe iuxta ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem interuenientium priorem & antiquiorẽ promotionẽ ad Abbatiam, ac illa promotione duntaxàt, non autem Congregatione & ordine cuius fuerint attentis, præcedere, ac præferri, & in digniori loco collocari debuiſſe, & debere, prout præferimus anteponimus, collocamus, præferriq;, anteponi & collocari reſpectiuè mãdamus, iactationes quoque, moleſtationes, oppoſitiones, perturbationes, uexationes, & impedimenta quæcunque per prçfatos Abbates, Prçlatos, et Monachos dicti ordinis S. Benedicti & dictam eorum Congregationem eiſdem Abbatibus, Prçlatis, Canonicis regularibus dicti ordinis & eorum Congregationi de & ſuper prçfatis omnibus ſingulis & illorum occaſione quomodolibet factas, p̃ſtitas & illatas, factaq;, prçſtita & illata fuiſſe & eſſe temerarias, illicitas, indebitas & iniuſtas, temerariaq; illicita, indebita & iniuſta, ac de facto prçſumptas & prçſumpta, illasq; & illa prçfatis Abbatibus, Prçlatis & Monachis feciſſe & facere minimè licuiſſe nec licere de iure. Et ꝓptereà de & ſuper illis, ac dicto iure prçcedẽdi ut ſuprà, omnibusq; aliis & ſingulis prçmiſsis perpetuum ſilentium imponendum fore & eſſe, ac imponimus. utramque partem in expenſis, iuſtis ex cauſis abſoluentes. Quę quidem ſententia manu S.D. N. Pij ſic apparebat ſignata, uidelicet: Ita eſt. I. Et infrà ſub annulo piſcatoris ibi impreſſo huiuſmodi apparebant relationes & ſubſcriptiones, uidelicet: Ita refero & cenſeo pronũciandum eſſe, Ioannes Michaël Cardinalis Saracenus. Ita refero & cenſeo pronunciandum, Ioannes Baptiſta Cardinalis S. Clemẽtis. Ita refero & cẽſeo pronunciandũ eſſe, Bernardinus Cardinalis Tranen. Cœ. Glorierius. LECTA, lata & in ſcriptis promulgata fuit prçſens & diffinitiua ſententia ſub annulo piſcatoris ſignata per eundem S.D.N.D. Piũ Papam IIII. Romę in palatio S. Marię de Aracęli in Camera eiuſdẽ S. D. Papę ſub anno à Natiuitate einſdem Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimotertio, Indictione Sexta, Die uerò uigeſima tertia menſis Septẽmbris, Põtificatus prçlibati S.D. N.D. Pij Diuina prouidẽtia Papę quarti, Anno eius Quarto. Prçſentibus ibidem Reueren. D. Alexandro Pallanterio Almę urbis Gubernatore, & Illuſtr. D. Comite Hannibale Altemps teſtibus ad prçmiſſa omnia & ſingula uocatis, ſpecialiter habitis atque rogatis. ¶ Ego Petrignanus Petrignanus Amerinus Archiuij Romanę Curię ſcriptor de prçmiſsis rogatus prçſens inſtrumentum ſententię ſubſcripſi & publicaui in fidem & teſtimonium prçmiſſorum requiſitus.

¶ Collegium Archiuij Romanę Curię ſcriptorũ. Vniuerſis & ſingulis prçſentes noſtras literas teſtimoniales inſpecturis, lecturis, & audituris fidem facimus & atteſtamur, ſupradictum D. Petrignanum Petrignanum, qui de ſupraſcripto inſtrumento rogatus fuit & ſubſcripſit, fuiſſe & eſſe Notarium publicum & fidelem, ſuisque ſcripturis ſic ut ſuprà ſupraſcriptis & ſignatis in iudicio & extra adhibitã fuiſſe & adhiberi fidem. In quorum fidem præſentes fieri & per notarium infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliq; noſtri fecimus appenſione communiri. Datum Romę in Palatio apoſtolico Die duodecimo Nouembris Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo tertio. Ioannes Franciſcus Bucca Archiuij Romanę Curię ſcriptor. QVOD quidem inſtrumentum actorum & ſententię coram nobis (ut prçfertur) exhibitum & prçſentatum ac per nos uiſum & conſideratum, coram nobis per dictum D. Angelum Syndicum & procuratorem antedictum nominibus quibus ſuprà fac. per Camillum de Malchiauellis notarium noſtrum curięq; epiſcopalis prędictę infraſcriptum exemplari mandauimus & tranſumi. Decernẽtes huic publico tranſumpto ſiue exemplo cum dicto inſtrumen-

to actorum & ſententiæ auteutico, collationato auſcultato & concordanti, prout ſic illud in auſcultatione & collatione eiuſdem cum dicto auteutico per dictum & infraſcriptum Ser Camillum notariũ unà cum Ser Marco Antonio Balzano & Ser Neſtore de Morandis etiam dictæ Curię Epiſcopalis notariis publicis in pręſentia noſtra fact. de uerbo ad uerbum concordari uidimus & cognouimus, plenam & indubiam fidem per quoſcunq; & ubicunq; fuerit oportunũ adhibenda eſſe & adhiberi debere, huiuſmodique tranſumptum fidem facere, ac illi ſtari debere, perinde ac ſi prænominatum actorum & ſentẽtiæ inſtrumentum appareret. Quibus omnibus & ſingulis auctoritatem noſtram ordinariam atque decretum interpoſuimus. Et ad ampliorem præmiſſorum euidentiam dicti & ſupraſcripti tranſumpti magnum ſolitum ſigillum impreſſum duximus apponendum omni meliori modo iure, uia, cauſa & forma, quibus magis & melius potuimus & debuimus, ac poſſumus & debemus. Datum Bononiæ in Epiſcopali Palatio ſub anno à Chriſto nato Milleſimò quingenteſimo ſexageſimoquarto, indictione ſeptima, die uerò uigeſimoquarto Menſis Ianuarij, tempore Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto patris & D. D. N. Pij Diuina prouidentia Papę IIII. Præſentibus ibidem hon. ac diſcretis uiris D. Theodoſio dudom, D. Io. Anto. de Bottis Cauſidico Bononien. Nec non D. Bernardino Ramnuſio Manſionario Eccleſiæ Cathedralis Bononiæ teſtibus omnibus ad prædicta omnia adhibitis, uocatis atque rogatis.

Et ego Camillus de Malchiauellis dudũ Cæſaris filius, Bononiæ ciuis, publicus & cõmunis eiuſdem auctoritate notarius unusq; ex notariis Curiæ Epiſcopalis Bononiæ, quia prædicti inſtrumenti actorum & ſententiæ præſentationi, exhibitioni, uiſioni, tranſumpti cõmiſsioni, & decreti auſcultationi & pronunciationi, aliiſque omnibus & ſingulis (ut præmittitur) reſpectiuè factis, interfui & de illis rogatus extiti, & tranſumptum prædictum concordare inueni cũ pręfato originali autentico, illudq; auſcultaui cum prædictis & infraſcriptis Ser Marco Antonio Balzano & Ser Neſtore de Morandi etiam Curiæ Epiſcopalis Bonon. notariis, Ideo præſens publicum trãſumpti inſtrumentum manu propria confeci, & in fidem præmiſſorum hîc me ſubſcripſi, ſignum nomenq; meum appoſui conſuetum.

Ego Marcus Antonius quondam Antonij de Balzanis Bonon. ciuis publicus Apoſtolica & imperiali Cõmunis ac curiæ & Cameræ Epiſcopalis Bonon. auctoritate Notarius, quia ſupraſcri. actorum ſententiæ & aliorum præinſertorũ collationi & auſcultationi coram ſupradicto R. D. Vicario cum dicto Ser Camillo & infraſcripto Ser Neſtore factæ interfui, & per auſcultationẽ & collationem pręd ictam huiuſmodi acta & ſententiam cum ſuo auctentico concordare inueni ideo hîc me ſubſcripſi, & ſigno meo conſueto ſignaui in fidem & teſtimonium pręmiſſorum.

Et ego Neſtor olim Egregij uiri Ser Camilli de Morandis Bonon. ciuis publicus apoſtolica & imperiali Cõmuniſq; ac Curię & Camerę Epiſcopalis Bonon. auctoritatibus notarius, quia ſupraſcripto inſtrumento actorũ & ſententię collationi & auſcultationi coram ſup. R. D. Vicario cum dict. ſer Camillo Malchiauello ac Ser Marco Antonio Balzano fact. interfui, & per auſcultationem & collationem pręd ictam huiuſmodi inſtrumentum, acta & ſententiam cum ſuo autentico concordare inueni, ideo hîc me ſubſcripſi, & ſigno meo ſolito & conſueto ſignaui in fidem & teſtimonium pręmiſſorum.

Imprimi concedimus Leo de Leonis Vicarius Generalis.

Originale extat Bononię penès Dominum Camillum de Malchiauellis Notarium ſupraſcriptum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Procreandi inſtinctus naturalis cunctis ineſt animantibus.*
2 *Parentum commune uotum eſt, ut eorum bona ad filios perueniant.*
3 *Filij tenentur parentum neceſsitatibus ſuccurrere limitatur tamen.*
4 *Filios, qui ex iuſtis nuptijs non ſunt procreati, lex tuilit ab initio abhorruit.*
5 *Filij naturales alendi ſunt. & nume. ſeq. quod ampliatur nu. 7.*
6 *Fornicatio omnis eſt à iure Cano. prohibita.*
8 *Aequitas attendenda eſt.*
9 *Filij naturales ne dum alendi ſunt, ſed etiam ipſorum filij, & filiæ congrua dote ſunt quoq; collocanda.*
10 *Liberorum appellatione nepotes continentur.*
11 *Victus apellatione quæ ueniant.*
12 *Alimentorum appellatione quæ contineantur. & nu. præced.*
13 *Dos ſuccedit loco alimentorum.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

SANCTISSIMAE TRINITATIS inuocato ſubſidio.

QVVM ea ſit naturalis rationis
1 uirtus, † ut cunctis poſsit ani- a Ariſtot. proœ. pol
mãtibus inſtinctus quidã pro- li. Circ. poſ
a creationis inſitus ſit, [a] corũ ſicio.
quoq; quę procreata ſunt educandorum curã ad progignen- b l. 1. § de iuſ. & iu. §. naturale. in ipeo. in pr. de iure natu gen.
tes eadem natura impellente pertinere perſpici-
b tur, [b] eſtque non ſolùm naturæ lex hęc, † ue-
2 rùm & inde commune parentum uotum oritur,
ut

ut eorum ipſorum bona ad filios perueniant. a

Amplius tàm potens naturæ fuit uinculum hoc, ut eorum quæ procreata ſunt, quædam nō minorem parentum curam ſuſcipiunt, tametſi id Baldus negligēdum eaſtimet, nēpè quod μήτε κακὸν οὔτε ἀγαθόν. καὶ γὰρ τὸ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. c qua ratione & natorum acerba morte ſublatorum bona miſerationis cuiuſdam naturalis intuitu parentibus ipſis deferri conuenit. f unde & genitore & genitrice ſuperſtitibus lex ipſa iniquiſſimum eſſe putauit egere parentem ipſo filio in luxu gaudente. g

3 † Quamobrem Pius Imper. ſanxit quum æquum ac iuſtum ſit, liberos ipſos parentum neceſſitatibus ſuccurrere; iudicem aditum ei rei conſulere debere. h quod nihilominus ita temperatum eſt, ut ideo filius alienum æs à parente conflatum diſſoluere non cogatur. i

Fortius adeò charitatis huius ac ſanguinis fortis eſt nexus, k ut non is tantùm qui partū præfocat, necare uideatur, uerum etiam qui alimoniam denegat. l quocircà non ab re lex ipſa præcepit, parentes idipſum oneris ſubire detrectantes iudicentis officio compellendos m eſſe. qua quidem in re nemini ambigendum eſt, quum illud ipſum lege cautum ſit. n quod quidē in uniuerſum in omnibus filiis hac naturali ratione inſpecta obſeruandum foret, quum primæuis illis temporibus iuris poſterioris diſtinctiones non inſpicerentur. o quod tantiſper uiguit, quoad Romanorum iure definitum fuit, illū ipſum filium eſſe qui ex uiro atq; uxore natus fuiſſet. p quocircà quod natorum omnium naturali iure cōmune fuerat, ut quotquot in lucem editi fuiſſent ab ipſis parentibus alerentur, illorum proprium eſſe cæpit, qui iuſti filij eſſent. q ac muneris omnibus abſoluti. r cæterùm,

4 † qui ea iuſtis nuptiis orti non fuiſſent, lex ipſa ciuilis adeò abhorret, ut nec nominandos eſſe conſtituerit. s quod quidem ita paſſim obſeruatum eſt, quandiù Conſtātini lege forma quædam inducta fuit, ut natalibus reſtituti parentum ſucceſsionis capaces redderentur. t poſteaque & alij modi adinuenti fuerunt, quibus idem iuris conſequi poſſent, u dum tamen ex muliere natos proponeretur, quæ domi retenta fuiſſet. a qua ratione poterat pater eos inſtituere; quibus inteſtatis ſaltē in ſex:ante ſuccedebant. y ſecus autem ſi ea eo coitu produxiſſent, quem lex ipſa damnādum decreuiſſet. quos lex nepharios, inceſtos, adulterinosq; e partus nominat, ij enim nihil penitus capere poſſunt. z

5 Sed † quid ſi ex meretrice uel amica alia'ue qualibet uulgari clientula uel famula quidā orti proponantur? quales Iuſtinianus ipſe Græca uoce νόθος appellat antiquus ue interpres naturales uertit. & ſi ex eo, qui uxorē habebat orti fuerint tanquàm ea prohibito coitu editos excludi cenſuerim. cur enim matrimonio conſtante cōcubinam fouere nephas non ſit? a quod multò magis Pontificio iure cenſendum eſt, ne peccatum induceretur.

6 † b omnia nanque fornicatio eo iure prohibita cenſetur. c Sed an ſaltem huiuſmodi ſint alendi? & cæſareo iure boni uiri arbitrio paſcendos huiuſmodi conſtat. d quod Alcia. mihi præceptor colendiſsimus docuit. e receptius eſt tamen Pontificia id duntaxàt lege concedendum eſſe. f ſummi enim Pontifices nō modicam æquitatem ſubeſſe cenſuerunt huiuſmodi alimenta non denegari: g nempe ut ea paterna ſubſtantia alimenta huiuſmodi debeantur: quod in eo quem uulgò baſtardum nominant expreſsit Ang. h

Quod quidem quum naturali ratione impulſi Summi Pont. induxerint, etiam inter Cæſaris ſubiectos obſeruandum conſtat. i neq; enim pietatis cauſa ferendum eſt aliquem fame confici. k

7 † Amplius idipſum procedere Baldus exiſtimauit, licèt pater ſecus diſpoſuiſſet. l quod à Dyno reſponſum extat. m uiget enim ſemper illa naturalis æquitas aduerſus quam teſtatoris ipſius prohibitio reiicienda eſt. n

8 † æquitas nanq; hæc plurimùm attendenda eſt, quæ naturali ratione nitatur, o atq; ab omnibus ſeruandam eſſe compertum eſt. p Quæ quum ita naturali ratione ſuadente à maioribus noſtris conſtituta ſint, quis filiorum horum legitimorum iniquitatem non uideat? qui Comiti Scipioni naturali filio ex paternis bonis alimenta præſtare detrectant? An cuiquam dubium eſſe poſsit, quominus aditus iudex pro facultatibus Illuſtriſsimi Comitis Riarij Hieronymi, quæ remanſerunt ampliſsimæ huic ipſi naturali filio alimenta decernenda diiudicet? q cur enim onus huiuſmodi humeris eius ab ipſa natura iniunctum, auelli ipſa morte putetur? r

Quod quum defuncti bonis iniunctum ſit & adhæreat, nō ſolùm ad eius agnatos, uerùm etiā ad quoſcunque ſucceſſores tranſire traditū eſt. s Nec haſitandum eſt quin in iudiciis iſthæc ipſa obſeruanda ſint, quum Pontificia lege ſit explicitè cautum. t

9 Sed † num iudicis ipſius officio ſint ulteriùs fratres huiuſmodi compellendi? nempè ut Comitis Scipionis quoque filios alant? eiuſque filias congrua dote collocent? & idem cenſendū puto. u lex enim ait: Patrem mitiusquoque, nō ſolùm filij onera ſubire debere. quum enim ſubſit eadem naturalis æquitatis ratio, cur diuerſum ius conſtituendum ſit? x Pontifex enim liberis exhibenda neceſſaria ſtatuit. at liberorum appellatione nepotes quoque comprehenduntur, y unde quod de filiis, idem & de nepotibus decretum eſſe cenſendum eſt. Nec id ſolùm in

10 expenſis, uerùm in ueſtitu intelligendū eſt. † ut

fin. d.ca. cum haberet, in fin.
o Soc. cōſ. clxi. pro deciſione. Ang. l. alimēta. C. de negoc. geſt.
p Abb. cōſ. cxv. 1 2. Bal. nouel. tract. dot. vj. princ. xvj.
q d. l. ſi quis §. idem reſcriptum. ff. de lib. agno. l. libertis quos. §. j. de alim. lega. Barto. l. iij §. Cato. in vj. tx. in fin. ubi Doct. de uerbo. oblig. Bal. d. authen. licet.
r Bald. d. auth. licet. d. l. ſi quis. l. pen. & fin. C. de alen. lib.
ſ d. c. cum haberet. l. illam. C. de colla. ubi Doct. Cæpol. d. conſ. lxxij.
t arg. l. ſi filiæ §. j. lami. etc. glo. d. ſi quis a liberis, uerſ. cætera.
u d. l. ſi quis a liberis, in prin. ibi, nepotibus.
x d. cap. cum haberet.
y l. liberorum, de uerbo. ſign.

dus

ctus enim uerbo, quæ eſui, potui atq; corporis
z cultui neceſſaria ſunt, continentur. z
12 Quod † & de alimentorum quoque ratione
a reſponſum extat. a qua ratione neptes quo-
b que collocãdas Bar. ipſe reſpondit. b alioquin
13 filius ipſe neceſſaria habere nõ cenſeretur, † cu
ius filiæ dote ipſa, quæ alimentorum ſubit oi-
c cem. c carerent. d Quocircà cõcludẽdum eſt
d iudicẽ ipſum Comitis Scipionis deſideria per-
pendere debere. & quum res hæc uniuerſa ex
æquitate ſanguiniſq; charitate deſcendat, eius
fratres compellere debet, ut pro facultatũ mo
e do ei ipſi alimenta exhibeant. e cur enim alimẽ
f torum loco dos ipſa non ſuccedat? f quod qui-
dem onus quum ad extraneos tranſire conclu-
ſum ſit, facilè colligi poteſt num illud fratres
g excutere ualeant. g Diuino nanque iure etiam
extraneis egentibus huiuſmodi officium im-
h pendere tenentur. h Quid enim habemus nos,
i quod non non acceperimus? i curet igitur cir-
cunſpectus iudex ne quidquam aduerſus iuſti-
tiæ maieſtatẽ decernatur, quoniam illud præ-
oculis habere debet, qua cęteros lance perpen-
det, eadem ſibi menſura remetiendum eſſe, ab
eo certè iudice qui hominum corda ſcrutari
k potens ſit. k Quod uelit Deus omnipotens, ut
natorum omnium oculi ipſius ueræ lucis ſplẽ-
dorem agnoſcant, unaque cum electis in pace
quieſcant. Bononię.

Portius Forocorn.

a l. uictus uerbo. de uerb. ſig. ubi Alcia.
c l. fin. de ali. lega.
b Bar. d. l. fin. Marthei. ſing. cxlvij.
s l. Pomponius Fam. erc. l. de do. de collat. bono.
d d. cap. cum haberet, ubi Cano.
e d. l. ſi quis. d. l. ſi. C. de alend. libe. Abb. d. c. cũ haberet, ulc. nota.
f l. quoniam nouella. C. de inoff. teſt. Cum. conſi. c. incip. non caret.
g Spec. tit. qui fil. ſint legi. §. j. uerſ. uem ſi naturalis.
h c. non ſatis. cap. ſeq. 86. diſtinct.
i Spec. eo. tit. §. & generaliter.
k c. j. de ſen. & re iud. in vj.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Conductor operis faciendi, eatenus illud adimpleuiſſe cenſetur, quatenus illud perfecerit. & nu. 7.*
2 *Vſus communis loquendi nequaquam negligendus eſt.*
3 *Contrahentium à uerbis non eſt recedendum.*
4 *Mens non alia cenſetur quam quæ uerbis expreſſa eſt.*
5 *Propoſitum in mente retentum, nihil operari.*
6 *Præcedẽtia declarant ſubſequentia, & è contra.*

CONSILIVM CLXXXIX.

Ieſus Chriſtus ſemper adſit.

MERLINVS quidam Pontẽ fornicatum ſuper Vatreno faciundum cõduxit, certamque ſummam à locatore quatuor ſolutionibus ſibi numerandam ſtipulatus fuit i aureos imprimis quinquaginta, quamprimùm ad ipſum opus ſeſe Merlinus accinxiſſet, totidemúe ędificio ipſo inſtructo: demum ipſius Pontis abſoluto fornice aureos centum locator ipſe Merlino numerandos ſpopondit: tandem Kal. Ianua. alios centum. Quęſitum eſt, an ipſo Ponte concamerato opus illud abſolutum eſſe
dicatur? Idcircoúe Merlinus idipſum quod ſu-
ſcepit, adimpleuiſſe cenſendus ſit? Et prima
quidem fronte extremam ipſi operi manũ im-
1 poſitam nõ eſſe, dicendũ uideretur. † qui enim
opus faciundũ conduxit, eatenus adimpleuiſſe
a cenſetur, quatenus illud ipſum perfecerit. a ſed
peritorum ipſorum iudicio pons ipſe cui la-
tera deſint, perfectus non putatur, Merlinum
igitur non ſatisfeciſſe cenſetur: cur enim cer
donum, architectorumúe huiuſmodi peritia nõ
b attendatur? b
Verum aliter reſpondendum cenſeo, opuſ-
que ipſum Merlinum abſoluiſſe diiudico. Pons
enim ille quidem communi hominum appel-
c latione uocari ſolet. c cuius fornici extrema
manus impoſita eſt.
2 Nec † eſt ut quis hunc ipſum communem
loquendi uſum negligendum exiſtimet, quum
d inter peritos res ipſa tranſacta non ſit. d Præte-
reà ſtipulantis aliam non fuiſſe intentionẽ in-
de colligi poteſt, quòd abſoluta fornice, nihil
3 aliud requiſiuit, † cur ergo ab ipſorum con-
e trahentium uerbis recedamus? e idque præſer-
f tim in ipſis ſtipulationum conceptionibus. f
4 † Nec aliam mentem fuiſſe cenſendum eſt, quã
g quę uerbis expreſſa ſit. g ſibi enim ſtipulator
h imputet, qui non ſit apertius locutus. h † mens
5 enim quæ uerbis expreſſa non eſt, uel obſcurè
annunciata proponatur, nihil operari perſpici
tur, idque in humanis negociis contrahendis
i potiſsimùm, i tametſi aliud in ipſius legis inter-
K pretatione cenſeatur. k
Accedit quòd ipſius pontis qualitate expreſ
ſa ſatis contrahẽtium mentem declaratam ap-
paret. fornicatum enim ipſum facere ſpopon-
l dit. l † qua ratione & quæ antecedunt, quæúe
m ſubſequuntur, inuicem declarari ſolent. m quo-
6 circà eo iuris articulo iuuandum Merlinum cõ
n ſtat, quum quis fecit ut ſibi detur. n uel potius
o locati actio in ſtipulatum deducta fuit. o Nec
urget quòd Merlinus factum promiſiſſe dica-
tur, cuius quidem promiſsionis effectus ſcindi
p nequeat. p † qua ratione qui foueam fodere, in-
7 ſulam conſtruere, domum ędificare promiſit, ſi
partem duntaxat fecerit, nec pro parte quidem
liberari poteſt, effectum nanque ipſum operis
q perpendiſſe cenſentur, meritò ſcindi q illud nõ
r poteſt. r reſpondeo enim foſſæ, inſulę, domus
& pontis nomen corpus quidem certum ſigni-
ficare, quod propriam formam ex conſum-
ſ matione accipiat. ſ unde locato uel conducto
opere id ſignari Labeo ait. qđ ἀποτέλεσμα uo
cant. i. ex opere facto corpus aliquod perfe-
t ctum. t quare quum Merlinus pontis fornicem
u expleuerit, quid ulterius expectatur? u qui. n.
orbem peragrauit uſu ipſo edoctus eſt quàm
plurimos abſque lateribus pontes inueniri, &
pontes communi hominum appellatione tra-
x di. x unde ſequitur, ut partium ipſarum con-
y uentio huic ipſi contractui legem fixerit. y
Illud quoque omittendum nõ eſt, quòd pro
ponte facto centum aureos Merlino ſoluiſſe

a l. ſi is qui quadringenta. ad leg. Fal. l. v de uerbo. ſign. ubi Doct.
b l. j. de uent. in ſpi. ubi Doct.
c l. ſupra iter. ubi Bart. in fin. princ. de aqua plu. arc. & ibi Ange. Cepol. tract. de ſer. urb. prædio. tit. de ponte.
d Bar. l. omnes populi. de iuſt. & iu. vj. q. pa n. & l. Labeo, de ſupel. leg.
e l. non aliter, de leg. iij. l. ille aut ille, de hæ. inſtit.
f l. quicquid aſtringendæ. de uer. oblig.
g d l. Labeo.
h l. ueteribus de pa. ubi Doc.
i l. quidã cum filium. de hær. inſt. ubi Bal. & Imo. l. iubemus C. de teſt.
K l. ſcire, de le gi. l. nõ dubium C. eo ubi Bar. & Bal. c. fin. de reg. iur. in vj.
l arg. l. cum pater §. dulciſſimis, de leg. ij. l. in delictis §. ſi extraneus. de noxal. ubi Bar.
m l. ſi. de hær. inſti.
n l. naturalis. §. quod ſi faciã de præſ. uerb.
o l. certi condictio. §. j. ſi certũ peta. l. v. §. conuentionales. de uerb. oblig.
p l. iiij. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. de uer. ob. ubi Bar.
q l. in executione. §. ſi pars. eo. tit. de uerb. obli. ubi Mod.
r d. l. in executione. §. in ſecunda, Mod. d. l. ſtipulationes.
ſ d. l. ſi is qui quadringenta.
s d. l. v.
u Bar. d. l. ſupra iter.
x l. cum de lanionis. §. aſinã de fun. inſt. l. librorum. §. quod tamen Caſſius, de leg. iij.
y l. i. §. ſi conuenit de poſ.

Illuſtris Comes fateatur. quare propria uoce
z quod petit habuiſſe z detegit: unde perito iu-
dici ambigendum non eſt, quin ad reliquũ ſol-
uendum compelli ualeat. Imolæ.

z l. uni. C. de confeſ. l. ſi. C. de nõ num. pe.

Portius I.V.D. minimus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Natura ipſa cunctis hominibus inſtinctus generandi inſitus eſt.*
2 *Filius patre defuncto, auo agnoſcitur.*
3 *Pauperibus ne fame pereant, ſubuenire tenemur.*
4 *Spurij alendi ſunt*
5 *Alimenta denegare, eſt necare.*
6 *Culpa non caret, qui cùm poteſt, manifeſto crimini non obuiat.*

CONSILIVM CXC.

Omnipotentis Dei ſuffragio inuocato.

Q VVM ea ſit naturalis ratio-
nis uirtus, Præf. Clariſsime,
1 † ut cunctis hominibus pro-
creationis quidã inſtinctus
a inſitus fuerit. a curam quo-
que eorũ quę procreata ſunt
non mediocrem eadem ratione animantia ipſa
b habere comperium eſt. b quod paſsim Docto.
c aduertunt. c unde parentũ bona filiis ipſis ob-
d uenire ſancitum eſt. d † Hinc & filius ipſo pa-
2 tre defuncto, auo agnoſcitur, e ipſiusúe paren-
e tis locum ſubintrat, cui ea eiuſdem bonis ali-
menta deberi pluſquàm manifeſtum eſt. quæ
quidem res quum ipſa ſanguinis charitate con
ſtet, lex iudicem ſuper ea re aditum, officiũ il-
f lius impartiri iuſsit. f quod Speculator aduer-
g tit. g † cuius quidem tractatus ratio adeò iuſta
3 eſt, ut egenis omnibus ne fame conficiantur
h ſubueniendum lex ipſa iubeat. h i quamobrem
i & Pontif. iure † ſpurios etiam alendos cõſtitu-
4 tum eſt. k hinc † & non ſolùm is necare tra-
k ditur qui partum præfocat, uerùm etiam & qui
5 alimoniam denegar, l quiúe uiſceribus inferat
l m Quapropter impius iſte tutor qui pupillo
m alimẽta exhibere negligit, legis Corneliæ reus
n conſtitui debet, cùm mortis præbeat cauſam. n
o quod quum iudicis arbitrio commiſſum ſit, o
p denegantem coërctione diſtringere debet. p
q nam ſi negligens eſt delicta prohibere, impune
6 ferri non ſolet, q † culpa enim non caret, qui
r quum poteſt, manifeſto crimini non obuiat. r
quocircà conuenit egregio Præfectui curare,
ne huic infanti alimenta denegentur. Imolæ.

a Ariſt. prog. polit.
b l. 1. in princ. de inſ. & iur.
c ll. de ali. lib. & ubi pu. edu. deb.
d l. cum ratio de bo. dam.
e l. Gallus. ubi Doct. 1. de libe. & poſth.
f l. poſthumo rum. de iniuſt. rupt.
g Bar. l. ſi ſit. de ali. & ciba. leg. l. ſi quis à liberis. de libe. agno.
h l. 1. ſi. & iii. C. d alen. libe. ri. qui ſi. ſint legi.
K c. nõ ſatis. 86. diſtin.
l Specu. d. tit. qui ſi. ſint. uerſi. ſiẽ omnes.
m c. cum habe ret. de eo qui dux. quam pol adul. Alex. cõ. ſil. 74. in ni.
n l. uel necare de li. agno.
o l. ſi mulierẽ ad leg. Cor. de ſica, glo. d. l. ne care.
p l. nihil r. tl. l. ſi quis nõ dicã C. de ſac. eccle.
q d. l. ſi quis à liberis.
r l. 1. §. perna. de li. agnoſ. ubi glo. & Bart.
s l. ut uim. de iuſ. & iur. ubi Bar. Bald. Caſ. & Iaſ.
t l. culpa. de reg. iu. ubi Dec. c. ca. error. 83. diſtinc.

Portius I.V.D. minimus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Euicta re, emptor aduerſus uenditorem regreſſum habet.*
2 *Euictionem in omnem caſum promitti, optimũ eſt.*
3 *Hæredi competit ius, quod defuncto competebat.*
4 *Fines duos ſeu limites demonſtrari ſufficit, ut fundus certus habeatur.*
5 *Subſtitutio nil aliud eſt, quàm ſecunda inſtitutio.*
6 *Hæreditas quandiu ex teſtamento adiri poteſt, tandiu ab inteſtato non poteſt.*
7 *Diſpoſitio teſtatoris legis habet uigorem.*
8 *Teſtamentum licèt falſum fuerit iudicatum, ſi ab eo iudicio fuerit appellatum, quòd non ob id effectu caret.*
9 *Sententia expreſſum iuris errorem continens, rei iudicatæ authoritatem non habet.*
10 *Sententia conformis libello eſſe debet.*

CONSILIVM CXCI.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

Hieronymo Manuncino Clariſſimi Præſidis Romandiolæ Auditori integerrimo.

Q VOD hiſce temporibus, maxima quidem iniquorum hominum turba aduerſus ſacroſanctam tùm Diuini tùm humani iuris authoritatem ita cõſpirauerit, Iureconſulte clariſſime, ut illam ipſam permiſcere, modiſq; omnibus peruertere decreuerit, inter tot calamitates, quibus Chriſtiana Reſp. prorſus affligitur. humani generis plurimùm intereſſe diiudicandum exiſtimo, huiuſmodi uiros & doctrinæ, & integritatis ipſius pietate inſignes inueniri, qui huic impię coniurationi adeò diligenter occurrant, ut quàm primùm huiuſmodi peſtifera labes extirpetur. unaque uniuerſi extinguãtur, qui confictis cauillationibus omni ſtudio conãtur in aliena (quod aiunt) prædia impudenter irruere. Nõ enim minus ſæculis hiſce neceſſarij forẽt priſci illi Athenienſiũ Ariopagitæ, quàm quum ſęua cœli intemperie uaria corporum uitia inualuerunt, aut Hipocratis manus, ſiue quum hæreticorũ copia quędam orthodoxam fidem inuaſiſſet, Athanaſij ſplendor, Auguſtini doctrina, Hieronymiúe facundia requireretur. Quamobrem quum hodie per fora uolitent, non qui C. Aquilij prudentiam ſibi ipſis imitandam propoſuerint: cuius ſcientia Rom. Pop. non in decipiendo, ſed cauendo uſus eſt: quippè ꝙ ęquitatem nunquàm à iure ſeiungeret. uerùm ij quidem ipſi qui rabidam Harpiarum ingluuiem repræſentantes honeſtius rabulę quàm iuriſperiti nuncupandi forent, quippè quòd ſanctiſsimã hanc ciuilis facultatis diſciplinam miris quibuſdam ſophiſmatibus prophanare contendunt, huic ipſi prouinciæ domeſticis ſeditionibus propè iacenti, nunc demum iure lętandum eſſe fateor, quòd tu pater integerrime illi ipſi litigiorum diſcuſſor obtigeris, quem nulla malorum calliditas facilè nec decipere, nec à recti iudicij

examine

examine poſsit auocare, eos igitur integerri-
me uir, qui ex Chriſti ſeruatoris ouibus nomi
ne tantùm ſeſe ꝓfitentur omni ſtudio columbē
doa enitere, ne in ꝓximi perniciē, quæ à ſum-
mo Deo præripua munera receperunt, ſedulò
cōuerrant. atq; exactū ingenij acumen in pro
poſita ſpecie intende, & plures nonnullorum
iuriſperitorū uel potius perditorū anfractus,
atq; captioſas ambages in alterius detrimentū
confictas luce clarius deprehendes. Quod ut
facias, Chriſti gratia tibi ipſi perpetuò adſit.

Matthæus Fauentinus moriens eius ipſius
uxorem instituit, ita tamen, ut nihil alienaret:
eiq; nepotem & neptes quatuor quandocunq;
decederet, ſubſtituit. & ſi qs filius aut filia ex
ipſo nepote naſceretur, pleno iure ſuccedere
iuſsit. Tādem nemine eorū ſuperſtite Fratres
Minores & hoſpitale uocauit. Cōtigit, uxorē
illam hærede ſibi Ioanne Vandino relicto de-
ceſsiſſe, qui quidē tanquam frugaliſsimus hæ
res, ne iura hæreditatis dilaberentur, aduerſus
Cæſarē & Camillū Marconium, quoſdamque
alios libellū porrexit, eos ipſos ad ſolutionem
eius ipſius rōpellendos eſſe contendens; quod
illius tanquā Matthæi hæredis interfit prædiū
quoddam ab eo nō fuiſſe euictum: promiſerāt
enim in omnem euictionis caſum. Quæritur
an ſit audiendus? Et uideretur, fideiuſſores
enim ſi prædium euictū fuerit, promiſerunt,
a cur ergo conditionis euentu nō teneantur? a
1 † Id etenim in iure noſtro exploratiſsimū eſt a
b b ut emptore ea re, quam emit euicta, aduer-
c ſus uenditorem regreſſum habeat. c Quod &
in eo quoq; fideiuſſore, quem uulgò ſecundū
authorem nominant, ſi id actum ſit, uerum
d quoque eſſe, omnes unico ore confirmant, d
2 † quod multò magis in propoſita ſpecie reſpō
dendum eſt, in qua conſtat in omnem eui-
e ctionis caſum eos ipſos promiſiſſe. e

3 Nec † ambigendum eſt, quod ius Matthæo
cōpetat, idē quoq; eius hæredi cōpetere: quū
f in uniuerſum defuncti ius ſucceſſerit. f eſt.o.
g iuris uinculū obligatio, g quæ ad ipſos hære-
h des tranſire debet. h qua ratione ad eoſdem
i quæ facti ſunt, tranſire non poſſunt. i quū igi
tur Vādinus Matthæi uxoris hæres eius ipſius
K ex ueteri iuris regula cēſeatur hæres, k necnō
inter Marcum Antoniū Ruffum & Matthæū
conuenerit, ut accepti fideiuſſores euicto præ
dio tenerentur, non eſt dubiū eos ipſos huiuſ-
l modi conuentionem ſubterfugere nō poſſe. l
præſertim, quū litis quāprimum motæ denun
m ciatio ipſis facta fuerit. m quam quidē rite &
n rectè factā fuiſſe ex ipſo inſtrumēto apparet. n

Etſi diceres ex hoc capite ſeſe fideiuſſores
ipſos iuuari poſſe, quòd de ueris ipſius prædij
finibus non cōſtet. quod Ruffum Caluum Mat
thæo uendidiſſe proponitur, nuncq; à Marco
Bagnario, cuius author ipſe Ruffus erat, demū
ab Aleſandro Caluo euictum, quare proceſ-
o ſus ipſe irritari facilè poſſet. o Reſpondeo,
4 † diligenti lectori, minimo labore reſponſio-
nem in promptu eſſe, duos certè ſaltem fines
p apparere: quod iuris regulis ſufficere cōſtat. p

Quos quidem tùm ex documētis in ipſo iu
dicio exhibitis, tùm ex atteſtationibus quili-
q bet deprehēdere poteſt. q Accedit quòd poſt
priorem euictionem à Macinello extortam fi-
deiuſſores huiuſmodi acquieuiſſe ꝓponatur,
ſolutionemq; ipſi Vādino eo nomine cæpiſſe.
quocircà negocium hoc ferè tranſactū haben-
r dum ſit. r meritò & altero quoq; iudicio il-
los ipſos acquieſcere debere fatendum eſſet.

Sed ne hæc uera non ſint, ſubſiſto admo-
dum: quinimmo Vandinum ipſum tanquàm
Matthæi hæredem agentem repellendum exi-
ſtimo. In modica nanque facti conſideratione
a iuſtitiæ conſiſtit uirtus. a In primis enim ne
mini uerendū eſſe cenſeo, quin Matthæus ipſe
plures hæredum gradus fecerit. uxorem enim
ipſam primùm inſtituit, eiq; quandocunque
s decedenti ſecundo loco Iulium nepotē & qua
tuor neptes ſubſtituit. & ſi contigiſſet Iulium
ipſum ſuperſtite nato diem ſuum obire, pleno
? iure illum ipſum hæredem eſſe iuſsit: quibus
omnibus demum deficientibus fratres Mino-
res atq; hoſpitale uocauit. Quis autem huiuſ-
modi ſubſtitutionum gradus euertere poſſe
t putet? t † quid enim aliud eſt ipſa ſubſtitutio
5 niſi ſecunda quædam inſtitutio? u quod Caius
u lib. inſtitutionum ſecundo docuit. x nempè
x ſi primus hæres inſtitutus non adeat, uel ꝙ
y nolit, uel quòd de medio tollatur, y quod ci-
z ues mei Forocorn. quandoque diſputant. z

Quod quum ita ſit, cur aliquis tàm impudēs
inueniri poſsit, qui teſtatoris huiuſmodi men
tem, quæ iuris regulis innititur, infringendā
eſſe exiſtimet? An una non ſit legis ipſius in
a tentio illam ipſam adunguem ſeruandā eſſe? a
6 qua ratione traditum eſt, quandiu ex teſtamē
to hæreditas adiri poſsit, tandiù ab inteſtato
b adiri nō poſſe. b Quid enim humano generi
profuiſſet à lege xii. tab. liberam de bonis ſuis
c diſponendi cōceſſam fuiſſe facultatem? c Idq;
d ſingulari quadam benignitate, d nam cur quia
diſponat de rebus in illud ipſum tempus, quo
e nō ſit futurus dominus? e niſi & priuilegium
hoc quoque ita latè interpretandum lex ipſa
7 præciperet, † ut in huiuſmodi diſpoſitioni-
bus teſtamentorum uoluntatem legis ipſius
f uigorem obtinere caueretur. f quod quidem
non ciuili tantùm iure, uerùm etiam præto-
g rio procedere ſancitum eſt. g unde † & licèt
8 teſtamentum falſum iudicatum fuerit, dum-
modò ab eo iudicio appellatum fuerit, præ-
torio tamen iure illud effectu non carere con-
h ſtat. h uentre quoq; præterito inſtitutus inte-
i rim adire non poteſt, i quū enim poſthumus
naſci poſsit, prætor ipſe, qui iuris ciuilis ui-
K ua quædam uox eſſe cenſetur, k in eam par-
tem interpretatur, quæ teſtatoris ipſius men
l ti exequendæ aptior ſit. l Fortius quoque
eadem ratione reſponſum accepimus, teſta-
toris uoluntate etiam ex coniecturis elicita, mi

a L.cedere. de ver. ſig. in fin. prin. ubi Alcia. Bar. Bal. Imo. Alex. l. fi. fa cere. ſolu. mat. b Bar. Bald. l. Lucius. mãda. Bar. Bald. Sali. Alex. l. ſi. p ea. Cod. eo. c l.j. de euict. vbi Doct. d l. iiij. eo. ti. de euic. ubi Bar. c. fina. de fideiuſſ. gl. e l. pacta. de contrahē. emp. vbi Doct. Ale. l. j §. ni ſtipula. nonū. de præte. ſtipul. e Bart. l. fin. de reſcin. ven. l. ſi poſſ. C. de euic. f Nihil aliud. de ver. ſig. vbi Alcia. Bar. Ru bri. de acq. hær. g inſtitu. eo. in princ. h l. cum a ma tre. C. de ac. vē di. l. cum hære des. de acquirē. poſſe. ubi Doc. i l. in ſuis de li be. et poſthum. ubi Alex. l. nō ſolum. §. morte. de no. ope. nun. vbi Alcia. K l. fina. C. de hære. inſti. l l. j §. ſi com munis, depo. l. in tiligentiū §. pra tore. de peti. m l. emptores. C. de euic. l. ſi fundus. §. ſi cō ue. tio. c. fin de emp. ubi Doct. n Spec. eo. ti. in princ. o Specu. tit. de cauſ. in fo. in ſtru. Bart. l. de mōſtrario falſa. in fin. princ. de cond. & dem.

p l. formam. de cenſ. ibi, duos proximos. Bar. d. l. demonſtra tio. q. vij. de cō di. & demonſt. Bald. Rub. C. de contra. emp. q c. cum cau ſam. ubi Inn. & Abb. de teſti. r l. j. de nou. ope. nunc. vbi Barto. q. j. l. ad ſolutionem. C. de re iudic. vbi Doct. s l. ſi ex pla gis §. in cliuo. Ad leg. Aquil. t Doct. Rub. de vulga. & l. poteſt. eo. tit. u l. in ratione. §. quod vulgo. Ad leg. Falci. Doct. Rub. C. de impub. x l. j. de vul ga. l. Cicero, de pœnis. y l. precibus. C. de impu. ubi Dec. iiij. nota. Mod. Rubr. ff. eo. Alex. & d. l. in ratione. §. q̄d vulgò. z Imo. Alex. Iaſ. Aret. Soci. Rui. Ripa. Al cia. d. Rube. de vulge. Abb. c. Reynutius. de teſta. in gl. ma gna. a l. j. C. de ſa croſ. eccl. in Au then. de hære. & Falci. in §. b l. quandiu. de acq. hære. l. quandiu. de re gu. iu. vbi Dec. c l. verbis le gis. de ver. ſig. §. diſponat. in Auth. de nup. d gl. d. l. illa inſti tutio. de hære. inſti. ubi Doct. Alber. Rub. de teſta. Deci. l. e mancipatā. C. qui adm. Iaſo. Rub. C. de hære. inſti. e l. in tēpore. de hære. inſti. ubi Dec. Alc. d. rub. de vulg. & l. Gallus, in prin. de libe. & poſth. & l. ij. de leg. i. f d. §. diſponat. l. in conditio nibus. de cōdi. & dem. g l. filio præ terito. ubi Doc de iniu. rup. & irri. h l. ij. C. de i ne. poſſe. ſecu tab. ubi Doc. i l. ſi filius hæ res. de libe. & poſth. vbi D. K l. nā & ip ſem. de legi. l l. vēter. Bar. Cēſ. Ior. Alex. Alcia. de acq. hære.

m nus dictum pluſquam ſignificatum cenſeri. m

m Aceta. auot. og cond. & de. m. oſt. ubi Soc. poſt alios.

Quamobrem, quum huiuſmodi conſtituta ſint, ut ultimæ defunctorũ uoluntates cõſeruẽtur, unde noua hæc tanquã aperta earũ infringendarũ auiditas? qua ratione tã uafer ille interpretandarũ legũ peritus, iudices adeò ſtolidos eſſe putet, ut fictitiis quibuſdam cõmentis immutata ueritate, eorum mẽtis aciem obtundere poſſe confidat? Quo inquam pacto Vandine te ipſum huc intruſiſti? Deum optimum teſtor, qui mihi nunc adeſt, cordiſq; mei intimas cogitationes introſpicit, niſi miro quodam ſtupore confectus ſim, quamprimùm impium hoc facinus ad meas peruenit aures, ut quatuor neptibus ſuperſtitibus à teſtatore ſubſtitutis rerum omnium inopia laborantibus extlulis, extraneus, quem quidem nedum teſtator non nominauit, ſed nec unquam cognouit, in hæreditatem alienã irruat? Quid enim aliud prædonis nomen ſignificet? hæreditaria prædia diſtrahis? egregiè ſanè, ut miſellæ ipſæ neptes fame conficiantur, quas ex illorum fructibus alendas teſtator ipſe uoluerat. Quis tàm impiam iniquitatem tueri auſit? Quid enim iuris fratres minores aut hoſpitale cedere potuerunt? quum nullum habeant, neptibus ipſis ſuperſtitibus, quæ ſecun-
n do loco inſtitutæ fuerunt. n † quamobrẽ con-
9 ſequens eſt, ut ſententiã illã, quę inſtante Vandino uti hærede lata eſt, rei iudicatæ authoritatẽ nullã habere dicamus: expreſſum enim iu-
o ris errorem continet. o Accedit quòd & ipſa petitio pugnãtia prorſus contineat, ut meritò non abſimilẽ de ipſa ſententia præſumptionẽ
p facere debeamus. p † conformis enim libello
10 ea eſſe ſolet, q doceudoq; Alex. diſſeruit. r
q Quid enim tã falſum excogitari poteſt, quàm
r eum ſeſe ab eo hæredem factũ eſſe aſſerere, qui
s ius huiuſmodi nullo modo habere poterat? s Aut enim irritum aut iuſtũ Matthæi teſtamen-
t tum extitit: t ſi irritum, cur Fratrum atq; ho-
u ſpitalis ceſsio quidquã Vaudino profuit? u ſi legitimũ & firmũ, cur ſubſtitutis exiſtentibus
x Vandinus ſit hæres? x falſa igitur intẽtio illius
y reijciatur, y uel ab ipſius iudicij limine. z
z Nec mouet q́ æquus ille interpretandarũ legum [illegible] de ſolutione inculcat: quippiam
a illa indebiti conditione retractanda ſit, a tantùm abeſt ut ulterius quidquã habere ualeat, nulla enim actio, qua quod ſuũ eſt iudicio hu-
b iuſmodi conſequatur, illi prodita fuit. b quare quum aliena iura nempe ſubſtitutarum neptũ contrectare non deſinat, idq; illis inuitis agat, haud ſcio ab ipſius furti diffinitione illum ipſum patronus ille diſertus cũ ulla ratione poſ-
c ſet eximere. c cui enim diffinitio cõuenit, illi
d & diffinitæ rei ſubſtantia adhæret. d cur enim
e aliena contrectat? ac falſi ultionem euitet? e Quapropter pluribus argumentis ab excellentia ueſtra poſtularem, ut iuſtitiam ipſam præ oculis habere uellet; ſecumq; cogitaret, quo eam nunc in hoc eius iuſtitia mandato miniſterio aliorum facta ponderabit, eodem illi in tremendo iudicio, ubi nullæ exigentur proba-
f tiones, remetiẽdum fore: f. niſi me tui ipſius fama iandiu admonuiſſet, quantoperè iuſtitię præceptis fauere ſoleres. Reliquum eſt, ut cætera, quæ ad præſens negotium ſpectant, pro exacto illius ingenio eruat. Quod ut poſsit, Chriſti ſeruatoris crux, eius cogitationibus perpetuò adſit, potiſsimùm ut afflictis omnibus ſemper fauere ſtudeas. Vale Imolæ.

n d.§ quod uul go. d.l. de uulg.

o l. ſi expreſ ſim. C. de appel la. ubi Doct.

p argu. l. 1. C. ſent. reſcri. non poſſ. 23. fraternitatis de frig. & malefi.

q Alex. conſ. 93. in 4.

r l. admonendi, de iur. iu. col. 7.

s l. nemo plus iuris, de reg. iu. arg. l. ubi repugnantia. eo. tit.

t l. 1. de iniuſ. et irr. teſt.

u l. inter cæteta. de lib. & poſthu.

x d. l. qui ſi de. d. §. diſponat.

y Bar. l. ſi. C. de ſat. cau. & l. per diuerſas. C. manda.

z l. 1. §. 1. ſi mẽ. ſal. ma. dixe. ubi Bal. & l. ſi. col. 7. C. de edic. diu. Adr. tol.

[illegible]

f d. l. rem non nouam. C. de iudi. c. 1. de ſen. & re iudi. in 6.

Portius nominis tui obſeruantiſsimus, ſine præiudicio ueritatis.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio contractus ab allegante probari debet.*
2 *Simulatio clarè exprimi debet.*
3 *Simulatio quomodo probatur.*
4 *Simulato ex contractu nullum acquiritur ius.*
5 *Veritas omnibus rebus gratior eſſe debet.*
6 *Inſtrumentum, cui ſolemnitas legitima interuenit, id efficit, ut non facilè fraus & ſimulatio præſumatur.*
7 *Simulatio contractus non inducitur ex ſola pretij redditione.*
8 *Simulatio non præſumitur, ubi iuramentum acceſſit.*
9 *Clauſula, omnia & ſingula eſſe uera, tollit ſimulationem contractus.*
10 *Subſcriptio quanta ſit efficacia.*
11 *Subſcriptio teſtium in idiographo neceſſaria non eſt, quoties ſubſcribens proprium recognouit characterem.*
12 *Relationis uirtus ut ea ſit, quòd in relato conſiſtat, non ſemper perpetuum eſt, cùm inter eaſdem perſonas non procedat.*
13 *Exequutio non eſt facienda abſque citatione.*

CONSILIVM CXCII.

SPIRITVS SANCTVS ILLVminet intellectum meum.

1 SIMVLATIONEM † contractus allegantẽ, illam ipſam probare debere, non dubitatur, ſpeciemq; illius diſtinguere. a quod in alijs quoq; negocijs in uniuerſo
b iure noſtro cauetur. b qua ratione † Aduoca-
2 tus ipſe noſtrum ſolet, et diligenter ſimulatio-
c nis ipſius ſpeciẽ ac clarè exprimat, c ne alioquin illam ipſam obſcurè exprimens ſuccum-
d beret. d quod in propoſita ſpecie diligenter obſeruatũ inde clarè conſtare poteſt, q́ in ipſa principi porrecta ſupplicatione narratũ ſit, prędiũ huiuſmodi fictè, proſus ac imaginariè uẽditũ eſſe, ut à quibuſdã proſcriptis ſeu exulibus fructus illius tutiores eſſent. probata igitur

a Bar. conſ. 64. Petrus Nicolę. Bal. l. ab Anaſtaſio, l. ſi. C. mã da. Cath. l. ſi. C. plus ua. qđ ag. b. l. 1. de eden. l. idem. Pompo nius. ſi. de rei uendi. l. et qui de proba.

c Ang. in §. 1. de excep. nu. 14.

d Decl. l. ima ginaria. de reg. iur. in ſin.

uendi.

uenditoris intentione prædij emptioné quandocunque ei luberet infringere uolentis, ſimulationis ſpeciem probatam, nemo eſt, qui neget. e 3 † quoniam uenditionem ſimulaſſe contrahentes appareat, quum aliud omnino egerint. f Accedit ipſa quoque emptoris confeſsio, qua diſerté nihil nomine pretij numeratum uenditori aſſerit, qua probatione an ulla maior inueniri queat? g quod quidem maximé credendum eſt, quum teſtis emptioni præſens pecuniam quæ oſtenſa fuit ab emptore minimè numeratam, atq; ab ipſo uenditore repoſitam fuiſſe, quinimmo ab ipſo teſte illius domino ſportarã paratus affirmati quare imaginaria prorſus huiuſmodi emptio dicenda eſt. h pretium nanq; contractus huiuſmodi ſubſtantiam reſpicit, i 4 †quamobrẽ ex huiuſmodi ſimulato prorſusq; nullo contractu nullum ius ipſi emptori acquiſitũ eſſe cenſetur. K

5 Verùm oppoſitum fortaſſe uerius eſt, † Socrate enim & Platone ueritas ipſe gratior eſſe debet. l Inſtrumentũ enim non leuibus machinis atq; tormẽtis oppugnatum corruere ſolet. m cuius quidem facies ſimulatè concepta non apparet, n quod Bartholomæo Veronenſi cui à cœpis cognomentum eſt, non diſplicuit. o 6 †legitima nanque in inſtrumentis, interueniens ſolemnitas id efficit, ut non faciles in præſumenda fraude ac ſimulatione ſimus, quum cauſa ipſa fictionis non appareat. p quæ potiſsimùm inſpicienda erat. q

Non mouet quòd in precibus narratum ſit, idcircò prædium traditum eſſe, ut ab eaulibus ſeruarentur redditus ipſi: quia id probare debuerat. r aſſerenti enim probandi onus incumbit. s quod quum non appareat factũ, ſimplex narratio alijs obeſſe non debet. t

Rurſus non obeſt precium reſtitutum eſſe: quoniam in ipſa ſimulatione probanda illud non ſufficit, u niſi tamen ab initio partes id egiſſent. quod quum non conſtet, ea æſtimare non debemus. x forte enim in depoſiti cauſam huiuſmodi precium conuerſum eſt, uel mutuum uel in donationis cauſam. y

Fortius in præparatorijs quoq; probandis uigilandum fuerat, z quorum tractatus nõ leuis eſſe conſueuit. a ſecus ſi poſt emptionem de pretij reſtitutione conuenisſent. Quæ quũ ita ſint, quidquã ſimulatum argui nõ poteſt. b 7 † & licèt hæc ipſa pretij reſtitutio aliquam ſimulationis præſumptionem induceret, id tamen ſolùm ad ipſius ſimulationis probationẽ non ſufficit. tres enim præſumptiones cõcurrere debent. c quinimmo duas non ſufficere reſponſum eſt. d Vnde minus in propoſita ſpecie, quũ unica tantũ ac leuis adſit cõiectura. e

Non mouet rurſus quòd ipſi cõtractui ſubſtantia defuiſſe uideatur. Reſpondeo enim ſatis eſſe quòd ab initio de hoc inter ipſas partes conueniſſe. f quamprimùm enim partes conueniunt aliquid pro certo pretio emi, licèt nihil tradatur, contractum ipſum ſubſiſtere declaratum extat. g contractus nanque huiuſmodi non re, ſed conſenſu perfici ſolent. Vnde pretij numerationem ex partium conuentione præceſsiſſe, cuius reſtitutio allegatur, probatam eſſe cenſendum eſt. h

8 Addo † quòd huic ipſi contractui iuramentum acceſſerit, unde in illo omnem ſimulationis ſuſpicionem ceſſare dicendum eſt. i Id. n. non paruam ueritatis inducit præſumptionem. K † quamobrem haud ſcio an ab ipſo uenditore ſimulatio huiuſmodi poſsit adduci, quum omnia & ſingula in contractu ipſo contenta, uera eſſe iudicauerit. l

Nec facile quiſq; turpitudinem propriam detegere permitti debeat, m quum inde alterius detrimentũ proficiſceretur. n Nõ omitto q chirographis quoq; geminatis ſibi ſatisfactũ eſſe uenditor cõfiteatur. quare cõpenſationẽ fieri debere, nemini dubiũ eſſe debeat. o

Non neget q teſtiũ nulla adſit ſubſcriptio, ut iuris regulis cõuenire uidetur, p itemq; relationẽ in eis adeſſe, quamobrẽ abſq; ſcriptura quam relatio fiat, nullam probationẽ induci. q 10 † Reſpõdeo enim ſubſcriptionem ipſam generalem adeò ſufficere, ut uicem idiographi prorſus obtineat. r nec obſtat quod ſcripturã non legiſſe alleget, quia illud probare debet. s alioquin aliud præſumi ſolet. t minus ſufficit deceptionem allegare, niſi & probetur. u 11 † teſtium autem ſubſcriptio idiographo neceſſaria non putatur, quum ſubſcribens proprium recognouit characterem. x nam ſi ſcribentis ſubeſt confeſsio, cur teſtium requiratur auctoritas? y

12 Nimis † mouet quòd relationis ea ſit uirtus, ut in relato conſiſtat. id enim inter eaſdẽ perſonas non procedit. z non enim axioma illud perpetuum eſt. a Nimis quoque urget q huiuſmodi confeſsio acceptata negetur: nam quo pacto id ſuaderi queat, quum eiuſdẽ manuſcripta atq; ſubſcripta tradatur? fuerit que ſemper apud ſcribentem huiuſmodi ſyngraphũ. unde actus intentionem præſeferre põt. b quamobrem quod iniquè iudicatum eſt, contractum hunc ſimulatũ eſſe, reuocari debet. c tantum abeſt ut exequẽdum fuerit, præſertim quum iudicia ipſa pari paſſu ambulare iudicatũ ſit, quæ ſententia conditio prorſus adimplenda eſt, d † Non omitto q executionẽ ipſã nulla citatio præceſſerit. quod iuris regulis apertè refragatur. e idque potiſsimùm appellatione pẽdente, f interim nãq; executio ipſa ſuſpendenda fuerat. g quæ quũ ita ſint, reuocãdã eſſe nemo nõ uidet. h quocircà temeritatis ergo reus expenſas oẽs ſubire debet. i Imolæ.

Portius.

e Bar. d. conſ. 67. uerſ. tertio modo.
f d. l. imaginaria. l. ſimulate, de ri. nup. l. emptor. de aqua. plu. arc.
g l. 1. C. de cõfeſ. ubi Doct. auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. an. nup. l. generaliter. C. de non nu. pec. ubi Doct. l. cum te. C. de tranſa. ubi Iaſ. 2. nota.
h l. nuda, de cont. emp.
i §. pretiũ. Inſti. de empt. & uẽdi. l. pacta q. de cont. empt.
K Doct. d. l. imaginaria.
l l. ſi ita legatum. de cõdi. & demonſt.
m Innoc. c. cũ Ioã. de fi. inſtr. Iaſ. l. ſi poſt diuiſionem. C. de tra. & fac. ignor.
n arg. l. fideiuſſorẽ §. pro Aurelio, de fideiuſ. Iaſ. l. ſi quis ſtipulatus. de uer. oblig.
o trac. ſimulatio. caſu col. 3.
p arg. cap. illo uos, cũ glo. uer. ex forma, de pigno. & c. in ciuitate, cum glo. uer. ex forma.
q l. ſi mulier. § prin. rat. amo. l. ſi maritus. §. ſi. qui & a quib. cap. ſi. de rend. in 6.
r Abb. c. conſtitutus, uerſ. Iaſ. nota. de reſcrip.
s l. Actor. C. de proba. c. 1. ut eccle. benef.
t arg. l. exemplo. C. de prob.
u Bar. l. ſingularia, ſi cer. pe. nu. 24. & Alex. ibi nu. 15.
x l. quoties, de uer. obl. Bar. l. ſi quis duos. de ſolut.
y l. ſi ſibi pecuniam. ſi cer. pet. Ang. §. actionũ. col. 7. cir. ſi. uer. Quid ſi inſtrumento dicatur.
z Alex. l. Lucius. depoſ.
a Bal. l. 1. quæſtio. x. C. ſi ſar. exte. Alex. conſ. 87. In cauſa. in 4.
b Alex. 29. clariſsime. in 7.
c Cæpol. d. tract. ſimulat.
d Soc. conſ. 48. nu. 2.
e l. ſiue poſsidetis. C. de proba. ubi Bal. l. diuus, de reſt. l in arg. ubi Alex. Bal. l. 1. uerſ. ſed pone. C. de legib. 6. i.

de reg. & pac. Bal. l. per diuerſas. C. manda.
f l. 1. de cont. empt.
g Inſti. de obli. quæ ex cõſe. in prin. ubi Accur. & idẽ de empt. & uendi.
h arg. l. manumiſsiones. de te ſti. & in l. decẽ, de uer. obli. l. nemo. de reg. iu. c. ad diſſoluendã, de deſp. impub.
i Vital. tract. clauſ. ſub rubr. An iuramẽtum firmet cõtractũ ſimulatum.
K l. ſed & ſi poſſeſſori. §. uſ ſi iuraueto, de iu. iu. l. cũ pater. §. ſiliue, de leg. 2. ubi Bar.
l Inno. c. cum eſtiogas. char. 21. nu. 52. de iu. iur. Bar. ibi uer. ſi. caſue, l. no. l. nemo poteſt, de leg. 1. col. 3. Alex. cõſi. 36. col. ſi. & 32. col. 1. in ſio. in ſi. col.
m l. ſi quis maior. C. de tran. ubi Doct.
n c. quãdam, de iu. iur. Spec. tit. de acto §. 1. uer. Sed quod ẽ.
o l. ſi conſtat. l. ſi. C. de cõpẽſ.
p l. cõparatione. C. de ſi. iſt.
q auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. l. 1. §. lex autem, ad leg. Falc. ubi Iaſ.
r Alex. conſ. 146. Ponderatus hic. in ſi.
s Bar. l. in illa, de uer. obl. nu.
t Bar. l. ſicut §. non uidetur, in princ. quib. mo. pig. Alex. d. cõſ. 146.
u Bar. l. 1. §. ſi quis negat. uerſ. quarto. quem. teſta. aper.
x Bar. l. admonẽdi, nu. 26. uer. circa primam. Alex. cõſi. 72. in quinto.
y Bar. l. nuda, de dona. nu. 8. in auth. de lit. ca. & ſi. ubi Ang.
z l. optimã. C. de cõs. ſtip. ubi Doct.
a Bar. d. auth. ſi quis in aliquo. uerſ. uenio ad aliam. Fel. c. ex parte nu. 7. de reſcript. Alex. an. conſ. 50. in v.

b l. filiusfam. ad Macedo. Bal. rubrica, C. de fi. l. inſtr. Alex. d. conſ. 148.
c arg. l. 4. §. condemnatum, de re iudic.
d l. Mæuius, de condit. & demonſt.
e l. a diuo pio §. in uenditione, de re iud. l. ab uno quoque, eod.
f Tot. tit. nil noa. appella. pend.
g l. 1. C. de exe. rei iudi. c. dilectis, de appel. in 6.
h c. uenientes. in ſi. de iu. iur. c. non ſolum, de appell. in 6.
i l. eum quem temere, de iudic.

S V M M A R I V M.

1 *Fœminæ à pluribus arcentur officijs, & quibus.*
2 *Senibus non pauca concedantur priuilegia.*
3 *Mulieres regulariter tutores eſſe nequeunt. fall. tamen.*
4 *Mater & auia poſſunt eſſe tutrices filiorum ſiue nepotum.*
5 *Mater in ſucceſſione tutela præfertur patri naturali tantùm.*
6 *Auia an excludat in tutela auum paternum?*
7 *Auus maternus excludit in tutela auiam maternam.*
8 *Auia excludit patruelem in tutela.*
9 *Tutela eo deferatur ordine, quo ſucceſſio. fall. tamen.*

CONSILIVM CXCIII.

CHRISTI SERVATORIS noſtri nomine inuocato.

EX facto eiuſmodi ſpecies incidit: impuberibus, parentibus orbatis, patruelis & auia eorum tutelam ſibi deferendam inuicem contendunt. Quæritur, quid decernendum ſit? Reſpondi, in propoſito negocio in primis illud ipſum intelligendũ eſſe, 1 † iure noſtro fœminas ab officijs publicis remotas eſſe. a Hinc lex ait, eas ipſas à iudicandi munere, Romano more repelli, b quod de prudentum interpretatione accipiendum non nulli docuerunt. c Idem de interceſſione reſpõſum eſt. d Argentariam quoque illas exercere prohibitum extat: e Indecorũ & pro alijs eas poſtulare, Prętori uiſum eſt. f quemadmodum & negociari non permiſit, g niſi pro parẽtibus ipſis, quos morbus aut ætas impedit. h 2 † ſenio enim non pauca ſingularia aduerſus communes regulas conceſſa ſunt. i Idque ſumma cum ratione, cùm ſenectus ipſa morbus ſit, unde neceſſitas oritur, quæ legis ipſius neruos infringit. K quare optimo iure olim nec tutelam ſuſcipere poterant. quod huiuſmodi uirilis opera putaretur, l & ultra muliebris ſexus captum, m procedebat 3 † id etiam licèt patris teſtamento mulier ipſa tutria relicta eſſet. n fruſtrà enim id fiebat, licèt cum illis teſtamẽti factio eſſet. o niſi tamen uſusfructus eorum quæ filijs eſſent relicta ad patrẽ peruenire prohibitus eſſet; p id tamen perpetuum nõ erat. In primis enim aliud ſtatutum fuit, ſi tutelam exercendi ius ab ipſo Principe obtinerent. q Idcircò lex ait, tutelæ officium plerunque uirile cenſeri. r

Aliud deinde Valentinus & Theodoſius addiderunt, nempè, ut ita demum à Principe id obtinere ualeant, ſi ad perfectam ætatem peruenerint, nullis tutoribus nec à teſtatore relictis, nec ab ipſa lege adhibitis: tunc enim eis prius quidem iuratis, ſecundis ſe nuptijs, S. C. Velleiano, atque omni legum auxilio renunciantibus, filiorum tutelam ſuſcipere permiſſũ eſt, s quod de matribus duntaxàt ſancitũ fuit, t meritò ad auiam non producebatur. u Iuſtinianus & ipſe mulieres ab ipſa tutela prohibuit, x niſi tamẽ mater & auia fuerint. y quod enim de matre conſtitutum fuerat, ipſe ad auiam extendit, z quod tamen ea conditione fieri Auguſtus ipſe ſanxit, dummodò inter geſta ſecũdis nuptijs S. C. Velleiano renunciatum appareret, a omnique legum auxilio, b alioquin ipſius tutelæ ſuſceptio legitima nõ cenſeretur. c Idem tamen alia conſtitutione iuramentum abſtulit, quod in huiuſmodi renunciationibus ipſæ ſubire cogebantur, d ne periurijs præſtaretur occaſio, quum uſu edocente toties peieratum ſit, quoties iuratum. e Quod licèt quandoque ſeruatum ſit, iura tamen conſtitui oportuit, ut Theophraſtus, inquit in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non in ijs, quæ ἐκ παραλόγου. f τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. g Suſcipiet ergo tutelam, iſa ipſis abſque iuramento renuncians: à qua quidem ad ſecunda uota accedens quamprimum expelletur. h

Amplius & ipſi matri beneficium huiuſmodi erga filios Iuſtinianus ipſe conceſsit, etſi debitrix aut creditrix ipſius filij ſit, i licèt nõ ſolùm in minorum cura ſuſcipienda, K uerùm etiam in tutela traditum eſt. l

Alibi creditori alterũ tutorem uel curatorẽ coniungi ſanxit, m ratio nanq; diuerſa nõ adducitur, idẽ ergo cõſtitui ius debet, n quod Accurſ. cẽſuit. o 4 † In matre tamẽ & auia aliud eſt, tutela enim admittitur debito in ſua natura manente. p quod & in auo admittẽdum Accurſius docuit, à quibus quidem ſuſpicionis ratio ceſſat. q eſt tamen huiuſmodi facultas eo tempore permiſſa, quo paternæ manui ſubiecti nõ ſunt. r hinc lex amiſsis uiris onua huiuſmodi mulieribus iniungi permittit. s t quod Bart. & Bald. admonuerunt. u 5 † niſi tamen naturalis tantùm adeſſet pater. x et enim mater præfertur in ſucceſsione, igitur & in tutela. y quoniam de patre lex certa ſit, de matre uerò nequaquam. z quod uerum eſſe etiam matre & auo paterno concurrente traditum eſt. a adhuc nanque in ſucceſſione mater eſt potior, b 6 † Sed quid ſi non adit mater, an auia paternum auum excludat? & quum lex dicat matori & auiæ ante ipſos agnatos tutelam ipſam deferri uideretur auiam potiorem eſſe. Barto. tamen auum præferendum docuit: quoniam ſublato filio de medio nepos illius locum ingrediatur, auique poteſtati ſubijciatur, c igitur tutela non indiget. d æquum nanque eſt, nepotes in ſuorum parentum locum admitti.

qua

e e qua ratione quod dictũ eſt agnatis præferri
matrem, intelligas ex latere coniunctis, inter
aſcendentes enim ſuorum hæredum iura con
f ſiſtunt. f quod & qui praxim tradiderunt, in-
g tactum non reliquerunt. g
7 Sed † an idem ſit quum auus maternus &
auia materna concurrunt? nempè, ut auia ceſ
ſet, & ipſe auus adminiſtret? & Bar. idem eſſe
h ait. h ratio eſt, quia auia ipſa eius uiro ſubiecta
i alterius tutelam aſſumere non ualet. i
8 In † propoſita igitur ſpecie patruelẽ ipſum
ab auia excludi cenſerem. (quod in patruo re-
K ſponſum extat) ſiue paterna ſiue materna ſit. K
l gradu nanque diſtare non exiſtimatur. l † Etſi
9 diceres eo ordine tutelam deferri, quo ipſa ob
m uenit ſucceſsio. m
Reſpondeo id uerum in regularibus tutelis
eſſe, ſecus in hac ipſa anomala atque irregu-
n lari. n unde licet patruelis in ſucceſsione præ-
ferendus eſſet, auiam tamen in ipſius tutelæ
ſuſceptione preferendam iuris manifeſtiſsimi
o eſt. o Habes præceptor colendiſsime, quæ in
hac ipſa ſpecie pro tenui facultate Tyro po-
tuit extricare, & tibi uiro acutiſsimo ſcriben
da duxerim, boni, licèt rudia prorſus ſint, ea
pro ſingulari humanitate tua facito. Vale,
Bononiæ.

Portius ſaluo iudicio exacto.

d. c. qui fen-ſis. c. licet. il ſſ. ubi Abb. de ſ-ſi̇l. l. not. quib c. ſi de magiſt.
f ſ. item ſul. ſtiſ. co. l. l. ſum. de lib. & poſt. et l. ſi filius qui pa ter, ubi Bar. Iaſ. & Mod.
g Spec. tit. de tu. Bal. d. auth. matri.
h Bar. d. l. ſi quis ſub. q. v. & d. auth. q. 3.
i arg. l. cũ hæredes §. 1. de ac qui. poſſ.
K Alex. conſ. cias.
l §. l. inſti. de leg. agna. ſuc.
m l. 1. c. in prin. de gradi. l. 2. de legi. tut.
n Spec. d. tit. de tutor.
o d. auth. matri. ubi Alb. Bar to. Bal. Ang. & Caſtr.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Epiſcopi qualiter ſe cum ſubditis gerere debeant, & nu. ſeq.
2 Epiſcopi tenentur ſemel in anno uniuerſas eorũ diœceſes uiſitare.
3 Epiſcopi alterius doctrina egere non debent.
4 Epiſcopi principio naſcentis eccleſiæ gratis ſubditos uiſitabant, & abſque aliqua procuratione, ſed demum fuit introductum ut eis procuratio debeatur, & quare.
5 Epiſcopi uiſitantes diœceſim, parcè procurationem ſiue uictum capere debent.
6 Principes ſubditis non debent eſſe moleſti, quinimmo eos tanquam paſtores fouere & cuſtodire debent.
7 Epiſcopi uiſitantes diœceſim non debent ob procurationem eis debitam, recipere pecuniam, fallit tamen.
8 Epiſcopo non uiſitanti, non debetur procuratio, & nu. præcedentibus. & ſeq. quod ampliatur etiam in profana ſpecie, nu. 11.
9 Præſcribi non poteſt ius uiſitandi.
10 Connexorum idem ius conſtitui ſolet.
12 Caſtro diruto, non debetur quod alicui principi promiſſum fuerat pro illius defenſione.
13 Conſuetudo mala reprobatur, nec ullo temporis curſu inducitur. & nu. 15.
14 Conſuetudo inueterata legis obtinet uicem. fall. tamen.

CONSILIVM CXCIIII.

DIRIGAT ME DOMINVS
in uiam ueritatis.

EX facto ſpecies eiuſmodi in
cidit, Forocornelienſis Epi
ſcopi Vicarius quampluri-
mas Imolenſis diœceſis Ec-
cleſias à ſacris interdixit: id-
que Cerbonio efflagitante
Epiſcopalis cenſus procuratore. quoniam il-
larum Rectores procurationum nomine (Al-
bergarias uocant) nihil ſoluiſſent. At presby-
teri ad huiuſmodi onus ſubeundum illorum
neminem compellendum aſſeuerabant; quo-
niam Epiſcopus ipſe eorum eccleſias non uiſi
taſſet, diuina potiſsimùm docendo, quod qui
dem præceptum, illius eſt munus. Quæſitum
fuit, quid ſecundum Pontificij iuris regulas
1 conſtituendum eſſet? † Et in primis illud unũ
a intelligendum eſt, a præcipuam eccleſiæ Chri
ſti Paſtorum curam eſſe, ut populum ipſum,
quem diuina uocatione cuſtodiendum acce-
perunt, tanquam frugaliſsimi cuſtodes ab ipſis
lupis degluti non ſinant, ipſo etiam Apoſtolo
rum principe id atteſtante: Paſcite enim (in-
quit) quantùm in uobis eſt, Chriſti gregem.
b b Quod quidẽ ad ipſius animæ alimoniam pri
mùm ſpectare diuus Paulus ſæpius admonuit.
c c Chriſti nanq; legatione funguntur, d quod
d diuus Ambroſius & Clemens quintus eius no
e minis Pont. Max. tradiderunt. e Pontanuſque
f ex facto reſpondit. f quapropter eius quoq;
ueſtigia obſeruare atq; imitari debẽt, qui uer-
g bo docuit, opereq; cõpleuit. g Hinc inſtitutũ
2 eſt, † Epiſcopũ ipſum uniuerſas eius Diœceſis
h eccleſias ſemel in anno uiſitare debere, h ut cle
ricos primùm ibi diſcutiat, nũ rectè in ſacra-
mentis exhibẽdis ſeſe gerant, quos ſi aberrare
i deprehendit, erudiat, i ſeduloue coërceat.
K K ſin uerò rectam euangelicæ ueritatis ſemitã
inſiſtant, Deo gratias agat. Deinde uerò ut ad
plebem ipſam Apoſtolicis documentis inſti-
l tuendam ſeſe cõuertat. l qua ratione traditum
3 eſt, † Epiſcopum ipſum alterius doctrina ege-
m re non debere. m Et licèt primis illis † naſcen
4 tis eccleſiæ temporibus facilius Epiſcopos ip-
ſos uiſitãdi munus abſq; aliqua procurationũ
illectatione obiuiſſe clariſsimũ ſit. Placuit ni
hilominus poſterioribus ſummis Põt. cuiuſdã
n ſubiectionis intuitu, n (ſiue qđ nõnulli potius
approbant) ut libẽtius ad uiſitandũ allicerent,
procurationes ab ipſis eccleſiis, illis ipſis exhibẽ
o das eſſe. o Tametſi id aduerſus iuris regulas in
ductũ uideat, quibus cautũ eſt, nephas eſſe, ut
pro ſpiritualib. Epiſcopi tẽporalia (ſic loquunt)
p metãt. p Fuitq; id tolerãtia quadã introductũ,
q ne aliquo pacto animarũ ratio paruipẽderet. q
quarũ quidẽ contẽplatione plura in iure noſtro
r ſingularia introducta fuiſſe conſtat, r ſolemus

a Paulus ad Titum c. procurationes. §. porro. de cl. ex 12. & procur c. cũ Apoſtolus. eo tit. Alcia. rubr. ca. C. de ſummi trin. & fid. cath.
b 1. Pet. 2.
c v. ad Tit. 3. ad Timoth.
d 2. q. 7. c. ne cuſtario. in fi.
e 31. q. v c. multorum. cle. 1. de panis. §. nec ſu per.
f Roma conſ. ult. col. ...
g Hebr. ... & xi. c. qui eccleſiaſticis. di. ſtin. 36.
h c. Mon... mus. de off. Archi. ubi Doct. c. cũ uenerabilis, ubi glo. Abb. & alij. de procur. cen. & exac.
i c. placuit 10. q. 1.
K d. c. cum uenerabilis. uerſ. quia. d. c. procurationes. § porro.
l c. cauſſam. c. ſeq. x. q. 3.
m d. c. qui eccleſiaſticis, ubi glo. in uer. quæ tane.
n Doct. c. 1. de cenſ. in vi.
o d. c. procurationes, ubi Abb. nu. v.
p c. 3. de cenſ. exac. & c.
q d. c. 1 §. ex quo, in d. c. procurationes, in fi.
r l. ſancimus. C. de ſac. eccl. ubi Doct. Spec. tit. de Adu. §. nunc tractemus. uerſ. fal. ... Fel. c. in præſentia, de proba. col. 12.

enim dicere, duobus propoſitis malis, minus eligendum, ut maius euitetur. s

Conſtituendum igitur eſt Epiſcopis eorum Diœceſis eccleſias uiſitantibus ab eccleſiarum Rectoribus procurationes exhibendas eſſe, t quippè quòd Rectores ipſi ea die, qua illius eccleſiam Epiſcopus ipſe uiſitat, menſam illi apponunt. u alibi lex quoq; ait, uiſitanti Epiſcopo, qui uiſitantur, expenſas miniſtrare debere. x non enim uel diuo Paulo authore abſurdũ cenſetur, ab eo humana exigi, qui ea ipſa, quæ ad animæ cultũ pertinent, miniſtrat. y
5 † quocirca clariſsimi iuris eſt, procurationes in mẽſa tantùm exigi poſſe, z parcè etiã tenuiterq; paratas, a ſumptiores enim epulas quærere Epiſcopum non decet, ſed cum gratiarũ actione, quod illis appoſitum eſt, recipere, b ne aliter multi temporis uictum, breuis hora cõficeret, c quod quidem impium cenſeretur, † quum
6 ſubditi præfecti graues eſſe nõ debeant, quos potius paſtoris uice fouere debent: d conſequens igitur eſt, ut ipſi rectores id onus ſubire non teneantur, quum eius diœceſim Epiſcopus ipſe non uiſitat. e Procuratio enim ipſi uiſitationi adeò adnexa eſt, ut nullo pacto poſsit ab illa diuelli. f Hinc Pontificia conſtitutione cauetur, ab eccleſiis tantùm uiſitatis procurationes exigendas eſſe. g necnon pro moderatis ſumptibus quibus diebus uiſitandi officium obibunt, in expenſis exigendam eſſe. h Hincque Archiepiſcopum Rauen. etiam à diui Proculi monaſterio dum uiſitat, excipiendum eſſe, reſcriptum eſt. i qua
7 † ratione & pro huiuſmodi procurationibus pecuniam exigi nephas eſſe conſtitutum eſt. k niſi tamen opulentiorem eccleſiã Epiſcopo uiſitante tenuioris ſacerdotij Rectori pecuniam contribuere commodius eſſet. l Quæ † quum ita ſint, ſatis apertè con-
8 ſtat nullum procurandi onus eccleſias ipſas ſubire debere, niſi eas Epiſcopus ipſe uiſitet. m quod Doctores paſsim aduertunt. n

Amplius quod traditũ eſt, procurationem ipſi uiſitationi ita connexã eſſe, ut nulla ratione disiungi ualeant, o adeo quoq; procedit, ut nec aliqua partium pactione id ipſum inuerti poſsit. p quum.n. ipſius animæ omnium rerũ nobiliſsimæ cõmodum uiſitationem hanc tecipere dixerimus. q cuius quidem ratio præ cunctis haberi ſolet, r ceu tùm authoritate, tùm utilitate publicum, s priuatorũ pactis tolli non poteſt. t an uiſitantis potius ratione quàm uiſitationis, idque animarum ipſarũ intuitu procurationes ipſe debeantur? u

9 Quæ † quũ eiuſmodi ſint, multò minus ulla tẽporis conſuetudine, quæ tacito quodam conſenſu legem receptam utentium moribus conſtituit. x nempe præſcriptione tolli poſſe, cenſendum eſt. y lex enim animarum ipſarum cõtẽplatione uiſitationem, ita neceſſariò faciendam eſſe præcipit, ut aduerſus iuſſum illius cõſuetudinẽ oẽm prorſus repellat. z quare & nulla bona fides adeſſe poteſt. a ſummus nanque Põt. certã uiſitantibus ipſis formã præſcripſit, b à qua nulla temporis aduerſa cõſuetudo aut præſcriptionis authoritas eximere poteſt. c

Fortiùs licèt uiſitatio ipſa animarũ contẽplatione inducta ſit, ipſaq; procuratio uiſitationis ergo conſtituta, ne Epiſcopi ſuis ſtipendijs militantes difficilius ad uiſitandum impellerentur, nihiluminus tàm indiſſolubilis eſt uiſitationis procurationisúe connexio, d ut ſi cut uiſitandi formæ ab Epiſcopo præſcribi nõ poteſt, ita nec rectoribus ipſis à procurationũ onere ulla temporis obſeruata conſuetudine ſeſe ſubtrahere licet. e In huiuſmodi enim nullam præſcriptionem ſibi locum uendicare traditum eſt. f † Nã & in uniuerſo iure noſtro
10 pro connexorum, ſeſeq; mutuo reſpicientiũ idem ius conſtitui ſolet. g Accedit quòd in omni diſpoſitione æqualitas ipſa ſeruanda ſit. h quamobrem quum ipſa procuratio propter uiſitationẽ inſtituta ſit, i at uiſitatio ipſa animarum commodum reſpiciat, cui renunciari nullo modo poteſt, k nẽpè ꝙ publici iuris eſſe cenſeat, l neceſſariò ſequitur, idẽ de ſequela reſpondendum eſſe, quod de principali conſtitum eſt. m

Eſtq; adeò hæc recepta concluſio, procurationem ipſam uiſitationis contẽplatione cõſtitutam eſſe, eaq; ceſſante nullo modo æſtima-
11 tionem exigi poſſe, † ut Thomas Piperata idẽ in prophana ſpecie non abſimili reſpondendũ ſenſerit. Pone caſtri cuiuſdam Decuriones ſoliti erant ſingulis annis Subaudienſi Duci bis eorũ oppidum uiſitanti duas (ut ipſi uocant) Albergarias n miniſtrare: cõtigit Ducẽ ipſum aliquot annis ab ipſo uiſitãdi munere deſiſſe: quæſitum eſt, an pecuniam eo nomine Decuriones ipſi ſoluere tenerentur? & procurationes euanuiſſe ob Ducis ab ipſa uiſitatione ceſſationem? ipſe Piperata reſpõdit, o cur enim quis emolumentum ſibi cuiuſpiam certi muneris contemplatione conſtitutum onere ipſo reiecto ſperet? p effectus nanque uigore non ſolet, eo ipſo, unde ſcaturit, expirante. q † qua
12 ratione certi cenſus annui promiſsionem ob caſtri defenſionẽ ipſo caſtro diruto euanuiſſe cenſendum eſſe reſponſum extat. r Quamobrem in propoſito caſu Forocorn. Epiſcopi procuratores omninò reijciendos eſſe diiudicandum eſt, quum procurationes nulla uiſitatione præcedente extorquere cupiant.

13 Nec † illi ipſi aliqua exigendi conſuetudo ſuffragatur: quum ratione in primis butuſmodi uſus careat, animarumúe commodo repugnet prorſus, meritò nullo temporis curſu induci ualuit, s quare & ab ipſa lege reprobatur. t † Et licèt tritiſsimis iuris noſtri regu-
14 lis circunferri conſueuerit, inueteratam huiuſmodi conſuetudinem legis uicem obtinere, v Quippè quius ex non ſcripto moribus tacito populi conſenſu recipi ſoleat, x id tamen non procedit, quũ illa ipſa diuino iuri refragatur,

s ca.i.diſt.13. ſpe.tit.de diſp. co §. genera. Rom.ſing.680. Deci.l.3.C. de carbo.edic.
t ca.ſuper eo. Quinto.c.cum inſtantia eo. ti. de ce. procurationes.
u d.c.i §. procurationes, c.iii. eo.tit.ibi, procurationem in uictualibus.
x c.ii Epiſcopus. de offi.ord. in vi.
y 1. Corin.9. d.c. cum ſecundum.
z d. c.ii. glo. d.c. ſi Epiſcopus. Abb. d.c. cum ſecundum. in d. & c.cũ ex officio, & præſcrip.nu.9. poſt gloſ.
a d.§.procurationes uer. moderatas.
b d.c. cum ſecundum, in fin. prin.c. illud. 2. q.3. ubi glo.
c c. inter cæteta.x.q.3.
d d.c. quum ſecundũ, in princ. d.c. cum Apoſtolus §. prohibem', nec illis.
e d.c. procurationes, ubi glo. & Doct.
f d.c. cũ uenerabilis.§. quia ergo. ubi Doct.
g §.c.i.de cenſi.in 6 §.i.in fi.
h c.iii.eo.in 6.
i d.c. ſopite.
K d.c.i.per totum.c.ii. eo.tit. eo §. ubi pecuniã uel à uolẽte exigere.
l c.iij. eo. tit. de cenſib. in 6. ubi Doct.
m §.c. procurationes. & d.c. i.ii.uer.eo.tit.in vi.ubi Doct.
n Domi.c.relatũ.x.q.i.doc. d. c. ſi Epiſcopus.Inno Barr. Ancha. Imol. Abb.d.c. procurationes. Bald. Imo.Abb.2. Feli.c.cum ex officij. & præſcri. col.i. & ii.
o d.c.cum Apoſtolus.
p Bal. & alij. d.c.cum ex officij.

u l.ſi unus.§. t.de an. le. Bal. d.c. cum ex officij.
x l.de quibus. cũ l.ſeq. de leg. i.§.ex non ſcripto.inſti. de iu. nat.gen. & ciu.
y d.c.cum ex officij, ubi Doc.
z d.c.i.d.c.cũ ex officij, ubi Feli.
a arg.l.ubi lex & ubi ca.
b d.c.cum Apoſtolus. d. c.i. .§.pen.
c d.c. cum inſtantia.
d d.c. cum uenerabilis.
e d.c. cum ex officij,ubi Doc.
f d.c.cũ inſtantia. in fin. prin. Roma.cõſ.371. in fin.
g l.Lucius §. Paul'.de Adm. tut.l. alter.l. de condi.& demõ. Bal.l. conuenticula.C. de epiſ. & cler.
h l.cũ proponas.C. de paſt. la ti.l.maximũ. C.de libert.
i l. ut liberis.C. eod.tit.
i d.c. cum acceptabilis.
K d.l. ſanctimus. l.l. de ſta. ho.d.c.cũ ex officij.Bart.l. Seius & Augerius, ad leg. Falc.ubi Alex.
l §.c.i .§. ex quo.in fi.
m l. cum principalis, de regu. iu §. pupillus. inſti. de pupil. ſubſt.
n glo.ca.præterea. & ca. ne.
o Tho. Pipe. in ſcit.Spec.iit tu. & cenſ. col. ult. Feli.d.c.cũ ex officij.
p l.nihil tam, de reg. iu.l.cũ opertet. C. de bo.q.lib.l.pen.
q c. ecli Chriſtus, de iureiur. inſti.de in ii. reſtit.
r R.ma. conſ.410.

s d.c.relatum & c. Epiſcopũ. x. q. i.
t d.c.i.§. pen. & fin & d.c. cum inſtantia.
u d.l.de quib. & l.diuturna.eo. tit.
x d.§.ex non ſcripto. l. moribus. de uulgar.

y tur, y atque ipſi Chriſtiano cultui repugnat. z
z †ueluti ſub alicuius cõſuetudinis clypeo cano
15 nici ipſi quotidianas diſtributiones recipere
poſſe cõtẽderent, licèt diuinis officiis nõ inte-
a reſſent. a Hinc licentiam illam, qua longo uſu
ſibi capientium bona illicito bello acquirere
iuſtè poſſe autumát, corruptelam quis rectius
b appellet. b & quis generalem illam duelli cõ-
ſuetudinem omni iure reprobatam approbet?
c c Hinc nulla temporis præſcriptione Regulus
aliquis ſibi permiſſum eſſe debet exiſtimare
d Epiſcopos ipſos iniuria afficere, d huiuſmodi
nãq; cõſuetudines tyrãnico quodã metu indu
e ctæ, corruptelæ potius appellandæ ſunt. e quæ
ratione & cõſuetudo illa quoque nullius mo-
mẽti eſſe ſolet, cui aliqua lege derogatũ pro-
f ponatur. f Quamobrem in propoſito caſu tã-
tùm abeſt, ut quidquam ulterius procurator
huiuſmodi poſsit exigere, quin potius duplũ
g reſtituere cẽſeatur. g nulla diutius uſitatione
h facta, h idque aduerſus legis ipſius iuſſum. cur
ergo iniuſtè extorta duplicentur? quum ipſi
clero, quo domini iure indebitũ ſolutum eſt,
i ius condicendi competat? i

Qua quidem in re eam iudiciis ipſius ſoler-
tiam fore intelligo ac ſpero, ut ſecum ſæpius
cogitaturum illum exiſtimem, quid ſibi uelit
K illud, Parentes filiis theſaurizare debere. K
Quamobrem friuolæ huiuſmodi conſuetudi-
l ni, quam quis rectius corruptelam appellet, l
m nihil prorſus tribuendum eſſe diiudicabit. m
Quod ut poſsit, Deus ipſe Pater omnipotens
uelit, ut Chriſti ſeruatoris gratia ei aſsiduè
adſit. Vale Imolæ.

Portius. I. C. minimus.

y ubi Doct. ¶ ſo j. de conſue. ubi Doct. d. c. cum dil. de re iudi.
z Dec. conſ. 260. nu. 5. Fe. c. ii. de ma. & ob.
a c. i. de ele. nõ ceſſ. in vj.
b Inno. ca. fin. quod met. cau. Papien. in lib. ſpolia. poſt. uer. ad reintegra n. dam. nu. 3. Cor. c. 8. 181. in lu.
c Oldra. conſ. 191. Iaſ. 69. in p. ualeam.
d cit. j. de pœ. nis.
e Fel. d. c. cum ex uſſicij.
f auth. omnes C. com. de ſuc.
g Fel. d. c. cum ex uſſicij. co. 8.
h d. c. 16. pen. ubi Doct.
i d. c. ii.
K ro. tit. de cõ. dic. ind.
l arg. l. nõ & ſi de inoffi. teſta. c. cum Apoſto. lus §. prohibe. mus in ſi.
m xi. diſtin. c. mala.
n Alb. d. auth. omnes.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Expenſæ factæ in reficienda eccleſia quomodo inter Canonicos partienda ſint. & nu. ſequen.*
2 *Commodum qui ſentit, & incommodum ſentire debet.*
3 *Collecta quo nam modo ſit imponenda. & vide nume. 14.*
4 *Eccleſiarum reparationes ad ipſos pertinet Rectores, quatenus tamen de fructibus ſupereſt.*
5 *Diſtributiones illis quidem clericis debetur, qui diurnis officijs interfuere. fall. ut nume. 7. & vide nu. 12.*
6 *Militibus ſtipendia debentur propter laborem, unde illum recuſantes mercede priuantur.*
8 *Conſuetudinem non eſſe negligendam.*
9 *Quod omnes tangit, ab omnibus probari debet. fall. tamen. nu. ſeq.*
10 *Maiori parti ſtandum eſt.*
11 *Eccleſia in reparatione clerici inſtituti tenentur ſecundum beneficiorum facultatem.*
13 *Conductori fit remiſſio fructuũ pro rata ob anni ſterilitatem.*

CONSILIVM CXCV.

IESVS CHRISTVS APERIAT os meum, ut à ueritatis ſcopo non aberrem.

EX facto ſpecies eiuſmodi incidit: Canonicorũ Imolẽſis Eccleſiæ cathedralis ſyndicus in reficiendis quibuſdã eorum eccleſiis, quæ præſentem ruinam minabantur
1 certam pecuniæ quantitatem expendit. † quæ-
ſitũ eſt quo pacto inter Canonicos ipſos hæc
ipſa impenſa partienda ſit. & quoniam Eccle-
ſiæ huiuſmodi ad Canonicorum menſam per-
tinent, unde fructus pro diſtributionibus an-
nuis recolligere ſolent, pro rata fructuũ per-
ceptorum ſingulos Canonicos condemnãdos
a eſſe uidetur. a † nempè ut qui ſentit fructuum
2 utilitatem, onus quoq; expenſarum ſubeat. b
b & ſicuti naturali ratione conuenit illum om-
ninò commoda ſequi, qui uexatur incom-
c modis, c idem de parte quoque iudicandũ eſt,
d in eo qui partẽ tantùm lucratur: d à toto nã-
e que ad partem plerunque colligere ſolemus. e
Prætereà, ſi uiritim huiuſmodi onus ſubeũ-
dum cenſeremus, abſurdum quoque atque à
f iuris regulis abhorrens prorſus ſequeretur, f
ut qui minorem fructuum portionem in eorũ
diſtributione accepiſſet, eãdem ſummam nu-
meraret, quam is, qui integros fructus obti-
nuiſſet: qui quidem ſatis cum aliena iactura
g locupletatus dici poſſet. g Accedit quod alibi
bi uidemus, conductori eatenus penſionis re-
miſsionem ab ipſo locatore fieri, quatenus ip
h ſa fructuum ſuadeat ſterilitas. h in propoſito
igitur pro fructuum portione, impenſarum hu
iuſmodi partitio fieri debet.
3 †Poſtremò, an collecta uiritim, an uerò per
æs & libram imponenda ſit, cauſam inſpiciẽ-
dam Bar. ipſe tradidit, nempè, ut ſecundum
patrimonii quantitatem imponatur, ſi ex cau
ſa uniuerſitatis commodum reſpiciente de-
bitum contractum fuerit. quòd ſi pro libe-
rando aliquo à munere perſonali, tũc uiritim
i ponenda ſit, i in propoſito igitur caſu idem
dicendum uidetur, quum huius ipſius collectæ
K ratio uniuerſitatis ipſius onus reſpiciat. K
Verùm ne hæc uera non ſint, non parum
4 ambigo. † Et imprimis illud ipſum intelligẽ-
dum eſt, non ſolùm eccleſiarum reparatio-
nem, uerùm etiam integram refectionem ad ip
l ſos Rectores pertinere, l quatenus tamẽ de fru-
m ctibus illis ad uictum ſuperſit. m cur enim lo-
cuſtarum more annuos eccleſiarũ fructus de-
uorent, neceſſarias uerò reparandarum eccle-
n ſiarum impenſas ſubire recuſent? n unde le-
gendum uetuſtiſsimos ſanctorum Patrum Ca
nones olim certam redditũum eccleſiæ partẽ
illius reparationi deſtinatam fuiſſe accepimus

a arg. cap. cum inſtantia, in fin. prin. de cenſi.
b ca. qui ſentit. de re. iur. in vj.
c l. nihil tam. de reg. iur.
d l. quæ de to. ta. de rei uend.
e Iaſ. l. iuriſgẽtium §. adeo, de pact.
f arg. l. nã hoc natura, de condic. ind.
g c. locupletari. de reg. iur. in vj. ubi Dy.
h c. propter ſterilitatem. loca. ubi Abb.
i Bar. l. iiii. §. 1. in princ. de re iudi.
K argu. l. illud ad leg. Aqu.
l cap. i. de rec. gdi. uel repa.
m c. de cætero eod. l. ubi Abb. uerſ. no. 1.
n l. cum nõ ſo lum. §. ſimili modo. C. de b. quæ lib. d. c. cenſit.

At

o • At inquies, non recuſate canonicos iſtos im
penſam huinſmodi ſubire, ſed ſecundum di-
ſtributionum perceptarum fructus hoc onus
diuidendum, nõ autem uiritim aſſeucrare. At
ego quidem aliter diiudicandum cenſeo, tùm
5 quia † diſtributiones ipſę idcircò conſtitutæ
ſint, ut eccleſiæ cultus frequentius celebre-
p tur. p quare iis tantùm deberi cõſtitutum eſt,
q qui diuinis officiis interfuerunt; qui inde cõ-
r modum percipiant, unde laborem ſubeunt, r
ſi igitur eos dupliciter grauaremus, ut ultra
laborem eccleſiam ipſam frequentandi, maius
quoque impenſarum huiuſmodi onus ſubirẽt,
plusquam iniquum eſſet, ut uoico commodo
ſ duplex onus iniungeremus. ſ beneficiũ nanq;
diſtributionum ipſarum propter Diuinum
t officium datur. t † ſicut propter militarem la
6 borem ſtipendia militibus ipſis, ac innume-
u ra priuilegia conceduntur. u quæ illis quidẽ
ſubtrahuntur, ſi ab huiuſmodi oneribus re-
x fugiunt. x meritò igitur diſtributionum fru-
ctus ob hanc ipſam cauſam conſtituti ad aliũ
y effectum conuerti trahiq; non debent. y cur
enim potius ipſis qui minus eccleſiam ipſam
frequentauerunt non imputetur, qui in Diui-
z nis officiis cùm poſſent, non interfuerunt, z
a ii ſuapte culpa damnum paſſi fuerunt? a at in-
quiũt ſeſe neceſſariis occupationibus impedi
tos illis adeſſe non potuiſſe. Ego autem eos no
b luiſſe reſpondeo. b quam enim neceſsitatis hu
c iuſce iuſtam rationem c adducunt? qua id eis
7 conceſſum probetur? † ueluti quum etiam ab-
ſentes ex iuſta cauſa diſtributionibus ipſis
d fruuntur. d Quamobrem quum æqualis ſit
e Canonicorum omnium facultas, non de-
f bent diuerſo iure cenſeri. f potuerunt nanque
intereſſe dummodo uoluiſſent, & per conſe-
quens maiorem diſtributionum portionem
cõſequi. quod conſiderari non parũ debet, ne
g alioquin eccleſiæ cultus ſperneretur. g uiritim
igitur impenſa iſthæc partienda eſt, quũ onus
hoc quamprimùm quis canonicatum conſe-
h quutus eſt ad eum ſpectet, h nõ autem ſecundũ
diſtributionum quantitatem, quas quidẽ Ca-
nonici ipſi propter ipſum frequentandę eccle-
i ſiæ munus conſequuntur. i

Accedit quòd in eccleſia hac cathedrali, il-
la ipſa uigeat conſuetudo, ut in eccleſiarum
ipſarum reparatione ſinguli canonici æqualẽ
portionem inferãt, ut ex ipſis atteſtationibus
8 apertè colligitur: † unde nec illa quoque ne-
K gligenda eſt. K præſertim quia nullum ipſi ec-
l cleſiæ detrimentũ adfert, l ſed iuris ipſius ſcri
m pti diſpoſitionem repræſentet. m

Præterea, quo pacto Cerbonius euita-
re poteſt, quominus hanc ipſam impenſam
ęquali ratione cum cæteris Canonicis ſubeat,
quum id à maiori parte, quinimmo à cæteris
omnibus conſenſum ſit. nẽpè ut ad impenſam
hanc in eccleſiarum reparatione factam quili-
o bet uiritim & pariter condemnetur. n † nã li-
9 cèt illud ipſum quod omnes tangit, ab omni-
o bus quoque probandum eſſe traditum ſit, o nõ
10 procedit tamen † quum ipſa maior pars pro tu
ſto ac neceſſario opere quidquam diſponit
p p eo nanque caſu non ſolùm pars maior de bo-
nis, quæ ſingulis obueniunt, iure uniuerſitatis,
ut ipſæ diſtributiones, diſponere poteſt, uerũ
etiam de his q̃ ſingulorũ in re eccleſiæ tamen
contemplatione iis ipſis obueniunt, ut ipſæ
q præbendæ. q r officit enim id operis ſùm ne-
r ceſsitas tùm & honeſtas. Quare quum Cano-
nici omnes uno excepto, in hoc conueniant,
ut uiritim hęc ipſa partiatur impenſa, nihil
eſt, ut unus Cerbonius ſubterfugere poſſe ſpe
ret: puriſsimùm autẽ quum opus ipſum piũ
ſ ac iuſtum ſit. ſ huiuſmodi nanque caſu maior
t pars perinde ac uniuerſitas integra cenſetur, t
u ideoq; de propriis bonis diſpoſuiſſe uidetur. u

Vlterius collectã huiuſmodi non ſecundũ
perceptarum diſtributionum quantitatem im
ponendam, ſed uiritim ac ęquis portionibus
eſſe, inde quoq; probari poteſt, quòd diſtri-
butionum ęſtimatio niſi quatenus quis eccle-
ſiæ limina frequentauit, iniri poteſt, unde tã-
x quàm incerta huic exigẽdi rationi refragatr. x

Poſtremò quòd ſecundum diſtributionum
ipſarum quantitatem hoc ipſum onus ſubeũ-
11 dum non ſit, inde quoque colligi poteſt, † q
clericos in aliqua maiori eccleſia inſtitutos p
ſacerdotii facultate ad eius ipſius reparationẽ
y teneri traditum ſit. y At qualis queat diſtribu-
tionũ eſſe conſideratio? quũ & de impetranti-
bus ipſarum nulla ſit mentio facienda, ſed p-
a bendæ redditus duntaxàt exprimendus ſit. a
Diſtributiones nempè cuiuſdam, ut ita dicam
b perſonalis miniſterij ratione exhibentur, b ut
c diuinus cultus frequentius celebretur. c quum
ergo iure ſaltem moribus introducto benefi-
d ciorũ ſit annuus redditus exprimendus, d in
quibus diſtributiones ipſę non computantur,
e apparet earũ e æſtimationem in hac eccleſiæ
inſtauratione iniri non debere. quæ quum ita
ſint, concludendũ eſſe uerius, ſecundum iuris
noſtri regulas exiſtimo, impenſam huiuſmo-
di eccleſię inſtaurandæ ſecundum diſtributio
num facultatem partiendam non eſſe.

Nõ mouet quod primùm adducitur, onus
huiuſmodi impenſarum ſubiri debere, quate-
f nus diſtributionum quis commodum capiat. f
ſatis enim eſt ut earum reſpectu Canonici ip-
ſi nullo die diuinorum officiorum cultum nõ
omittant: unde & emolumentum quoq; ca-
g piunt. g quare quum uiritim æquisq; portio-
nibus ſoluere non detrectent, non debent di-
ſtributionum gratia altero incommodo affi-
h ci. h Rurſus non mouet quòd iniquum atq;
à naturali ratione prorſus alienum aſſeratur,
illum qui munus diſtributionum conſecutus
eſt, eandem aleam in eccleſię huius refectio-
ne ſubire cum illis ipſis, qui eas integrè per-
i ceperunt, i quum alibi pro commodi portio-
K ne quis tantùm affligi ſoleat. k

Reſpondeo enim diſtributionum ipſarum
commodum

o cap. decreuimus. ubi glo. x. q. j. & c. unic. 2. q. iii. & ca. ſi monachus. eo. q. j.
p c. de cætero de cle. non reſi. ubi Doct.
q ca. i. de cle. non reſi. in vi.
r d. c. qui ſen. ſit. c. licet. il ii. ubi Abb. de p̃ben. ii. no. glo. c. ii. de magiſt.
s arg. auth. Nauigia. C. de furt.
t c. ſi. de reſc. lib. vi.
u l. i. de milita. l. ſub pr. lib. xii. C. de ſa. eccle.
x l. ſi. C. quib. caſ. ceſ. lon tẽ. p. pręſ. Anch. conſi. 231. Dec. cõ. 280.
y arg. l. legata inutiliter, de legat. i.
z d. cap. i. de cle. reſi. in vi.
a c. damnum. de re. iu. in vi.
b nepos pro-culo. de uet. ſi. c in. licetas, de et ſ. ſpol.
c c. exſtirpanda, de pręb. ubi Io. And.
d Fed. de Senis. conſi. cxx.
e Bal. l. cõuenticula. C. de E. piſ. & cle.
f arg. §. ſed quod principi. & per to. tit. inſtitu. de iur. nat. gen. & ciui.
g d. c. i. & cle. ſ. de reliq. & uen. ſan.
h d. c. i. de æ. dif. eccl.
i d. c. i. de cle. non reſi. d. c. licet, ubi Abb. ii nota.
K d. c. i. §. ſtatuimus, de cle. non reſi. in vi. ubi Din. Inno. c. ſi. de his quæ ſi. a ma. par.
l Abb. d. c. i. de ædiſ. eccle.
m arg. cap. ad Apoſtolicam. de ſimo. Dec. d. conſ. 280.
n arg. c. ſi. de his quę ſi. a ma. par. ubi Inno. Abb. & alii.

p ca. quod omnes. de reg. iur. in vi.
q d. c. fin. ubi Doct. Dyn. d. ca. quod omnes.
r glo. Bar. Ancha. Imo. Abb. c. omnes, de ce-ſũ. ubi Felin. verſi. ſexto fal-lit.
s d. ca. fin. ubi Abb.
t Doc. d. cap. omnes. Dy. ca. in re cõmuni. de re. iu. in vi.
u Cald. conſ. viii.
x Abb. d. ca. ſi. nu. vi.
y Ioan. And. rubr. de conceſ. præb. Ancha. cle. i. de præb. Marſil. rubr. de proba.
z Abb. d. c. ii. de ędif. eccl.
a Old. conſ. 219. Io. And. d. rubr. de cõceſſ. præben.
b Rota deciſ. 22. in antiq. de re iudi.
c Feli. cap. ad aures. col. x. de reſcrip. nu. ubi hic.
d Decius. d. cõſ. 280. nu. iiii.
e Feli. d. c. ad aures. iiii. concluſione.
f Old. d. con. 218. Ab. d. c. i.
g ca. qui ſentit. c. accedentibus. ubi gl. i. de præſcrip. xii. q. ii. c. charitatẽ.
h cap. licet, ubi Abb. ii. nota. d. ca. i. de cle. non reſi.
i Io. Specu. de inſ. cal. §. iii. verſi. quid ſi. & to. tit. de expen. §. iii. verſi. quid ſi ſalis.
K d. l. ſecũdum naturã ſ. d. l. naturam.

commodum dunaxat inſtiuutum eſſe, ut Canonici quotidie laudes Deo dicentes eccleſię cultum frequentent.[l] cur ergo plus grauetur qui in diuino cultu celebrando aſsidui fuerũt, quàm qui illum ipſum neglexerunt?[m] † qui- 12 enim in eccleſia frequentanda negligentes fuerunt, integras diſtributiones percipere nõ debent.[n] quinimmo ſibi ipſis imputare debent,[o] ſi propria curare uolẽtes, impares aliis exiſtant. quamobrem onus hoc uiritim ſubire debent, quum põtentia in emolumento pares exiſtant, licẽt ſuapte culpa actu ipſo diſparem fortunam conſequantur.[p]

13 Minus † mouet quòd propter anni ſterilitatem pro rata fructuum remiſsionem fieri dicatur,[q] quoniam id ad Rhombũ (ut inquiũt) nullo modo facit. Aequitas enim quæ in cõtractibus huiuſmodi bonæ fidei, ut eſt locatio & uenditio,[r] optimo iure ſuadet illam ipſam interpretationem aſſumi, tùm quia uidetur tacita hac cõditione conductor ipſi locatori mercedem promiſiſſe, ſi fructus integrè perceperit, meritò ineſſe cenſetur.[ſ] in ſpecie uerò ꝓpoſita omnis ratio, omniſq; æquitas atque eccleſiaſtici cultus contemplatio aliud omninò uadet, nempè uiritim impenſa hęc ſecetur, nõ autem ſecundum diſtributionum ipſarũ portionem.[t]

Tandem non urget, quod ex Bart. doctrina 14 adducitur, † collectam ipſam inſpecta patrimonij facultate imponendá eſſe, ſi ex debito uniuerſitatis emolumentum reſpiciente ſyndicus ipſe conueniatur.[u] quia licèt uniuerſos Canonicos deceat eccleſiá ipſam reficere,[x] & ideo ſecundum ipſius patrimonij (ut Barto. inquit) facultatem ipſa collecta ſit imponenda, id in ſpecie noſtra locũ habere nõ poteſt. Quid. n. commune habet diſtributionum portio cum patrimonio ipſo?[y] patrimonij enim æſtimatio certa eſt, at diſtributionum incerta, quippè quæ non debeatur, niſi quatenus quis laborauerit.[z] Vnde in ſacerdotij æſtimatione non computantur,[a] ideoque impetranti præbendam diſtributionum ipſarum ratio ineunda non eſt.[b] ſi ergo ad ſpeciem noſtram Bar. doctrina adaptaretur, hęc ipſa collecta ſecundũ prębendę redditum imponenda eſſet qui quidem certam taxationem recipiunt,[c] ſecundũ quam decimę ipſę exigi ſolent,[d] non autem ſecũdum diſtributiones, quæ incertæ ſunt ad eccleſiæ cultum augendum conſtitutæ, ſatiſq; inde proprium ferentes onus.[e] Reliquum ergo eſt, ut concludendum ſit, hanc ipſam eccleſiæ reficiendæ impẽſam ad Canonicos ipſos uiritim pertinere, quum illis quamprimùm Canonici ſunt, hoc onus incumbat.[f] niſi tamẽ malint inſpectis præbendarum redditibus munus hoc obire.[g] cui tamen portioni eccleſiæ conſuetudo (ut ſuperius dictum eſt) omninò refragatur.[h] uiritim igitur, ut ſolitum eſſe, atteſtatum fuit, impenſa iſthæc diuidatur, eandemq; Canonici omnes in hac ipſa re alcá ſubeant[i]: quod iuris ipſius rationi maximè conuenit. Imolæ.

l l. iiii. §. Ca. to. de eut. obil. l. l. O. ſi cer. pe. l. 1. C. de hered. actio. ubi Bald.
m d. c. 1. de cle. non reſi. Feli. c. ad aures. nume. 15.
n l. placet. l. priuilegia, au then. caſſa. C. de ſac. eccl.
o l. qui ſub pra textu. C. de Epiſ. & cle.
p c. damnum. quod quis. de re. iur. in vi.
q Bal. d. l. nõ uenire. ula.
r d. c. propter
ſ l. iuſtiſsimum in prin. de pac. l. bona fi des. de poſi. §. actiond. buſtu. de actio. ubi glo.
t l. hill. de leg. ſ.
u d. c. l. Feli. d. c. ad aures.
x Bar. d. l. ſi. §. ut pretor. de re iudi. Alex. l. conſi. lxv. nu. 18.
y d. c. de cz. ſerti. ubi Abb.
z arg. l. Papi. exuli, de mino rib.
a d. c. l. de cler. non reſi. c. fi. de conceſ. præb. in vj. §. in illis. Feli. d. c. ad aures. nu. 15.
a Rota deciſ. 91. in antiqu. de re iudi.
b Old. d. conſ. 218.
c Rota de præ ben. 19. reg. cãcel. 61.
d Rota. 36. & de deci. extra per totum.
e d. c. licet. ubi Abb.
f d. c. l. de eccl. ædif. uel repar.
g Abb. d. c. ſ. de ecc. ædif. uel repar.
h d. l. ſi unius.

Portius ſine præiudicio ueritatis ex facto interrogatus ita reſpondit.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Subſtitutio reciproca cur ſic dicta. & nu. 3.*
2 *Subſtitutio breuiloqua duas continet uulgares, duaſque pupillares.*
4 *Determinabilium inæqualitas induci non debet.*
5 *Prior in gradu potior in iure.*
6 *Deſcendentium ſucceſsio neceſſaria appellari ſolet.*
7 *Subſtitutionem liberis factam interpretatur lex ita demum locum habere, ſi abſque filiis ipſi decedant. quod ampliatur. nu. 9.*
8 *Nepotes locum eorum patrum ſubintrare.*
10 *Stipulans pro ſe, & poſt eius mortem pro fratre ſuo, intelligitur, ſi ſine filiis ſtipulator obierit.*
11 *Filio etiam unico relicto non dicitur quis ſine filijs decedere.*
12 *Dictio uterque eſt diſtributiua.*
13 *Mens potius quàm uerba ſpectatur in fideicommiſsis.*
14 *Bonis fideicõmiſſo ſubiectis fiſcus nõ ſuccedit.*
15 *Diſcuſſio bonorum neceſſariò facienda, antequã uxor aduerſus fiſcum repetat dotem.*
16 *Diſcuſſio facienda nõ eſt ab ipſo debendi correo.*
17 *Diſcuſſio non eſt neceſſaria, quum quis pro alio ſeſe poſſidere conſtituerit.*
18 *Diſcuſſionis exceptio non uendicat ſibi locum in iudicio ſummario.*
19 *Conditionis ea eſt natura, ut nihil diſponat.*

CONSILIVM CXCVI.

QVI VERITAS EST, APEriat intellectum meum ut ipſam enunciare poſsim.

EX facto ſpecies huiuſmodi incidit: Hippolyta teſtatrix Iulium atq; Ringardam filios ſibi hæredes inſtituit, eoſq; inuicem quandocunque decederent, Galeacium eius ipſius coniugis fratrem, eorumq; deſcendentes ſubſtituit.[a] Contigit, Ringardam ſuperſtite Fauſto filio ipſi Iulio prædecedere. demum ante ſubſtitutos Iulius obiit. Fauſti atque aliorum ſubſtitutorum nomine quum libellus nuper porrectus fuerit, in quo quidẽ prædium à Comite Hieronymo uendicatur, quòd ipſe Comes Ludouicus unà cũ aliis eius bonis Hippolytę uxori octingentas libras dotis nomine numeranti ſuppoſuit.[b] Quæſitũ eſt, quid in hoc ipſo negocio circunſpectus iudex diiudicare debeat? Reſpondeo in primis illud intelligendum eſſe, Iulium atque Rin- 1 gardam inuicem ſubſtitutos eſſe, † quæ ſubſtitutionis

a teſtamẽtum in proceſſu ꝓductum eſt, & inſtitutionis uerba narrantur chat. ii.
b Do comerẽ in ꝓceſſu chat. ix.

c ſtitutionis ſpecies reciproca nominatur,[c] qppè quòd uice mutua hoc pacto ſubſtituti ſibi
d ſuccedant. [d] breuiloquamúe ſubſtitutionem
e huiuſmodi Doctores appellant,[e] quoniã bre-
f uibus uerbis concepta ſit.[f] in propoſito igitur
caſu quũ huiuſmodi ſubſtitutionis uerba cõ-
2 cepta fuerint, quandocunque & cæt.† conſtat
in ea duas uulgares contineri, nempè, ut altero
g ro abſtinente alter ſit hæres.[g] duas pupillares
uidelicèt ſi hæres erit, & priuſquã pubes euaſerit
h das moriaris, &c. [h] duas quoque fideicom-
i miſſarias, i quum poſt tempus pubertatis di-
k rectò ſubſtitutum à pagano fuerit. [k] quod per
adiectionem uerbi quandocunque, cui cõpen
l dioſę uirtus ineſt, ſatis apparet.[l] † quum igitur
3 Iulius atq; Ringarda reciproce ſubſtituti ſint
quandocunque decedant, profectò Iulium
ipſum præ defunctæ Ringardę reiecto Fauſto
m ſuccedere cenſendum eſt. [m] quę enim alia reciprocę
ciprocę ſubſtitutionis poſsit eſſe proprietas,
quàm quòd mutua ſucceſsione inuicem ſibi
n fiãt hæredes? [n] quod quum ita ſit, Ringardam
Iulio ſucceſsiſſe, ſi ei ſuperſtes fuiſſet, nemo
4 eſt, qui ambigat, † determinabiliũ igitur inæ-
o qualitas induci non debet. [o] Prętereà, † ſi Iu-
5 lius Fauſtum ipſum gradu præcedit, p cur potiora
p tiora quoque iura non habeat? [q] filius enim
q Hippolytę fuit, quocircà nulla maior coniun-
r ctio excogitari poteſt, [r] unde † & neceſſaria
6 deſcẽdentium ſucceſsio appellari ſolet. [s] nã-
ſ que & illud apud Peripateticos uulgatum eſt,
t ; ſi mater propter filium nepotem diligit,
• multò magis filium diligere cenſenda eſt. [t]
Verùm aliter & uerius ſecundum iuris noſtri
rationem reſpondendum eſt. licèt enim Iulius
atque Ringarda inuicem ſubſtituti ſint, unde
n & ſibi reciprocè ſuccedere debeant,[u] attamen
Fauſtus ipſe ex Ringarda ſuperſtes ſubſtitu-
x tionẽ ipſam ceſſare facit,[x] ueluti quum auus
filium atque ex altero filio nepotẽ ſubſtituiſſe
decedente relictis filiis ipſo nepote pietatis
coniectura fideicommiſsi conditionem defe-
y ciſſe Papinia. ipſe reſpondit. [y] † lex ergo in-
7 terpretatur ſubſtitutionem liberis factam, ita
demum locum habere, ſi abſque filiis ipſi de-
z cedant.[z]

Nec mouet quòd Iulius ipſe teſtatricis filius
lius fuerit, quare & ceu ipſo gradu præcedens
8 admitti debuiſſet. Reſpondeo enim † legis ip
ſius diſpoſitione nepotẽ ipſum filij locum ſub
a intrare, quæ quidem interpretatio ea ratione
etiam aduerſus uerborum ipſorum proprie-
b tatem aſſumitur,[b] ne alioquin aduerſus natu-
ralem rationem teſtator ipſe proprię alienam
c ſobolem prætuliſſe uideretur.[c] unde & lex il-
lam ipſam teſtatorum mentem eſſe interpreta
tur, ut deſcendentium prole eorum ſobolem
d propagare cupiant.[d] paterni nanque ſeminis
e fructus filius ipſe cenſetur,[e]

Quod maximè in ſpecie noſtra dicendum
eſt, in qua quidem de ipſius auiæ ſucceſsione
tractatur, quę fideicommiſſo ipſo deſcen-
f dentes uocauit.[f]

Qua ratione hanc ipſam iuris noſtri regu
lam, qua traditum eſt, ſubſtitutionem deſcen-
dentibus factam ita demum effectum habere,
g ſi abſque liberis inſtituti ipſi decederent,[g] ne
(ut dixi) proprię ſoboli alienam teſtator ipſe
h prætuliſſe uideretur.[h] † Ampliandam fortius
9 Docto. receptiſsimè cenſent, licèt filij ipſi in-
uicem ſubſtituti proponantur, ut in propoſi-
i ta ſpecie contigit:[i] ſi enim filium teſtatoris
eius ex altero filio nepoti ſubſtitutum ab illis
K nepotis filio excludi Papi. ipſe reſpondit,[k] eadem
dem igitur charitatẽ nepotem amplecti teſta
tor ipſe cenſetur, qua filium ipſum quem gra
l tiauit.[l] optimo igitur iure interpretatur lex
inſtituti filios ſubſtitutis eſſe potiores, licèt is
ſubſtituentis teſtatoris filius eſſe proponatur.
m [m] Quinimmo & conditio ſi ſine liberis deceſ-
ſerit, in fideicommiſsis defeciſſe cẽſetur filiis
n ſuperſtitibus, licèt hæredes non ſint.[n] Quam-
obrem & hac ipſa ratione inſpecta, quum quis
bona ſua donat, ſi poſtmodum filius ſuperſti-
tibus moritur, lex donationem illam irritari
o ſtatuit.[o] † Item & quum quis ſibi & poſt eius
10 mortem fratri ſtipulatus, tacita quidem cõdi-
tio ſubintelligitur, ſi ſine filiis ſtipulator obie
p rit.[p] Item ſi duo fratres feudum pro ſe ac de-
ſcendentibus ſtipulentur, de deſcendentibus
ſuis, non autem fratris huiuſmodi ſtipulatio
q intelligitur.[q]

Quocircà iure optimo in propoſita ſpecie
reſpondendum eſt, Fauſtum ipſum matri ſuc-
r cedere debere.[r] & ideo quantùm ad quadrin-
s gentas libras eius nomine rectè uendicari,[s]
Comes enim Ludouicus pro dotis reſtitutio-
ne bona illius omnia ſuppoſuit, cur ergo prę-
t dium hoc non ſuppoſitum cenſeamus,[t] Quod
autem ad alteram portionem nempè Iulij p-
tinet, uidendum eſt num Fauſtus ex pręſum-
pta teſtatricis mente illam ipſam auocet, an
uerò ſubſtituti in ea potiores exiſtãt? & quũ
prima ſit ſecundum iuris noſtri rationem in
u ſucceſsionibus ipſis deſcendentium ratio,[u]
præceſſerit ue teſtatrix poſt eorum mortem
abſque filiis decedentium, apparet quàm pru-
dens illius conſilium fuerit, cur non ſolùm fi-
ciuis ſiue ex ſingulari conceſsione, ſiue tempo
c ris diuturnitate effectus fuerit, c cur ergo ad
d nepotes ex ipſo fratre hæredes tranſeat? d
2 † quæ enim ſingulari ratione ex aliqua cauſa
e cõceduntur, ad hæredes extendi non debẽt. e
Idcircò ratione illa quòd inter ciues receptus ſit,
uel quòd decennio ciuitatem coluerit ceſſante, abſque dubio collectam is exigere poteſt,
cui communitas ipſa facultatem huiuſmodi
f conceſsit. f Nec alicui ambigẽdum eſt, † quin
3 id Decurionum ipſorum ordo decernere ualeat.
g leat. g collectas enim huiuſmodi forenſibus
h imponi poſſe receptum eſt. h quamobrem in
propoſito caſu quum nepotes huiuſmodi neque inter Decuriones recepti fuerint, neq; decennium Imolæ compleuerint, integrè collectas ſoluere debent. Imolæ.

a cap. item ſi alcuno foraſtiere. in uolu. ſtatu.
b ex. priuilegia, de reg. iu. in vj. ubi Dyn.
c arg. l. in delictis. §. ſi detracta, de noxal. ubi Doct.
d l. Maritum. ubi Imo. ſo. ma. l. iii. §. ult. de iure immu.
e l. quod uerò de leg. ubi Bal. l. quia perſonale. ſo. mat. §. ſed quod princip. inſti. de iu. nat. gen. & ciui.
f l. in omnibus. l. priuilegia, de reg. iur. ubi De ci. d. c. priuilegium, ubi Dyn.
g l. i. C. de maleſ. & in quo lo. ſib. x. ubi Bar.
h Bal. l. i. col. vij. C. de ſent. quæ pro eo quod inte. Alex. conſ. [illegible]

Portius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Præſes curare debet prouinciam malis hominibus expurgare.*
2 *Delicta puniri, intereſt reipublicæ.*
3 *Condemnari abſque accuſatore nemo regulariter poteſt. fallit. tamen.*
4 *Fama proficiſci debet ab his quorum nihil intersit.*
5 *Socius criminis dictum non facit indicium ad torturam. fallit tamen.*
6 *Culpa non carent, qui actum à lege prohibitum agunt.*
7 *Delictum non ſolùm agendo committitur, ſed etiam omittendo.*
8 *Socium criminis eſſe, ſi quis opponat, fateri delictum uidetur.*
9 *Teſtibus uilibus & infamibus non eſt abſq; tormentis fides adhibenda.*
10 *Periurus in uno factus eſt omnium reus.*
11 *Probationes liquidiſſimæ in ſcrutandis criminibus eſſe debent.*
12 *Probationes inſufficientes admittuntur in delictis clandeſtinis.*
13 *Pœnis in imponendis mitior interpretatio facienda eſt.*

CONSILIVM CCIIII.

Ieſus Chriſtus inuocatus adſit.

1 QVANQVAM † bono atque ſolerti Præſidi cõgruere traditum ſit, diligenter ac ſedulò inquirendum curare, ut prouincia ipſa facinoroſis ac malis hominibus purgata
a ſit. a Vnde criminum ulciſcendorum ex in-
b quiſitione modus introductus eſt. b Ne † alio
2 quin ſceleribus ipſis impunitis remanentibus
c Reip. ius grauiter læderetur. c Idipſum ni-
hilominus aduerſus iuris noſtri regulas conſti
d tutum eſſe, receptius eſt. d † Quibus nemi-
3 nem abſque accuſatore condemnari poſſe ca-
e uetur. e Quare & quibuſdam dumtaxat ca-
ſibus ſingulari ratione nitẽtibus id fieri poſſe
f traditum eſt. f certis tamen atque præfixis ſo
g lemnitatibus à iure requiſitis præcedentibus. g
quæ quum in præcedenti inquiſitione minimè interuenerint, haud ſcio, an illã ipſam nul
h lam aſſeramus, h tametſi etiam ex ſocijs de-
i prehẽderit Præfectus ipſe ſolertiſsimus i Paſ-
quinum ipſum aduerſus Reuerendiſsimi Præſidis edictum plauſtrum tritico oneraſſe, atq; ex Forocornelienſi agro in Bononienſem aduexiſſe; ut inde non modicum emolumentũ
K conſequeretur. K † Fama enim ſaltem ab iis
4 ipſis, quorum nihil interſit, proficiſcens præ-
l cedere debuiſſet. l quod ab aliquibus reſpon-
m ſum extat. m

Accedit quòd Alexander & Zanicus Bartoloti (ceu talpa ſolet) propria uoce ſemetipſos repellendos eſſe detegunt. Deponunt enim ſeſe Paſquino plauſtrum ipſum onerati adfuiſſe, ut eò frumentum aſportaret, ubi eis ex promiſsione menſurandum fuerat: qua ratione ſcientiam huiuſmodi & præſentiam aliquo pacto adiutricem tàm aperto delicto eos ipſos
n obligaſſe ambigendum non eſt; n unde & im
o punè abire non debent; o conſcuſus enim hu
iuſmodi in criminibus ulciſcendis paruipen-
p di non ſolet. p

Quæ quum ita ſint, quis huiuſmodi atteſtationes

a l. congruit, de offic. præſ. ubi Alb. Bar. Bald. & Ange.
b Specu. ti. de accu. & inquiſ. Gandi. rubr. de maleſ. per inquiſ. cognoſ.
c Vlud ad leg. Aqui.
d Ang. tract. maleſ. ſuper uer. inquiſitio. num. 12.
e l. ii. §. ſi publico. gloſſ. & Bar. de adulte. l. reſcripto §. ſi quis, de mu. & hono.
f Doc. c. qualiter. il ii. de accu. Gand. d. rub quo. de maleſ. per inquiſ. cog. Cald. conſ. 47. de accuſ.
g l. ea quidem. C. de accuſ. ubi Bald. Salice. & Ang.
h Ang. d. nu. 21. ubi Ang. de Are.
i l. i. §. ſi quis ultro. & §. ide. de quæſtio.
K Gand. rubri. quid ſit accuſatio.
l Cons. d. c. qualiter. §. ſi. [illegible] licet Hel. [illegible] Gand. rubr. ſupra alleg.
m Io. Anania conſ. 60. V. [illegible] inquiſitione. Fel. [illegible] 107. & [illegible]
n culpa caret, de reg. iur. ubi Decius.
o l. ſi qui opt. l. in ſent. officio [illegible] §. [illegible] opt. de ſent. ubi Barto.
p l. ut nim. de offi. & [illegible] poſt [illegible] ca. l. de offi. de leg. ubi gloſ. & Decio, omnium

tiones inquirendi officio ſufficere ſentiat? li-
beros enim undique teſtes interrogandos eſ-
ſe lex ait, non qui ſocij participeſue delicti
fuerint.[q] † Quocirca traditum eſt, ſociorum
5 criminis atteſtationes ſecundum iuris noſtri
regulas in inquirendis illis non ſufficere:[r] quod
ex facto non pauci reſponderunt.[s] Et ſi di-
cerea, hæc ipſa in propoſito negotio obſer-
uanda non eſſe, quum Paſquinus ad ſui com-
modum dumtaxat deliquerit:[t] quocircà ſo-
cius interrogari poteſt.[u] Reſpondeo enim
etiam huiuſmodi caſibus alia adminicula re-
quiri, ut ex ipſorum ſociorum atteſtationibus
reus torqueri poſsit.[x] Rurſus non mouet, ſi
quis adduceret Alexandrum atque Zanicum
criminis ipſius ſocios non fuiſſe, quoniam ni-
hil ipſi cõmiſerint. Reſpondeo enim ex eo-
rum confeſsione oppoſitum appertè probari,
6 † tùm ẽt quoad actũ ipſum à lege prohibitũ pñtia
atq; patientia probauerint, quare culpa non
carent.[y] † non enim agendo ſolùm in legem
7 committitur, verùm etiam omittendo,[z] deli-
ctis enim ij fauere videntur, qui illis non oc-
currunt.[a] Hinc pluribus modis in delictis cõ
mittendis conſeoſus inſpici ſolet.[b] Quod in
propoſita ſpecie ſaltem Pontificia diſpoſitio-
ne inſpecta cẽſendũ eſt, vt aliqui docuerũt.[c]
Et quamuis huiuſmodi in atrocioribus qui-
buſdam delictis certius procedant, quæ ex-
cepta dicuntur,[d] tamen & huiuſmodi quoq;
non leue credendum eſt, quum commiſsia ve-
ctigalibus fiſco ſit ipſo iure facta acquiſitio.[e]
Quare conſequens eſt, vt huiuſmodi teſtium
depoſitio nullis adminiculis exiſtentibus, irri
ta ſit.[f] Itemque & abſque tortura fragilis exi
ſtimatur.[g] † Non mouet quòd huiuſmodi ex
8 ceptio, tu ſocius criminis fuiſti, delicti cofeſ-
ſionem inferre uideatur.[h] Reſpondeo, Paſqui
ni ipſius nomine ſemper id negatum eſſe, tan-
tum abeſt, ut ſua ſe confeſsione detexiſſe dica
tur.[i] quinimmo id ipſi teſtes fatentur, vt opti-
mo iure propriam turpitudinem detegentes
repellendi ſunt.[k]

Præterea nec horum fratrum atteſtationes
probabili carent affectione[l] quam huius ip-
ſius delicti affectus & emolumentum ad illos
ipſos ſpectaret,[m] quod ex propria confeſsio-
ne conſtat.[n] & eſto quòd Alexander ipſe, qui
huius ipſius delicti conſummationi præſens
fuit atque ipſi Paſquino adfuit, ſocius aut ullo
modo criminis particeps dici non poſſet, ad-
huc eius ipſius teſtimonium imbecille eſſe cen
ſendum eſt; vt inde Paſquini condemnatio ſe
9 qui nequeat. † Qualia enim hominis huius ui
ta fuit? qui mores? quæ ſpectata fides & inte-
gritas? an ſimili unquam delicto condemna-
tus non fuit? quocircà quid obſtat quominùs
non reiiciatur?[o] quod multò magis in Alexã
dro fatendum eſt, quum aduerſus iuramen-
tum illius conuictus & condemnatus fuerit.
& idcirco potiſsimùm veritate carere, religio
nisùe timore cenſendus eſt.[p] ſemel enim vio
latæ fidei ſuſpicio nunc quoque uiget. quocir
cà non abſque tormentis illi fides adhibenda
eſt,[q] quod in eis qui ex quacunq; ratione mi-
nus idonei ſunt obſeruatum eſt.[r]

Poſtremò illud quidam omittendum non
eſt, Alexãdrum & Zanicum falſum aſſeueraſ-
ſe, quatenus Paſquinum ipſum & Maſinum ad
Checcum triticũ aduexiſſe deponunt. & pau
lò poſt ſibi ab ipſo Checco mẽſuratum, quod
ex ipſis atteſtationibus colligi (ni fallor) aper
tiſsimè poteſt, ad quas recipiendas, quum pre
pediti eſſent ſecundum Iuris noſtri rationem
diligentem quæſitorem rectè miſit Amplitu-
do veſtra,[s] vt optimo iure in reliquis quoq;
peieraſſe cẽſendi ſint.[t] Nec nulla rõne excu
ſari poſſunt, quum eorum ipſorum uniuerſa
depoſitio indiuiduo iuramenti clypeo tega-
tur.[u] † vt meritò in uno peierans omniũ reus
10 factus cẽſeatur.[x] idcircoque reprobati rema
neant, ideoque fide prorſus uacui, ut ex falſis
huiuſmodi depoſitionibus iudex Paſquinum
condemnare non poſsit.[y] Nec ad rem perti-
net quòd tormentorum diſcuſsio hoc ipſo ca-
ſu facienda uideatur: quia id uerum eſt, quan-
tùm ad ipſos teſtes de falſo cõuincendos perti
net.[z] ſufficit enim Paſquinio abſoluẽdo qui
aduerſus illum depoſuerunt, mendacij con-
uictos eſſe. qua ratione, omni exceptio-
ne maiores non ſunt, nempe aduerſus quos
quàmplura oppoſita fuerunt:[a] peieraſſe enim
probatur, Deumque læſiſſe, quapropter eius
ipſius atteſtatio reijcienda cenſetur.[b] quamo
11 brem † quum in ſcrutandis criminibus liqui
diſsimas probationes adeſſe oporteat.[c] Paſqui
num ipſum ab ſoluendum in propoſita ſpecie
concludendum eſt. & licèt huiuſmodi proba
tiones adeſſent, quæ tamen ſubſunt, & dubiæ,
idem quoque cenſendum eſſet.[d] ea nanq; eſt
12 pœnarum irrogandarum conditio, † vt licèt in
ijs ipſis negotijs, quæ clandeſtinè perpetra
ri conſueuerunt, à regulis iuris recedamus,
probationesùe alioquin inſufficientes admit-
tantur.[e] nocentem tamen latius eſſe abſolue-
re, reſponſum extat, quàm innocentem
condemnare.[f] † Nam & id quoq; ad iuris no-
13 ſtri regulas pertinet, vt in ipſis pœnis impo-
nendis mitior interpretatio fiat.[g] Huc quo
que pertinet[h] quòd Modeſtinus eum non er-
rare reſpondeat, qui in ambiguis aduerſus fi-
ſcum ipſum pronuntiat. Quæ quum ita ſint
ſolertiſsime Præf. ſi ſingula non prodeſſent,
iuncta ſaltem iuuent, atque Paſquinum ipſum
à condemnatione liberent.[i] quod uelit Deus
Pater omnipotens, ut eius filij gratia nobis p
crucem atque Baptiſmum impartita tibi ipſi
perpetuò adſit. Vale, meq; tibi addictum
exiſtima. Imolæ.

Pontius. I.C. minimus.

q l. quoniam liberi. C. de teſt. ubi gl. Bal. Ang. & Caſtr. oct. de ſecũda. a ca. 1. de conſeſſ. ubi Docto. c. ueniens. de teſt. ubi Doct.
s Ancha cõſ. 24. col. 1. nu. 11. Fulgo. 136. col. iii. uerſ. nouiſsime. & 173. Decl. 175. & 234. in 1. Marſil. in praxi crī. §. diligenter. nu. 67.
t l. Diuus. de cuſto. reo. l. fi. C. de maleſ. & Mathe.
u Gand. d. ru. bri. de quæſ. & tor. Alex. cõſ. 69. in 11. Cepo. 32. Quidam ruſtici. Marſil. l. ſ. §. Diuus. de quæſt. & l. fin. C. de probat.
x l. ſi ſĩs. C. de lib. cau. ubi Docto. Imp. d. c. de confeſ. Sali. d. l. fin. C. de accuſ.
y d. l. culpa caret. de reg. iur.
z ca. ſicut dignũ §. illis enĩ. de homi.
a c. quanq. de ſen. excom.
b d. c. 1. ubi gl. & Docto. de offi. & po. iu. de lega.
c glo. d. l. culpa caret. ubi Dec. nu. 12.
d l. ex iudicato, de publi. iudi. ubi glo. ca. cum nõ ſolũ de hære. in vj. ubi Docto. l. ſi quis poſt hæc. C. de bo. proſ. ubi Ange. & bal.
e l. commiſſa. de uecti. & publi. ubi Ange. l. poſt cõtractũ. de donatio. ubi Moder.
f Alex. conſ. 128. in iiii. in fi. Marſi. §. diligenter. nu. 60. & d. §. Diuus.
g Fulgo. d. cõſil. 173. in ca. ſa inquiſitionis col. 1. in fi.
h arg. l. illud de acquir. hære. & l. manumiſſiones. de in. & de iu. & l. decẽ. de uer. obl.
i l. ii. C. quan. prou. nõ eſt neceſſ.
k arg. l. tranſactio. l. ii. C. de tranſac.
l argu. l. ii. C. de teſta.
m arg. l. omnibus. C. de teſt.
n l. i. C. de cõſe. l. generaliter. ad leg. aqu.
o ca. teſtimonium, de teſti. ubi Doct. licet.
Lteſtium. C. de teſti. ubi Doct. Specu. titu. de teſte §. 1. nu. 74. Feli. d. c. teſtimonium. nu. 9. Alex. cõſ. 150. nu. 7. in v.
p Feli. d. c. teſtimonium. nu. 19.
q c. quicunq. cap. paruuli 22. quæſtio. 1.
r glo. c. per tuas de ſimo. Alex. conſ. xj in f.
ſ l. ni. §. lege Iulia obi gl. & Bald. de teſt. l. ob carmen §. 1. col. j. Marſil. d. §. diligẽter. n. 23.
t ca. ſi quis. de faſt. ubi Doct.
u d. c. teſtimonium, ca. fraternitatis. eo. titu. ubi Ioan. Cor. conſ. 157. in fi. l. ne. c. l. tertiu. ſandl. C. de teſt. ca. ſi heret. de ſi. mãr. Olddra, conſ. 35.
x c. declarat de reg. iu. in antiq. Specu. tit. de teſte §. 1. Bal. Ange. l. 1 §. ſi quis, ſimpliciter. de uer. obl.
y Alex. conſ. xliiii. nu. 7. & xlv. nume. iiii. & v.
z argu. l. edictũ ubi Bar. de quæſtio.
a glo. c. l. de conſang. & aſſ. & uerbo Matores. But. c. ſi. de iureiu. Alex. cõſ. 18. i. & 70. in ii.
b gloſ. ii. q. v. c. ipſi Apoſto. h. Abb. d. c. teſtimonium.
c l. ſin. C. de prob. ubi Bart. Sali. & Ang. c. ſciant. 7. q. 1.
d l. abſentem. de pœnis.
e l. ut. C. de Epiſ. audi. ubi Bal. Alex. con ſ. 77. in l. no. 2
f d. l. abſentem.
g l. ſi præſes. l. ſi de interpretatione de pœ. c. in pœnis. de reg. iu. in vj. ubi Dyn.
h l. non puto, de iure fiſci.
i Barto. l. de quæſtione §. tormenta. de quæſtio. Bald. l. ſi hã, in princ. de his qui ſunt ſui uel alieni iu.

SVMMARIVM.

1 *Vxor præſumitur ex bonis uiri acquiſiuiſſe.*
2 *Clericorum bona eorum induſtria acquiſita, non pertinent ad eccleſiam, ſed ad hæredes.*

CONSILIVM CCV.

Omnipotentis Dei Inuocato ſuffragio.

CONTIGIT, D. Andream inteſtatum deceſsiſſe. quæſitum eſt, an eius bona ad Summi Pont. fiſcum pertineant? an uerò ad Cæſarem illius ex fratre nepotem? Et in primis quæ bona reliquit, ad ipſam ecclesiam pertinere, rñdendũ uidetur.[a] Nam 1 † & vxor ex ipſius mariti bonis acquiſiuiſſe censetur.[b] uerùm † in propoſito caſu quum 2 conſtet D. Andream non ſolùm alicuius ſacerdotij rectorem extitiſſe, uerùm etiam bona quæ reliquit, propria docendi & iudicãdi induſtria acquiſiuiſſe,[c] nihil omninò iuris ipſi fiſco acquiſitum fuit,[d] vnde ad nepotes ex fratre vniuerſum illius peculium pertinet,[e] de quo liberè diſponere poterat.[f] quod quũ non fecerit, quum nihil quod ſua interſit, eccleſia ipſa adducere ualeat,[g] lex ipſa eius effectus omninò producit.[h] ſicq; in edicto ſucceſſoriu liberi primùm atque parentes,[i] dein de agnati,[k] poſtmodum cognati,[l] demum uxor ipſa in huiuſmodi bonis ſuccedere debet.[m] Tandem eccleſiæ fiſcus ſuccedit, quippè qui imperij fiſcum excludit, tanquàm rei ad ſe non pertinenti immiſcentem.[n] unde ſedis Apoſtolicæ procurator hoſce nepotes nullo pacto uexare debet. Imolæ.

a c. inquirendum. de pecu. cle. ubi Abb. i. nota.
b l. etiam. C. de donatio. inter uir. & uxo.
c c. quia nos. de teſtam. ubi Bot. Imo. Abba. & alij.
d c. 1. ubi glo. ult. & ibi Abb. & d. c. inquirendum. de pecu. cleri. ubi omnes.
e Doct. cano. rubr. de pecu. cle.
f ca. cũ eſſes. de teſtam. ubi Abb. in repeti. poſt alios.
g auth. item licentiam. C. de Epiſ. & cler. ubi Albe. Bart. Bal. Ang. Caſt.
h arg. l. quia o. dio. de acq. her.
i ſot. tit. unde libe.
K Azo in ſũm. C. unde legi.
l unde cogna. tot. tit.
m l. ſi quis preſbyter. C. de Epiſ. & cler. ubi Alb. Bar. Bald. Ang. & Caſt.
n Rota deciſio. 856. & 865. in antiq.

Portius Forocor.

SVMMARIVM.

1 *Furti tenetur emens ſeruum furto ſubtractum.*
2 *Emens res furto ſubtractas criminis ſuſpitione nõ caret.*
3 *Receptatorum, genus peſſimum. & de eorum pœna.*
4 *Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.*
5 *Auxilium præſtans delicto punitur, & quõ hoc intelligitur.*
6 *Emptioni ſimilis eſt datio inſolutum.*
7 *Simile non eſt idem.*
8 *Emptionis nomine non comprehenditur in ſtatutis datio inſolutum.*
9 *Furtiuam rem pignori ſcienter accipiens actione furti tenetur.*
10 *Vſurarios non mediocri odio lex proſequitur.*
11 *Receptatores affinium & cognatorum eorum, nõ ita ſeuerè puniuntur, ac ſi extraneos malefactores receptaſſent.*
12 *Furtum committit, qui alienam rem inuito domino contractat.*
13 *Præſumptio non eſt mediocris, quæ ex morum prabitate ſumitur.*
14 *Senes ad delinquendum faciles eſſe, non eſt facilè credendum.*
15 *Senectutis præcipua ratio habenda eſt in delictis.*
16 *Pœnæ molliendæ ſunt, in mitioremq; partem interpretandæ.*

CONSILIVM CCVI.

Altiſsimus aperiat os meum.

EX facto ſpecies eiuſmodi incidit: Nicolaus quidam nepotem ex fratre cum duabus vaccis furto ſubtractis recepit. alteramq; illarum ab eo Inſolutum accepit, quare & a Forocorn. Præf. veluti furti ipſius particeps reus cõſtituitur. Quæſitum eſt, num ex hac ipſa inquiſitione de ipſo Nicolao ſupplicium ſumendum ſit? Et ſi deliquiſſe cenſeatur, qua pęna plectendus ſit? Reſpondeo in primis cùm ipſum facinus commiſiſſe cenſendum è, & per cõſequens haud impune illum ipſum abire diiudicandum uideri. Lex enim 1 ait: † eos, qui furto ſubtracta mancipia emit, furti actione teneri.[a] quinimmo † q. huiuſmodi res furto ſubtractas emerint, licet id ignoraſſe aſſerant, criminis tamen ſuſpicione non carere traditur,[b] quoniam furtiuę rei cõmercium nullum eſſe cautum ſit:[c] meritò igitur huiuſmodi contractas ſuſpicionis ipſius crimine non carent:[d] unde & non iniuria furti actione tenentur.[e] quod Ange. docuit.[f] Amplius in propoſita ſpecie id affirmandum eſſe conſtat, quum Antonius ipſe furem receperit. 3 † peſſimum enim receptatorum genus habetur, ſine qbus diu latrones latere nõ poſſunt.[g] quocirca eadem pœna, qua fures afficiendos eſſe traditum eſt.[h] † Aequum nanque in hu4 iuſmodi criminibus exiſtimatum eſt, eos non ſolùm qui agunt, uerùm etiam qui faciẽtibus conſentiunt, pari pęna plectendos eſſe.[i] quod ipſe Bonifacius docuit.[k]
5 Et ſi † diceres, hæc ipſa in eo ꝓcedere, qui delicto committendo opem attulit,[l] nõ autem in eo qui perfecto delicto auxiliũ præſtitit.[m] reſpondeo, diſtinctionem huiuſmodi in furto non procedere, cuius delicti illa quidem conditio cenſetur, vt per ſingulas ſubtractæ rei contrectationes perducit:[n] nam propter furti continuationem furis conditio melior effici non debet.[o]

Minus mouet quòd in ipſa lege dicatur, ementes furtiuas res, ſi ſcienter id agant, furti actione teneri,[p] ergo id ſecus eſt, ſi quem

a l. ancillæ. C. de furt. ubi Doct.
b l. incivil. C. eo. ubi Bal.
c Bal. rub. C. de contr. empt. quæſt. v.
d l. item ſi in emptione. §. nõ ſi emptor. de cont. empt. ubi Doct.
e l. eos. C. de fur. ubi Bald. Fulgo. Salic. & Ang.
f tract. maleſi. ſuper uer. eũ ueſtem cęleſtẽ. nu. 19.
g l. 1. de recepta. ubi Alb. & alijs.
h d. l. eos. ubi Bar. & Bal. Ange. trac. maleſi. d. uer. ueſtem cæleſtem. num. 21. & ibi Ang. de Aret. in l. ſi quemquã. C. de Epiſ. & cle. d. l. 1. de recep. Bar. l. ſi ſer. ui § ope. de leg. glo. Inno. Imo. Abb. Feli. Dec. c. 1. de off. & po. iudi. deleg.
K trac. maleſi. rub. de recept. no. 1.
l l. ſi pignore. §. ferramenta. de furt. Bar. d. §. ope.
m l. is qui opẽ ubi Bar. eo. tit.
n Bar. l. furti. eo. tit. Ang. de uer. eaſdem cæleſtem.
o l. ſi ſciente. §. infans. eo. ti.
p l. ancillæ. C. de fur. d. § nõ ſi emptor. §. int. ſtitu. inſti. de uſucapio.

q quem in ſolutum accepiſſe proponatur. q
6 Reſpondeo † enim inſolutum dationem ipſi
r emptioni perſimilē eſſe, r quocircà idem de
illa ac de emptione iudicandum uideri, quum
s lex non verbis, at rebus impoſita ſit. s quòd
publica ſuadet æquitas, ne delicta ipſa remaneant
t impunita. t

Sed tamen huiuſmodi non refragantibus
Nicolaum nullo pacto procedēdū maturius cē
ſeo. & imprimis admodum non inſiſtam Interrogationem
ipſam aduerſus iuris ipſius regulas
fortaſſe cōpoſitam eſſe, quoniam crimi-
u nales cauſæ iuramento dirimi non ſoleant. u

At iuramentum præſentem inquiſitionem
præcedit, igitur aduerſus Doctorum dogmata
factum fuiſſe conſtat, quod Marſilius do-
x cuit. x conſtitutionem præterea illam, qua traditum
eſt, res furto ſubtractas ementes furti
y actione teneri, y locum in eo non habere con
tendam, qui huiuſmodi res in ſolutum ac-
z cepit. lex enim id ipſum non exprimit. z

Quapropter abſurdum eſt, conſtitutiones
a ipſas pœnas irrogantes extēdi. a ſi enim emptioni
ſimilis ipſa in ſolutum datio traditur, ergo
b nō eſt emptio, b † quod enim alicui ſimile eſt,
7 idem non ideo eſt. c † Quocircà, ſi municipali
c lege emptionis mentio fieret, ipſa in ſolutum
8 datio non comprehenderetur, d quod Alexā.
d & Decius ex facto conſulti reſponderunt. e
e Nec id verum eſt, quòd ratio idem in datione
in ſolutum, quod in emptione ſuadeat, nēpè
vt ſcienter furtiuam rem in ſolutum accipiens
furti actione puniatur. ratio enim eſt,
quia is qui in ſolutum accipit, quum alterius
fidem ſecutus anteà ſit, potius de damno uitando
agit, unde neceſſarius magis quàm à mera
f uoluntate proficiſcens cenſetur actus. f nam
& lex ipſa cauſam illius fauorabiliorem exiſti
g mat, qui ad lucrum aſpirat. g quapropter omni
fraudis ſuſpicione ceſſante conſtitutionis
pœnam irrogantis diſpoſitio ad hunc caſum
h extendi non debet, h cur enim à diuerſis col-
i ligamus? i
9 Nec † mouet quòd pignori ſcienter furtiuam
rem accipiens furtiuæ actioni obnoxius
k ſit, k & tamen rem illam accepta pecunia reſtituturus
eſt: at inſolutum accipiens ſecus,
l unde multò magis furti actióne teneri debet. l

Reſpondeo enim rationis diuerſitatem nō
modicam in ea ſubſiſtere, quòd pignori furtiuam
rem ſcienter accipiens idcircò furti actione
tenetur, quoniam illi ipſi lucrandi intentio
m ineſt, unde iure optimo m cum diffinitio illi
n conueniat, n eius quoque effectus ab illo non
ſeparatur.

Quod etiam inde proficiſci intelligi poſſet,
ut fœneratores ipſi faciles ad furtiua pi-
10 gnora accipiendum, eſſent, † quos lex ipſa
o non mediocri odio proſequitur. o idque ea
p ratione conſtitutum eſſe nonnulli docuerūt. p
nulla igitur ſubſiſtente ratione extenſio hæc
q fieri non debet. q

Prętereà Nicolaum ipſum conſtitutione illa
qua latronū receptatores coercentur nō te-
r neri duppliciter dicēdum eſt. r primùm quòd
neſciens uaccas fuiſſe ſubtractas furem ipſum
receptauit, ut ex eius ipſius atteſtatione con-
11 ſtat, † deindè uerò quòd ex fratre nepotem re
cepit. lex enim ait eos, apud quos affinis uel
cognatus latro cōſeruatus eſt, admodum ſeue
s rè puniendum non eſſe. s principum enim reſcripto
cautum eſt, illis ipſis ignoſcendum eſ-
t ſe, t qui ſanguinem ſuum quomodocunque re
u demptum noluerunt. u Illud enim nouū in iu
re noſtro non eſt, ſanguinis atque affectionis
coniunctioni plurima ſingularia iura admiſ-
x ſa fuiſſe: x quod Bonifacius tradebat. y Qua-
y mobrem ſolertiſsime præf. miſerum hunc ſenem
mendicitatis etiam uitio laborantem ſuſcipe,
ac illum ipſum ſecundum rectā iuris no
12 ſtri rationem abſoluendum aſpice. † furtum
nanque is commiſiſſe intelligitur, qui alienā
z rem inuito domino fraudoloſè contractat. z
At certè Nicolao huiuſmodi diffinitio non
quadrat, quum nullam lucrandi intentionem
a habuerit, a quod potiſsimùm de eo ipſo ſene
præſumendum eſt, cuius anteactæ uitæ integritas
plenius atteſtatur, quàm frugi, probus
b atq; innocens Nicolaus ipſe cenſendus ſit. b
13 † Neq; n. mediocris illa ipſa cenſetur prę̄ſum
c ptio, q̄ ex ipſorum morū probitate, ſumitur c
d quod Alex. ex facto reſpondit. d Nec mouet q̄
delictum in ſpecie probitatis in genere probationem
e non admittat. e quoniam ſuperius cō-
cluſum eſt, nullum ab ipſo Nicolao facinus
14 cōmiſſum fuiſſe probetur. † accedit q̄ & ſeptuagenarius
ſit, idcircoq; ad delinquēdū nō
f facilis credēdus eſt. f quin potius innocēs ipſe
g cēſendus eſt. g abſoluendus igit eſt, ne qui nō
h deliquit, pœnas quoque luat. h nec id inau-
15 ditum eſt, † ut ſenectutis ipſius præcipua
i quædam ratio habeatur. i quod Marſilius ipſe
K admonuit. k Non omittam huius ipſius hominis
ruſticitatem, quæ modis omnibus excu
ſatione digna cenſetur, licèt aliquo pacto
errans deliquiſſet, quod tamen (ut dixi) non
l modico ſcrupulo caret. l nam quo pacto ſuade
ri poſſit, ut tàm ſubtiles iuris diffinitiones is
intelligere poſſit, qui uitam omnem arando,
paſcendo, boueſq; ducēdo contriuit, quas pru
m dentes ipſi uix intelligunt. m quocircà ſolertiſsime
Præf. humanius interpretādum eſt do
n lum omnem ab illo abfuiſſe. n

Poſtremò, ſilentio non inuoluam quàm ſingularis
ſit humanitas ueſtra, quāta ingenij ſubtilitas,
iuriſq; prudentię cognitio. quibus abſ-
16 que dubio proſpicere poſsis † pœnas ipſas
in mitiorē partem non ſolùm interpretandas
o eſſe, o verùm etiam circumſpectos iudices ad
abſoluendum q̄ ad condemnandum procliuiores
p eſſe deberi. p quod (ut poſsis) faxit Deus
pater omnipotens. Vale, meq; uti ſoles ama.

Imolæ. Portius.

q arg. l. ſi ut certo. §. de ætro, ſo. mat. ubi Pauls. & Imo.
r l. eleganter, in prin. de pig. actio. ubi Bart. & Caſt.
ſ l. ii. C. cōm. deleg. l. ſciet de legib.
t l. Illud, ad le. aqui. l. a Titio. de fur. l. donati. des. depoſi.
u l. fina. C. de proba. Iaſ. l. admonendi. colū. ciii. de iur. iurā. Deci. conſi. 37. col. ult.
x in praxi cri. mi. §. poſtquā. nume. i.
y d. l. eos. d. l. ancillę. d. §. ite ſi emptos.
z d. §. de uiro. c. odia, de re. iu. in vi. l. cū quidam. de libe. & poſthu. d. l. eleganter.
a l. præcipimus. C. de app. d. cap. odia. l. in pœnis. de regu. iur.
b arg. l. merces. l. a ii. de uer. ſignif.
c l. quod Nerua. de poſi. ubi gloſ. ii. & gloſ. l. i. in princ. uer. quemadmodū.
quod iuſ. glo. c. c. epiſcū, de reſcrip. ubi Imo. & Feli. nu. iiii. Socin. conſ. lx. Proſequēdo, co. x. circa prin. in ſecundo.
d Spec. tit. de emp. & uend. §. nunc dicendū. uerſi. ſed pone ſtatutum.
e Alex. cōſ. 76. in v. Deci. 38. nu. 5.
f Fulgo. conſ. 235. in quæſtione. col. ii. Deci. d. conſi. 18.
g l. fina. C. de codi. l. an. §. licentia. C. de iu. deli. Modec. l. i. ſol. mat.
h d. l. cū quidam, de liber. & poſth. Mod. l. ii. de uer. ſig.
i l. Papinianus exuli, de mino. l. naturaliter §. nihil cōmune. de acqu. poſſeſſ.
K l. ſi ſeruus cuiuſdam. de condi. c. indeb. l. eos. C. de fur. ubi Bal.
l l. uni. §. accedas, ſuper uer. multò magis. C. de rei uxo. act. ubi glo.
m l. de furt. ubi Bar.
o l. ſi de acqu. poſſ. §. l. de do. ubi Bar.

a l. eos. C. de uſu. ubi Doct.
p Bald. l. ſeruus cuiuſdam. de condic. ind. d. l. eos.
q l. quod uero de leg. ubi Bal. Iaſ. §. ſequens. nu. 7. inſtitu. de actio.
r d. l. i. de recepta.
ſ l. ii. de recepta. l. i. de bon. eor. qui an. ſen. mor. ſib. conſ.
t l. quamuis. de adul. l. Gracchus. ad leg. Iul. de adult. c. ... ter. de ſent. ex. com. gl. d. l. ii.
u d. l. Gracchus. ubi Doct.
x trac. de recepta. nom. ... uerſ. ſolitt.
y enā. de ob. quę ex que. de. hę. naſ §. furtū.
z Azo l. ſum. C. de furt. Ang. ſup d. uer. uerſ. ... ex eadem. d. l. ... de dolo.
a argu. l. i. de ſeſſ. l. fin. §. ab carmē. & §. ſi ... eo. tit. Modes. d. l. li. chae. ...
b Angel. l. ſi bonæ ſe ... de teruend. Iaſ l. iubemus. C. de iudi.
c conſi. 53. in 2. Marſi. in pra xi. §. i. nu. 7.
d l. ſanctio legū de pœnis. c. generi per ſpeciē. de reg. iu. in vi.
e c. i. de reni. ubi Bal.
f l. merito. pro ſocio.
g l. abſentem. de pœn.
h l. ſemper de iure immun. l. i. §. i. de quæſt. l. cū quid, ſi certū pet. ubi Doct.
i §. attingimus. nu. 15. in pra xi. criminum.
K Barto. l. ... ubi Doc. ſi quis in tim. ...
l arg. not. per Bar. d. l. i. de acquirē. poſſ. ... & rub. de uerb. ... m Iaſ. l. ſi quis id quod v. not. de iuriſd. omn. iudic.
n l. ſi præſes l. ſi de interpretatione. de pœn.
o d. l. abſentē. de pœnis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inteſtatus quis, & quot modis dicatur, & per totum conſilium.*
2 *Poteſtas agentis in conficiendis negocijs potiſſimùm inſpici ſolet.*
3 *Teſtamenti factionem liberi tantùm habent, & non ſerui.*
4 *Teſtandi ius pacto priuatorum tolli non poteſt.*
5 *Vltimus actus regulariter primum ſubuertit.*
6 *Codicillis poſſe mutari, quæ in teſtamento ordinata fuerant.*
7 *Teſtamentum ſoluitur nemine hæreditatem adeunte.*
8 *Teſtamentum filij præteritione aut iniuſta exhæredatione rumpitur, atque reuocatur.*
9 *Succeſſioni ab inteſtato locum non eſſe quandiù ex teſtamento locum ſibi uendicat.*
10 *Expreſſum excludit tacitum.*
11 *Specialis promiſſio hominis generalibus ipſius legis derogare ſolet.*
12 *Tutore teſtamentario exiſtente legitimus ceſſat.*
13 *Hæres uerbum ne dum directum, ſed ciuile eſt.*
14 *Hæres dictus eſt quaſi hæreat, qui proximè teſtatori ſuccedat.*
15 *Vſus à proprietate non ſeparatur.*
16 *Teſtamenta plenius interpretari ſolemus.*
17 *Hæres cẽſetur qui inſtitutus eſt in uſufructu, alio cohærede non adiecto.*
18 *Verbum reliquo, eſt commune, fall. tamen ſi uniuerſitati bonorum ſit adiectum, quia importat hæredis inſtitutionem.*

CONSILIVM CCVII.

Dominus labia mea aperiat.

EX facto ſpecies eiuſmodi incidit: Catherina moriens Franciſcam illius ancillam hæredẽ vſufructuariã, quoad caſtè uixerit, reliquit: quòd ſi nuptias contraxerit, legata, quæ plura locis pijs poſt mortem, ut ipſa appellat, Franciſcæ uſufructuariæ reliquerat, quamprimùm ab eius executoribus adimpleri cauit, codicillis deinde legata quædam tranſtulit. Præterea & Vincentiam in vſufructu ipſi Franciſcę cõſortem addidit, atq; in eo reciprocè ipſas non aliter quàm in teſtamentu diſpoſitum fuerat, ſubſtituit. Quæſitum eſt, an huiuſmodi teſtamentum iniuſtum aut ullo modo irritum eſſe poſſit? ut teſtatricis agnati eius ceu inteſtatæ ſibi legitimo iure obuenientia bona uendicare queant? Et ſecundum iuris noſtri regulas illam ipſam inteſtatam non deceſſiſſe reſpondendum uideretur.
1 † multam enim in primis eius
a ipſius quod poſt eius mortem fieri uelit ſen
b tentiam, ipſa reliquit, a inteſtata igitur non
c obiit. b qua quidem in re diſcuti ſolet, an te-
a ſtamenti factionem habuerit, † quum enim in
conficiendis negociis potiſsimù m agentis fa-
d cultas inſpici ſoleat. d qua ratione lex inquit, eſſe prius cui detur debere, deindè ſic quęri an datum cõſiſtat, ne iuris rõ prius q̃ pſona quæ-
e ratur, e † hincq; cum ipſa hæreditas petitur
3 ante omnia num ſeruus an liber teſtator fue-
f rit, diſcuti oportet. f Quamobrem quum facultas illa, quæ cunctis à lege xij. tab. de bonis ſuis poſt mortem diſponendi latiſsimè beni-
g gnitate quadam conceſſa fuit, g nemini adem
h pta cenſeatur, niſi quos lex apertè repellit. h conſtetq; mulieres quamprimùm puberes a-
i ctum h huiuſmodi conficere poſſe, i Franciſcã ipſam conteſtatam obiuiſſe nullo modo cẽſen
K dum eſt. K Nam & illinc quoque teſtamenti conficiendi uoluntas illius deprehenditur,
l quoniam illud ipſum abſoluit. l cui quidem negotio quũ facultas nõ defuerit, quid obſtat
m quominus actus ipſe conſummatus nõ ſit? m quapropter illam hac ratione inteſtatam appellare nõ poſſumus, quòd teſtamentum om-
n ninò non fecerit. n

Sed an id ipſum attentare poſsimus, quòd
o illius teſtamento iuris ſolemnia deſint? o licèt enim liberam de bonis ſuis diſponendi fa-
p cultatem lex ipſa conceſſerit, p certis tamẽ modis, iuriſque ſolemnibus obſeruatis id fieri ca-
q uit, q ne fortè non decedẽtium uoluntates effectum conſequerentur. quas pro lege ſeruan
r das eſſe ſancitum eſt, r aut aliqua fraudis ſiue
ſ falſitatis ſpecie ſubuerterẽtur. ſ quod Reip. nõ
t mediocre detrimentum afferre traditum eſt. t
4 † qua ratione teſtandi ius priuatorum pactis
u tolli non poſſe, reſponſum eſt: u aut iuribus teſtandi ſolemnitatem reſpicientibus quidquã repugnãs elogio caueri poſſe. in propoſito igitur negotio Franciſcam ipſam iuris ſolemnibus in eius ipſius teſtamẽto cõficiendo vſam cenſeri, inde colligi poteſt, q̧ tabellionem in
x primis acceerſiuit, teſtes idoneos cõuocauit. x
y hæredem nuncupauit y. ſubſcriptiones adfue
z runt, z de teſtatricis igitur iuſta ſententia con-
a ſtat, idcirco inteſtatam illam deceſsiſſe nemo
b ſanus affirmare debet. b

Rurſus ex eo capite teſtamentum hoc ruptum dici non poteſt, quòd filius ipſe arrogatus fuerit, aut aliquo ſimili pacto ſuus teſta
c trici ad natus ſit hæres. c Nec mouet quòd ſe-
5 cundum iuris noſtri regulas poſteriore actu p̃-
d cedens ſubuerti reſponſum ſit, d vt in conuen
e tionibus, e in legibus, f in reſcriptis, indicíue
fg interlocutionibus, g in mandatis, h in iuramẽ
h tis, cæteriſúe contractibus atque ſcripturis. i
i id enim non procedit quum ſupremus actus non ita priori aduerſatur, quin aliquo pacto
K coniungi poſsint. k tantùm abeſt, ut in propoſita ſpecie codicillis teſtamento derogatũ intelligatur, qui ad eius ipſius infirmationem cõ
l fecti fuerunt. l † unde licèt codicillis quod
6 teſtamento ordinatum fuerat mutari poſsit, m
m quamuis non minori ſolemnitate poſterior actus confici debeat, quàm præcedens inuitatur,

a l. i. de teſta. ubi gl. & Bar.
b l. inteſtatus de uer. ſign. ubi Moder.
c l. ſi quæramus. de teſtam. ubi Iacob. ab Arena. Bart. & alii. glo. rub. inſti. quib. nõ eſt permiſ. fa. teſta.
d glo. d. rubr. Specu. tit. de in ſtru. edi. §. compẽdioſe, l prin.
e l. quidam referunt. §. i. de iure codic.
f l. liber. C. de poſt. hæred.
g l. uerbis. l. de uerb. ſignif. ubi Moder. l. 1. C. de ſac. eccl.
h l. ſancimus. C. de religio. & ſump. fun. & pe. d §. cõpendioſe, nu. 1.
i l. qua ætate. de teſta. ubi gl.

& Barto. inſti. qui. nõ eſt per. ubi glo. ult.
K d. l. inteſtatus.
l l. pro hærede. l. gerit. ubi Bart. de acqui. hære.
m l. i. §. ulti. de procura. ubi Bal. l. cũ ppo nas. C. de her. inſti. ubi Doc.
n d. l. inteſtatus. l. 2. de ſu. & legi. inſtitut. de hære. quæ ab inteſtat. defer. in princ.
o l. 1. de teſt. in princ.
p d. l. uerbis.
q l. teſtandi. C. de teſta. l. ſi quando. C. de inoff. te.
r in auth. de hære. & Falci. §. diſponat.
s l. iubemus. C. de teſtam. §. ſi enim. l. fin. C. de fideicom. §. ſed etenim.
t l. uel negare. quẽad. te. l. ape.
u l. 13. de teſt. ubi Bar.
x l. nemo poteſt. de leg. 1. ubi Docto.
y l. hac conſultiſſima. l. in teſtamentis. l. iubemus. C. de teſta. Corn. con. 159. nu. 4.
z Cald. conſ. 40.
a d. §. ſed quũ Paulatim.
b Old. conſ. 297. nu. 9. Ancha. 137. col. 3.
c d. l. inteſtatus. l. 2. de ſuis & leg. ubi Bar. d. l. ſ. de inoff. teſtam. ubi glo.
d §. 1. inſtitu. qui. mo. teſt. inf. l. poſthumorum. de inoff. teſta. §. ita demum. inſtitu. de hær. quę ab inteſta.
e Fede. de Senis conſ. 10.
f l. pacta nouiſſima. C. de pact.
g l. ſed & poſteriores. de legib.
h l. quod ſæpiſs. de re iudi. l. ſi opus, de no. ope. nunc.
i l. ſi quis cũ procuratorio §. ſi de procu. ca. ſi duo, de procurat. in vj. ubi Docto.
K Iaſ. Deci. & Moder. d. l. pacta.
l arg. l. præcipimus. C. de appellatio. Bart. conſ. 72. col. ſ.
m l. legata inutiliter. de leg. 2. l. ſi. de iniuſto. rup. teſt.

q tatur, n id ita demũ procedit, quum actus ipſi
p ſeſe inuicem perimerent. p quamobrem in ꝓ
poſita ſpecie inteſtati cauſam inſpiciendã nõ
eſſe, diiudicandum eſt, quum poſteriori teſta-
q mento ſuperius ſublatum non fuerit. q

Minus alia quoque ratione Catherinam in
teſtatã adſerere poſſumus, ꝙ ex eius teſtamen
r to hæreditas adita non ſit. r clariſsimi nanque
7 iuris exiſtimatur, † nemine hęreditatem ſub-
s eunte omne teſtamenti ius ſolui. s et nihil in
t teſtamento diſpoſitum obtineat. t At hic ipſa
hæreditas omiſſa non fuit, cur ergo adſit, qui
ad Franciſcæ ceu inteſtatę ſucceſsionem an-
u helet? u

8 Sed † an exinde teſtamentũ huiuſmodi poſ-
ſit irritari, ꝙ inſtõnia forma in eo neceſſaria
x ſeruata non ſit? x putà ꝙ filius in poteſtate p̃-
y teritus aut iniuſtè exhæredatus ſit. y & quum
nullam ſuorũ hęredũ ſpeciem Catherina ipſa
z reliquerit, z nihil eſt, ut eius quod nõ eſt, qua
litates inſpiciamus, in eo.n. præteritionis in-
a iuria per rerum naturam cadere nequit. a quę
quum ita ſint, quid opus eſt, ut quis diſcutien
dum exiſtimet, an ipſi proximiores agnati Frã
ciſcæ ueluti inteſtatæ bona uendicare poſſe
credant, quæ ſolemnem eius ipſius mentis te-
b ſtationem reliquerit? b quamobrem, quum
9 † ongò traditũ ſit ſucceſsioni ab inteſtato tã-
diù locum non eſſe, quandiũ ex teſtamento ſi
c bi locum uendicat. c nihil eſt, ut aduerſus te-
ſtatricis mentem legitimi hęredes habere pu-
tent, atque huiuſmodi ſucceſsionem admitti
d ſeſe poſſe contendat. d quum enim lex ipſa hu-
manitate quadã inducta ſit, vt ne de bonis ſuis
latiſsimam cuique legandi facultatem conce-
e deret. e adeò ut teſtantium diſpoſitiones ceu le
f ges ſeruandas eſſe tradiderit. f meritò vt quod
ipſa conceſſerat, ampliorem conſequeretur ef
fectum, ſpeciales teſtantium diſpõnes eiuſdẽ
g generalibus præferendas eſſe ſtatuit. g

Quod quidem ferè ſemper lex ipſa ſolet. ue
luti quum ſingulari iure lex hypothecas indu-
cit, atque aliis à ſeipſa introductis præfert. id
enim ipſum non procedere conſtat, quum ſibi
h quis expreſsè conſuluit, h facilius enim effe-
ctus proprios lex impedire ſolet, quàm ipſius
i hominis. i ueluti quum tacita conditione nati
uitatem obligationis impediri, non aũt tranſ-
miſsionis effectum, quę ex mẽte teſtatoris ꝓ-
K ficiſcitur ſuſpendi dicimus. k
10 † Itemq; eadem ratione dici ſolet, quod exp̃ſ-
ſum eſt, tacitam ipſam diſpoſitionem exclude-
l re, l tametſi taciti atque expreſsi idem iudiciũ
m cenſeri ſoleat, m expreſſum nihilominus ipſi
n tacito præferri conuenit. n † quamobrẽ quũ
11 in uniuerſo iure noſtro ſpecialis prouiſio ho
minis generalibus legis ipſius prouiſionibus
o derogare ſoleat. o †. qua ratione teſtamẽtario
12 tutore exiſtente legitimum excludi ſancitum
13 eſt, p conſequens eſt, ut Franciſcæ teſtatricis
p mens e proprio iudicio potius, quàm genera
q li legũ ipſarũ diſpoſitione regatur, q ne alio-
quin legum repugnantia non leuis introdu-
r ceretur. r

Accedit quòd inſtitutionis ipſius in hoc te
ſtamento factæ formula ad directam pertinet
13 inſtituendorum hęredum ſpeciem. † Hæres
enim non ſolùm directum uerbum eſt, uerùm
etiam ciuile, quippè ꝙ à lege xij. tab. inuentũ
a ſit. a ex cuius quidem diſpoſitione etiam illa in
uniuerſum iuris defuncti repñtatio inducta
t fuit. t † dictuſque hæres qđ hæreat, id eſt qui
14 proximè & cõtiuenter teſtatori ſuccedat, do
u minuſue illius facultatum cõſtituatur. u quod
eò magis cẽſendum eſt, quum teſtatrix exp̃ſſe
rit ſeſe in omnibus illius bonis Franciſcam ip
ſam facere hæredem, conſtat enim in uniuer-
x ſum ius illam ſucceſsiſſe; x quum de mobili-
bus & immobilibus præſentibus & futuris ex
y preſſerit. y Nec huic ipſi inſtitutioni obſtat,
quòd in ipſo uſufructu facta uideatur, quoniã
ſingula legata poſt ipſius uſufructuariæ mor-
tẽ exequẽda teſtatrix ipſa iubeat. Et ſi diceres
in ipſa inſtõne hęredẽ uſufructuariã dici, uſu-
fructuſve utendi & fruẽdi rebus alienis eſſe di
z catur, z hæres uerò dominus plenius ac integrẽ
a dicitur, a à quo igitur fruendi patientia requi
b ratur, b quũ ipſius ꝓprietatis dominus nullus
c adſit. c Reſpondeo, inſtitutionẽ huiuſmodi nõ
idcirco uitiari, qm̃ qualitas uerbi hr̃s, potẽtior
d potius attendenda ſit. d cui interpretationi nec
ſequenti uerbi vſufructuariam derogatũ quid
quam cenſeri põt: qm̃ ſubiecti argumenti rõ
e id ipſum nõ ꝑmittat, e interpretabimur enim
hęredem uſufructuariã. i. ad quam proprieta-
f tis ipſius ſucceſsionis emolumẽtum ſpectat. f
15 lex enim alibi ait, † uſum ab ipſa ꝓprietate nõ
g ſeparari. g rurſus & verba ipſa ſecundũ argu-
h mẽti ſubiectã rõnẽ intelligẽda eẽ, rñſum eſt, h
i licèt ẽt impropriè accipiãtur. i qđ in ꝓpoſita
k ſpecie nõ tàm cõſeruãdi teſtamẽti rõ ſuadet, k
l q̃ p̃cedentiũ uerborũ uis inducit. l † plenius.n.
16 teſtamẽta interpretari ſolemus. m quod & in
m oĩbus aliis actibus receptum eſt, n qua rõne,
n † in vſufructu inſtitutus alio cohęrede non
17 adiecto inſolidũ hæres eſſe cenſetur. n ne alio
o quin abſurdũ illud ſequeretur, qđ ius noſtrum
pati non ſolet, nempè, ut quis partim teſtatus,
p partimùe inteſtatus decederet. p meritò igitur
in propoſito negotio hæſitandum nullatenus
eſt, quin teſtamentum huiuſmodi ſuſtineri cẽ
q ſeamus, quum id iuris ratio ſuadeat. q

Nec huic ipſi interpretationi obſtat, ꝙ te-
13 ſtatrix dixerit: Relinquo & cętera. nã † licet hu
r iuſmodi uerbũ cõc ſit. r tñ ſi uniuerſitati bono
rũ adiectũ ſit, nullo potiſsimũ cohærede dato
s ad ipſam inſtitutionẽ refertur, s qua rõne quũ
teſtatrix omnium ſuorũ bonorũ hęredem re-
liquerit, non eſt dicendum inſtitutionẽ ipſam
t uitiari, licèt uerbis merè ciuilibus uſa non ſit. t

o Authent. d. conſi. 33. l prin.
p d. l. precipimus. Bar. d. conſil. 72.
q d. l. 1. et ii. de inſuf. & ſup. d. .§. poſteriore. in ſi. de hęre. quę ab inteſta.
r d. l. 1. in fin. inſti. de hæ. quę ab inteſt. def.
s l. ſi nemo. de teſta. tut. l. ſi nemo. de regu. iur.
t l. eſt quod. C. de fidei. ubi Iaſ.
u l. filium quẽ .§. ſed quũ exhęredatio. de bo. poſſ. c. contab. d. l. ſi nemo de teſta. tut.
x d. l. eã quę. inſt. de hæ. quę ab inteſt. §. inteſtatorum.
y l. inter cætera. de liber. & poſth. ubi Bar.
z l. ſi aliud quã de lib. & poſt. l. filio præteri. C. de inof. teſt.
z glo. ſub. C. de poſth. hę. inſti. ubi Sali. & Alex.
a .§. ſola, in d. auth. in quam de appell. cog. l. uerum §. pen. pro ſoci. l. cum principalis. de reg. iur. inſtitu. de uſuf. in prem.
b .§. inteſtatorũ. inſti. de hæ. quæ ab inteſt. l. 1. ii. & iii. de in. & legiti. .§. quia igitur. & .§. ſi quis, in auth. de hæt. quę ab inteſt. def.
c l. quandiu. de acq. hær. ubi Doct. l. antequã C. com. de ſuc. ubi Bald. Ang. & Salic.
d l. quandiu. de regu. iur. ubi Decius.
e d. l. uerbis. glo. l. illa inſtitutio. de hæ. inſti. Abb. rub. de te ſta. Dec. poſt Iaſ. rub. C. de i. pu. et aliis ſubſ.
f d. l. i. C. de ſac. eccleſ. d. §. diſponat, in auth. de nupt.
g Azo in ſũ. C. de ſu. & leg. hęre. in 4. Bal. conſ. 57. in j.
h l. aſsiduis. ubi glo. & Doctõ. C. qui pot. in pigno. habe.
i l. i. C. ſi adv. vẽd. et d. l. aſsiduis.
K l. iii. de leg. i. ubi Barto. & Mod. & Mod. i. l. ſol. mat. in fi.
l l. cum ex ã. lio §. filio, ubi Bar. de uulgar. & pupil.
m l. cum quid ſi cert. peta. ubi Doct. Dec. cõſ.

et. Viſã in l.
n Bald. l. iii. col. iii. C. de hę. inſti.
o l. he. C. de pact. com. ubi Bal. & Ang.
p inſti. de att. tuto. in prin. ubi glo. & Ange. l. ſi ſororis. C. qui da. tu. poſſ. Azo in ſumm. C. de legi. tut. l pen.
q l. in com. de reg. iur. ubi Deci. c. generi per ſpẽm. de reg. iu. in vi. ubi Dyn.
e d. l. antequã. d. l. quandiu.
s d. l. uerbis. l.
a l. nihil aliud de uer. ſign. ubi Bar. & Mod.
u §. 8. de hæ. qua. & diff. ubi Docto.
x d. l. nihil aliud.
y l. a Diuo Pio. §. in uenditione. de re iud. ubi Doct. l. mouentiũ, ubi Moder. de uer. ſign. Corn. cõſi. 236. in 4.
z .§. uſufructus. inſti. eo. l. i. c. o. l. ubi Doc.
a d §. ſi. d. l. in ſum, ubi Docto. de libe. & poſt.
b .§. uſufructus.
c Bar. l. iii. e. ti. & l. 4. de ſer.
d arg. l. impeſtium. de iuriſd. om. iud. ubi Doctõ. in notab. & l. cum queritur. de ſta. hom.
e l. ſi ſtipulatus. de uſu. in argumentum.
f Bar. l. Titia §. Titia. de legat. i.
g l. Donationes .§. ſpecies. de dona.
h l. ſi uno loc.
i l. Inſulam. de preſ. uerb.
K l. in teſtamẽtis. de regu. iur.
l Bar. d §. donationes. & d. .§. Titia.
m d. l. in teſtamentis.
n l. quoties. de uer. oblig. & de reb. dub.
o l. j. §. ſi ex fundo. l. quoties. .§. ſi duo. l. ſi quis ita hæres. de hę. inſti. ubi Barto.
p l. ius noſtrũ de regu. iur. ubi Deci. gloſſ. l. ſi ſeruus communis ab extero. de hæ. inſti. l. om. §. hi uero. C. de cado. tol. et ſic. etiam hal. & l. ex cõuentione, de leg. iii.

q l quoties. C. de hæ. inſti. ubi Bar. Bald. Sal. Ang. Caſt. & Iaſ. alex. conſ. iii. in ii.
r Bar. l. Centurio de uulg. que ſt. v. ubi omnes Ang. conſ. 29. Titius.
s Glo. l. his uerbis. de hę. inſti. ubi Bar. Ang. & Imo. glo. ſuper uer. relictis. in auth. de her. & Falci. §. ſi uero nulla.
t Bar. l. Diuus §. i. de mi. teſt. l. quũ indignũ. C. de teſt. ubi Sal. Alex. cõſ. 140. i j. n. 2.

quinim-

quinimmu liceͭ non ita clarè quales teſtatricis ipſius fuiſſet mens, conſtaret, pro teſtô nihilominus reſpondendum foret. u

Porsius. I.C. minimus.

u l. in teſtamẽ. ꝯd. l. quoties. de uerb. obli. & de reb. dub.

SVMMARIVM.

1 ☞ Cõpromiſſo cõtrouerſiis oĩbus decſis, an poſtmodum agi poſſit. per totum conſilium.
2 Dictionis uniue ſalis ea eſt uirtus, ut cuncta cõplectatur.
3 Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.
4 Acquiparatorum eadem eſt natura.

CONSILIVM CCVIII.

Indiuiduę Trinitatis auxilio inuocato.

1 PROPONITVR † inter Baptiſtam Auenalẽ & Caſsianum, fratreſq; illius compromiſſum olim de uniuerſis litibus ac eorum controuerſiis factum, indeq; ſecuto laudo aliquot anni fuere elapſi nunc demum contigit Baptiſtam ipſum libellum aduerſus Caſsianum atque eius fratres porrexiſſe, fundumq́ue certorum iugerũ ab illis uendicare. Quæſitũ fuit, num rei iam iudicatæ petentem illum ſubmoueat exceptio? & quum lites eorum uniuerſę arbitratorum iudicio cõ a miſſę ſint, nulla igitur non comprehenſa fuit.[a] 2 † uniuerſalis nanque dictionis ea eſt uirtus, b ut cuncta complectatur.[b] qua ratione in generali legato illa quoque comprehẽdi, quæ non c ſolent, traditum extat, c niſi tamen reſtrictiod nem quampiam teſtator adiecerit. d Hincq; lex illa municipalis, qua cautum eſt, ut omni caſu maritus dotem ipſam lucretur, ea quoq; ſpecie procedit, qua prioris matrimonij filius extare proponeretur. quod ex facto non pau e ci reſponderunt. e

Amplius quoque traditum eſt, eum ipſum, qui omnia illius bona obligauit, illa quinque ſuppoſuiſſe cenſendum, quorum uſus illi f neceſſarius ſit, f licèt ſecundum regulas aliud g eſſe ſoleat. g Nam & illud uulgò dici ſolet, † le 3 gem ipſam quę generaliter loquitur in uniuer h ſum intelligendam eſſe. h quamobrem quum in propoſita ſpecie de omnibus controuerſijs compromiſſum inter huiuſmodi agnatos eſſe conſtet, ſecutumùe inde laudum, rei iam deciſę nunc petentem exceptione ſubmouendum i uerius eſt. i

Accedit plenum hoc cõpromiſſum ad uniuerſa compromittentium negocia pertinuiſſe, potiſsimùm inde probari, quòd certi cuiuſdã crediti in ea facta exceptio fuerit, de quo componendo arbitratores ipſi facultatem acK ceperint, k in ea enim exceptionis eſt uirtus, l vt regulam ipſam fulciat. l quum igitur in huiuſmodi negotio omnes qõnes unica dũtaxàt m excepta deciſæ ſint, m cõſequens eſſe dicendũ eſt, Baptiſtam ab ipſius iudicij limine repellendum eſſe: cõpromiſſo enim & inde ſequuta n deciſione controuerſiæ illorum finitę ſunt. n Quid enim iudicis ſententia an uerò arbitratoris laudo controuerſijs ipſis extrema ma4 nus impoſita ſit? † æquiparatorum enim eadẽ o omninò natura cenſetur, o quare & non abſip milem effectum producere debent. p optimo igitur iure ut litium finis inueniatur, congruũ eſt exceptionibus huiuſmodi iudicij ingreſq ſum prohiberi. q quod & in compromiſsis ꝓcedere quoque traditum eſt, quæ ſecundũ ler gis municipalia iuſſum fieri præcipiuntur. r ratio nanque illa uiget, nempè ut litium finis ſ adſit. ſ Nec mouet quòd negetur quidquã ab arbitratoribus quantum ad id quod nunc petitur, conſtitutum eſſe allegetur. reſpondeo. n. id nõ præſumi, quoniã compromiſſum ipſum t plenum fuerit. t quis enim credat tàm ſupinos arbitratores fuiſſe, ut aliter quàm petitũ u fuerit iudicaſſe? u

Minus urget ꝙ Caſsianum ipſum id quod ab eo petitum fuit, negaſſe aſſeratur. ea enim eſt hominum conditio in iudiciis ipſis contẽdentium, ut partim affirment, partimùe negent, ut & iuſiurandi religione abſterreri ſox leant. x At iudices ipſi iuſtis ꝓbationibus diy ſcuſsis abſoluere aut condẽnare cõſueuerũt. y

Habes Magnifice Prætor, quę in hoc ipſo negocio ſcd̃m iuris noſtri rationem rñdendũ cẽſuerim. ea etenim intelligẽda ſunt, niſi Caſsianus & fratres eorũ cõmodo renuntiare z uellẽt, z nempè in re tàm clara prorſusq; aperta, quippè quę iudicatæ rei authoritate nitatur, anceps arbitratoris iudiciũ denuò ſubeuna tes. a Imolæ.

Portius

a l. Iulianus. de legat. iii. l. ſi procuratore. C. manda.
b l. omnia, ſi cõ.p:r. c. ii. de obſ.tetu.
c l. pediculis. §. Labeo, de au. & arg. leg.
d d. l. omnia. ſi con.pera. ubi Bar. & Deci. c. quon §. i princ. de proba.
e Roma. conſil. 44. in 3. dubio. Deci. 283. nu. 2. & 294. n. 3. & 472. nu. 1. & d. l. omnia. & d. c. quoniã.
f Dec. & Mu dec. d. l. omnia.
g l. obligatio ne generali. cũ ſeq. de pigno.
h l. 16. generaliter, de legat. præſtan.
i l. ingenuum. de ſta. ho. l. ſi de re iudi. l. eos iudicata, de reg. iur.
K l. ſi cũ dies §. plenum. de recept. arb. ubi Bart. l. nã quod liquet §. ſi. de pen. leg.
l l. quęſitum. §. denique. ubi Bar. de fun. inſtru. Dyn. rubr. de reg. iu. Bal. in l. C. de poſtulando. l. ſi. Dec. conſ 181. nu. 3. & l. i. de reg. iu.

m Abb. Fel. c. quoniam, in ſequẽter, ut li. nõ con.
n l. tranſactio, de tranſ. ſig. ubi Alcia.
o l. i. de leg. i. ubi Doct. l. i. de recep. arb. l. ſi. cõtrouerſiam §. ſi arbitrorũ. pro ſo.
p l. conuenticula. C. de ſi. piſ. & cler. ubi Bald.
q Bar. l. i. de no. ope. non. & l. omnes populi. v. q. princ. de iuſ. & iu. & l. 1. §. ſi. ad Tre. Deci. l. cauſa, C. de tranſ.
r c. quoniam, ut li. non con. Bald. l. tranſ. C. de tranſ.
s l. quemad. de recep. arb. arg. l. ſcire. de legib.
t d. l. Iulianus.
u l. n. C. de of. ſic. cu. ſuli. ſi. fundos. comm. diuid.
x in. tit. de iu. iu. Doc. l. admonendi, no. m.
y d. l. i. de re iudi.
z l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.
a in Specu. de aduoc. §. i. lib. in.

SVMMARIVM

1 ☞ Sententia parum prodeſſent, niſi debita demandarentur exequutioni.
2 Appellatio pronuntiatum extinguit.
3 Sñia in iudicatũ tranſacta pro ueritate habetũ.
4 Reſcripta aduerſus rem iudicatam obtenta, nullius eſſe uxoris et ſupplicãs infamia notatur.
5 Nullitas aduerſus tres conformes ſentẽtias quò ad effectum retardanda exequutionis allegari non põt. et uide nu. 8. ubi limi. et nume. 16. de com. opin.
6 Iudicis de integritate lex præſumit.
7 Repulſa repulſa non admittitur.
9 Sententia conformes quando dicantur.
10 Sententia aduerſus rem iudicatam lata, nullius eſt efficacia, & ſi ab ea non fuiſſes prouocatũ.
11 Euidẽtia facti omnes probationis ſpecies anteit.
12 Doctoratum debet precedere diligens inquiſitio, fall. tamen.
13 Citatus ad locum non tutum, non tenetur mittere excuſatorem, quãdo id apertiſsimè cõſtat.

14 Clauſula

14 *Clauſula appellatione remota, reijcitur, ſi ſententia manifeſtè eſt iniqua.*
15 *Nullitatis exceptio ut à ſtatuto reijciatur, non dēt intelligi de illa q̄ euidēter cōſtat ex actis.*
17 *Edictum de tabulis exhibendis, declaratur.*
18 *Nunciatio noui operis iuſta ſiue iniuſta obſeruanda eſt, limitatur tamen.*
19 *Vxoris reſtitutio quādo non eſt facienda.*
20 *Iuriſdictionis defectus iudicij ſubſtātiā adeò reſpicit, ut ulteriori progreſſu ſublatus nō cēſeat.*
21 *Actoris facultas in primis inſpici debet, ne actus nullus reddatur.*
22 *Exceptio defectus iuriſdictionis admittitur aduerſus tres conformes ſententias.*
23 *Præſentia pro conſenſu non habetur, quando tractatur de præſentis incommodo.*
24 *Taciti & expreſſi non ſemper eadem eſt uirtus.*
